



IV-4

7 a 2 3

DEPT. OF
GEOL. SURV.
OF CANADA
NO. A
28
32



2 500 10
 HELIX
 MADE IN SWITZERLAND

R. 10220





Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI
CARTHAGINIENSIS
 PRESBYTERI, OPERVM
TOMVS TERTIVS.

QVI COMPLECTITVR SCRIPTA ADVERSVS
 HÆRESEIS, CVM SVIS ARGVMENTIS ET
 Adnotationibus, per Iacobum Pamclium.

De Præscriptionibus aduersus Hæreticos.	pagina 389.
De Baptismo aduersus Quintillam.	pag. 459.
Aduersus Hermogenem.	pag. 488.
Aduersus Valentinianos.	pag. 524.
De Anima, aduersus Philosophos & hæreticos.	pag. 568.
De Carne Christi, aduersus quatuor hæreseis.	pag. 649.
De Resurrectione Carnis.	pag. 676.
Aduersus Marcionem lib. I.	pag. 740.
Aduersus Marcionem lib. II.	pag. 770.
Aduersus Marcionem lib. III.	pag. 800.
Aduersus Marcionem lib. IIII.	pag. 834.
Aduersus Marcionem lib. V.	pag. 938.
Aduersus Gnosticos Scorpiacum.	pag. 989.
Aduersus Praxean.	pag. 1013.

Kk



IACOBI PAMELII DE LIBRO
RVM TERTII TOMI ORDINE
PRÆFATIO AD LECTOREM.

TOMI tertij operum Tertulliani aduersus hæreseis ordinis, vti iuxta promissum reddamus rationem: Primum duo illi libri locum occupant, quos ante omnem errorem ab Auctore conscriptos constat; nempe: DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, ad quem in sequentibus frequens adlusio, & DE BAPTISMO ADVERSVS QVINTILLAM. Secundum, alij tres; quum iam inciperet nonnihil ad errores inclinare, editi; ADVERSVS HERMOGENEM, ADVERSVS VALENTINIANOS, ac: DE ANIMA ADVERSVS PHILOSOPHOS ET HÆRETICOS; quorum duo posteriores, prioris, prout etiam libri de Anima qui sequuntur, mentionem faciunt. Tum deinde, libri septem, vno eodémque tempore, circa annum Seueri Cæsaris xv. scilicet elucubati, vt nisi diuersi essent argumenti, sibi mutuo deberent interici, vt potè: DE CARNE CHRISTI ADVERSVS QVATVOR HÆRESEIS, ac: DE RESURRECTIONE CARNIS, quos continuo stylo scriptos manifestum est; & ADVERSVS MARCIONEM LIBRI QVINQVE; quorum quartus citatur libro de Carne Christi, & vicissim quinto eius operis libro adlegatur de Resurrectione Carnis liber. Posthæc SCORPIACVM ADVERSVS GNOSTICOS, in quo adludit Auctõr ad libros aduersus Marcionem. Denique aduersus PRAXEAN liber, vbi paulo vehementiùs sui Paracleti mentionem facit. Quos, & porissimùm primum de Præscript. aduersus hæreticos librum, Lector candide, si diligenter perlegerit, munieris etiam aduersus huius tempestatis hæreseis; discèscque veriss. esse illud Tertulliani, Hæreseis demonstrasse, vicisse est. Vale igitur, & iuxta Apostoli sententiam Hæreticum hominem post vnã atque alteram correptionem deuitans, memineris nihil prodesse cum hæreticis disceptationem.



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI ADVERSVS
Hæreseis scripta.

ARGVMENTVM LIBRI DE PRÆSCRIPTIO-
NIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, PER
Iacobum Pamelium.

ADVERSVS hæreticos siue hæreseis tum temporis grassantes scripturus Tertullianus, videns disputationibus nihil aut parum profici, certis Præscriptionibus, siue doctrinarum retractatu (vbi ipse alibi loquitur) reuincendos existimauit.

Priusquam autem ad propositum veniat, docet non oportere i. nos admirari super hæreseis, eo quod prænuntiata fuerint.

Sed abominandas potius, & præcauendas, tanquam mortem ii. eternam adferentes, nihil virium habentes, nisi apud eos qui in fide infirmi sunt.

Neque scandalizari quemquam oportere, si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si vir- iii. go, si doctor, si etiam martyr lapsus à regula fuerit, quia ex personis non probatur fides, sed ex fide persona.

Quin potius memores simus tam Dominicarum quàm Apostolicarum litterarum, iiii. que futuras hæreseis prænuntiarunt, & fugiendas præfinierunt.

Non modò dissensionum & schismatum, sed etiam ipsarum hæreseon nomine. v.

Quippè quum Epistola ad Titum Apostolus hæreticum describens, hæreseis dictas vi. insinuet Græcâ voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vititur.

Ipsas denique hæreseis quum à Philosophia subornentur, eo & curiositatis nomine vii. etiam caueri oportere ab Apostolo præscriptum.

Nihil autem obstare illud: Querite & inuenietis; id enim dictum ad eos, quibus viii. nondum agnitus Christus.

Nobis autem qui iam credidimus, aliud non querendum. ix.

Alioqui si semper querimus, numquam inueniemus, numquam credemus. x.

Nemo enim querit, nisi qui aut non habuit, aut perdidit. xi.

Si tamen adhuc querendum sit, non apud hæreticos, ad quos vetamur accedere, xii. sed in nostro, à nostris, & de nostro queramus.

Regulam enim (seu symbolum) fidei nobis præscriptam, vt iam hinc quid credamus, profiteamur. xiii.

- XIII. Hanc à Christo institutam nullas apud nos habere questiones, nisi quas hæreses inferunt; & que hæreticos faciunt.
- XV. Porro ad propositum veniens Tertullianus, præscribit non admittendos hæreticos ad ullam de scripturis disputationem.
- XVI. Primum, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat, disputationem prohibenti, dum post unam correptionem convenire hæreticum interdixit.
- XVII. Deinde quod nihil proficiat congressio scripturarum; quum hæreses quasdam non recipiant; & si quas recipiant, adiectionibus & detractioibus interuertant, aut non recipiant integras; & si aliquatenus integras, diuersas expositiones comminiscantur.
- XVIII. Ille etiam, cuius causam congressum scripturarum descendit, incertior discedet, de pari altercatione negandi & defendendi.
- XIX. Illud itaque solum disputandum, quibus competat fides, cuius sint scripturae, à quo, per quos; & quibus sit tradita disciplina quæ Christiani sunt.
- XX. Atqui à Christo unam eiusdem fidei doctrinam Apostolis traditam, qui eam Nationibus promulgauerunt, & Ecclesias apud unamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus cetera Ecclesia quotidie mutuatur ut Ecclesia fiant; ita ut tot ac tanta Ecclesia, una sit illa ab Apostolis prima, ex qua omnes.
- XXI. Hanc itaque dirigit alteram præscriptionem; Non alios recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit, & proinde eam doctrinam recipiendam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis tam viua voce quam per Epistolas, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: hoc itaque testimonium veritatis doctrinae nostræ, quod cum Ecclesiis Apostolicis communicemus.
- XXII. Apostolos autem (quicquid in contrarium soleat dicere diuersa pars) omnia & scisse, & tradidisse: quibus & omnes scripturas edisserere dignatus est, & spiritum sanctum misit, qui eos deduceret in omnem veritatem.
- XXIII. In Petro enim non reprehensam ignorantiam aliquam à Paulo, sed conuersionem.
- XXIII. Idque pro temporibus, personis, & causis.
- XXV. Neque verò occultum aliquod Euangelium prædicasse Apostolos.
- XXVI. Quamquam non passim, nec inconsideratè omnibus.
- XXVII. Vnam etiam Regulam fidei eos instituisse, tam ad Ecclesias correptas postea emendatas, quam ad eas quas commendauerunt.
- XXVIII. Quod autem apud multos unum inuenitur, non censi erratum, sed traditum.
- XXIX. Hæresis potius errasse, quæ vera doctrina sunt posteriores.
- XXX. Marcionem enim & Valentinum, in Catholicam primò doctrinam apud Ecclesiam Romanensem sub Episcopatu Eleutheri credidisse; donec ob inquietam curiositatem semel & iterum eieci, nouissimè in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminarunt. Atque idem de aliis iudicium: qui virtutibus & miraculis nonos se Apostolos esse probare nequeunt.
- XXXI. Id itaque esse verum & Dominicum, quod prius sit traditum, falsum, quod posterius.
- XXXII. Si interim quedam sint hæreses iam inde ab ætate Apostolica: præscribendum uti euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis aut Apostolicis viris habeat antecessorem, quemadmodum Smyræorum & Romanorum Ecclesia: quod quum probare non possint, in communicationem non recipiantur.
- XXXIII. Quid? quòd iam tum ab Apostolis & demonstrata & cetera fuerint, ex quibus & reliquas hæreses omnes sua semina sumpserunt.

Atque adeò, quum habeant cum illis consortium suæ prædicationis, habere etiam damnationis consortium, maxime quum ab Apostolis prænuntiata fuerint.

Nullam autem econtrariò dictarum præscriptionum competere aduersus nostram disciplinam.

Percurrenti enim Ecclesias Apostolicas, apud quas adhuc ipse cathedra Apostolorum suis locis præsentur, & inter eas Romanam, unde nobis quoque auctoritas præsto est (ubi Petrus & Paulus coronati) constabit eandem ab Apostolis suam potasse fidem, per quam aqua signat, Spiritu sancto vestit, Eucharistia pascit.

Quum igitur is veritas adiudicetur quicumque in ea Regula incedimus: quam Ecclesia ab Apostolis accepit; constare propositum suum, non esse admittendos hæreticos ad ineundam de scripturis pronocationem, quum Christiani non sint, & proinde exheredati à possessione Christianarum litterarum.

Maximè quum illis non possit succedere corruptela doctrinae sine corruptela instrumentorum, deprehensa in scripturis detractio vel adiectione vel transmutatione; & interpolatione, qua alius manu scripturas, alius sensu expositiones interuertit.

In eo comparandi illi, qui Virgiliocentonas & Homero-centonas composuisse leguntur.

Fieri hæc autem eodem diaboli instinctu, qui ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in Idolorum mysteriis emulatur; exempli gratia, qui quosdam tingit, expiationem delictorum de lauacro repromittit, signat in frontibus, celebrat & panis oblationem.

Non omittendam denique, qua contra eos præscribamus, ipsius etiam hæretica conuersationis descriptionem; ubi, quis catechumenus, quis fidelis, incertum; pariter enim adeunt, pariter audiunt, pariter orant; qui pacem cum omnibus miscunt; quorum mulieres audeant exorcismos agere, forsitan & tingere. Quorum ordinationes temerariae; & alius hodie Episcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie presbyter, qui cras laicus: nam & laicis sacerdotalia munera iniungere.

In verbi quoque administratione negotium illis esse, non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, nec suis Præsidibus reuerentiam præsent: hinc apud eos schismata non parere, quantumvis tamen à regulis suis inter se variè, & etiam ab auctoribus suis.

Notata etiam fuisse eorum commercia cum Magis, Circulatoribus, Astrologis, Philosophis, ut adeo doctrina ipsorum non verè index sit disciplina non bona.

Postremo, si fortè præscriptionibus his non moueantur, ad futuri iudicij metum hæreticos prouocat, & eos qui aures hereticis accommodant.

Porro hoc institutum semel adgressus, etiam specialiter, initio factò à Iudaismo, hereticos omnes ad sua usque tempora recenset, & imprimis Dositheum, Sadducos, Phariseos.

Deinde eos, qui ex Euangelio heretici esse voluerunt, Simonem Magum, Menandrum, Saturninum, Basilidem, Nicolaum.

Quibus adiungit Ophitas, Caincos, Sethoitas.

Præterea Carpocratem, Cerinthum, Hebionem.

Valentinum deinceps, ac eius sequaces Ptolemæum, Secundum, Heracleonem.

Marcum item & Colarbasum.

Post hæc Cerdonem, Marcionem, eiusque discipulos Lucanum & Apellem.

Tatianum inde: & eos qui secundum Phrygas dicebantur, & Proclum, ac secundum Æschinem, Montanistas.


Denique Blastum, Theodotum utrumque, Praxean & Victorinum.

K k iij

Ceterum præterquam quod ad librum hunc adludat Auctor infra initio librorum aduersus Hermogenem, 4. aduers. Marcionem, & aduers. Praxean, eam repetens præscriptionem, de qua c. 28. 29 & 31. id verum esse quod prius sit traditum, falsum quod posterius, certè etiam nominatim eius meminit lib. De carne Christi, & lib. 1. adu. Marcionem. Priori loco: Sed plenius (inquit) eiusmodi Præscriptionibus aduersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus. Posteriori: Sed alius (inquit) libellus hunc gradum sustinebit, aduersus hæreticos, etiam sine retractatu doctrinarum reuincendos, quod hoc sint de Præscriptione nouitatis. Vbi duos titulos huius libri indicat DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRESES, siue ADVERSVS HÆRETICOS. Minimè verò illum quem quidem breuitatis gratia legunt: DE PRÆSCRIPTIONIBVS HÆRETICORVM, quia ille argumento libri contradicit, in quo uti in nostris Adnotationibus infra latius præscriptionibus variis vititur, non hæreticorum, sed aduersus hæreses. Atqui in codice Anglico MS. Ioannis Clementis, solùm liber hic reperitur vsque ad illud: Quorum hæreticorum, & in cod. Vatican. MS. separatur a parte huius libri secunda. Quam etiam iam olim à Trithemio & Politiano non vnus, sed duo libri recensentur, vnus aduersus omnes hæreses, alter de præscriptionibus aduersus hæreticos: & in prima editione ac sæpius, in Adnotationibus, Rhenanus Catalogum hæreticorum inscripsit posteriorem huius libri partem. Verùm rectè, meo iudicio, adnotauit Gelenius ad marginem, Hanc adpendicem malè reuulsam fuisse à reliquo corpore. Nimis enim abruptum esset illud libri noui iam dictum auspiciu: Quorum hæreticorum, &c. maxime quum etiam libellis suis aliquam præfatiunculam soleat præmittere Tertullianus. Librum interim iudicium relinquo cuius separandi si velit, eo quod separatim pars citetur posterior à Tertulliano Scorpiaco aduers. Gnosticos, ubi dicit: Alibi se dimicasse de corpore hæretica cuiusque doctrina, quod ego intelligendum puto de Tractatu, ubi singulas hæreticas doctrinas recenset. Edidit autem primum cum scholiis, & postea Adnotationibus Rhenanus; deinde castigauit Gelenius; postmodum anno 1560. seorsum, saltem præcipuam libri partem, Adnotationibus illustrauit vir eruditiss. Dn. Ioannes Quintinus Hæduus, Decretorum apud Parrisios Professor, meus quondam præceptor: denique & Gallicè integrum Audobertus Macereus, Parrisius item Theologus, cum Scholiis aliquot, anno 1561. Nunc verò postremum, præterquam quod librum hunc ex dictis MS. cod. & variis editionibus recens castigauimus, Adnotationes Quintini, & nostras, ac Macerei aliquot, Adnotationibus Rhenani adiecimus, & nouo Argumento illustrauimus.



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI, DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, LIBER.



ONDITIONE præsentium temporum, etiam hanc admonitionem prouocat nostram, non oportere nos mirari super hæreses istas, siue quia sunt; futuræ enim prænuntiabantur: siue quia fidem quorundam subuertunt; ad hoc enim sunt, ut fides habendo tentationem, habeat etiam probationem. Vanè ergo & inconsideratè plerique hoc ipso scandalizantur, quod tantum hæreses valeant, quantum sunt: quum quid sortitum est, ut omni modo sit, sicut causam accipit ob quam sit, sic vim consequitur per quam sit, ne esse non possit. [1] Febrem denique inter ceteros mortiferos & cruciarios exitus erogando homini deputatam, neque quia est miramur, est enim, neque quia erogat hominem, ad hoc enim est. Proinde hæreses ad languorem & interitum fidei productas, si expauescimus, hoc eas posse; prius est, ut expauescamus hoc eas esse; quæ dum sunt, habent posse, & dum possunt, habent esse. Sed enim febrem ut malum, & de causa & de potentia sua, ut notum est, abominamur potius quam miramur, & quantum in nobis est, præcauemus, non habentes abolitionem eius in nostra potestate. Hæreses verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferentis, malunt quidam mirari quod hoc possint, quam deuitare ne possint: quum habeant deuitandi potestatem. Ceterum nihil valebunt, si illas tantum valere non mirentur. Etenim dum mirantur, in scandalum subministrantur: aut quia scandalizantur, idè mirantur quod tantum valeant, quasi ex aliqua veritate veniant. Mirum scilicet ut malum vires suas habeat: nisi quod hæreses apud eos multum valent, qui in fide non valent. In pugna pugilum & gladiatorum, plerumque non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci, sed quoniam ille qui victus est, nullis viribus fuit: adè idem ille victor benè valenti postea comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorundam infirmitatibus habent quod valent, nihil valentes si in benè valentem fidem incurrant. [2] Solent quidem isti miriones etiam de quibusdam personis ab hæresi captis, edificari in ruinam. Quare illa vel ille fidelissimi, prudentissimi, & vtitatissimi in Ecclesia, in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, non ipse sibi respondet, neque prudentes, neque fideles, neque vtitatos æstimandos, quos hæreses potuerint demutare? Et hoc mirum (opinor) ut probatus aliquis retrò postea excidat? Saul bonus præ ceteris; liuore postea eueritur. Dauid vir bonus secundum cor Domini; postea cædis & stupri reus est. Salomon omni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Soli enim Dei filio seruabatur sine delicto permanere. Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus à regula fuerit, idè hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas? Nemo sapiens est, nisi fidelis; nemo maior, nisi Christianus: nemo autem Christianus, nisi qui ad finem vsque perseuerauerit. Tu homo extrinsecus unumquemque nosti: putas quod vides. Vides autem quousque oculos habes. Sed oculi, inquit, Domini alti. Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur. Et idè cognoscit Dominus qui sunt eius, & Plantam quam non

e *Math. 10.* plantauit pater, eradicat: & ^c de primis nouissimos ostendit: & ¹⁷ palam ^f in manu portat D
 f *Math. 3.* ad purgandam aream suam. Auolent quantum uolent paleæ leuis fidei quocunque af-
Luc. 3. flatu tentationum, eo purior massa frumenti in horrea Domini reponetur. Nōne ab
Joan. 6. ipso Domino quidam discipulorum scandalizati deuerterunt? Nec tamen propterea cere-
 ri quoque discedendum à uestigis eius putauerunt: ¹⁸ sed qui scierunt illum uitæ esse
 uerbum, & à Deo uenisse, perseverauerunt in comitatu eius usque ad finem: cum illis, si
 a *2. Tim. 1.* uellet & ipsi, discedere, placidè obrulisset. Minus est si & Apostolum eius, ¹⁹ ali qui ^a Phy-
 b *2. Tim. 2.* gellus, & Hermogenes; & ^b Philetus, & Hymenæus reliquerunt: ^c ipse traditor Chri-
 c *Math. 26.* sti de Apostolis fuit. Miramur de Ecclesiis eius, si à quibusdam deseruntur, quum ea nos
 ostendunt Christianos, quæ patimur ad exemplum ipsius Christi: Ex nobis, inquit, pro-
 dierunt, sed non fuerunt ex nobis. si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum.
 I I I I. [²⁰ Quin potius memores simus tam Dominicarum pronuntiationum, quam Aposto-
 licarum litterarum, quæ nobis & futuras hæreses pronuntiarunt, & fugiendas præfinit-
 runt: ut sicut esse illas non expauescimus, ita & posse id propter quod fugiendæ sunt,
 non miremur. ²¹ Instruit Dominus multos esse venturos, sub pellibus ouium rapaces lu-
 pos. Quanam istæ sunt pelles ouium, nisi nominis Christiani extrinsecus superficiei?
 Qui lupi rapaces, nisi sensus & spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrin-
 secus delitescentes? Qui pseudoprophetæ sunt, nisi falsi prædicatores? ²² Qui pseudopo-
 stoli, nisi adulteri euangelizatores? Qui antichristi interim & semper, nisi Christi rebel-
 les? Hoc erunt hæreses nō minus doctrinarum peruersitate Ecclesiam laceffentes, quam
 tunc antichristus persecutionum atrocitate persequetur: nisi quod persecutio & marty-
 ras facit, hæresis apostatas tantum. Et ideò hæreses quoque oportebat esse, ut probabiles
 quique manifestarentur, tam qui in persecutionibus steterint, quam qui ad hæreses non
 exorbitauerint. ²³ Neque enim eos probabiles intelligi iuuat, qui in hæresim fidem de-
 mutant: sicut ex diuerso sibi interpretantur, quia dixit alibi: ²⁴ Omnia examinate, quod
 bonum est tenete. Quasi non liceat omnibus malè examinatis in electionem alicuius
 mali impingere per errorem. [²⁵ Porro si dissensiones & schismata increpat, quæ sine
 dubio mala sunt, & ²⁶ incontinenti hæreses subiungit, quod malis adiungit, malum uti-
 que proficitur, & quidem maius: cum ideò credidisse se dicat, de schismatibus & dis-
 sensionibus, quia sciret etiam hæreses oportere esse. Ostendit enim grauioris mali pro-
 spectu de leuioribus se facile credidisse, certè non ut ideò de malis crediderit, quia hæ-
 reses bonæ essent, sed uti de peioris quoque notæ tentationibus præmoneret non esse
 mirandum, quas diceret impendere ad probabiles quosque manifestandos, scilicet quos
 non potuerint deprauare. Denique si totum capitulum ad unitatem continendam, &
 separationes coercendas sapit: hæreses uero non minus ab unitate diuellunt, quam schis-
 mata & dissensiones, sine dubio & hæreses in ea conditione reprehensionis constituit,
 in qua schismata & dissensiones. Ac per hoc non eos probabiles facit, qui in hæreses
 deuerterint, ²⁷ quum maximè deuertere ab eiusmodi obiurgans, & docens, unum omnes
 loqui, & id ipsum sapere, quod etiam hæreses non sinunt. [²⁸ Nec diutius de isto, si
 idem est Paulus, qui & alibi hæreses inter carnalia crimina enumerat, ²⁹ scribens ad Ga-
 latas; & qui Tito suggerit, hominem hæreticum post primam correptionem recusand-
 um, quod peruersus sit eiusmodi & delinquat, ut à semetipso damnatus. Sed & in
³⁰ omni penè epistola de ³¹ adulterinis doctrinis fugiendis inculcans, hæreses taxat, qua-
 rum opera sunt adulteræ doctrinæ: ³² hæreses dictæ Græca uoce ex interpretatione ele-
 ctionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas utitur. ³⁴ Ideò & sibi dam-
 natum dixit hæreticum, quia & in quò damnatur, sibi elegit. Nobis uero nihil ex nostro
 arbitrio inducere licet, sed nec eligere quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos
 Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, ele-
 gerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignauerunt. Itaque
 etiam si angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. Prouiderat
 iam tunc spiritus sanctus futurum ³³ in uirgine quadam Philumene angelum seductio-
 nis; transfigurantem se in angelum lucis, cuius signis & præstigiis Apelles inductus,
 nouam hæresim induxit. [³⁵ Hæ ^a sunt doctrinæ hominum & ^b dæmoniorum, ^c pru-
 b *1. Tim. 4.* rientibus auribus natæ: ³⁷ de ingenio ^d sapientiæ seculi, quam Dominus stultitiam uo-
 c *2. Tim. 4.* cans, ^e stulta mundi in confusionem etiam Philosophiæ ipsius elegit. Ea est enim mate-
 d *1. Cor. 3.* ria sapientiæ secularis, temeraria interpretis diuinæ naturæ & dispositionis. Ipsæ de-
 e *1. Cor. 1.*

A nique hæreses à Philosophia ³⁸ subornantur. ³⁹ Inde Æones & formæ, nescio quæ, & tri-
 nitas hominis apud Valentinum: Platonius fuerat. ⁴⁰ Inde Marcionis Deus melior de
 tranquillitate: à Stoicis venerat. ⁴¹ Et uti anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur.
 Et ut ⁴² carnis restitutio negetur, de vna omnium Philosophorum schola sumitur. ⁴³ Et
 ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est: ⁴⁴ & ubi aliquid de igneo Deo al-
 legatur, Heraclitus interuenit. Eadem materiæ apud hæreticos & Philosophos uoluntur,
 iidem retractatus implicantur. Vnde malum, & quare? & unde homo, & quomodo?
 Et quod proximè Valentinus proposuit, Vnde Deus? ⁴⁵ Scilicet de enthymeli, & ectro-
 mate. ⁴⁶ Inserunt Aristotelem, qui illis Dialecticā instituit, artificem struendi & destruē-
 di uersipellem, in sententiis coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam cō-
 tentionum, molestam etiam sibi ipsi, omnia retrahentem, ne quid omnino tractauerit.
⁴⁷ Hinc illæ fabulæ & geneologiæ ⁴⁸ indeterminabiles, & quæstiones infructuosæ, & ser-
 mones serpentes uelut cancer; à quibus nos Apostolus refrenans, nominatim Philoso-
 phiam testatur cauere oportere, scribens ad Colossenses: Videte ⁴⁹ ne quis vos circumue-
 niat per Philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominū, præter
 prouidentiam spiritus sancti. Fuerat Athenis, & istam sapientiā humanam, affectatricem,
 & interpolatricem ueritatis, de congressibus nouerat, ipsam quoque in suas hæreses multi-
 partitam ⁵⁰ uarietate sectarum inuicem repugnantium. Quid ergo Athenis & Hierosoly-
 mis: quid Academiæ & Ecclesiæ? quid hæreticis & Christianis? Nostra institutio ⁵¹ de por-
 tico Salomonis est, ⁵² qui & ipse tradiderat: Dominū in simplicitate cordis esse querē-
 dum. Viderit qui Stoicum, & Platicum, & Dialecticum, Christianismū protulerunt.
 [⁵³ Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangelium. V I I I.
 Cū credimus, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, nō esse quod
 ultra credere debeamus. Venio itaque ad illum articulum, quē & nostri prætendunt ⁵⁴ ad
 ineundam curiositatem, & hæretici inculcant ad importandam curiositatem. Scriptum
 est, inquit: Querite, & inuenietis. Quando hanc uocem Dominus emisit, recordemur.
⁵⁵ Puto in primitiis ipsis doctrinæ suæ, cum adhuc dubitaretur apud omnes, an Christus
 esset. Et cum adhuc nec Petrus illum Dei filium pronuntiaffet, ⁵⁶ cum etiam Ioannes, de
 illo certus, esse desisset. Merito ergo tunc dictum est, Querite & inuenietis, quando quæ-
 rendus adhuc erat, qui adhuc agnitus non erat: & hoc quantum ad Iudæos. Ad illos enim
 pertinet totus sermo suggillationis istius, qui habebant ubi quærerent Christum. ⁵⁷ Ha-
 bent, inquit, Moysen & Heliam, id est Legem & Prophetas Christum prædicantes: secū-
 dum quod & alibi aperte: ⁵⁸ Scrutamini, inquit, scripturas, in quibus salutem speratis. Illæ
 enim de me loquuntur. Hoc erit, quærite & inuenietis. Nam & sequentia in Iudæos cō-
 pertum manifestum est, Pulsate & aperietur ⁵⁹ uobis. Iudæi retrò penes Deum fuerat, de-
 hinc eieci ob delicta, extra Deum esse cœperunt. ⁶⁰ Nationes uero nunquam penes Deū,
 nisi stillicidiū de situla, & puluis ex area; & ⁶¹ foris semper. Itaque qui foris semper, quo-
 modo pulsabit eò ubi nunquam fuit: quam ianuam nouit, in qua nec receptus nec eiectus
 aliquando? an qui scit se intus fuisse & foris actum, is potius pulsabit, & ostium nouit:
 Etiam: Petite & accipietis, ei competit, qui sciebat à quo esset petendum, à quo & erat
 aliquid promissum, à Deo scilicet Abraham, Isaac & Iacob, quem nationes non magis
 nouerant quam ullam repromissionem eius. Et ideò ad Israël loquebarur: Non sum,
 inquit, missus, nisi ad oues perditas domus Israël. Nondum canibus iactabat panem
 filiorum: nondum in uiam nationum ire mandabat. Siquidem in fine præcepit, ut ual-
 derent ad docendas & tingendas nationes; consequuturi mox spiritum sanctum para-
 cletum, qui illos deducturus esset in omnem ueritatem. Et hoc erga illos facit. Quod
 si nationibus destinati doctores Apostoli, ipsi quoque doctorem consequuturi erant pa-
 racletum; ⁶² multo magis uacabat erga nos: Querite & inuenietis: quibus uirò erat
 obuentura doctrina per Apostolos, & ipsis Apostolis per spiritum sanctum. Omnia qui-
 dem dicta Domini omnibus posita sunt, quæ per aures Iudæorum ad nos transferunt;
 sed pleraque in personas directa, non proprietatem admonitionis nobis constituerunt,
 sed exemplum. [⁶⁴ Cedo nunc sponte de gradu isto: omnibus dictum sit, Querite &
 inuenietis: tamen & hic expetit sensus certæ interpretationis gubernaculum. ⁶⁵ Nulla
 vox diuina ita dissoluta est & diffusa, ut uerba tantum defendantur, & ratio uerborum
 non constituitur. Sed in primis hoc propono: ⁶⁶ Vnum utique & certum aliquid insti-
 tutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco quærere, ut

possint cum inuenerint credere. Vnius porro & certi instituti, infinita inquisitio non potest esse: quærendum est donec inuenias, & credendum ubi inuenieris: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id inuenieris & credideris quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod à Christo institutum est.⁶⁷ Interim ex fiducia probationis præuenio, admonens quosdam nihil esse quærendum ultra quod crediderunt, id esse quod quærere debuerunt: ne, Quærere & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur. [⁶⁸ Ratio autem dicti huius in tribus articulis constitit: In re, in tempore, in modo. In re, ut quid sit quærendum cõsideres. In tempore, ut quando. In modo, ut quousque. Igitur quærendum est quod Christus instituit, utique quamdiu non inuenis, & utique donec inuenias. Inuenisti autem cum credidisti, nam non credidisses, si non inuenisses, sicut nec quærisses, nisi ut inuenires. Ad hoc ergo quærere ut inuenias, & ad hoc inuenies ut credas. Omnem prolationem quærendi & inueniendi credendo fixisti, hunc tibi modum statuit fructus ipse quærendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non vult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec quærere. Ceterum si quia alia tanta ab aliis sunt instituta, propterea in tantum quærere debemus, in quantum possumus inuenire, semper quæremus, & nunquam omnino credemus. Vbi enim erit finis quærendi? vbi statio credendi? vbi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? sed & Valentinus proponit: Quærere & inuenietis. Apud Valentinum? sed & Apelles hac me pronuntiatione pulsabit, & Hebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo se mihi insinuantes, me sibi adducant.⁷¹ Ero itaque nusquam, dum ubique; conuenior: Quærere & inuenietis: & velint me sic esse nusquam, quasi qui nunquam apprehenderim illud quod Christus instituit, quod quærere oportet, quod credi necesse est. [⁷² Impune erratur, nisi delinquatur, quamuis errare delinquere est. Impune, inquam, vagatur, qui nihil deserit. At enim si quod debui credere credidi, & aliud denuo puto requirendum, spero utique & aliud esse inueniendum, nullo modo speraturus istud, nisi quia aut non credideram qui videbar credidisse, aut desij credidisse. Ita fidem meam deserens,⁷³ negator inuenior. Semel dixerim, Nemo quærere, nisi qui aut non habuit, aut perdidit.⁷⁴ Perdiderat vnam ex decem didrachmis anas illa, & ideo quærebat: vbi tamen inuenit, quærere desit. Panem vicinus non habebat, & ideo pulsabat: vbi tamen apertum est ei, & ut accepit, pulsare cessauit. Vidua à iudice petebat audiri, quia non admittebatur: sed vbi audita est, hætenus institit. Ad eum finis est, & quærendi, & pulsandi, & petendi. Petenti enim dabitur, inquit, & pulsanti aperietur, & quærenti inuenietur.⁷⁶ Viderit qui quærere semper, quia non inuenit. Illic enim quærere, vbi non inuenietur. Viderit qui semper pulsare, quia nunquam aperietur. Illic enim pulsare, vbi nemo est. Viderit qui semper petit, quia nunquam audietur. Ab eo enim petit, qui non audit. [⁷⁷ Nobis etiam quærendum esset adhuc & semper, vbi tamen quærere oportet? ⁷⁸ Apud hæreticos? vbi omnia extranea & aduersaria nostre veritati; ad quos veramur accedere. Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui sperat? Quis miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, ⁷⁹ donatiuum & stipendium caprat, nisi planè defertor & transfuga & rebellis? Etiam anas illa intra tectum suum dragmam requirebat: etiam pulsator ille vicini ianuam tundebat: etiam vidua illa non inimicam, licet durum, iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, unde destruitur.⁸⁰ Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro: idque dumtaxat quod salua regula fidei potest in quæstionem deuenire. [⁸¹ Regula est autem fidei, ut iam hinc quid credamus profiteamur, illa scilicet qua creditur: ⁸² Vnum ^a omnino Deum esse; ^b nec alium præter mundi conditorem; ^c qui vniuersa de nihilo produxerit, ^d per verbum suum primò omnium emisit: Id ^e verbum ^e filium eius appellatum, ^f in nomine Dei variè visum Patriarchis, ^g in prophetis semper auditum, ^h postremò ^h delatum ex spiritu Dei patris & virtute in virginem Mariam, ⁱ carnem factum in utero eius, & ex ^k ea natum hominem & esse Iesum Christum: ^l exinde prædicasse nouam legem, & nouam promissionem regni cœlorum, ^m virtutes fecisse: ⁿ Fixum ⁿ cruci; ^o Tertia ^o die resurrexisse: ^p In ^p cœlos ereptum sedere ad dexteram patris: ^q Misisse ^q vicariam vim spiritus sancti qui credentes agat: ^r Venturum ^r cum claritate, ^s ad ^s sumendos sanctos in vitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, & ad prophanos iudicandos igni perpetuo, ^t facta ^t vtriusque partis resurrectione cum carnis

^o Ibidem. p Marc. 16. q Act. 2. r Matth. 24. s Matth. 25. t Ioan. 5.

A nis resurrectione. [⁸³ Hæc regula à Christo ut probabitur instituta, nullas habet apud nos quæstiones, nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæreticos faciunt. Ceterum manente forma eius in suo ordine, quantumlibet quæras & tractes, & omnem libidinem curiositatis effundas, si quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obscuritate obumbrari: ⁸⁴ est utique frater aliquis doctor gratia scientiæ donatus: est aliquis inter exercitatos conuersatus; aliquis tecum curiosus, tecum tamen quærens: nouissimè ignorare melius est, ne quod non debeas, noris, quia quod debeas nosti. Fides, inquit, tua te saluum fecit: non exercitatio scripturarum. Fides ⁸⁵ in regula posita est: habes legem, ⁸⁶ & salutem ex obseruatione legis: exercitatio autem in curiositate consistit, habens gloriam solam de peritiæ studio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti. Certè aut non obstrepant, aut quiescant aduersus regulam. Nihil ultra scire, omnia scire est. Ut non inimici essent veritatis hæretici, ut de refugiendis eis non præmoneremur, quale est conferre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se quærere consentunt? Si enim verè adhuc quærunt, nihil adhuc certi deprehenderunt: & ideo quodcumque videntur interim tenere, dubitationem suam ostendunt quamdiu quærunt. Itaque tu qui proinde quærere, spectans ad eos qui & ipsi quærunt, dubius ad dubios, certus ad incertos, cæcus ad cæcos; in foueam deducaris necesse est. ⁸⁷ Sed quum decipiendi gratia prætentunt se adhuc quærere, ut nobis per sollicitudinis iniectionem tractatus suos insinuent: denique vbi adierunt ad nos, statim quæ dicebant quærenda esse defendunt: iam illos sic debemus refutare, ut sciant nos non Christo, sed sibi negatores esse. Cum enim quærunt adhuc, nondum tenent: cum autem non tenent, nondum crediderunt. Cum autem nondum crediderunt, non sunt Christiani. At cum tenent quidem & credunt, quærendum tamen dicunt ut defendant: antequam defendant, negant quod credunt, consentientes se nondum credidisse, dum quærunt. Qui ergo nec sibi sunt Christiani, quæto magis nobis? Qui per fallaciam veniunt, qualem fidem disputant? ⁸⁸ cui veritati patrocinantur, qui eam à mendacio inducunt? [⁸⁹ Sed ipsi & de scripturis agunt, & de scripturis suadent. Aliunde scilicet loqui possent de rebus fidei, nisi ex litteris fidei. ⁹⁰ Venimus igitur ad propositum: huc enim dirigebamur, & hoc præstruebamus, ad locutionis præfationem, ut iam hinc de eo congrediamur, de quo aduersarij prouocant. Scripturas obtendunt, & hac sua audacia statim quosdam mouent: in ipso verò congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Hunc igitur potissimum gradum obstruimus, non admittendos eos ad ullam de scripturis disputationem: si hæ sunt vires eorum, ane eas habere possunt dispici debet, cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eas, cui nullo modo competit. [⁹¹ Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter inuendæ ⁹² cõstitutionis induxerim, nisi ratio constiterit, in primis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat, ⁹³ prohibenti quæstiones inire, nouis vocibus aures accommodare, hæreticum ⁹⁴ post vnam correptionem conuenire, non post disputationem. Ad eum interdixit disputationem, correptionem designans causam hæretici conueniendi: & hoc vnam, scilicet quia non est Christianus: ne more Christiani, semel & iterum, & sub duobus aut tribus testibus castigandus videretur: cum ob hoc sit castigandus propter quod non sit cum illo disputandum. [⁹⁵ Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, nisi planè ut aut stomachi quis ineat euerfionem, aut cerebri. Ista ⁹⁶ hæresis non recipit quasdam scripturas: & si quas recipit, adiectionibus & detractationibus ad dispositionem instituti sui interuertit: & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus. Variæ præsumptiones necessariò nolunt agnoscere ea, per quæ reuincuntur: his ⁹⁷ nituntur quæ ex falsò composuerunt, & quæ de ambiguitate coeperunt: Quid promouebis exercitatissimè scripturarum, cum si quid defenderis, negetur ex diuerso, siquid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione: nihil consequeris, nisi bilem de blasphematione. [⁹⁸ Ille verò, si quis est cuius causa in congressum descendis scripturarum, ut eum dubitantem confirmes, ad veritatem an magis ad hæreses deuerget? hoc ipso motus, quod te videat nihil promouisse æquo gradu negandi & defendendi, diuersa parte statutum: certè de pari altercatione incertior discedet, nesciens quam hæresin iudicet: Hæc ⁹⁹ utique & ipsi habent in nos retorquere. Necesse est enim & illos dicere à nobis potius adulteria scripturarum & expositionum mendacia inferri, qui proinde sibi defendant veritatem. [¹⁰⁰ Ergo non ad scripturas prouocandum

est: nec in his cõstituendum certamen, in quibus aut nulla aut incerta victoria est, aut parum certa. Nam etsi non ita euaderet conlatio scripturarum, vt vtramque partẽ parem susteret, ordo rerũ desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est: Quibus cõpetat fides ipsa, Cuius sint scripturæ: A quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina quã sunt Christiani. ¹¹² vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ, illic erit veritas scripturarũ & expõtionũ, & omnium traditionũ Christianarum. [¹¹³ Christus Iesus Dominus noster permittat dicere. ¹¹⁴ Interim quisquis est Christus, cuiuscunque Dei filius, cuiuscunque materię homo & Deus, cuiuscunque fidei præceptor, cuiuscunque mercedis promissor. ¹¹⁵ Quid ^a esset, quid ^b fuisset, ^c quam patris voluntatẽ administraret, ^d quid homini agendũ determinaret; quamdiu in terris agebat, ipse pronuntiabat, ^e siue populo palãm, ^f siue discipulis seorsum. Ex ^g quibus, duodecim præcipuos lateri suo adlegerat dẽstinos Nationibus magistros. Itaque ^h vno eorum de cõfisso, ⁱ reliquos vndecim regrediens ad patrẽ post resurrectionẽ, iussit ire & docere Nationes, ¹¹⁶ tinguẽdas in Patrem & in Filium & in Spiritũ sanctum. ^k Statim igitur ¹¹⁷ Apostoli (quos hæc appellatio Missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Mathia in locũ Iudæ, ex ^l auctoritate prophetiæ, quæ est in Psalmo Dauid, ^m cõsecuti promissam vim spiritus sancti ad virtutes & eloquium, ¹¹⁸ primò ⁿ per Iudæam cõtestata fide in Iesum Christum, & Ecclesiis institutis, ¹¹⁹ dehinc ^o in orbem profecti, eandem doctrinã eiusdem fidei Nationibus promulgauerũt, & proinde ¹²⁰ Ecclesias ^p apud vnãquamq; ciuitatem E condiderunt, à quibus ¹²¹ traducem fidei & semina doctrinæ, ceteræ exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutantur vt Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicę deputantur, vt soboles Apostolicarũ Ecclesiarũ. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. ¹²² Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnã omnes probant vnitatẽ. ¹²³ Communicatio pacis, & ¹²⁴ appellatio fraternitatis, & ¹²⁵ contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quàm ¹²⁶ eiusdem sacramenti vna traditio. [¹²⁷ Hanc igitur dirigimus præscriptionẽ: Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios nõ esse recipiẽdos prædicatores, quàm quos Christus instituit; quia nec alius patrẽ nouit nisi filius, & cui filius reuelauit, nec aliis videretur reuelasse filius, quàm Apostolis quos misit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autẽ prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam, nõ aliter probari debere, nisi per easdẽ Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam ¹²⁸ viua (quod aiunt) voce, quàm per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, cõstat proinde omnẽ doctrinam, quæ cũ illis Ecclesiis Apostolicis ¹²⁹ matricibus & originalibus fidei cõspiret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, ¹³⁰ quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquã verò omnem doctrinã de mendacio præiudicandam, quæ sapiat cõtra veritatẽ Ecclesiarũ, & Apostolorũ, & Christi, & Dei. Superest ergo vt demõstremus, an hæc nostra doctrina, cuius regulam suprã ædidimus, de Apostolorũ traditione cõsecatur, & ex hoc ipso, an ceteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, quod nulla doctrina diuersa, hoc est testimoniũ veritatis. [¹³¹ Sed quoniã tam expedita probatio est, vt si statim proferatur, nihil iam sit retractandum, ac si prolata nõ sit à nobis, locũ interim demus diuersæ patri, si quid putant ad infirmendam hanc præscriptionẽ mouere se posse. ¹³² Solent dicere: nõ omnia Apostolos scisse; eadẽ agitati dementia qua rursus cõuertunt: omnia quidẽ Apostolos scisse, sed nõ omnia omnibus tradidisse; in vtroque Christum reprehensioni subiiciẽtes, qui aut minus instructos, aut parum simplices Apostolos miserit. ¹³³ Quis enim integræ mentis, credere potest aliquid eos ignorasse, ¹³⁴ quos magistros Dominus dedit, in diuiduos habitos in comitatu, in discipulatu, in conuictu; quibus obscura quæque seorsim differebat; illis dicens datum esse cognoscere arcana, quæ populo intelligere nõ liceret? Latuit aliquid ¹³⁵ Petrum ædificandæ Ecclesiæ petrã dictum, clauis regni cœlorum cõsecutum, & soluẽdi & alligãdi in cœlis & in terris potestatem? Latuit & Ioãnem aliquid dilectissimũ Domino, pectori eius incubantẽ; cui soli Dominus Iudam traditorem præmõstrauit; quem loco suo filiũ Marię demãdauit? Quid eos ignorasse voluit; quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moysem, & Heliam, & insuper de cœlo patris vocem? non quali ceteros reprobans, sed ¹³⁶ quoniã in tribus testibus stabit omne verbum. Ignorauerunt itaq; & illi, quibus post resurrectionem quoque in itinere omnes scripturas edisserere dignatus est. Dixerat planẽ aliquando: Multa habeo adhuc vobis loqui, sed

A sed non potestis modò ea sustinere, tamẽ adiciẽs: Cũ venerit ille spiritus veritatis, ipse vos deducet in omnem veritatem: ostendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem consecuturos per spiritum veritatis repromiserat; & vtique impleuit repromissum, probantibus Actis Apostolorum descensum spiritus sancti. ¹³⁷ Quam scripturam qui non recipiunt, nec spiritum sanctum possunt agnoscere discipulis missum, sed nec Ecclesiam se dicant defendere, qui quãdo, & quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. Tanti enim est illis non habere probationes eorum quæ defendunt, ne pariter admittantur ¹³⁸ traductiones eorum quæ mentiuntur. [¹³⁹ Proponunt ergo ad sugillandam ignorantiam aliquam Apostolorum; quod Petrus & qui cum eo erant, reprehensi sint à Paulo. Ad eò inquit, aliquid eis defuit, vt ex hoc etiam illud struant, potuisse postea pleniorẽ scientiam superuenire, qualis obuenerit Paulo reprehendenti antecessores. Possumus & hic Acta Apostolorum repudiantibus dicere: Prius est vt ostendatis quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus: ¹⁴⁰ quatenus & alias ad quæstiones plurimum eo vtuntur. Neque enim, si ipse se Apostolum de persecutore profiteretur, sufficit vniciquẽ ¹⁴¹ examinare credenti; quãdo nec Dominus ipse de se testimonium dixerit. Sed credant sine scripturis, vt credant aduersus scripturas: tamen doceãt ex eo, quod allegant Petrum à Paulo reprehensum, aliã Euangelij formam à Paulo superinductam, citra eam quam præmiserat Petrus & ceteri. Atquin demutatus in prædicatorem de persecutore, deducitur ad fratres à fratribus, vt vnus ex fratribus, & ad illos ab illis qui ab Apostolis fidem induerant. Dehinc, sicut ipse enarrat, ascendit Hierosolymam congnoscẽdi Petri causa, ex officio & iure scilicet eiusdem fidei & prædicationis. Nam & illi non essent admirati de persecutore factum prædicatorem, si aliquid contrarium prædicaret; nec Dominum præterea magnificassent, quia aduersarius eius Paulus obuenerat. Itaque & dexteram ei dederunt signum concordiæ & conuenientiæ: & inter se distributionem officij ordinauerunt, non separationem Euangelij: nec vt aliud alter, sed vt aliis alter prædicaret, Petrus in circũcisionem, Paulus in Nationes. Ceterum si reprehensus est Petrus, quod cũ conuixisset ethnicis, postea se à conuictu eorum separabat personarũ respectu; vtique conuersationis fuit vitium, non prædicationis. ¹⁴² Non enim ex hoc alius Deus quàm creator, & alius Christus, quàm ex Maria, & alia spes quàm resurrectio annuntiabatur. [¹⁴³ Non mihi tam bene est, immò non mihi tam malè est, ¹⁴⁴ vt Apostolos committam. Sed quoniã peruersissimi isti illam reprehensionem ad hoc obtendunt, vt suspectam faciant doctrinam superiorem, respondebo quasi pro Petro: ipsum Paulum dixisse, factum se omnibus esse omnia, Iudæis Iudæum, non Iudæis non Iudæum, vt omnes lucrificaret. Ad eò pro temporibus & personis & causis quædam reprehendebant, in quæ & ipsi æquẽ pro temporibus & personis & causis cõmittebant: quemadmodum si & Petrus reprehenderet Paulum, quod prohibent circũcisionem, circũciderit ipse Timotheum. Viderint qui de Apostolis iudicãt. Bene quod ¹⁴⁵ Petrus Paulo & in martyrio æquatur. ¹⁴⁶ Sed & si in tertium vsque cœlum ereptus Paulus & in paradysum delatus audivit quædam illic, non possunt videri ea fuisse, quæ illum in aliam doctrinam instructiore præstarent, cũ ita fuerit conditio eorum, vt nulli hominum proderent. ¹⁴⁷ Quod si ad alicuius conscientiam manauit nescio quid illud, & hoc se aliqua hæresis sequi affirmat, aut Paulus secreti proditi reus est, aut & alius postea in paradysum ereptus debet ostendi, cui permissum sit eloqui, quæ Paulo mutire non licuit. [¹⁴⁸ Sed, vt diximus, eadem dementia est; cũ cõfitentur quidem nihil Apostolos ignorasse, nec diuersa inter se prædicasse, sed non omnia volũt illos omnibus reuelasse: quædam enim palãm, & vniuersis; quædam secretò, & paucis demandasse: quia & hoc verbo vsus est Paulus ad Timotheum: O Timothee, depositum custodi. Et rursum: Bonum depositum custodi. Quod hoc depositum est, tam tacitum, vt alterius doctrinæ deputeretur? An illius denuntiationis, de qua ait: ¹⁴⁹ Hanc denuntiationem commendo apud te filiule Timothee. Item illius præcepti, de quo ait: Denuntio tibi ante Deum, ¹⁵⁰ qui viuificat omnia, & Iesum Christum, qui testificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt custodias præceptum. Quod autem præceptum, quæ denuntiatio, ex suprã & infrã scriptis intelligitur; non nescio quid substendi hoc dicto de remotiore doctrina, sed potius inculcari de nõ admittenda aliã præter eã, quam audierat ab ipso: & puto ¹⁵¹ corã multis, inquit, testibus. Quos multos testes si nolũt Ecclesiã intelligi, nihil interest quomodo nihil tacitũ fuerit, quod sub multis testibus proferebatur. Sed nec quia monet illũ: hæc fidelibus hominibus

XXVI.

Math. 7.
Math. 10.
Luc. 19.
Math. 5.

Act. 4.

1. Cor. 1.

Math. 5.
XXXVII.

Gal. 3.
Gal. 5.
Gal. 1.
1. Cor. 3.
1. Cor. 8.
Rom. 1.
Ephes. 1.
Philipp. 1.
XXVIII.
Ioan. 14.
16.

XXIX.

Math. 24.
Gal. 1.
XXX.

demandare, qui idonei sint & alios docere, id quoque argumētum occulti alicuius Euangeliij interpretandū est. Nam & cū dicit Hæc, de eis dicit, de quibus in præsentī scribebat: de occultis autem vt de absentibus apud conscientiam, non hæc, sed illa dixisset. [¹⁶¹ Porro consequens erat, vt cui demandabat Euangelij administrationem, non passim nec inconsideratè administrandā adiceret, secundum Dominicam vocē, ne margaritam porcis, & sanctū canibus iactaret. Dominus palam edixit, sine vlla significatione alicuius taciti sacramenti, ipse præceperat: si ¹⁶² quid in tenebris & in abscondito audissent, in luce & in tectis prædicarent. Ipse per similitudinem præfigurauerat: ne ¹⁶³ vnam mnam, id est, vnum verbum eius, sine fructu in abdito reseruarent. Ipse docebat lucernam ¹⁶⁴ non sub modio abstrui solere, sed in candelabrum constitui, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Hæc Apostoli aut neglexerunt, aut minimè intellexerunt, si non adimpleuerunt, abscondentes aliquid de lumine, id est, de Dei verbo, & Christi sacramento. Neminè quod scio verebantur, non Iudæorum vim, non ethnicorum: quo magis ¹⁶⁵ vtique in Ecclesia liberè prædicabant, qui in synagogis & in locis publicis non tacebant: immò neque Iudæos cõuertere, neque ethnicos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis volebāt, ordine exponerent. Multo magis iam credētibus Ecclesiis nihil subtraxissent, quod aliis paucis seorsum demandarent: quanquam etsi quædam inter domesticos, vt ita dixerim, differebant, non tamen ea fuisse credendum est, quæ aliam regulam fidei superduceret, diuersam & contrariam illi, ¹⁶⁶ quam catholicè in medium proferebant: ¹⁶⁷ vt alium Deum in Ecclesia dicerent, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam designarent in aperto, aliā in secreto: & aliam spem resurrectionis apud omnes annuntiarent, aliam apud paucos: cū ipsi obsecrarent in epistolis suis: vt id ipsum & vnū loquerentur omnes, & nō essent schismata & dissensiones in Ecclesia, quia siue Paulus, siue alij, eadem prædicarent. Alioquin meminere: Sit sermo vestre: est, est: non, non: quod amplius, hoc à malo est, ne scilicet Euangelium in diuersitate tractarent. [¹⁶⁸ Si ergo incredibile est, vel ignorasse Apostolos plenitudinem prædicationis, vel nō omnem ordinē regulæ omnibus ædidisse, videamus ne fortè Apostoli quidem simpliciter & plenè, Ecclesiæ autem suo vitio aliter acceperint, quàm Apostoli proferebant. Omnia ista scrupulositatis incitamenta inuenias prædici ab hæreticis. Tenet correptas ab Apostolo Ecclesias, O insensati Galatæ, quis vos fascinauit: & ¹⁶⁹ Tam bene currebatis, quis vos impediit: ipsumque principiū: Miror quod sic cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangeliū. Item ad Corinthios scriptum, quod essent adhuc carnales qui lacte educarentur, nondum idonei ad pabulum; qui putarent se scire aliquid, quādo nondum scirent, quemadmodum sciri oporteret. Cū correptas Ecclesias opponunt, credant emendatas. Sed & illas recognoscant, de ¹⁷⁰ quarum fide & scientia & conuersatione Apostolus gaudet, & Deo gratias agit: quæ tamen hodie cum illis correptis vnus institutionis iura commiscant. [¹⁷¹ Age nunc: Omnes errauerint; deceptus sit & Apostolus de testimonio reddendo quibusdam: nullā respexerit spiritus sanctus vti eam in veritatē deduceret, ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus de patre, vt esset doctor veritatis: neglexerit officij Dei villicus, Christi vicarius, sinens Ecclesias aliter interim intelligere, aliter credere, quàm ipse per Apostolos prædicabat. Ecquid verisimile est, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint? Nullus inter multos euentus est vnus exitus: variasse debuerat error doctrinæ Ecclesiarum. Ceterum quod apud multos vnum inuenitur, non est erratum, sed traditum. Audeat ergo aliquis dicere illos errasse qui tradiderunt? [¹⁷² Quoquo modo sit erratum; tam diu vtique regnauit error, quàm diu hæreses non errant. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas expectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebat, tot milia milium perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique martyria perperam coronata. Aut si nec perperam nec in vacuū, quale est vt antè res Dei currerent, quàm cuius Dei notum esset? antè Christiani, quàm Christus inuentus? antè hæreses, quàm vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit: postremò, similitudo succedit. Ceterum satis ineptum, vt prior in doctrina hæresis habeatur; vel quoniam ipsa est quæ futuras hæreses & cauendas prænuntiavit. Ad eius doctrinæ Ecclesiam scriptum est, immò ipsa doctrina ad Ecclesiā suam scribit; Etsi angelus de caelo aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema sit. [Vbi ¹⁷³ tunc Marcion, ¹⁷⁴ Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonice sectator? Nam constat illos ¹⁷⁵ neque

A

¹⁶⁶ neque aded olim fuisse, Antonini ferè Principatu, & in ¹⁶⁶ Catholicam primò doctrinā credidisse apud Ecclesiam Romanensem, donec ¹⁶⁷ sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum eiecti, Marcion quidem ¹⁶⁸ cum ducentis sefertis suis quæ ¹⁶⁹ Ecclesiæ intulerat, ¹⁷⁰ nouissimè in perpetuum discidium relegati, venena doctrinarū suarū disseminauerūt. Postmodum Marcion pœnitentiam confessus, ¹⁷¹ cū cõditioni datæ sibi occurrit, ¹⁷² ita pacem recepturus, si ceteros quoque quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præuentus est (oportebat enim hæreses esse) nec tamen ideò bonum hæreses, quia esse ¹⁷³ eas oportebat: quasi non & malum oportuerit esse. Nam & dominū tradi oportebat, sed ¹⁷⁴ vā traditori: ne quis etiam hinc hæresim defendat. ¹⁷⁵ Si & Apellis stemma retractandum est, tam non vetus & ipse quàm Marcion institutor & præformator eius: sed lapsus in feminam desertor ¹⁷⁶ continentia Marcionensis, ab oculis sanctissimi magistri Alexandriam secessit. Inde post annos regressus non melior, nisi tantum quā iam nō Marcionites, in alteram feminam impegit, illam virginem Philumenem (quā supra ædidimus) postea verò immane prostibulū & ipsam, ¹⁷⁷ cuius energemate circūuentus, quæ ab ea didicit ¹⁷⁸ Phaneroseis scripsit. Adhuc in seculo supersunt qui meminerint eorum, etiam proprii discentes & successores ipsorum, ne posteriores negare possint. Quanquam & de operibus suis, ¹⁷⁹ vt dixit Dominus, reuincuntur. Si enim Marcion nouum Testamentū à vetere separauit, posterior est eo quod separauit, quia separare non posset, nisi quod vnitum fuit: vnitum ergo ante quàm separaretur, postea factum separatum, posteriorem ostendit separatōē. Item Valentinus, aliter exponens & sine dubio emendans hoc nomine, quicquid emendat, vt mendosum retrò alterius fuisse demonstrat. Hos vt insigniores, & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Ceterum & ¹⁷⁷ Nigidius nescio qui & Hermogenes, & multi alij adhuc ambulant peruerentes vias Dei. Cupio ostendant mihi, ex qua auctoritate prodierunt, Si alium Deum prædicant, quomodo eius Dei rebus & litteris & nominibus vtuntur aduersus quem prædicant? si eundem, quomodo aliter? ¹⁷⁸ Pro bent se novos Apostolos esse: dicant Christum iterū descendisse, iterum ipsum docuisse, iterū crucifixum, iterū mortuum, iterum resuscitatum: sic enim Apostolos solet facere, dare illis præterea virtutem, eadem signa ædendi, quæ & ipse. Volo igitur & virtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximā virtutem eorum, qua Apostolus in peruersum æmulatur. Illi ¹⁷⁹ enim de mortuis viuos faciebant, isti de viuis mortuos faciunt. [Sed ¹⁸⁰ ab excessu, xxxi.

B

reuertar ad principalitatem veritati, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quoque parabola patrocini, quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum primò constituit, ¹⁸¹ auenarum autem steriles sœni adulterum ab inimico diabolo postea superducit. Propriè enim doctrinarum distinctionem figurat, quia & alibi verbū Dei seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur, ¹⁸² id esse Dominicum & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneū & falsum, quod sit posterius immissum. Eā sententiā manebit aduersus posteriores quasq; hæreses, quibus nulla constantia de conscientia cõpetit ad defendendam sibi veritatem. [¹⁸³ Ceterum si quæ audent interferrere se atati Apostolicæ, vt ideò videantur ab Apostolis traditæ, quia sub Apostolis fuerunt: possumus dicere: Adant ergo origines Ecclesiarū suarum: euoluāt ordinē Episcoporum suorū, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit auctorem & antecessorē. Hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ ¹⁸⁴ census suos deferunt: ¹⁸⁵ sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: ¹⁸⁶ sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde vtique & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Confangant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam illicitum est: sed etsi cõfinerint, nihil promouebūt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronuntiabit, neq; Apostoli alicuius auctoris esse neque Apostolici: quia sicut Apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & Apostolici nō cõtraria Apostolis ædidissent, nisi illi qui ab Apostolis descuerūt, & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Ecclesiis, quæ licet nullum ex Apostolis vel Apostolicis auctore suū proferant, vt multo posteriores, quæ denique quotidie instituntur: tamè in eadem fide cõspirantes, nō minus Apostolicæ deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreses ¹⁸⁷ ad vtranque formā à nostris Ecclesiis prouocata, probet se quaquā

C

xxxii.

putant Apostolicas. Sed aded nec sunt, nec possunt probare quod non sunt: nec recipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesiis quoquo modo Apostolicis: scilicet eb diuersitatem sacramenti, nullo modo Apostolicæ. [¹⁹⁶ Adhibeo super hæc ipsarum doctrinarum recognitionem, quæ tunc sub Apostolis fuerunt, ab iisdem Apostolis & demonstrata & cetera. ¹⁹⁷ Nam & sic facilius traducuntur: dum aut iam tunc fuisse deprehenduntur, aut ex illis quæ iam tunc fuerunt, semina sumpsisse. ¹⁹⁸ Paulus in prima ad Corinthios epistola, notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum: partem eius vsurpat Marcio, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectione carnis infringunt. Ad Galatas scribens, inuehitur in obseruatores & defensores circūcisionis & legis. Hebionis hæresis est. Timotheum instruens, nuptiarum quoque interdictores suggillat. Ita instituunt Marcion, & Apelles eius secutor. Equæ tangit eos, qui dicerent factam iam resurrectionem: id de se Valentiniani adseuerant. Sed & cū genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur: apud quem ¹⁹⁹ Eon ille nescio qui ²⁰⁰ noui & non vnus nominis, generat e sua Charitate Sensum & Veritatem: & hi æquæ procreant duos, Sermonem & Vitam. Dehinc & isti generant Hominem & Ecclesiam: de qua prima ogdoade æonum exinde decem alij, & duodecim reliqui æones, miris nominibus oriuntur, in meram fabulam triginta æonū. Idem Apostolus cū improbat elemētis scruiētes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natā introducens, Deo non nato eā comparat, & ita matrem elementorum deam faciens, potest ei seruire quam Deo comparat. ²⁰¹ Ioannes verò in Apocalypsi idolothya edētes & supra committentes iubetur castigare: Sunt & nunc alij Nicolaitæ, ²⁰² Caiana hæresis dicitur. At in epistola eos maximè antichristos vocat, qui Christum negarent in carne venisse, & qui non putarēt Iesum esse filium Dei: illud Marcion, hoc Hebion vindicauit. Simonianæ autem Magiæ disciplina ²⁰³ angelis seruiens, vtique & ipsa inter idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone damnabatur. [²⁰⁴ Hæc sunt, vt arbitror, genera doctrinarum adulterinarum, quæ sub Apostolis fuisse ab ipsis Apostolis discimus: & tamen nullam inuenimus institutionem, inter tot diuersitates peruersitatum, quæ de Deo creatore vniuersorum controuersiam mouerit. ²⁰⁵ Nemo alterum Deum ausus est suspicari: facilius de filio quam de patre hæsitabatur, donec Marcion præter creatorem alium Deum solius bonitatis induceret: Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deum legis & Israël, illum igneum affirmans: Valentinus æonas suos spargeret, & vnus æonis vitium in originem deduceret Dei creatoris. His solis & his primis reuelata est veritas diuinitatis, maiorem scilicet dignationem & pleniorē gratiam à diabolo cōsecutus, ²⁰⁶ qui Deum sic quoque voluerit æmulari, vt de doctrinis venenorum, quod Dominus negauit, ipse faceret discipulos super magistrum. Eligant igitur sibi tempora vniuersæ hæreses que quando fuerint, dum non interlit quæ quando, dum de veritate non sint: vtique quæ sub Apostolis non fuerunt, eas dicere fuisse non possunt. Si enim fuissent, nominarētur & ipsæ vt & ipsæ cōterendæ. Quæ verò sub Apostolis fuerunt, in sua nominatione damnantur. Siue ergo eadem nunc sunt ²⁰⁷ aliquanto expolitiores, quæ sub Apostolis rudes, habent suam exinde damnationem: siue aliæ quidem illæ fuerunt, aliæ autē postea obortæ sunt, & quasdam ex illis opiniones vsurpauerunt, ²⁰⁸ habendo cum eis consortium prædicationis, habeant necesse est etiam consortium damnationis: præcedente illo sine supradicto posteritatis, quo etsi nihil de damnationis participarent, de ætate sola præiudicarentur, tanto magis adulteræ, quanto nec ab Apostolis nominatæ. Vnde firmiter constat has esse, quæ adhuc tunc nuntiabantur futuræ. [²⁰⁹ His definitionibus prouocata à nobis & reuictæ hæreses omnes, siue quæ postea, siue quæ coætaneæ Apostolorum, dummodò diuersæ: siue generaliter siue specialiter notatæ ab eis, dummodò prædamnatæ; audeant respondere & ipsæ aliquas eiusmodi præscriptiones aduersus nostram disciplinam. Si enim negat veritatem eius, debent probare illam quoque hæresim esse eadem forma reuictam qua ipsæ reuincuntur: & ostendere simul vbinam querenda sit veritas, quam apud illas non esse iam constat. Posterior nostra res non est, immò omnibus prior est: ²¹⁰ hoc erit testimoniū veritatis vbique occupantis principatum. Quod ab Apostolis non damnatur, immò defenditur: hoc erit indicium proprietatis. ²¹¹ Quam enim damnant, quasi extraneam: quàmque non damnauerunt, suam ostendunt, idēque & defendunt. [²¹² Age iam qui voles curiositatē melius exercere in negotio salutis tuæ, percurrere Ecclesias Apostolicas, ²¹³ apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præsententur, apud quas ipsæ

A ipsæ ²¹⁴ authentice litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, & representantes faciem vniuscuiusque. ²¹⁵ Proximè est tibi Achaia, habes Corinthum. Si non ²¹⁶ longes à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si ²¹⁷ potes in Asiam tendere, habes Ephesum: si ²¹⁸ autem Italia adiacet, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præsto est. Statu ²¹⁹ felix Ecclesia, ²²⁰ cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioānis exitu coronatur, vbi ²²¹ Apostolus Ioānes postea quàm in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulâ relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cū Africanis quoque Ecclesiis cōtesserit: vnus Deū nouit creatore vniuersitatis, & Christū Iesum ex virgine Mariæ filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem: Legē & Prophetas cū Euāgelicis & Apostolicis litteris misceat, & inde potat fidē eam: ²²² aqua signat, sancto spiritu vestit, Eucharistia pascit, ²²³ martyrio exhortatur, & ita aduersus hæc institutionē neminem recipit. Hæc est institutio, nõ dico iam quæ futuras hæreses prænuntiabat, sed de qua hæreses prodierunt: Sed nõ fuerunt ex illa, ex quo factæ sunt aduersus illā. Etiā de oliuæ nucleo miris & opimæ & necessariae asper oleaster exoritur, etiam de ²²⁴ papauere fici gratissimæ & suauissimæ, ventosa & vana caprificus exurgit. Ita & hæreses de nostro fructificauerunt, non nostre: degeneres veritatis grano & mendacio syluestres. [²²⁵ Si hæc ita se habent, vt veritas nobis adiu- ²²⁶ dicetur, quicumque in ea regula incedimus, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo tradidit: constat ratio propositi nostri, definitis non esse admittendos hæreticos ad ineundā de scripturis prouocationē, quos ²²⁷ sine scripturis probamus B' ad scripturas non pertinere. Si ²²⁸ enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo quod de sua electione sectati hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani nullum ius capiunt Christianarum litterarum, ad quos merito dicendum est, qui estis: quando, & vnde venistis: ²²⁹ quid in meo agitis non mei: quo denique Marcion iure syluam meam cædis: qua licentia Valentinus fontes meos transtulerit: qua potestate Apelles limites meos cōmouet: Mea est possessio, quid hic ceteri ad voluntatē vestrā seminatis & pascitis: Mea est possessio, olim possideo, prior possideo, ²³⁰ habeo origines firmas, ab ipsis auctoribus quorū fuit res. Ego sum hæres Apostolorū. Sicut cauerunt testamētū suo, sicut fidei comiserunt, sicut adiurauerūt, ita teneo. Vos certè ex hæredauerunt semper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de suo arbitrio, aduersus Apostolos aut protulit, aut recepit? [Illic ²³¹ igitur & scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est, vbi diuersitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter docedi, eos necessitas cōegit aliter disponendi instrumenta doctrinæ. Alias enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberent per quæ docerent heresim. Sicut illis non potuissent succedere corruptela doctrinæ sine corruptela instrumentorum eius, ita & nobis integritas doctrinæ non competisset sine integritate eorum, per quæ doctrina tractatur. Etenim quid contrarium nobis in nostris: quid de proprio intulimus, vt aliquid contrarium ei & in scripturis deprehensum, ²³² detractione, vel adiectione, vel transmutatione remediaremus: Quod sumus, hoc sunt. Ab initio suo ex illis sumus, antequam nihil aliter fuit quàm sumus. Quid denique fuit antequam à nobis ²³³ interpolarentur? Cū autem omnis interpolatio posterior credenda sit, ²³⁴ veniens vtique ex causa æmulationis, quæ neque prior neque domestica est eius vnquam quod æmulatur, tam incredibile est sapienti cuique, vt nos adulterum stylo intulisse videamur scripturis, qui sumus à principio & primi, quàm illos non intulisse qui sunt & posteri & aduersi. Alius manu scripturas, alius sensu expositiones interuertit. ²³⁵ Neque enim si Valentinus integro instrumētō uti videtur, non callidior ingenio, quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exerte & palam machara, non stylo vsus est: quoniam ad materiā suam eadem scripturarū confecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiā scripturas, sed materiā ad scripturas excogitauit: & tamen plus abstulit, & plus adiecit, auferens proprietates singulorum quoque verborum, & adiciens dispositiones non comparentiū rerum. [²³⁶ Hæc ²³⁷ sunt ingenia de ²³⁸ spiritualibus nequitia, cum quibus luctatio est nobis fratres; merito contemplandæ fidei necessaria, vt electi manifestentur, vt reprobi detegantur. Et ideo habent vim & excogitandis instruendisque erroribus sceleratam: non aded mirandam, quasi difficilem & inexplicabilem, cū de secularibus quoque scripturis exemplum præsto sit eiusmodi facilitatis. ²³⁹ Vis hodie ex Vergilio fabulam, in totum aliam, com-



poni materia secundum versus, versus secundum materias concinnatis? Denique Ouidius Geta Medeam tragædiam ex Vergilio plenissime expressit. Meus quida n propinquus ex eodem poëta, inter cetera styli sui otia Pinacem Cebetis explicuit. Homero-centonas etiam vocare solent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde compositis in vnum sarcunt corpus. Et utique fecundior diuina litteratura ad facultatē cuiuscunque materiae. Nec periclitor dicere, ipsas quoque scripturas sic esse ex Dei voluntate dispositas, ut hæreticis materias subministrarent, cum legam: oportere hæreses esse, quæ sine scripturis esse non possent. [Sed quæritur, à quo intellectus interpretetur, eorū quæ ad hæreses faciāt? A diabolo scilicet, cuius sunt partes interpretandi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum diuinarum, in idolo-
ubi supra.
 x l.
 pates interpretandi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum diuinarum, in idolo-
 x l i.
 sophū mysteriis æmulatur. Tinguunt & ipse quosdā, utique credentes & fideles suos: expiationem delictorū de lauacro repromittit, & sic adhuc inicit Mithræ: signat illic in frōtibz milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginē resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronā. Quid quod & summum Pontificem in vniis nuptiis statuit? Habet & virgines, habet & continentes? Ceterum si Numæ Pōpiliij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia, insignia, & priuilegia, si sacrificalia ministeria, & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorū, ac piaculorū & votorum curiositates consideremus, nonne manifeste diabolus morositate illam Iudaicæ legis imitatus est? Qui ergo ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectauit exprimerē in negotiis idololatriæ, utique & idem & eodem ingenio gessit, & potuit instrumenta quoque diuinarum rerū & sanctorū Christianorum, sensum de sensibus, verba de verbis, parabolas de parabolis, prophana & æmulæ si dei atēperare. Et ideò, neque à diabolo immissa esse spiritalia nequitia, ex quibus etiam hæreses veniunt, dubitare quis debet; neque ab idololatria distare hæreses, quum & auctoritas & operis eiusdem sint, cuius & idololatria. Deū aut fingunt alium aduersus creatorem; aut si vnicum creatorem cōfitentur, aliter eum disserunt, quàm in vero est. Itaque omne mendacium quod de Deo dicunt, quodammodo genus est idololatriæ. [Non omittā ipsius etiam conuersationis hæreticæ descriptionē, quàm futilis, quàm terrena, quàm humana sit, sine grauitate, sine auctoritate, sine disciplina, ut fidei suæ cōgruens. In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum est: pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant: etiam ethnici si superuenerint, sanctū canibus, & porcis margaritas, licet non veras, iactabunt. Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplinæ, cuius penes nos curam lenociniū vocant. pacem quoque passim cum omnibus miscēt. Nihil enim interest illis, licet diuersa tractatibus, dum ad vnius veritatis expugnationē conspirent. Omnes tumēt, omnes scientiā pollicentur. Antē sunt perfecti catechumeni, quàm edocti. Ipsæ mulieres hæreticæ quàm procaces, quæ audeant docere, cōtendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tingere. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstantes: nunc neophytos conlocant, nunc seculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligēt, quia veritate nō possunt Nusquā facilius proficijtur, quàm in castris rebellij, vbi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nā & Laicis sacerdotalia munera iniungunt. [De verbi autem administratione quid dicam; cum hoc sit negotiū illis, non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi: hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem operentur: quoniam & ipsum opus eorum nō de suo proprio edificio venit, sed de veritatis destructione. Nostra suffodiunt, ut sua ædificent. Ad dūme illis Legem Mosi, & Prophetas, & creatorem Deum; accusationem eloqui non habent. Ita fit ut ruinas facilius operentur stantium ædificiorum, quàm exstructionis iacentium ruinarum. Ad hæc solummodo opera humiles, & blādi, & summissi agunt. Ceterum nec suis Præsidibus reuerentiam nouerunt. Et hoc est quod schismata apud hæreticos ferē non sunt: quia cum sint, nō pārent schismata; est enim vnitas ipsa. Mentior si non etiam à regulis suis variant inter se, dū vnusquisque proinde suo arbitrio modulatur quæ accepit, quemadmodū de suo arbitrio ea cōposuit ille qui tradidit. Agnoscit naturam suam, & originis suæ morem, profectus rei. Idem licuit Valentianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio suo fidem innouare. Denique penitus inspectæ hæreses omnes in multis cum auctoribus suis dissentientes deprehenduntur. Plerique nec Ecclesias habent, sine matre, sine sede, orba fide, extorres, quasi

A quasi sibi, late vagantur. [Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum Magis quampluribus, cum Circulatoribus, cum Astrologis, cum Philosophis, curiositati scilicet deditis. Querite & inuenietis, vbi que meminerunt. Ad eò & de genere conuersationis qualitas fidei æstimari potest: doctrinæ index disciplina est. Negant Deum timendum. Itaque libera sunt illis omnia & soluta. Vbi autem Deus non timetur, nisi vbi non est: Vbi Deus non est, nec veritas vlla est. Vbi veritas nulla est, meritò & talis disciplina est. At vbi Deus, ibi metus in Deum, qui est initium sapientiæ. Vbi metus in Deū, ibi grauitas honesta, & diligentia adtonita, & cura sollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberala, & promotio emerita, & subiectio religiosa, & apparitio deuota, & processio modesta, & Ecclesia vnita, & Dei omnia. [Proinde hæc apud nos testimonia disciplinæ ad probationem veritatis accedunt: à qua deuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicij: quo omnes nos necesse est apud Christi tribunal astare, reddentes rationem, in primis ipsius fidei. Quid ergo dicent qui illam stu-
 B
 prauerint adulterio hæretico, virginem traditam à Christo? Credo allegabunt, nihil vnquam sibi ab illo vel ab Apostolis eius, de sæuis & peruersis doctrinis futuris prænuntiatum, & de cauendis abominandisque præceptum. Agnoscent suam potius culpam quàm suorum, qui nos non antē præstruxerunt. Adiciunt præterea multa de auctoritate cuiusque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ suæ fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse, futura significasse, ut meritò Apostoli crederentur: quasi nec hoc scriptum sit, venturos multos, qui etiam virtutes maximas æderent, ad fallaciam muniendam corruptæ prædicationis. Itaque veniam merebuntur. Si verò memorerint, credo de venia periclitabuntur, respondente Domino: Prænuntiaueram planè futuros fallaciæ magistros in meo nomine, & Prophetarum, & Apostolorum etiam; & discipulis meis eadem ad vos prædicare mandaueram, semel Euangelium, & eiusdem regulæ doctrinam Apostolis meis delegaueram: sed quum vos non crederetis, libuit mihi postea aliqua inde mutare. Resurrectionem promiseram etiam carnis; sed recogitavi ne implere non possem. Natum me ostenderam ex virgine; sed postea turpe mihi visum est. Patrem dixeram, qui solem & pluuia facit: sed alius me pater melior adoptauit. Prohibueram vos aurem accommodare hæreticis, sed erraui. Talia capit opinari eos qui exorbitant, & fidei veritatis periculum nō cauent. [Sed nunc quidem generaliter actum est à nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis & necessariis præscriptionibus repellendas à conlatione scripturarū. De reliquo, si Dei gratia annuerit, etiam specialiter quibusdam respōdebimus. Quorum hæreticorum, ut plura præteream, pauca perstringam. Taceo enim Iudaismi hæreticos. Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est Prophetas, quasi non in spiritu sancto locutos repudiare. Taceo Sadducæos, qui ex huius erroris radice surgentes, ausi sunt ad hanc hæresim etiam resurrectionē carnis negare. Prætermitto Phariseos, qui additamenta quædam Legi adstruendo à Iudæis diuisi sunt: vnde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen, digni fuerunt: cum his etiā Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt. [Ad eos me conuerto, qui ex Euangelio hæretici esse voluerunt: ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustamque sententiam. Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum. Mundum autem ab angelis suis institutum: à dæmone se oberrante qui esset sapientia descendisse quærendum apud Iudæos: se in phantasmate Dei non passum, sed esse quasi passum. Post hunc Menander, discipulus ipsius, similiter Magus, eadem dicens quæ Simon ipse: quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quemquā salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. Secutus est post hæc & Saturninus, & hic similiter dicens, Innascibilem virtutem, id est Deū, in summis & illis infinitis partibus & in superioribus manere, longè autem distantes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse: & quia splendor quidam luminis defursum in inferioribus refluxisset, ad similitudinem illius luminis angelos hominem instituere, angelos curasse: hunc super terram iacuisse reptantē: cuius lumen illud & virtutem illam superiorem propter misericordiam, scintillam saluam esse, cetera hominis perire: Christum in substantia corporis nō fuisse, & phantasmate tantum quasi passum fuisse: resurrectionem carnis nullo modo futuram esse. Postea Bassilides hæreticus erupit: hic esse dicit summum Deū nomine Abraxan, à quo mentem creatam,

quam Græcè *ἄν* appellat. Inde verbum. Ex illo prouidentia, ex prouidentis virtutem, & sapientiâ: Ex ipsis inde principatus, & potestates, & angelos factos: deinde infinitas angelorum æditiones & probolas: ab istis angelis trecentos sexaginta quinque cælos institutos: & mundum in honore Abraxæ, cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. In ultimis quidem angelis, & qui hunc fecerunt mundum, nouissimum ponit Iudæorum Deum: id est, Deum Legis & Prophetarum: quem Deum negat, sed angelum dicit. Huic fortitò obtigisse semen Abraham, atque idèò hunc de terra Ægypti filios Israel in terram Chanaan transfuisse. Hunc turbulentiorem præ cæteris angelis, atque idèò & seditiones frequenter & bella concutere, sed & humanum sanguinem fundere. Christum autem non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum venisse in phantasmate: sine substantia carnis fuisse. Hunc passum à Iudæis non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse: unde nec in eum credendum esse qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. Martyria negat esse faciendâ. Carnis resurrectionem grauer impugnat, negans salutem corporibus repromissam. ¹⁰¹ Alter hæreticus Nicolaus emerit: hic de septem Diaconis, qui in Actis Apostolorum allekti sunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidæm foeda & obscæna fuisse: ex hac permixtione, pudor est dicere quæ foetida & immunda. Sunt & cetera obscæna. Omnes enim refert quosdam turpitudinis natos, & complexus, & permixtiones execrabiles obscænasque coniunctas, & quædam ex ipsis adhuc turpiora. Natos præterea demones, Deos, & spiritus septem, & alia factis sacrilega pariter & foeda: quæ referre erubescimus, & iam præterimus. Satis est nobis quod totam istam hæresim Nicolaitarum, Apocalypsis Domini grauissima sententia auctoritate damnauit, dicendo: Quia hoc tenes, odisti doctrinam Nicolaitarum, quam & ego odi. ¹⁰² Accesserunt his hæretici etiam illi, qui ¹⁰³ Ophitæ nuncupantur. Nam serpentem magnificent in tantum, ut illum etiam ipsi Christo præferant. Ipse enim, inquit, scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduertens potentiam & maiestatem Moyses, inquit, æreum posuit serpentem: & quicumque ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt. Ipse, aiunt præterea, Christus in Euangelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatem, dicendo: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ipsum introducunt ad benedicenda Eucharistica sua. Sed tota istius erroris & scena & doctrina inde fluxit. Dicunt enim de illo summo primario æone complures alios æones extitisse inferiores; omnibus tamè istis æonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaoth. Hunc autem conceptum esse ex altero æone æonibus inferioribus permixto: scilicet postea cum in superiora voluisset eniti, grauitate materiæ permixta sibi, non potuisse ad superiora peruenire, in medietate relictum, extendisse totum, effecisse sic cælum. Ialdabaoth tamen inferius descendisse, & fecisse sibi filios septem quem occlusisse superiora dilatatione, ut quia angeli quæ superiora essent, scire non possent, ipsum solum Deum putarent. Virtutes igitur illas & angelos inferiores hominem fecisse: & quia ab infirmioribus & mediocribus virtutibus institutus esset, quasi vermem ¹⁰⁴ iacuisse reptantem: illum verò æonem ex quo Ialdabaoth processisset, inuidia commotum, scintillam quandam iacenti homini immisisse, qua excitatus, per prudentiam saperet, & intelligere posset superiora. Sic rursus Ialdabaoth istum in indignationem conuersum ex semetipso ædidisse virtutem & similitudinem serpentis: & hanc fuisse virtutem in paradiso, id est istum fuisse serpentem, cui Eua quasi filio Dei crediderat. Decerpit, inquit, de fructu arboris, atque idèò generi humano scientiam bonorum & malorum contulit. Christum autem non in substantia carnis fuisse: salutem carnis sperandam omninò non esse. ¹⁰⁵ Necnon etiam erupit alia quoque hæresis, quæ dicitur Cainæorum. Et ipsi enim magnificent Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso. Nam Abel ex inferiore virtute conceptum, procreatum: & idèò inferiorem repertum. Hi qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum & magnū esse memorantes, propter utilitates quas humano generi contulisse iactantur. Quidam enim ipsorum gratiarum actionem Iudæ propter hanc causam reddendam putant. Animaduertens enim, inquit, Iudas, quod Christus vellet veritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti veritas posset. Et alij sic cōtrâ disputant & dicunt: Quia potestates huius mundi nolabant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti cōsulens generis humani, tradidit Christum, ut salus, quæ impediabatur per Virtutes, quæ obstitébant ne pateretur Christus, impediri omninò non posset: & idèò per passionem Christi

A Isti non posset salus humani generis retardari. ¹⁰⁶ Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Sethoitarum. Huius peruerlitatis doctrina hæc est: Duos homines ab angelis constitutos, Cain & Abel: propter hos magnas inter angelos contentiones & discordias extitisse; ob hanc causam illam Virtutem quæ super omnes virtutes esset, quam matrem pronuntiant, dum Abel interfectum dicerent, voluisse concipi & nasci hunc Seth loco Abelis: ut euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur & nascitur. Permixtiones enim dicunt angelorum & hominum iniquas fuisse: ob quam causam illa Virtutem, quam (sicut diximus) pronuntiant matrem, ad vindictam etiam cataclysmum inducere, ut & illud permixtionis semen tolleretur: & hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. Sed enim illos qui seminis illos prioris instituerunt, occultè & latenter, & ignorante illa matre Virtute, cum illis octo animabus in arcam misisse etiã semen Cain, quod semen malitiæ nõ periret, sed cum ceteris conseruatum & post cataclysmum terris redditum, exemplo ceterorum excresceret, & effunderetur, & totum orbem & impleret & occuparet. De Christo autem sic sentiunt, ut dicant illud tantummodò Seth, & pro ipso Seth ipsum fuisse. ¹⁰⁷ Carpocrates præterea hæc tulit sectam. ¹⁰⁸ Vnam esse dicit Virtutem in superioribus principalem; ex hac prolato angelos, atque virtutes: quos distantes longè à superioribus virtutibus, in mundum istum in inferioribus partibus condidisse: Christum non ex virgine Maria natum, sed ex semine Ioseph, hominem tantummodò genitum, sanè præ ceteris iustitiæ cultu, vitæ integritate meliorem: hunc apud Iudæos passum: solam animam ipsius in cælo receptam, eo quod & firmior & robustior ceteris fuerit: ex quo colligeret, tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones. ¹⁰⁹ Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, similia docēs. Nam & ipse mundum institutum esse ab illis dicit: Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodò sine diuinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens: Iudæorum Deum non Dominum, sed angelum promens. ¹¹⁰ Huius successor Hebion fuit, Cerintho non in omni parte consentiens, quod à Deo dicat mundum, non ab angelis factum: & quia scriptum sit, Nemo discipulus super magistrum, nec seruus super dominum, legem etiam proponit, scilicet ad excludendum Euangelium, & vindicandum Iudaismum. ¹¹¹ Valentinus autem hæreticus multas introduxit fabulas: has ego circumducēs breuiter expediam. ¹¹² Introducit enim Pleroma & Æones triginta: exponit autem hos per syzygias, id est coniugationes quasdam. Nam dicit in primis, esse Bythō & Silentium; ex his processisse semen, mentem & veritatem: ex quibus erupisse verbum & vitam: de quibus rursus creatum hominē & Ecclesiam. Sed enim ex his quoque processisse duodecim æonas: de sermone autem & vita, æonas alios decem: hanc esse æonum triacōrada, quæ sit in Pleromate ex ogdoade & decade, ac dydecade. Tricesimum autem æonem, Bython illum videre voluisse, & ad videndum illum ausum esse in superiora Pleromatis conscendere. Et quoniam ad magnitudinem ipsius videndam capax nõ fuit, in defectiōne fuisse, & penè dissolutum esse, nisi quia missus ad constabiliendum illum, ille quem appellant Horon, confirmasset illum dicto Iao. Hoc pronuntiatio appellat. Istum autem Æonem in defectiōnem factum Achamoth, dicit in passionibus desiderij quibusdam fuisse, & ex passionibus materias ædidisse. Expauit enim, inquit, & extimuit, & cōtristata est, & ex his passionibus concepit & ædidit. Hinc fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæcunque sunt in eis, ob quam causam omnia infirma esse & fragilia, & caduca, & mortalia quæcunque sunt ab ipso facta: quoniam quidem ipse fuerit de aporiatione conceptus atque prolatus: hunc tamen instituisse istum mundum ex his materiis, quas Achamoth, vel pavendo, vel timendo, vel contristando, vel sudando præstiterat. Nam ex pauore, inquit, tenebræ factæ sunt: ex timore & ignorantia, spiritus nequitiae & malignitatis: ex tristitia & lacrymis, humida fontium, fluminum materia, marisque. Christum autem missum ab illo propatore qui est Bythos. Hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cælo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Resurrectionem huius carnis negat, sed alterius, Legis & Prophetarum quædam probat, quædam improbat: id est omnia improbat, dum quædam reprobat. Euangelium habet etiam suum, præter hæc nostra. ¹¹³ Post hunc extiterunt Ptolomæus & Secundus hæretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt. In illo solo differunt. Nam cum Valentinus Æonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures; quatuor enim primum, deinde alios

quatuor aggregauerunt. Et quod dicit Valentinus æonẽ trigesimũ excessisse de Pleromate D vt in defectione, negant isti. Non enim ex illa triacontade fuisse hunc qui fuerit in defectionem, propter desiderium videndi propatoris. ³¹⁷ Extitit præterea Heraclion alter hæreticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadam pronuntiationis vult videri alia sentire. Introducit enim in primis illud fuisse quod pronuntiat, & deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos æonas, deinde introducit totum Valentinum. [³¹⁸ Non defuerunt post hos Marcus quidam & Colarbasus, ³¹⁹ nouam hæresim ex Græcorum alphabeto cõponentes. Negat enim veritatem sine istis posse litteris inueniri; immo totam plenitudinẽ & perfectionem veritatis, in istis litteris esse dispositam. Propter hanc enim causam Christum dixisse: Ego sum *α & ω*. Denique Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum venisse, quæ Græco nomine quum *ωειρεε* pronuntietur, habere secundum numerum, DCCC. Percurrunt isti *α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ρ, σ, τ*, totum vsque ad Alpha Beta, & computant, ogdoadas & decadas, ita vt afferre illorum omnes vanitates ineptum sit & ociosum, quod tamen non tantum iam vanum, sed etiam periculosum sit. Alterum Deum fingunt præter creatorẽ: Christum in substantia negant carnis fuisse, negant carnis resurrectionem futuram. [³²⁰ Accedit his ³²¹ Cerdon quidam; hic introducit initia duo, id est duos Deos, vnum bonũ, & alterũ sæuum. Bonũ superiorem: sæuũ hunc, mundi creatorẽ. Hic Prophetias & Legem repudiat, Deo creatori renuntiat, superioris Dei filium Christum venisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat: nec omninõ passum, sed quasi passum; nec ex virgine natum, sed omninõ nec natum. Resurrectionem animæ tantummodò probat, corporis negat. Solum Euangelium Lucæ, nec tamẽ totum recipit. Apostoli Pauli neque omnes, neque totas Epistolas sumit. Acta Apostolorum & Apocalypsim quasi falsa reiicit. ³²² Post hunc discipulus ipsius emerfit Marcio quidam nomine, Ponticus genere, Episcopi filius, propter stuprum cuiusdam virginis ab Ecclesiæ communicatione abiectus. Hic ex occasione qua dictum sit, Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos, hæresim Cerdonis approbare conatus est; eadẽ dicere, quæ ille superior hæreticus antè dixerat. ³²³ Extitit post huc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque discipulus; & hic per eadem vadens blasphemiarum genera, eadem docet quæ Marcion & Cerdon docuerat. ³²⁴ Post hos subsequitur Apelles discipulus Marcionis, qui postea quàm in carnem suam lapsus est, à Marcione segregatus est: hic introducit vnum Deum infinitis superioribus partibus: hunc potestates multas, angelosq; fecisse: propterea & aliam virtutem quam dicit, Dominum dicit, sed angelum ponit. Hoc vult videri mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cui mundo permiscuisse pœnitentiam, quia non illum tam perfectè fecisset, quàm ille superior mundus institutus fuisset. Legem & Prophetas repudiat. Christum neque in phantasmate dicit fuisse sicut Marcion, neque in substantia veri corporis, vt Euagelium docet, sed in eo quod è superioribus partibus descendit, ipso descensu sideream sibi carnem, & aëream contexit: hunc in resurrectione singulis quibusque elementis, quæ in descensu suo mutuata fuissent, in ascensu reddidisse, & sic dispersis quibusque corporis sui partibus, in cœlo spiritum tantum reddidisse: hic carnis resurrectionem negat; solo vitur & Apostolo, sed Marcionis, id est nõ toto. Animarũ solarũ dicit salutem. Habet præterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phaneroſcis Philumenes cuiusdam puellæ, quã quasi prophetissam sequitur. Habet præterea suos libros, quos inscripsit Syllogismorum, in quibus probare vult, quod omnia quæcunque Moyses de Deo scripserit, vera non sint, sed falsa sint. [³²⁵ His hæreticis omnibus accedit ³²⁶ Tatianus quidam alter hæreticus. hic Iustini martyris discipulus fuit; post hunc diuisa sentire cœpit. Totus enim secundum Valentinum sapit, adiiciens illud, Adam nec salutem consequi posse, quasi nõ si rami salui fiunt, & radix salua sit. ³²⁷ Accesserunt alij hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas: sed horum non vna doctrina est. Sunt enim qui Kata Proclum dicuntur, sunt qui secundum Æschinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blasphemiam, aliã blasphemiam non communem, sed peculiarem & suam: & communem quidem illam, qua in Apostolis quidem dicant spiritum sapientum fuisse, paraclætum nõ fuisse: & qua dicant paraclætum plura in Montano dixisse, quàm Christum in Euagelium protulisse; nec tantum plura, sed etiã meliora atque maiora. Priuaram autem blasphemiam illi qui sunt Kata Æschinem, hanc habent, qua adiiciunt etiam hoc, vt dicant Christum ipsum esse filium & patrem. [³²⁸ Est præterea his omnibus etiam ³²⁹ Blastus accedens, qui latenter Iudaic

L.

L I.

Matth. 7.

L I I.

L I I I.

Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moyſi XIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum redigit? ³³⁰ Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius: qui postea quàm Christi pro nomine comprehensus negauit, in Christum blasphemare non destitit. doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodò diceret, Deum autem illum negaret: ex spiritu quidem sancto natum ex virgine, sed hominem solitarium atque nudum, nulla alia præ ceteris, nisi sola iustitiæ auctoritate. ³³¹ Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, qui & ipse introduxit alteram sectam, & ipsum hominem Christum tantummodò dicit ex spiritu sancto, ex virgine Maria conceptum pariter & natum; sed hunc inferiorem esse quàm Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nam ³³² illum Melchisedech præcipuæ gratiæ cœlestem esse virtutem: eo quod agat Christus pro hominibus, deprecator & aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro cœlestibus angelis atq; virtutibus. Nam esse illum vsque ad Christum meliorem, vt apator sit, amator sit, agencalogitus sit, cuius neque initium, neque finis comprehensus sit, aut comprehendi possit. Sed ³³³ post hos omnes etiam Praxeas quidam hæresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. hic Deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit; hunc crucifixum passumque contendit; mortuum præterea seipsum sibi sedere ad dexteram suam, cum profana & sacrilega temeritate proponit.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE PRÆSCRIPTIONIBVS
aduersus Hæreticos.

DE Præscriptionibus.] Præscriptio-
num, & Præscribendi duobus frequen-
ter vitur Tertullianus, non modò locis su-
peratatis sub finem Argumenti ex libr.
aduers. Hermog. De Carne Christi, aduers.
Marc. lib. I. & adu. Præsean. sed & supra Tomo præ-
ced. lib. de Patientia, cap. 4. quasi (inquit) in præscriptio-
nis compendio & commendatio & exhortatio de
patientia constituta est. Atqui (iuxta quod adnotauit
Quintinus) Tertullianum Romani Iuris, & in lege ciuili
peritissimum fuisse passim deprehendas, eius operibus at-
que scriptis euoluendis. Præscribo, & Præscriptio, vo-
cabula sunt è tribunalibus, & à medio foro desumpta. Qui
se iudicio defendit, & qui crimen in aduersarium trans-
fert aut detorquet, eismque refellit, is in foro dicitur ad-
uersario suo præscribere. Si reus (inquit Marcellus lib. 3.
ff. de Præuar.) accusatori suo præscribat, id est, si reus ac-
cusatorem suum repellat, & exceptione legitima se defen-
dat. Vlpianus lib. 4. ff. ad S. C. Treb. non debet heredi insti-
tuto præscribi (hoc est opponi, vel obijci) cur hereditatem
non adeat. A verbo descendit verbale, Præscriptio, id est
repulsio, defensio. Veluti l. 2. §. Marito. ff. de adul. Præ-
scriptio lenocini, quando vxor adulterij reã obijcit accu-
satori marito lenocinium, seq; sic defendit & tuetur con-
tra lenonem maritum. Præscriptio fori, l. 29. ff. de pactis,
quando quis sese dicit alterius esse iurisdictionis, & ad-
uersarium suum reuocat ad alium iudicem. Præscriptio
nuncupatur aliter exceptio. Dicta est autem exceptio, quasi
exclusio; quæ rei cuiusque actioni solet interponi ad id ex-
cludendum & remouendum, quod in controuersiam de-
ductum fuit, vt accipitur in eo titulo, qui primus est in Pa-
destarum lib. 44. De exceptio. seu Præscriptionibus.
Itaque De Præscriptionibus aduersus hæreticos,
id est de constitutionibus & expulsionibus & exclusionibus
hæreticorum, & quomodo Catholicis præscribant

hæreticis, id est, quoniam modo propulſent hæreticos, quo-
modo sese defendant aduersus insolentes actiones & in-
sultus hæreticorum. Quæ expositio summopere placet; nam
& Rhen. pro excipere accipit Præscribere supra Tomo
2. lib. de Veland. Virg. cap. 1. ubi inquit: Hoc exigere ve-
ritatem, cui nemo præscribere potest, id est, contra
quam non licet excipere.

2. Aduersus hæreticos.] Quid hæretici, infra vi-
dere est cap. 6. ex definitione hæreseon, quam illic Au-
thor adfert.

CAP. I.

3. Conditio præsentium temporum, etiam hanc
admonitionem, &c.] In capitulum distinctione Quinti-
ni secuti (vti Lectori commodemus in citatione locorum
huius libri à variis Auctoribus facta) titulum huic capiti-
damus: Quod mirati super hæreses non oporteat.
Atqui secundum MS. Vaticanum codicem omittimus
Vocem: Fratres, utpotè nusquam initio libri Tertulliano
vsitatam, & legimus cum MS. Anglico codice, ac Macce-
reo: habeat etiam probationem, pro: haberet.

4. quod hæreses tantum valeant, quantum sint.]
Substituerat Rhenanus: quantum si non fuissent, quo-
modo legit etiam Vatic. codex, quod locupletarar hoc modo
Gelenius: quantum non valerent, si non fuissent.
Verum placet prima illa lectio: quantum sint, non mihi
modo, sed & Quintino, qui sic hunc locum explicat: Hæ-
resis (inquit) ex quo nata est, statim valet, hoc est vires
habet. Nunquam certè fuit hæresis illa, quantum absurda,
quæ sectatores non habuerit. Cui similia Gallicè adnotauit
Macerus. Sine autem legas cum Vulgatis codicibus, quum
quid foritum est, sine: quia quid, perinde est.

CAP. II.

5. Febrem denique inter ceteros mortiferos,
&c.] Hoc caput inscriptissimum verbis pluribus Quintini in

compendium cōtractū. Quod ut malas deuitare oporteat hæreseis.

6. cruciarios exitus.] *MS. Anglicus*: cruciarios. Verum illud placet cum Quintino, cuius hæc sunt verba: *Morbus* (inquit) qui cum cruciariū adfert homini exitium, vocatur hic noue cruciarius, quia torquet, vexat, & cruciet plurimum; Velut est febris, quæ rabida nominari solet, acerbata, dira, molesta. Febris ergo, cruciarius est exitus. Tertulliani contreraneus Apuleius paulo post principium 10. lib. sui de Asino, Verberonem quendam seruum, herilis filij calumniatorem, vocauit cruciarium, quod esset cruciari sine cruce dignus. Ut carcerarius est, qui carcerem meritis habebat in publica custodia. Nonnulli cruciarium dici volunt auctorem cruciatus seu carnificem: sicut Venenarius in Nerone Suetonij, vocatur is, qui venenum parat & conficit, id est, veneficus. Lucilius appellauit insuauem & acerbum Vinum crucium, quia tormenta gignat, & cruciet. Hoc significat febre cruciariū dicas. Non nouum autem esse Auctori exitium, pro exitio, adnotauimus supra lib. ad scapulam, cap. 3. nu. 20. ad illud: in illo exitu Byzantino.

7. erogando homini.] Sic (inquit idem Quintinus) omnes legunt, & inferius: erogatur hominem. Erogare significat impendere, distribuere, donare, quasi rogantibus: ut erogare de bonis, erogare aliquid in filium, erogationes quas pater in filium fecit. Quando vero pecunia, siue res alia sic distribuitur & erogatur, ea multipliciter partita perditur seu consumitur. Hic ideo captus erogare, pro mimis perdere siue paulatim consumere. Sed Metaphora mihi dura videtur, quid igitur? si legeremus erodit hominem, & erodendo homini deputatam. Febris enim rodit & excedit intus medullas. Edax propterea vocatur à quodam Poëta. Placet interim magis vulgata lectio, maxime quum Gallica vox apud Macerem significet consumere. Placet etiam illa: hoc eas esse, ubi miserat: hoc. Legat autem Lector aut: expauescamus cum vulgatis, aut: expauescamus cum Angl. aut: expauescantur cum V. atic. MS. cod.

8. Etenim dum mirantur.] Sic cum Quintino & Macereo, pro: Aut enim. Quorum uterque sic locum hunc explicat: Qui miratur hæreses, inde scandalizatur. At animo semel offensus & perturbatus aliquis, admirans offendiculi sui causam, iam vacillat & incipit dubitare, Num insti aliquid veritatis in ea re, per quam scandalizatur. Hinc lapsus est valde lubricus, & procliuus casus in id quod admiraris. Admiratio namque de duobus alterum facit. Aut enim rem quam mirabilem ducimus, habere tanquam nobis vilem desideramus, aut si nequimus, eam certe veneramus & colimus, ut honorificam, dignam cui seruiamus, nosque subijciamus. Velut si diuitias, honores, mulierum formas admiseris; aut eas proculdubio venaris, aut certe veneraris. Vnde Poëta sapientiss. scribit:

Nil admirati, propè res est vna, Numici,
Solaque, quæ possit facere & seruare beatum.
Sicut autem de peste nemo miratur, nec hominem peste correptum mori, vel inermem ab armato trucidari, quis etiam miratur, nihilom. rejs hæreses aut hæreticos admirari debemus, tantummodo cauere, longèque fugere, ne nos inficiant. Ista perelegans est hæreses comparatio cum pestifera febre, cruentaque digladiatione. Contrario retinemus: qui in fide non valent, cum MS. cod. pro eo quod ille: qui in fide parum valent.

C A P. III.

9. Solent quidem.] Titulum huic capiti dedimus:

Quod non ideo scandalizari oporteat, quod quidam prudentiss. ædificentur in ruinam.

10. isti Miriones.] Miriones (inquit Rheanus) vocat hic simpliciter admiratores. Alioqui sic appellauit antiquitas, qui ob oris distorti deformitatem admirationi forent. Quibus addit Quintinus: Varro lib. 6. de ling. Latin. citat Accium dicentem personas deformes, & ore distorto vocari mirienses, à miris, hoc est, monstris, eo quod essent ille monströse. Tertullianus hic per irisionem vocat eos, qui morantur hæreticos, non miratores (quod erat proprium rei vocabulum) sed ridiculè miriones, quasi iam sint animi variis atque distortis, & qui penè assentiantur hæreticis; quandoquidem mirari est imitari. Retinemus autem cum illo & Macereo: fideliss. & prudentiss. & vstitiss. pro eo quod MS. V. atic. & 1. editio: vetulitissimi, & Latinius: versatiss. eo quod sequatur: neque vstitatos altimandos.

11. in illam partem transferunt.] Loquitur more veteribus Afris vstitato, quo hæreticorum aut schismaticorum conuentum, non Ecclesiam, sed partem appellabant, quemadmodum Latinius adnotauimus ad Epist. 4. 2. B. Cypri. nu. 6. Eodem pertinet quod Iudæos vocet partiaros erroris eius, infra lib. 3. adu. Marcionem.

12. & stupri reus est.] Admonuit me sua Gallica versio Macereus, stuprum ab Auctore accipi pro adulterio, nam quod lib. de idol. cap. 2. supra Tom. 2. dixit: Dominus adulterium etiã in concupiscentia designat, infra Tom. 5. lib. de Exhort. ad castit. sic expressit: Interim Dominus ipse dicit: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscentiam eam, iam stuprauit eam in corde suo, ubi etiam stupri voce, quater vtitur eadem hæc significatione.

13. lapsus à Regula fuerit.] Juxta quod adnotauit Macereus, Regulam seu symbolum fidei intelligit, de qua infra cap. 13.

14. nemo maior nisi Christianus.] Sic lego secundum MS. V. atic. & Angl. cod. & Quintin. ac Macerem. Maior hic (inquit Quintinus) non ad ætatem, vel qualitatem refertur. Sed qui dignitate, vel honore præcedit alios, simpliciter appellatur maior. μέγας, μέγος, Græc. Luca cap. 22. 0 μέγας ἐν ὑμῖν, qui maior est in vobis, &c. cui Minor opponitur. Sic in Poëta: Tu maior. Tibi me est æquum parere, &c. Paradoxum autem Tertulliani venit obseruandum, quod: Nullus est sapiens, nullus est honore dignus, nisi fidelis, & Christianus. Ab hoc non abhorruit D. Hieronymus, dum scriptum reliquit in Epitaphio Nepotiani: Ab eo tempore censens, ex quo in Christo renascimur. Censetur, id est, alicuius nominis, census, atque dignationis haberi debemus. Quam adnotationem Gallicè etiam expressit Macereus, qui illud: Putas quod vides, sic interpretatur, ac si dicat: non aliud cogitas quam quod vides.

15. Sed oculi (inquit) Domini alti.] Idem Macereus versione sua indicat, quoties ita loquitur Auctor, subintellegi: inquit scriptura, quod semel adnotasse sufficiat. Qui etiam ad marginem adnotauit locos scripturæ, tanquam ad quos hic adludat Auctor 2. Paralip. 16. & Ecclesiastici 23. quem posteriore citat etiam Quintinus: quibus addere liceret similes locos, Oculi Dei super omnem terram. Job. 34. Psalm. 65. Hierem. 16. & 32. Verum ego puo citari ab Auctore illud 4. Esdræ 8. pro more suo, quo etiam illum pro scriptura authentica citare solet: Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna. Similiter autem citatur à B. Cypriano locus 3. Esdræ. 4. epist. 74. ad Pompeium. & lib. ad Demetrian. ex 4. Esdræ. 5. sum-

psit

psit illud: Mundum iam senescere, &c. Equidem tertium illum librum Græci non solum in Canonem recipiunt, sed etiam ante duos libros priores collocant, & vti authenticum citant Athan. contra Arrian. li. 3. ac Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei. Quartum vero D. Amb. etiam putat adiuuatum ab ipso Esdra, non sine diuina reuelatione, lib. de Bono moriū, & li. 2. in Lucam, atque adeo epist. 21. ad Horonitium, hortatur ad eius lectionem. Denique ex eiusdè li. 2. desumpsit Ecclesia, feria tertia Pentecostes, Introitū Missæ: Accipite iocunditatem gloria vestra, & in sollempnitatibus Martyrum ex eodè capite decantat illud: Modò coronantur, & accipiunt palmam. Vide autem plura apud Sixtum Senensem Biblioth. sancta.

16. Deus in præcordia contemplatur.] Paraphrasticè vertit: præcordia, pro regni. Alibi ad verbum, ubi supra, lib. de Cult. famin. cap. 13. Deus conspexitor est cordis.

17. & palam in manu portat.] V. atic. MS. & Quintinus: ventilabrum. Idem Virumque significat, nisi quod illud magis placeat, eo quod B. Cyprian. id legat epist. 51. ad Confessores, & 52. ad Antonianum, immò ipse quoque Tertull. infra Tom. 5. lib. de Fuga in persec. & Hieron. aduers. Luciferianos, quemadmodum Latinius deduximus Adnotat. ad dictam epist. Cyprian. 51. num. 8. Atqui prodeuerterunt, V. atic. MS. & Quintin. legunt: diuerterunt; sed illud Tertullianicum esse infra patebit lib. de Refurr. canis.

18. sed qui scierunt illum vitæ esse verbum.] Censuram legendum esse: apud illum, eo quod ita habeatur Ioan. 6. verba vitæ æternæ habes, sed colligo non verba, sed sensum voluisse exprimeret Auctorem, eo quod subiungat: & à Deo venisse, pro eo quod illic sit: Quia tu es Christus filius Dei. Legimus autem cum MS. V. atic. Quintino, & Macereo: si vellent & ipsi, pro eo quod corruptè erat: ipsi.

19. aliqui Phygellus.] Sic ex Macereo, & Apostolo 2. Timot. 1. pro eo quod legebatur: Phygelus. de cuius ac Hermogenis hæresis, Phyleti & Hymenæi, 1. Tim. 1. vide Commentarios veterum in Pauli Epistolas. Hinc autem addiscimus (inquit Quintinus) quomodo Gnosticus infelicis huius æui nostri respondeamus, qui de plerisque magnatibus & populis miserabiliter euerfis, ac sibi consentientibus gloriantur. Regia, Tribunalia, Monasteria, quæ & Episcopalia (sedes hominum primæ) scitent hæresis, in dies ab Ecclesia deficientibus, & ad gehennam rectè currentibus, non expectato carnifice, quippe qui iam sunt suo iudicio damnati. Haud ideo vere sunt hæreses. Nullum namque Deus elegit vquam gradum, à quo decidere non permisit in eo stantem. πρὸς αὐτὸς ἔσθ' ἐξ ἑσθ' ex arbitrij liberi facultate est, aut stare firmiter, aut cadere miserabiliter. Laxus & premium firmis. Væ cadentibus. De Saule quod hic dicitur, habet 1. Reg. 10. 15. & subsequen. ibi cap. De Dauide, quem sibi Dominus quesuerat iuxta cor suum, lege primi quoque Reg. cap. 13. & 2. Reg. 11. De Salomone traditur 3. Reg. 3. & 11. De Phygello & Hermogene Pauli persecutoribus & aduersariis, Apostolus ipse meminit 2. Timoth. 1. Meminit Hymenæi & Phyleti Hæreticorum in cap. 1. eiusdè epist. 1. De Iuda Ilicatore, qui fuit vnus de duodecim per Dominum selectiss. ipsumq. Dominum postea prodidit, Euangelista Mathæus scribit 10. cap. similiter & alij.

C A P. IIII.

20. Quin potius memores simus tum Domini carum pronuntiationum, &c.] Caput hoc inscripsimus:

Quod à Domino & Apostolis & prænuntiate sint hæreses, & fugiendas esse præfinitum. Retinimus autem communem lectionem: pronuntiationum, & mox: prænuntiarunt, pro eo quod priori loco: prænuntiationum, & Macereus: pronuntiarunt.

21. Instruit Dominus, &c.] Ad verbum serè hunc locum imitatur B. Cyprian. lib. ad Nouatianum hæreticum, Prædixerat quidem (inquit) Dominus multos esse venturos sub pellibus ouium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensus subdoli (sic enim etiam ibi legendum censeo, pro eo quod hætesis: sensu subdolo) conspirantes ad infestandum gregem Christi? Verge autem videtur legisse Math. 7. Adverte vobis à Pseudopphetis, qui venient ad vos in pellibus ouium, pro eo quod noster interpret: veniunt, & in vestimentis ouium. Mirum si non etiam hic alij exemplaribus Græcū vs fuerint, quam hodie existant.

22. Qui Pseudopstoli, &c.] Prius illud ex Dominiis pronuntiationibus, hoc & quod sequitur, ex Apostolicis litteris sumpsit 2. Corin. 11. & 1. Ioan. 2. Illud autem: interim & semper, rectè explicat Macereus, non modo intermedio tempore, quo Antichristum illum præcipuum præsolamur, sed & omni alio tempore. Qui etiam illud: nisi quod persecutio & inartyras (sic enim lego ex MS. Anglico pro: martyres) facit, ita vertit, ac si dicat: persecutio non solum apostatas, sed & martyras facit; Hæreses vero (siue Hæresis, vti legit V. atic. cod. MS. & Quintinus) apostatas dumtaxat.

23. Neque enim eos probabiles intelligi iuuat.] Ita lego, pro: probatos, quia tum paulo ante in scriptura citatione; tum iterum cap. seq. illud legitur. Item ex V. atic. MS. cod. & 1. edit. iuuat, pro: iubet. Nam eodem modo dixit lib. de V. all. ca. 1. cum concordia iuuat. Atqui rectè adnotauit Macereus, Hæreses nomen in initio Ecclesia non tam odiosum fuisse, quippe quod in bonam partem acceptum sit, Act. 24. & 26. atque adeo non veritas hæreticos id sibi nomen adtribuere, ex diuerso sibi interpretantes (v. Tertulliani verbis vtar) eos probabiles debere intelligi, qui in hæresin fidem demutant, ita prætexentes ad probationem hæreses. Quare non mirandum si Tertullianus sequi capite hoc agat, ut hæreses malas esse comprobet: scripturæ autem sensum, quod per hæreses manifestentur probabiles quique, summe esse; ac si dicat aduersitate approbati constantiam hominum. Similiter autem adnotauit Quintinus interpretatam esse hanc scripturam à B. Ambrosio. & manifestè quid intelligat, indicat auctor infra cap. 39. sic hunc locum interpretatus: ut electi manifestentur, & ut reprobi detegantur.

24. Omnia examine.] Hæretici (inquit Quintinus) nunquam non prætexerunt, modoque non prætexunt opinionibus suis à solita Patrum regula variantibus, id quod ipse Christus, Christusque discipuli, faciendū præmonuerunt. Ille suis dicebat: Adverte à falsis Prophetis. Caute à scribis. A fermento Phariseorum & Sadduceorum caute. Videte ne quis vos seducat, &c. Matth. 7. 16. 24. Subinde suos Apostoli monebant: Probate (discutite, dignoscite, diiudicate) quid sit beneplacitum Deo, ad Ephes. cap. 5. Item: Prophetias (interpretationes puta scripturæ diuine, ac declarationes fidei vestra) nolite spernere, sed omnia probate; quod autem bonum fuerit, ipsi tenete, 1. Thess. cap. 5. Præterea: Nolite omni spiritui credere, sed probate an spiritus ex Deo sint, quoniam multi Pseudopphetæ exierunt in mundum. 1. Ioan. 4. &c. Probationis & examinis istius exemplum cognoscite. Apostoli prædicabant in carne venisse Christum, qui Deus & homo pariter erat. Apostolorum con-

M m

temporanei Cerinthus & Hebion contradicebant. Hymenæus, & Philetus mortuorum resurrectionem esse iamque factam, quotidieque fieri per continuas filiorum procreaciones atque successiones asseuerabant: nec aliam sperari debere. Paulus verò contra clamabat: Si resurrectio non est, neque Christus surrexit, neque constitutus est iudex uiuorum & mortuorum, 1. Cor. 15. Sic modo curiosi quidam maleferati, ratiocinantur de sacramentis omnibus Ecclesie, prisca sint ea, necne, de ritibus ac formis rixantes. Et explorare se uelle dicunt (ut olim dicebant) Viri uera proferant & omnium scilicet, hinc inde rationibus excusis. Auiunt enim scriptum fuisse: Omnia probate. Sic sensim per superbiam nostram nimis quam facili, & lubrico assensu labimur in hæreseis, dum Theologiae studemus omnes, artibus etiam nostris propriis desertis. Nam quotiesquisque Forensium (bone Deus) iam sese non profiteatur esse Theologum summum: ne similes istis alias commemorem Stationes, Apothecas, Tonstrinas, & Officinas, aliud nihil quam Theologizantes. Christiane Lector, haud quibusuis illud: Omnia probate, ceteraque superiora dicta suere. Non enim puto id uoluisse quempiam, si uelit ambulare caute, posse hoc implere præceptum: quia sapientibus & non insipientibus imperatum est. Hæc & alia eodem pertinentia Hieronymus, interpretans illud ad Ephes. 5. Videte quomodo caute ambuletis: non ut insipientes, sed ut sapientes. Ambros. quoque legendus in illud ad Thess. mandatum: Omnia probate.

C A P. V.

25. Porro si dissensiones & schismata increpat, &c. Titulum huic capiti fecimus: Quod non modò dissensiones & schismata, sed & hæreseis Apostolus increpat. Adhuc ad cap. 5. epist. ad Galat. At qui Apostolus (inquit Quintinus) inter Christianos perpetuam uoluit esse tam uerborum quam uoluntatum concordiam, scilicet, ipsos in eodem sensu, in eademque sententia manere, & unanimes omnes idem sapere, idemque sentire. Discordes & seditiosos de medio fratrum præcepit expelli. Rogo uos, fratres (ait) ut obseruetis (ut consideretis) eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam uos didicistis, faciunt, & declinate ab illis, Rom. cap. 16. Prioris ad Corinth. cap. 1. Obsecro uos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut non sint in uobis schismata. Rursus & in eiusdem epist. cap. 12. Ecclesiam Christi comparat humano corpori, dicens: Sic Deus temperauit corpus, ut non sit in eo schisma. Non debet igitur esse in Ecclesia. Reddit optimam causam paulo post in c. 14. quia non est dissensionis Deus, sed pacis. Apostolus διχοστασίας & ἄνωμας appellat, & etiam σχίσματα, que nostri dissensiones, dissidia, seditiones, & Græcæque retinentes uocem, nominant schismata. Schisma significat alicuius rei dissectionem, rupturam, scissuram, fractionem, ut si pannus nudis assuatur ueteri, tunc peior scissura fit. ἡἰσίων σχίσματι γίνεταί, Matth. 9. Transferitur ad opinionum seu sententiarum diuisionem. Joann. 9. Schisma erat inter eos, id est, non concordabant, non conueniebant opinionibus, in diuersa studia scindebantur, ac dissentiebant. Schismatis nomen in Ecclesia semper fuit ignominiosum, publicèque damnatum. Schisma est, quando quis ab Episcopo suo, uel Ecclesia communiōne, sine nouo tamen dogmate, secedit; nec regi pari iure cum ceteris assensit, ut in can. 31. Apostolico docebamur amplius. Quod si nouam quoque doctrinam sua rebellionis, ac superbia conuinxerit,

istiusmodi secessio tunc appellatur Hæresis, in cap. sequ. Sanè malum grauius schismate. Ut in Tertulliano: Carnis opus utrumque, quod qui perpetrarint, regnum Dei non consequentur, ad Galat. 5. ubi post διχοστασίας, id est, seditiones, receduntur αἰρέσεις. Quibus adde similes locos de distinctione inter schisma & hæresin, B. Augustini qu. 11. super Matt. lib. de Fid. & symb. c. 10. lib. 2. contra Cresc. Grammat. cap. 7. & epist. 164. Item B. Hieron. in cap. 3. epist. ad Titum.

26. incontinenti. Id est, statim (inquit Rhenanus) Iustinus solet dicere: excontinenti, uel lib. 5. ut excontinenti Alcibiadem ducem Conone ducem mutarent, & li. 7. Teneri non potuit, quin excontinenti acie decerneret. Legimus autem cum M. S. Anglico cod. & Latino: quod malis adiungit, pro: adiungat. Quod quum uideret non conuenire, ex coniectura scripserat Quintinus: quod hæreseis malis adiungat, has utique malum profiteatur. sed non placet. Item cum eodem cod. M. S. & Matereo legimus: de leuioribus.

27. quum maximè diuertit (seu deuerti) ab eiusmodi obiurgans. Ita ex utroque M. S. Vatic. & Angl. Verum necdum mihi satisfactum puto, nisi legatur: deuertit. Neque uerò etiam sensum satis adfectus est Macereus, eo quod legit uti prius erat: ad eiusmodi. Fortassis retineri posset illa lectio ut sit Græcismus: obiurgans deuerti ab eiusmodi, id est, ut diuertant.

C A P. VI.

28. Nec diutius de isto, &c. Tractat hoc capite: Quid sint, & unde dicantur hæreseis.

29. scribens ad Galatas. Locus Apostoli, ad quem alludit, iste est: Manifesta sunt opera carnis, seu crimina carnalia, ut uerit Auctor, dissensiones, schismata, hæreseis, pro eo quod noster interpret, contentiones, dissensiones, scilicet, & Græcè (ut etiam supra adnotauimus ex Quintino) διχοστασίας, αἰρέσεις &c.

30. in omni penè epistola. Quum nusquam alibi reperiat tale quid apud Apostolum, nisi illud: Adulterantes uerbum Dei, 2. Cor. 2. & 9. sit mihi magis uerisimilis uersio Macerei, qui pro adulterinis falsas uertit, & interpretatur de tota epist. ad Titum.

31. de adulterinis doctrinis. Sic paulo post etiam: quarum opera sunt adulteræ doctrinæ, & infra cap. 34. doctrinarum adulterinarum, ac 38. adulterum stylum. Quod quomodo intelligat, explicat infra cap. 44. qui illam stuprauerint adulterio hæretico uirginem traditam à Christo. Quicquid autem (inquit Quintinus) corruptum est, quod non est sincerum, quod in sua puritate non mansit, quod denique falsum est, id adulterum, uel adulterinum est. Plinianus uocat in fr. l. 6. de extraordi. cri. l. 6. Ad leg. Corn. de fal. adulterinas stateras, & Aphricanus adulterinum testamentum. Hæreseis hoc sensu uocantur adulteræ, uel adulterinæ doctrinæ; quia puram diuinam scripturarum simplicitatem corrumpant. Apostolus gloriatur, quod instar hæreticorum, non adulteret uerbum Dei, sed prædicet illud in manifestatione ueritatis, 2. Cor. 4. Adulterare, est rem quampiam corrumpere, seu falsificare, externa rei commixtione. Rem cum dolo tractare, deluti quum seruus dicitur: adulterare dominicas rationes, in fr. l. 1. de serui. corrupt. Igitur hæretici sunt Adulteratores scripturæ, non mitius puniendi, quam lex puniat Adulteratores monete.

32. Hæreseis dictæ Græca uoce. Verba hæc ad

uerbum serè transcripserunt B. Isid. Etym. li. 8. c. 3. & Erabanus, tum opere de P. nuero, tum de Instit. deric. li. 2. c. 58. Haud ab similitè uerò auctor infra cap. 37. quod de sua electione lectati hæreticorum nomine admittunt, & li. 1. adu. Marc. ut hinc (inquit) iam destinari possit hæreticus, qui deserto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Item infra dicto ca. 37. quam unusquisque de suo arbitrio aduersus Apostolos aut protulit, aut recepit. Item Scorpiaeo adu. Gnosticos: desertam disciplinam hæreticis impingit. Similiter li. 2. adu. Marc. quis (inquit) dubitabit Adæ illud delictum hæresin pronuntiare, quod per electionem suæ potius quam diuinæ sententiæ admisit. Atqui Αἰρέσις (inquit Quintinus) Græca quidem uox est, at Ecclesie Latina uerbo creberrimo facta, iam Latina uidetur Hæresis, & Αἰρετικός, Hæreticus. Hæresis est affectatio, delectus, uoluntas, electio rei cuiuspiam. Nunc appellatio omnino probrosa, quòdam minime. Quam sicut hic Tertullianus, ita bis definit Hieronymus in duobus locis per Tertullianum citatis, ad Galat. 5. ad Tit. 1. Hæresis Græcè (ait) ab electione dicitur, quòd scilicet unusquisque eam sibi eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Et hoc in prophanis, & in secularibus disciplinis facere cuique liceat, quum tamen de fide Christiana, quum de nostra saluationis agitur doctrina, tunc nulli datur optio credendi; scilicet sibi nullus eligere potest: sed quod in Euangelio scriptum est, quod à sanctis maioribus nostris nobis traditum est, hoc tantum sectandum est. Hæc nostra sola fides est; si quid additur, aut minuitur, Hæresis est. Et Hæreticus est, qui aliter intelligit scripturam, quàm sensus spiritus sancti flagit, à Romana, & uniuersali Ecclesia in fidei doctrina discordans. Qui interim perperam legit: ad instruendas, pro eo quod alij omnes; & institutas. Intelligit enim Tertullianus Auctores Hæreseos, scilicet etiam rectè uertit Macereus. Eodem pertinet illud Irene aduers. hæres. lib. 3. cap. 2. Hanc (inquit) sapientiam unusquisque eorum esse dicit, quam à semetipso adinuenit, fictionem scilicet: unusquisque enim ipsorum omnimodo peruersus, semetipsum Regulam ueritatis deprauans, prædicare non confunditur.

34. Idèd & sibi damnatum dixit hæreticum. Paulo prius dixit: ut à semetipso damnatus. Pro quo legitur hodie apud Apostolum: proprio iudicio condemnatus. Verum illud & legit etiam, & declarat sic (ut etiam adnotauit Quintinus) B. Hieronymus. Hæreticus à semetipso damnatus esse dicitur, propterea quòd adulter, fornicator, homicida; & cetera uitia per sacerdotes ab Ecclesia propelluntur. Hæretici autem in semetipsis sententiam ferunt, arbitrio suo de Ecclesia recedentes; qua recessio, propriæ consuetudine uidetur esse damnatio. Legit autem eodem modo frequenter B. Cyprian. Atqui legimus cum Isidoro & Erabano, ubi supra: Nobis uerò nihil ex nostro arbitrio inducere licet, pro eo quod erat: indulgere, eo quòd sequatur: induxerit, & quod inducerent. Rectè autem Macereus illud: adsignauerunt paulo post interpretatur de legitima Traditione. Sive autem legas: Etiam si angelus aliter Euangelizaret, anathema diceretur; sicuti uulgo legitur, sive cum M. S. Anglico & Isidoro: Euangelizauerit, & dicitur, perinde est.

35. in uirgine quadam Philumene, &c. Quisnam fuerit (inquit Quintinus) Apelles, & cuius auctor Hæreseos, dicitur in cap. 30. Et in hæreticorum catalogo inferius, hæres. 19. Nunc de Philumena. Fuit hæc Alexandria puella, sicut existimo. Apelles enim libidinosus ho-

mo, quum propter mulieris amorem descisset à magistro suo Marcione, qui sectatores suos in continentia uiuere, saltem continentiam fingere, uolebat, etsi manerent asseuerati cum mulieribus (nec enim Marcion fuit absque muliere, quam & Romam præmisit ad animos decipiendum sibi præparandos, ait Hieronymus) Apelles (inquam) deserens magistrum, quem uivalem sibi magister ferre non poterat, Alexandriam migravit: ubi rursus & in hanc sceminam impexit, ut à Tertulliano refertur cap. 30. iam dicto. Philumena uerò dum iuencula uirgo foret adhuc, familiarem sibi demonem habuit, cum qua perseuerans demon, habitu pueri sæpè se uelle demonstrabat, aliquando se Christum, quandoque Paulam se mentiens esse; per quem futura multa uaticinabatur, ac diuinabat: sed & miracula quædam; portentosaque faciebat. Ita suis diuinationibus & præagis effectum, ut inspirata uideretur esse diuinitus. Unde reor sibi datum nomen Φιλαμένη, id est: Amans animi furoris, atque potentia. Crescentibus hæc annis, insigne scortum fuit. Cum quo congressus Apelles, & eius Enegetem circumuentus (ut Tertullianus ait) id est, eius uis, demonum vexatione, & efficacia magna deceptus, quasi numine quodam meretrix afflata foret, omnes animi sui motus, & impios æstus ad eam mulierem referebat. Et hanc inde suarum doctrinarum perpetuam comitè semper habuit, insensibileque librum conscripsit, quem Philumenæ Prophetias & Phaneroeis inscripsit: hoc est, Prædictiones, Apparitiones, Manifestationes atque Reuelationes. Christiane Lector, Hæresis nulla fuit unquam, nec est hodie, cuius auctor, dux, & præcipua fauoris, impudica mulier aliqua non existerit: nec est aut fuit hæreticus unquam, qui suam non habeat & habuerit Philumenas. De Philumena autem tacuerunt Epiphanius, Philastrius, & Damascenus; Apellem describentes. At meminerunt Euseb. cap. 13. lib. 5. histor. Augustinus ad Quod uult Deum, de hæreseis. Hieronymus paulo post initium lib. contra Pelagianos ad Ctesiphontem, & ca. 1. super epist. ad Galat. ubi ista Tertulliani uerba ipsa: Prouiderat iam tunc Spiritus sanctus, & c. integra penè referi, exponens Apostoli uerbum hic à Tertulliano citatum: Sed licet angelus de celo Euangelizet, & c. Meminit eiusdem & Apellis iterum Auctor li. 3. adu. Marc. in hæc uerba: Nam & Philumene illa magis prouocauit Apelli, ceterisque desertoribus Marcionis. Apertiora sunt interim uerba ad que adludit Quintinus infra c. 30. Inde (inquit) post annos regressus non melior, nisi tantum qua iam nõ Marcionites, in alteram sceminam impexit, illam uirginem Philumenem quam supra ædidimus, & c. Cui simile est & illud infra lib. de Carn. Christi: & dehinc in uirgine Philumene spiritu euerfus, & c.

C A P. VII.

36. Hæ sunt doctrinæ hominum, &c. Titulum huic capiti dedimus: Quod hæreseos origo à Philosophia. Id est enim quod paulo post dicit: Ipsæ denique hæreseis à Philosophia subornantur. Cui simile est & illud infra li. adu. Hermogen. Patriarchæ hæreticorum Philosophi, & B. Hieron. initio lib. contra Pelagian. ad Ctesiphontem, ubi indicat etiam Auctorem uidetur, his uerbis: Pulcrè quidem nostrum dixit: Philosophi patriarchæ hæreticorum. Quod ante nos quoque adnotauit Quintinus, addens Tertullianum de eis Philosophis loqui, quos Petrus graphicè describit 2. Pet. 2. quos notauit & Seneca Epist. 89. Quibus etiam hæc addit: Tertullianum infectatur ubique Philosophos, quippe de quorum ingenis omnis hæreseis animatur, ut ipse dixit primo aduers. Marc. M m ij

libro, qui de certis incerta præiudicant, ad artis suæ propriæ gloriam. *Siquidem*: Philosophus est animal gloriæ, venalique rumorum mancipium. *Sed quod hic adinet*, ille de Philosophis ita loquitur in *Apologético Christianorum* cap. 47. Philosophi gloriæ solus & eloquentiæ libidinosi, si quid in sanctis scripturis offenderunt digestum, pro instituto curiositatis, ad propria vertunt. *Pauco supra dixerat*: Philosophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt; ut qui gloriam caprent. *Hæc dicta putato de Eusebio*. Et verò similiter dixit *Auctor aduers. Mar. lib. 5.* omnes hæreses ex subtiloquentiâ viribus & Philosophiâ regibus constare; ac supra *T. 1. Apolog. cap. 47.* Ex horum (*Philosophorum*) lumine & nostram hanc nouitiam paraturam viti quidem suis opinionibus ad Philosophicas sententias adulterauerunt, & de vna via obliquos multos & inextricabiles tramites sciderunt. *Eodem pertinet & illud infra lib. de Resurrect. carn.* Discede ab ethnico hæretice, redde illi sensus suos, quia nec ille de tuis instruitur. *Quid cæco duci in iudicis, &c. Latissimè id ipsum deducit B. Cyrillus Hierosol. catech. myst. g. 18.* Similia etiam habet *alicui Lactantius. Que eo prolixius profecti sumus, quod perperam & Magdenburgenses inter Terullianum, & quidem alius inter Lactantij errores collocarint. dicere. Ex Philosophia ortas hæreses & interim e contrario nemo hinc existimet, omnino Christiano interdiciam hic omne Philosophia studium, scriptum interpretatur Terullianus in hæc verba, vbi causam reddens: Eadem (inquit) materiæ apud hæreticos & Philosophos voluntantur, iidem tractatus implicantur. Alioqui necessariam esse aliquam Philosophia scientiam satis indicat infra lib. de Resurrect. carnis, quum dicit: Ita nos Rhetoricari quoque prouocant hæretici, sicut & Philosophari. Est autem adnotandum, quod doctrinas hominum, Col. 2. & doctrinas demoniorum, 1. Tim. 4. hæreses interpretatur.*

37. de ingenio sapientiæ sæculi, quam Dominus stultitiam vocans. *Ex MS. Anglio, pro: sapientia sæcularis, quia aduers. Marc. lib. 2. Verit. Auct. sapientia mundi, & sic etiam noster interpret. Paraphrasticas autem Domino adscribit id quod Apostoli est, eo quod addat Apostolus, 1. Cor. 3. Stultitia est apud Deum; more suo, etiam confundens illud cum eo quod 1. Cor. 1. dicitur: stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes.*

38. subornantur. *[Hoc accipias (inquit Quintinus) non in vulgari significatione, quod est occulte, latenter, arte, vel pecunia seducere, per dolum sollicitare, sicuti vulgo dicitur consuevit de testibus. Hic ad adparatum & instructionem & ornatum pertinet. Hæreses à Philosophiâ subornantur, id est, primum quadamtenus ornantur, instruantur, adparantur. Homo à natura subornatus, in vitam venit. Subornatus, id est, apparatus, ornatus iam ferè totus, apud Ciceron. 1. de Legibus.*

39. Inde Aones, & formæ, nescio quæ, & trinitas hominis, &c. *[Valentinus (inquit Quintinus) Timæum Platonis, & eius Epinomidem totam voluit in salutem nostram negotium, religionemque transferre, numeris atque proportionibus omnia definiens, & horum cognitioni tribuens hominibus absolutam felicitatem. Ex huiusmodi nescio qua connexion quindecim Dualitates. Ex his quendam Tricenarium deduxit. Quem rursus trifariam partitus est, in Oclonarium, in Denarium, & in Duodena-*

rium. Numeros istos appellauit αἰῶνες, id est, ætates, aut sæcula, quæ triginta dicebat esse. Cur autem suos numeros appellauit Aones, & sæculi, non recordor me legisse rationem: Nisi quod astutum nebulonem putem, quum nesciam videri in Ecclesiæ Christianæ mysterium haberi numerorum rationem; Sæculorum verò sæcula αἰῶνες αἰῶνες subinde memorari cernebat: istos nobis Aones pro numeris supposuit: De quibus intelligi volebat, vtrumque sæculum, vel sæcula nominantur in sacris. *[Insuper & integrum Parmenidem. Qui de vno omnium principio, siue de Judois agit, ad nostra quoque salutis instrumentum, seu necessarium quiddam, proferebat. Returndumtaxat intellectuum species quasdam seu formas ἀκαταργητὰς, indefinenter operantes, & inabolibiles exponens Alcibiadem quoque primum, qui de natura tractat hominibus, Evangelio permiscebat. Ex tribus hominum componi dicitur ibidem, nonnullisque locis aliis, ex corpore, ex anima, ex mente siue spiritu. Valentinus hinc esse tres hominum docebat ordines, siue tria distinguebat hominum genera, πνευματικῶν, ψυχικῶν, υλικῶν σαρκικῶν, spirituum, animalium, & carnalium, siue corporeorum. Pneumaticos, id est, spirituales, dicebat homines perfectos esse, quibus iam nullo labore foret opus, quibus intrepidè licebat agere quod volebant; nec inuicem fecare posse. Morientes in alioquin alium recta meare, cum suo quodam corpore spirituali, quod habere se somniant & imaginabantur. Talem se dicebat, & Gnosticos omnes esse Isubicos autem, id est, animales (vbi anima opponatur spiritui), minime posse per sese saluari astruit; sed istis opus esse labore magno, & operatione aliqua iusta. Pest que opera bona, si diu se salubus fatigarint, in medium nescio quod caelum feruntur, vbi Christus habitat vnâ cum Angelis, nihil corporum terrenorum secum ferentes: ibique descendunt Angelis. Tertium verò genus hominum, quod σαρκικῶν & υλικῶν, carnale & materiale, & vobiscum, id est, terrenum, nominabat, ab omni virtutis & veritatis cognitione remotum dicebat, etiam si maxime vellet eam suscipere, sed vnâ cum corpore & anima simul interire assererat. Hæc est illa Trinitas hominis, quam notat hic Terullianus. de quibus nugis ampliore tractatum videre quærens, adeat Irenæum, ipsum quoque Terullianum contra Valentinianos. Legat & Epiphanium in Tom. 2. lib. 1. Panarj. Satis hæc ad loci presentis explanationem.*

40. Inde Marcionis Deus melior, &c. *[Quum Marcion (inquit idem) didisset homines à Stoicis in duo genera distinguere, quorum dicerentur alij sapientes, & insipientes alij: Sapientes autem nemini vnquam nocere, vel inferre malum, sed qui summa viuunt in eubhymia, id est, in animi tranquillitate, quiete, pace, commodè & viles omnibus: Insipientes verò seutos esse, nihil quam noxia cogitantes: Ille protinus vlcis se cupiens aduersus Ecclesiam, cuius communionem priuatus fuerat, ob supernam virginem quandam, commentus est etiam duos esse Deos, alterum bonum, & sapientem Deum, tranquillum, quietum, sedatum, qui nemini per indicibilem naturæ suæ bonitatem nocere, neque velis, sed neque possit. Is est Christi pater. Alterum verò Deum finxit esse malum, qui mundum creauerit, & omnium sit auctor malorum, quæ sunt & perpetrantur in mundo; propterea dixit hic Terullianus & in vlt. c. huius libri: Deus melior de tranquillitate, &c. Hunc ipsum videtur in illis quinque lib. quos in Marcionem composuit Prædictos quoque sanctos Ecclesiæ Dei propugnatores aduersus hæreticos legito.*

41. &c.

41. & vti anima incertè dicatur. *[Epicurus (inquit idem) atque sui putarunt, hominis & pecudis idem bonum simpliciter esse, neque post mortem differre, sed ante dissolutum, sentium omnem pariter existitum dissolutamque sensum. Tusculanam vide Quæstionem lib. 5. disputatam. Plinius Epicureus planè, qui scripsit: Omnibus à suprema die sunt eadem quæ ante primum, nec magis à morte sensus illius esse aut corpori aut animæ, quam fuerit ante natalem, ca. 55. lib. 7. Eodem pertinet quod supra dixit Tom. 1. li. de Testim. Anima, ca. 4. Christiana opinio, &c. Epicurea gratior; nam te ab interitu defendit. Item Apol. c. 47. Animam alij dissolubilem dicunt. Item quod infra est li. de Resurrect. carn. c. 1. Nihil esse post mortem Epicuri schola est. Atqui lego cum MS. Pat. 1. edit. & Quintino: ab Epicureis, pro eo quod Materius & alij Epicurus; nam Epicureorum nomine Sadducæos hæreticos intelligit, qui de Resurrect. carn. c. 1. de Resurrect. carn. etiam animarum interitum prædicabant. Verum de his latius infra lib. de Anima, vbi de immortalitate Anima agit.*

42. carnis restitutio, &c. *[Impietas hæc fuit (inquit Quintinus) omnium penè Philosophorum communis, ut assererint, Deum non posse mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos. In qua fuit & Plinius, anima negans immortalitatem, & necum corporum. Vocat eorum Vanitatem, qui se propagant in futurum, & in ipso mortis tempore vitam sibi somniant futuram. Vnum Democritum refert, qui tametsi Philosophus insignis fuerit, hæc tamen reuiscendi Vanitate laborarit, d. cap. 55. & cap. 7. lib. 2. Terullianus lib. de Resurrect. carn. scripsit in istos opinatores.*

43. Et vbi materia, &c. *[Hermogenes (inquit idem) pictor arte sua derelicta, cepit (ut prouerbio dicitur) ultra lineam Theologari, seu magis philosophari; sicuti nunc etiam factores, sutoresque faciunt ultra crepidam. Terullianus coætuus erat in Aphrica, qui Zenonis in porticu Somnia secutus, asseruit æternam, ac sine principio fuisse materiam quandam (Græci vocauerunt ἄλλυξ) ex qua Deus omnia post formauerit, & creauerit. Vehementi, nec minus eleganti libello consutauit hunc Terullianus. Verum tamen nescio, cur Zenoni magis, quam ceteris quibusdam somnatoriis hæc opinio tribuatur. Nam Cleanthes duo ponit principia rerum, Deum, & materiam: Plato in Timæo tria; Deum, materiam, & Idæas, seu formas. Certè non videntur inferiorem tempore facere materiam, quæ semper fuerit, neque nata, neque facta, nec habens initium, neque finem, ex qua Deus omnia postea fecerit. Zenoni autem potius quam aliis hanc opinionem adtribuit, quod hæc communis sit Stoicorum opinio, quorum princeps Zeno. Hinc Marcioni lib. 5. inter cetera obicit, quod cum Deo creatore materiam collocaret de porticu Stoicorum.*

44. & vbi aliquid de Deo igneo, &c. *[Philosophi (inquit idem) paucissimi, aut certè nulli, de rerum principis inuicem concordarunt: alius aliud statuit. De quibus Hermia Diasyrmon (argutum sanè perelegantemque libellum) legas. Heraclitus inter alios apud Laërtium dicebat: Omnia ex igne constare, & in ignem cuncta resolui. Iuxta quam Philosophiam nonnulli Verba Moysi Deuteronom. cap. 4. & Apostoli ad Hebr. 12. interpretabantur: Dominus Deus tuus ignis consumens est. Atqui sic ignem faciebant Deum. Quomodo accipienda sint verba illa, reperies apud Hieronym. cap. 66. Isai. & in Augustino cap. 13. contra Adamantum Manicheum. Vide eiusdem scripturæ explanationem infra Tom.*

5. lib. de Trinitate. Eodem verò pertinet quod habet supra Apolog. cap. 47. Deum alij ex igne adfuerant, ut Heraclito visum est. Item quod est infra lib. 1. aduers. Marc. Deum pronuntiauerunt, Thales aquam, Heraclitus ignem. Vtrum autem etiam hæreticorum aliqui edementia venerint, ut ignem Deum dicerent, hæreticus reperire non licuit. Certè quamproximè accedit Apelles, dum (vbi est infra cap. 34.) angelum superioris Dei creatorem mundi, igneum dixit; immò (sic uti lib. de Anima refert Auctor) eundem igneum angelum Deum Israël vocat. Atqui illis verbis: Vnde malum, ad Marcionis hæresin adludere de Deo malo, li. 1. adu. Marc. indicat: Languens enim (inquit) quod & nunc multi, & maxime hæretici, circa mali quæstionem: Vnde malum.

45. Scilicet & de Enthymesi & Ectromate. *[Subaudiatur hic (inquit idem Quintinus) Deus prouenit. In istiusmodi quæstionibus, auditor Christiane, non minus inest ineptiarum, quam sit impietatum. Qui videre plene vult, Irenæum legat, & hunc ipsum auctorem nostrum, & omnium diffusissimè Epiphanium contra Valentinianos. Hic dixerunt tantum, quod in Aonum decuria postremi duo nominantur Aones, τέλειος, καὶ σοφίας, Teletus & Sophia, perfectus & sapientia. Masculus Aon semper habet feminam secum. Nam per coniugiam tractat omnia sua mysteria, sic ut suo quoque Christo coniugem dederit. Obiiter vobis omnium, qui fuerint, quique sunt, Gnosticonum legem referam, post Epiphanium contra Valentinianos ita scribentem, quod ab Irenæo sumpsit, c. 1. li. 1. Οὗ δὲ ἐν ἡδονῆμα γενόμενος, γυναικὶ οὐκ ἐφίλησεν, ὥστε αὐτῷ καὶ ἡγετησέναι, οὐκ ἔστιν ἐξ ἀληθείας, ἢ καὶ ἡραρῆσαι εἰς ἀλλήλους. id est, Qui genitus in mundo, mulierem non amauerit, ut ea potiat, non est ex veritate, nec ad veritatem perueniet vnquam. Te quæso, Lector Christiane, num putas hac lege viuere, qui legem calibatus abrogat? Sed ad rem. Sophia per incontinentiam suam videtur a Terulliano) mariti sui tædio, exarsit amore videndi primi patris illius, vnde prognati forent Aones reliqui fratres sui. βῆθος appellabatur. A cuius conspectu dum prohiberetur per Monogenem Aonum precipitum, qui solus illo patre primo fruebatur, affecta maximo dolore propter hanc repulsam, diu iacuit. Indeque præ ardore, quo tota flagrabat in patrem, ex semetipsa sola concepit, quin & peperit, sed minime vitalem fetum, quia sine matulo. Propterea vocatus ille partus ἐκτρομα, id est: Abortus, cui nec forma, nec facies, nec species ulla. Quia verò non conueniebat in centro pleromatis, id est, aliorum, perfectorum Aonum, manere quid abortiuum, fuit informis ille partus in quadam sine lumine loca deiectus. Cuius tandem miseris fœlices Aones, ed precibus adductum misere suum nescio quem Christum cum sua coniuge παραμύθητα, quorum partes erant Aonum consummatione procurare, qui de sua magna virtute, parique misericordia, de suis indicibilibus viribus, informauit abortiuum illum. Propterea fuit ab acti nominata mola illa ἐνδύμνησις, id est, inanimator, anima infuso formæ impostio, quam formam Christus Aonicus illi mola dederat. Ex qua post, omnium rerum substantia constitisse dicitur, ipsius etiam Demiurgi, id est, Dei nostri. Reliquos istius fabule si forte cupias actus, in predictis sanctis Auctoribus legito. Nimis multa sunt hæc ad huiusmodi loci declarationem. Satis habes quid rei sit Enthymesis, & quid Ectroma. Adlegat etiam Rhe-manus D. Hieronym. Comm. lib. 11. in Amon prophetam, qui scribit Valentinum ex Aonibus suis postremum, id est, trigessimum, vocare ἐκτρομα, hoc est:*

abotinum. Verum de hoc latius infra lib. aduers. Valentinianos.

46. Insuper Aristotelem.] Sic iterum legimus ex Vaticano codice, in quo mecum consensus Quintinus. In editione postrema (inquit) legitur: miserum Aristotelem, qui illis, &c. Apostoposis est, ut subaudiatur Interjectionem quampiam & ben, ab, &c. aut congruens Verbum, Dico, existimo, iudico, &c. In aliis omnibus est: Insuper Aristotelem, quod magis placuit. Argutus autem nescio quas Dialecticas in sacris tractandis litteris damnatas Tertulliano consonat Hieronymus, exponens hanc Prophetam Verba: Bruchus expansus est, &c. Nubum cap. vii. Consideremus autem hereticos, & Ecclesia multiplices hereses, & videbimus quod eorum dogmata, in quibus frigeant, & volare non possint, sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spina reperit. Inde nominatis aliquot hereticos, paulopost subiungit: Et ut simul breui cuncta concludam sermone, de fontibus illis vniuersa dogmata trahunt argumentationum suarum riuulos, ita ut ipsa quoque loca, de quibus argumenta sumuntur, totiusque superscripserint. Hec ubi. Aequi non Dialecticam artem Aristotelis, sed sophisticam improbari ante me adnotauit Macereus, cui consentit Clemens Alexandrinus Stromatum lib. i. ubi de Philosophia Christianis necessaria, ac de sophisticis improbanda latius disputat.

47. Hincillae fabulae & genealogiae.] Propter Iudeos (inquit Quintinus) hoc admonitum putarunt, qui continue progenitoribus suis Abraham, Isaac, Jacob, & aliis gloriantur. Inutilis certe gloria, sed quae nullam suum quisque genus & maiores suos inter Iudeos habebat notissimos, & citra controuersiam. Nonnulli reprehendi Gentiles hic dixerunt cum sua Theogonia. Tertullianus Hereticos Aeonum fabricatores notari credidit. In cellas enim Varias distinguebant illi suos Aeonas, ostendentes, quis a quo gigneretur, quibus omnem contineri diuinitatem fabulabantur. Apostolorum coeui Cerdon & Valentinus erant, qui non finiendis istis questionibus supra modum turbabant fideles. Inter quos ab Apostolo nominantur Hymenaeus, Alexander, Philetus. Et meo quidem iudicio, totus ille locus ad hereticorum constitutionem spectat. Epiphanius etiam sic intelligit. Pro more calumniari mihi videtur, qui locum detorquet ad ceremonias, & hominum constitutiunculas (ut loquitur) & quaestiones scholasticas. Non sunt istae vanae, non sunt inuiles, non generant lites: Impe quis vocat eas, ineptas & aniles fabulas, quum praesent adificationem Dei, qua est in fide. Non ergo Paulus ipsas desegnavit.

48. indeterminabiles.] Expressit quod Graece est ἀπεροσύντοις, pro eo quod noster interpret: interminatae. qui legisse videtur: ἀπεροσύντοις. quare illud malo, quam cum Macereo legere: interminabiles, praefertim quum & infra cap. 33. Genealogias indeterminatas nominet.

49. ne quis vos circumueniat.] Sic legimus ex MS. Anglico codice ad Verbum cum Apostolo, pro: ne quis sit circumueniens. Illud verò: praeter prouidentiam sancti spiritus, Auctoris est, non Apostoli, nisi quis velit esse paraphrasim eius quod subditur Coloss. 2. & non secundum Christum.

50. varietate sectarum.] Diogenes Laërtius (inquit Quintinus) de Philosophorum vitis, in Prooemio libri circa finem scribit, quod Philosophorum decem fuerint αἰεῖσες id est, sectae, quas ibi singulas enumerat. Alius vna minus ibidem recensuit easdem. In schola, vulgus duntaxat

quatuor posuit. Ego tot fuisse putarim, quot vnquam Philosophi docuerunt in scholis cum auctoritate. Deprehendus ex ipso Laërtio me dicere verum. Secundus à primo dissentit, à secundo tertius. & in omnibus ferè consequentibus hoc ipsum videre licet. Nullus in ea Gemili Philosophia discipulus, qui non velit esse supra magistrum: scus in Evangelica facile est (aiunt) inuentis addere. Id est, profecto sectam nouam facere, prout de hereticis dicemus in cap. 34. & 42.

51. de porticu Salomonis est, &c.] Quasi (inquit idem) dicere vellet: Non de porticu Zenonis. Στοάς Graecis est, quae Latinis appellatur Porticus. Athenis erant Stoae complures: vna praeter ceteris nominatissima, quam Polygnotus excellentibus picturis ornat. Idem ποικίλη cognominabatur, ob varietatem picturarum. In hac facinoribus multis insanem, Zeno Citicus primum diuertit, & conciones habuit: cui cesserunt omnes, nec eò, nisi Philosophandi causa, ceptum est cori. Stoici sunt inde nuncupati ab ea porticu, quae singulariter inter alias appellatur Stoa. De Στοά verò Σολομῶνος, id est: de porticu Salomonis, in quam post Christum praepotorem suum, sapius vniuersimodo Apostoli cum suis conueniebant, Euangelista meminere, Ioan. 10. Act. Apost. cap. 3. & 5.

52. qui & ipse tradiderat: Dominum in simplicitate cordis esse querendum. Quum de Salomone loquatur, & citet haud dubie (sicut ante me etiam Quintinus adnotauit) illud sapientiae i. In simplicitate cordis quaerite illum, confirmatur hic auctoritas eius libri, & insuper Salomoni ab Auctore tribuitur. Sicut etiam B. Cyprianus non vno loco, & alij quoque Patres tam Graeci quam Latini, quemadmodum late adnotauimus ad lib. Cyp. de Mort. n. 43. & ad lib. Test. 3. c. 53. Vbi hunc eundem locum citat, n. 99. Eodem pertinet etiam illud lib. adu. Valent. c. 1. Porro facies Dei expectat in simplicitate quaerentes, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis. Plures etiam locos huius libri tacito nomine ab Auctore citatos reperire est in Indice scripturarum, & aliorum similiter auctorum, apud Sixti Senensium Bibl. sanctae lib. 1. cap. 8. Vbi ex professo hoc argumentum tractat. Atqui paulopost retinimus Christianum protulerunt, cum Macereo & cod. Vat. pro eo quod Rhenan. ex Gorziensi codice. Christus praetulerunt, & Quintinus: Christianum protul-

CAP. VIII.

53. Nobis curiositate opus non est post Christum Iesum, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod curiositate Christianis non sit opus. In quo & 2. sequentibus latius explicat, quod tribus verbis dixit Ireneus lib. 1. aduers. Haeret. cap. 1. suadenter quidem illi illicium per verborum artem simpliciores adquirendi modum, quae etiam ipsa verba transcripsit Epiphanius. Eodem pertinet quod Cyrillus Alexandrinus non semel inculcat, procul relegandas à fidei rebus voces illas: Quare, & Quomodo. Adnotauit autem Macereus quosdam aduersarios nostros (Magdenburgenses nempe) locum hunc detorqueere ad solam fidei nostrae comprobationem ex scripturis. Verum non eam esse mentem Auctoris, vel inde conuinci, quod non solum dicat: nec inquisitione post Euangelium, sed etiam verba praecedentia. Christum autem Dominum nihil scripto commississe, sed diua voce duntaxat, neque verò etiam Apostolis, ut scriberent, mandasse, sed solum ad predicandum misisse, uti patet Matth. 28. Marci 16. Luc. 24. Ioan. 20. & ex Apostolo 2. Thessalonicensium 2. Quare Euan-

ge

gelium hic accipi debere, non modò id quod scriptum est, sed in genere, ut comprehendatur etiam illud quod diua voce traditum est: quemadmodum accipitur Matth. 4. & 9. Marci 16. Act. 20. & 1. Corin. 4. Haec enim ille, & rectè. Nam si omninò ad litteram verba haec intelligamus, solum ergo Euangelium, non verò Epistolae, Apostolorum, licebit suscipere. Cui addi potest & illud, quod quum simpliciter dicat: post Euangelium, si solum de scripto Euangelio intelligatur, iam in disputatione fore, cuius Euangelium, Matthei, Marci, Lucae, an Ioannis, maxime quum quaedam eorum à Marcione aliisque hereticis reiecta sint. Certè etiam ipse Auctor supra lib. de Corona militum, Traditiones non scriptas agnosuit: & infra cap. 21. cas Ecclesias commendat, quas Apostoli condiderunt, praedicando eis, tam viua voce, quam per Epistolae.

54. ad incundam curiositatem.] Similiter dixit infra cap. 36. Age iam qui voles curiositatem, melius exercere. infra Tom. 5. lib. de Pudicitia: Huiusmodi (inquit) curiositates & suspecta faciunt quaedam, & cunctarum expositionem subtilitate plerumque deducunt à veritate. Inculcare autem & hic, & supra cap. 6. proprie accipitur, alibi pro: conculcare.

55. Puto in primitiis ipsis doctrinae suae.] Primitias doctrinae (inquit Quintinus) Tertullianus vocat, dum Christus post Baptismum ac Deserti tentationem, Ioanne iam victo, capit Euangelium regni praedicare, Matth. 4. Sic primitias operum dicunt, opera prima, & Armorum primitiae.

56. quum etiam Ioannes, de illo certus, esse desisset.] Rectè sic interpretatur Macereus de Ioanne Baptista, qui de Christo certus, utpotè voce audita de caelis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Matth. 3. iam esse desierat, id est, obierat, decollatus ab Herode, uti est apud Matth. 19. sed magis placet sensus, quem indicat Latinus in libro sequ. de Bapt. ut sit idem quod ibi cap. 10. de Ioanne legitur: vique ad deo spiritum prophetiae in illo post totius spiritus in Domino translationem defecisse: ut quem praedicauerat, quem ipse designauerat, postmodum an ipse esset, sciscitatum miserit. Cui simile est & illud in lib. adu. Marc. 4. ipso iam Domino virtutum sermone & spiritu patris operante in terris & praedicaute, necesse erat portionem sancti spiritus iam abscedere à Ioanne.

57. Habent Moysen & Heliam, id est, Legem & Prophetas.] Eiam hic amplius quid legit quam habeatur Euc. 16. Vbi solum legitur & Graecè & Latine: Habent Moysen, & Prophetas. fortassis cogitans, quum haec scriberet, super apparitione Moysis & Heliae in monte Thabor, de qua alibi latius.

58. Scrutamini scripturas, &c.] Eiam hic Variat ab additionibus vulgatis, quum vertit, in quibus salutem speratis, pro eo quod noster interpret ex Graeco: in quibus putatis vos vitam aeternam habere.

59. Iudaei retrò, &c.] Retrò (inquit Quintinus) pro suo contrario, quod est. Antè, non semel acceptum reperies. Consuetudo retrò obtinuit. sic loquitur Plinius: id est, antè actis, & praeteritis temporibus. Retrò principis, id est, anteriores principes. Et hic retrò fuerant, hoc est, antea fuerant. l. 7. ff. de offic. pro. C. de no. conf. & cod. compo.

60. Nationes.] Tertullianus (inquit Quint. & Macereus) cum ceteris scriptoribus Ecclesiasticis, Nationum nomine intelligit ethnicos & Gentes, quae Deum

nesciunt. Act. Apost. cap. 10. Petus interpres τῶν ἔθνων, translulit in Nationes. Et obstupuerunt, quia & in Nationes gratia spiritus sancti effusa est.

61. nisi stillicidium de titula.] Quintinus putat Auctorem adludere ad illud 4. Esdr. 6. Quasi stillicidium de vase similitè abundantiam eorum. Verum eo quod subicitur: & puluis ex arca, quod ibi non legitur, magis placet Macerei sententia, qui citari adnotat illud Esai. 40. quod etiam citat supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 1. Gentes velut stillicidium titulae, aut puluis ex arca, de quo ibi latius. Quintinus autem aptè sic explicat: Titula est vas hauriendis & continendis aquis accommodatum, quod in hortis ad eos irrigandos habere solemus: In titula est etiam stillicidium stilicet vnde aqua stillat ac defluit guttatis. Sanè stillicidium, quamuis sit in titula, tamen est titulae contrarium. Illud enim spargit aquas, & titula continet. Nationes hoc modo sunt in Deo, vel apud, seu penes Deum.

62. & foris semper.] Adludere videtur ad phrasin scripturae, qua describuntur Gentes hac periphrasi: ij qui foris sunt, 1. Corin. 5. Coloss. 4. 1. Thessal. 4. & 1. Tim. 3. fortassis etiam ad illud Apocal. 22. foris canes; nam (sicut etiam Macereus adnotauit) canes appellat Nationes Christus (què etiam loci paulopost citat) Matth. 15. Quibus conformiter paulopost legit MS. Vatic. cod. & foris actum, pro eo quod alij elegantius: foras, sed illud placet. Mox autè legimus ex MS. duobus Vatic. & Anglico: Nondum in viam Nationum ire mandabat, omisit Vocibus superfluis: Gentium vel.

63. multò magis vacabat erga nos.] Id est (inquit Quintinus) vacuum, superfluum. Ociosum erat illud mandatum à Christo Iudaeis: Quaerite & inuenietis. Vfus istius impersonalis & absoluti verbi frequentissimus.

CAP. IX.

64. Cedo nunc spontè de gradu illo, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quòd nihil quaerendū sit vltra quàm quaerimus. Aequi de illo Prouerbio: Cedere de gradu, latius inter Prolegomena.

65. Nulla vox diuina, &c.] Similem locum adlegat ad marginem Quintinus qui in Decretis citatur 1. qu. 1. c. Marcion: Non putemus in scripturarum verbis esse Euangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in sermonum foliis, sed in radice rationis.

66. vnum vtique & certum aliquid institutum esse à Christo, &c.] Rectè hoc interpretatur Macereus de vna Regula seu simbolo fidei, cuius vnusquisque articulus vnus est, certus, & determinatus. Neque enim Ecclesia post Apostolos nouum aliquem fidei articulum credendum proposuit. Est enim clarus explicuerit quosdam obscuriores: qui ob sui aut obscuritatem, aut ambiguitatem possent contensionis causa esse inter fideles, & distinxerit in plures, qui prius vno generali articulo comprehendebatur; non propterea censendi sunt plures re ipsa articuli fidei, sed distinctione & explicatione dumtaxat. Quod enim veteres in genere cognouerunt, nos distinctiue & particulatim, crescente indies hominum (haereticorum nempe qui fidem impugnant) curiositate, & gratia Dei in scripturis explicandis. Iuxta illud Apost. Ephes. 3. Quod aliis generationibus nō est agnatum filiis hominum, sicuti nunc est reuelatum sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. Paulopost autem sic distinguo illud orationis comma: & nihil amplius, nisi custodiendum quod credidisti. Quomodo si legis, non opus erit Ioan. Et arrisij coniecturam sequi: & nihil amplius custodiendum, nisi quod credidisti.

Mm iij

67. Interim ex fiducia probationis præuenio, &c.] Sic lego cum Quintino & Macereo, pro eo quod erat obsequissimè: præuenio. Tertullianus enim (inquit idem Quintinus) dixerat se probaturum clarissimè veram Christi religionem penes nos esse, quod ostenditur in cap. 20. & 21. Certus autem de promissa probatione (quam dicit in cap. & alii nonnulli videbimus) illam præueniens, tamquam iam iam faciendam præmonet interim quosdam, qui crediderant in Christum, ne sint amplius alterius inuestigandæ rei curiosi. Inuenio enim Christo, nihil est amplius querendum. Qui quis autè simpliciter Euangelio credit, ut à Catholicis maioribus nostris traditum, prædicatumq; fuit, is clarissimè Christi inuenit.

CAP. X.

68. Ratio autem dicti huius in tribus articulis constitit, &c.] Quam caput hoc eiusdem sit materię, non titulo non est opus. Atqui ratio hic vocatur, adnotante Rhenano, que paulo ante, probatio. Magis autem placeret consilium, quod habet Quintinus & interpretatur Macereus, quam quod erat: constitit, nisi infra legeretur cap. 16. nisi ratio constitit. Atqui de Proverbia formula: Hanc tibi fossam determinauit, inter Prolegomena ex Rhenano & Quintino.

69. & numquā omnino credemus.] Rectè vertit Macereus: perfectè, pro: omnino. Quia supra Tom. 2. lib. de Feland. Virg. sic loquitur Tertull. cap. 8. siquidem omne totum est & integrum, & nulla sui parte defectum.

70. vbi statio credendi? Metaphora à Stationibus militum, à quibus ulterius progressi prohibentur. De voce expansionis vide supra Tom. 1. lib. adu. Iudeos, cap. 4. num. 15. & Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 4. De Marcione autem, Valerino, Apelle, Hebione, & Simone, infra sub finem huius libri. Lego autem cum MS. Vatic. cod. quo & mihi insinuantes, me sibi adducant, pro eo quod erat: insinuant & me.

71. Ero itaque nusquam, &c.] Ex diuersissima 1. aditionis & Rhenani ac MS. & Quintini ac Macerei lectione, hanc tamquam genuinam collegisse mihi videor: Ero itaque nusquā dum ubique conuenior: Quærite & inuenietis: & velint me sic esse nusquam, quasi qui numquam adprehenderim illud quod Christus instituit, quod quæri oportet, quod credi necesse est. Atqui rectè sic hunc locum interpretatur: Tibi statue, quid querendum, quando querendum, & quamdiu querendum, quia semper addiscentes, & ad scientiam veritatis nunquam peruenientes, improbat Apostolus. Dum clamatur Indique: Ecce hic est Christus, ecce illic est; plerique nunc huc, nunc illic diuertunt, hæsitantes nunc ubi Christum adhuc inuenierint; admonitionis diuine parum memores, que prædixerat, Nolite credere. Hinc omnium sons ebullit hæresum, quaque suum sibi Christum fingente, subindeque resingente. Facillios istos Christos, variantesque de salute hominum sententias, è vestigio sequitur Epicurismus, in magna cali calestrumque securitate, & contemptu viuens. Quidam vero sese medios interferunt, quos non improprie cum vulgo nostro sapientes mundi, seu sapientes mundanos vocatis. Academicum nescio quod ἐπεὶ ἄνδρῶν priscis Ecclesia Decretis commisit; Cunctari, Morari, Sustineri volunt ad futurum usque Conulium: Nec interim Gnosticos puniri (quia delinquere non existimant) nec antiquæ communionis Ecclesiastica viros (quod more maiorum viuant) interim vexari. Bone vir, si nescis & certè quisquis es, nescire te putio insanus præuicator es, pena simili, qua tunc ille

Gnosticus, cuius causa præuicatoris, afficiendus. O Solonis in ciuitate bene constituta tibi formidandam legem: que prius honoribus eum, qui neutram factionem sequitur, orta seditione. Ceterum, ut has hominum leges effugias, inuitabilis est illa, que uoluit, aut calidos nos, aut frigidos esse. Tepidos enim Dominus euomit.

CAP. XI.

72. Impunè erratur, nisi delinquatur, &c.] Eiusdem etiam quum argumenti sit hoc caput, titulo non indiget. Errare autem, inquit Quintinus, est otiosum & sine causa vagari, & hac illac discurrere, dum nulla certa rellaque via tenetur, que nos ad destinatum quempià locum ducat. Metaphoricè inde factum, ut errare sit à vero labi, Veritatem recta non sequi, quod absque reprehensione fieri nonnumquam potest. Et si per ignorantiam ac simplicitatem labamur, impunè tur c erratur. Homines etiam spirituales & sancti hoc modo se sequenter errant, ignorantes quid agant, aut dicant. Hieronymi celebratur Verbum de optimo genere interpretandi: Humani est errare, prudenti est errorem consisti. Proprius hic dicitur accedit, quod Augustinus cap. 4. lib. 1. contra Academicos scriptum reliquit: Errare est semper querere, & nunquam inuenire. In Tertulliano sequitur: Errare est delinquere. Certè in via morum nullus error sine delicto. Nec error est vllus, qui non sit malum. Videas eundem August. cap. 17. ac tribus quatuorve subsequ. capp. in Enchiridio ad Laurentium. Adscribam quod est in cap. 19. Ipse per seipsum error, aut magnum in re magna, aut paruum in re parua, tamen semper est malum. Quis enim malum neget esse, adprobare falsa pro veris? aut improbare vera pro falsis? aut habere incerta pro certis? Vel certa pro incertis?

73. negator inuenior.] In Christi (inquit idem) religione qui sunt habendi Confessores, & qui Negatores, ex verbis Christi cognoscuntur apud Luc. 12. c. Prolixè dicebamus in Apost. can. 62. Negator est, qui tritam veritatis viam semel inuentam, Christusque fidem cū Catholicis acceptam, postea deserit coram hominibus, innovat, aut immutat. Hunc etiam Christus deserturus ac negaturus est coram Angelis Dei. Propterea Negatores ab Ecclesiæ communicatione depellebantur, quia non sustinissent in finem, sed ad Gentes aut hæreticos descesserunt, quod ipse Tertull. adstruit in lib. de Monogamia. Fixæ recipiebantur, dum penitentes postea redirent. Quæ res in Ecclesia prisca fecit olim controuersiam maximam. Quamobrem Tertullianus hic tamquam probrum grande non tantum deficientibus ad hæreticos plenè, sed ab hæretico aliquid addiscere volentibus, obicit, quod sint negatores.

74. Perdidit vnā ex decem didragmis, &c.] Similis planè locus infra aduers. Marc. lib. 5. Dragma perditam quis requirit? Nonne qui perdidit? Quis autem perdidit? Nonne qui habuit? Atque adeo magis quidem placeret, si secundum Quintinum, Macereum, & Latinum legeretur: ex decem dragmis, maximè quum etiam Græcè legatur δέκα δραχμῶν, & lib. quoque de Pœnit. supra Tom. 2. & capite sequenti legatur: dragmam, nisi meminisssem legi 2. Machab. 4. argenti didragmas trecentas, & Matth. 17. Accesserunt qui didragma accipiebant, &: Non soluit didragma, quorum posteriori loco etiam Græcè legitur τὸ δίδραγμα. Atqui δίδραγμα, sine didragma, duas dragmas Budeo significat, Valentes iuxta illum 7. solidos Turonicos. Legimus autem mox ex Vatic. cod. MS. & ut accepit. Illud autem: hæctenus instituit, accipitur, ac si dicat: instare cessauit.

75. &c.

75. & quærenti inuenietur.] Sic vertit quod nos ter habet interpres: & qui quærit, inuenit.

76. Viderit qui quærit semper, &c.] Semper querere (interpretatur Macereus) eius est qui incertus est: semper pullare, eius qui audius non est: semper interpellare, eius qui admissus non est. Nobis vero Dominus contrarium præcepit, ut nempe non dubie fidei simus, Matth. 14. ut credamus nos ex auditus iri, Matth. 7. & satis iam de Veritate instructos, Ioan. 4. & 16. Legimus autem mox: Vbi non inuenietur, ex cod. Vatic. MS. pro: inuenitur, eo quod sequatur: quia numquam aperietur.

CAP. XII.

77. Nobis etiam querendum esset, &c.] Titulum huic capiti datus: Si Christianis querendum, non apud hæreticos, sed apud nostros. Legimus autem ex Macereo: esset, pro: est.

78. apud hæreticos? vbi omnia extranea.] Omnis negationem: Non, cum MS. Vatic. cod. & Quintino. De hoc autem loco sic Macereus: Apud hæreticos Veritas non inuenitur, quia questionem præstant magis quam adificationem Dei, que est in fide, 1. Tim. 1. & semper discentes, nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, 2. Tim. 3. & volunt euertere Euangelium Christi, Gal. 2. Quia etiam Ecclesia apud eos non est (sed apud nostros) que dicitur columna & fundamentum veritatis, 1. Tim. 3. Neque Deus penes illos est, qui aperit ostium fidei, Act. 14. qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, Apocal. 3. neque etiam S. Petrum agnoscit, sua hæresis auctorem, cui tradite sunt clausæ regni cælorum, Matth. 10. quorum etiam donare non est, quod apud eos non sit pater luminum (à quo omne donum perfectum, Iacobi 1.)

79. donatium & stipendium captat.] De Donatium vide supra Tom. 1. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 2. quod Macereus non videtur adsecutus, quædo vertit Gallicè: appointement. Legimus autem cum Quintino & MS. Vatic. cod. paulo post: vicini ianuam, pro eo quod erat: vicinam, eo quod id magis respondeat parabole Luc. 11. Et legit quidem MS. cod. Anglicus: Nemo inde instrui potest, sed Tertullianicum est: strui.

80. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur.] Et hoc & primū illud de hæretico dictum: vbi omnia aduersaria veritatis, seu veritatis, ut legit MS. Vatic. cod. pertinet ad errorem B. Cypriani, de quo latius infra lib. de Baptismo, & inter Tertulliani dogmata in Prolegomenis. Legimus autem ex coniectura Rhenani & Latini: Idque dumtaxat, pro: in quod dumtaxat.

CAP. XIII.

81. Regula est autem fidei, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quæ sit Regula seu symbolum fidei. Regulam enim fidei nuncupat symbolum, quod nos Apostolorum (& ipse quoque Auctor infra cap. 21.) dicimus, idque non hic modo, & cap. preced. & sequenti, sed & supra Tom. 2. lib. de Feland. virgin. cap. 1. & infra adu. Marc. lib. 1. & lib. adu. Praxean, cap. 2. Imitatus (vbi rectè adnotauit nosser Fen-ardentius) B. Irenæum li. 1. cap. 4. adu. hæres. & l. 3. c. 2. qui Regulā fidei vocat, seu veritatis, quam in Baptismo accepimus, adludens ad recitationem Symboli in Baptismo, de qua latius infra initio libri de Baptismo Auctor. Hos autem etiam in ea appellatione Symboli Apostolorum sequuntur Nouatianus infra Tom. 5. initio lib. de Trinitate, qui Regulam veritatis nuncupat, sequuntur Tertull. initio lib. adu. Heremogenem; Origenes Præfat. in lib. Periarthron, August. li. 1.

de fide & Symbolo, & B. Chrysof. hom. 1. in Symbolum, & Rufinus initio suæ exposit. in Symb. Tom. 3. inter opera Cypriani. Regulam autem capias (inquit Quintinus) quam definit Isidorus apud Gratianum Dist. 3. Regula dicta est, eo quod rectè ducit, nec aliquem trahit aliorum. Nostra fidei Symbolum, nostra religionis articuli vocantur hic Regula. Legimus autem cum MS. Vatic. cod. & Quintino ac Macereo: ut iam hinc quid credamus profiteamur, pro: quid defendamus. & mox: de nihilo, pro: ex, ac deinde: ex Spiritu Dei patris cum Patre, & Quintino.

82. vnum omnino Deum esse, &c.] Quod ad hunc primum fidei articulum adinet. Imprimis de Deo vero & vnicò, eoque eodem mundi conditore, existant infra duo integri libri Auctoris 1. & 2. adu. Marc. qui duos Deos, ut infra patet cap. 51. commentus erat, & libri B. Cypriani ad Demetrianum, & de Idolorum Vanitate. Quod autem hic non additur: omnipotentem, id reperire est supra lib. de Feland. virgin. in hac verba; & infra cap. 16. huius libri, vbi de Praxæ hæresi disputat: Regula quidè hdei vna omnino est, sola immobilis & irreformabilis, credèdi scilicet in vnicū Deū omnipotentem, mundi conditorem. Quod postremum pluribus verbis hinc exprimit: qui vniuersa de nihilo produxerit, per verbum suum primò omnium emissum, hoc est (vbi interpretatur etiam Macereus) ante omnia secula genitum. Similiter quem Auctor imitatur, Irenæus lib. 1. cap. 2. In vnum Deum patrem omnipotentem, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Quomodo verò omnipotens dicitur, latè explicat Rufinus in Symbolo, qui addit omnes Orientis Ecclesias legere: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem.

83. Id verbum filium eius appellatum, &c.] Sic hunc secundum articulum fidei restitimus ex MS. cod. Anglico, pro eo quod erat: filius. Quod autem hic dicit: filium appellatum, supra lib. de Feland. virgin. simpliciter dicit: & filium eius Iesum Christum, & infra adu. Praxean apertius: vnicum quidem (inquit) Deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam οὐνοπολιαν dicimus, ut vnicū Dei sit & filius sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quæ omnia facta sunt & sine quo factum est nihil. B. Irenæus similiter: & in vnum Iesum Christum filium Dei. Rufinus verò: & in vnum Dominum nostrum Iesum Christum, vnicum filium eius. Et certè quod Christus verè sit Dei filius (contra negantes eius diuinitatem) latè Auctor docuit Tom. 1. Apolog. cap. 20. & 21. & infra lib. adu. Praxean paulo post medium. Omittimus autem cum MS. Vatic. cod. & Quintino, secundo loco voculam: eius, legentes dumtaxat: in nomine Dei variè visum Patriarchis (de quo etiam alibi latius) in Prophetis semper auditū. Pertinent autem huc quascunque citat scripturas B. Cypriani lib. 2. Testim. adu. Iudeos, & que ad cap. 6. titulo: Quod Deus Christus; & Nouatianus infra sub medium lib. de Trinit. Tomo 5.

84. Postremò delatum ex spiritu Dei patris & virtute in virginem Mariam, &c.] Tertium fidei articulum paucioribus expressit lib. de Feland. virgin. natū ex Mariā virgine; & latius adu. Praxean: Hunc missum (inquit) à patre in virginem, & ex ea natum, hominem & Deum, filium hominis & filium Dei & cognominatum Iesum Christum; pro quo hic apertius, & esse Iesum Christum. Rufinus autem: Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine.

Quod etiam vtrique desideratur, hic suppletur: ex spiritu Dei patris. ireneus vero quam breuissimè incarnatum (inquit) pro nostra salute; & mox: & eam quæ ex virgine est generationem. Præterquam autem quod latissimè incarnationem Domini comprobatur supra Tom. 1. contra Iudæos, cap. 7. & 9. totus liber adu. Marc. 3. de Christo est, quem contra illius heresim, probat verè hominem fuisse, & quod ex virgine nasceretur, etiam lib. de Carne Christi. Quem imitatur rursus B. Cyprian. loco citato à cap. 7. Usque ad 14. Cur autem & Christus dicatur, & Iesus, tractat Auctor supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. & infra lib. 3. adu. Marc.

85. Fixum cruci.] Latius hunc quartum articulum fidei explicat lib. de Veland. Virgin. Crucifixum sub Pontio Pilato, & lib. adu. Præxan: Hunc passum, hunc mortuum, & sepultum secundum scripturas. Quæ ireneus vnica voce expressit: & passionē. Atque scripturas, ad quas addidit, videre est, tum lib. adu. Iud. cap. 8 10. & 11. ac isdem penè verbis dicto lib. 3. adu. Marc. quem rursus imitatur B. Cyprianus dicti libri à cap. 14. Usque ad 24. & Rufinus in Symbolo, qui etiam disertis verbis sepulturam Christi prædicant, ut non dubitandum sit esse sic castigandum Symbolum Rufini: Crucifixum sub Pontio Pilato, mortuus & sepultus.

86. Tertia die resurrexisset.] Quintum fidei articulum istum sic reddidit lib. de Veland. Virg. Tertia die resuscitatum à mortuis, & adu. Præxan: & resuscitatum à patre. Quæ tria solis huius vocibus expressit ireneus: & resurrectionem à mortuis. Scripturas, quibus ea prædicta sunt, habet B. Cyprian. vbi supra cap. 24 & 25. ac Rufinus in Expositione Symboli. Qui his verbis præmittit: Descendit in inferna, etiam id scripturas comprobans, Psal. 15. 21. 29. ac 58. & Matth. 11. ac 1. Petri 3. quarum & pleraque citat Cyprianus dicto cap. 24. hoc titulo: Quod à morte non vinceretur, nec apud inferos remansurus esset: cui similis & alterius cap. titulus: Quod ab inferis tertia die resurgeret. Tertull. vero etiam descensum Christi ad inferos confutatur, lib. de Resurr. carn. dum eum scribit portas adamantinas mortis & æneas ieras inferorum confregisse; & apertius lib. de Anima, vbi disputat, an ad inferos omnes animæ compellantur.

87. In cælos ereptum sedere ad dexteram Patris.] Haud absimiliter sextus fidei articulus legitur lib. de Veland. Virg. Receptum in cælis, sedentem nunc ad dexteram patris. ac adu. Præxan: & in cælos resumptum, sedere ad dexteram patris. Quare etiam nos hic legitur ex MS. Vatic. cod. & Quintino: sedere, pro eo quod erat: sedisse, maximè quæ legitur Marci 16. Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei, non: sedit; & Coloss. 1. vbi Christus est in dextera Dei sedens, quod 1. Petri 3. isdem verbis repetitur. Quæ scriptura quomodo manifesta sint, nescio quid Rhebano in mentem venerit, quod exemerit illa verba, sedere ad dexteram Patris, quæ ad eodè rectè iterum sunt addita à Celestino ex Anglico altero codice. ireneus quidem non aliud legit quàm: & in carne in cælos ascensionem dilecti Iesu Christi Domini nostri. sed Rufinus conformiter Auctori nostro: Ascendit in cælos, sedet ad dexteram patris: quam etiam Prophetis veteris Testamenti posteriorem clausulam confirmat. Eodem pertinet cap. 26. lib. Testim. B. Cypriani hoc titulo: Quod quomodo resurrexisset, acciperet à Patre potestatem, & potestas eius æterna sit. Illud enim: sedere ad dexteram Patris, ad æqualem

cum patre potestatem pertinere Theologi sciunt.

88. Mille vicariâ vim Spiritus sancti, qui credentes agat.] Transpositi sunt iste & sequens articuli alio quàm apud Rufinum ordine, qui octauum articulum ponit (sicut & alij omnes) Et in Spiritum sanctum; quem hic satis congruè, temporis habita ratione, scriptum facit Auctor, & ireneus quarto loco collocat, paulo latius in hæc verba: Et in Spiritum sanctum, qui per Prophetas prædicauit dispositiones Dei. Auctor quoque infra lib. adu. Præxan. loco postremo: Qui exinde (inquit) miserit secundum promissionem suam à Patre Spiritum sanctum paraclætum, sanctificatorem fidei eorum, cui credunt in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.

89. Venturum cum claritate, &c.] Hic tres fidei articulos, septimum, vndecimum, & duodecimum quasi vno fasce compingit, imitatus in hoc ireneus, qui sic habet: Et de cæcis in gloria Patris aduentum eius ad recapitulanda vniuersa, & c. quæ mox adferemus suo ordine. Auctor interim etiam distinguit lib. de Veland. Virgin. Venturum (inquit) iudicare viuos & mortuos: ac isdem verbis lib. adu. Præxan. Quare notum mirum est, eadem ipsa reperiri in Symbolo Rufini, qui insuper multis diuinarum scripturarum testimoniis idissimè comprobatur, & iam olim ante illum B. Cyprian. lib. superioris citato cap. 28. & 30. quin verò etiam ipse Tertull. supra Tom. 1. adu. Iudæos, cap. 14. & infra lib. 3. adu. Marc.

90. Ad sumendos sanctos in vitæ æternæ & promissionum cælestium fructum, &c.] Pertinet hoc ad duodecimum articulum fidei secundum communem distinctionem: Et vitam æternam; quem etiam in Expositione Symboli Rufinus cum precedenti coniunxit articulo, vti etiam ireneus: Et iustus (inquit) & equum & præcepta eius seruauit (quos Auctor sanctos nuncupat) in dilectione eius perseverantibus, quibusdam quidem ab initio, quibusdam autem ex Penitentia vitam donans, in corruptelam loco muneris conferat, & claritatem æternam circumdet. Qui etiam e contrariò addidit: spiritualia verò nequitia & angelos transgressos atque apostatas: factos atque impios & iniustos, & iniquos & blasphemos homines in ignem æternum mittat, quem admodum hic Tertull. locum imitatus: & ad profanos iudicandos igni perpetuo. De quo alibi latius.

91. facta vtriusque partis resuscitatione cum carnis resurrectione.] Istud denique ad x. articulum fidei spectat, quem sic reddidit Rufinus: Huius carnis resurrectionem. Immo ipse quoque Auctor isdem penè verbis lib. de Veland. Virg. per carnis etiam resurrectionem, cui addit ireneus: à mortuis. Verum de ea latius infra lib. de Resurrectione carnis. Hic sufficit quod adnotauit Quintinus ad illa verba: partis vtriusque resuscitatione. Non intelligas (inquit) corporis & animæ resuscitatione; quandoquidem Tertullianus Animam credidit, & vbiq; posuit immortalē; non ergo resuscitatur. Sed vtriusque partis resuscitatione, id est, partis sanctorum & bonorum mortuorum, partisque malorum & profanorum mortuorum suscitacione. Deus enim suscitabit vtriusque. Plerique putabant impios, & peccatores hic morientes, animo, corporeque simul interire, nunquam resurrecturos. A Davide nempe scriptum fuerat: Non resurgent impij in iudicio, Psal. 1. Resurgent quidem, sed non in iudicio; id est, ut dicuntur: quia iam iudicati sunt, & penis certissimis destinati. Sed omnibus, & carnem restituet Deus, & in omnibus

omnibus anima sociabitur carni. Porro de reliquis duobus nono & decimo articulis fidei, qui vel præcipue à baptizandis exigi solent, libro de Baptismo infra latius, vel ex ipso Tertulliano sub initium, vbi agemus de verbis illis: Credis remissionem, sive: in remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam. Quid enim aliud sonant illi apud Rufinum articuli: Sanctam Ecclesiam Catholicam, & remissionem peccatorum?

CAP. XIII.

92. Hæc Regula à Christo vt probabitur, instituta, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod de hac fidei Regula quæstiones non sint agitandæ. Atque ei quod hic dicit: à Christo institutam hanc Regulam, nihil obstat quod infra cap. 21. videatur eam ad Traditionem Apostolorum referre, quia quem admodum ibidem loquitur, & rursus cap. 30. Id sine dubio tenendum, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Talem autem esse hanc Regulam seu Symbolum hoc, ipse Auctor adfirmat lib. adu. Præxan. infra dicens: hanc regulam ab initio Euangelij decurrisse. Nec dissentit ireneus: Ecclesia enim (inquit) per vniuersum orbem vsque ad fines terræ seminata, & ab Apostolis & à discipulis eorum accepit eam fidem. Quæ eo diligentius adnotamus aduersus Erasimum, & eos qui an hoc Symbolum Apostolicum sit, dubitare non verentur. Adlegat præterea in ireneus Eusebium ex Clem. Rom. epist. 1. ad Iacobum seu Simeonem fratrem Domini, eadem penè verba que transcripsit Rufinus, ac ipsius Symboli verba ex Leturgis B. Jacobi Hieros. Episcopi, citata à Dionysio Areopag. Eccles. hierarch. cap. 3. & nos supra meminimus Tom. 2. initio lib. de Oracione, inter Missæ ceremonias; infra idissimè probatur de Baptismo, ex Patribus, atque ipso eodem Clemente Constit. Apost. lib. 7. Hic sufficiant loci ab eodem adnotati B. Hieron. ad Pammach. Ambr. epist. 81. August. sermone 115. & 118. de tempore Leonis Papæ serm. & epist. 13. ac Isidor. lib. 2. de Eccles. offic. cap. 23. vti omittam Erabanum nostrum de Symbolo & regula fidei, cap. 56. & 57. lib. 2. de Instit. cleric. & in opere de Vniuerso.

93. est vtrique frater aliquis Doctor, &c.] Doctores (inquit Quintinus) in Ecclesia Christi tertium locum tenent. Apostoli primum, Propheta secundum, Ait. Apost. cap. 13. & 1. Corinth. 12. Quos & Euangelistas & pastores eosdem nominari puto, Eph. cap. 4. Tertull. autem nobis hic ostendit, quisnam sit Ecclesia Doctor, qui gratia scientiæ donatus est: puta: qui docet (vbi ait Apostolus) & in doctrina perseverans est, ad consumptionem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi. Nullus igitur qui præstare superiora non potest, Ecclesiasticus Doctor est. Qui interim nimis libere legit: Fides, inquit ille, tua, quomodo nusquam aliter loquatur Tertullianus quam absolute: inquit.

94. fides in regula posita est.] Non (inquit Quintinus) in disputatione arguta, vel in magna aliqua scientia. Ex isdem verbis infert Macereus, quandoquidem in regula sit posita, sequi eam oportere sine immutatione aut disputatione.

95. & salutem ex obseruatione Legis.] Colligit hinc idem Macereus nudam fidem sine obseruatione legis, atque ad eodè sine operibus, salutem non adferre, vti est epist. Iacobi cap. 2. de quo alibi latius. Qui etiam legit paulo post cum Quintino: Nihil vltra scire, omnia scire est, pro eo quod alij: Nihil scire. Sine autem mox legas: qui & ipsi adhuc se querere consentent cum excusis, sine

cum Anglico cod. MS. profitentur, perinde est. Igo deinceps cum Vatic. MS. cod. spectans ad eos qui & ipsi querunt, dubius ad dubios, incertus ad incertos, cæcus ad cæcos, pro eo quod alij: à dubiis, ab incertis, à cæcis, quam lectionem secuti videntur, solim ea de causa quod sequatur: in foueam deducaris necesse est.

96. sed quomodo decipiendi gratia prætendunt se adhuc querere, &c.] Sic ex Vatic. MS. cod. & Quintino, maximè quomodo Latini eundem sensum insinuas, existimari: ad hoc, quod prius erat, accipiendum pro: adhuc, & quod sequatur: Quomodo enim querit adhuc. Atque paribus (inquit Quintinus) strophis, vti olim Gnostici, nunc grassantur. Clam suggerunt nescio quos Cætebesum suarum, locorumque communium libellos legēdos; quibus perlethi (ni Deus interstet) tamquam diuini pectoris fonte epoto, delirus senex, anus garrula, verbosus sophista, caudicus, lenificus, luridicus, panificus, & quis non banatus? decrepent summus orbi Theologus prodit, qui Ioannem, qui Paulum commentari possit. Dumque mellita sua nobis Hyena venena propinant, ad ea bibenda nos voce blandissima prouocant, & monent, ut solummodo discipiamus, an vera, nobisque salutaria narrent; à quouis enim sese paratos addiscere veritatem. Si vel nunc contradicant, in rabiosas mox incenduntur disputationes. Omnia siquidem se scire persuaserunt. Tam nihil se querere, aut addiscere velle proclamant. Istos nobis graphice designat hic Tertullianus.

97. cui veritati patrocinantur, &c.] Sicuti (inquit idem) meretrix, & adultera mulier apud Salomonem de votis & victimis sese iactat pro saluti iuuenis à se decepti factis & exolutis, Proverb. cap. 7. sic & hæretici fingunt apud simplices, nihil se, quam salutis viam munire ceteris. Nec aliud se, quam veritatem querere, quam tamen toti sint ab eodem mendaciis conflati. Veteres sunt ista diaboli technæ.

CAP. XV.

98. Sed ipsi & de scripturis agunt, & de scripturis suadent, &c.] Titulum huius capiti dedimus: Quod proinde hæretici non sint admittendi ad scripturarum disputationem. Quæ de re Auctor vsque ad cap. 22. & à cap. 37. Usque ad 41. Tertullianus etiam imitatur Vincenius Lirinensis, toto libro De profana herese non uitate, verè aureo, ad quem compendij gratia Lectorem remitto. Similiter iam antea B. ireneus lib. 3. adu. heres. postquam cap. 2. docuit hæreticos & scripturas aduersari, & traditionibus, sequentibus capitibus, omissa disputatione ex scripturis, per Traditiones eos conuincendos putauit, quem admodum & Tertull. infra cap. 21. vbi de eo latius. Atque ad eodè Auctor libris sequentibus, dum aduersus hæreticos etiam nonnumquam ex scripturis disputat, addit aliquam excusationem. Sic lib. de Baptismo: Huius memores pronuntiationis tamquam præscriptionis, nihilominus, & c. Item lib. de Carne Christi: Post quas (nempe præscriptiones) etiam ex abundantia retractamus. Et lib. de Resurr. carn. Hoc fermè modo dicimus in eundem cum hæreticis disceptationem. Atque ad eodè & hæretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinariè tractant. Et lib. 1. adu. Marc. Nunc quatenus admittenda est congregatio inter eum, ne compendium præscriptionis vbiq; aduocatum diffidentia deputetur. Denique adu. Præxan: Sed salua ista præscriptione, vbiq; tamen propter instructionem & munitiorem quorundam, dandus est etiam retractatibus

Iocus, vel ne videatur vnaquæque peruersitas, non examinata, sed præiudicata damnari. Non itaque omnem Auctorem disputacionem cum hæreticis damnat, sed imprimis (Vt adnotat Macerius) eam quæ sit ab eis, qui dubitant apud quos sit futura victoria; ad quam refertur illud Matth. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum. Item quando plane indurati sunt, & proprio iudicio damnati, iuxta Apostolum ad Titum 3. quales plerumque sunt ipsorum Ministri hæreticæ, quibus nec sine dicendum, 2. Joan. 1.

99. Venimus igitur ad propositum, &c.] Tertullianus enim (inquit Quintinus) hoc vnum toto suo libro docendum proposuit, non esse de scripturis cum Gnosticis altercandum, sed neque loquendum. Nam disputaciones huiusmodi vexant in fide firmos, conturbant, & vacillare faciunt, & aliud sæpe transferunt aduersarios. In hæresim verò deturbant infirmos. Hæc veris veriora si non sunt, aduersus hæreticos altercari, disputare, scribere nõ cessemus. Neque ieiunemus, & oremus in eos: imerim tamen, & vbique memores, quòd hoc genus demoniorum non eicietur, nisi in oratione & ieiunio. De Pronerbiis autem formula: gradum obstruere, vide nostra Prolegomena. Lego autem cum Quintino: non admittendos pro: admittendi, eo quòd infra initio cap. 37. illud legatur. Atqui pro eo quòd satis obscure legitur: Si hæ sunt vires eorum, Latinius putat legendum: Sint ne illæ iuris eorum. sed nihil putauit immutandum eo quòd illud etiam MS. legant, & consuetudo scripturæ etiam legendo: ànne, quemadmodum ex versione Macerei constat: Vt nihil sit opus cum Quintino legere: vt ne. illud autem: ad eas, interpretatur Paraphrasticis Macerei de disputacione ex eisdem scripturis.

CAP. XVI.

100. Hoc de consilio diffidentia, &c.] Causam primam reddidit hoc capite, cur cum hæreticis ex scripturis non sit disputandum. Quòd id Apostolus censuerit.

101. constitutionis.] Constitutio (Vt suis ad me missis Scholias adnotauit Latinius) pro consuetudine videtur poni, vt apud Ciceronem lib. 2. de functione.

102. prohibenti quæstiones inire, nouis uocibus aures accommodare.] Adhuc ad duo loca 1. Tim. 6. priorem: languens circa quæstiones, & pugnes verborum: alterum, deuitans prophanas uocum nouitates.

103. post vnam correptionem.] Sic etiam paulopost: pro eo quòd supra cap. 6. post primam. Atqui B. Hieron. (inquit Quintinus) in huiusmodi declaratione multus est. Imprimis vides, quæ lectio Græca est, commotionem magis, atque doctrinam, quæ sit absque increpatione, melius dici, quam correptionem, quæ non est sine austeritate verborum & mali comminatione, adstruit. Inde legit: hæreticum post vnam & alteram correptionem deuita, quòd in Latinis codicibus dicit esse scripturæ, & addit, quòd hanc lectionem Papa quoque Anastasius approbat. Mendosus est Hieronymi codex, in quo scribitur Anastasius: nullus enim fuit hoc nomine Papa Romæ, sed quatuor fuerunt Anastasii, quorum primus ille fuit circiter annum Domini 400. dum fratres Arcadius & Honorius imperarent. Hieronymus postea subiungit admonitionis iteranda causam, contrariam certe Tertulliano, dicens, quòd scilicet non sufficit eum semel tantum corripere vel commoueri, qui sit aliquo deprauatus errore. Sed & secunda sit ei adhibenda doctrina, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Hæc Hieronymus à Tertulliano multum diuersa secutus videtur.

tur. Et equidem miror, quomodo pari iure Christianos & hæreticos regi velit, quum pro constanti ponat (Vt etiam Tertullianus) hæreticos non esse Christianos. Ambrosius hunc explicans Apostoli locum, sequitur Auctorem nostrum: Veruntamen aliam rationem reddit, quam Tertullianus. Quum descripsisset hæreticos, & hæreticorum morem damnasset in scripturis interpretandis, subdidit: Idcirco huiusmodi homines vt inexcusabiles sint, semel corripere oportere. Frequentius enim correpti, exercitiores fieri in malo. Cogere autem illos videtur qui sæpe corripit, vt sollicitiores fiant ad perditionem multorum. Ideo dimittendos, vt negligentes effecti, soli forte pereant. Hæc Ambrosius Tertulliano consentiens. Chrysostomus post admonitionem statim vitandos putat eos, quorum sanitas spes nulla superest, quando quis videlicet aperius & manifestum Veritatis aduersus, τίνος ἕνεκεν (ait) ποιεῖς εἰναι; τὸν ἄλλο; ἀσπείρει; id est, cuius causa laboras in cassum? quid ærem verberas? suo namque iudicio damnatus est, qui post admonitionem persistit in infidelitate. Sed in quibus admonitionis spes est aliqua, tametsi nonnumquam reluctentur, sed simpliciter, & veritatis studio magis, quam perniciæ & contentioso disputandi affectu, iam tum nobis in mentem veniunt alterius Apostolice iussione: Vt eos toleremus, & erudiamus continue, qui resistunt Veritati, si quando Deus det illis penitentiam, ad cognoscendam Veritatem, & respiciant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, 2. Tim. 2. Istas autem Christianorum admonitiones siue castigationes, vt loquitur Tertullianus, ad Christi constitutionem refero, Matth. 18. Vt oculis prius moneantur, inde coram resistibus. Quòd si contemnant, ad Ecclesiam deferantur. In corrigibiles autem si non audierint Ecclesiam, iam pro publicanis & ethnicis habeantur. Atqui nulla cum talibus de scripturis communi Christianis intercessit vniquam. Hoc pio modo sancti Patres, Apostoli locum nobis explicant, non ridiculis & caucillis agentes, vt quidam cum suis nescio quibus Coleis adnotant. Hæc prima ratio cur de scripturis disputare non oporteat cum hæreticis, quia prohibuit hoc Apostolus. Porro Tertulliano, Ambrosio, & Chrysostomo consentit etiam B. Cyprianus, non vno in loco, quem admodum nuper adnotauimus ad epistolam eius 55. num. 108. & lib. Testim. 3. cap. 78. num. 142. item Lucifer Caralitanus, libro De non communicando cum hæreticis, & B. Irenæus lib. 3. adu. hæres. cap. 3. contra quam sententiam perperam Quintinus; vi etiam in hoc videtur hallucinari Eusebio-ardentius, quòd Chrysost. alteram lectionem adscribat, nisi forte mendosum nactus fuerit codicem, quum superpræcatus Commentarius contrarium conuincat. Legit autem sicut noster Auctor, B. Ambrosius epistolam 55. & secundum quosdam codices, B. Augustus epistolam 162.

CAP. XVII.

104. Deinde quoniam nihil proficiat congressio scripturarum, &c.] Alteram hoc capite dicta sue præscriptionis causam reddit: Quòd nihil proficiat ex scripturis disceptatio. Hæretici enim (inquit Quintinus) numquam fuerunt, neque modò sunt, in scripturis aut recipiendis, aut exponendis, concordantes. Nec his vbique regi cum Catholicis, sed has priuatim pro suo quisque capiti regere volunt, atque voluerunt. Hæc est ratio secunda, propter quam de scripturis congressus nullus debet esse Christianis, & hæreticis. Qualem Tertullianus hic, talem demonstrat Ambrosius hæreticorum perniciam esse circa scripturarum auctoritatem. Sancti Doctoris verba subnectam ex eo capite ad Titum postremo, quòd anteriore cap.

cap. citabam. Sic Ambrosius: Hæretici sunt, qui legem per verba legis impugnant. Proprium enim sensum verbis adstruunt legis, vt prauitatem mentis suæ commendent legis auctoritate. Impietas enim sciens auctoritatem multum valere fallaciam sub eius nomine componit: Vt quia res mala per semetipsam non potest acceptabilis esse, nomine boni commendetur. Hæc Ambrosius.

105. Ita hæresis non recipit quasdam scripturas, &c.] Huc pertinet quòd habet B. Irenæus lib. 3. adu. hæres. cap. 5. Gloriantes emendatores se esse Apostolorum, & illud B. Cypriani lib. de vni. Eccl. Corruptores Euangelij atque interpretes falsi, extrema ponunt, & superiora pretereunt, partim memores, & partim subdole compriimententiam sciunt. de quo ibidem latius Adnot. nostris num. 38. Similiter B. Augustus de Genesi ad lit. lib. 7. Hæretici proprium esse dicit, vt falsas opiniones suas scripturis præuere detortis contra veritatem perniciter adferat. Plura vide apud Vincentium Lirinensem. Hic sufficiat quòd habet Macerius: Quum (inquit) aduersus hæreticos scriptura sacra adlegatur, euadere mutantur tribus modis; Aut dicendo apocrypha esse librum qui citatur, aut falsam esse lectionem & suppositam, aut ex cerebro suo nouam querentes, aliam quam Ecclesia est, interpretationem. Legunt autem Quintinus & Macerius: diuersas expositiones commenta eas conuertit. Sed placet exorsorum aliorum & MS. lectio: commentata conuertit. Huc pertinet etiam illud B. Augustini her. 4. 6. de Manichæi Ipsi noui Testamenti scripturas ita legunt, vt quòd voluerint, inde accipiant, quòd nolunt, reiciant; et si que tanquam non totum verum habentibus Apocryphas anteponant. Et her. 70. Priscillianista (inquit) hoc versutiores Manichæi, quòd nihil scripturarum Canoniarum repudiant, &c. sed in suos sensus allegorizando veritates quicquid in libris sanctis est, quòd eorum euertat errore.

106. his nituntur quæ ex falso composuerunt, &c.] Eodem pertinere adnotauit Latinius quòd infra habet auctor sub finem cap. 22. ne patiter admittantur traductiones eorum quæ mentiuntur; Vbi hæc de re latius. Qui etiam recte legit: & quæ de ambiguitate cæperunt, pro: coeperunt.

CAP. XVIII.

107. Ille verò, si quis est cuius causa in congressum descendis scripturarum, &c.] Tertium hic reddit causam, cur ex scripturis non disputandum cum hæreticis: Quòd faciat ad subuersionem audientium.

108. æquo gradu negandi & defendendi.] Magna certè (inquit Quintinus) ratio non congregandi, non colloquendi, non denique disputandi cum Gnosticis; quia non disputatur, nisi quando negandi similiter & adfirmandi par est, & equalis virique potestas; quòd in sacris fieri non potest, vbi solummodo dicere conuenit Veritæque, votis concordibus, Non, non, Est, est. Legimus autem cum MS. vtroque & Quintino: hæresim, pro: hæresim.

109. Hæc vti que & ipsi habent, &c.] Quòd Catholicis (inquit idem) verè dicunt in hæreticos (scilicet, ipsos non intelligere, sed corrumpere scripturas) id ipsum Catholicis obiciunt hæretici. Que potest igitur disputacionis cum talibus utilitas esse? Quum (quòd ab Hieronymo verisimè dictum fuit in fine libri contra Luciferianos) Hæretici quidem facile vinci possint, persuaderi nunquam possint. Itaque disputans, verba certè perdes, & auditorum animam foras te, audis que demum, hæreticus.

Res autem noua non est, Christi fidem & religionem ab aduersariis hæresim vocari per ignominiam. Caput hoc ab eius institutione prima, quòd Hieron. adnotatur in prædicto cap. 3. ad Titum, sic scribens: Quòd autem magis mirum sit, etiam illud de Act. Apost. videtur esse relegendum, fidem nostram in Christo, & Ecclesiasticam disciplinam, iam tunc à peruersis hominibus hæresim nuncupatam. Act. cap. 28. ad Paulum Iudei: De hæresi ista notum est nobis (aiunt) quia vbique ei contradicitur. Itaque Paulus ipse erat hæreticus. Vt Catholici suas habent ac nominant Ecclesias; hæretici quoque se iactant Ecclesias habere. Et hoc etiam mirum. Sed quòd Tertullianus respondit Marcionis, qui de suis multis atq; magnis gloriabatur sodalitatibus, & Ecclesias appellabant, id in eos conuenientissimè retundamus, ac dicamus: Faciunt fauos & vespæ, faciunt Ecclesias & Marcionitæ. Latent in suis Phygadeuteis, & obscuris quibusdam gurgustiolis clauduntur. Ecclesiam tamen suam vocant Apostolicam & Catholicam: De Gnosticis autem nostri loquor.

CAP. XIX.

110. Ergo non ad scripturas prouocandum est, &c.] Epilogus est quidam hoc capite præscriptionis, quem ad eò inscriptum: Quòd proinde non alia debeat cum hæreticis iniri disputatio, nisi an Christiani sint.

111. & quibus tradita sit disciplina quæ sunt Christiani.] Macerius interpretatur disciplinam, Regulam seu Symbolum fidei. Quòd ipsum comprobatur verbis sequentibus.

112. vbi enim apparuit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ, &c.] Locus insignis pro Catholicis, quòd apud eos sit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Sic enim prorsus lego cum Quintino, pro eo quòd alij Christianorum; quippe qui eam fidem teneant, quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit, vii. prosequitur cap. sequ. & aperius infra loquitur. Auctor cap. 21. Inuitatus vrbique B. Irenæum lib. 1. adu. hæres. cap. 2. & 3. ac lib. 3. quinque primis capitibus.

CAP. XX.

113. Christus Iesus Dominus noster permittat dicere.] Titulum huic capiti datus: Quòd per Christum Apostolis, per illos verò Ecclesiis Apostolicis fides sit tradita.

114. Interim quisquis est Christus, &c.] Ne patet (inquit Quintinus, & post eum Macerius) verba dubitantis esse. Sed quia Marcion cum multis predicabat esse dios Deos, alterum bonum, & alterum malum; sic etiam duos introducebat Christos, alterum boni Dei filium, putatiue carnis hominem, & alterum mali. Propterea dicit hic: Quisquis est interim Christus, &c. Non quidem de vero & vnicò Christo dubitans, sed hanc interim disputacionem differens in alios tractatus. Vide 5. libros in Marcion.

115. Quid esset, quid fuisset, quam Patris voluntatem administraret, &c.] Adhuc ad tres scripturas diuersas: Ioann. 4. Vbi quid esset, Messias nempe, pronuntiauit dicens: Ego sum qui loquor tecum, & Ioan. 8. Quid fuisset, explicans: Ego à Patre

processi, ac Ioann. 6. quam patris voluntatem ad- ministraret: Hec est voluntas eius qui misit me Pa- tris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, &c. Denique quid homini agendum determinaret, Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ma- lo autem paulopost retinere quod habent excusis: regre- diens ad Patrem, quam quod Anglicus MS. cod. di- grediens.

116. tinguendas in Patrem & Filium & in Spi- ritum sanctu. Ita lego more Tertulliano, pro: tingen- das, addens tertio loco in ex viroque MS. & I. edit. At- qui noua etiam est hac versio Auctoris, pro eo quod ali- quomodo, Matth. 28. in nomine Patris & Filij & Spi- ritus sancti.

117. Apostoli, quos hac appellatio missos inter- pretatur. Anόσχολος Græcè (inquit Quintinus) dicitur Latine Missus, nuntius, legatus, qui cum mandatis ali- quo mittitur. Αποσχεμα Verbum significat mittere cum potestate & auctoritate aliqua. Dominus Iesus quum de- legisset è suis discipulis præcipuos duodecim, hos nomi- nauit Apostolos, Luc. cap. 6. De quorum nomine atque missione legas Hieron. in epist. ad Galatas salutatione. Missi multi, legati que multi fuerunt, sed illi duodecim per Antonomastiam dicti sunt Apostoli. Tertullianus hic vocare videtur eos Legatos à latere: A delegat (inquiens) duodecim lateri suo. Non minus igitur honorandi, quam sit is, cuius legatione funguntur. Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Vnde Canonib. Ecclesia cauetur, A latere Papa Legatum pro Papa ve- nerandum esse; pars enim corporis eius est. imitatur autem hunc locum B. Isidorus lib. 2. de Eccl. offit. cap. 5.

118. primò per Iudæam, &c. Ecclesia primò (inquit idem) per Apostolos exstructa & fundata fuit in Hierusalem, & ex Iudæis congregata. De qua Ia- cobus, & ceteri loquuntur ad Paulum: Vides frater: quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt? &c. Hac autem Hierosolymitana Ecclesia prima, totius orbis Ec- clesias postea seminauit. Hieronymus sic interpretatur il- lud Isai. cap. 2. De Sion exiit lex, & Verbum Domini à Hierusalem. Certè Ecclesia qua erat Hierosolymis, dispersa sit mentio Act. 8. deinde legitur Act. 9. Ec- clesia quidem per totam Iudæam & Galileam & Samariam habebat pacem. Et vii est Act. 11. Illi qui dispersi fuerant à tribulatione, que facta est sub Ste- phano, perambulauerunt vsque Ithanen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Iudæis.

119. dehinc in orbem profecti, &c. Erant au- tem (legitur ibidem) quidam ex eis viri Cyprii & Cy- renei, qui quum venissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos; ac paulopost: Et annu totum conuer- sati sunt ibi Paulus & Barnabas, sicut ut cognominaren- tur primùm Antiochia discipuli Christiani. Dehinc apud Antiochiam Pisdia constanter ad Iudæos dixe- runt Paulus & Barnabas, Act. 13. Vobis oportebat pri- mùm loqui Verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos indicatis vita aeterna, ecce conuertimur ad gentes.

120. Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt. Huc pertinet quod legitur Act. 14. Et quum constituisset eis per singulas Ecclesias Presbyteros. Item illud B. Cypriani epist. 52. ad Antonianum: Cùm- que iam pridem per omnes prouincias & per vrbes singu- las ordinati sint Episcopi: & qua supra ex Etrabani ad- notauimus epist. ad Regenbaldum, ad lib. de Cor. milit.

cap. 4. num. 41.

121. traducem fidei. Qui de re rustica (inquit Quintinus) Latine scribere, Traduces appellant, in Vi- libus maxime, quando ramusculi plures ex vno trunco, vel vno vitiis brachio diffunduntur, & in alium locum deducuntur inuicem conuerti. Non videntur à propagi- nibus admodum differre. Per Metaphoram elegantem sanè Tertullianus hic vocat traducem fidei, translatio- nem fidei de vna Ecclesia in aliam. Ecclesia nempe mu- tuo, quasique per manus, Apostolicam doctrinam sibi tradidere. Quod enim prima (videlicet ab Apostolis) acceperat, hoc docuit secunde successione Ecclesiam, in- de secunda tertiam, sic ordine consequenti. Sunt ista Traduces & fidei nostra propagines, ut in cap. 32. in- ferrius, ubi dicit Apostolicas eas esse Ecclesias, quæ ex- hibent, quos ab Apostolis in Episcopatum con- stitutos Apostolici feminis traduces habeant. Sine autem legas: Apostolicæ deputantur cum excusis, sive deputabuntur cum MS. Vatic. perinde est.

122. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ, vna est, &c. B. Cyprianus (inquit Quintinus) huc sumere potuit, quod ad Antonianum scripsit epist. 2. lib. 4. contra No- uatianum, dicens: vna est à Christo Ecclesia, per to- tum mundum in multis membra diuisa. Item Episcopi- patus vnus, Episcoporum multorum concordia num: rōs- tate diffusus, can. Nouatian. 7. questione 1. A peritior est adhuc Cypriani locus lib. de Vnitate Eccl. Episcopi- patus (inquit) vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque vna est, qua in mul- titudinem latius incremento fecunditatis extenditur; quomodo solis multi radij, sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum. Et quum de fonte vno riuus plurimi defluunt, nume- rositas licet diffusa videatur exundantis copie largitate, vnitas tamen seruat in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit; à fonte præcide riuum, præcisus arefcet. Sic & Ecclesia Domini luce persusa, per orbem totum radios suos porrigit; vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnica corporis separatur. Et reliqua qua ibidem toto libro pro- sequitur, quò Lectorem compendij gratis remittimus. Certè alibi Tertullianus vnam Ecclesiam confitetur. Sic infra Tom. 5. etiam iam in hæresin lapsus: Vnus Christus, & vna eius Ecclesia.

123. Communicatio pacis, &c. Communica- tio pacis (inquit Quintinus) quod etiam Veteres, Dex- teram dare, in pacem recipere, dare quoque pacem di- xerunt; id est, in Ecclesia consortium admittere, & Eucharistiam præbere, quod est sanctum Domini corpus, ut Cyprianus exponit. Huc pertinet (etiam adnotante Rhenano) id quod infra dicit cap. 23. Itaque & dex- teram ei dederunt signum concordia & conuen- nientia. Item quod est cap. 32. nec recipiuntur in pacem & in communicationem ab Ecclesiis quo- quomodo Apostolicis. Item quod legitur initio lib. aduers. Præcean: cœpit & litteras pacis reuocare; ubi de iis latius, quas formulas vocarunt Patres poste- riores.

124. appellatio fraternitatis. Omnes Christiani (inquit Quintinus) quum sint ab eodem patre renati, fra- tres omnes inter sese debent appellari, quod fuit ab initio commune Christianorum nomen, ut hic vides. Singuli sumus alter alterius membra, ut hic vides. Singuli inuicem exhibentes, ait Cyprianus, ergo fratres. Vide plu- ra hac

ra hac de re Adnotat. nostris in Apolog. cap. 39. supra Tom. 1. & Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 2. num. 23.

125. & confesseratio hospitalitatis. Hospitali- tas (inquit idem Quintinus) omnibus mandata Christianis, ut pauperes & peregrinos excipiant, ac benigne tractent. A qua quidem (ut nec ab aliis duobus) neminem pauper- tas excusit, quum vel in aqua frigida calice tantum sub- ministrando, sit hospitalitas, que mercedem non perdet, Matth. 10. ubi Hieronymus leg. 5. Eleganter autem, vii primus adnotauit Rhenanus, & post eum Quintinus & Macereus, à tessera notator vocabulorum Tertullianus verbum finxit confesseratio; vnde confesseratio. Id significat coniunctionem familiariorum, que per signum fiat. Nam tessera signum erat apud Veteres hospitale. cuius ostensione si quem redisse contigisset, statim agnosceba- tur. Vnde Plautinus illud: Confregisti tesseram. At- que haud scio an per primum saluatio, compellatio per secundum, denique per tertium sacrosancta communitio in- telligantur. Nam constat ex Veterum monumentis maiores nostros peregrè aduenientibus hominibus probate religio- nis & fidei, corpus Domini mittere solitos. De qua obser- uatione etiam Romæ à summis Pontificibus usurpata, la- tius, Deo sauate, in Assertionem nostram Communionis sub altera specie. Quare & placet etiam magis hac lectio: & confesseratio, quam: confectatio, quod habebat Ve- tus editio; maxime quum simili phrasi dixerit Auctor infra cap. 36. de Ecclesia Romana: Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesiis confesserarit.

126. eiusdem sacramenti vna traditio. Rectè hic Macereus sacramentum Verbi Gallicè iuramentum: alludit enim ad iurandum, quo tanquam sacramento militari in Baptismo nos adstringimus, de quo infra la- tius inter eiusdem ceremonias, lib. de Baptismo.

C A P. XXI.

127. Hanc igitur dirigimus præscriptionem, &c. Inscriptus hoc capus: Quòd proinde alia doctrina non recipienda, quam ab Apostolis viua voce aut per Epitolas tradita. Rectè autem sic hunc locum interpretatur Quintinus, Aduersarios, qui regulam supra scriptam non sequuntur, & se tamen contendunt esse Christianos, ab ista sua intentione, vel actione sic repellimus & excludimus; si prædicta non prædicauerunt Apostoli, si nec his ipsi creditis, iam Christiani non estis. Vbi que Tertullianum vides furis esse peritum. Vulgatissi- ma ista est exceptionum seu præscriptionum formula in foro: Si non dolo metu de factum sit. Si non legem pro- didit. Si non conuenit ut ea res mihi pignori foret, &c. passim Romani consilij iuris ita loquuntur.

128. tam viua (quod aiunt) voce. Tertullianus (inquit idem) sumpsit hoc ab Apostolo 2. Thess. 2. scriben- te: State fratres, ac tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam. Per sermonem, hoc est, per vocem viua ἀγγελος φωνος ἑστὸς φωνος παρὲς θάλασσαν οἱ ἀπίστοι, ait Chrysost. Id est, præcepta sine scriptura (φῶνους φωνος videlicet, id est, viua vocis) & cum scriptura tradiderunt Apostoli.

129. matricibus & originalibus fidei. Vnde in re ru- stica (inquit idem) matricem ea femina dicitur, ex qua pe- culides alia progenerantur, & matricem arbor, de qua suc- creuerunt arboris alia. Fistula matricem in aquadu- ctibus, à quibus primis aqua fuit, & deducitur. Sic Vrbis illa matricem appellatur, ex qua tanquam matre, processerunt Vrbes alia, seu filia, hoc est, deductæ sunt co-

lonia. Matricem Ecclesia, cui subsumt alia, velut ab ea ge- nita & edocta. Nominantur Græcè μητρὸς εἰς, de quibus in Analectis nostris nonnihil dicebam. Quod hic autem solum pertinet, Ecclesiæ matricem fidei vocan- tur, vnde fides Christi primùm venit ad nos: & origina- les fidei, à quibus diffusa per orbem fides, originè sumpsit. Exemplaria veræ fidei scilicet, ut fuit Hierosolymitana, Antiochena, Corinthia, Philippensis, Ephesina, Romana, & alia, de quibus inferius c. 36. Simili autem phrasi dicitur infra lib. 4. adu. Marcion. ut scirent Hierosolymis esse & sacerdotes & templum & matricem religionis. Et supra Tom. 2. lib. de Feland. Virgin. cap. 5. tuam ap- pellat matricem genitricis femini. Alia vnde signi- ficatione Matricem beneficiariorum usurpat infra Tom. 5. lib. de Fuga in persecut. quemadmodum ibi latius.

130. quod Ecclesiæ ab Apostolis, &c. Est simi- lis infra locus cap. 37. penè ad Verbum. Adnotanda vtra- bique vera Traditionum origo ab Apostolis, & proinde à Christo & Deo; qua adeo quomodo reijci possint, non video. verum latius de illis supra Tom. 2. lib. de Co- ron. milit. cap. 3. num. 27. & sequ. ac Feu. ardentius adnot. ad lib. 3. B. Iren. aduers. hæres. cap. 3. Quæ autem tales sint, infra significat cap. 32. que ab iis Ecclesiis obseruantur, quæ ordinem suorum Episcoporum ita per suc- cessiones ab initio decurrentem præstint demon- strate, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apo- stolis vel Apostolicis viris, habuerit antecessorem. Atque hoc est quod subiungit: Communicamus cum Ecclesiis Apostolicis, &c.: quod nulla doctrina ab iis nempe, diuersa, hoc est testimonium veritatis. Vbi minus liberè legit Quintinus: quòd autem nulla sit. Sine autem legamus cum excusis: suscepti. sive cum MS. Anglico: accepit, perinde est.

C A P. XXII.

131. Sed quoniam tam expedita probatio est, &c. Titulum huic capiti damus: Quòd Apostoli nihil ignorarunt, & proinde nihil non docuerunt, quod ad salutem nostram pertinet. Atqui legit Quintinus: ac si probata non sit à nobis. Verum magis pla- cet vulgata lectio, ac si (pro quasi) prolata non sit à nobis; quam pulchrè sic vertit Macereus, ut velit Au- ctor dicere: locum interim demus diuersæ parti, ac si nunquam huius probationis mentionem fecerimus. Sine autem legamus cum excusis: ad infirmam hanc præ- scriptionem, sive: ad infirmam, ut MS. Vatic. idem est.

132. Solent dicere: non omnia scisse Apo- stolos, &c. Adnotat hic rectè idem Macereus, non aliter atque olim hæretici contendebant: non omnia scisse Apostolos, ita huius tempestatis hæreticos idem adfirmare de Patribus, quorum scripta exstant, sibi solis adtribucentes spiritum sanctum & omnem scientiam. Qui etiam inter- pretatur paulopost: parum simplices, ac si dicat, dupli- ces corde & seductores. Legat autem Lector quod vult: qui minus instructos cum excusis, vel quia cum MS. Vatic. cod. & mox: scorsum, aut scorsim.

133. quos magistros Dominus dedit. Ad quam scripturam (nempe Matth. 28.) hic alludit, ipse Au- ctor indicat his verbis infra Scorpiatio adu. Gnosticos: & nobis magistros ordinavit cognoscere arcana om- nia utique docturos. Atqui ibi: arcana veritè, quod est Græcè μυστήρια, quomodo etiam correctiores Latini codices Matth. 13. pro eo quod alij: mysterium.

134. Petrum ædificanda Ecclesiæ petram di- ctum, &c. Similiter etiam locum hunc interpretatur

Auctor infra lib. 4. adu. Marc. & etiam post haresin libris de Monogamia, & libro de Pudicitia, ubi hac de re laius, & maxime Adnot nostris in B. Cyprian. epist. 55. ad Cornelium Papam, m. 35. De clauis Petro, & per illius Ecclesia commissis, idem repetit Scorpiano aduers. Gnosticos. Non refert autem sine leg. as. pramonstrauit, quod habent excusi, sine demonsttrauit, ex cod. Vatic. MS.

135. quoniam in tribus testibus stabit omne verbum. Quum Deuter. 19. & Matth. 18. habeatur: in ore duorum vel trium testium, Auctor alterum tantum membrum enuntiat, eo quod hic tres testes fuerint, Pater Deus, Moyses, & Helias. Quum etiam mox legit: omnes scripturas edisserere dignatus est, eis nempe quae cumque erant de Christo, ut est Luc. 24.

136. Quam scripturam qui non recipiunt, &c.] Manichaei (inquit Quintinus) prorsus eum noui Testamenti librum, qui Actus Apostolorum inscribitur, non recipiebant. In suum nempe Archimanditum, non in Apostolos Christi, adseriebant uenisse de caelo spiritum sanctum, ueritatis doctorem, quem Dominus missurum se suis Apostolis promiserat, indeque mundo fuisse communicatum per illum suum Manen, qui sub Aureliano ueniens e Perside, primum cepit insanire, hoc est, annis penè trecentis, certè annis plusquam ducentis sexaginta post illam suspendam & admirandam missionem, de qua in cap. 2. dicitur Act. Apostolic. Dumque scriptura manifestè coargueret impudens istorum mendacium, negabant illud inquam scriptum fuisse, librumque damnabant. Augustinum lege c. 3. lib. de uilit. credenti, contra Manichaeos. Montanus idem prius fecerat, immò se Paracletum nominabat. Etebion, Cerinthus, Marcion, & alij Tertulliano priores, non recipiebant. Quae ipsa etiam Macereus repetit. De iisdem & cap. sequenti. Postumus (inquit) & hic Acta Apostolorum repudiantibus dicere. Atqui quum subdit Auctor: quibus incunabilis institutum est hoc corpus, rectè adnotat Rhenanus corpus accipi pro collegio seu congregatione, quam uulgo dicunt communitatem, nam de Ecclesia loquitur.

137. Traductiones eorum quae mentiuntur.] Traductiones (inquit Rhenanus) opponit probationibus. Sunt autem deprauationes scripturarum infamationi non ab similes. Eodem pertinere supra adnotauimus illud quod legitur cap. 19. Tantum ueritati obstrept adulter sensus, quantum & corruptor stylus. ac: his nituntur quae ex falso compoſuerunt.

C A P. XXIII.

138. Proponunt ergo ad suggillandam ignorantiam aliquam Apostolorum, &c.] Inſcribimus hoc caput: Quod Petri per Paulū reprehensio non praedicationis fuerit, sed conuersationis. Quod ipsum argumentum eodem modo tractatur infra li. 1. adu. ad arc. ubi inter cetera sic simili obiectioni respondet. Igitur si feruenter adhuc ut Neophytus aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione reprehendendum existimauit, passiuum scilicet cōuictum, postmodum & ipse uis omnibus omnia futurus ut omnes lucrificeret, Iudeis quasi Iudaeus, & eis qui sub Lege tanquam sub Lege; tu illam solius conuersationis, placitura postea accusatori suo reprehensionem, suspectam uis haberi etiam de praedicationis erga Deum praeruaricatione. Atquin de praedicationis unitate, quod supra legimus, dextras iunxerant, & ipsa officij distributione de Euāgelij societate cōdixerant, &c. Quae ipsa repetit lib. adu. Marc. 4. Vide autem de hac controuersia epistolas aliquot BB. Hieronymi

& Augustini in uisique operibus.

139. quatenus & alias ad quaestiones plurimum eo utuntur.] Adludit ad eos haereticos, ut adnotauit Macereus, de quibus 2. Petri 3. Sicut & cariss. frater noster Paulus secundum datam sibi scientiam scripsit uobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quaedam difficulta intellectu, quae indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Potest etiam referri ad Marcionitas, qui potissimum uiebantur Pauli testimoniis, ad quos dicit: Si Acta (inquit) Apostolorum repudiatis; unde ostendit, quis iste Paulus, & quid ante Apostolum, & quomodo Apostolus; quippe quod nusquam scriptum reperitur, nisi Act. 9. quemadmodum paulopost citatur.

140. examine credenti.] Rectè hoc de eo interpretatur Macereus, qui nihil credere uult, nisi prius examinatum ex actibus. Deinde illud: doceant accipit, ac sicut docere non potuit. Legimus autem paulopost ex MS. duobus cod. Atquin, pro: Atqui, & quomodo etiam Quintinus) nec ut aliud alter, sed ut aliis alter praedicaret, pro: alij. Si placeat etiam cum MS. Vatic. legere: praedicarent per me licet.

141. Non enim ex hoc alius Deus quam creator, &c.] De duobus prioribus membris contra Marcionem agit lib. 1. 2. & 3. de posteriori, libro de Carne Christi, & Resurrectione carnis.

C A P. XXIII.

142. Non mihi tam bene est, &c.] Huic capitulum damus: Quod pro temporibus & causis quaedam reprehenderit Paulus, non quod esset instructior.

143. ut Apostolos committam.] Committuntur (inquit Rhenanus) gladiatores in arena depugnaturi. Mox dicitur in qua & ipsi committebant, id est, parabant. Sic lib. adu. Iud. eos, ca. 10. Sicuti cetera quae in illum commissuri essetis, praedicta sunt, pro: admitterent, & admissuri. De uiraque significatione uide supra Tom. 2. nota. Adnot. prior. lib. ad Marc. cap. 1. num. 11. posteriori lib. de Cor. milit. cap. 2. num. 22.

144. Petrus Paulo & in martyrio adaequatur.] Quasi diceret (inquit Quintinus) Etiam (quod non est) si Petrus & Paulus Euāgelij doctrina sine scientia dispareressent, in omnium tamen rerum maxima, hoc est, in Martyrio pro Christo pares fuerunt. Octaua postremaque mortalis hominis beatitudo, Matth. 5. terminatur Martyrio, cui merces in caelo copiosa promittitur. Ad Martyres plerique sanctorum scriptorum referunt illum centesimum fructum, de quo Matt. 13. Dignissima & maxima res est igitur Martyrium, quo Paulus non superauit Petrum. Vide plura de uisique Martyrio infra cap. 36. Legimus autem: non possunt uideri ea fuisse, ex MS. Anglico.

145. Sed etsi in tertium usque caelum ereptus Paulus.] Similiter supra de Christi, c. 13. In caelos ereptus, & mox: aut & alius postea in paradysum ereptus. ex quo proinde patet pro eodem haberi illud: & in paradysum delatus, ut ereptus & delatus id est Auctori.

146. Quod si ad alicuius conscientiam manauit nescio quid illud, &c.] MS. cod. Angl. emanauit, sed uirum uolet, eligat Lector. Atqui haereticus (inquit Quintinus) semel omnia prius mentiri, quam quoquomodo a ueritate uinci, semper apud se statuerunt. Aliquos hic uides adseruantes se scire, & a Paulo descripta legere secreta illa, quae Paulus audierat in caelo, & ea se praedicare,

dicere, in litterasque mittere se dicebant. In Can. sancta Rom. 15. dist. damnatur ut Apocrypha reuelatio, quae appellatur Pauli. Apud Augustinum se nonnulli iactabant habere libros ab ipso Christo compositos, & Apostolis suis Petro atque Paulo descriptos, unde suam nouam doctrinam sumebant. In primo de consensu Euāgelistarum lib. cap. 7. & aliquam multis capitib. subsequi. Quid hic agas? Apostolico can. 60. copiosius ista tractabam. Imitatur autem hunc locum serè uerbotenus B. August. tractat. 98. in Ioan. qui Apocalypsin Pauli nuncupat. Epiphanius uerò lib. 1. Panarj: Caiani (inquit) & Iulianus librum finxerunt ex romine Pauli, nefarius actionibus referunt, quo etiam Gnostici appellati uidentur, quem Ascensum Pauli uocant, occasione inuenta ab eo, quod Apostolus dicit ascendisse se in tertium caelum, & audiuisse arcana uerba, quae non licet homini loqui. Et haec (inquit) sunt arcana uerba. Meminerunt etiam Chrysost. & alij in Comment. 2. Cor. 12. & tanquam fabulosos reprobant.

C A P. XXV.

147. Sed, ut diximus, eadem dementia est, &c.] Hoc capite tractat: Quod non aliud docuerint Apostoli occultè quàm in publico. Legimus autem ex MS. Vatic. quaedam enim palam.

148. Hanc denuntiationem commendo apud te, &c.] Ex proposito Auctor hanc scripturam citat, ut ostendat depositum Apostolo, nihil aliud esse, quàm quod commendatur custodiendum; nam à uoce Graeca παραγγελλω, quae hic legitur, componitur uox Graeca παραγγελλω, quam depositum uertit tum nostro interprete; pro quo Auctor libri de Aleatoribus, B. Cypriani operum To. 3. commendatum. Deinde transiit & hic: denuntiationem, ac mox: Denuntio, ad uerbum ex Graecis nam ibi legitur: 1. Tim. 1. παραγγελλω, & 1. Tim. 6. παραγγελλω σοι, pro quo noster interprete & ipse Auctor paulopost: praecceptum, ac Praecipio, eo quod id etiam uoces Graecae improprie significant. Econtrario magis Graeco exemplari correspondet illud Latini interpretis: commendo tibi, quàm quod habet Auctor: apud te.

149. qui uiuificat omnia.] Etiam hoc ex Graeco παρανομιωτοσ cum emendationibus Latinis codicibus, pro eo quod alij: qui iustificat, & uicua uoce expressit uocè παρανομιωτοσ, qui testificatus est, pro eo quod noster interprete: testimonium reddidit.

150. coram multis testibus.] Sensum magis hoc expressit, quàm quod ad uerbum ex Graeco Latinus interprete: per multos testes. Lego autem paulopost: Sed nec quia monet, nempe Paulus, pro eo quod uulgo legebatur: uolunt, & ex MS. cod. Vatic. quàm Quintino & Macereo.

C A P. XXVI.

151. Porro consequens erat, &c.] Prosequitur hoc capite dicta scripturae Pauli interpretationem, & docet: Cauendum semper fuisse, ne religionis mysteria propalarentur. Quod ipsum etiam inculcauit supra Tom. 1. in Apologetico; quippe quod causam etiam dederit suspicionum de Christianorum conuiuio Eucharistiae, quod insamabant ethnici.

152. Siquid in tenebris & in abscondito audissent, &c.] Sicuti noula alia, sic & hoc paraphrasticè citat, pro eo quod est Matth. 10. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure audistis, praedicate super tecta.

153. ne uinam minam.] Adnotat hic Macereus minam, sine minam, ualuisse 10. coronatos, quod ex Bud. eo sumpsit. Plin. li. 21. cap. 7. Mna (inquit) quàm nostrum minā

dicunt, pendet dragma. Atticus centum. Videtur uerò uerque Euāgelista & Lucas, qui uicua legit, & Matthaeus qui talentum, non pro certo aliquo genere nummorum intellexisse, sed in genere; quum talentum, eodem Bud. eo teste, 60. mnas ualuerit, quae 600. coronatos ualent.

154. non sub modio abstrui solere.] Sic legendum, non uerò: abstrudi, aut: abstrui, his uerbis probat Rhenanus aduers. Marc. lib. 4. Et negat (inquit) lucernam abstruendam.

155. Vtique in Ecclesia liberè praedicabant.] Adludit ad hoc Act. 4. Et loquebantur uerbum Dei cum fiducia.

156. quam Catholicè in medium proferebant.] Illud: Catholicè, uertens Macereus, uno per omnia consensu, capium hic nobis aperit explicandi, quid Catholicè, & proinde penes quos Catholica fides & Ecclesia, aduersus quosdam qui hodie non uentur nomen Catholici etiam haereticis Caluinistis adplicare, contra expressum B. Augustini sententiam, li. contra epist. Fundamenti, c. 4. de iis quae eum tenebant in Ecclesia (quae adeò prima est Ecclesia nota) sic loquitur: Tenet postremò Catholicè nomen, quod non sine causa inter tam uarias haereseis ista Ecclesia sola obtinuit immò contra ipsam uicua uocem etymologiam, quam pulcre sic reddidit Vincentius Lirinensis libro supradictato, cap. 38. In qua (inquit) Catholicae Apostolicae Ecclesiae sequantur necesse est uniuersitatem, antiquitatem; consensionem. & apertius ca. 3. Id teneamus quod ab omnibus creditum est. Et oc tenim uerè proprieque Catholice; quod ipsa uis nominis ratioque declarat, quae omnia uerè uniuersaliter comprehendit. Demonstrant itaque suos errores ubique semper, & ab omnibus fuisse creditos, & tum primum Catholicos sese iactitent. Alioquin si ipsorum Synagoga haeretica, Catholica censetur Ecclesia, ubi erit (ut uerbis utar B. Optati Mileuitani lib. 2. contra Parmen.) proprietates Catholice nominis, quod sit ubique diffusa? Quod autè Catholica doctrina apud Romanensem Ecclesiam fuerit à Tertulliano tempore, & iam inde, infra docebitur c. 30. n. 166. His adde, quod B. Pacianus epist. 1. ad Sympronianum de Catholico nomine, Catholicum interpretatur, ubique unum. Eo quod tanti fecerit Tertullianus, ut iam in haeresin lapsus, initio libri de Monogamia, pretendat (quamquam falso) Montanus suum Paracletum nihil docuisse, quod deputari possit aduersus Catholicam ueritatem.

157. ut alium Deum, &c.] Rursum hic agit contra duos Deos, & duos Christos Marcionis, ac Sadduceos, & eorum, ut libro de Resurr. carn. loquitur, partiaros. Legit autem paulopost Quintinus & Macereus: ne scilicet Euāgelium in diuinitate tractarent, sed MS. non legunt illud: scilicet.

C A P. XXVII.

158. Si ergo incredibile est, &c.] Hoc caput inscribimus: Quod una fuit Apostoli Ecclesiarum institutio, earum quas corripit, & quas commendat. Legimus autem cum MS. Anglico cod. ne forte Apostoli. Magis etiam placet uulgata MS. & excursorum lectio: simpliciter & plenè, quàm quod Quintinus substituit plenè. Macereus utrumque uertit.

159. Tam bene currebatis.] Etiam hoc nouum est: Tam bene, pro: uicua. Sine autem leg. as. impeditur: sine impediuit, perinde est. Item paulopost omisit uocem: Christo, quae Graecè est & Latine, Gal. 1. legens dumtaxat: in gratiam, quomodo & B. Cypri. epist. 23. num. 19. Rursum: pabulum à lacte distinguit, 1. Cor. 3. pro eo quod noster interprete: escam, aut: cibum, quod utrumque

que legit B. Cyp. variis locis.

160. de quarum fide & scientia & conuersatione e Apostolus gaudet. De fide quidem & dilectione, quam hic conuersationem vocat, commendat Apostolus Romanos, Ephesios, Philippenses, suarum Epistolarum initio: de scientia vero peculiariter Romanos, ad quos ait cap. 15. Quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia.

C A P. XXVIII.

161. Age nunc: omnes errauerint, &c. Titulum huic capiti dedimus: Quod constans omnium consensus, non error sit, sed traditio. Quo pertinet imprimis illud B. Augustini ubi supra: In catholica (inquit) Ecclesia me tenet consensus populorum atque gentium, quae aded altera nota est Ecclesia catholica. Item illud Vincentij Lirinensis ca. 34. Quicquid vel Patres omnes vel plures, uno eodemque sensu, manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorum concilio, accipiendo, tenendo, tradendo, firmauerint, id pro indubitato, rato, certoque habeatur. Item illud cap. 3. Sequemur vniuersitatem hoc modo, si hanc vnam fidem veram esse fateamur, quae in tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia: Antiquitatem vero ita, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos maiores ac Patres nostros celebrasse manifestum est: Consensionem quoque itidem, si in ipsa vniuersitate omnium sacerdotum pariter & magistrorum definitiones sententiaque sequeuntur.

C A P. XXIX.

162. Quoquo modo sit erratum, &c. Caput hoc inscribimus: Quod potius haereticum in errorem impeerint, utpote vera doctrina posteriores. Cui quum similia profus tradat infra cap. 31. illuc Lectorem remittimus. Possim autem optima ratione id ipsum nostri temporis Aristarchis respondere, qui haecenus errasse Ecclesiam non veretur dicere: Si aliquos Lutheranos, aut Caluinistas, aut Anabaptistas liberanda veritas expectabat, tot ergo milia milium perperam tractata, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes tot charismata perperam operata; tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique martyria perperam coronata.

C A P. XXX.

163. Vbi tunc Marcion, &c. Inscriptionem huic capiti damus: Quod vel ex eo comprobentur haereticum Marcion, Valentinus, Apelles, & alij similes, quod vera doctrina posteriores sint.

164. Ponticus nauclerus. Pontus Asiae minoris cui adnotauit Macereus pronuncia, patria fuit Marcionis. Nauclerum autem fuisse idem existimat: Verum de eo latius infra huius lib. cap. 51. & libro ad eundem Marcionem. Vbi autem legitur: Stoicæ studiosus, & mox de Valentino (de quo etiam infra cap. 49. & lib. adu. Valentinianos) Platonicae sectator, vtroque recte subintelligitur: Philosophia.

165. neque aded olim fuisse Antonini ferè Principatu. Tertullianus (inquit Quintinus) sub Imperatore Seuero vixit. Valentinianus & Marcion fuere sub Marco Antonino philosopho, vel eius socero Ti. Aurelio Antonino Pio. sub quibus & ille magnus impostor, à Luciano, & A. Gellio vocatus P. reginus, cognominatus Proteus, cuius meminit etiam Tertullianus in libro quem scripsit ad Martyras cap. 4. Inter illos Principes Antoninos, & Seuerum, non intercesserunt anni quinquaginta. Propterea dixit hic: Neque aded olim. Quibus addit Macereus, nos eandem obiectionem nostri temporis

haereticis obijcere posse, quod non aded olim fuerint, utpote ab annis circiter 60. dumtaxat. Atqui recte addit Eccl., quia Valentinus quidem, & Cerdo Marcionis magister, Romam venerunt sub Antonino Pio, & Hygino Papa, iuxta Eusebii Chronicon; Verum Marcion paulopost sub Aniceto & Eleutherio Pontificibus, qui vixerunt sub Antonino Philosopho, alterius illius successore. Atqui Antoniniani temporibus cepisse Marcionem etiam testatur Auctor infra adu. Marc. lib. 4.

166. in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Romanensem Ecclesiam. Pulcher locus pro auctoritate Ecclesiae Romanae (quam Romanensem vocat, eodem stylo quo lib. de Pallio cap. 4. supra T. 1. Romanitatem dixit) quod apud Catholicam doctrinam fuerit, vti etiam nunc. In qua adserione sequitur B. Jrenaeum li. 3. adu. haer. c. 3. Ad hanc (inquit) Ecclesiam propter potentioris principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles (Catholicos nempe) in qua semper ab his qui sunt vndique (haud dubie Catholicos) conseruata est ea, quae ab Apostolis est traditio. Primumque autem expressioribus verbis imitatus B. Cyp. epist. 52. ad Antonianum: Vt deposita (inquit) omni sollicitudine sciret Cornelius (loquitur de Cornelio Papa primo) te fecum, id est cum Catholica Ecclesia, communicare. Item B. Ambrosius Orat. funebri de satyro fratre, dicit eum interrogasse Episcopum quempiam, vtrumnam cum Catholicis Episcopis, id est, cum Romana Ecclesia, conueniret. Verum de hoc latius infra cap. 32. Vbi successio Romanorum Episcoporum nota tertia Ecclesiae Catholicae ostenditur, vel ex ipso Tertulliano.

167. donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti. Benedictus (inquit Quintinus) vti hic à Tertulliano vocatur, id est, laudandus. Beatus atque sanctus Eleutherus Papa fuit à Petro tantum duodecimus. Ita numerat Irenaeus (cuius auro sedebat) in c. 3. li. 3. Prima fuit haec Apostolorum successio, qui sancti Iesu Apostoli sub Traiano (scilicet anno post Christum passum centesimo decimo, vel 12. arcu) desiderant in terris viuere. Tum crudeliter vltimo Apostolorum perempto Symone Cleophae filio, Hierosolymitano Episcopo, quum centum & viginii annos ageret (auctore Eusebio hist. li. 3. cap. 32.) Tum quoque Ioannes Euangelista, plus quam nonagenarius, defunctus est vita. Inter hos duos Apostolos, & Eleutherum non intercesserunt anni sexaginta. Nam pontificatum gerevere cepit Eleutherus anno decimo sexto Mar. Antonini Veri, qui fuit annus 177. Christi. Verum & hoc pertinet magis ad dictum caput 32. infra. Eleutherus autem (inquit Rhenanus) decimoquarto Romanae Ecclesiae Pontifici iam defuncto bene precans, addit: benedicti. Sic postea veteres, cuius memoria sit in benedictione, quoties viri sancti iam mortui meminissent. Hodie sanctos dicimus; vulgus Germanorum, etiam quoslibet, beatos ac Ecclesies. Ceterum merito praclarum Christi martyrem ornat elogio Benedicti Tertullianus amantissimus Martyrij, quum ille sanguinem suum pro religione fuderit, in martyrum numerum relatus, quos etiam illa tempora summae venerationis habuere. Vbi quum dissentiant Quintinus & Rhenanus in numero Romanorum Pontificum, locus hic erat tractandi de causa dissensionis: verum infra id fiet apud cap. 32. Vbi de Clemente agit. Porro quod hic dicit Marcionem cepisse sub Eleutheri Episcopatu, infra T. 3. lib. 3. adu. Marc. id temporibus tribuit Aniceto Papa, vbi de his latius. Legimus autem necessario transpositis vocibus aliquot: donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti,

nedi, ob inquietam semper eorum curiositatem. Quia ex Iren. co. lib. 3. cap. 3. & 4. ac Euseb. Eccl. hist. li. 4. cap. 13. constat, sub Eleuthero non amplius Catholicos fuisse Valentinum & Marcionem. Valentinum enim in haerem prolapsam sub Hygino Papa, & Marcionem, vti dictum est, sub Aniceto. Quibus duobus, immò & Soteri intermedio quum successerit Eleutherus, sub eo primum Roma electi fuere in perpetuum discidium.

168. cum ducentis sestertiis. Confiteor quidem cum Quintino antiquam Sestertiorum hanc H. S. notam fuisse, quippe qui id etiam adnotauerim in B. Cyp. epist. 60. n. 5. Verum vti cuius Lectori etiam simpliciori satisfiat, substitui ex vtroque MS. codice: sestertiis. Ducenta vero sestertia, vti adnotauit ille, supputatore Bud. eo, Valere aureorū quinque milia. Quibus & haec partim ex Rhenano subiungit: Gnostici calumniatores hic mihi respondeant, qui mentiri non erubescunt, Ecclesiam illas primitiuas nostrarū Matrices aded vixisse pauperes, immò iam tenues, indigēs & mendicās existisse, tam que nihil habuisse proprium vel suum, vti ostium sine compellerentur querere cibos. Hic vides auri pondo multa donata Ecclesiae, atque reddita non cūctanter, sed mox atq; reposita in qui donarati; & forte non reposita, sed ab Ecclesia pellebatur, que non lebat aliquid illius retinere. Sic intelligimus Ecclesiam habuisse loculos, neque mendicasse, aut forsitam fecisse, quum libere donata sibi tam prompte restituit. Hoc fuit Ecclesiae quasi nascens initio factum. Eodem pertinet illud Cypriani Epist. 60. Misimus sestertia centum, aut, vti alij legunt: sestertium centum milia nummum.

169. quae Ecclesiae intrulerat. Quod hic dicitur (inquit idem) de 200. sestertiis Ecclesiae illatis per Marcionem, id est, donatis & oblati, quum ad eam venit, ac receptus est, ad antiquum Christianorum morem pertinet, qui non se tantum, sed sua simul offerre solebant Ecclesiae, in communi fratris sodalitate viuentes. De quo peranti quo more, de quo diuini & loculi Ecclesiae, respondens insensu nescio quibus Ceneriastri per Galliam, Nigris, & Onagrius, iam dudum conabar, historia temporum fretus, & Patrum canonibus, differere in Aristocrata nostra de rebus Ecclesiae temporalibus agens, & in Canon. Apost. 40. & 41.

170. nouissimè in perpetuum discidium relegati. Ita omnino lego cum MS. & excusis codicibus, pro eo quod substituerat Quintinus: discidium. Nam illud magis conuenit cum perpetua ab Ecclesia scissione, quae fit per excommunicationem tertiam, quam haud dubie hic intelligi patet ex eo quod praescribit: semel & iterum electi. Certe similiter de quibusdam sibiigmaticis dixit B. Cyp. epist. 55. ad Cornelium, & iterato quoque à pluribus nobis in Concilio anno priore absentem. Atqui de Excommunicationis Ecclesiasticae auctoritate latius supra T. 1. ad Apolog. c. 39.

171. cum conditioni sibi datae occurrit. Ms. Vat. conditione sibi data. Verum illud magis placet cum Rhenano; qui id explicuit, dum conditioni sibi datae vellet occurrere. Quod quidem in malam partem vertit Macereus, ac si dicat: dum dubitaret an conditioni datae vellet obedire. Verum etiam de hoc infra c. 51. aut alicubi, libro adu. Marcionem.

172. ita pacem recepturus, &c. Hunc locum (inquit Quintinus) citauit in Proemio Synodi Gangrensis, huc ipsius explicans Persum: Quod si mentem mutarint. Agens de conuersis ab haerem in Ecclesiam denuò recipendis: Dogmatistes non admittunt, nisi contraria praedicet

ac doceat, vti hic. Atque verò fidem suam proderet scripto publice debent coram Ecclesia, tum que demum recipi. Decretum Gangrense videto. Atque periodum illam: Oportebat enim haereticis esse, &c. parenthesi conclusimus.

173. Si & Apellis stemma. Id est (inquit Quintinus) ab Apelle designatum, paratumque facinus insignis inter haereticos Apellis ordo vel imago. Quum Tertullianus stemma dixit; & continentiam Marcionensem, & sanctissimum magistrum vocant, eiq; vnicuique loquutum putato. De Philumene dictum fuit in c. 6. De singulis istis haereticis agitur in haereticorum catalogo. Rhenanus & Macereus malunt ironice ad generositatem eius referre, ac si dicat: Apellis originem, successorem, & antiquitatem.

174. continentiae Marcionensis. Interdubet enim nuptias, vti adnotauit Rhenanus, & nos alibi latius, minimè tamen (vbi adnotat Macereus) continentiae obseruator, vti & supra adnotauimus c. 6. n. 35.

175. cuius enegemate circumuentus. Hinc explicatur verbis illis c. 6. cuius signis & praestigis Apelles inductus, vbi hac de re latius num. 35. Hoc sufficit quod hic évéγγηλιον pro vi seu efficacia demonum accipitur in malam partem.

176. Phaneroceis inscripsit. Expositiones (inquit Rhenanus) erant rerum secretarum, hoc est, insignium nugarum proculdubio. Phaneroceis Graecis est manifestio. Vnde Phaneroceis, manifestatio. De hoc fuit infra c. 51. de Haereticis. Habet praeterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant Phaneroceis Philumenes cuiusdam puellae, quam quasi Prophetisam sequitur. Quare recte vertit Macereus Reuelationes. Atqui paulopost ex MS. codice Vaticano lego: quia separare non posset, pro: separari, &: retro alterius fuisse demonstrat (vbi etiam Quintin. & Macereus) pro demontret.

177. & Nigidius nescio qui & Hermogenes. Sic etiam lego ex MS. Vaticano, secundum stylum Tertulliani, pro: nescio quis. Quem admodum autem Nigidius Tertulliano, sic & nobis haecenus plane ignotus est. Verissimè ille aut praecceptorem fuisse Hermogenis, aut aliquem ex eius discipulis, quos Hermogenianos ab Hermogene vocat B. Augustinus. Verum de his latius n. 1. lib. adu. Hermogenem, & alios multos, qui adhuc (vbi hic loquitur) ambulabant peruerentes vias Dei. Hic sufficit errorem eorum dem indicasse ex cap. infra 33. Idè Apostolus (inquit Auctor) cum improbat elementis feruientes, aliquem Hermogenem ostendit, qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum Deam faciens potest ei feruire quam Deo comparat. Aliquid etiam eadem de re supra ex Quintino adtulimus cap. 7. num. 43.

178. Proben (se nouos Apostolos esse, &c.) Pulchre hic Macereus philosophatur contra nouos huius saeculi Pseudoapostolos, quare putauit operapretium Verba eius Gallica in Latinum transferre: Extraordinarij (inquit) Apostoli aut Prophetae bisariam agnosci solent. Per Prophetiam, quae de illis predicta est, quem admodum suam vocationem comprobauit B. Joannes Baptista ex Verbis Isaie 40. Vni legitur Ioan. 1. Aut per virtutem signa adendi, siue miracula, sicuti Helias, Heliseus, Daniel, & Apostoli Christi. Neque tamen postremum hoc signum sufficiens esse, eo quod praedixerit Christus, Matth. 24. etiam miracula facturos Pseudoprophetas & Pseudoapostolos. Verum necessaria esse omnia haec signa, vti de illis aliqui

prophetarum, ut edant miracula, ut habeant manus impositionem ab Apostolis, aut eorum successoribus, quem admodum Paulus & Barnabas ac Timotheus; ut denique ostendant successionem Episcoporum iam inde ab Apostolis aut Apostolicis viris, sicuti præferibit Auctor infra c. 32. At qui hæc omnia paucissimis verbis concludit Auctor infra li. de Carne Christi c. x. Ex qua (inquit ad Marcionem) oro te auctoritate? Si propheta es, præntia aliquid; si Apostolus, prædica publice; si Apostolicus, cum Apostolis scis; si rãtùm Christianus es, crede quod est traditum.

179. Illi enim de mortuis viuos faciunt, isti de viuis mortuos faciunt. MS. Pat. cod. legit: de mortuis suscitabant. Verum altera Antithesis placet. Quod autem Macerius de hæreticis ad mortem animæ referri, quam suis hæresibus inserunt, potest etiam ad litteram intelligi, quod tantum absit, ut etate Tertulliani, aut nostra, de mortuis viuos faciant, ut potius de viuis mortuos faciant. Certe nostra hæc tempestate contigisse id Caluino, oculatus testis Hieronymus Bolsæm vna ipsius descripsit.

CAP. XXXI.

180. Sed ab excessu, reuertar ad principalitatem veritati, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod falsa itaque sit, & a diabolo hæreticorum doctrina, quia veritate posterior. Quid autem sit hæc (inquit Quintinus) principalitas, intelligere facile potes ex eo, quod sequitur, verbo posteritas; nam ponitur ut contraria, quasi dices: Prioritas (qua principium est ac præcedit) & posterioritas. Successio principalis ab Irenæi interprete vocatur, quando serie continua velut à principio ducta, secundus primo, tertius secundo, quartus tertio, &c. succedit. A qua principali successione quisquis absistit, aut hæreticus, & male sententiæ, aut elatus & schismaticus est, in c. 43. li. 4. Hoc significat sapè leges principalitatem in Tertulliano. Tertulliani quoque sententiæ diligenter obserua, primæ dumtaxat institutioni tribuentis veritatem, mendacem verò dicentis eam, quæcumque sequitur. Hoc est Evangelicæ doctrinæ proprium solis que Dei mandatis ac legibus ad animarum salutem conuenit, ut quum dantur, vera sint, nec veriora, sanctiora, meliora postea dari possint, quibus addere, vel adimere quippiam, corrigere, supplere nefas & impium semper est iudicatum. Semel loquitur Deus, & secundum id ipsum non repetit, Job. 33. c. & in ditino Psalmorum dicit: Semel loquitur est Deus, Psalm. 61. In hominum verò factis & cogitatis illud obtinere solet, quod pro uerbo circumfertur: Posteriori cogitationes (aiunt) sapientiores esse solent. Hinc penitentia sibi locum fecit inter homines, dum perspicunt aliter agendum sibi fuisse quam prius egerint, & actorum propterea penitet. Atqui: excessum hæc accipit Auctor pro: egressione seu digressionem ab instituto; quod etiam sua versione expressit Macerius. Legimus autem ex Pat. MS. cod. conformiter Quintino: veritati, ac mendacitati deputandam, pro eo quod erat: veritatis, & mendacitatis. Legunt etiam paulopost Pat. & Angl. MS. cod. quæ bonum semen frumenti à Domino seminatum in primò constituit, verum pluet vulgata lectio: primò constituit, eo quod sequatur: postea: pro quo dictus Pat. MS. cod. pro parte, sed non satisfacit, nisi quis forte legendum putet: posteriori parte, quod tamen etiam mihi non probatur.

181. auenatum autem steriles fœni adulterium.] Haud absimiliter dixit infra li. adu. Praxean, c. 1. Fructificauerunt auenæ Praxeanæ, hæc quoque super-

feminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ. Probique sic circumloquutus, quæ Math. 13. incipitur zizania, alludens, quantum adparet, ad illud Virgily Georgicôn 1.

Infœlix lolium & steriles dominantur auenæ.
182. id Dominicum & verum esse, quod sit prius traditum, &c.] Hanc aduersus hæreticos præscriptionem sapissimè in medium adducit Tertullianus, non modo hoc libro supra cap. 29. & infra cap. 36. sed penè sub initio singulorum librorum aduersus hæreticos. Sic lib. adu. Hermogenem: Solemus (inquit) hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere. In quantum enim veritatis Regula prior, quæ etiam futuras hæreses præntiauit, intantum posteriores quæque doctrinæ hæreses præiudicabuntur. Item lib. de Carne Christi: Quod traditum erat, id erat verum; ut ab eis traditum, quoru erat tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti. Et apertius lib. 1. aduers. Marc. Non negabunt discipuli eius primam illis nobiscum fidem fuisse, ipsius literis testibus; ut hinc iam destinari possit hæreticus, qui deserto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Intantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur; in quantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est. Ac adu. eundem li. 4. In summa si constat, id verius quod prius, id prius quod est ab initio, ab initio quod ab Apostolis; pariter vtrique cõstitabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesiæ Apostolicas fuerit sacrosanctum. Denique adu. Praxean. Quo peræque aduersus vniuersas hæreses iam nunc præiudicatum sit, id esse verum quodcumque primum; id esse adulterum, quod cuiusque posterius. Quos omnes locos adduximus, tum quod in iis ad librum hunc adludatur, tum quod hæc sententiæ totius huius libri sit scopus, tum etiam quod magnopere faciat ad retundendâs nouellâs omnes huius tempestatis hæreses.

CAP. XXXII.

183. Ceterum siquæ audent interfetere se, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: Quod non habeant hæresis suorû Episcoporu successione, qua suas Ecclesiæ probet Apostolicas. Cui similia habet Auctor, Pontifices omnes usque ad Anicetum, sub quo Marcion capere, enumerans lib. 3. Carminum adu. Marcionem, infra Tom. 4. In quo ipse B. Irenæum imitatur lib. 3. aduers. hæres. c. 2. 3. ac li. 4. c. 43. 45. 46. Vtrumque verò B. Cyprianus epist. 52. ad Anton. & 76. ad Magnum, Origenes lib. 1. Periarchon, B. Optatus Milenitanus lib. 2. aduersus Parmenianum, B. Augustinus denique in Psal. contra partem Donati, & epist. 165. Qui omnes cum Tertulliano Ecclesiæ Catholica notam potissimum faciunt, successione Episcoporum à B. Petro Apostolo in Ecclesiæ Romana ad sua usque tempora; immò particulatim Tertullianus, Irenæus, Optatus, & Augustinus Pontifices Romanos omnes ad sua usque tempora enumerant. Verba ipsa compendij gratia præterimus. Videat autem curiosus Lector tam Adnotationes Feu-ardentij nostri in dictum c. 3. li. 3. Irenæi, ac nostras in B. Cyprian. modo citat. epist. n. 4. prioris, & posterioris, n. 11. illud denique B. Augustini catholicis Lectorum memoria non patitur excidere lib. contra epist. Fundam. c. 4. Tenet me in Ecclesiæ catholica ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendâs oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, usque ad presentem Episcopatum successio sacerdotum. Hæc paulo latius quam Quinti-

Quintinus aut Macerius. Legimus autem cum MS. Pat. cod. qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, pro: perseuerauerint.

184. census suos deferunt.] Similiter dixit li. adu. Marc. 1. Exhibe ergo aliquam ex tuis Apostolice census Ecclesiæ, & lib. 4. Habet planè & illud (Evangelium nempe Marcionis) Ecclesiæ, sed suas, tam posteras quam adulteras, quarum si censum requiras, facilius A postaticum inuenias, quam Apostolicum. Non intelligis (inquit Quintinus) quod Ecclesiæ censu forent, aut censerentur, id est, enumerarentur, ac recenserentur ad præstationem census, id est, tributi, seu pensionis alicuius annuæ. Sed accipe censum pro dignatione, existimatione (vulgo reputatione) in qua quis est. Res quidem censetur, id est, cuius facultates & bona recognoscuntur, describuntur, æstimantur: ut Respubl. sciat, quantum quisque possit ad communes casus contribuere. Personæ quoque censentur, ut eadem cognoscat, quibus viri & ciuibus iulicia sit ac nitatur, atque sic recensitos, pro sua quemque virtute decorat, & dignatur honoribus. Vnde factum per translationem, ut census accipiatur pro pretio, in quo quis habetur. Quis alius Dei census quam æternitas? adu. Hermog. c. 4. Sic idem loquitur: Ecclesiæ deferunt census suos, id est, eo se maiore putant auctoritate valere, ceterisque præcellere, quo propius ad Apostolos accedunt, & intemeratam earundem doctrinam diligenter obseruant & obseruant. Quod metaphorice hic habes. Deferunt census suos, scilicet proprio verborum significatione dixit: in censum deducere prædica, l. 64. De aqua. re. domi. & Vlpianus, Iacuspiscarios & portus in censum deferre, l. 4. ff. de censib. Vultus nostrum, Dare per denumeramentum. Superius ostendimus Tertullianum Iuris admodum peritum fuisse, forensibusque delectari verbis & locutionibus, quibus Auctoris scripta redundant. Atqui hoc eodem significatum est Auctori frequentissima vox census. Sic supra Tom. 1. Apolog. c. 7. Census (inquit) istius disciplinae, ut eam ædidimus à Tiberio est. Item infra dicto lib. adu. Hermog. c. 33. Ex facto habet censum, & aduers. Praxean: totum cẽsum Monarchiæ. Cui similes etiam aliquot loci li. aduers. Valerianum. & Tom. 5. lib. de Monogamia: Atque ita census noster transfertur in Christum, &c. proinde videamus an id ipsum debeas huic quoque censui secundo; ac paulopost: in Christo nouans censum, & iterum: non enim passiuus tibi census in illo est.

185. sicut Smyræorum Ecclesiæ habens Polycarpum, &c.] Sic B. Irenæus (vix etiam Quintinus adnotauit) de Polycarpo scribit. Et Polycarpus non solum ab Apostolis edoctus, & conuersatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea qua Smyrnis est Ecclesiæ constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra etate. Multum enim perseuerauerat, & valde senex gloriosissime & nobilissime Martyrium faciens exiuit de hac vita, dicto c. 3. lib. 3. quibus addit ibidem Feu-ardentius, locum hunc Irenæi reperiri apud Euseb. li. 4. Eccles. hist. c. 13. item alterum de eodem Irenæi fragmentum lib. 5. c. 19. Denique eiusdem Martyrium li. 4. c. 15. Meminisse ite eiusdem Polycarpi & Ignatij frequentier Epist. ad Antiochenes: immò & ad ipsum epistolam ab eo scriptam. His & ego superaddo, ad Polycarpum proinde pertinere admonitionem illam ad Angelum Ecclesiæ Smyrææ, que habetur Apoc. 2. Hæc dicit primus & nouissimus, &c.

186. sicut Romanorum Clementem à Petro

ordinatum ædit.] Est hic tradat Clementem à Petro ordinatum, non tamen hinc sequitur (quod tam en adnotauere Quintinus & Macerius) Clementem à B. Petro fuisse primum Pontificem, quum ordinatio Clementis nihil obset quo minus à B. Petro etiam Lino & Cleto ordinati fuerint, & sufficiat huic insinuat, quod Clemens ab Apostolo Petro ordinatus sit. Certe tertio dumtaxat loco illi Clementem successisse ipse Auctor testatur infra Tom. 4. li. 3. Carminum aduersus Marcion, in hæc verba:

Hæc cathedra Petrus, qua fœderat ipse, locatum Maxima Roma, Lino primum confidere iussit; Post quem Cleto & ipse gregem suscepit ouilis, Quem sequitur Clemens à Petro postolice benè notus, Huius Anacleus successor forte locatus:

Euaristus ab hoc rexit sine crimine legem: Sextus Alexander, Sixto commendat ouile.

Quæ omnia eò adduximus, ut magis constet de Tertullianis sententiæ, qui non modo omnes iam nominatos Pontifices, & eorum successores usque ad Anicetum enumerat, sed disertis verbis Alexandrum à Petro Sextum fuisse adserit; ut inde constet non solum inter Episcopos, sed Papas Romanos qui in cathedra Petri successerunt, haberi debere Lino & Cleto, idque ante Clementem, quippe qui alicuius in omnis Alexander nō sextus, sed quartus dumtaxat foret. In quo Auctorem sequuntur inter Græcos Epiphanius her. 2. 7. & Latinorum B. Damasus Papa, Pontific. c. 2. 3. ac 4. Rufinus Prologo in Epistolam Clementis ad fratrem Domini, & B. Hieronymus Catal. script. Eccles. Clementem quartum à Petro constitutum, interpositis inter vtrumque Lino & Anacleto, iuxta versionem ex Sophronio, aut potius Lino & Cleto iuxta emendationes Latinos codices MS. & Damasum, Auctorem Chronici chroniconum, ac Platinam, reliquos denique media etatis & posteriores Historicos Latinos. Quæ sententiæ quum confirmetur Martyrologij Bedæ, & suardi, ac Romano (atque adeo verissimiliter Eusebij & Hieronymi, è quibus desumpta sunt) certè omnino Lectori Catholico, qui Romanam Ecclesiæ matrem fidei suæ agnoscat, amplectenda videatur, vixote quæ festa æque celebret Lino Papæ xxij. Septembris, ac Cleto Papæ 26. Aprilis, atque Clementis Papæ 23. Decembris. Pro qua etiam faciunt illi, qui cum Lino Anacleto præponunt Clementi, eisdem substituentes Euaristum, quippe quum pro iisdem habeant Cleto & Anacleto: nempe B. Irenæus lib. adu. hæres. 3. c. 3. Euseb. histor. Eccles. lib. 3. c. 2. 4. & 13. lib. 5. c. 6. ipsi Irenæi verbis, ac in Chronico, & Nicephorus histor. Eccles. lib. 3. cap. 2. Partim denique B. Clemens (si emendati sint codices) Const. Apostol. li. 7. cap. 45. qui Lino ante se meminit, & B. Ignatius ad Mariam Cassibolitanam, qui Anacleto ante Clementem meminit. Quamquam interim & Epiphanius, & illi omnes, Græci existentes, atque adeo Latina Ecclesiæ successione non tam pronidè examinatos in hoc fallantur, quod vtrique vnum dumtaxat faciunt, aut Cleto, uti ille, aut Anacleto, quem admodum alij, cui Clemens successerit. A quibus non multum dissentiunt BB. Optatus & Augustinus, qui Cleto prorsus omisso, Anacleto solummodo recensent, in hæc tamen nostram, eamque probabiliorè adprobantes assertionem, quod Clementis successorem faciunt Anacleto, non prædecessorem. Verum præter expressam Tertulliani eadem de re assertionem, B. Damasus Pontific. cap. 5. Cleto ab Anacleto distinguit, quod ille Romanus ex patre Emiliano fœderit an. 12. hic verò Græcus & Atheniensis, ac patre natus Amiocho, annis 9. Deinde Anacleus ipse vtrique sua

Epistola Decretali suum antecessorem Clementem vocat: denique Ecclesia Romana separatim festum Anacleti Papae & martyris in Bedae, V. Inardi, ac Romano Martyrologio observat xii. July. Restat difficultas, quomodo hæc constare possint cum eo quod refert ipse Clemens epistola 2. ad Iacobum: Alphae nempe, qui esse Dorothæo in Synopsi, idem fuit, qui Symeon cognominatus, Hierosolymorum Episcopus existit) fratrem Domini se Romæ à Petro ordinatum his verbis: Clementem hunc vobis Episcopum ordinavi, cum eo quod B. Hieron. Vbi supra: Tamestis (inquit) plerique Latinarum secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clementem. Ad quam non aliud mihi videtur respondendum, quam quod responderant partim B. Epiphanius loco supra citato, partim Rufinus Prologo in dictam Epist. & Ioannes Papa tertius, siue iuxta Marianum Scotium, Leo 2. epist. ad Episcopos German. & Gall. & Haymo de Christianorum rerum memoria, ac post eos Vincentius Bellouacensis, hist. lib. 10. cap. 22. & B. Antoninus, Summae histor. part. 1. Tit. 6. §. 3. ac Auctor Chronici chronicorum: Nemini nempe mirum videri debere, quod ante Clementem Linus & Cletus Episcopatum adsumpserint, tum quia sicuti Clemens, sic & illi contemporanei fuerint Petri & Pauli Apostolorum, tum quod non potuit Urbs Roma sine Episcopo esse: Atque adeo Linum & Cletum, non solum Episcopali officio functos (ut hodie Romæ Episcopi Cardinales) sed B. Petro ad alias terras ablegato (quod mihi referri videtur ad Claudij tempora, quum exsulari Romæ in Ipsi sunt Judæi, è quorum numero Petrus) aut prädicationis gratia Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, Asiam subinde visitante, primò Linum, inde eo mortuo aut absente & Cletum, etiam Pontificis Summi Papæ Romani munia exercuisse: Deinde post SS. Petri & Pauli obitum, Clemente recusante, ac discedente, & secedente (iuxta quod, inquit Epiphanius, in quadam Epistola eius, & quibusdam Commentariis reperimus) aut utrumque, aut certè Cletum in Romana cathedra sedisse, & post eorum obitum, Clementem rursus coalitum esse ad suscipiendum Romani Episcopatus onus. Hactenus ad verbum ferè ex Epiphano, præterquam quod ego adserere non ausus fuero, quod ille adsererat, Linum Petro superuixisse, tum ob verba illa Clementis ipsius, Constit. Apostolicarum li. 7. c. 45. Post mortem verò Linii, Clemens à me Petro constitutus est Episcopus, si modo (de quo dubitare me facit vicinitas dictionum λίνος, & ἐπιού, siue ἐπιού), ac si verum debeat post mortem meam, quemadmodum legitur eiusdem Epistola 2. ad fratrem Domini) emendati sint codices Græci, è quibus translatio facta est; tum quod non satis consentire cum Fastis Consularibus annos Consulatum à B. Damaso recitatos, quibus sederint Linus, Cletus, Clemens & Anacletus, quidam adnotarint viri eruditi. Quamquam ut verum fatear, præter illud Clementis nihil obstrare videam, atque adeo totus eam in eorum sententiam, qui non Cletum modo Petro superuixisse existimant, sed & Linum. Nam præterquam quod exstant libri duo, Lini Papæ titulo, citati iam olim ab Antonino Summ. hist. part. 1. Tit. 6. c. 4. §. 1. & à Trithemio Abbate de Martyrio Apostolorum Petri & Pauli, quos non nisi post obitum eorum conscripsisse potuit (nam fortassis aliquis illos Egesippo potius adscripsit cuius eadem penè verba sunt lib. 7. de Excidio, Hierosolymitano, eo quod ibi nulla mentio certaminis B. Petri cum Simone Mago, ex quo Antoninus quadam adlegat, & quod potissimum ab illo conscripsi recitat Auctor Chronici chronicorum) certè B. Damasus & Epiphanius locis citatis eorum sententiam. Immo etiam Eusebius in

Chronico an. primùm Christi 70. Neronis 14. Linum Petro successisse tradit, & deinde Lino Anacletum (quem nos Cletum dicimus) non modo in Chronico, sed etiam dicto c. 13. li. 3. eiusdemque anno 12. eidem successisse Clementem. Item Nicephorus Eccles. hist. li. 3. c. 2. & alij plerique histori, qui Linum sub Vespasiano, Cletum sub Domitiano, Clementem, & Anacletum ac Euaristum sub Traiano passos scribant. Quò etià pertinere videtur illud B. Hier. Catal. Script. Flustrium, qui tertio anno Traiani passum scribit Clementem. Pro eodem facit quod & Optatus & Augustinus his verbis: Sedit prior Petrus, cui successit Linus; non enim quis succedere dicitur desinito, aut desuncto. Denique quantumvis ob discrepantiam Consulatum à reliquis differat, & præsertim de Ceto, Omphrius in Plainam, & in Chronico, Petro superuixisse scribit Linum saltè ad mensures passum eodem anno quo Petrus sub Nerone, Capitone & Riso Coss. Verum de hoc aliàs latius, si det otium Deus, aliquando conscribendi Chronica Ecclesiastica. Paulopost autem siue legas cum excusis: ab Apostolis desciverunt, siue cū M.S. Anglico discesserunt, perinde est. 187. ad vitæque formam. Tertullianus (inquit Quintinus) hic duas proponit exceptionum seu præscriptionum formulas aduersus hæreticos, in quas profectò Gnostici, ne nunc quidem quid habent quod replicare valeant. Altera ducitur à defectu successionis, & altera sumitur ab argumento mutua dissensionis. Signa sunt duo longè certissima per que mox omni procul dubitatione cognoscimus, videntur sint Ecclesiæ constitutæ, quas Apostolicas & Catholicas habere, sequi, venerarique debemus, & extra quas non est salus. Imprimis Ecclesia, que seriem successionis Pastorum Presbyterorumq. suorum ad nos usque continuam ducit ab Apostolis, aut Apostolicis Viris, ea sola dicenda venit Apostolica & Catholica Ecclesia. Tã patet & euidentis est hæc Tertulliana positio, ut nec ab hæresi cæcatis obscura sit. Quis enim negare possit Apostolicum, quod ab Apostolis processit ordine continuo fluxum? sed apud hæreticos non est aliqua talis ordinatio succedanea, qui nec Episcopos, neque Presbyteros apud se ferunt, sed laicis sacerdotalia munera iniungunt, & laicos de Presbyteris faciunt. Inferius cap. 41. ponit hoc ipsum Tertullianus. Apostolica non est igitur istiusmodi conscientia, vel Ecclesia. Iam tamen Episcopi viderint, ne non sit in eis & inter eos Apostolica successio. Planè non esse, Lex Apostolica videtur pronuntiare in Can. Apost. 29. & 30. Instar edicti cuiusdam successorij, sunt in Ecclesia designati gradus & modi quidam succedendi; contra quos, immò præter quos, non succeditur, sed hæreticas inuaditur seu occupatur. Secunda Catholica & Apostolica fidei nota in dubitabilis est, concors & vna omnium sanctorum Patrum sic sibi succedenti doctrina, dum diuersi sapiunt, & sentiunt vnum, idemque per omnia concorditer atque semper docuerunt. Que nunquam fuit, nec est, in hæreticis concordia, ut nec in Philosophis Gentium de rerum principiis vna fuit inquam sententia. Ista duo sibi vendicare quum non possint hæretici, ergo non sunt Christiani. Pnde sic vitæque forma præscribitur eis, Catholica societatis Symbola tria vidimus in c. 20. supra singulariter illa quæque nostrum concernunt.

188. Scilicet ob diuersitatem sacramenti. Rectè intelligit istud Maceræus de sacramento fidei in Baptismo, de quo latius infra in iusto lib. de Baptismo: quod quum ab hæreticorum confessione fidei diuersum sit, rectè diuersitas sacramenti hæreticis hic impunitur. Alioqui certè multa repeririuntur apud hæreticos & Catholicos eadem sacramenta.

C A P. XXXIII. 189. Adhibeo super hæc, ipsarum doctrinarum recognitionem & c.] Titulum huius capituli ponimus: Quod ex hæresibus quas Apostoli damnarunt, reliquæ omnes exortæ sint. 190. ab iisdem Apostolis & demonstrata & ceteratæ.] Sic omnino legendum pro: ceteratæ. Præterquàm enim quod Tertullianus, de ceteratæ, pro abiurare usurpat, uti diximus lib. de Idolol. supra Tom. 2. n. 157. Vbiunque de abiuratione diaboli in baptismo, uti & hic (nam à diabolo esse hæresis infra profectur cap. 40) vocabulo ceterandi vitur, quemadmodum latius supra eodem Tom. li. de Spect. c. 2. n. 185. Neque verò id ego primùm, sed etiam ante me Quintinus: De ceteratæ (inquit) significat hic ceteratæ, nisi legere vis ceteratæ. Est autem ceteratæ, siue ceterare, rei cuiuspiam renuntiare, rem repudiare, consutare, prorsus abiicere. Apud Ciceronem, ceterare iniquum sibi fortis, ceterare iniquam totam provinciam, id est, recusare; sic hæreticis ceteratæ, id est, propulsatæ, resutata, detestata. Nam & qui sancto aliquo iurcirando testatur aut detestatur aliquid, ille ceteratæ dicitur. 191. Nam & sic facilius traducerentur.] Alia hic significatione accipitur traducere, quæ supra tradiciones c. 22. proprie nempè. Nam traducere (inquit Rhen.) proprie est ignominie causa aliquem publicè circumducere, li. 4. adu. Marc. Vti traduceret (inquit) eas. Ergo illis traduxisse debuerat, & c. Verum traducere hic idem est ac si dicat: inanes ostenduntur. Simili etiam significatione pro publicari dixit Auctor infra Tom. 5. lib. de Eug. in persecut. Non traditus autem traduci habebas? Ergo dum nolèdo tradi, non vis traduci, nolendo negasti, quod te traduci noluiti. 192. Paulus in prima ad Corinthios Epistola, & c.] Sic ex M.S. Vat. cod. &: Hæc opinio prima (pro propria) Sadduceorum. De quibus alitque, qui resurrectionem carnis infringunt, latius infra cap. 45. 49. §. 1. & lib. de Resurrect. carnis, quemadmodum de defensorum Circumcisionis & legis Hebrione, c. 48. de nuptiarum interdictoribus Marcione & Apelle, rursum c. 51. de dicentibus resurrectionem iam factam Valentiniæ, & eorum Genealogiis, cap. 49. de Hermogene, l. sequenti, vbi ex Isidoro & Hieronymo ipsa hæc verba citabimus, de Nicolaitarum & Simoniana Magia, cap. 46. denique de negante in carnem venisse Christum Marcione, & filium Dei Hebrione non agnoscente, vbi supra. 193. Eon ille nescio qui, & c.] Etiam hic retinui: qui, vocem Tertullianicam, pro eo quod Quintinus substituerat: quis. Qui sic in hunc locum scribit: Valentianos istos Eones iamque nos aduigimus in cap. 7. supra. Tertulliani, nec non Irenæi diebus, Eonica ista fabula supra modum vexabat Ecclesiam Christi; propterea necessum fuit, ut sancti scriptores indicarent ista nominatim: non enim potuissent aliter nugæ resutare. quod Irenæus fecit integro primo libro, Tertullianus etiam lib. contra Valentianos. Irenæus istum Octonarium primùm, vnde processerunt Eones reliqui, declarauit in c. 5. dicti libri, quod vobis eius verbis apud Epiphanius referemus, ut vel hinc deridiculis homines deprehendatis. Huius octo adis, id est, octonarij dualitas primò est innominabilis (ut ait) & quicquid est eius, inenarrabile est. Istius tamen coniugationis primæ masculus ab eis nominatur Βύδος, sœmina Σίρη, id est, profundum & silentium. Si sœminam Vis habere Latinarum, dicas taciturnitatem. Secunda dualitas hinc

emittitur, Νῆξ & Αλήθεια, Sensus (siue Mens, nisi mas primus esset) & Veritas. A duobus istis generantur Λόγος & Ζῆν, id est, sermo & Vita. Nec sunt in se iudicandi, à quibus producuntur Ἄρθρος & Ἐκκλησία, Homo, & Ecclesia. Deinde Genealogia decem atque duodecim Eonum procedit ab istis. Quæ sunt istæ (quæ ego genealogia? & unde probantur? & abalam vides nugæ: istam, qualis nunc & in Gnosticis, quum de sacramentis garrunt, nihil quàm Spiritus, & fœdas loquuntur. 194. noui & non vnus nominis, & c.] Hoc dixit quia vi infra lib. adu. Valentianos: Βύδος ille primus Eon vocatur etiam ἑλειος, ἢ ἄρχη, ἢ ἀρχαγγέλιος, & ἀρχοπότης. Quomodo etiam sua (ut ita loquar) Ἰχθὺς, non σὺν δὲ μιᾷ ταῖς (quam nimis liberè substituit hic Quintinus) sed & charis. quare placet communis lellio: è sua charitate, quam etiam agnosuit & interpretatur Maceræus. 195. Ioannes verò in Apocalypsi, & c.] Ex hoc libro, & eo quod sequitur mox: At in Epistola, indicat eundem esse auctorem & Epistolarium Ioan. 1. & 2. & Apocalypsis, atque adeo B. Ioannem Apostolum & Euāgelistam. Nam in secunda legitur: Qui non confitetur Iesum Christum venisse in carne, hic est seductor & Antichristus. & in prima cap. 2. Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Verum quum planè sit similis locus infra Scorpiaco adu. Gnosticos, illic tractatū de Apocalypsi, & maxime in li. adu. Marc. differimus, hic vero epistolam secundam eiusdem esse Ioannis cum Tertulliano adserimus, contra Erasmi opinionem contrariam nã imprimis in Canone sacrarum. scripturarum tres Epistole recentur à Synodis Apostolorum, can. Vt. Laodiceo c. 59. ac Carthaginiensi 3. cap. 47. & BB. Athanasio in Synopsi, Gregorio Nazianzeno inter pia carmina, August. de doct. Christi. l. 2. c. 8. Innocentio Papa I. epist. ad Exuper. Gelasio, c. Sancta Romana Ecclesiastem Rufino in Exposit. Symboli, Cassiodoro diuinarum lectionum lib. 1. Damasco de orthodoxia fide lib. 4. cap. 18. Isidoro Etymol. lib. 6. cap. 1. & Hierano Mauro nostro de Instit. cleric. lib. 2. cap. 53. & lib. 3. cap. 7. Deinde citatur hæc 2. Joannis Epistola à Patribus Carthaginiensibus Synodi sub B. Cypriano, aliisque Patribus, & nominatim ipso B. Hieronymo epist. ad Gerontiam de Monogamia, vbi eundem Ioannem huius Epistole auctorem facit, & Apocalypso: quam lib. 1. adu. Iouinianum disertis verbis adfirmat conscriptam à Ioanne Apostolo & Euangelista in Pathmos relegato, & Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 7. cap. 20. videtur agnosere tamquam eiusdem Ioannis Apostoli equè secundam & tertiam ac priorem epistolam. Quomodo etià Origenes Præfat. in Matth. solummodò adiciam dubitationem quorundam. Atque adeo etiam intelligendum B. Hieronym. Catal. Script. Eccles. tamquam qui ex aliena persona loquatur, patet tum ex eodem in Papiæ, tum maxime ex Prologo in Biblia ad Paulinum; vbi simpliciter sine hesitatione aliqua inter reliquas noui Testamenti scripturas, tres Ioannis Epistolas commemorat. Quid? quod exstant etiamnum Clementis Alexandrini in 1. & 2. interprete Cassiodoro, ac Didymi Alexandrini in tres Ioannis Epistolas breues Commentarij, quorum hic quadam secundæ Epistole dicta cum priori Epistola concordare velut ex proposito nititur. 196. Caiana hæresis dicitur] Quid Caiana hæresis Tertulliano, infra etiam tractabimus latius lib. Scorpiaci initio, eo quod B. Hieron. lib. adu. Vigilantium eam hæresin Cainam, seu potius Caianaram, dictam adserat, potissimum autem lib. de Baptismo cap. 1. vbi legitur: quæ

dam de Caiana hæresis viperâ venenatissima.

197. angelis feruens.] Rectè hoc de Simoniana Magia dici patet infra cap. 46. & latius multo, libro de Anima, ubi aduersus opinionem eius de Anima agit; atque adeo locus iste notandus, ut intelligat Lector, quam Angelorum feruorem seu religionem impugnet Apostolus, Coloss. 2. contra calumnias hæreticorum nostri temporis. Quod etiam pertinet Apellis hæresis de angelo creatore.

C A P. XXXIII.

198. Hæc sunt, ut arbitror, genera doctrinarum, &c.] Capiti huic inscriptionem damus: Quod in primis illis hæresibus, etiam reliquæ posteriores prædamantur sint.

199. Nemo alterum Deum, &c.] Hæreticorum proventus (inquit Quintinus) sue progressum vides, de quibus illud è Philosophica schola dicitur quam verissimè, Parum error in principio maximus est in fine. Bis in Synodo Gangræsi declarare conabamur, vulpes istas inuicem caudis colligari, scilicet, vnius alicuius hæreses reum, paulatim fieri reum ceterarum, totumque demum comburi. Sunt enim concatenate. Nostrorumque temporum probabimus hoc exemplis, in Synodi Proœmio, versu. Et alia multa; & initio canonis 12. Verum de Marcionis, Apellis, & Valentini hæresibus infra latius. Hic hoc solum dicemus ex Quintino, quod vnius Aeonis vitiū intelligat Ektroma, de quo supra cap. 7. & infra latius lib. adu. Valentinianos. Quid autè contra eiusdem hæreses teneat Ecclesia Romana, c. 36. infra docet: Vnum (inquit) Deum nouit creatorem vniuersitatis; & Christum Iesum ex virgine Maria filium Dei creatoris, & carnis resurrectionem.

200. qui Deum sic quoque voluerit æmulari.] Quintinus substituerat: noluerit, quantum apparet, existimans: æmulari hic accipi sicuti infra cap. 38. num. 217. & cap. 40. quum dixit: ipsas quoque res sacramentorum diuinorum diabolus æmulatur; nempe pro imitari. Verum accipitur hic pro: per inuidiam contendere, eadem significatione qua alibi æmulatio accipitur ab Auctore pro inuidia, qua etiam dixit eodem capite 40. profana & æmula fidei, quemadmodum & alibi, æmulus Deo. Atqui ex Quintino & Macereo legimus paulopost: eas dicere fuisse non possunt, pro eo quod aly dumtaxat: fuisse non possunt.

201. aliquanto expolitiores, &c.] Audis (inquit Quintinus) hæresis tudes primùm, deinde facta expolitiores. Ab annis quadraginta sic etiam notari ceperunt hæreses, ut quanto quis in Gracitate, & Latinitate nescio qua peritior exstiterit hæreticus, tanto plausibilior atque receptor fuerit. Purè, tersè, mundè loquitur. Inde sectatores istius eloquentiæ colligunt, Ergo pura, tersa, munda est hæresis. Admodum reprehensibile est graues etiam Theologos istius humane facundie verbis & elegantialis efferrî. Num bona sit dictio, quaerunt. Atqui meminisse nos oportet, quod nulla est in aliquo Christiano bona dictio, que pariter non sit in Christo Iesu benedictio. Bonas istas dictiones, & Rhetoricationes relinquamus Cresconis Grammaticis, ut fecit Augustinus. Sacra sincerè tractantibus non conueniunt, ut neque matrona cerussa, neque boui carmina.

202. habendo cum eis confortium.] Gelasius primus (inquit idem) Afer etiam simile cum Tertulliano scribit, inquiens: Quicumque in hæresin semel damnatam

labitur, eius damnatione seipsum involuit, 24. q. 1. c. 1. Eodem pertinent definitiones Concilii Chalcedonensis & aliorum, ubi expresse cænetur de semel definitis amplius dubitare non licere, sed cum illis, quorum sectantur hæresin, esse condemnandos, & participationem, ut loquitur Auctor, cum damnatiis hæresibus, id est, ut interpretatur Quintinus, iam damnatis, ut scilicet, quod scilicet, donatium, seditium, conductium. Cum quo ac Macereo & MS. Vatic. codic. legimus: nec ab Apostolis nominatæ.

C A P. XXXV.

203. His definitionibus prouocatæ, &c.] Tituli huic capiti damus: Quod hæretica dici non possunt Ecclesiæ Apostolicæ, quæ nihil cum hæresibus habeant commune.

204. hoc erit testimonium veritatis, &c.] Iterum repetit totius huius libri præscriptionem, quod veritas prior sit, mendacium posterior; & proinde quum priores sint Ecclesiæ Catholica, etiam veritate nitî, de quo supra latius c. 29. & 31.

205. Quam enim damnant, quasi extraneam &c.] Rhenanus, Quintinus ac Maceræus sic interpretantur, ac si velis dicere: quasi extraneam damnant. sed non est opus, si illud quod sequitur: ostendunt, referatur ad vtrumque membrum, hoc sensu: quam enim damnant, quasi extraneam ostendunt; quàmque non damnauerunt, tuam.

C A P. XXXVI.

206. Age iam qui voles curiositatem meliùs exercere, &c.] Huius capiti inscriptio est: Quod illæ solæ Ecclesiæ sint veræ, quæ Romanæ aliarumque Apostolicarum Ecclesiarum fidem sequuntur.

207. apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum suis locis præfidentur.] Facit hic locus contra eos, qui Cathedræ Apostolicæ in Romana Ecclesia nomen nolunt agnoscere, quam etiam in aliis Apostolicis Ecclesiis agnoscunt Tertullianus, & post eum B. Pacianus epist. 1. ad Sympronianum. Immo & in Romana tanquam aliarum matrice Veteres penè omnes, nominatim auctor lib. 3. carm. adu. Marc. ubi postquam mentionem cathedræ Petri fecit, in qua & ipse sedit, & alios post se sedere iussit, hæc subiungit:

Constabat pietate vigens Ecclesia Romæ; Composita à Petro.

Item D. Cyprianus epist. 40. de quinque Presbyteris: Deus (inquit) vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. & lib. de Vnit. Eccles. vnâ cathedrâ constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipiente sua auctoritate disposuit. ac: Primatus Petro datur, ut vna Ecclesia & cathedra vna monstreret. & qui Petri cathedrâ deseruit, in Ecclesia non est. Et verò eandem etiam ad successores se extendere idem indicat, epistol. ad Antonian. Cum Fabiani (inquit) locus, id est, cum Petri locus & gradus sacerdotalis cathedræ vacaret. Quod pertinet etiam illud Epistol. 55. Ad Petri cathedrâ & Ecclesiam principalem, vnde vnitatis sacerdotalis exorta est. Optatus item Milenitanus lib. 2. aduers. Parmenian. Negare (inquit) non potes scire te, in Vrbe Roma Petro primo Episcopalem Cathedrâ esse collocatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus. & paulopost: Cathedra vnica, que est prima de Ecclesiâ dotibus, sedit prior Petrus. Similiter autem Cathedrâ Petri, Romanam Ecclesiam appellant B. Hierony-

ronymus epist. ad Damasum, ac Catal. Script. Eccles. Prudentius in Laurentium, ac apud eundem B. Hippolytus, Profer in Carmin. denique Leo 1. Romanus (inquiens) caput orbis effectam per sacram B. Petri sedem. Quæ omnia èo adduximus, quia ad Petri, atque adeo Ecclesiæ Romanæ Primatus pertinent.

208. ipsæ authentica litteræ.] Authenticas (inquit Quintinus) litteras Apostolorum vocat, Apostolorum manu scriptas aut subscriptas, ut ab Aspiano dicuntur authentica tabulæ, authentica rationes, authenticum testamentum, quod distinguitur ab exemplo testamenti, l. 4. ff. Fa. Erisc. l. Vr. ff. de Testament. Vltus appellat originalia. Non dubito primarias illas Apostolicas epistolas ab ecclesiâ incredibili cura & religione fuisse conseruatas, tantumque non adoratas, ut etiam facile durauerim annis Tertulliani. Siquidem medij non sunt anni septies viginti inter Neronis imperium, ac regnum Seneri, quo Tertullianus florebat. Quintilianus aut epistolas Augusti se vidisse, quas Augustus sua manu scripserat, aut emendauerat, in c. 13. li. 1. Labebatur (v. minimus) ceterisimus à descriptis annis; nam fuit ille sub Domitiano. Plinius sub Vespasiano manum Tiberij Caique Gracchorum vidisse, annos fere post ducentos, ut ait in lib. 13. ca. 12. nat. hist. Tertullianus igitur vidisse potuit Apostolorum manus, & autographa; saltem suo tempore exstant adhuc integerrima. Neque magnam quid est, quod Plinius de ducentis annis refert. In archæis & grammatophylacijs Collegiorum, atque ciuitatum publica videntur instrumenta recentiorum, & quadringentorum annorum. Sodalitatem nostram scio seruare quadam supra quingentorum. Similis est autem locus infra lib. 4. aduers. Marc. Videamus (inquit) quod lac à Paulo Corinthi hauserint, ad quam regulam Galatæ sint rectorecti, quid legant Philippenses, Thessalonicenses, Ephesij, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Euangelium & Petrus & Paulus sanguine quoque suo insignat reliquerunt; habemus & Ioannis alumnas Ecclesias. Atqui (vii adnotat Macereus) non solum per amanuenses, sed & propria manu plerisque Apostoli Pauli epistolas scriptas fuisse constat, 1. Corinth. 16. Gal. 6. Coloss. 4. Thessal. 3. & Philem. 1.

209. Proximè est tibi Achaia, habes Corinthû.] Sic ex MS. Vatic. cod. pro: proxima, quia magis ad stylium Tertullianicum accedit. Corinthum in Achaia sitam patet, Act. cap. 18. ac 19. & 1. Cor. 16. ac 2. Cor. 1. 9. ac 11. Medio autem intervallo (inquit Plinius lib. 4. cap. 4. & 5.) quod Isthmò appellamus, applicata colli, habitatur Corinthus colonia, antea Ephyra dicta, sexagenis ab vtroque litore stadijs, è summa sua arce que vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pyrene, diuersa duo maria prospicitans. Achaia verò prouincia nomen ab Isthmo incipit.

210. Si non longè es à Macedonia, habes Philippus.] Etiam hoc patet Act. 16. Et inde (inquit) Venimus Philippus: que est prima partîs Macedoniae ciuitas colonia.

211. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum.] Id ipsum etiam indicatur Apoc. 1. Et mitte (inquit angelus) septem Ecclesijs que sunt in Asia, Epheso, &c. Quod haud dubie intelligendam de Asia minore.

212. si autem Italiae adiaces, habes Romam, &c.] Vatic. cod. MS. & Quintinus Romanam: sed placet magis illud, eo quod prius etiam sint enarratæ tres ciuitates in vna Ecclesia. Atqui calumnia Magadenbur-

gensum, qua hinc colligunt Romana Ecclesia non nisi in Italia iurisdictionem esse, potest responderi vel ex solo eo quod sequitur: vnde nobis quoque auctoritas præstito est; nobis, inquam, aut Catholicis omnibus, aut certè Africanis, quæ nempe (vii interpretatur Macereus) nostras Ecclesias defensenms. Quare rectè Quintinus: Ecclesiæ Romana (inquit) mox ut instituta fuit, auctoritas ante omnes, & per omnes æque gentes, maxima semper exstitit, etiam gentium Regibus, quos persequutores habebat, eisdem multum deferentibus, quod ex historia, quam de Sarmatensi peruersitate retulit, circa finem versus vltimi. Si verò quis non paruerit, in Proœmio dictæ Synodi Gangrænsis, apparet: Hunricus Attila, Gensericus Vandalus, Totila Gothicus, impietatum feces, & Flagella Dei verè nuncupata, nullo tamen non sunt honore dignati Pontifices Vrbs. illi duo Leonem primùm circiter annum Domini 450. Plinius Pelagium quoque primùm, anno Domini 556. Quam reuerenter loquatur hic Tertullianus de Romana sede, videmus. Cyprianus hanc postea nominauit Ecclesiam principalem, vnde sacerdotalis vnitatis exorta est, epist. 3. lib. 1. que in nostra editione est 55. Et cunctos ex Africa nauigantes hortabatur, ut Ecclesia Catholica matrem, & radicem Romam tenerent ac agnoscerent, epist. 8. lib. 4. num. 45. Hæc Africa de Roma sensu. Irenæus vtroque prior, pro sua Gallia non minus magnificum testimonium reddidit Ecclesiæ Romanæ, in cap. 3. lib. 3. quod superius iam citauimus in cap. 3. Irenæi verba sunt: Maxima & antiquissima, & omnibus cognita, & gloriofissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundata & constituta Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & adnunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cecitatem & malam sententiam, præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentioris principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, que est ab Apostolis, & traditio. Hæc Irenæus. Si non creditur his, ut antiquitate maximâ (fluxerunt anni pluresve minusve, mille quadringenti) sic & vite sanctitate summa suscipiendis & adorandis viris, frustra producerem turbam sanctissimorum clarissimorumque postea scriptorum, qui maioribus concinunt, & pro constantissimo tradunt, quod ab ipsis acceperunt, Petrum Romæ crucifixum, Paulum decollatum: Denique Romam esse caput omnium Ecclesiarum, qualem Iustinianus agnouit, & vbi que predicauit, epist. inter clara, cap. de Summa Trinitate. Et certè maiores illi visa penè prodiderunt, ut merito credendum sit eis. Irenæus (quod superius adnotabamus) scribebat anno Christi 177. dum Romæ præsideret Eleutherius. Petrus & Paulus vltimo Neronis anno passi sunt: hoc est, anno post Christum resurgentem 39. post natum 69. Sic ab Apostolorum martyrio distabat Irenæus scribens annis tantum 138. nec tamen illa scribebat. Quadragenarius enim, vel maior, missus est Romam ad victorem Papam per Ecclesiam Gallicanam. Quare non toti præterierant anni septuaginta, vel octoginta, quum fuit Apostolus vterque Romæ trucidatus. Aliquanto prius Egesippus idem scripserat sub Aniceto & Sotere Pontificibus, circiter annum Domini 169. & 170. Soteri successerat Eleutherius, Tertullianus ab hoc tempore non bene lapsis annis viginti docere cepit in Africa. Regens erat igitur in ho-

minibus Apostolici Martyrii memoria. Neque dubito superfluo tum qui viderant, illud maxime, quod hic Tertullianus de sancto Ioanne Evangelista memorat, qui propter incredibilia, quae per Asiam quotidie fiebant ab eo miracula, fuit ex Epheso vinctus Romam perductus, imperante Domitiano. Sapius ibi loci conuenisse fratres, & in Christi fide confirmasse, non est hesitandum; sic ut Roma primam suam, perpetuamque fidem debeat primis tribus Apostolis Christi, Petro, Paulo, & Joanni qui suo sollempni Martyrio sunt eandem Romae contestati. Demum iussu Domitiani comprehensus Ioannes, ad Urbis portam Latinam, tota Roma cum suo Rege subque Senatu spectante, tantam crudelitatem in hominem iam septuagenarium maiorem, in feruentis olei dolium pridie Nonis Maii demersus est: ubi quum diu permansisset illaesus, ad miraculum curas stupentibus inde fuit extractus. Innumeros etiam prodigiosa conuersos ad Christum fuisse, & alios in fide corroboratos (quod est verissimum) existimemus. Inde Ioannes ob assiduum verbi diuini testimonium (Roma simul & Epheso sibi interditiis) relegatus est in Insulam Pathmon, circa finem Imperij tam terra belua Domitiani, ut Irenaeus testatur, quem refert Eusebius in capite 18. lib. 3. histor. Plane superstites erant inter fratres non pauci, qui Ioannem viderant in dolio. Iam Phanatius aliquis heri natus, & a cunis ebrius totus, ex olei nescio quo suo caput efferens afluari, contra sanctissimos & purissimos, & antiquissimos istos sacrarum rerum tractatores atque scriptores (quorum testimonia hic citantur num. 207. 208. 213 & 214.) exhalans eructat Petrum non fuisse Romae, Babylonem esse Romanam Ecclesiam, meretricem sedentem super talentum, cathedram pestilentiae, & alia nefanda, quae de triumphantis in orbem tunc Urbis incredibili magnitudine, miscellaneaque gentium confusione vel de Romano ipso praedicantur, & in dies magis magisque vera videntur, Imperio, quod est illa terribilis & abhorrenda bestia quarta, Daniel. cap. 7. in Ioan. Apocalyp. vultus designatum. Quae si quis in Ecclesiam Romanam torqueat & euomat, naufragane totus ius ad hos putidissimas Mephyteis subuertitur stomachus? Si non iam certe precordis es infectissimis & corruptissimis corde, salustisque deperditissimae. Haellenus ille.

213. Statu scilicet Ecclesia.] Sic nunc primum legimus ex cod. Vatic. adiacentes Vocem Statu. Atqui magna (inquit in Adnotationibus Rhenanus) Laus Ecclesiae Romanae, quam omnes Veteres summe sunt venerati. Et in Argumento: Insigne (inquit) Epiphonema, cui simile est quod habet lib. 4. aduers. Marcionem, verbum nempe supracitatis num. 208. Ex quibus locis (eiusdem Verbis uti pergo) liquet, vnde Apostoli cognomen Pontifici Romano aduenit. Sed & in lib. aduers. Praxeum, & aliis item locis non obscure significat, quantum valuerit illo quoque auro Romano Praesulis iudicium, aliquid aut agnoscentis aut reuicentis. Huius Ecclesiae semper mansura auctoritas quantum orbi Christiano profuerit, dum dogmatum concordiam sarram tectam praestat, ac vndique pacem conseruat, haec turbulenta tempora abunde docent. Quae praecipue causa Veteres Imperatores olim mouit, ut istam sedem scilicet Constantinus priuilegiis, Iustinianus, & Gothorum Principes, qui primi ex Germanis Romanorum Reges exstiterunt, Italiae & Prouinciarum Domini, atque hos sequenti Langobardi, praeiis amplissimi-

mis; Carolus Magnus, Ludouicus Pius, atque Rudolphus Habzburgius, terris ac profana ditone exstulerint, auerunt, atque ordinarunt. Denique idem Rhenanus initio lib. aduers. Praxeum: vbi Episcopi Romani Tertullianus, & litterarum pacis ab eo reuocatarum meminit: Adtende (inquit) summam Romani Pontificis auctoritatem, etiam illis temporibus, dum aliquid aut recipit aut damnat. Hinc illud Ammiani Marcellini lib. 15. de Constantio Augusto & Liberio Pontifice: Nam Auctoritate, quae potiores aeternae Urbis Episcopi firmari desiderio nitentur ardenti. Quibus addit etiam verba ipsius B. Irenaei paulo ante numero 212. a Quintino adlegata. Quae omnia hic transcribenda existimauimus contra calumniam alteram Magdenburgensium, quae dicunt Felicem duntaxat hic dici Ecclesiam Romanam, non autem primam; atque aded Primatum Ecclesiae Romanae non agnitiuam a Tertulliano. Verum contra eos faciunt tum supra verba illa: vnde nobis auctoritas praesto est, tum aduersus Praxeum: reuocatio illa litterarum pacis, tum: cathedra Petri appellatio, de qua supra num. 207. tum denique quod etiam in haeresi lapsus, Pontificem Maximum Episcopum Episcoporum nuncupet, lib. de Pudicitia, Tom. 5. infra. Et vti id ex Tertulliano descriptis verbis haberi non possit, certe sufficere debet eadem aetate supradicta B. Irenaei, quem ille maxime fecit, sententia, & deinde B. Cypriani, etiam a Quintino adnotati loci. Quibus accedit apertissimus item locus lib. de Unitate Ecclesiae: Primatus Petro datur, & cat. vii supra a nobis citatus est num. 207. Ad quem Cypriani locum etiam aliorum Veterum locos similes citatis, Adnotation. num. 14. scilicet etiam in epistol. 45. num. 6. 55. num. 27. 35. ac 90. & in epistol. 67. num. 11. 68. num. 17. 71. num. 19. 72. num. 3. 76. num. 29. Quarum si ipsa etiam verba quis requirat, praeter Neoterios Auctores ibi citatos, licebit etiam consulere Fou-ardentium in dictum cap. 3. lib. 3. Irenaei, & Sanderum Anglum de Pisibili Monarchia lib. 7. Vbi etiam plura aliquot testimonia potissimum mediae aetatis & posteriorum seculorum reperire est, atque Caluini aliorumque nostri temporis haereticorum, qui veritate conuicti negare non audent Romanum Episcopum primum omnium sacerdotum semper habitum fuisse. Eodem etiam pertinent quae inquit a nobis citata sunt Cypriani & aliorum Patrum testimonia hoc ipso capite supra num. 207. 208. & 212. & quae de hoc argumento scripta est eruditissima Illustriss. Cardinalis Hosij Epistola.

214. cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine profuderunt, &c.] Similis locus ad verbum penes ex lib. 4. aduers. Marc. supracitatus est num. 208. Infra quoque Scorpiato aduers. Gnosticos: Vitas (inquit) Caesarum legimus, orientem fidem Romae primum Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruce astringitur. Tunc Paulus Romanae ciuitatis consequitur facultatem, cum illic martyrii renascitur generositate. Atqui eorum martyrii Romae praetera meminerunt B. Linus Papa lib. duobus ea de re conscriptis, Clemens Papa non vno in loco, Egesippus lib. 7. de excid. Hierosolym. Dorotheus in Synopsis, Hieronym. Catal. Scriptor. Eccles. Ambrosius & Augustinus frequentissime, Orosius lib. 7. cap. 6. Eusebius in Chronica & histor. Eccles. lib. 3. cap. 1. Vbi etiam martyrii genus explicans adserit, quod ad extremum

tremum capite deorsum verso, (sic enim perpeti cupiebat) Petrus cruce suffixus sit; quod adludit Auctor dicens: vbi Petrus passioni Dominicae coequatur. quem in hoc imitatur Nincephor. lib. 2. capite 36. vbi etiam quo supplicio Paulus affectus sit, adserens: Paulum vero (inquit) gladio feriens occidit eodem tempore eodemque die. quod ipsum his verbis significat Auctor: vbi Paulus Ioannis exitu, hoc est, vti recte transfudit Macerens, eodem mortis quo Ioannes Baptista plexus est exitio. nam Auctori vstratam vocem: exitu, pro exitio, supra Tom. 1. adnotauimus lib. ad Scapulam, cap. 3. ad illud: in illo exitu Byzantion. De quo ad hunc locum alludens haud dubie, in haec verba laetus Michael Glyca hist. sua Byzant. part. 3. Nero (inquit) imperij Princeps, primus persequi Christianos cepit, & duos summos viros interfecit, vti nonnulli quidem historici volunt, vno eodemque die, verum (sicui inter cetera Prudentius) diuersis annis, vti Eusebius autem Pamphili F. memoriae prodidit, & anno eodem, & eadem die. Quintianum Tertullianus, vir apud Romanos illustris, & Caius scriptor Ecclesiasticus, & Dionysius Corinthi Episcopus, simul & eodem tempore Petrum & Paulum Martyrio suo doctrinam Christianam obsequasse scribunt, anno videlicet Imperij Neronis XII. aut, vti alij, XIII. saltem anno Imperij eius ultimo. Quid quod etiam ante illos Nincephorus hic adludere videtur, quum dict. lib. 2. cap. 37. haec verba, quae in genere tantummodo Euseb. lib. 3. cap. 24. historiarum monumentis, ipse Tertulliano adscribit: & Paulus quidem Romae capite plexus, Petrus autem crucifixus esse eodem tempore traduntur; quorum denique uterque Caius & Dionysij Corinthiorum modò citatorum etiam ipsa verba adlegant.

215. vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in oleum igneum demersus, &c.] Adit Apostolus, ad distinctionem Ioannis Baptista, de quo prius. Atqui hic adludit B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iovinian. Refert (inquit) Tertullianus, quod a Nerone missus Ioannes Euangelista in feruentis olei dolium, prius & vegeter exierit, quam intrauerit. Quod pertinet etiam illud eiusdem de Ioanne in Math. cap. 20. Sed si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus fertur quod ipse propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus sit in Pathmon insulam, videbimus martyrio animum non desuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Legimus autem cum MS. Vatic. cod. quid dixerit, pro didicerit, & ad dimus: quid tertio loco: quid cum Africanis, &c.

216. aqua signat, spiritu sancto vestit, Eucharistia pascit.] Primum hoc Baptismi, secundum Confirmationis, tertium Eucharistiae, Sacramentorum efficientiam significat, de quibus mox lauius cap. 40.

217. martyrio exhortatur.] Vt MS. cod. & Quintinus martyrium sed illud placet. Eius autem etiam facit mentionem Auctor propter refragatotes martyriorum Gnosticos; aduersus quos scriptum est quod infra est Scorpiacum.

218. de papuere fici, &c.] Quod Varro de re Rust. lib. 1. cap. 4. fermen vocat & granum, hic Auctori peculiariter papauer fici dixit. De caprifico demique, id est ficu siluestri, vide Plinium lib. 15. cap. 19. Atqui sic qua

sequuntur, distinguo: degeneres veritatis (adiciunt enim cum Genitius solet Auctor coniungere) grano & mendacio siluestres, sive, vti Quintin. grano mendacij. est enim perinde.

C A P. XXXVII.

219. Sic haec ita se habent, &c.] Hoc caput infirmum: Quum scripturae Christianorum sint, & haereticis alienae, minime ex illis cum haereticis disputandum. De quo lauius supra cap. 15. scilicet etiam cap. 21. de Regula fidei (nempe eadem, de qua cap. 13.) quam Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit. Legimus enim omnino accepit, pro: tradidit. Item: ad inuendam de scripturis prouocationem ex MS. Anglico, pro eo quod substituerat Rhenanus ad eandem. Super quo monet Quintinus: Tertulliani (inquit) sententiam diligenter obserua. Haerests non a Catholicarum scripturarum fide prouenit, sed a primata superbi cuiuspiam hominis peruersione, qui credere sic vel sic elegit, in opinionem suam detorquens scripturas, & non se scripturis obedienter subiciens. Cum talibus ergo non est de scripturis aliquid agendum vel tractandum.

220. sine scripturis.] Reddit rationem Rhenanus, quia carent scripturis, propriis nempe. Ego vero refero ad probationem sine scripturis; quippe quum Auctor nullis ad hoc scripturis vtiatur, sed solummodo ea praescriptione qua sequitur.

221. Si enim haeretici sunt; Christiani esse non possunt.] Similiter dixit supra cap. 7. quod haeretici & Christiani? & 14. quum autem nondum crediderunt, non sunt Christiani. & 16. scilicet quia non est Christianus, similes autem locos reperire est B. Cypriani lib. de Vnit. Eccles. & Hieronymi initio libri contra Luciferianos. Quare & Theodosius Junior ac Valentinianus tertius Legem iulere, (qua exstat leg. 6. cap. de haereticis) qua vetant haereticis Christianorum nomine vti, sed ab Auctore sceleris quod sequuntur, nomen fortiri volunt.

222. quid in meo agitis non mei, &c.] Tertullianus (inquit Quintinus) vbi se in iure prodit exercitissimum fuisse. Ipsissima iuris verba sunt: Quid in meo agitis, quid seminatis, quid pacitis in alieno? Cur limites, hoc est, terminos meos moues? fontes meos: aquam scilicet meam transfueris? Cur syluam meam caedis? mea possessio, prior possideo. Lego autem bis: mea est possessio, quod priori loco solus praetermisit Quintinus. Pulcre autem adnotat Rhenanus omnia illa esse inuadentium, & aliena bona occupantium.

223. habeo origines firmas ab ipsis auctoribus.] Auctor (inquit idem Quintinus) apud Iureconsultos dicitur is, cuius res erat, a quo rem nobis emimus, aut alio modo quouis habemus. Hinc Auctorem laudare, auctori denuntiare, & auctoritas, ipsum ius Domini. Instrumentum auctoritatis, id est, venditionis. Venditor est auctoritatis obligatus. Quae verò sequuntur, pura sunt vltimarum voluntatum seu testamentorum verba, Testamento caute, fidei committere, exhaereditare, &c. Quibus adde etiam adiuramentum, & heredes adiurari solent ad testamenti executionem, & abdicare. Atqui de fideicommissio la-

ius suprà lib. I. ad Exorem cap. I. num. 6.

C A P. XXXVIII.

224. Illic igitur & Scripturarum, & expositio-
num adulteratio, &c.] Capitis huius, quod materi-
e eiusdem respectu paulo prius inquitur quam Quintinus,
hæc est titulus Quod scripturarum & expositionum
adulteratio hæreticis, non catholicis tribuenda
sit. Atqui etiam phrasia est Iureconsultorum: instru-
menta doctrinæ, sunt: & corruptela instrumen-
torum.

225. detractio, vel adiectione vel transmuta-
tione. Hæc tres modos commemorat, quibus adulterare
scripturas solent hæretici: de quibus latius suprà ca. 17. nu-
105. Et quæ illud: Quod iunus, hoc sunt, &c. sic in-
terpretatur. Macerius: Nam proficitur nobiscum scriptu-
re fidem, professionem & vivendi modum, idque ex quo
illud initium cœperunt, etiam antequam aliter diceretur
aut crederetur, quam nos Divinus aut credimus.

226. antequam interpolarentur.] Interpolare
(inquit Quintinus) est formam novam veteri cupiam
rei dare. Vestimenta nova, & vestimenta interpola si-
ne interpolata opponuntur in Romanorum Legibus l.
45. De contrah. empt. l. 37. De edil. edi. ff. Hinc inter-
polatio, id est, antiqua forma renouatio & immuta-
tio Scripturæ interpolantur, quando lectio quæpiam
nova & insolita proponitur, in Ecclesia non assecta; vel
sensus alius adfertur, quem prius catholica non audierit,
ne admiserit Ecclesia. Qui pro ineffabili Deo, vel an-
gelo, Iouam dicit, aut Genium, similiæque transfor-
mas, informiter scripturam interpolat. Omnium ta-
men deformissimè, qui verbum veritatis & substantia-
lis, atque realis existentia, refert cum nefanda sensus
inuerfione ad exterius quoddam rei signum seu signifi-
catum: Hæc est corpus meum: id est, significat. Apo-
stolos non satis eruditos fuisse, neque disertos credunt,
ad tradenda nobis mysteria, docendaque sacra quæ didi-
cerant à Christo; propterea verborum proprietates, quin
& ipsa verba commutant ac transponunt. Quædam
quidam tradiderunt atque docuerunt Apostoli (sicut
aiunt:) Hos tamen adiuuandi vel supplendi, vel etiam
corrigeni gratia (preterior cuiusdam Iuris instar) intro-
ducunt alias sacramentorum formas, & novos fidei
tradita modos. Modos autem tres interpolandi iam
præmissi. Addit mox & alios duos: Alius manu
scripturas, alius sensu expositiones interuertit.

227. veniens utique ex causa æmulationis.]
Idèd (inquit Quintinus) Tertullianus adserit hæc hæ-
reticos æmulari Apostolos, hoc est, ambitione plusquam
Sathanica tentare, & conari per temeritatem propriam
facere, quod Apostoli, Christo iubente, fecerant in sa-
cramentis Christiana religionis instituendis. Et quia se
superiores Apostolis videbant esse humane sapientiæ ver-
bis, in noua fidei regula docenda volebant inferiores habe-
ri, quam obrem dicuntur Apostolos æmulari. Quod autem
quis æmulatur, id anterius est, & æmulantem præ-
cedit, & vetus est quod interpolatur. Ergo traditiones
Apostolicæ præcedunt æmulatores & interpolatores
istos. legitur illa verissima. Fictitium est quicquid postea
sequitur est. Hæc sincerè Catholica Tertulliani sententia,
propter quam explicandam paulo longius digredi mihi
visum est.

228. Neque enim si Valentinus, &c.] Diverse
sunt (inquit idem Quintinus) istorum duorum hære-
ticarum sententiæ circa Biblias & sanctas scripturas
admittendas, de quibus commodius in tractanda hæreti-
corum historia dicitur. Marcion de veteri Testamento ni-
hil recipiebat, & de nouo quadam decerpserat, ac in duos
libros descripserat, ex Evangelio Luca, reiectis aliis, &
ex aliquibus Epistolis Pauli Apostoli, resecans ex ipsis
quicquid suæ doctrinæ non conueniebat. Hæc est omnia sine
dubio negare. Propterea dicitur hic quod Marcion ma-
chæra confecit eadem scripturarum. P*i* s*ilicet*
aperta & publica de medio repulit scripturas. Machæra
enim est gladius magnus, & planè bellicus, Stylus instar
est parue cuiusdam columæ, acuminatus, & habens
micronem. quo cultelli genere vltus est cautillimè
Valentinus in scripturis omnibus confingendis,
quarum paraphrasen quum pro libitu suo ageret, nihil
non proponebat, quod scripturis suis non comprobaret. Idèd
Stylo dicitur vltus in auferendis scripturis. Inter Rhe-
toras verò (ut hic scias nomihil dici metaphoricè) stylus
est ipsa structura sermonis & orationis. Addit autem
Rhenanus, quas scripturas de Instrumentis sacris resecet,
nempe Acta Apostolorum, Apocalypsin, Evangelij Luca
& Paulianarum Epistolarum partem.

C A P. XXXIX.

229. Hæc sunt ingenia, &c.] Huius capitis in-
scriptionem fecimus: Quod in hoc Virgiliocento-
nas & Homerocentonas imitentur hæretici. Imi-
tatur autem B. Frenæum (quod etiam transcripsit Epi-
phanus) qui Valentini fabulas lib. I. cap. I. aduers. hæret.
Homerocentonas appellat. V*is enim* Homerocento-
nibus Tragici, sic Varii scriptura sacra detortis sententiis
abuntur ad sua signa hæretici. Verum de hoc infra
num. 231. & 234.

230. de spiritualibus nequitia, &c.] Paulus (in-
quit Quintinus) Ephesos armari iubet armatura Dei
contra spiritualia nequitia in caelestibus, Ephes. cap.
VI. Vocat autem spiritualia nequitia in caelestibus,
aërios quosdam malignos spiritus, nocendi nobis au-
dos atque potentes. Aër dicitur etiam caelum. Dæmo-
nes autem quidam feruntur in aère habitare. Sic Dæ-
monia vocantur hic spiritualia nequitia in cele-
stibus. Quod Ambrosius alicubi explicare volens,
inuertit ac dixit: Aduersus nequitias spiritualium.
Mentio fit de quamplurimis in scriptura spiritibus; ma-
los hic intelligimus; è summo caelo (de quo Dominus apud
Esaiam cap. 66. Cælum mihi thronus est) præcipitatos; alios
in aëre, alios in terram. Appositi sunt isti ad errores
& fraudes, & quibus hæreticorum ingenia procedere, do-
cerique Tertullianus adserit hic, & in cap. sequ. Alios au-
tem spiritus, rudentibus inferni deuictos in tartarum
tradidit Deus cruciandos, 2. Pet. 2. Inferi sunt isti, &
subterranei spiritus.

231. Vis hodie ex Virgilio fabulam, &c.] Quin-
tinus: Vides sed reliqui omnes rectius illud. Sicut verò
legas: in totum, an simpliciter: totum aliam, iuxta
primam editionem, perinde est. Istud tamen probatur
cum Rhenano, qui figuram esse Græcam adnotauit, quia
stylus est Tertullianus. Qui subiungit: Circumfertur
(inquit) Proba Falconia titulo opusculum huius generis ex
Virgilio cõiunctum (etiam excusum Basileæ an. 1576.) &
alterum ex Homero incerti Auctoris Græcè. Quod quidam
etiam

etiam Proba vindicare conantur. Refert etiam B. Isido-
rus Hispalensis, Pomponium quemdam nobilem Poëtam
consimili studio multa ex Virgilianis versibus adunasse,
V*is adnotat* Sicut Senensis in Euang. Bibl. sancta lib. 4.
Verum de omnibus hiis B. Hieronym. Prologo ad Pauli-
num in Biblia: Quasi (inquit) non legerimus Hæmo-
rocentonas & Virgiliocentonas, ac non sic etiam
Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia
scripserit:

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna;
Iam noua progenies cælo demittitur alto.

Et patrem loquentem ad filium:

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.

Et post Verba Saluatoris in cruce:

Talia præstabat memorans, fixusque manebat.

Puerilia sunt hæc (vnde & fabulam Auctor vocat) &
Circulatorum ludo similia. Atqui adèd rectè etiam aman-
natur scriptum illud Falconia tanquam Apocryphum
(V*is ante me* adnotauit Quintinus) cap. Sancta Romana
Eccles. dist. 15. quod Decretum est S. Gelasij Papa I. Ad-
notat idem tolerabiliorem esse Ansonium, qui Theodo-
stij sui nuptias (diu tamen post Tertullianum, contra
quem ipse sentit) hoc otioso compilationis genere celebra-
uit, etiam sponsa cum sponsa congressum, Virgilij metris ex-
hibens.

232. Denique Ouidius Geta Medeam Tragœ-
diam, &c.] Prima editione legebat Rhenanus Ouidius;
cui consentit Politianus, hunc locum citans, antequam ex-
cusus esset, Miscell. lib. 1. cap. 59. dicens eam laudari à
Tacito & Quintiliano; quin etiam Gesnerus in Biblioth.
& Lycosthenes ac Smilerus in Epitome eiusdem, Ouidij
Medeam Tragœdiam adscribunt; item Libellus de
laudibus Cæsaris, lingua Getica conscriptum: vnde non
mirum si Geta vocetur ab Auctore, maxime quum è
libris Tristitum & de Ponto constet illum exulasse in humo
Getica, Vbi & facit litoris Getici mentionem. Quod
etiam accedit magis MS. Vatic. cod. lectio: Offidius.
Solum hoc videtur obsistere, quod etiam adnotat Politi-
anus, mirum videri quod Ouidius Virgilio cõiunctus,
ex eo Medeam Tragœdiam expressisset. Sed quidni id
faceret, qui argumentum librorum Æneidos 10. versi-
bus expresserit, quantumque illum fecerit, hæc præstatur-
cula indicat:

Quantum Virgilius magno concessit Homero,
Tantum ego Virgilio Naso Poëta meo.

Locum Taciti est Dialogo de Claris Oratoribus: nec Vltus
(inquit) Asiij aut Messale liber tam illustris est, quam
Medea Ouidij, aut Varij Thyestes. Quare non placet
Vulgata lectio Offidius Geta, quam primus substituit
Sigismundus Gelenius, quantumuis etiam sic legant
Quintinus & Macerius: atque adèd rursus reposui: Oui-
dij. Nam saltem Ouidij Medeam olim existisse ex
Tacito, & Quintiliano manifestum est. An verò Ouidij
Nasoni, an alterius Ouidij Getæ, liberum relinquo
Lectori iudicium: hoc vnum censeo, si diuersus sit, etiam
librum illum Getica lingua conscriptum, de quo suprà,
non Ouidio Nasoni adscribendum, sed Ouidio Geta.

233. Meus quidam propinquus ex eodem Poë-
ta, &c.] Oportet fuisse hunc etiam Auctorem aliquem
insignem, quippe qui dicat explicatam ab eo Cebetis
Pinacem (quod nos Lainè Tabulam dicimus) inter ce-
tera styli sui otia: Hoc est (vii rectè interpretatur Mac-
reus) Vbi à reliquis maioris momenti scriptis otatus est.
Atqui Cebes Thebanus scilicet Pythagoricus scripsit Dia-

logos tres, è quibus primus Pinax seu Tabula inscriptus,
iam olim in Italia, Gallia, & Germania excusus, & in
pictura etiam expressus, in quo depingitur iter ad virtu-
tem & voluptatem, & domus Verusque.

234. Homerocentonas etiam vocare solent.]
Suprà num. 231 aliquid de his dicere cepimus: Nunc hic
addimus, ab aliis adscribi potius Endoxia Iunioris Theo-
dosi conungi, quæ (Zonara teste) easdem prius à Patricio
quodam inceptis absoluerit, & in ordinem redegerit. Quæ
liber excusus iam olim fuit Basileæ anno 1541. cum di-
ctis Virgiliocentonibus, & postea ab Aldo, Græcè
dumtaxat titulo Ομροκέντωναες. Post deinde (inquit)
dictiones & nomina dispersim posita colligentes transfe-
runt; similia facientes eis, qui controuersias sibi metipsis
quaslibet proponunt, post deinde conantur & Homeri-
cis versibus meditari eas; ita ut Idiota putent ex illa
temporali declamata controuersia Homerum Versus eos
fecisse, & multi abducuntur per compositionem sequen-
tiam Versuum, ne forte hæc Homerus fecerit, &c. Vbi
etiam aliquot Homerocentonas recitat de cane in-
fernali misso ab Eurystheo ad Herculem, quos compendij
gratia omittimus.

235. more centonario.] Quando quid (inquit Quin-
tinus) ex bene connexis, probeque sibi coherentibus ali-
qua de re verbis (prosa, carmen de sit, haud refert) in fra-
gmenta quædam disiungitur, atque distrabitur, ex quibus
alterius post argumenti coniungatur & connectatur ora-
tio, diuersissima prorsus à primi scribentis intentione; La-
tini vocant hoc genus consarinationis, Centonas. P*ri* pu-
to; metaphoricè, à genere quodam vestis deiræ ianè
veteris, atque discisse, quæ Variis ac rudibus diuersorum
pannorum assuturis postea resarcita est. Hæc nominatur
Centon. Orthographiam Græcam non moror, Vna lit-
tera & productiore. Nam κέντωναες dicunt.

236. & utique fecundior diuina literatura.]
Obuius est omnibus (inquit idem Quintinus) similis locus
in generali B. Hieronymi Bibliorum Præfatione ad Pauli-
num, cuius initium: Frater Ambrosius; in quo scribit
ille: Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas
post seculares litteras venerint, & sermone composito au-
rem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei
putant, nec scire dignantur, quid Propheta, quid Apostolus
senferint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia,
quasi grande sit, ut non vitiosissimum docendi genus,
deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam
trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocento-
nas & Virgiliocentonas, &c. vti suprà n. 231. Nos verò fe-
rimus Rhetoriculos nescio quos, & admiramur ac lauda-
mus, Vbi de Grammaticorum subfelliis duos pedes exilierint,
ad exercendas quasdam suas phantasias novas, impudenter
& impie detorquentes sacratissima verba scripturæ. Gno-
sticum pridem legi, qui de cibis, de votis, de sacramentis,
& in summa quicquid antea fuit, & hodie est controuer-
sum, de libris Aug. frustratim consarinarat, ut non aliud
in Augustino legens, na diceres Augustinum sensisse loca
verò consulas, imposturam detestaberis. P*ri*terius adhuc in-
quit idem) iam non scholasticæ excurrat, narrabque vo-
bis ab Epiphano propositam (sed ab Irene sumptam cap.
I. lib. I.) sanè quam maxime propriam, quamque conue-
nientissimam rei tam nefarie comparationem; dicit ille
contra Valentinianos: Præpotentem quempiam Regem
mandasse fongas, ut sua sibi de gemmis electissimis &
pretiosissimis exprimeretur imago. Per fidos autem gem-
marum mox affabrè connexis, & inuicem compactis

Lapillis, ad vinum sic expressa est; ut omnes in ea regem venerarentur. Artificio postea novo, neque difficili, circulator quispiam gemmas illas immutavit, inerti, atque transpositas in canem seu vulpem deformavit, interim vociferans: Hæc Regis imago. Certè qui Regiam novere formam, præterquam quod non adveniuntur, Regis inde maiestatem ledi gravissimè contestantur, & impostorem quarunt ad supplicium, sed interim simplices falluntur, ac splendore viso gemmarum, necnon formæ novæ pretio tam raro, quo perstringantur oculi videntium, facile pro Rege, quicquid adornatum sit, honorare se debere credunt. Hæretici gemmas Evangelicas & Apostolicas in suas Pseudangelicas Institutiones, & Catechesis apostolicas, arte simili transferunt. In quibus nostros quidem lapillos regios (qui fons, aut oculus erant, os, aut nasus) loco suo motos agnoscimus planissimè, sed à sacrosancta Regis effigie per execrabiles istos inverteores, ac teterrimos intervertores ad illustrandam suæ vulpis, canisve caudam, iactatione plusquam circulatoria, detractos. I nunc, & ab antiquis Ecclesiæ Christi patribus tam religiose commonefactus, istos circumforaneos nebulones admirare, quæ sua sunt querentes, atque prædicantes, blaterones adinde, & per emendicata miserè procedentes suffragia (sicut est in Scholarum Proverbio) sectare. saluti homo quisquis es deploratissima, qui talia facis, viuens, videns, atque volens, te perditum visis. Dominus noster Iesus Christus à tam fragoroso & horribili præcipitio conseruet suos ac retrahat. Amen.

237. ipsas quoque scripturas sic esse, &c. dispositas, ut hæreticis materias subministrarent, &c.] Posteri (inquit idem Quirinus) gratia sanè & pereleganti Metaphora; quæ huc respiciat, scripturam vocarunt ceream, eiusque ceream nasum dixerunt, quia posuit ad libitum quocunque flecti. Tam facile est enim, immo facilius est, ad res profanas & impias probandas detorqueere sanctam scripturam, quam facile est ex pedibus ac semipedibus, aut penhemeribus Vergilianis, epithalamia seu quidvis aliud, in unum congerere.

CAP. XL.

238. Sed quaritur, à quo intellectus, &c.] Caput hoc inscribimus: Quod sicuti res Sacramentorum diuinorum Diabolus amulatur, ita & sacras scripturas hæresibus attemperat, atque aded ab Idololatria hæresibus non differant. Atqui inter non numerabiles (inquit Quirinus) spiritualium novæ loci, id est, astutias, fallacias, veritates, denique nequitas, quibus homines à Deo seducere conantur, una est omnium fallacissima & insidiosissima, dum quicquid Dominus Deus in hominum salutem constituit, invidus hoc spiritus amulatur, & suos insinuat. Hic Tertullianus profert in exemplum tam Veteris Testamenti ceremonias, quam novi Mystéria atque sacramenta, quorum modos & operationes diabolicæ iste Sannio diuinorum Simius operum, exercendis cultibus suis admiscere gestit.

239. ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum, &c.] Quæ hæc sacramenta diuina, mox Sacramenta Christi nuncupat, utpote de novi Testamenti Sacramentis agens, de quibus paulopost latius, ubi varias alias eius vocis acceptiones etiam apud ipsum Tertullianum indicauerimus. Alibi enim proprio significatu dicitur (Sacramentum enim Festo dicitur, quod iurif-

iurandi sacratione interposita geritur) pro iuramento quod Deo in baptismo prestamus; nempe Tom. præcedent. lib. ad Martyr. cap. 3. num. 3. 2. lib. de Spectac. cap. 24. num. 185. lib. de Cor. milit. eundem num. 3. & vi. & supra hoc ipso libro, vii. num. 126. adnotauimus ad illud: eundem Sacramenti vna traditio: & num. 188. ad illud: ob diuersitatem Sacramenti. infra quoque hoc Tomo lib. de Baptis. ubi de eo latius. Deinde pro signo quidem sacro, sed quod allegoricum sit, aut figura futurorum duntaxat. Prioris generis est illud lib. i. aduers. Marc. infra: Utique manifestauit & Christianissimi generositatem in filio Abrahæ ex libera nato allegoriæ habere sacramentum. & lib. 3. adu. Marc. Immo & in ipso nominis sacramento, ac dicto lib. de Baptismo, c. 13. fidei sacramenta. Posterioris illud libri eiusdem. Hæc figurarum sacramenta si tibi displicent, item quod supra est cap. 11. lib. adu. Iud. Adhuc huius ligni Sacramentum in Regnorum legimus celebratum; & infra lib. 5. adu. Marc. cuius rei figuram extranei sacramenti intepretatur. Alibi quod propius huc accedit, more scripturis Veteris Testamenti vstitissimo (ubi Sacramentum veritatis, quod Græcè est: $\mu\upsilon\sigma\eta\tau\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$) pro Mystero, idque non solum Christiano, sed etiam ethnico, & Iudaico, & hæretico. Siuui enim infra lib. 2. aduers. Marc. dicitur: arida & ardentis naturæ (solum nempe) sacramenta Leones Mithræ: sic lib. 4. adu. eundem: Religionis Christianæ Sacramentum; ac lib. de Anima videt & audit sacramenta, denique supra Tom. i. Apolog. cap. 19. totius Iudaici sacramenti, ac inde etiam nostri Item Scorpiato infra: arcana illa hæreticorum sacramenta; & lib. adu. Valen. cap. 31. Qui tantum sacramentum etiam eludendo prodiderunt. ac cap. ult. magno nomine sacramentum. Et verò etiam ut omittamus Veteris Legis Sacramenta quæ B. Augustino teste in Psal. 73. significabant duntaxat saluatore, non verò, uti nouæ Legi dabant (salutem) poterat eodem modo verti à nostro interprete illud Apostoli Pauli 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores Sacramentorum Dei; pro eo quod voce Græca in Latinam Coloniæ recepta legimus, Mysteriorum Dei, utpote ex quo loco peti debeat prima Sacramentorum noui Testamenti mentio, quia inde docent veteres interpretes Sacramentorum noui Testamenti dispensatores fuisse Apostolos, eorumque successores: Episcopos & Presbyteros. Quod adludit haud dubie, simul etiam nominis Mystery rationem indicans Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 23. in hæc verba: Ad eundem profectò modum, & qui in primordiis Ecclesiæ certos ritus prescripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentioque Mysteries suam serauerunt dignitatem. Neque enim omnino Mystery est, quod ad populares aut vulgares aures effertur. hæc est ratio cur quedam citra scriptum tradita sint. Nam & traditione sola acceptas ab ipsidem Apostolis plerasque Sacramentorum formas nulli dubium est. tunc factum est, ut quæ Græcis & quibusdam Latinis Patribus dicuntur Mystéria B. Ambrosio, Basilio, ac Chrysofomo non semel, aut mystica symbola eidem Basilio hom. 13. ad populum, siue exhort. ad Baptisum, aut diuina mysteria Origeni, hom. 5. in Numer. aut Mystagogia Cyrillo Hierosol. Orationibus quinque, à Latinis Patribus vocentur Sacramenta, quemadmodum Tertulliano tum hoc loco, tum iis qui de Sacramentis separatim infra citantur, & B. Cyrillio, Hilario, Ambrosio, Augustino, Prospero locis paulopost citatis. Quare rectè etiam Concil. Nicen. can. 14. & apud

apud Chrysof. Variis locis interpretes Sacramenta transfulerunt, ubi Græcè $\mu\upsilon\sigma\eta\tau\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$, aut simile quidpiam, fuit & apud Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl. 1. ubi Sacramentorum noua legi à Christo institutionem ab Apostolis promulgatam insinuat. Necessario (inquit) primi illi nostri Sacerdotialis Ordinis duces, quum ex summa super substantialique Deitate ipsi sancti muneri plenitudinem percepissent, & id ipsum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate miseri essent, ipsique ut qui transfissent in Deum, posteros ad diuina prouehere paulatim cuperent, visibilibus signis celestia sacramenta texerunt. Ex quibus prouide verbis constat non nuda esse mysteria seu signa, sed diuina, sed celestia, id est, celestem diuinamque gratiam conferentia. Ut prouide non noua, sed iam ab Apostolis ipsis accepta ea Sacramenti definitio, qua dicitur, non semel ab Augustino Sacramentum visibile signum inuisibilis gratiæ. Quamquam interim magis clarè vim Sacramentorum significet, quod descripsi partim ex August. lib. 19. contra Faustum, partim ex B. Cyrillio iam olim B. Jfidorus Etymol. lib. 6. cap. 18. & post eum Hrabanus lib. 1. Instit. Cleric. cap. 24. Ob id Sacramenta dici, quia sub tegumento rerum corporalium virtus diuina secretius operatur saltem, nempe à secretis virtutibus vel sacris. Ita enim August. Sacramenti vis inenarrabiliter valet plurimum. Et B. Cyr. serm. de Baptismo: Verborum (inquit) solemnitas, & sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus Apostolorum sacerdotum ministris adhibita, visibile celebrant Sacramentum. Rem verò ipsam Spiritus sanctus format & efficit, & consecrationibus visibilibus inuisibiliter manū totius bonitatis auctor apponit; & plenitudinem gratiæ vntionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti confirmat & perficit. Porro quod habet August. Epist. 118. cap. 1. & alibi frequenter, Dominum nostrum Iesum Christum Sacramentis numero pauciff. obseruatione facillimis, significatione præstantiss. societatem noui populi colligasse, referendum ad septem Sacramenta Ecclesiæ, in qua quum competat quicquid de Sacramentorum virtute diximus, oportet etiam ut verè sint Sacramenta Christiana. Horum sex numero hic enumerantur ab Auctore: tinctio, id est, Baptismus; expiatio delictorum, quæ ad penitentiam spectat; signatio in frontibus, quæ in Confirmatione fit; panis oblatio Eucharistica, summus Pontificatus siue sacerdotium, reliquos in se septem sacros ordines continens, & nuptiæ siue Matrimonium. Quibus haud dubie etiã Extremam vntionem infirmorum adieciisset, si ethnici equè atque precedentia in usu fuisset. Verum de singulis adnotabimus veterum Patrum locos, à quibus Sacramenta seu mysteria nuncupantur, de virtute eorumdem suis quibusque locis dicturi, ubi de illa ab Auctore tractatur latius. Hoc vnum adiciam ex Quintino: Quod Celsus Christianus Mithræ sacrificia obiecerit, tamquam qui inde omnes suos ritus sumpsissent, iuxta Origenem lib. 6. contra eundem Celsum. Qui respondet illos à Christianis potius desumpsisse. Quid si & ille ad septem Sacramenta Ecclesiæ adluserit, septenas obiciens scala Mithræ: a portis?

240. Tinguat & ipse quosdam, &c.] Quod tinctio Baptismi Sacramentum diuinum Christianumque amulabatur diabolus, tam in Isaiis, quam in Mithræ, vide infra latius ab Auctore tractatum lib. de Baptismo, quod etiam tractatum differimus

de locis Veterum, qui Sacramentum nuncupat, ad illud Auctoris: Felix sacramentum aquæ nostræ. Atqui illis verbis: utique credentes, imitatur illud B. Jusini Martyris adu. Tryphonem, ubi initiati ei credentes perhibent, loco supracitato supra de Cor milit. nu. 207. qui ibidem etiam ad tinctioem adludit, quum posimitatos scribit Prophetiam Isaiæ 33. & aqua eius fidelis.

241. expiationem delictorū de lauacro reprobmittit, & sic adhuc inquit. Videtur hoc pertinere ad secundam initiationem Mithræ, eo quod addat: & sic adhuc; atque aded intelligendum illud: de lauacro, more Tertulliano, pro: à lauacro, siue post lauacri. Plura enim initiationis genera illic vstita fuisse, ex sequentibus patet. Maxime diuinum Iustinus Martyr contra Tryphonem, ex Isaiâ etiã hæc verba citet, quæ illi sunt imitati: Anima vestra meditabitur timorem Domini, & populus virtuosus; quare & expiationem peccatorum reprobmittent. Atqui de huius sacramenti partibus & efficacia latè tractat Auctori infra Tom. 2. lib. de Penit. ubi videat lector totius libri Adnotationes nostras. Etsi verò disertis verbis rarò Sacramentum vocetur à Patribus, Tertulliano non nisi hoc loco, certè eodem pertinent hæc Synonyma: Salubre remedium, à B. Cyrillio lib. de Opere & elem. salutatis medela, lib. eiusdè de Lapsis, in qua nomen Dei æquè atque in Baptismate operatur, B. Ambrosio lib. 2. de Penit. Ecclesiæ mysteriū, B. August. homil. 27. inter 50. hom. qui addit lib. de Adult. coniug. cap. 28. eandem esse reconciliationis & baptismatis causam. Similiter etiam coniungit B. Hieron. epist. ad Heliod. potestatem clauium cum ea quæ est conficiendi corporis Christi, & trium Charismatum, Baptismi, Chrismatis, & ligandi atque solvendi, B. Pacianus epist. 1. ad Sympronianum. Quis prouide etiam animarum medicos sacerdotes vocat, tum ibi, tum libro de Penit. & confess. cap. 10. imitatus in hoc Tertull. supra lib. de Penit. & Origenem hom. 1. & 2. in Psal. 37. Verum pluribus hic non est opus, quod Confessionis & Calumniæ Sacramentum agnoscunt Penitentia, hoc addito, quod etiam hic manus impostio sit signum visibile, gratia inuisibilis quæ per absolutionem confertur.

242. Mithræ, &c.] D. Hieron. lib. 1. Comment. in Amos (inquit Rhenanus) Prophetam, ait: Mithram, sub eodem numero aliarum literarum ethnicis esse, quem Basilides hæreticus portento nomine vocet Abraxam, qui sit omnipotens Deus secundum Græcas literas, & annui cursus numerum in solis circulo contentum. Idem lib. 1. adu. Iouinianum, tradit Mithram & Erichthonium, iuxta Gentilium fabulas, vel in lapide vel in terra, de solo estu libidinis esse generatos. Ad idem sit nescio. Sed ceremonias, quibus aliquis initiaretur Mithræ, satis prolixè describit Tertull. noster in fine lib. de Corona milit. Tom. 2. Quum Mithræ miles (inquit) in spelæo in castris verè tenebrarum initiatur, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimū martyrii, dehinc capite suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si fortè transferre, dicens Mithram esse coronam suam; atque exinde nunquam coronatur. Id quod in signum habet ad probationem sui, si cubi tentatus fuerit de Sacramento; statimque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Hæc illic. Quæ verba paulo prolixius citauimus; quo facilius intelligas quod hic dicit: & sub gladio redimit coronam. Porro Mithræ leones adf-

gnabant. Vnde in lib. 1. adu. Marc. Sicut aridæ & ardentis (inquit) naturæ sacramenta Leones Mithræ philosophantur. De quo plura ex eodem Rhenano supra Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 11. num. 106. cum adpendice nostra, num. 107. & 108. Item lib. adu. Marc. 1. infra ad locum citatum num. 239. Quibus adde quod hic habet Quiminius: Histrionatu pari (inquit) nescio quis Mithra prophanauit Euangelicæ fidei nostræ sacra. Non aliter enim Christiani suo Christo nomen dabant, quam suo Mithræ milites initiabantur, hoc est, se dedicabant se consecrabantur. Ibi, tamquam lauacri sancti baptismalis (addo: & confirmationis siue consignationis in fronte) & Eucharistiæ, & conf. sionis atque remissionis peccatorum, denique Martyrij mimos agerebant, ut hic Tertullianus, & in sine lib. de Cor. militis adstruit. Angelus tenebrarum sic se transformare solet in angelum lucis, atque ita suis sanctis homines, & ipsum Deum deridet. In Synodo Gangrensi docebam continentias & abstinentias hæreticorum, pristorum seniores & austeriores olim fuisse, quam Verè Christianorum tunc erant. Aloran (id est, præceptorum collectio per insælicem Machumetendatorum) nihil quam ieiunia, orationes, eleemosynas, peregrinationum susceptiones, amorem Dei summum crepat, operum supplicia, præmiæque futura minians. Et se modò Gnostici præ ceteris, innocentia morum, simplicitate vite, pura fide, multa in pauperes benignitate, (pauperes inquam sectæ suæ, sicuti suis insit Mahumetes) extollunt & iactant. Quid agas? Impostores & plani sic res vilissimas deaurant, sic floribus integunt olivæ serquuliniæ, melleque prælimunt venenorum pocula. Christus à tam periculosus, & sine Christo non evitabilibus technis conferuet suos. Fortè quis de Mithræ scire cupit, qualenam fuerit hoc demonis genus. Audi Suidam se describentem: Μίθρας ἠνέχευεν οἱ Πέρσαι Ἐννα τὸν ἄλιον καὶ τὰ τὰ ἴδουσι πρὸς τὴν θύσαν. ἔν τῳ ἐν ἐς ἄπτεν ἀψώσουτὸς τῆς πλεθῶναι, εἰμὴ δὲ τῶν βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων, δέξει ἑωυτὸν ἑσπὸν καὶ ἀπιδῶν. Id est: Mithram Perse nominant solem, cui multas sacrificant hostias. Huic autem nemo potest iniuriari, nisi per quosdam gradus adfectionum, & adpetitionum suarum cohibitorum atque domitarum eò peruenierit, si que sanctum demonstravit, & animi perturbationibus carentem. Non dissimilis Apathia queritur in sacerdote Christiano. sed hæc Mithræca Iudibræ non se continuerunt in Perside sola. Poëta Latini meminere Mithræ non semel. Post tempora Constantini Magni colebatur adhuc in Alexandria, cuius templum dicebatur Mithrion. Ex sostrate cap. 2. lib. 3. & cap. 16. lib. 5.

243. Signat illic in frontibus milites suos.] Hoc ad imitationem pertinet Sacramenti consignationis siue confirmationis, de cuius variis nominibus, ritu, & effectibus infra latius lib. de Baptif. cap. 8. ac lib. de Resurrect. carnis; hic tantum de Sacramenti, seu Mysterij, seu spiritualis signaculi, siue mystagogiæ seu sigilli Dominici (quæ in idem recidunt) appellatone, quæ tam apud Patres frequens est, ut vix sit reperire tot locos de Baptifmo aut Eucharistia, de quibus tamen nemo dubitat. Talis est imprimis locus ipsius Tertulliani infra lib. adu. Praxean, ubi dicit: Christus dictum ab vnctione Sacramento; & alius similis, dicto cap. 8. de Baptif. Similia apud BB. Dionys. Areopag. Eccl. hierarch. cap. 4. P. acianum lib. de Baptif. August. lib. 1. contra Donat. cap. 19. ac 20. & super Psal. 141. Ambros. cap. 7. lib. de his qui initiantur mysterijs, ac lib. 3. de Sacram. cap. 2. item Cyrillum

Hierosol. Cat. mystag. 3. B. Cornelium denique Papam, epist. ad Fabium Antioch. apud Euseb. lib. 6. cap. 36. & apertissimis verbis B. Cyprianum epist. 72. ad Stephanum Papam, ubi plures eiusmodi locos videre est Adnot. nostr. num. 4. Est vero hic visibile signum, consignatio in fronte, inuisibilis gratia spiritus sancti septiformis, quæ confirmantur in fide per baptismum accepta fideles.

244. Celebrat & panis oblationem.] Habet id ipsum Iustinus Martyr. Apologia ad Anton. Pium. Quod quidem etiam in Mysterijs atque initijs Mythræ fieri docuerunt per imitationem pravi demonis: Quod namque panis & poculum aquæ in sacrificijs eius qui initiatur, ponatur verbis quibusdam additis: ἔστω ἑυλόγων τινῶν, aut certe scitis, aut cognoscere potestis. Hoc verò illi etiam ex Isaiæ verbis sumpserunt citatis ab eodem Iustino adu. Tryphonem: Panis dabitur ei & aqua fidelis. Atqui de oblatione panis, eiusque non communis, sed (teste priori loco Iustino) Verè incarnati illius Iesu carnis & sanguinis, siue sacrificio Christiano supra latius Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. & lib. de Calus. semin. cap. 11. num. 65. Atqui nemo vnquam dubitavit de Eucharistiæ sacramento, vii etiam adnotauit cap. 3. lib. de Cor. milit. To. preced. sed infra latius Tom. 5. adu. Marcionem.

245. & imaginem resurrectionis inducit.] Quæ ceremonia vsi sunt in Mysterijs Mithræ ad imaginem resurrectionis, nõ ita atque de reliquis constat. Habent interim etiam istud ex verbis Isaiæ 33. à B. Iustino citatis: Regem cum gloria videbitis, cum hoc in resurrectione futurum Christum Matth. 24. significet.

246. & sub gladio redimit coronam.] Ad intellectum huius facit quod habet supra dicto. lib. de Cor. milit. quod etiam hoc eodem cap. adnotauit Rhenanus num. 242. Vbi facit mentionem Mithræ, quam vnã cum illo ego miror à nemine fuisse alio commemoratam.

247. Quid? quod & Summum Pontificem.] Hoc (ut rectè adnotauit Quintinus) nõ ad Mithræ mysteria pertinet; sed ad leges Flaminiis Dialijs, vii ille; an verò ad eas quæ Pontifici Maximo prescribentur, respicit Iector infra latius Tom. 5. lib. de Exhort. ad cast. Hic sufficiat adnotasse, quod etiam in hoc æmulatus sit diabolus diuina Sacramenta; Ordinis dico Sacramentum, cuius summus gradus est Pontificatus, seu Episcopatus, cui prescribitur ab Apostolo Paulo Monogamia, his verbis: Oportet Episcopum vnus vxoris esse virum. 1. Tim. 3. quippe quum in Episcopo etiam iuxta Ambros. in 1. Cor. I. sit omnium Ordinationum dignitas: & Dionysio Areop. teste Eccl. Hierarch. c. 5. Ordibus sacris initiandi solim facultatem habeat per manus impositionem. De qua idem Apostolus 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, & manus impositionem presbyterij. ac 2. Tim. 1. Resuscita gratiam quæ in te est per impositionem manuum mearum. Quod non de solis Episcopis, sed etiam omnibus sacerdotibus (ut alibi diximus) interpretatur Gregor. Nyss. Orat. in sanctum Baptisma sacerdotum describens, qui inuisibili quadam gratia inuisibilem animam in melius transformata gerit. Quum itaque hæc manus impositio, sacrum sit signum inuisibilis gratiæ, quæ per eam confertur, quis dubitet sacramentum esse? Et verò nominatum sic appellatur à BB. Leone Papa epist. 81. ad Dioscorum Alexandr. & Augustino lib. de bono coniug. cap. 24. ac lib. 1. contra Donat. cap. 1. & apertissime lib. 2. contra Epist. Parmen. Si enim (inquit de Baptifmo & Ordinib. sacris) vnusque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & istud amittitur? Neutri Sacramento faciendæ iniuria

iniuria est. Similia reperire est inter Opera B. Cypriani, sermone d. Abbat. pedum: Docetur (inquit) que sit baptifmum & ceterorum Sacramentorum stabilitas. Nam baptifmum reperit Eccl. si siue prohibent regule, nemo sacros Ordines semel datos iterum renouit. Et eodem pertinent (etiam Iustino agnoscente) que de Mysterijs consecrationis Pontificis & sacerdotis habet Areopagita cap. 5. & 6. supra citato, ubi Mysteriorum seu Sacramentorum frequens fit mentio.

248. in vnis nuptijs statuit.] Sic ex MS. Anglico codice, pro: vnus, eo quod prius illud reperitur etiam li. de Monogamia, infra To. 5. Atqui etiam in nuptijs diuina Sacramenta æmulatus est diabolus, quæ iisdem penè celebrantur ethnicis ceremonijs quibus Eccl. si, sicuti notius est quam probatione indigeat. Atque adeo etiam Matrimonij Sacramentum à Tertulliano hic agnitum colligitur, maxime quum ante me adnotauit Franciscus Turrianus, id sexies ab eo Sacramentum nuncupari, idq. conformiter Apostolo Ephes. 5. Quemadmodum patet ex eius lib. de Monogamia: Vnam (inquit de Christo) habens Eccl. si sponsam, secundum Adam & Eue figuram, quam Apostolus in illud magnum Sacramentum interpretatur in Christo & Eccl. siam competitisse. Quo pertinet illud eiusdem eodem libro: Ab Episcopo Monogamo, à Presbyterijs & Diaconijs eiusdem Sacramenti. Item illud lib. adu. Valentin. Nam & celebratorum coniugiorum gratia dicitur apud eos meditantium atque celebrandum semper Sacramentum. In cuius confirmationem à Valentiniã adlegari dicta Apostoli verba adnotauit B. Irenæus li. 1. adu. hæres. cap. 1. Quam scripturam etiam tractans Auctor li. 5. adu. Marc. quinquies Matrimonium Sacramentum appellat. Neque verò solus ipse, sed & Ambros. ac Chrysostomus ita locum hunc interpretantur in Commentarijs, Sixtus li. 3. de Castit. Method. Martyr Sympos. x. Virgin. Gregor. Nazianz. alicubi, August. de Bon. coniug. cap. 77. De nupt. & conc. cap. 10. Hieron. Epitaphio Fabiole, ac ad Quæst. Amandi. & Origenes hom. 9. in Matth. Quid? quod etiam peculiariter Sacramentum appellent Matrimonium Leo Papa Epist. 92. ad Rusticum Narbonensem, Isidor. lib. 2. de diuin. offic. cap. 19. & August. præterea dicti lib. cap. 10. 18. ac 24. lib. de Gen. ad lit. 9. cap. 7. de Adult. coniug. lib. 2. cap. 5. De fide & operib. cap. 7. de Nupt. & concupisc. cap. 21. Quomodo autem sit sacrum signum inuisibilis gratiæ, ipse Tertullianus supra lib. 2. ad Vxorem cap. 11. non obscure his verbis significauit. Vnde (inquit) sufficiam, ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Eccl. si conciliat, & confirmat oblatio, & obfignatum angeli renuntiant, & pater (cælestis haud dubiè) rato habet. Quale iugum fidelium duorum vnus spei, vnus voti, vnus disciplinæ? His Deus pacem suã mittit. Vbi duo, ibi & ipse; vbi & ipse, ibi malus non est. Vides enim iugum siue coniunctionem fidelium signum esse visibile inuisibilis gratiæ, pacis nempe, & à malo seu diaboli tentatione immunitatis cuiusdam. Ceterum ad Sacramentum Matrimonij extreme non dubito etiam adfuerunt fuisse Auctorem, si & illud æmulatus fuisset diabolus, de quo veterum etiam sufficientia testimonia in proximum caput differimus ad illud: curationes repromittere; & non reticendus Petrus Damianus, qui serm. 1. de Dedic. Eccl. si. nominatim simul septem Eccl. siæ sacramenta recensuit, quæ alij separauit.

249. Habet & virgines, habet & continentes.] Christianos quoque (inquit Quintinus) suarum virgi-

num & continentum exempla duxisse calumniabantur à Gentilibus virginibus, & alij quamplurimis in admiranda castitate propter suos Deos, & populorum famam, viuentibus, quum potius econtrario illi à Christianis sumpserint. De quibus Hieronymus legas in primo contra Iovinianum libro, & in ea ad Gerontium Epistola. Ista quidem pro diaboli emulatione Gentiles obseruabant. Vnde nos addiscamus (ut alibi Tertullianus admonet) quantum Deo sanctitas placeat, quum illam etiam inimicus adfectat; non vniue & alicuius boni sit affinis ille, sed ut Domini Dei placita cum contumelia adfectans. In eò de Monog. libro. Præterea (quod Hieron. aii) hoc & Gentilitas obseruat, in condemnationem nostri, si hoc non exhibeat Veritas Christo, quod mendacium tribuit Diabolo, qui & castitatem reperit penditricem, ad Geront. Atqui exempli Virginitatis & continentium habes supra sub finem lib. 1. ad Vxorem, Tom. 2. & infra Tom. 5. libris de Exhort. ad castit. & de Monog. vtrouique c. 11. ubi de singulis exemplis latius.

250. si Numæ Pompilij superstitiones, &c.] Pulchra est hic adnotatio Audeberti Materei, quam adeo ex Gallico idiomate transferendam duximus. Quidam (inquit) libro quodam non ita nuper excusso, cuius titulus Breuis commentarius de signis sacris, sacrificijs, & sacramentis à Deo institutis à creatione mundi, nobis obicit, nostras ceremonias maiori ex parte desumptas à Numæ Pompilio, & proinde reuicendas & subfandandas. Fefellit eum (inquit idem) quod non considerauit astutiam sui patris & magistri. Diabolus enim eas mutuauit ex Veteri Testamento, & Numæ tradidit, ut per eas ab illo & suis honoraretur & adoraretur. Quod ad nos adinet, quibus ad manum est vetus illud Testamentum (etiam si omittamus Traditionem Patrum) magis credibile est, desumpsisse nos inde, quam è libris Pompilij. Inerunt etiã illud considerandum, quod talium & similitum ceremoniarum obseruatio Deo grata sit, quandoquidem eas tam studiose affectet & amuletur Diabolus. Eodem pertinet quod Apologetic. c. 19. habet Auctor, de Moyse loquens: Omnes (inquit) materias, origines, ordines, venas, veterani cuiusque styli vestri, historiarum causas & memoriarum. Ipsos Deos vestros, ipsa templa, & oracula, & sacra vnus Prophetæ scrinium faculis vincit, in quo thesaurus collocatur totius Iudaici Sacramenti, & inde etiam nostri. Atque hinc est quod etiam hic addat Auctor.

251. nõne manifestè diaboli morositatem illam Iudaicæ legis imitatus est?] Vbi rectè interpretatur Rhenanus morositatem, illam accuratam præscriptionem Instrumenti Veteris etiam vsque ad minutias, & addit Quintinus: Per quot & quantas, quamque diligenter & operose Dominus Deus à Judæis hostias sibi offerri præcepit, in Leuitarum lib. traditiū videmus. Onera ista sacrificiorum, & negotiosas oblationum scrupulositates, ac penè totam Iudaicæ legis morositatem (ut hic Tertullianus appellat) Ageria callidissimus in spiritualibus Demon, suum quendam Numam Romæ postea docuit, ac instituit.

252. & sanctorum Christianorum.] Iterum sic legimus ex MS. 3. Vaticanis cum Rhenano in 1. editione. & Adnotationibus, sanctorum, pro eo quod Gelenius substituit: sacramentorum. si coniectura locus esset, malim legere: scripturarum Christianarum, quia haud dubiè à simili sic argumentatur Auctor. Qui ipsas res de quibus sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter affectauit exprimere, utique & idem

instrumenta scripturarum Christianarum poterit profanae fidei attemperare (per hereticos nempe) sensum de sensibus, verba de verbis, imitando. Maxime quum similiter omnino locutus sit supra cap. 19. & alioqui ad propositum non ita apte conveniret hic locus.

253. æmula fidei.] Solet dicere (inquit Rhenanus) æmulus Deo, in Datio. Sic etiã per Aduerbiũ, æmulè Deo. nam fidei hic in dandi casu dictum est. Similiter etiam in Gallicum transfudit Materem.

254. neque ab idololatria distare hæreseis.] D. Hieronymus (inquit Quintinus) Ezech. cap. 8. Per idola in parietibus templi depicta intelligit ea peccata, quibus hominum conscientia subiacens, quando varias in corde nostro pingimus imagines vitiorum; quibus tamquam diis nostris inferuimus, & obtemperamus. Apostolus hoc modo dixit, quod auaritia est idololatria, ad Gal. 5. & auarus idolorum seruus, Ephes. 5. Sic hæresis est idololatria (nam carnis operibus & peccatis adnumeratur) & hæreticus est idololatra. Sed hic Tertullianus in Vero sensu caput idololum, & idololatriam; ut sit idololum, falsi cuiuspiam Dei simulacrum; & idololatra est eiusmodi committitij Dei cultor & adorator. Hoc ipse declarat, inquit: Valentinus & Marcion Deum quidem creatorem colebant, sed ipsum quoque creatum, & ex coexistente materia creatum. Veri ergo idololatrie, quum nullus sit eiusmodi creator Deus. Et breuiter omnes ferè, quotquot sunt ac fuerunt hæreseis, vnum quidem Deum dicunt, sed per malam sententiam immutant eum, sicut ait Frenæus c. 19. li. 1. Absimile non est, quod subiungam. Impietas Turcica summo cultu veneratur & adoratur vni Deum solum, qui creauit omnia, qui summè pius, bonus, & misericors est, omnium cognitor & iudex, & c. Infantis sui efflicium nihil sustinet, impiissimi tamen sunt idololatra. Deum namque suum negant esse patrem, qui filium sibi coeternum genuerit, vnde coeternus & consubstantialis procedat spiritus. Atqui scriptura talem Deum Turcicum non docuerunt, neque est aliquis; à Machumete, post hæreticos alios multos, introductus est. Igitur qui fictitium talem colunt, idololatrae sunt. Aliud ego referam, quod omnium modò patet oculis, & inculcatur auribus, ut intelligamus omnes hæreticos ut olim, sic & nunc nostro, verissime dici & haberi idololatrias. Pbi que Gnostici clamorosè buccinant vngentium Dei filium Dominum Deum nostrum Iesum Christum, hominem propter nos factum, hominum Deique mediatorem solum, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi peccatis, vnicum pro tribunali Patris aduocatum, cuius vnus linore sanati sumus, sanguine loti, morte redempti, similique de Christo sanè Christianis omnibus adoranda prædicant. Sed si quid verius dixeris (quod ipsemet, quod Apostoli sui præterea docuerunt) illum videlicet, exomologesin peccatorum nostrorum in Ecclesia sua querere, dignos penitentiae fructus à nobis exigere, velle nos pro commissis, animas nostras assigere, mæstere, ieiunare, cibis abstinere, carnis voluptatibus omnibus temperare, nostra Deo vota reddere, nec infringere debere; cerè quidem liberatis sua carnalis mancipia non norunt istum Christum, qui sic in seruitutem suam redigi corpus nostrum mandat. Nec eum similiter nouere Christum, qui dextra patris asidens in cælo, presens pariter in terra sit in altaris mysterio: Nos corpore suo, sic ineffabiliter & incomprehensibiliter suis distributo, verè pasceus, & sanguine potas. Illi verò suum Christum cælo sic alligant, ut absens inde non possit, aut cerè non velit, adesse corporaliter hic nobiscum vsque ad consummationem sæculi: Suos dumtaxat in terra visitans

in signis atque figuris, prout singulorum sunt imaginatio- nes & sancti, recipere, vel excludere, vi, vel non vi voluntium. Perierat Euangelium, si non isti summi spiritualium nequitie Theologi in eius auxilium nescio quas Ideas Platonice ab Orco nunc euocassent. In Præfatione Synodi Gangrensis ostendebamus, istorum Christum, non esse Christum Basilij, Nazianzeni, Chrysostomi, Hieronymi, Augustini, sanctorumque nostrorum maiorum. Ergo merum est idololum. Igitur, quum nouitium quidam commenti sint ex vetere, sibi que finxerint Christum (sicut suum sibi Turca Deum) quem summo cultu prosequantur, idololatrie planè sunt. Quisquis enim talem cogitat Deum, qualis non est Deus, alienum Deum vique, & falsum in corde suo portat, & est idololatra. Hæc D. August. cap. 29. li. 6. quæst. super Iosue. D. Hieronymus, quoties Propheta detestatur idololatrias, in hæreticos etiam dictum monet accipiendum. Quum autem iussu diuino debeat occidi idololatra, Exod. 22. ergo & hæreticus. Si non impiè, cerè nimis inconsultè dolebat, qui nuper dolebat hanc ob idololatriam tam multos obstinatos, & si iure, quondam necatos fuisse, quos in vitam sua ipsius vita lubens reuocaret, ut aiebat, & hoc amplius terri gladio volebat. Atqui Moyses talium sanguine putauit Leuitarum suorum manus consecrari, Exod. 32. quod & Phinee ad iustitiam reuocatum est vsque in sempiternum. Num. 25. Psal. 105. Propterea, princeps, ut bene tibi sit, auferas Prophetas istos, qui Deum prædicant alienum, de medio tui. Nec malum diutius viuere permittas. Hoc tibi Dominus tuus imperat. Deuter. cap. 17. Hoc si feceritis, o Reges Juda, tenebitis pristinam potestatem, can. Reg. 23. quæst. 5. Hactenus ille. Atqui haud absimiles sunt loci apud B. Irenæum li. 1. c. 19. Origenem hom. 12. super illud Hieremias c. 16. Si faciet homo sibi Deos. Hieronymus disertis verbis in Dan. c. 3. ac Osee c. 2. 8. ac 11. Denique Athanasius & Lucifer Carthagenus frequentissimè Arii hæresin Idololatriam vocant. Ex MS. autem partim Vatic. partim Anglico legimus in huius c. calce: Itaque omne mendacium quod de Deo (pro: de eo) dicunt, quodammodò (id antea desiderabatur) genus est Idololatriæ.

CAP. XII.

255. Non omitam ipsius etiam conuersationis hæreticæ, & c.] Titulum huic capiti damus: Quod nulla vmquam fuerit vitæ, sexus, ordinis apud hæreticos distinctio.

256. quis Catechumenus, quis fidelis, & c.] Apud antiquos (inquit Quintinus) populus diuersis quatuor distinguebatur gradibus. Erant enim οὐκ ἐκτετακτοὶ, καὶ τὴν ἑξέτακτον, καὶ τὴν ἑξέτακτον, καὶ τὴν ἑξέτακτον: Competentes, Catechumeni, (Ecclesia Latina retinuit Græcum) Fideles seu credentes & Penitentes. Altari verò ministrantium fuerunt ab ipsis etiam Christi discipulis ordines distincti. Catechumenus dicebatur is, qui post diuurnam baptismi petitionem, demum baptizandus, prius catechizabatur, id est, instituebatur, erudiebatur, edocebatur, in articulo fidei nostræ, prius quam baptizaretur, & in Ecclesiam intromitteretur. Cui fidelis opponitur, qui iam plene doctus & instructus erat in fide, iamque receptus & admissus erat ad nostra mysteria percipienda. Catechumenus, & Catechizo, sunt apud Apostolum hoc in sensu ad Gal. cap. 6. Eosdem Audientes siue Auditores nuncupari ab Auctore supra adnotauimus Tom. 2. lib. de Penit. cap. 6. num. 39. & latius in Cyprian. Epist. 13. num. 4. & 24. num. 7.

257. pacem quoque pallium cum omnibus miscuit.]

scuit.] In scriptoribus (inquit Quintinus) Ecclesiasticis frequenter sic est iste vocabuli Pacis vsus, apud Cyprianum sæpè: Dare pacem, hic: miscere pacem; hoc est in us communionis recipere; in consortium Ecclesia admittere; commissis facinoribus absolvere; quod absque satisfactione non debere fieri, nec ante conscientiam purgatum sacrificio & manu sacerdotis, liquet ex eodem Cypriano sapius hoc adserente: Pax (aut, id est, absolutio) alioqui irrita & falsa est, periculosa danibus, & nihil accipientibus profutura. Nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutem. Vide sermonem de Lapsis. Hæretici non morantur istas penitentiæ atque satisfactiones in Ecclesia nostrâ, sed pacem, id est, communicationem miscunt indiscriminatim, cum quibusvis ad eos accedentibus, & huiusmodi familiaritatem, siue doctrinæ communionem, vocant illi vite simplicitatem, que nihil occultet, ac sit sine supercilio. Eodem pertinent que supra adnotauimus cap. 20. ad illud: Communicatio pacis num. 123. & 32. ad illud: nec recipiuntur in pacem & communionem.

258. Omnes tument.] Non semel (inquit idem Quintinus) in Synodo Gangrensi demonstrauimus, Hæresion cum Etarum matrem & procreatricem singularum esse superbiam. Hieronym. in cap. Osee 5. sic habet: Hæretici matrem habent iniquitatis suæ superbiam, dum semper se sive aliora iactant, & in Ecclesie contumeliam debacchantur. Itaque Tertullianus ait: Omnes tument, omnes scientiam pollutentur. Auctor est Epiphanius contra Valentianos scribens: Omnes hæreticos sese cognominasse Gnosticos, id est, peritos, scientes, & rerum disciplinamque multarum cognitores. Ista nomine tenus ac summa tantum; nam reuera nihil est imperitius. Cupido scientiæ perdidit ab annis quadraginta (pro dolor!) & indices perdidit innumeram Gallicæ inuentus multitudinem. Quid enim scire sibi non videntur, dum sciam sibi, vel hanc, vel illam nouam dolegerim, & in eam se perditum coniecierint? Atqui de Gnosticorum appellatione latius infra ad titulum Scorpiaci aduersus Gnosticos.

259. Antè sunt perfecti Catechumeni quàm edocti.] Sic legimus cum MS. Vatic. cod. pro eo quod erat: educati; nam non aliud Catechumeni, quàm edocti, vtpotè illi qui catechizantur, id est, docentur. Istud autem (inquit Quintinus) ppi quodidie non sicis oculis videre coguntur. Hæri Lutetia cerdo viliissimus, triduo post inter Gnosticos Evangelicæ vite prædicans, est admirandus. Nudius tertius ganeo proiectissimus, & luparum sectator & affecta nequissimus, aut multius transactis luminis, etiam Commentaria scribit in Evangelia. Vides Catechumenorum Tertulliani perfectionem.

260. Ipsæ mulieres hæreticæ, & c.] Christiane Lector (inquit idem) siquid vmquam cerè credidisti, cerè certius hoc vnum credito, quacumque modo sit, aut olim fuerit hæresis (ab ea prima Simonis incantatoris, ad hæc vsque tempora nostra, in qua fines saculorum deueniunt) in ea fuit, & est: Dux scemina facti. Nulla est, inquam; (iam superius adfirmabam) qua suas Helenas & Philumenas non habeat, & Hæu! Helene ista (non possum me continere quin dicam, taciturnis grauiora) miseram modò Galliam nostram completere satagat, immò complerum istis nequibus barbarulis Gnosticis, in gynecio quidem prædicantibus suis (ut appellant) ad popululum verò secretariorum nomine testis. Et eò iam nonnulla deuenit abominatio, ut eos palam circumducant, quos amatoribus, & adfectatoribus suis facillimè, laetius autem mollibusque maribus non magna cum difficultate

seductrices insinuant, esumque pomi deceptis, & incautis persuadent. Apostolus dixit istiusmodi Gnostorum sororculus, omittas illas peccatis, non otiosus esse tantummodo; sunt insuper & curiosæ, loquaces, & garvulae videlicet, loquentes que non oportet, quas Tertullianus proprie nominat hic: Procaces, id est, petulantæ, inuercandæ, impudentes, & quæ publicè docere non erubescant; quum Paulus tamen scripserit hoc esse turpe mulieri, & in Ecclesia loqui mulierem noluerit, sed à viro domi discere. Nunc inter Gnosticos illæ de sacris & fide palam concionantur, immò contendunt, ut ait hic Tertullianus. Ab anno Domini 1521. quo passim Biblia sacra profanari cæpere vernaculis populorum linguis, adeo quoque mulieres incæperunt, pro suis & colo, Theologari; ut inuenta sint, que de scriptis Pauli themata collegerint, de quibus essent illæ parate publicè quibusvis disceptantibus, & in quibuscunque scholis, respondere. Nostri temporis historiæ contentiosas istas, & disputatrices feminas nominatim produunt, & publicè cum talibus Delectricis, ab eisdem conscripti libelli profant. Vnde satis intelligimus, quid hic Tertullianus dicat: hæreticorum mulieres de sacris contendere, id est, disputare.

261. Exorcismos agere, & c.] Montanistas (inquit idem) siue Pepuzianos arguit, apud quos etiam mulieres fungebantur sacerdotio; quod Epiphanius, Augustinus, & alij testantur. Atqui (sicut Epiphanius ait) ab æterno nulla mulier vmquam sacrificauit Deo. Ne Eua quidem, nec eius filia. Denique nec superbeata virgo Maria Dei mater. Atqui de Exorcismis latius infra initio libri de Baptismo.

262. curationes repromittere.] Quum nemo in muliere meritiò reprehendere possit curationes infirmorum simplices, videtur adludere ad gratias curationum, de quibus 1. Cor. 12. quas sibi mulieres hæreticæ arrogabant, atque adeo sicuti tinguere (de quo mox) audebant, id est, Baptismi sacramentis administrare, forte: Sicut etiã Sacramentum extremæ vnctionis præteritis curationis conferre. Vt fuerit, quum alibi de eo tractandi non melior in Tertulliano detur occasio, quàm vbi de gratiis curationum agitur, etiam illud Ecclesie esse Sacramentum hic comprobabimus, maxime quum curationes repromittat. Nam de eo Apostolus Iacobus sic loquitur Epist. sue cap. 5. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei. Quibus verbis quum profiteatur signum visibile olei nempe vnctionem, inuisibilis gratiæ, vtpotè remissionis peccatorum, quidni Sacramentum dicatur? Quare Innocentius Papa 1. epist. 1. ad Decentium Eugubinum, de extrema vnctione loquens, quàm quidam penitentibus conferebant: Quibus (inquit) reliqua Sacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur posse concedi? Que ipsa verba transcripta sunt à Patribus Concilij Vormatiensis cap. 72. vbi disertis verbis de Sacramento extremæ vnctionis locum illum B. Iacobi Apostoli interpretantur, quem admodum etiam Beda in Comment. super Marc. c. 6. P. Damianus sermone 1. de Dedicat. Eccles. Nec absimiliter, nisi quod Sacramentum non appellent Concil. Meld. cap. 1. teste Burchardo lib. 4. Decret. cap. 75. ac priore parte 1. cap. 263. Theophyl. in cap. 6. Marc. & B. August. serm. 215. de tempore, & libris qui eidè adscribuntur de Rectit. cathol. conuers. ac de V. sit. infirmorum lib. 2. cap. 4. Quò adludere videtur Cyrillus Alexandrin. lib. 2. in Leuitic. dum septimam remissionem peccatorum vocat, quæ sit

iuxta præceptum D. Jacobi Apostoli.]

263. forsitan & tinguere.] B. Epiphanius contra Collyridianos: sed neque in uulteri Baptisma dare concredendum est; aliqui potius Christum à matre baptizari potius quam à Joanne. Propterea (Vt adnotat Quintinus) Tertullianus hic, quasi prodigiosum quid & difficile crediti posuit in sine Verisus istius: hæreticorum mulieres audent forsitan & tinguere, id est, baptizare. Certe Gnosticorum mulieres nihil non audent in nocturnis suis conuoniis, quum discipula bona cum suis bonis magistris & præceptoribus congregantur, & ad suis phratris conueniunt in occultis quædam tridinia. Ferunt à Damalide quadam, post habitam à se concionem, fuisse panem, vinumque (sanctam Domini cenam vocant) adstantibus distributum & administratum. Sed hoc non est mirum, quum sint omnes apud eos presbyteri, atque sacerdotes. Nostra tempora nihil in hæreson materia reliquerunt intentatum. Verum de hoc latius infra lib. de Baptis. dummodò hic adiciamus illud Auctoris supra Tom. 2. lib. de Feland. virgin. cap. 9. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec vllius vilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi vendicare. Vbi aliquid etiam hac de re adnotauimus num. 65. 66. 67. & 68.

264. nunc Neophytos conlocant.] Propterea improbat temerarias Ordinationes hæreticorum, quod contra interdictum Apostoli 2. Tim. 4. Non Νεόφυτων, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli; ipsi Neophytos in Ordine conlocant. Quid autem Neophyti, explicat eiusdem argumenti canon 2. Niceni Concilij. Qui nempe, ex Vita Gentilium nuper admodum catechizati, statim ad spirituale baptisma uenerant, quos adeò continuo quum baptizati sunt, interdicunt ad Episcopatum promouere. Cuius similia habet etiam B. Hieronymus in fine Epist. ad Oceanum, & Innocentius Papa 1. epist. 12. ad Aurelium Carthag. Episcopum; ex qua constat non modo Tertulliani tempore, sed & diu postea in Africa hunc abusum perseverasse.

265. nunc sæculo obstrictos.] Intellegit eos, qui cupiditatis pecunie gratia, sæculo adhuc obstricti permanant, contra interdictum Apostoli 2. Tim. 2. Nemo militans Deo obligat se molestis sæcularibus. Quod quum de omnibus dictum sit (inquit B. Cyprian. epist. 65. ad Furnianos) quanto magis molestis & laqueis sæcularibus obligati non debent, qui diuinis rebus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad seculares actus vacare non possunt? Videtur autem Auctor ad hunc ad Canon. 60. Apostolorum (in quem sua scholia citat Quintinus) qui habet: Ex Gentili Vita conuersum recens baptizatum, id est, Neophytum, aut ex alio urpi Vita instituto aduenientem, id est, sæculo obstrictum, non est iustum mox in Episcopum deligere.

266. nunc Apostatas nostros.] Similiter Apostatam hic modò describit Canon Apostolorum 62. (etiam à Quintino commemoratus) eidem qui Christum negauerit; quare meritò id nomen Iuliano Imperatori datum.

267. Itaque alius hodie fit Episcopus, cras alius.] Præterquam quòd apud Montanistas (B. Hieron. teste epist. 5. ad Marcellam contra Montanum) tertium dumtaxat locum tenebant Episcopi, quale quid etiam narrat Epiph. de Arrio, her. 75. Videtur innuere quosdam hæreticos Auctores, qui frequentissime ordinem Ecclesiasticum immutabant, & modò hunc, modò illum pro Epi-

scopo habebant, aut ab eadem dignitate destituebant prohibito. Atqui Episcoporum mentio frequens apud Tertullian. hic supra Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 9. Vbi veteris Testamenti & noui Hierarchis producit. Quis (inquit) Patriarches, Prophetes, Leuites, sacerdos, Ἀρχαὶ seu Iudex, vel postea Apostolus, Euan-gelizador, aut Episcopus inuenitur coronatus? Ne lib. de Feland. virgin. cap. 9. Cui siquid refrigerij debuerat Episcopus. Item infra lib. de Bap. cap. 17. summus sacerdos, qui est Episcopus; & Tom. 5. lib. de Pudicitia: non Ecclesia numerus Episcoporum; & lib. de Monogam. ab Episcopo Monogamo; & lib. de Fuga in persecut. sed quum ipsi auctores, id est, Episcopi, fugiunt; item lib. de ieiuniis: Hæcerunt exempla & populo & Episcopis; denique hoc eodem lib. supra latissime cap. 32. Euoluant (inquit) ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, aut Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseverauerint, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesie Apostolicæ census suos deferunt; sicut Smyr-næorum Ecclesia habens Polycarpum ab Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clemetem à Petro ordinatum ædit; proinde vtique & ceteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos, Apostolici seminis traduces habeant. Vbi non modò Episcopos agnoscit ab Apostolorum ætate (quod etiam pertinet tractatio illius Apostoli Pauli 2. Tim. 4. Oportet Episcopum esse vnius uxoris virum) sed & Episcoporum successionem legitimam etiam cum auctoritate; quam certe summam proficitur in Romano Pontifice, dum l. de Pudicitia, Episcopum Episcoporum vocat. Eodem pertinet quod eisdem non semel Præsidentes nuncupat. Hinc illud Apolog. cap. 39. Præsident probati quique seniores; & lib. de Cor. milit. cap. 3. nec de aliorum manu quam Præsidentium sumimus; denique sub finem lib. de ieiuniis: quòd duplex apud te Præsidentibus honor binis partibus deputatur, quum Apostolus duplicem honorem dederit, vt fratribus & Præpositis. Quamquam interim postremis his locis etiam Presbyteros Præsidentium nomine intelligat, de quibus mox latius num. 270. Atqui vnde dicatur Episcopus, & quid à Presbytero differat, adnotauimus in B. Cyprian. epist. 65. ad Rogatianum, nu. 13. & de Episcoporum auctoritate in epist. eiusdem 55. ad Cornelium, num. 8. ac 27.

268. hodie Diaconus.] Diaconorum etiam alibi fit mentio ab Auctore, potissimum locis supradictis de Monogamia, & Fuga in persecut. prior: à Diaconis (inquit) eiusdem Sacramenti; posteriori: id est, ipsi Diaconi. Porro de Diaconi officio remitto Lectorem ad meas Adnotat. in B. Cypriani dictam epist. 65. num. 14. Cui etiam ius baptizandi adhibuit Auctor lib. sequ. de Baptismo cap. 17.

269. qui cras Lector.] Mirum est quid Magden-burgensibus venerit in mentem, dum B. Cypriani ætate primum Clero additos fuisse audent scribere Lectores, quum hic disertis verbis Lector commemoretur: immò & ab ætate Apostolorum Lectores fuisse satis demonstrauimus in eiusdem Cypr. Epist. 33. de Aurelio Lectore ordinato, num. 5. Quo minus illis credendum, dum etiam Hypodiconos non ante Cyprianum agnitos fuisse in Ecclesia argumento negativo (quod nihil habet validitatis) comprobant, eo quòd Tertullianus nusquam Hypo-

Hypodiconorum meminerit. Verum contrarium etiã de illis comprobauimus ad Epist. Cypr. 24. de Saturo Lectore & Oprato Hypodicono factis, num. 5. E quo loco hoc vnum repetimus, quòd ne fortasse inde errorem suum adstruerent, commodum acciderit, quòd B. Ignatius, qui plerumque epistolis nempe prioribus ad Mariam Callipolitam, Trallianis, Magnesianis, Tharsensibus, Philippenses, Philadelphenses, Smyrneses) non meminerit, nisi Episcoporum, Diaconorum & Presbyterorum; Epistola ad Antiochenes, post mentionem eorundem sic subiungat (cui Græca editio etiam consentit) Saluto Subdiaconos, Lectores, Cantores, Oliarios, Laborantes, Exorcistas atque Confessores. Vbi habes præterea 4. Ordines, quos minores seu non sacros nuncupamus, eo quòd matrimonium in illis contrahere licet, non item in sacris illis tribus, Hypodiconatu, Diaconatu, & Presbyterio, & qui est caput omnium, Episcopatu.

270. hodie Presbyter, qui cras Laicus.] Presbyterorum frequentissime quoque meminit Tertullianus, & imprimis duobus locis supradictis lib. de Monog. & Fuga in persecut. à Presbyteris eiusdem Sacramenti. Deinde (vt omittam locos citatos supra num. 268. qui eodem pertinent) supra Tom. 2. lib. de Penit. cap. 9. Vbi de Confessione agit. Presbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari: Vbi videat Lector Adnot. nostras num. 1. & 58. item infra cap. 17. lib. de Baptismo, Vbi ius baptizandi Presbyteris tribuit, & Tom. 5. lib. de Exhort. ad castit. V (quæ adde) (inquit) nisi laici ea obseruent, per quæ Presbyteri adleguntur, quomodo erunt Presbyteri qui de laicis adleguntur. & mox: dum Presbyter alius esse non potest, quàm laicus qui semel fuerit maritatus. Ad eisdem aquè atque ad Episcopos pertinent quæcunque variis locis de Sacerdotibus & Sacerdotio, & maxime eodem illo loco connumerat. Nequid dicam (de quo in vita eius latius) quòd etiam ipse Tertullianus Presbyter fuerit. Cetera prudens prætere, remittens Lectorem ad Adnotat. nostras in B. Cyprian. supradictas, in epist. 35. num. 4.

271. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt.] Quæ hic sacerdotalia munera, paulo ante ordinationes dixit, & supra Tom. 2. lib. de Feland. virgin. quem admodum paulo ante citauimus, num. 263. fortem sacerdotalis officij, adludens haud dubie ad Cleri deriuationem, vti illic adnotauimus, num. 68. id confirmantes etiam B. Cypriani testimonio, qui Ordinationes Clericas vocat. Eodem pertinet illa, de qua num. præced. adlectio Presbyterorum, de qua etiam supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 7. num. 33. Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices idolorum. Omnium autem apertissimus locus est iste infra Tom. 5. lib. de Exhort. ad castit. Differentiam (inquit) inter ordinem & plebem constituit Ecclesie auctoritas, & honor per Ordinis confessum sanctificatus à Deo. Interim etiam altius sacræ huius Hierarchie institutionem petit B. Dionys. Areop. Eccles. hierarch. cap. 5. à Christo nempe ipso: Quinetiam (inquit) diuinus ac primus Pontifex noster (hoc enim etiam causa nostra humanissimus Iesus factus est) quum discipulos ad Sacerdotij honorem efferret, quamquam erat vt Deus auctor sacrorum, tamen sanctissimo Patri suo, diuinòque Spiritui, munus consecrationis adhibuit; præcipiens discipulis, vt scripta diuina loquantur, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis à me, quia baptizabimini Spiritu sancto. Vbi indicat institutos quidem à

Christo sacerdotes Apostolos (nempe in notissima cæna, dum dixit: Hoc facite in meam commemorationem) sed à Spiritu sancto consecratos Episcopos in die Pentecostes; iuxta quòd etiam B. Hieron. adserit Dial. supradictis contra Lucifer. Cui consecrationi facta per Spiritu sanctum super capita Apostolorum in linguis igneis (Vti adnotauit iam olim Ammonius Alexan. in Acta Apost.) successit Manuimpositio, quam signum esse visibile inuisibilis gratiæ, atque adeò sacramentum, supra demonstratum capite præced. 40. num. 247. Quare & sacras ordinationes plerumque vocare solent Peteres; immò & cum signo aliquo visibili seu miraculo, adhuc B. Cypriani tempore frequenter conferebantur sacri Ordines, immò & minores, vti adnotauimus ad Epist. eiusdem 35. de Numidico Presbytero ordinato, num. 2.

CAP. XLII.

272. De verbi autem administratione, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quòd in verbi quoque administratione, ob mutuam discordiam nihil hæretici proficiant. Sine autem legas cum excusis: non ethnicos conuertendi, sed nostros euer-tendi, siue cum MS. Anglico non ethnicos conuertendis, sed nostris euertendis, parum refert.

273. Adime illis Legem Moyfi.] Sic ex MS. Vatic. proin Lege. Cui consentiunt Quintinus & Macereus. Quorum ille sic interpretatur hunc locum; id est: Ne sinas eos de Mose loqui, cuius libros improbare gaudent; Prophetis maledicere cessent, quos omnes etiam reuicabant. de malo suo quodam Deo, mundi creatore, non amplius disputent. Hæctria (dico) suarum dissertationum argumenta remoueat istis; quid vltra loquamur, aut quid in Christianis accusent, amplius non habent. Ac si quis modò prædicantibus Gnosticorum diceret, In Pontifices, & Presbyteros, in ceremonias, & ritus Ecclesiasticos desinit problema conicere; sed aliud quoduis argumentum fidei nostræ vestris in conconibus tractate. Talibus hæc adimas (inquam) Lædoria, multos planè videbis conuiciatores istos, contumeliarum totos, & Evangelici Rhacca Venenis inflatos.

274. Et hoc est quòd schismata apud hæreticos ferè non sunt, &c.] Schisma (inquit idem) quòd iam superius dicebam, est quando quis à presbitero suo recedit, quando nouam cathedram statuit, & Ecclesiam quandam nouam primum congregat, vt est in Can. Apost. 31. Hoc autem non fit apud hæreticos, qui nullos morum suorum, vitæ, seu doctrine magistrorum & præsidem habent; subinde pro libito singula mutant & immouant, quòd sane Schisma foret inter Catholicos. Lego autem rursus ex MS. cum Rhenano: quia quum sint, non parent (id est, non apparent) schismata; est enim vnitas ipsa: Vt postremum istud Fronicos dictum intelligatur. Perinde est autem, seu legas cum excusis: quæ accepit, seu cum MS. quòd accepit.

275. Plerique nec Ecclesias habent, &c.] Clarus explicat Macereus sequentia, sine matre, id est: matrice Ecclesia: sine sede, Episcopali nempe, orbis fide (sic enim rectius ipse & Quintinus, quàm alij: orba) extorres. Quem admodum Quintinus rectè interpretatur illud: quasi sibi, late vagantur (quòd legit etiam MS. Vatic. in hunc modum: id est, absque mandato, non missi, omni nunc obedientia soluti prædicant, quaquauersum discurrunt, aridam circunt, & mare; trans Arcton nauigant, vt sibi presbyteros faciant. Olim tam vage, & incerti per populos & regiones errabant hæretici:

modo quoque sic Gnostici videntur, et hereticos inter setam similes esse cognoscas, quam Vipera nunc sint antiquorum seculorum Viperae aequales.

CAP. XLIII.

276. Notata sunt etiam commercia hereticorum cum Magis quampluribus, &c.] Hoc caput (quod aliter paulo quam Quintinus distinximus) inscriptione hac insignimus: Quod ob commercia hereticorum cum magis aliisque eius generis hominibus, disciplinae apud eos neglectus, index sit doctrinae peruersae. Atqui de Magorum cum hereticis communiione latius infra lib. de Animis.

277. cum Circulatoribus.] Sibi familiares (inquit Quintinus) et amicos habent circulatores, id est, vagos et circumforaneos homines, qui serpentes et simias et vrsos, idque genus, per fora circumferunt; Histriones, qui cantant in trivitiis, et comedias agunt, quos omnes tamen Cyprianus in Ecclesiam recipi noluit, ne pudor, et honor Ecclesiae tam turpi contagione saecularum. Epist. 10. lib. 1. (quae nunc est num. 61.) Contagiose tempestatis nostrae Gnostici tantum per istos, quantum per suas conciones proficiunt. Inter Praedicantes apud eos collocantur, altitudinis enim suis minus, nihil quam vident Ecclesiae nostrae sacrificios, et execrandi sacra nostra tradiunt.

278. cum Astrologis.] Astrologos (inquit idem) diuinos et ariolos intelligo; sibi familiares et amicos habent heretici. Num tibi videtur Astrologus ille ter impius et hereticus esse, qui genesin Christi (8. Cal. Ianuarii mensis) retulit ad astra, futurumque dixit Ezechabaton, morte violenta periturum; quia Draco tim, cum caelestibus aliis nescio quibus signis, traheret caudam, quod ait sinistra prognosticon esse geniturae. Nos hac inter Christianos, et Christianis, publicari patimur. Num tibi quoque Nestor Gregos ille videtur (aliis puta peritior et elegantior, quique plus de fonte Castallo potavit) scriptura cum sua Latinitate nouus interpolator, qui verba Christi, Marci 14. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo: Vae autem homini illi, per quem traditur, sic interpretatur, et ad marginem sua nouae translationis interpretationem suam adscribit (inquit, et Christum loqui faciens). Est quidem mihi fatale prodi, sed non idcirco foret impium proditor. En? Christi mortem reuocat ad fata, sicut Astrologus ad astra. Totus orbis Gallicus insanit, et fornicatur modo post quemdam Magum, quo quid hereticus? in suis prognosticis nihil, quam rasos, et de rasos loquitur (quas appellationes a sociis suis Gnosticis didicit) Ecclesia nostra sacerdotes intelligens; quibus dum mala Vaticinatur, ipsi optat et imprecatur, Hierarchiam nostram turbare cupiens; nec enim quicquam (Christo Iesu gratia) de praedictis suis accidit. Itaque magna est inter Astrologos et hereticos, atque semper fuit, concordia. Sunt enim et isti (quamuis non profiteantur) heretici, aut nihil quidem quam sua somnia credentes, et Achei.

279. cum Philosophis.] Quam bene (inquit idem) Philosophis et hereticis conueniat, in cap. 7. dictum fuit. A Philosophis autem didicerunt isti pacem cum quibusuis misere, sicuti proximè legistis.

280. doctrinae index disciplina est.] Hoc etiam ex MS. Vatic. cod. secundum lectionem Quintini et Macerei, pro eo quod contrario profusus sensu legebat: Doctrina index disciplinae, eo quod procedat: de genere conuersationis qualitas fidei aestimari potest. Nam (viri rectè adnotat Quintinus) quales magistri, tales sunt

etiam discipuli; mali corum malum est orium. Doctrinam nominat a docendo, et disciplinam a discendo.

281. Negant Deum timendum.] Heretici (inquit idem) dumtaxat amandum Deum docent, Catholici vero timendum, pariter et amandum. Quis solummodo putat amandum, solummodo putant esse bonum, quippe qui nemini per suam bonitatem valeat inferre malum. Quae fuit opinio quondam Marcionitarum, modoque Gnosticorum. Vnde morum vitaeque dissolutio maxima, scilicet, exclusio metus damnationis. Hieronymus exponens illud in Osee cap. 4. Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, et c. scriptum reliquit, quod hoc maxime pertinet: idcirco referant, quamuis prolixè. De hereticis facilius intelligenda est, quanto plures fuerint, tanto magis delinquant Deo, et gloriantur in populis, et idcirco decipiunt infelices, ut peccata populi comedant, et per dulces sermones deuorent domos Viduarum. Quum enim viderint aliquos delinquentes, aut: Nihil aliud querit Deus, nisi fidei veritatem, quam si custodieris, non curat quid agatis. Haec enim dicentes, in iniquitatibus subleuant animas eorum, et non solum non agant poenitentiam, nec humilientur, sed gaudeant in scelere suis, et erecta ceruice gradiantur. Si tempestatis nostrae Gnostici suis in congregationibus et libris eadem scripserunt, atque dicitur, ergo sunt heretici; falsus est alloqui Hieronymus. Quod et hinc de Ioue suo cantant, idem quoque de suo Ioue Gnostici credunt:

Iuppiter esse pium statuit, quodcumque iuauerit. Deus quidem summè bonus est, ideoque super res omnes amandus. Sed etiam summè iustus est, reddens unicuique iuxta opera sua; propterea summè timendus. Quo ex timore maxima bona sequuntur in Ecclesia catholica, qualia per Tertullianum describuntur hic. Inter quae sunt:

282. adlectio explorata.] Istud respicit Apostolicum can. 33. (eodem adnotante) qui iubet in fidelium societatem recipiendos excoque deos, id est, explorari, discuti, diligenter examinari, priusquam recipiantur in consortium publicum. Verbum iuris est Adlectio, quando quis in aliquorum castrum recipitur, adscribitur, cooptatur. Adlectio, sicut et origo, ciues facit, et immunitatem tribuit, ut est in leg. in fi. l. 5. ff. de in. im. et l. 7. De exco. lib. 10. c.

283. promotio emerita.] Idem (inquit Quintinus) promoueri quod prorebi. Qui vero prorebiur, de minori ad maius prorebiur, ut est in Hieronymi canone, Legimus. 93. dist. Sic etiam Latini dicunt: ad dignitates promoueri; et in nostris promotio est ordinum sacerdotum susceptio; prout hic promotio dicitur eius qui fit Episcopus, et aliis in Ecclesia praeficitur. Quod fieri de solis emeritis in suis Ecclesiae Canones praecipunt, cap. Nec emeritis. 61. dist. Vnde hic Tertullianus ostendit emeritam esse debere promotionem, hoc est, emeritos ministros esse solos honoribus, ac dignitatibus euehentos. Emeriti milites appellantur, qui militiae tempus implerunt. In iure quoque vox trinitissima, 1. 3. §. ignominia. ff. De inf. et c. sicuti quae sequitur.

284. apparitio deuota.] Id est (viri idem adnotat) Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, Lectores, aliorumque turba ministrorum, qui praesto solent Episcopo sacrificanti, vel in Ecclesia quid aliud agenti, adesse, officij causa: tales (inquam) sacerdotum ministri per Dei timorem sumi obsequentes, et deuoti suo Praefuli. Leges dicunt Officiales (puta Scribas, Viatores et nuncios publicos, et praefones, atque

asque similes) apparere magistratui: propterea vocantur apparitores. Et apparitio, pro: apparitoribus in lege quadam legitur: apparitio iudiciaria. Ut hic: Episcopalis apparitio, id est, Episcoporum ministri. Similiter autem et istud, et quod sequitur, transfert Macereus in linguam Gallicam.

285. procellio modesta.] Sic legitur ex MS. Vatic. cod. Quintino et Macereo, pro: moderata. Atqui, quando foras (inquit ille) aliquis, et in publicum prorebitur, non ille solus et priuatus, sed antecedentibus, seque sequentibus multis, cum pompa et comitatu longo; Latini dicunt eum procedere. Sponsus et sponsa procedunt ad nuptias. Quando mortui cuiuspiam corpus effertur, apud Comicum procedit funus. Et purpuratus Imperator ab aula sua procedit, quando cum suis antambulonibus, et aliis circumcirca satellitibus et comitibus egreditur à regia. Sic et Episcopus insulis Pontificibus ornatus, pedo pariter et mitra decoratus, et a cruce procedente, ceren et facibus praecedentibus, de templo seu templi secretario progrediens, quem circumstans undique quae Clerus, quem sequitur populus, humis procumbens ad benedictionem, tum valde proprie dicitur ille procedere. August. cap. 8. lib. 22. de ciuit. Dei, circa finem capituli: Ad me curruis, ubi sedebam, iam procellurus pauloque post: Procecidimus ad populum, plena erat Ecclesia, et c. Frequenter alibi leges: Inde procellio venit, actus ipse procedendi, qui debet absque fastu et superbia fieri. Publicas Libanias, et Supplicationes, apte quoque nunc appellamus Processiones. In lege quadam Romana, l. 42. ff. De dona. inter Vir. et Vxo. Procellus Viri nominantur, quando vir honoribus, ac dignitatibus euehitur et augetur. Hoc est: Procecidit. Atqui aliquid etiam hac de re ex Rhenano supra diximus lib. ad Vxoem 2. cap. 2. num. 25.

CAP. XLIII.

286. Proinde haec apud nos testimonia, &c.] Hoc peculiariter caput titulo insignimus: Quod vel metus futuri iudicij ab haereticis absterere nos debeat.

287. qui illam stuprauerint adulterio haeretico, virginem traditam à Christo.] Saepè quidem (inquit Quintinus) immò semper ab impuris haereticis et Idololatri tentata fuit Ecclesia Christi virginitas, sed incorrupta mansit, et inuoluta virgo, ad ea usque tempora, quibus sacer Apostolorum chorus diuersum finem sortitus est, et ea tota generatio praeteriit, quae diuinam sapientiam suis ipsis auribus audire meruerat, quod Traiano regnante contigit, sub quo Simeon Cleophae filius, Domini consobrinus, centum viginti natus annos, Hierosolymis grauiam passus, demum fuit crucifixus, sub quo etiam Traiano Ioannes Vita fundus est. Illo priore Apostolico saeculo, quae fuerunt haereses, latebant, neque palam, dum praesentes adhuc essent Apostoli, quid audebant, aut moliebantur, sed in angulis, et procul ab Apostolis delitescens ganniebant. Postea vero nihil, effrontes aduersus Ecclesiam Christi, non ausa sunt adtentare. et γυναικὶ λοιπὸν ἡδὴ τῆς κεφαλῆς, Et aperto propterea iam nudoque capite nihil occultantes, contra veritatis praedicationem caperunt falso nominatam scientiam quandam suam praedicare. Haec Egesippus apud Eusebium cap. 32. Eccl. hist. lib. 3. Quae reuili non inuitus, et intelligamus hoc misero saeculo nostro iam multos emerisse ex abyso perfidos haereticos, quia mundi prin-

cipes atque potentatus demerserunt Episcopos, hoc est: Quia nunc Ecclesia iam nullos habet Apostolorum successores genuinos. Hinc intelligimus etiam quidnam Tertullianus dicere velit, quum stupratam scribit ab haereticis Ecclesiam, quae quum scribebat, anni nondum praeterierant integri centum sexaginta (viri ipse adfirmat, lib. de Monogam.) post Apostolorum decessum, quod etiam superius adnotabamus.

288. Agnoscent suam potius, &c.] Quintin. et MS. Vatic. legunt: Agnoscent, et Quintin. addit: hic. sed placet magis prior lectio: Agnoscent, eo quod praedit allegabunt, et sequatur: Adiciunt. Lego autem cum Rhenano: quàm suorum. Quod rectius interpretatur Macereus de haereticorum magistris, substituent cum Geleno partim, et cum Quintino: qui suos non ante praestruerunt, quam Rhenanus de Apostolis legens: qui nos ante praestruerunt. Atqui sic in humilium scribit Quintinus: Christi, Christi discipulos dicere nequeunt omnibus non denunciaste veniuras, et summo per eandem haeresis esse. Denunciatur enim quod haereticorum magistri non fecerunt. Hic igitur, occacati licet, discipuli vident caecorum Doctorem suorum culpam, qui futura pericula non ante viderunt, et fugienda non admonuerunt.

289. Adiciunt praeterea, &c.] Stupendū (inquit idem) et mirabilibus prestigij haeretici nonnulli circumuenerunt atque deceperunt populos, ut Samaritanes ille Magus, qui dementasse homines magicis artibus suis dicitur, Act. cap. 8. Menander, atque ceteri. Legas Epiphanium. Quod eorundem sectatores in erroris excusationem praetendebant, quasi tantis miraculis ad credendum fuissent induciti. Fruola sanè defensio, quam Christus ipse reiecit. Cui maximas hac parte gratias debemus, quod in hoc haeresean tumultu, quo permittit Ecclesiam suam nimis agitari, non item spirituales illas nequitas permiserit per Gnosticos, ipsarum planè ministros, ad prodigia. Nam, si qui noua docent, etiam noua signa facerent (ut oportet in nouae religionis institutione) de Christi certè fide (ni fallor cum piis multis) actum foret in Gallia nostra; quandoquidem turmatim currunt ad ignotos nescio quos blaterones, sermone quidem fallaces, opere nullo potentes, ostentis atque miraculis destitutos, nulla demique virtute redemptos.

290. Itaque veniam merebuntur.] Et haec, et quod sequitur tertium genus excusationis haereticorum, Tertullianus totum per Ironiam tractat (viri adnotant etiam Quintin.) Haereticos ita seipso fingens excusare, diciturque: Satis sciebamus haeresis futuras, nec haeresibus propter haeresiarum prodigia credidimus: utamen ex Euangelio conceptam primam fidem mutauimus, idem quod et Euangelium suum Deus mutauerit, et aliud nouum reuelauerit Ebioni, Cerintho, Marcioni, Valentino ceterisque, cui nouo nunc Euangelio citra Venia periculum credimus. Horribiles ac stupendas insidias Satanae, nihil non mouentis, ut nos à Christo dimoueat. Legimus autem ex cod. Anglico: respondente Domino, pro: Deo, quia illud magis Christo competit, quem loquentem ad haereticos hic introducit per Protopopaeum. Deinde cum Quintino et Macereo verbis aliquot transfusis: et discitentibus meis eadem ad vos praedicare mandaueram, semel Euangelium, et eiusdem regulae doctrinam Apostolis meis delegaueram, sed quum vos non crederetis, libuit mihi, &c.

291. Resurrectionem promiseram, &c.] Rufinus vel Macereo adnotante, tres haec haeresis simul coniungit,

ut ante hoc libro non semel, negantes Resurrectionem carnis, natiuitatem Christi ex virgine, & facientes Deum meliorem.

292. Talia capit opinati.] Verbum: capit (inquit Rhenanus) hoc modo solet usurpare; id est, accidit ut alius ad huc opiniones habeat heretici; aut: possunt adhuc alia opinari quæ exorbitant, ut Vis Verbi: capit, melius exprimitur li. x. aduers. Marc. Si depreciari capit in creatore. Addit autem ad explicationem Quintinus: Hic adstruit quod perpetuo videmus esse verum. Fieri solet (inquit) ut qui semel à via veritatis contumaciter aberrarit, in profundissimum bar-

LIBRI DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS PARS ALTERA, QUÆ INSCRIBI POSSIT DE HÆRESIBVS.

CAP. XLV.

293. Sed nunc quidem generaliter actum est à nobis, &c.] Ad idem à, ex MS. Vatic. cod. Hucusque verò (inquit Quintinus) Tertullianus de Præscriptionibus, id est: Exceptionibus ac defensionibus, quibus Catholicus valeant hereticorum depellere calumniosas intentiones, in genere differuit. Speciatim iam singulos proponit Hæreses Auctores, qui quasi iudicio contendere non verebantur in Ecclesiam Christi. Atque adeò alterum quendam seu libellum post hunc subiecit, quo nominatim ad eum suum perstrinxit hereticos, qui seditiosæ factionibus Ecclesiam Christi vexarant, & vexabant adhuc. Quare & nos prima facie iudicabamus distinguendum hunc librum in duos, scilicet sub calcem Argumenti adnotauimus, exemplo Quintini, & in initio Rhenani. ac Tribemii, qui posteriore hanc partem, Librum de Hæresibus inscribunt, maxime quum in MS. Anglico non reperitur, & in Vaticano ita à priori distinctus sit, ut etià anteponat libro de Præscriptionibus aduersus Hæreses. Verum quia nimis abruptum foret exordium: Quorum hereticorum, & quod etiam Gelenius censebat malè reuulsam fuisse hanc partem à precedenti, malimus sequi vulgatas editiones, & posteriores etiam ipsas Rhenani, in quibus Adnotationes in priorem libri partem à posterioribus non distinxit. Sufficit (si quis forte in alia sit sententia) hic adnotasse distinctionem, & singulas Hæreses numero quodam prætitulasse, ut si quis velit, possit citare aut per capita, aut per Hæreses, exemplum secuti Epiphanius & B. Augustini. Præter quos interim præterea existant qui de Hæresibus scripserunt antiquiores, B. Irenæus & Philaster, posteriores verò Theodoretus, Euthymius, Damascenus, B. Isidorus, Erythranus, Honorius, ac Gratianus, & qui nostra tempestate scripserunt Bernardus Luxemburgus, & Gabriel Præteolus, qui multum hic me iuuerunt; Ego verò etiam hac occasione multos in illis locos restitui. Ad quos etiam, quod ad reliquas Hæreticorum blasphemias adinet, Lectorem remitto: Vti etiam ad Nicolaum Sanderum Anglum de Visibili monarchia lib. 7. Vbi singulis singulorum hereticorum Hæresibus Antidotum ex Patribus adponit. Quarum interim eas quæ Iudaismi sunt, quatuor nempe, & eas quæ post Euangelium insurrexerunt, numero xxxi. separatim distinximus. Proinde capiti huic titulum datus: De Iudaismi Hæresibus 1111. Dosithei Samaritani, Sadducæorum, Phariseorum, & Herodianorum. Hoc adnotandum autem, antequam ad singulas Hæreses veniam, quod Epiphanius & Damascenus libris de Hæresibus ante Christum, quatuor genera Hæreses ponant; Barbarissimum nempe, ab Adam et. ite vsque ad Noë; Scythissimum, à Noë vsque ad Phalec & Ragau; Hellenissimum seu Gracissimum, à Saruch ad Abrahamum vsque, sub qua Philosophorum sectas comprehendit; & Iudaissimum, à filij Iacob Iuda temporibus ad Christum vsque; quibus addit Epiphanius & Samaritissimum, sciens 4. eiusdem sectas, Gorthenos, Sebæos, Essenos, Dositheos. B. Honorius verò lib. de Hæresibus, tria dumtaxat, Iudaorum, Paganorum, & qui in Ecclesiam irruerunt. Quorum quod ad Hellenismi seu Paganorum Hæreses adinet, rectius Epiphanius ac Damascenus quatuor dumtaxat Philosophorum sectas enumerant, nempe: Pythagæorum seu Peripateticorum, Platoniorum, Stoicorum, & Epicureorum, quæm Honorius, qui Peripateticos à Pythagæis, Academicos à Platonis, & Cynicos ab Epicureis distinguit; addens interim non malè Gymnosophistas, quia & Indorum Gymnosophistas Tertullianus recenset infra lib. aduers. Marc. 1. quibus addit, quorum ibidem meminit, Persarum Magos, & Ægyptiorum Hierophantas, iidem & Gallorum Druidas. Scribit autem ferè integrum librum de Anima Tertullianus aduersus Platonicos.

thrum mendaciorum detinet, & corruat, & aliena prorsus opinetur ac somniet. In Synodo Gangrensi probare conabar (& non refractarius probatum puto) quod minus Hæreses reus, omnium simul reus est. Hercule plusquam modo (sicut est in proverbio) connexa sunt, & colligata simul Hæreses, non minus arte, quam Samaritarum vulpium caude. Qui Gnosticus est hoc auro, Simonianus est, Manicheus est, Arianius est, Atheus est, & quiuis alius est ex eo numero. Nihil enim tam impium commentum sunt illi, nihil unquam tam ridiculum seu fabulosum mentum sunt, quod sectatores non habuerint, & quod à Gnosticis in medium modò non proferatur.

tani, Sadducæorum, Phariseorum, & Herodianorum. Hoc adnotandum autem, antequam ad singulas Hæreses veniam, quod Epiphanius & Damascenus libris de Hæresibus ante Christum, quatuor genera Hæreses ponant; Barbarissimum nempe, ab Adam et. ite vsque ad Noë; Scythissimum, à Noë vsque ad Phalec & Ragau; Hellenissimum seu Gracissimum, à Saruch ad Abrahamum vsque, sub qua Philosophorum sectas comprehendit; & Iudaissimum, à filij Iacob Iuda temporibus ad Christum vsque; quibus addit Epiphanius & Samaritissimum, sciens 4. eiusdem sectas, Gorthenos, Sebæos, Essenos, Dositheos. B. Honorius verò lib. de Hæresibus, tria dumtaxat, Iudaorum, Paganorum, & qui in Ecclesiam irruerunt. Quorum quod ad Hellenismi seu Paganorum Hæreses adinet, rectius Epiphanius ac Damascenus quatuor dumtaxat Philosophorum sectas enumerant, nempe: Pythagæorum seu Peripateticorum, Platoniorum, Stoicorum, & Epicureorum, quæm Honorius, qui Peripateticos à Pythagæis, Academicos à Platonis, & Cynicos ab Epicureis distinguit; addens interim non malè Gymnosophistas, quia & Indorum Gymnosophistas Tertullianus recenset infra lib. aduers. Marc. 1. quibus addit, quorum ibidem meminit, Persarum Magos, & Ægyptiorum Hierophantas, iidem & Gallorum Druidas. Scribit autem ferè integrum librum de Anima Tertullianus aduersus Platonicos.

294. etiam specialiter quibusdam respondebimus.] Rectè hoc interpretatur Materius, non de tractatu sequenti, quem DE HÆRESIBVS inscribere liceret, ut diximus, sed de libris, quibus aliis respondit aduersus Hæreses quasdam specialiter, nempe iis qui toto hoc Tomo continentur, quorum catalogum habes supra pagina prima.

295. Taceo enim Iudaismi Hæreticos.] Præter Tertullianum, Iudaismi Hæreses recensent ex superioribus veteribus, Philaster, Epiphanius, Damascenus, & Honorius, in hoc tamen diuersi, quod primus 28. alter 12. tertius 8. Auctor denique quatuor dumtaxat enumeret, quantum adparet, ex professo prætermittens Essenorum sectam, quod ea, vel Josepho teste, ceteris sit probabilior, & neque Hæresis dici possit, quod secundum Eusebium ex Philone libro de Therapeutis, ad fidem Christi mox conuersi fuerint, atque adeò primi ex illis Christiani exorti Monachi. Habet id Iosephus tum lib. 2. de Bell. Iudaico

daico cap. 7. tum Antiq. Iudæic. lib. 18. cap. 2. Vbi præterea Phariseorum & Sadducæorum, de quibus mox latius, & quartam Iudæ Galilæe sectam commemorat. Porro à Philastro 28. Iudaismi Hæretici recensentur: Ophitæ, Caiani, Sethiani, Dosithei, Sadducæi, Pharisei, Samaritani, Nazaræi, Essen, Heliognosti, Ranarum cultores, Musorita, Musaccaronite, Troglodyta, Fortuna celi cultores, Babalita, Asarita, Molochita, Tophet aræ cultores, Puteorita, Serpenis aræ cultores, Sabterranei, Thamur cultores, Belita, Babalita, Phytionisse, Ashtarotite, Herodiani. Ab Epiphanio 7. Scriba, Pharisei, Sadducæi, Hemerobaptiste, Offei, Nazaræi, Herodiani. Ac Damasceno, Samaritani, Cortheni, Iebusse, Esseni, Dosithei, Scriba, Pharisei, Sadducæi, Hemerobaptiste, Hosini, Nazaræi, Herodiani. Ab Honorio, Pharisei, Sadducæi, Essen, Marbonai, Genista, Merista, Samaritæ, Hemerobaptiste. Ab Auctore denique Dosithei, Sadducæi, Pharisei, Herodiani. A Erabano de Institut. cler. lib. 2. cap. 58. Pharisei, Sadducæi, Esnei, Marbonai, Genista, Meristai, Samaritæ, & Hemerobaptiste. Quos omnes ut in concordiam quandam contrahamus, imprimis præter 9. priores & vltimum Philastri, reliqui sunt potius idololatæ quam sectarij. Ophitæ, Caiani, Sethiani, post Euangelium ab Auctore recensentur. Essen inter hereticos deputandi non videntur. Samaritani Dosithei erant discipuli, & proinde iidem, quem admodum Cortheni; & Iebusse sui Gortheni & Nebui. Scriba cum Phariseis intelliguntur. Hemerobaptista, Hoseni, Nazaræi, Marbonai & Merista, peculiarem quidem Hæresim habebant, sed non ita not. Genista verò potius schismatici censendi. Certè B. Hieron. Dialog. adu. Lucifer. iisdem penè verbis Auctorem imitatur: Taceo (inquit) de Iudaismi Hæreticis, qui ante aduentum Christi legem traditam disparant. Quod Dositheus Samaritanorum princeps Prophetas repudiavit. Quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negauerunt, &c. ne hic proluxerim sermo.

296. Dositheum inquam Samaritanum, &c.] Alium hunc esse existimo à Dositheo, quem inter 7. primos Ecclesia Hæreticos recenset Theodoretus sub Hæretic. lib. 1. cap. 3. & (si Præteoli aditio mendosa non sit) etiam Egesippus, in quo ego interim nihil tale repperi. Hunc enim Samaritanum fuisse non modò Auctor, sed & B. Hieronym. Dial. adu. Lucifer. & Epiphanius ac Damascenus adfirmant; Philaster Iudæum vocat generali nomine, qui plures etiam eius errores recenset, quomodo & Damascenus, in hoc tamen consentiens cum Auctore & Hieron. quod primus auctus est Prophetas repudiare. Vide plura apud Epiphanium her. 13.

297. Taceo Sadducæos, &c.] Consentient Auctori Iosephus, Philaster, Epiphanius & Damascenus, quod ex Dosithei erroris radice surgentes, & potè etiam Prophetas repudiantes, item posteriores quod auctus sint etiam ad hanc Hæresim resurrectionem carnis negare, addentes præter alia à Saddoc homine Iudæo sic appellatos, immò & à iustitia quam iactabant, Epiphanius & Damascenus, & potè quum Saddic Hebræicè iustum significet. Patet autem illud de negata carnis resurrectione, Matth. 22. Marc. 12. Luc. 20. & Act. 23. Iosephus etiam satis consentit, dum ait eos cum corpore simul & animâ extinguere.

298. Prætermitto Phariseos, &c.] Quod hi ad ditamenta quædam legi (nam sic lego, pro: legis) adstruxerint, patet Matth. 23. Vbi Phariseos & scri-

bas, graphicè suis depingit coloribus, & apertius Matth. 15. & Marc. 7. quum ad illos Christus dixit: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem hominum, &c. Vel Honorio sic interpretante. Adhuc eodem etiam Iosephus, dum ait ex horum præscripto & interpretatione, solere fieri quicquid ad præcationes sollempnes ac cultum diuinum adinet, & certiores eos legalium rituum notitiam profiteri: Et Damascenus item, dum expiationes veterum & alia eiusmodi illis tribuit. Denique magis dilucide Epiphanius de Scribis, Hæres. 16. (quos sub Phariseis comprehendit Auctor) consuetudines (inquit) seruantes, quas non ex lege didicerant, & similia de Phariseis, aliisque multo plura, Hæres. 17. Accepisse verò eos ipsi quod habent nomen, ab eo quod à Iudæis diuisi sunt, præterquam quod ex etymologia nominis Hebræica manifestum est; adseritur etiam à Damasceno & Honorio, ac Hieron. vbi supra.

299. cum his etiam Herodianis, &c.] Idipsum adfirmant Philaster, Epiphanius & Damascenus, quorum duo variant, quum Herodem Christum esse dicerent: Damascenus nempe, percussum ab angelo (vbi legitur Act. 10.) eundem qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio: Epiphanius verò alludens ad Herodianos, quorum sit mentio Matth. 22. & Marc. 3. ac 12. Herodem, sub quo Christus passus est; quod ipsum probatum ab illis scribit illa scriptura Gen. 49. Non deficiet princeps ex Iuda, &c. donec venerit cui restant que reseruantur ipsi, nam sic illi legebant. Plura vide apud eundem, Hæres. 20.

CAP. XLVI.

300. Ad eos me conuerto, qui ex Euangelio Hæretici esse voluerunt, &c.] Caput hoc inscribimus: De 1. 11. 111. 1111. & v. post Euangelium Hæresibus, Simonis Magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, & Nicolai: in quo haud dubie, vti & in plerisque sequentibus, B. Irenæi librum primum aduers. Hæres. est imitatus; de quibus priusquam vltimus aliquid dicam, iniicienda est hic mentio aliorum quorundam Hæreticorum, qui ab Apostolo Paulo recensentur. Sunt illi: Phygellus & Hermogenes, 2. Tim. 1. Hymenæus & Philetus, 2. Tim. 2. de quibus supra cap. 3. Item Alexander, qui cum Hymenæo etiam coniungitur, 1. Tim. 1. ac Alexander erarius nuncupatur, 2. Tim. 4. qui quum eandem sententiam ab Apostolo cum Hymenæo accepit, videtur etiam idem cum illo sensisse: resurrectionem nondum esse factam. De quo plura reperire est in eius epist. Commentariis, & apud Theodoretum Præfat. in Polymorphum, vbi eum fabrum erarium vocat. Deinde Diotrephes, de quo conqueritur B. Ioannes Apostolus Epist. 3. quod amans Primatum gerere sese non reciperet, & plura Ven. Bedæ in eius loci Commentariis. Porro Pacianus coniungit tanquam primos tres Hæreticos: Simonem Magum, Menandrum, & Nicolaum.

HÆR. I.

301. primus omnium Simon Magus, &c.] Imprimis primam etiam Hæresim post Christum Simonis Magi facit Epiphanius, Hæres. 21. Vbi hæc omnia latissime tractat, Simonem oriundum dicens à Githbarum ciuitate in Samaria. Similiter etiam Eusebius hist. Eccles. lib. 2. cap. 12. post eum Niceph. lib. 2. cap. 14. & ante

hos omnes Ignatius Epist. ad Trallenses, item Cyrillus Hierosol. Catech. 6. Deinde quod paucis Auctor expressit: qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab Apostolo Petro iustamque sententiam, prolixè ex cap. 8. Act. prosequuntur B. Irenæus lib. 1. cap. 20. Epiph. in Theodoretus. Item quod hic est: Hic autem est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, ipsam penè verbum ille habet: ipse se docuit sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia pater, & sustinere se vocari quodcumque eum vocant homines, Deum nempe (Vt apertius habet Cyrillus Hierosol.) nam hoc est quod præmisit: Hic igitur à multis quasi Deus glorificatus est. Id ipsum habent etiam Philastrius, Epiphanius, Theodoretus immò & B. Lucas Act. 8. his verbis: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna, & B. Hieron. adu. Lucifer. Quod verò mundum ab angelis suis institutum diceret, adstruunt etiam B. Irenæus, Philastrius, Epiphanius, Theodoretus, Vbi supra: quod accedit etiam Damascenus dicens: Quod Deum mundi effectorem negabat; & Isidorus Etymol. lib. 8. cap. 5. Honorius & Erabanus Vbi supra, ac Gratianus, dum & hunc errorem adtribuunt: Creatorem non à Deo, sed à virtute quadam superna creatum. Rursus quod adseruerit: à Dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse; quærendum apud Iudæos, se in phantasmate Dei, non passum, sed esse quasi passum, partim sic explicat Irenæus: Docuit semetipsum esse, qui inter Iudæos quasi filius apparuerit. Et Epiphanius: Error (inquit) ille seipsum redarguit. Quum enim dixerit, quod ab ipso facti sunt angeli per ipsius intelligentiam, rursus dixit se transformatum esse per singulos caelos, ut lateret ipsos in descendendo. Clarissimè verò Theodoretus. Mutatum descendisse, ne ab angelis agnosceretur, qui creationis officium administrant; & in Iudæa tamquam hominem apparuisse, quum non esset homo, & passum esse, quum non esset passus. Quibus quod ad posteriorem partem adinet, consentit etiam B. August. hares. 1. Porro quomodo ipsi erecta fuerit status Romæ, diximus supra Tom. 1. Apolog. cap. 13. num. 200. & de Helena ipsius meretrice infra dicemus, lib. de Anima, Vbi agit nominatim aduersus opinionem Simonis hæretici. De eadem hæres. sic supra Auctor cap. 33. Simonianæ autem Magiæ disciplina angelis seruens, utique & ipsa inter idololatrias deputabatur, & à Petro Apostolo in ipso Simone damnabatur. Sub Claudio autem & Nerone Cesaribus claruisse constat. Addit præterea Theodoretus ex hac radice ortos Dositinos, Cleobanos, Gorthenos, Masbothas, Adriacistas, Eutythias, & Canistas, hæreses septem. Quorum Eutythias Clemens Alexand. Strom. lib. 7. sub finem, dictus dicit ex iis quæ nefarie perpetrarunt.

HÆR. II.

302. Post hunc Menander discipulus eius, &c.] Quod Menander eadem dixerit quæ Simon ipse, & quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, latius tradunt B. Irenæus lib. 1. cap. 21. Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 20. Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus Vbi supra. Consentunt etiam B. Augustinus, Isidorus, Honorius, Erabanus, & Gratianus hæres. 2. dum illi & eius discipulis Menandrianis errorem adtribuunt, quod mundum non à Deo, sed ab angelis conditus fuerit, quod etiam habet Damascenus; sed (si emendati sint codices) in hoc dissentit ab aliis & Auctore; quod dicit Simonianos id negasse, Similiter confir-

mant Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus, illud Auctoris: negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset; & omnium latiss. Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 20. qui eundem multos Antiochiæ seduxisse tradit, ex Apolog. B. Iustini Martyris. Ille autem addit & ipsum Samaritanum fuisse in vico Caparetura ortum, qui sectatoribus suis minime eos morituros esse persuasit. Fugendum eundem Menandrum, & totam collectionem malignitatis eius monet B. Ignatius epist. ad Trallenses. Fuisse autem sub Peshasiano tradit Niceph. hist. Eccl. lib. 3. cap. 12. & aduersus eum scripsisse dicit Theodoretus B. Iustinum Martyrem, Irenæum, & postea etiam Origenem. Scripsit contra eundem caput integrum Auctor infra lib. de Anima, & alterius capitis partem de vimortis.

HÆR. III.

303. Secutus est post hæc & Saturninus, &c.] Saturninum patria etiam Antiochenum fuisse scribit Philastrius, ab eo (inquit Irenæus lib. 1. cap. 22.) quæ est apud Daphnem, addens eum in Syria sparsisse hæreses, quem Saturninum vocant Epiphanius hæres. 23. & Theodoretus, ac eiusdem etiam meminit B. Hieron. Vbi supra. Cuius errores sequentes partim ipsi, partim alij enumerant. Primum nempe: Innascibilem virtutem, id est, Deum in summis & illis infinitis partibus & in superioribus manere, longè autem distantes ab hoc angelos inferiores mundum fecisse, agnosunt Irenæus, Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus ipsis Irenæi verbis, Augustinus, Damascenus. Quare adiciendum est in versione Maceræ secundum dictu commatis membrum. Illud verò: Quia splendor quidam luminis de sursum in inferioribus refluxisset, ad similitudinem illius luminis angelos hominem institueret curasse, &c. (Secundo enim loco vocem angelos omitti debere insinuat Maceræ) latius explicatur ab Irenæo, Philastrio, Epiphano, & Theodoretis, in hanc sententiam: Angelos de sursum à summa potestate lucida imagine apparente, quum eam continere non possent, eo quod statim recurrerit sursum, adhortatos esse semel ipsos dicentes: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Primòque (Vt deinceps etiam Tertulliani ipsius verbis utar ex libro de Anima, cap. 23.) opus fuisse futile & inualidum & instabile, in terra vermis instar palpasse, quod consistendi vires decissent. Dehinc ex misericordia summæ potestatis, ad cuius effigiem nequam plenè perceptam temerè structus esset, scintillulam vitæ consecutus, quæ illum exsuscitavit & crexerit, & constantius animavit, & post decessum vitæ ad matricem relectura sit. Deinde agnosunt & illud eiusdem Christum in substantia corporis non fuisse, & phantasmate tantum quasi passum esse, Philastrius, Epiphanius, & Theodoretus, addentes quod seipsum Christum illum adseruerit. Denique quod dixerit: resurrectionem carnis nullo modo futuram esse, colligitur ex supradicto secundo errore, vbi dixit: reliqua hominis perire. Quare & ab illo id non repetitur. Sub Adriano autem hunc commemorat Euseb. hist. Eccl. lib. 4. cap. 7. quod magis placet, quam quod alij sub Traiano eum collocent, eo quod constet simul cœpisse cum Basilide, quem etiam illi sub Adriano recensent; maxime quum mecum sentiat Theodoretus & Clemens Alexand. Strom. lib. 7. qui addit, quod Clauciam sibi magistrum adscribat, contra quem alij, qui Menandri discipulum faciunt.

HÆR.

HÆR. IIII.

304. Postea Basilides hæreticus erupit, &c.] Basilidem Alexandrinum in Egypto virum sum sparsisse, non modo Eusebius loco iam citato, sed & B. Irenæus scribit li. 1. c. 23. (vbi titulus capituli, cum eo qui erat præcedens, debet commutari; neque enim hic, sed ibi de Saturnino egit) & meminerunt eiusdem præterea B. Ignatius Vbi supra, Firmilianus epist. 75. inter opera B. Cyriani. Et nominatim B. Hieron. adu. Lucifer. breuibus expressit, quod latius Auctor. Tunc Basilides (inquit) summum Deum nomine Abraxas cum trecentis sexaginta quinquæ additionibus commentatus est; qui & Quinque. lib. 1. in Amos, Misrahram sub eodem aliarum litterarum numero ethnicis esse scribit, quem Basilides Abraxas portentuosus appellauit nomine Similiter etiam B. Irenæus Vbi supra, & Augustinus hæres. 4. per litteras septem Græcæ vocis Α Β Γ Δ Ε Ζ Η explicat illud Auctoris: cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. Nam (inquit) α. & β. unum & duo, γ. & δ. centum & unum, ε. & ζ. sexaginta & unum, & c. ducenta faciunt, quæ sunt in summa cclxv. Nec dissentient Epiphanius, Theodoretus, & Damascenus, nisi quod legant: Abraxas, Vbi eadem sunt etiam Græca littera. Hinc verò patet legi debere: Abraxas tribus in locis, pro eo quod erat: Abraxan, &: Abraxa, &: Abraxa, &: à quo mentem creatam, & c. Vbi Latine expressit verbum, prouidentiam, virtutem, & sapientiam, quæ B. Irenæus Logon, Phronesein, Dynamis, & Sophiam. secundum quem & Epiphanius, Theodoretus ac Damascenus, omnimò etiam lego: Ex illo prouidentiam, ex prouidentia virtutem, & sapientiam. Interpretatur autem Maceræus angelorum probolas, primas phalangis partes; nam singulis angelorum ordinibus singulos caelos illi adscribit paulo apertius à primo usque ad recentissimum sexagesimum quinimum. Vbi interim magis probatur, ut dicamus synonyma: additiones & probolas; nam sic ab Irenæo frequenter, & Auctore infra li. adu. Præscæ accipitur. Porro Irenæus & Philastrius agnosunt etiam illud: in vltimis quidem angelis, & qui hunc mundum fecerunt, nouissimum ponit Iudæorum Deum, & c. sed latius Epiphanius & Theodoretus, item & illud: Christum autem venisse in phantasmate, non ab hoc qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxas missum, Irenæus, quibus præterea addunt Epiph. ac Theodoretus: sine substantia carnis fuisse. Rursus quod subiungit Auctor: Hunc passum à Iudæis (nam sic lego ex MS. Vatic. pro: apud Iudæos) non esse, sed vice ipsius Simonem crucifixum esse, Cyrenæum nempe, non ille modo, sed etiam August. Isidorus, Erabanus & Gratianus. Priores etiam illi agnosunt illud: Martyria negat esse faciendâ, sed latius. Illud denique quod grauitè carnis resurrectionem impugnabat, & c. solus Irenæus, quamquam obscurus, dum illi adtribuit: Animæ soli esse salutem, corpus verò natura corruptibile existere; quod iterum repetit Auctor infra lib. de Resurrect. carnis sub initium. Qui etiam li. 1. Carm. adu. Marc. paucis hæresin primariam Basilidis expressit:

Tantos esse Deos Basilides credere iussit,

Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.

Ceterum, vi diximus, etiam hic sub Adriano Cesare vixit, & aduersus eum scripsit (Eusebio ac Theodoretis testibus) Agrippa, cui cognomen Castor, Irenæus, Clemens Stromateus, id est, Alexandrinus, & Origenes. Meminit

etiam filij eius Isidori Theodoretus.

HÆR. V.

305. Alter hæreticus Nicolaus emerfit, &c.] Esit quinto hæresis ponatur loco ab omnibus Auctoribus prædictis, tam en secunda potius fuit, utpotè Simonis Magi contemporanea, quam Auctor quidem adtribuit Nicolao, qui de septem Diaconis, qui in Actis Apostolorum adlecti sunt, fuit: quem admodum etiam Philastrius, Epiphanius, Damascenus, & Hieron. ad Ctesiph. contra Pelagianos, ac epist. de Fabiano lapsu, qui interim aduersus Lucifer. non nisi Nicolaitas commemorat. Longè tamen aliter Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3. & post eum Euseb. hist. Eccl. li. 3. c. 23. August. hæres. 5. Theodoretus her. fab. li. 3. & Niceph. hist. Eccl. li. 3. cap. 15. Nicolaum excusant, sed dumtaxat ab illo dictos Nicolaitas accusant. Hinc puto sic legi debere apud B. Ignatium epist. ad Trallianos: Fugite quoque & immundissimos Nicolaitas, amatores libidinis, malos calumniatores; nam talis non fuit Apostolorum minister Nicolaus. B. denique Irenæus li. 1. c. 27. Honorius, Isidorus, Erabanus, & Gratianus dubie loquuntur. Certè B. etiam Ioannes Apostolus Apocal. 2. non nisi Nicolaitas fugiendos mandata. Atqui illud: Hic dicit tenebras in concupiscentia luminis, & quidem fœda & obscena fuisse, & c. atque ex ipsis natos, demones, & Deos, & spiritus septem, & c. etiam habent Philastrius, Epiphanius; qui latius prosequuntur illos quosdam turpitudinis natos, & quædam ex illis turpiora; quæ Auctor præterit. Barbara (inquam) quadam Principum nomina, quæ etiam Damascenus, Augustinus, commemorant. Reliqui verò Irenæus, Clemens Alexand. Euseb. Theodoretus, Isidorus, Honorius, Erabanus, & Gratianus, quem admodum Auctor supra c. 33. Nicolaitas non aliud faciunt, quam adserutores libidinis atque luxurie; iuxta Apostolum Apocal. 2. qui eos comparat tenentibus doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere & fornicari. Vixit Nicolaus, Vti diximus, Apostolorum tempore, atque ad eod. Claudij aut Neronis.

CAP. XLVII.

306. Accesserunt his etiam hæretici illi, &c.] Titulum huius capituli facimus: DE VI. VII. & VIII. hæresibus, Ophitarum, Caineorum & Sethoitarum, quæ longe post recensent Epiphanius Panary lib. 1. Tom. 1. Augustinus, Theodoretus, & Damascenus, præter Gnosticos, quos hic primo loco subiiciunt illi, illos quidam Augustino & Epiphano testibus à Nicolaitis ortos volunt; alij, Vti Irenæus, à Carpocrate, quem addo cum Cerintho & Hebione & reliquis, de quibus infra c. 48. 49. & 50. ad Cerdonem usque istis præmittunt. B. Irenæus verò adhuc seruius, nempe post Marcionem, in titulo c. vlt. li. 1. Ophitas & Cainos collocat, nulla facta Sethoitarum mentione. Philastrius, vi supra etiam adnotauimus, primo loco Ophitas, Caianos, Sethianos. Reliqui, Isidorus nempe, Honorius, Erabanus, & Gratianus, Ophitas post Cerinthum ante Valentianos, & postea Caianos & Sethianos. Quo fit, ut certi nihil de tempore, quo suas hæreses sparserunt, liceat definire. Ex eo interim quod Nicolao subiungat Auctor, & August. à Nicolaitis ortos Ophitas scribit, certè eodem penè tempore fuisse constat. Et verò non inter Iudæismi hæreses recensendas, etiam patet ex B. Hieronym. aduers. Luciferian. qui Ophitas inter eos numerat, qui Euangelia lanarunt.

HÆR. VI.

307. qui Ophitæ nuncupantur. Nam serpentem, &c.] *Clemens Alexandrinus Strom. l. 7. hos Ophianos nuncupat. Eandem verò nominis Etymologiam reddunt Philastrius, Epiphanius, Augustinus, Iffidorus, Honorius, Hrabanus, & Gratianus, quod & Phi Græci serpentem seu coluber Latine dicatur, quæ Ophitæ Christo præterebant, & adorabant, quod ipse (inquunt) scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Quod etiam adludit B. Irenæus l. 1. c. 36. supradictio (nam inde id debet incipi, ut consuetudo cum titulo caput in hæc verba.) Quidam etiam ipsam Sophiam serpentem sacram dicunt, quapropter & contrariam existisse factori Adæ, & agnitionem hominibus immississe, & propter hoc dictum serpentem omnium sapienterem. Quibus addit Auctor, ac post eum Epiphanius, & aliam scripturam Num. 21. de serpente areo exalato, qua moti, ipsum introducebant ad benedicenda Eucharistia sua: ita enim profusus lego, quod nequam neutro & plurali numero Eucharistia legatur, & dicti Epiphanius, Theodoretus, Augustinus, eius loco transferunt mysteria, gratiarum actionem, seu oblationes in Eucharistia, quæ voces sacrificiis magis competunt, quæ Eucharistica rectè dicuntur, quam simpliciter Eucharistia. Quod quomodo facerent, sic B. August. explicat. Habent (inquit) verum colubrum, quem nutrium & venerantur. Qui & incantante sacerdote egreditur de caverna, & ascendit super altare inmixtum speluncæ, & oblationes eorum lambit, & inuolvens se circa eum, regreditur ad speluncam, & ita confringunt oblationes in Eucharistiam, quasi à serpente Christo, ut illi putant, sanctificatus. Quæ ipsa verba etiam ante me citauit Rhenanus. Porro quæ hic habet de Ialdabaoth (quod nomen rectè interpretatur Fen-ardentius, Patres generans) partim conformia hæresis saturnini, quod ad conditionem hominis adinet, partim noua, B. Irenæus l. 1. c. 14. Gnosticus, Epiph. her. 25. & 26. Nicolaitis & Gnosticus, item her. 45. Severianus tribuit, at idem Epiph. her. 27. cum Tertulliano, Ophitis rursus, quomodo etiam (sola nomine Ialdabaoth omisso) Theodoretus, & Augustinus. Ad quos compendii gratia Lectorem remittimus, quippe qui clariss. explicant quæ hic Auctor paulo obscurius, maxime autem ad Irenæum & Epiph. her. 27. qui isdem penè verbis videntur. Sufficit propterea vocari ab Auctore totam istius erroris scenam, quod plures idem sentiant. Quædam dumtaxat adiciam ad maiorem intellectum necessaria. Igitur illud: omnibus tamen istis Æonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaoth, ita reddidit Irenæus: Eum qui à matre primus sit, Ialdabaoth vocare, quare haud dubie etiam apud Epiphanius legere oportet: Et prius genitum esse Ialdabaoth, pro eo quod perperam legitur: posterius. Deinde alterum Æonem inferioribus, sue aquis (vix Epiph.) æonibus permixtum, ex quo Ialdabaoth conceptus sit, vocant Primum sive Primum. Deinde filios septem interpretatur Epiph. celos septem sive Æonas, aut Deos, aut angelos, quos adeo Auctor postmodum virtutes nuncupat & angelos inferiores. Quos interim Irenæus & Theodoretus non omnes filios Ialdabaoth faciunt, sed ex illo ad septenarium usque numerum processisse producciones. Lego autem mox: quem occlusisse superiora dilatatione, pro eo quod erat dilatatione; nam præcedit conformiter Epiphanius; scilicet, (quod, pro: illum, accipitur) in medietate relictum, extendisse totum. Et quod ab Auctore homo institutus dicitur, ab illius interprete vertitur, formatus, item*

excitatus, in pedes erectus, quomodo etiam transfudit Materius; qui superiora (sicut etiam ubique legitur cum V. atic. MS. cod. nō: superna) celestia interpretatur. Denique illud: Christum non in substantia carnis fuisse, ita intelligendum ex Irenæo & Theodoro, quod Christum putabant cælis in Iesum descendisse, deinde Christo descendente, in incorruptibilitatem solum Iesum passum fuisse. Quod autem salutem carnis sperandam non esse etiam hi dicerent, Auctori peculiare est; verum de hoc infra Irenæus lib. de Resurr. carn.

HÆR. VII.

308. Nec non etiam erupit alia quoque hæresis, quæ dicitur Cainæorum, &c.] *supra sic loquitur Auctor c. 33. Sunt & nunc alij Nicolaitæ, Caiana hæresis dicitur; & infra initio lib. de Baptismo: quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima; quæ an eadem sit cum Cainæorum, in posteriorem locum differo. Certè etiam istos Caianos vocant Philastrius, Epiphanius, Augustinus, ac Damascentus; denique Hieron. adu. Lucifer. dum coniungit Ophitas, Caianos, Carpocratæ, Cerinthum, Hebionem, Auctorem quatuor apparerit, imitatus. Clemens verò Alexandr. Strom. l. 7. Caianistas. Irenæus magis proprie, vix & Theodoretus, Cainos: quia nomen vno consensu inde omnes deriuant, quod Cain magnificabant, quasi ex potenti quadam virtute cœceptum; sed & Iudam proditorum defendebant, vix cum Auctore iidem sentiant. Alijs secundum posteriorem quam hic refert sententiam (præterquam quod Philastrius eam hæresin à Caiana distinguens subiungit post Nicolaitam) & Epiphanius iidem penè verbis secundum vtramque. Legimus autem ex MS. V. atic. cod. potestates huius mundi, pro: potestates hæ.*

HÆR. VIII.

309. Sed & illa hæresis processit, quæ dicitur Sethoitarum, &c.] *litem Sethiani vocantur ab Epiph. Theodoro, & Damasceno, dicti à Seth A dæ filio, qui loco Abelis natus est, quem etiam venerabant, testibus Philastrio & Augustino, qui ferè isdem verbis repetunt illud: Duos homines ab angelis constitutos, &c. maxime Epiphanius, & multo prolixius. Hæc verò adludum haud dubie, dum scribunt quosdam sic sentire: vt dicant Christum Seth fuisse.*

CAP. XLVII.

310. Carpocrates præterea hanc tulit sectam, &c.] *Inscriptionem huic capiti datus: De ix. x. & xi. hæresibus post Euangelium, Carpocrates, Cerinthi, & Hebionis. Atqui hæc, vix supra diximus, alij scriptores etiam coniungunt, sed is longe præponunt, de quibus capite præcedenti actum est, & subiecti Nicolaitas & Gnosticos.*

HÆR. IX.

311. Vnam esse dicit Virtutem, &c.] *Quandoquidem non solum nostro Auctori, sed & à B. Irenæo l. 1. c. 24. August. her. 7. Theodoro, Damasceno, Iffidoro, Honorio, & Hrabano, Carpocratiani à Carpocrate dicitur huius hæreses sectatores, omnino puto legendum, & apud Philastrium, & apud Epiphanius, her. 27. Carpocrates, non: Carpocras, maxime quum similiter appelletur à Clemente Alexandr. Strom. l. 3. Euseb. hist. Eccl. l. 4. c. 7. Hieronym. adu. Lucifer. Haymone libro 4. Memorabilem, & Niceph. Eccl. hist. lib. 4. c. 2. Atqui dixisse illum: vnam virtutem, ex qua prolatos angelos, mundum condidisse, agnoscunt Iren. Philast. Theodoret. Epiph. Augustin. Et iidem cum reliquis, Christi*

Christum natum ex semine Ioseph, hominem tantummodò; item & priores illi, solummodò animam Christi in cælum receptam, ex quo colligere tentata animarum sola salute (id est, vix rectè interpretatur Materius, quandoquidem sola anima salus credatur) nullas corporis resurrectiones. Porro alterum eius errorem de Metempsychosi animarum, integro capite refutat Tertullianus infra lib. de Anima, vbi de eo Latius; item de descensu animæ à cælis, & quod Magus & fornicari fuerit, atque adeo de incestu & nefandis Carpocratianorum mysteriis, & socii eius Marcellina. Hoc vnum addam, quod Gnostorum præcipuum Auctorem faciunt Carpocratæ Irenæus, Epiphanius, Eusebius & Nicephorus, Alexandrinum genere Theodoretus, qui etiam filium eius Epiphanius commemorat, & eodem tempore, sub Adriano nempe Imperatore, cui Basilde vixisse scribit Eusebius & Nicephorus. Aduersus hunc scripsisse Egeppum testatur Haymo.

HÆR. X.

312. Post hunc Cerinthus hæreticus erupit, &c.] *Istud intelligendum, vt post, non ordinem temporis, sed narrationis significet, quum multo ante, & sub Apostolis, eruperit Cerinthus. Nam imprimis Philastrius & Epiphanius dicunt à Cerintho seditionem motam, dicere Gentes debere circumcidere, contra quam hæresin Decretum contrarium promulgatum est in primo Concilio Hierosolymitano, Act. 15. & addit Epiph. etiam contra hunc scriptam Epist. ad Corinth. ab Apostolo Paulo de resurrectione mortuorum. Deinde de B. Apostolo Ioanne legimus apud Irenæum l. 3. cap. 3. ex relatione B. Polycarpi, quod reperiens Cerinthum in balneo, statim inde profugerit, quod ipsum etiam transcripserunt longe ante Carpocratis mentionem Euseb. l. 4. hist. Eccl. 22. Theodoretus & Nicephorus l. 4. c. 14. & id ipsum quidem refert Epiph. her. 30. contigisse sub Traiano de Hebione, aut potius (vix corrigendum iudico) de Cerintho. Quorum quum nemo aliud narret quàm doceri Ioannis, fugiatis ne balneum corrumpat, nescio unde desumpsit Prateolus, quod Eusebium citans, dicit Cerinthum ruina eius domus extinctum: à quibus & B. Hieron. aduers. Lucifer. non dissentit, addens insuper Catal. Script. Eccl. quod Ioannes Apostolus rogatus ab Asæ Episcopo, aduersus Cerinthum, & maxime tunc Ebionitari dogma consurgens, qui adserere, antequam Mariam non fuisse, Euangelium scripsit: imitatus haud dubie ipse Iren. l. 3. c. 11. Atqui eosdem cum Carpocrate errores, de mundo ab angelis instituto, & Christo homine tantum sine diuinitate, ei adtribuit Irenæus l. 1. c. 25. Philastrius, Epiphanius, Augustinus, Theodoretus, & Damascenus. Verum illud: Legem ab angelis datam & Iudæorum Deum, eum nempe qui legem dedit, angelum esse vni ex iis qui mundum fecerunt, nō Dominum, Epiphanius ceteris apertius tradit. Adtribuit eidem præterea Augustinus, Theodoretus, Iffidorus, Honorius, & Hrabanus, post Eusebium Chiliastrum errorem, à quo quum alieni non fuerint, Irenæus & Tertullianus ex proposito omisisse videtur, scripserunt interim aduersus eundem Cerinthi errorem Gaius & Dionysius Alexandrinus. Quum autem omnes alij Cerinthus & Cerinthiani legat, certè ita etiam castigandi sunt Iffidorus & Honorius, pro: Cerinthiani à Cerintho.*

HÆR. XI.

313. Huius successor Hebionem sive Ebionem, vocant etiam Philastrius ac B. Hieronym. aduers. Lucifer. quibus

consentire videntur, qui cū Auctore Hebionem Cerintho postponit, B. Iren. l. 1. c. 26. Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Iffidorus, Honorius, & Hrabanus, Eusebius verò e contrario Hebionem Cerintho præponit, quomodum etiam Theodoretus, ac Nicephorus lib. 3. c. 3. Præter sit, eodem tempore vix cum B. Ioanne Apostolo vixisse vtrumque constat ex supradicto testimonio B. Hieronymi Catal. Script. Eccl. sub Traiano nempe, post Hierosolymorum excidium, vix Epiphanius tradit. Nominis autem etymologiam, ac si dicas mentis inopem, ex Hebræo reddidit Eusebius. Porro differentiam, quam hic Hebionis à Cerintho facit Auctor, quod à Deo dicit mundum, non ab angelis factum, Philastrius constituit inter Carpocratæ & Cerinthum: sed emendatos non esse codices, patet ex Irenæo, qui id ipsum Ebionem tribuit, tanquam diuersum à Cerinthi hæresi, & Hebionem id ipsum tribuit etiam Theodoretus. Quod denique Legem proposuerit cum Euangelio, testatur scriptores ceteri de hæresibus ad B. Augustinum & Theodoretum usque, ipse Auctor supra c. 30. & B. Hieron. in 10. c. Iffia, vbi & Millenariorū hæresin ipse adscribit. De altero eius errore, quod Christus nudus homo fuerit, infra Latius lib. de Carne Christi vbi illum Auctor redarguit.

CAP. XLIX.

314. Valentinus autem hæreticus multas introduxit fabulas, &c.] *Inscribimus hoc caput: De xii. xiiii. hæresibus post Euangelium, Valentini, Ptolomæi ac Secundi & Heracleonis. Quos etiam enumerat B. Irenæus, nempe lib. 1. c. 5. Secundum, ac cap. 6. Ptolomæum, & lib. 1. c. 5. ac lib. 2. c. 4. Valentinum, quem coniungit cum Ptolomæo & Heracleone, & Marcum cum Colarbasæ cap. 8. Philastrius verò etiam ab inuicem distinguit Ptolomæi, Secundi, Heracleonis, & Marci hæreses, Epiphanius, Augustinus, Damascenus, Secundianos à Ptolomæis, & Marcianos à Colarbasæ & Heracleonitis distinguunt. Quos omnes Collegium Valentinianorum appellat lib. adu. eos Auctor verbis mox citandis.*

HÆR. XII.

315. Introducit enim pleroma & Æones triginta.] *De Valentini & Valentinianorum hæresi aliquid supra diximus cap. 7. 30. 33. 38. & 43. tractatum verò præcipuum differimus usque ad initium lib. infra aduersus Valentinianos, vbi latissime tractatur quicquid ad pleroma, id est, locum cæli alijs, à plenitudine sic appellatum, & Æones triginta adinet: hic tantum quædam adiciemus ad loci huius castigationem & intellectum. Primum itaque Syzygias id est, coniugationes, rectè interpretatur Materius coniugationes matrimoniales; nam ea Græca vox συζυγία, coniugium & coniugationem significat; vnde & infra lib. adu. Valent. c. 7. Auctor appellat coniugationes masculorum & fæminarum. Deinde legisse etiam ipse videtur, quod habet V. atic. cod. Sed enim ex his quoque processisse, pro: ex eis; nam refertur ad proxima, hominem & Eccl. siam. Et cum eodem & Philastrio lego: hanc esse triacontada, id est, tricenarium; nam Accusatiui casus est Græci τριακοντάδων, & singularis numeri, non pluralis, quare non conuenit illud quod erat prius: hæc, ibidem ex MS. V. at. quæ fit in pleromate, pro eo quod alij: fit; & ex lib. adu. Valentiniana. Ogdoadæ, pro: Octoadæ. Rursus probè ille ad maiorem intellectum illius de trigésimo Æone (Sophia nempe) quod nihil sit ascendere in superiora, addit: pleromatis, & illud: penè dissolutum esse, interpretatur de dissolutione substantiæ*

torum, addens hanc disputationem habitam sub Antonino Severi filio. Meminit etiam Theodoretus his verbis, sicuti à me castigata sunt. Adversus Proclum (antea perperam Patroclum) qui huic hæresi præfuit, scripsit Caius (pro quo erat corruptiss.) Canius cuius etiam paulo ante meminimus. Primum legitur, perinde esse iudico, maxime quum MS. liber V. atic. legat. Proclum, quod magis accedit ad Proclum. An idem sit Proculus, quem tantopere commendat auctor infra lib. adversus Valentinianos, nescio, sed de eo ibi latius. De eodem sic Pacianus ubi supra: ipsi illi Phryges nobiliores, qui se animatos mentiuntur à Leucio, institutos à Proclo gloriantur. Montanum & Maximillam secuti, quam multiplices controversias excitarunt de Paschali die, de Paraclete, de Apostolis, de Prophetis, multaque alia, sicut & de Catholico nomine, & de venia Pœnitentium. Porro communem illam blasphemiam, qua in Apostolis quidem (sic lego ex MS. Vat. cod. pro: quidã) dicitur Spiritum sanctum fuisse, Paracletum non fuisse, &c. inter scriptores de hæresibus penè peculiare est. Auctori. Nam alia distinctionem non facientes inter Spiritum sanctum & Paracletum, sentiunt quod in Montano, non in Apostolis Spiritum sanctum agnoverint. Sic Philastrius. Adunt etiam plenitudinem sancti Spiritus, non per Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos Pseudoprophetas estimant impartitam. Eodem perinet quod Epiphanius Maximilla adtribuit, quod se Spiritum sancti dona dare scilicet. Et illud B. Augustin. Aduentum (inquit) Spiritum sancti à Domino promissum in se potius quam in Apostolis fuisse adserunt. Que ipsa verba etiam transcripserunt BB. Isidorus & Honorius, item Hieronymus & Gratianus. Solus Theodoretus propius accedit his verbis: sicuti (inquit, de Montano loquens) ambitione & primum locum obtinendi cupiditate motus, seipsum Paracletum nominavit, & duas fecit Prophetissas, Priscillam (quam Priscam vocare solent auctor & Hieronymus) & Maximillam, & earum scripta, libros Propheticos appellavit. Que desumpsit ex Eusebio hist. Eccl. lib. 8. cap. 14. Et his consentit etiam B. Hieron. advers. Vigilantium: sicuti (inquit) alie hæreses Paracletum in Montanum venisse contendunt. Quem ipsum errorem idem pulcre refutat. Epistol. ad Hedibiam quest. 9. & latius Epistol. 54. ad Marcellam adversus Montanum. Verum de his omnibus latius partim in Vita, partim inter errores Tertulliani; nam B. Augustino teste, hæres. 86. ad Cataphrygas ille postea transit, quos antea destruxerat, haud dubie ad hunc locum adludens; ubi blasphemiam vocat, quam tamen posterioribus libris suis nimis frequenter tanquam veritatem ipsam inculcat. Quid: quod B. Hier. Catal. Script. Eccl. & post eum Sophronius ac Nicephorus hist. Eccl. lib. 4. cap. 34. ante hæresin pluram adversus Môtani dogma conscripsisse illum tradant, inter qua etiam est liber infra de Baptismo contra Quintillam, à qua quidam Montani sectatores Quintilliani appellabantur; quare & huic illum libro subiecit, quod inde constat ante omnem errorem ab auctore conscriptum. Peculiare est etiam illud: quod plura dicant in Môtano Paracletum dixisse, quam Christum in Evangelium protulisse, &c. Verum latius etiam inculcatum ab auctore post hæresin, ut nullus de eo dubitandi sit locus. Apud neminem etiam reperire licuit illud: Priuatam autem (recens addo autè ex MS. Vat. cod.) illi qui sunt & Elschinem, hanc habent, vti (sic etiam ille, pro: vt) dicant Christum ipsum esse Filium & Patrem, que blasphemiam quum ferè consentiat cum hæresi xxv. Praxeas, c. sequenti adscribitur, & late consuetur infra à li. adu. Praxeas. Quum autem Eusebio te-

ste Apollonius (adversus quem scripsit Tertullianus, vti ex fragmentis constat infra T. 5.) scribat non nisi 40. annis ante se obiisse Montanum, facile est Lectori colligere, verissimum esse quod scribit in Chronicis Eusebius, eodem penè tempore cum Tatiano sub Marco Antonino exortam hanc hæresin, que & Φευδης nominatur, auctore Montano & Priscilla, Maximillaque infans vatis.

CAP. LIII.

328. Est præterea his omnibus, &c.] Postremum hoc caput inscribitur: De xxii. xxiii. xxiiii. & xxv. post Evangelium hæresibus, Blasti, Theodoti Byzantij, Theodoti hæretici, Praxeas ac Victorini.

HÆR. XXII.

329. Blastus accedens, &c.] De hoc solus scribit Eusebius hist. Eccl. lib. 5. cap. 14. & post eum Nicephorus li. 4. c. 20. cuius hæc sunt verba: Primum hæresibus diuinorum virorum doctrina & virtute profusus euulsis, & diuinorum virorum alio in super seminare non cessavit. Sed & priorum salutarum multi adhuc restabant surculi, multa etiam derepentem tum primum initium sumentes, producebantur. Nã quidam Romæ vigebant, ut Florinus & Blastus, qui & ipsi nouas opiniones de vero veritatis verbo induxerunt. Et Florinus quidem, quod in petitione Presbyterij repulsam tulerat: Blastus autem non dissimilem ob causam. Quilibet verò eorum officina seorum contra veritatem instituta, permultos ex Ecclesia in errorem suum pertraxit. Contra quem c. 19. eiusdem libri Eusebius, postq. eum B. Hier. Script. Eccl. Catalogo, B. Irenæum scripsisse dicunt librum de Schismate. Quum itaque de Blasto scribit hic auctor, quod Pascha dixerit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi xiiii. mensis, conicio post Concilia quorum meminit Euseb. dicti lib. 5. c. 23. Romanum B. Victoris Papæ, Palestine sub Theopilo Cesarientis, Ponti Palma Præside, Gallia sub Irenæo, item Ecclesiarum apud Osroënam & Babilii Corinthiorum Episcopis, que contrarium desuperunt, Blastum huic pro dicta sua hæresi tuenda schisma fecisse. Certè eius aut discipuli aut collegæ fuerunt Quartadecimani, seu Thebæenses ad eadecim, seu Paschatis hæretici, ita dicti, quod XIII. mensis, more Iudeorum, Pascha custodiendum contenderent. Quos recenset Philastrius post Florianos, Epiphani. hæres. 50. B. August. hæres. 29. Theodoretus hæres. lib. 3. & Damascenus post Quintillanos. Fixisse autem hunc sub Irenæo, & proinde paulo ante Tertullianum, ex predictis patet.

HÆR. XXIII.

330. Accedit his Theodotus hæreticus Byzantius, qui postea quam Christi pro nomine comprehensus negavit, &c.] Sic ex MS. cod. Vat. pro eo quod erat: apprehensus est diuinitat. Nam negatorem fuisse tradunt etiam Philastrius post Cataphrygas, Epiphanius hæres. 54. B. August. hæres. 33. (Vbi legendum cum ceteris: à Theodoto quodam, ac: quod dicitur quidem Theodotus, pro eo quod est: Theodotione, & Theodotion) & Damascenus post Samseos. Qui ad unum omnes commemorant causam erroris fuisse, ut ne diceretur Deum negasse, quum Christum negavit, quippe quem hominem tantummodò diceret, nulla alia (sic lego ex MS. Vat. pro: nullo alio) præ ceteris, nisi sola iustitiæ, auctoritate. Meminit autem eiusdem Theodoti hæretici Byzantini Victorini Eusebius lib. 5. cap. 17. & Nicephorus lib. 4. cap. 20. ac 21. An idem sit cum illo Theodoto admirabili, qui

qui primus commentitia doctrina Montani procuratorum suscepit, & sicuti ille, & Maximilla suspensio perit, nescio; certe Eusebius diu antea, eiusdem nempe libri cap. 15. illius meminit, sed Nicephorus eodem tempore, nempe lib. 4. cap. 23. illud autem Tertulliani, quod agnouerit Theodotus Christum ex virgine natum, non est contrarium ei quod B. Hieronym. aduers. Heluidiam dicit, Theodotum Byzantium eadem cum illo sensisse, quia neque ille Christum negabat ex Virgine natum sed dicebat ex Maria & Joseph, postea etiam alios natos, qui fratres Christi dicebantur. Qui omnes quum Theodotum hunc nominem, non placet quod legit vtrouque MS. Vat. cod. Theodocus. Vixisse autem constat ex Eusebio & Theodor. hæres. lib. 2. & aliis supra citatis, sub Victore Romano Pontifice, atque adeò sub Commodo Cesare.

HÆR. XXIII.

331. Alter post hunc Theodotus hæreticus erupit, &c.] Peculiare est hoc serè Tertulliano, quod primum auctor hæresis Melchisedechianorum Theodotus fuerit, quum Epiphanius hæres. 55. magis eò videatur inclinare, quod illi à prioribus predictis illis Theodotianis orit, & postmodum auulsi fuerint, qui interrim & ibi, & hæ. 67. Hieracem auctorem facit. Consentit tamen Theodoretus lib. 2. qui hunc Theodotum argentarium fuisse dicit. Certè hic Melchisedechianis, quod Christum inferiorem esse quam Melchisedech ducens, adtribuit præter auctorem etiam Epiphanius. Reliqui, qui eodem ordine hanc hæresin post præcedentem collocant, nempe Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, non aliud illis adscribunt,

quam quod dixerint, vti etiam auctor, Melchisedech præcipua gratia celestem fuisse virtutem, atque adeò neque hominem. Nam id est quod subiungit auctor, ut Apator sit, amator, & agnealogenus, &c. adludens ad illud Hebr. 7. ἀπό τῶς ἀμῆτας, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε τέλος ἔχων, quod rectè vertit noster Interpres: sine patre, sine matre, sine genealogia; neque initium dierum, neque finem vite habens; pro quo sic paraphrasticos auctor: cuius neque initium, neque finis comprehensus sit, aut comprehendi possit. Quare adnotandus hic locus aduersus eos, qui Epistolam Pauli ad Hebræos apocrypham facere non verentur. Verum de hoc locus dicendi infra Tom. 5. lib. de Pudicitia, ubi Barnaba (vel B. Hieronymus teste Catal. Script. Eccl.) non Paulo eam adscribere videtur. Atqui ex dictis auctoribus constat Melchisedechianos, atque adeò hunc Theodotum, antecessisse Tertullianum quamproximè, atque adeò non sub Maximino, vti Præteolus, sed sub Severo potius constituendos.

HÆR. XXV.

332. Sed post hos omnes etiam Praxeas, &c.] De Praxeas & eius hæresi infra latius ad titulum libri aduers. Praxeas, quò Lectorem remittimus; hic dixisse conuenit, quod etiam hallucineur Præteolus, dum hanc hæresin primum ortam dicit tempore Galieni & Stephani Cesarum, qui diu post Tertullianum claruerunt. Quis autem Victorinus, qui hæresin illius corroborare curauit, non perinde constat. Relinquo itaque Lectoris diligentie eius inquisitionem, ut tandem aliquando huic libro sinem imponamus.

ARGVMENTVM LIBRI DE BAPTISMO
ADVERSVS QVINTILLAM, PER
Iacobum Pamelium.



ADVERSVS hæresis specialiter responsurus Tertullianus, ab ea incipit, que maximi erat momenti, utpotè que aqua baptismum tolleret omninò ad salutem necessarium, eo absurdior, quod à Quintilla femina suam haberet originem.

Imprimis autem, quum felix sit aqua sacramentum baptismus, quo ablutis delictis pristina cecitatis in vitam liberamur æternam, non otiosum fore istud digestum.

Nihil enim obstare, aut simplicitatem sine adparatu, quum stulta mundi Deus i. elegit; aut mirandam potestatem, qua lauacro mors diluitur, quod opera diuina sint super omnem admirationem.

Maximè, quum à mundi primordio plurima fuerit aqua auctoritas, vis, & III: gratia, qua proinde animare & in baptismi Sacramento nouerunt.

Ut potè que de pristina originis prerogatiua (sicuti tunc spiritus superferebatur iiii: super aquam) sacramentum sanctificationis consequantur innocato Deo, & sanctificata vim sanctificandi combibant, atque adeò & ipsæ sanctificent.

Si enim nationes extraneæ, Diabolo res Dei amulante, in sacris Isis aut Mihræ v. aquis initiabantur, & purgatrice aqua se expiari putabant; quanto id magis præstabit aqua per Dei vini auctoritatem, que adeò spiritui medentur, salutem æternam reformant

conferuant, deleta morte per ablutionem delictorum; quibus exempto reatu eximitur & pœna, ac homo ad similitudinem Dei, non ad imaginem solum, in eternitate censetur.

- VI. Et verò in aqua emundatos ad maiora dona spiritus sancti preparari, per ablutionem delictorum; quam fides impetrat ob signata in Patre & Filio & Spiritu sancto; adiecta etiam in restatione fidei & sponione salutis, Ecclesia mentione.
- VII. Exinde egressos lauacro perungi benedicta unctio, eo quòd Christus ab ea dicatur; quæ quidem etsi carnaliter fiat, spiritaliter proficit; quomodo baptismi carnalis actus, quòd in aqua mergimur, spiritalis effectus, quòd delictis liberamur.
- VIII. Dehinc manus impositionem fieri, qua per benedictionem (capiti impositis & intermutatis manibus, & transuersim obliquatis ad instar Ioseph, qui Christum ita deformabat) aduocatur spiritus sanctus; qui tunc super emundata & benedicta corpora, specie columbae in Dominum baptizatum à patre descendit.
- IX. Atqui & plura alia religionem aquæ demonstrantia, natura patrocina, priuilegia gratiæ, sollempnia disciplinae, figuras, præstructiones, & preces; ad confirmationem ac testimonium baptismi facere.
- X. Porro in hoc differre à nostro Ioannis baptismum, quòd pœnitentiæ esset baptismus in futuram remissionem peccatorum, & quasi candidatus remissionis & sanctificationis in Christo futurae.
- XI. Neque id obstare, quòd Christus ipse non tinxerit, quum Apostolos tinxisse constet baptismum eodem quo Ioannes, qui postea Christi.
- XII. Apostolos verò aut baptismum Ioannis tinctos fuisse, aut si illoti, vel primæ adlectionis vel indiuiduæ familiaritatis prærogatiuam, compendium baptismi conferre potuisse.
- XIII. Legem autem tinguendi impositam, & formam præscriptam à Christo, Ioannis 3. & Matth. 28. qua obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem, post Domini passionem, post quam tincti credentes omnes.
- XIII. Etsi enim Apostolus Paulus ad prædicandum potius quàm ad tinguendum missus sit, tamen quosdam ab eo baptizatos; & aliis Apostolis id à Christo præceptum fuisse.
- XV. Præterea unum omninò esse aquæ baptismum, sicuti unus Deus & una Ecclesia, quo semel delicta diluuntur, quem iterari non oportet, de quo latius in Græco à se digestum esse.
- XVI. Secundum etiam unum & ipsum sanguinis baptismum, qui & lauacrum non acceptum representat.
- XVII. Dandi porrò baptismum ius esse Episcopo, ac Presbyteris & Diaconis cum Episcopi auctoritate, nisi in necessitatibus ut utaris, aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellat.
- XVIII. Neque verò temerè baptismum cuius credendum, sed pro cuiusque personæ conditione, ac dispositione.
- XIX. Diem etiam baptismum sollempniorem Pascha præstare & Pentecosten ordinandis lauacris latissimum spatium.
- XX. Denique ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiuniis, geniculationibus, & peruigiliis, cum confessione omnium retrò delictorum, preparari oportere; quibus gratulandum, si non publicè confitentur iniquitates.

Cete

Ceterum præterquàm quòd stylus libri huius ita Auctorem redoleat, ut dubitandi non sit locus; certè à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. in Luca, citatur ex Tertulliano locus, de Periodis Pauli & Teclæ; nempe Presbyterum quendam in Asia prædicantem Apostoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd Auctor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. quod iisdem penè verbis reperire est huius libri de Baptismo capite xvij. Alludit idem Hieronymus. epistol. 83. ad Oceanum, agens de plena peccatorum in Baptismo remissione, ad verba illa primi capituli: Quædam de Caiana hæresi vipera; immò ibidem integra ferè 3. & 9. huius lib. capita descripsit. Hrabanus quoque noster lib. 1. de Institut. cler. cap. 3. multa desumpsit ex cap. 8. & 9. Ante verò hæresin omnem conscriptum vel inde constat, quòd aduersus Quintillam conscriptus sit, quæ Montani insaniam secuta, etiam hunc errorem de Baptismo sparsit; sicuti Adnotationib. nostris latius infra nu. 2. Edidit hunc primus Gagnæus Parisiensis Theologus, & postea etiam multis in locis castigauit ex Britannico Lalandi codice Sigismundus Gelenius. Nunc verò quum aliquot etiam loci à nobis iuxta sententiam Dominorum Latinij & Harrisij restituti sint, reliquis mederi non licuit sine MS. codice, sed coniecturas quasdam Adnotationibus nostris, quas cum Argumento hoc recens adiicimus, interiecimus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, DE BAPTISMO ADVERSUS
Quintillam Liber.



BELIX sacramentum aquæ nostræ, quia ablutis delictis pristinae cæcitatibus, in vitam æternam liberamur. Non erit otiosum digestum istud, instruens tam eos qui cum maximè formantur, quàm & illos qui simpliciter credidisse contenti, non exploratis rationibus traditionum, intentatam probabilem fidem per impericiam portant: atque adeò nuper conuersata istic quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, imprimis baptismum destruens planè secundum naturam: nam ferè viperæ, & aspidæ, ipsique reguli serpentes arida & inaquosa sectantur. Sed nos pisciculi secundum nostrum Iesum Christum in aqua nascimur, Nec aliter quàm in aqua permanendo salui sumus. Ita Quintilla monstruissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens. Sed enim quanta vis est peruerfitatis ad fidem labefactandam, vel in totum non recipiendam, ut ex his eam impugnet, ex quibus constat. Nihil adeò est quod obduret mentes hominum, quàm simplicitas diuinorum operum quæ in actu videntur, & magnificentia quæ in effectu repromittitur: ut hinc quoque quoniam tanta simplicitate sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumptu homo in aqua demissus, & inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio æternitatis. Mentior si non econtrariò Idolorum sollempnia vel arcana de suggestu & apparatu, deque sumptu fidem & auctoritatem sibi extruunt. Prò misera incredulitas, quæ denegas Deo proprietates suas, simplicitatem & potestatem. Quid ergo? nonne mirandum & lauacro dilui mottem? Atquin eo magis credendum, si quia mirandum est, idcirco non creditur: qualia enim decet esse opera diuina, nisi super omnem admirationem? Nos quoque ipsi miramur, sed quia credimus. Ceterum incredulitas miratur, non creditur. Miratur enim simplicia quasi vana, magnifica, quasi impossibilia. Et sit planè ut putas, satis

Qq iij

I. Cor. 1. ad vtrumque diuina pronuntiatio præcurrit. Stulta mundi elegit Deus⁴⁴ vt confundat D
 Math. 19. sapientiam eius, & prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. Nam si Deus & sapiens & potens, quod etiam prætereuntes eum non negant; meritò in aduersariis sapietie potetiaq; id est in stultitia & impossibilitate materias operationis suæ instituit. Quonia virtus omnis ex his causam accipit, à quibus prouocatur. [¹⁶ Huius memores pronuntiationis tanquam præscriptionis, nihilominus quàm stultum & impossibile sit aqua reformari tractamus, quid vtrique ista materia tantæ dignationis meruerit officium, vt opinor, auctoritas liquidi elementi exigenda est. Atquin plurima suppetit, & quidè à primordio. Nam vnum ex his est, quæ ante omnem mundi suggestum impolita adhuc specie penes Deum quiescebat. ¹⁷ In primordio (inquit) fecit Deus cælum & terrâ. Terra autè erat inuisibilis & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, ¹⁸ & spiritus Dei super aquas ferebatur. Habes homo in primis ætatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; dehinc dignationem, quod diuini spiritus sedes, gratior scilicet ceteris tunc elementis. Nã & tenebræ totæ adhuc sine cultu siderum informes, & tristis abyssus, & terra imparata, & cælum rude: solus liquor, semper materia perfecta, læta, simplex de suo pura, dignum vectaculum Deo subiiciebat. Quid quod exinde dispositio mundi modularicibus quodammodo aquis Deo constitit. Nam vt fundamentum cæleste suspenderet in medietate distinctis aquis fecit, ¹⁹ & vt terram aridam suspenderet, segregatis aquis expediit. ordinato dehinc per elementa mundo cum incolæ darètur, ²⁰ primis aquis præceptum est animas proferre. Primus liquor quod viueret edidit, ne mirum sit in baptismo, si aquæ animare nouerunt. ²¹ Nam ipsius quoque hominis figurandi opus sociatibus aquis absolutum est de terra materia, non tamen habili nisi humecta & succida, quam. s. ante quartum diem segregatæ aquæ in stationem suam superstite humore limo temperarant. Si exinde vniuerse vel plura prosequar, quæ de elementi istius auctoritate commemorè, quata vis eius aut gratia, quot ingenia, quot officia, quantum instrumentum mudo ferat: vereor ne laudes aquæ potius quàm baptismi rationes videar congregasse. Licet eo plenius docerè non esse dubitandum, si materiam, quam in omnibus rebus & operibus suis Deus disposuit, etiam in sacramentis propriis parere fecit, si quæ vitam eternam gubernat, & in cælesti procurat. [²² Sed ea satis erit præcepisse, in quibus & ratio baptismi recognoscitur prima illa, quæ iam tunc etiam ipso habitu prænotabatur ad baptismi figurâ, Dei spiritum, qui ab initio superuectabatur super aquas, intinctos reformaturum. Sanctum autem vtrique super sanctum ferebatur, aut ab eo quod superferebatur, id quod ferebat, sanctitate mutuabatur. Quoniam subiecta quæque materia eius quæ desuper imminet, qualitatem rapiat necesse est, maxime corporalis spiritalem, & penetrare & insidere facilem per substantiæ suæ subtilitatem. ²⁴ Ita de sancto sanctificata natura aquarum, & ipsa sanctificare cœcepit. Nemo dicat, ²⁵ Nunquid ipsis enim aquis tingimur quæ nunc in primordio fuerunt? nõ vtrique ipsis nisi ex ea parte qua genus quidem vnum, species verò complures. Quod autè generi adtributum est, etiam in specie redundat. Ideoq; nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alueo diluatur, ²⁶ nec quicquam refert inter eos quos Ioanes in Iordane, & quos Petrus in Tiberi tinxit. Nisi & ille spado quem Philippus inter vias for-taita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit. ²⁷ Igitur omnes aquæ de pristina originis prærogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de cælis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt. Quæquam ad simplicem actum competat similitudo, vt quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Sed delicta sicut nõ in carne comparent, quia nemo super cutem portat maculam Idololatriæ, aut stupri, aut fraudis: ita eiusmodi in spiritu sordet qui est auctor delicti. Spiritus enim dominatur, caro famulatur: tamè vtrique inter se comunicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium. Igitur medicatis quodammodo aquis per angeli interuentum, & spiritus in aquis corporaliter diluitur, & caro in eisdem spiritaliter mundatur. [²⁸ Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu spiritalium potestate eadem efficacia idolis suis subministrat, sed viduis aquis sibi metiuntur. ²⁹ Nam & sacris quibusdam per lauacrum iniantur, ³⁰ Iudis alicuius, ³¹ aut Mithræ, ³² ipsos etiam deos suos lauacionibus efferunt. ³³ Ceterum villas, domos, tēpla, totaq; vrbes aspergine circulate aquæ expiāt passim, ³⁴ certè ludis Apollinari-bus & Pelusiis tinguntur. Idq; se in regeneratione & impunitate periorum suorū agere præsumunt. Itè penes veteres ³⁵ quisquis se homicidio infecerat, putgatrice aqua se expiabat.

A bat. Igitur si de sola nature aqua, quod propria materia sit adlegèdi auspicij emundationis, blandiuntur, quantò id verius aquæ præstabant per Dei auctoritatē, à quo omnis natura earū constituta est? Si religione aquam medicari putant, quæ potior religio quàm Dei viui? quo agnito, hic quoque studium diaboli recognoscimus res Dei æmulantis, cum & ipse baptismum in suis exercet. quid simile? Immundus emundat, perditior liberat, damnatus absoluit. suā videlicet operā destruet diluēs delicta, quæ inspirat ipse. Hæc quidem in testimoniu posita sunt repellentibus fidem, si minimè credant rebus Dei, quarum adfectionibus apud æmulum Dei credunt. an nõ & aliàs sine vilo sacramento ³⁶ immundi spiritus aquis incubat, adfectantes illam in primordio diuini spiritus gestationem? Sciunt ³⁷ opaci quique fontes, & auij quique tui, & in balneis piscinæ & euripi in domibus vel cisternæ & putei, qui rapere dicuntur, scilicet per vim spiritus nocentis. ³⁷ Nam & eneotos ³⁸ & lymphatos & ³⁹ hydrophobos vocat, quos aquæ necauerunt, aut amentia vel formidine exercuerunt. Quorsum ista retulimus? ne quis durius credat angelū Dei sanctū aquis in salutem hominis temperadis adesse, cum angelus malus profanus commerciu eiusdem elementi in perniciem hominis frequentat. Angelum aquis interuenire, si nouum vide- ⁴⁰ tur, exemplum futuri præcurrit. piscinam Bethsaidam angelus interueniens commouebat, obseruabant qui ⁴¹ valetudinem querebantur. Nam si quis præuenerat descendere illuc, queri post lauacrum desinebat. Figura ista medicinæ corporalis spiritali medicinam canebat, ea forma, qua semper carnalia in figura spiritalium antecedunt. Proficiente itaque in hominibus gratia Dei plus aquis & angelo accessit: qui vitia corporis remediabant, nunc spiritum medentur: qui temporalem operabantur salutem, nunc æternam re- ⁴² formant: qui vnum semel anno liberabant, nunc quotidie populos conseruant, deleta morte per ablutionem delictorum. ⁴³ Exempto scilicet reatu, eximitur & pœna. ⁴⁴ Ita restituetur homo Deo ad similitudinem eius qui retrò ad imaginem Dei fuerat. imago in ⁴⁵ effigie, similitudo in æternitate censetur. ⁴⁶ Recipit enim illum Dei spiritum, quem tunc de afflatu eius acceperat, sed post amiserat per delictum. [⁴⁷ Non quod in aquis spiritum ⁴⁸ sanctum consequamur, sed in aqua emundati sub angelo spiritui sancto preparamur. Hic quoque figura præcessit. Sic enim Ioannes antepæcurfor Domini fuit, præparans vias ⁴⁹ eius: ita & angelus baptismi arbor superueto spiritui sancto vias dirigit ablutione delictorum, quam fides impetrat ⁵⁰ ob signata in Patre & Filio & Spiritu sancto. Nam si in ⁵¹ tribus testibus stabit omne verbū, quantò magis dum habemus per benedictionem eor- ⁵² dem arbitros fidei, quos & sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostræ etiam numerus nominum diuinorum. Quum autem sub tribus ⁵³ & testatio fidei & sponsio salutis pignerentur, ⁵⁴ necessariò adiicitur Ecclesiæ mentio: quoniam vbi tres, id est Pater & Filius & Spiritus sanctus, ibi Ecclesia quæ trium corpus est. [⁵⁵ Exinde egressi de lauacro ⁵⁶ perungimur benedicta vnctio ⁵⁷ de pristina disciplina, qua vngui oleo de cornu in sa- ⁵⁸ cerdotiu solebat. Ex quo Aaron à Moysè vnctus est, ⁵⁹ vnde Christus dicitur à ⁶⁰ chrismate quod est vnctio, quæ Domino nomen accommodauit, facta spiritalis, quia spiritu vnctus est à Deo patre, sicut in Actis: ⁶¹ Collecti sunt enim verè in ista ciuitate aduersus sanctum ⁶² filium tuum, quem vnxi. ⁶³ Sic & in nobis carnaliter currit vnctio, sed spiritaliter proficit: quomodo & ipsius baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effectus, quod delictis liberamur. [⁶⁴ Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduo- ⁶⁵ cans & inuitans spiritum sanctum. Sanè humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere, & concorporationem eorum accommodatis desuper manibus alio spiritu tantæ claritatis animare, Deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas ⁶⁶ sublimitatem modulari spiritali? Sed est hoc quoque de veteri sacramento, ⁶⁷ quo nepotes suos ex Ioseph Efram & Manassem Iacob capitibus impositis & intermutatis manibus bene- ⁶⁸ dixerit, & quidem ita transfuersim obliquatis in se, vt Christū deformantes iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. ⁶⁹ Tunc ille sanctissimus spiritus super emundata & benedicta corpora libens à patre descendit, ⁷⁰ super baptismi aquas tanquam ⁷¹ pristinam sedem recognoscens conuoluit, columbæ figura delapsus in Dominum, vt natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis & innocentie: ⁷² quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideoque, Estote (inquit) simplices sicut columbæ, ⁷³ ne hoc quidem sine argumento præcedentis figuræ. ⁷⁴ Quemadmodum enim post aquas ⁷⁵ diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismū (vt ita dixerim) mundi pacem cælestis iræ præco columba terris adnunciauit dimissa ex arca, & cum olea reuerfa: quod

signum etiam apud nationes paci prærenditur. Eadem dispositione spiritalis effectus ter-
 ræ, id est carni nostræ emergenti de lauacro post vetera delicta columba sancti spiritus ad-
 uolat, pacem Dei adferens, emissa de cælis, ⁶¹ ubi Ecclesia est arca figurata. Sed mundus
 rursus deliquit, quo malè comparatur baptismus diluuius. Itaque igni destinatur, sicut &
 homo qui post baptismum delicta restaurat, ut hoc quoque in signum admonitionis nostræ
 debeat accipi. [⁶² Quot igitur patrocina natura, quot priuilegia gratiæ, quot solemnità
 disciplina, figuræ, præstructiones, preces religionem aquæ ordinauerunt? ⁶³ Primò
 quidem quum populus de Ægypto liberè expeditus, vim regis Ægypti per aquam trans-
 gressus euadit, ipsum regem cum totis copiis aqua extinxit. Quæ figura manifestior in
 baptismi sacramento: Liberantur de seculo nationes per aquam scilicet, & diabolium
 dominatorem pristinum, in aqua oppressum derelinquunt. ⁶⁴ Item aqua de amaritudinis
 vitio in suum commodum suauitatis Moysi ligno remediatur. Lignum illud erat Christus
 venenatæ & amaræ retrò naturæ venas insaluberrimas, aquas baptismi, scilicet ex sese re-
 medians. ⁶⁵ Hæc est aqua, quæ de comite petra populo defluebat. Si enim petra Christus,
 sine dubio aqua in Christo baptismum videmus benedici. Quanta aquæ gratia penes Deum
 & Christum eius est ad baptismi confirmationem. Nunquam sine aqua Christus, ⁶⁶ si qui-
 dem & ipse aqua tingitur. ⁶⁷ Prima rudimenta potestatis suæ vocatus ad nuptias aqua
 auspicatur. Cum sermonem facit, ⁶⁸ sitientes ad aquam suam inuitat sempiternam. Cum
 de agape docet, ⁶⁹ aquæ calicem fratri oblatum inter opera dilectionis probat. ⁷⁰ Apud
 puteum vires resumit; super aquam incedit libenter, transfricat; aquam discentibus mini-
 strat; perseverat testimonium baptismi usque ad passionem. quum deditur in crucem, aqua
 interuenit, sciunt Pilati manus. ⁷¹ quum vulneratur, aqua de latere prorumpit, scit lancea
 militis. [⁷² Diximus quantum mediocritati nostræ licuit de vniuersis, quæ baptismi re-
 ligationem struunt, nunc ad reliquum statum eius æquè ut poterò progrediar de quæstion-
 culis quibusdam. ⁷³ Baptismus ab Ioanne denuntiatus iam tunc habuit quæstionem, ab
 ipso quidem Domino propositam Phariseis, cælestis ne is baptismus esset, an verò ter-
 renus? De quo illi non valuerunt constanter respondere, ⁷⁴ utpotè non intelligentes, quia
 nec credentes. Nos porrò quantula fide sumus, tantulo & intellectu possumus æstimare,
 diuinum quidem eum baptismum fuisse, mandatu tamen non & potestate, quòd & Ioan-
 nem à Domino missum legimus in hoc munus, ceterum humanum conditione. Nihil enim
 cælesti præstabat, sed cælestibus præministrabat, ⁷⁵ penitentiam scilicet præpositus, quæ
 est in hominis potestate. ⁷⁶ Denique legis doctores & Pharisei, qui credere noluerunt,
 nec penitentiam egere. Quòd si penitentia humanum est, & baptismus ipsius eiusdem
 conditionis fuerit necesse est, aut daret & spiritum sanctum & remissionem delictorum si
 cælestis fuisset. ⁷⁷ Sed neque peccatum dimittit, neque spiritum indulget nisi Deus solus.
 Etiam ipse Dominus, nisi ipse prius ascenderet ad patrem, aliter negauit spiritum descen-
 surum, id quod Dominus nondum conferebat, seruus utiq; præstare non posset. ⁷⁸ Adèd
 postea in Actis Apostolorum inuenimus, quoniam qui Ioannis baptismum habebant, nò
 accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem nouerant: ergo non erat cælestis
 quòd cælestia non exhibebat: quum ⁷⁹ ipsum quòd cælesti in Ioanne fuerat spiritus Pro-
 phetiæ; post totius spiritus in Dominum translationem usque adèd defecerit, ut quem præ-
 dicauerat, quem aduenientem designauerat, postmodum an ipse esset, miserit sciscitatum.
 Agebatur itaq; baptismus penitentiam quasi candidatus remissionis & sanctificationis in
 Christo subsequatur. Nam quòd prædicabat ⁸⁰ baptismum penitentiam in remissionem
 delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est. Siquidem penitentia antecedit, re-
 missio subsequitur, & hoc est viam præparare: qui autem præparat, nò idem ipse perficit,
 sed alij perficiendum procurat. Ipse proficitur sua non esse cælestia, sed Christi, dicendo,
 Qui de terra est, de terra loquitur: ⁸¹ qui de supernis venit, super omnes est. ⁸² Item sola se
 penitentiam tingueret, venturum mox qui tingueret in spiritu & igni. Scilicet, quia vera & sta-
 bilis aquæ fides qua tingitur in salutem, simulata autè & infirma igni tingitur in iudiciu.
 [⁸³ Sed ecce (inquiunt) venit Dominus, & non tinxit. Legimus enim: Et tamen is non
 tinguebat, verum discipuli eius: quia reuera ipsum suis manibus tincturum Ioannes præ-
 dicasset. Non utique sic intelligendum est, sed simpliciter dictum more communi. Sicut
 est (verbi gratia) Imperator proposuit edictum, aut præfectus fustibus cæcidit: nunquid
 ipse proponit, aut nunquid ipse cædit? ⁸⁴ semper is dicitur facere cui præministratur. Ita
 erit accipiendum, Ipse vos tinguet, pro eo quòd est, per ipsum tinguemini, vel in ipsum.
 Sed

Luc. 3.

I X.

Exod. 14.

Exod. 15.

Exod. 7.

Num. 20.

I. Cor. 10.

a. Math. 3.

b. Joan. 3.

c. Joan. 7.

d. Math. 10.

Joan. 4.

Math. 14.

Joan. 13.

Math. 27.

Joan. 19.

x.

Math. 21.

I. Cor. 7.

Marc. 3.

Joan. 16.

Act. 19.

Joan. 1.

Math. 11.

Joan. 3.

Luc. 3.

X I.

Joan. 4.

Luc. 3.

A Sed ne moueat quosdam, quòd nò ipse tinguebat. In quem enim tingueret? In peniten-
 tiam. quo ergo illi præcursorem? in peccatorum remissionem, quam verbo dabat? in se-
 metipsum, quem humilitate cælabat? in spiritum sanctum, qui nondum à patre descende-
 rat? in Ecclesiam, ⁸⁵ quam nondum Apostoli struxerant? Itaque tinguebant discipuli eius
 ut ministri, ut Ioannes antè præcursor ⁸⁶ eodem baptismo Ioannis, ne qui alio puter, quia
 nec exstat alius nisi postea Christi, qui tunc utique à discipulis dari non poterat, utpotè
 nondum adimpleta gloria Domini, nec instructa efficacia lauacri per passionem & resur-
 rectionem: ⁸⁷ quia nec mors nostra dissolui posset nisi Domini passione, nec vita restitui
 sine resurrectione ipsius. [⁸⁸ Quum verò præscribitur ⁸⁹ nemini sine baptismo competere
 salutem, ex illa maxime pronuntiatione Domini, qui ait: Nisi natus ex aqua quis erit, non
 habet vitam, suboriuntur scrupulosi, immò temerarij retractatus quorundam, quomodo
 ex ista præscriptione Apostolis salus competat, ⁹⁰ quos tinctos non inuenimus in Domi-
 no, præter Paulum. Immo quum Paulus solus ex illis baptismum Christi induerit, aut
 præiudicatum esse de ceterorū periculo, qui careant aqua Christi, ut præscriptio salua sit,
 aut rescindi præscriptionem, si etiam non tinctis salus statuta est. Audiui, Domino teste,
 eiusmodi, ne quis me tam perditum existimet, ut vltro exagitem libidinem styli, quæ aliis
 scrupulum incutiat. Et nunc illis, ut poterò, respondebo, qui negant Apostolos tinctos.
 Nam si humanum Ioannis baptismum inierant, & Dominicum desiderabant, quatenus
 vnum baptismum definierat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti: ⁹¹ Qui semel
 lauit, non habet necesse rursum: quòd utique non tincto non omnino dixisset: & hæc est
 probatio exerta aduersus illos, qui adimunt Apostolis etià Ioannis baptismum, ut destruant
 aquæ sacramentum. An credibile videri potest, in his personis viam tunc Domini non
 præparatam, id est baptismum Ioannis, quæ ad viam Domini per totum orbem aperien-
 dam destinabantur? Ipse Dominus nullius penitentiam debitor tinctus est, peccatoribus
 non fuit necesse: Quid ergo, alij tincti non sunt? non tamen comites Christi, sed æmuli fi-
 dei, legis doctores & Pharisei. Vnde & suggeritur, quum aduersantes Domino tingui no-
 luerint, eos qui Dominum sequebantur, tinctos fuisse, nec cum æmulis suis sapuisse, ma-
 ximè quando Dominus cui adhærebant, testimonio Ioannem extulisset, Nemo dicens
 maior inter natos sceminarum Ioanne baptizatore. Alij planè satis coactè iniiciunt tunc
 Apostolos baptismi vicem implese, quum in nauicula fluctibus adpersi operi sunt, ipsum
 quoque Petrum per mare ingrediẽtem satis mersum. Vt opinor autem, aliud est adpergi
 vel intercipi violètia maris, aliud tingui disciplina religionis. Ceterum nauicula illa figu-
 ram Ecclesiæ præferbat, quòd in mari, id est, seculo, fluctibus, id est, persecutionibus &
 tentationibus inquietatur, Domino per patientiam velut dormiente, donec orationibus
 sanctorum in vltimis suscitatus compestat seculum, & tranquillitatem suis reddat. Nunc
 siue tincti quoquo modo fuerunt, siue in loci perseverauerunt, ut & illud dictum Domini
 de vno lauacro sub Petri persona ad nos tantummodò spectet, de salute tamen Apostolo-
 rum satis temerarium est æstimare, quia illis vel primæ adlectionis, & exinde indiuiduæ
 familiaritatis prærogatiuâ compendium baptismi conferre posset. Cum illo opinor, se-
 quebantur illum, qui credenti cuique salutem pollicebatur. Fides tua te (aiebat) saluum
 fecit, & remittuntur tibi peccata, credenti utique, nec tamen tincto. Id si Apostolis de-
 fuit, nescio quorum fides. ⁹² vno verbo Domini suscitatus teloneum dereliquit, patrem
 & nauem, & artem qua vitam sustentabat, deseruit; qui patris exequias despexit: summum
 illius Domini præceptum: ⁹³ Qui patrem aut matrem mihi prætulerit, non est me dignus,
 antè perfecit quàm audiuit. [⁹⁴ Hic ergo scelestissimi illi prouocant quæstiones. Adèd
 dicunt, baptismus nò est necessarius, quibus fides satis est: nam & Abraham nullius aquæ
 nisi fidei sacramento Deo placuit. Sed in omnibus posteriora concludunt, & sequentia
 antecedentibus præualēt. Fuerit salus retrò per fidem nudam ante Domini passionem &
 resurrectionem. At ubi fides aucta est credendi in natiuitatē, passionem, resurrectionem-
 que eius, addita est ampliatio sacramento, ⁹⁵ obsignatio baptismi, vestimentum quodam-
 modò fidei, quæ retrò erat nuda, nec potentiam habuit sine sua lege. ⁹⁶ Lex enim tingendi
 imposita est, & forma præscripta. Ite (inquit) docete nationes, tingentes eas in nomen
 Patris & Filij & Spiritus sancti. Huic ⁹⁷ legi collata definitio illa: Nisi quis renatus fuerit
 ex aqua & spiritu, nò intrabit in regnum cælorum, obstrinxit fidem ad baptismi necessita-
 tem. Itaque omnes exinde credentes tinguebantur. Tunc & Paulus ubi credidit, tinctus
 est. Et hoc est quòd Dominus ⁹⁸ in illa plaga orationis præceperat, ⁹⁹ Exurge, dicens, & ibidem.

Rom. 6.

X I I.

Joan. 3.

Joan. 13.

Math. 11.

Math. 8.

Math. 14.

Math. 8.

Joan. 13.

Marc. 10.

Math. 9.

Math. 4.

Math. 8.

Math. 10.

X I I I.

Gen. 15.

Math. 28.

Joan. 3.

Act. 9.

Ibidem.

introi Damascum, illic tibi demonstrabitur quid debeas agere, scilicet tingui, quod solum D
ei deat. Alioquin satis didicerat atque crediderat Nazarenum esse Dominum Dei filium.
XIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Sed de ipso Apostolo reuoluunt, quod dixerit, Non enim me ad tingendum Chri-
XIV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} stus misit, quasi hoc argumento baptismus adimatur. Cur enim tinxit Gaum & Crispum
XV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} & Stephanam domum? quamquam et si non cum miserat Christus ad tingendum, tamen
XVI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} aliis Apostolis preceperat tingere. Verum hæc pro conditione tunc temporis ad Co-
XVII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} rinthios scripta sunt, quoniam schismata & dissensiones inter illos mouebantur, dum alius
XVIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Paulo deputat, alius Apollo. Propter quod pacificus Apostolus, ne sibi omnia defendere
XIX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} videretur, non ad tingendum ait se missum, sed ad predicandum. Nam & prius est prædi-
XX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} care, posterus tingere. Si prius prædicatum: puto autem licuit & tingere, cui licuit præ-
XXI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} dicare. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Nescio si quid amplius ad controuersiam baptismi ventilatur. Sanè retexam
XXII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quod supra omisi, ne imminentes sensus videar interciderè: Vnus omnino baptismus est
XXIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} nobis, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tam ex Domini Euangelio, quam ex Apostoli litteris, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quoniam vnus Domi-
XXIV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} nus & ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} vnum baptismum & ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} vna Ecclesia in cælis. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Sed circa hæreticos sanè quid
XXV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} custodiendum sit, dignè quis retractet; ad nos enim æditum est. Hæretici autem nullum
XXVI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} habent cõsortium nostræ disciplinæ, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio com-
XXVII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} municationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi est præceptum, quia non idem
XXVIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Deus est nobis & illis, nec vnus Christus, id est idem. Ideoque nec baptismus vnus, quia
XXIX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} nõ idem. Quem quum ritè nõ habeant, sine dubio nõ habent, nec capit numerari, quod
XXX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} non habetur: ita nec possunt accipere, quia non habent. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Sed de isto plenius iam nobis
XXXI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} in Græco digestum est. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Semel ergo lauacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea
XXXII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} iterari non oportet. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Ceterum Israël Iudæus quotidie lauat, quia quotidie inquinatur.
XXXIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Quod ne in nobis quoque fastidaretur, propterea de vno lauacro definitum est. Felix aqua
XXXIV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quæ semel abluat, quæ ludibrio peccatoribus non est, quæ nõ ad sudiditate sordium infecta
XXXV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} rursum quos diluit, inquinat. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnum &
XXXVI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ipsum, sanguinis scilicet: de quo Dominus, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Habeo, inquit, baptismum tingui, quum iam
XXXVII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tinctus fuisset. Venerat enim per aquam & sanguinem, sicut Ioannes scripsit, vt aqua
XXXVIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tingueretur, sanguine glorificaretur. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Proinde vt nos faceret aqua vocatos, sanguine
XXXIX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} electos, hos duos baptismos de vulnere perfossi lateris emisit. Quia qui in sanguine eius
XL. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} crederent, aqua laurentur: ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} qui aqua lauissent, etiam sanguinem potarent. Hic est ba-
XLI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ptismus, qui lauacrum & non acceptum repræsentat, & perditum reddit. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Superest
XLII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ad concludendam materiolum de obseruatione quoque dandi & accipiendi baptismum
XLIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} commonefacere. Dandi quidem habet ius summus sacerdos qui est Episcopus, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Dehinc
XLIV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesiæ honorem.
XLV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Quo saluo, salua pax est. Alioquin etiam laicis ius est. Quod enim ex æquo accipitur,
XLVI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ex æquo dari potest, nisi Episcopi iam aut Presbyteri, aut Diaconi vocantur, dicentes, Do-
XLVII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} mini sermo non debet abscondi ab vilo. Proinde & baptismus æquè Dei census ab omni-
XLVIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} bus exerceri potest: sed quanto magis laicis disciplina verecundiæ & modestiæ incumbit,
XLIX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quum ea maioribus competat, ne sibi adsumat dicatum Episcopi officium Episcopa-
L. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tus. Emulatio, schismatum mater est. Omnia licere dixit sanctissimus Apostolus, sed nõ
L I. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} omnia expedire. Sufficiat scilicet in necessitatibus vt vtaris, sicubi aut loci, aut temporis,
L II. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} aut personæ conditio compellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, quum vr-
L III. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} get circumstantia periclitantis. Quoniam reus erit perditum hominis, si superederit præstare,
L IV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quod liberè potuit. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Petulantia autem mulierum quæ vsurpauit docere, utique nõ etiam
L V. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tingendi ius sibi pariet, nisi si quæ noua bestia euenerit similis pristinæ: vt quemadmodum
L VI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} illa baptismum auferat, ita aliqua per se eum cõferat. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Quod si quæ Pauli perperam
L VII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} scripta legunt, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tingendiq; defendunt,
L VIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} sciant in Asia Presbyterum qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo
L IX. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} cumulans, conuictum atque confessum id se more Pauli fecisse, loco deceffisse. Quam
L X. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} enim fidei proximum videretur, vt is docendi & tingendi daret fœminæ potestatem,
L XI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} qui ne discere quidem constanter mulieri permisit. Taceant, inquit, & domi maritos
L XII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} suos consulant. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Ceterum baptismum non temerè credendum esse sciunt, quorum
L XIII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} officium est. Omni petenti te dato, suum habet titulum perinde ad elemosynam pertinen-
L XIV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} tem. Immo illud potius respiciendum, Nolite dare sanctum canibus, & ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} porcis proii-
L XV. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} cere margaritas vestras, & manus ne facilè imposueris, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ne participes aliena delicta. Si
L XVI. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Philippus tam facilè tinxit eunuchum, recogitemus manifestam & exertam dignationem
L XVII. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Domini

A Domini intercessisse. Spiritus Philippo præceperat in eam viam prætereire; spado &
 ipse inuentus est non otiosus, nec qui subito tingui concupisceret: sed ad templum oradi
 gratia profectus scripturæ diuinæ impressus, sic oportebat deprendi, cui vltro Deus Apo-
 stolum miserat. ad ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quem rursus spiritus vt se curriculo eunuchi adiungeret iussit, scri-
 ptura ipsius fidei occurrit, in tempore exhortatus adsumitur, Dominus ostenditur, fides
 non moratur, aqua nõ expectatur, Apostolus perfecto negotio eripitur. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Sed & Paulus ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} reuera citò tinctus est. Citò enim cognouerat Iudas hospes vas eum esse electionis con-
 stitutum. Dei dignatio suas præmittit prærogatiuas; omnis petitio & decipere & decipi
 potest. Itaque pro cuiusque personæ conditione ac dispositione, etiam ætate cunctatio
 baptismi vtilior est: præcipuè tamen circa paruulos. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Quid enim necesse est, si non tam
 necesse ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} sponsores etiam periculo ingeri? qui & ipsi per mortalitatem destituere pro-
 missiones suas possunt, & prouentu male indolis falli. Ait quidem Dominus, Nolite illos ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Math. 19.
 prohibere ad me venire. Veniant ergo dum adolefcunt, veniant dum discunt, dum quò
 veniant docentur, fiant Christiani quum Christum nosse potuerint. quid festinat inno-
 cens ætas ad remissionem peccatorum? cautiùs agetur in secularibus, vt cui substantia
 terrena non creditur, diuina credatur. norint petere salutem, vt petenti dedisse videaris.
^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Non minore de causa innupti quoque procrastinandi, in quibus tentatio præparata
 est tam virginibus per maturitatem, quam viduis per vagationem, donec aut nubant,
^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} aut continentia corroborentur. Si qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt
^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} consecutionem quam dilationem: fides integra secura est de salute. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Diem baptis- ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} XIX.
 mo solenniorem Pascha præstat, cum & passio Domini in qua tingimur, adimpleta est.
 nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum vltimum Pascha Dominus
 esset acturus, missis discipulis ad præparandum, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Inuenietis, inquit, hominem aquam ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Marc. 14.
 baiulantem. Paschæ celebrandæ locum de signo aquæ ostendit. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Exinde Pentecoste ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Act. 2.
 ordinandis lauacris latissimum spatium est, quo & Domini resurrectio inter discipulos
 frequentata est, & gratia spiritus sancti dedicata, & spes aduentus Domini subolsensa,
 quòd tunc in cælos recuperato eo, angeli ad Apostolos dixerunt sic venturum quem- ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Act. 1.
 admodum & in cælos conscendit, utique in Pentecoste. Sed enim Hieremias cum dicit: ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Hier. 31.
^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo, Paschæ diem significat & Pente-
 costes, qui est propriè dies festus. Ceterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne
 tempus habile baptismi: si de solennitate interest, de gratia nihil refert. [^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Ingressuros ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} XX.
 baptismum, orationibus crebris, ieiuniis & geniculationibus, & peruigiliis orare oportet,
 & ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} cum confessione omnium retrò delictorum, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} vt exponant etiam baptismum Ioã-
 nis, Tinguebantur, inquit, confitentis delicta sua. Nobis gratulandum est, si non publicè ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Math. 3.
 confitemur iniquitates aut turpitudines nostras. ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Simul enim & de pristinis satisfaci-
 mus conflictatione carnis & spiritus, & subsecuturis tentationibus munimenta præstrui-
 mus. Vigilate & orate, inquit, ne incidatis in tentationem. Et idèd credo tentati sunt, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Math. 26.
 quoniam obdormierunt, vt adprehensum Dominum destituerint, & qui cum eo persti-
 terit, & gladio sit vsus, ter etiam negauerit: ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} nam & præcesserat dictum; Neminem in- ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Luc. 22.
 tentatum regna cælestia consecuturum. Ipsum Dominum post lauacrum statim tenta- ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Math. 4.
 tiones circumsteterunt quadraginta diebus ieiuniis functum. Ergo & nos, dicet aliquis,
 à lauacro potius ieiunare oportet. & quis enim prohibet, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} nisi necessitas gaudij & gra-
 tulatio salutis? Sed Dominus, quantulum æstimo, de figura Israël exprobrationem in
 ipsum retorfit. Namque populus mare transgressus, & in solitudine translatus per qua-
 draginta annos, illic cum diuinis copiis aleretur, nihilominus ventris & gulæ memine-
 rat, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} quàm Dei. Deinde Dominus post aquam segregatus in deserta quadraginta dierum
 ieiunia emensus, ostendit non pane viuere hominem Dei, sed Dei verbo: tentationesque
 plenitudini & immoderantiæ ventris adpositas abstinencia elidi. Igitur benedicti quos
 gratia Dei expectat, cum de illo sanctissimo lauacro noui natalis ascenditis, & primas
 manus apud matrem cum fratribus aperitis; petite de patre, petite de domino, peculia,
 gratias, distributiones charismatum subiiciente. Petite, & accipietis, inquit. Quæsitis ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} Math. 7.
 enim, & inuenistis; pulsastis, & apertum est vobis. Tantum oro, vt cum petitis, ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} ^{1. Cor. 1.} etiam
 Tertulliani peccatoris meminertis.

DE Baptismo.] *Vt in Lectori Catholico, iuxta quod promissimus supra Tom. 2. lib. de Cor. militis cap. 3. num. 30. hic satisfacimus, de singulis Baptismi ceremoniis, partim ex Rhenani in eum librum Adnotationibus, partim ex ipso Tertulliano, B. Cypriano, aliisque Patribus, breuissimo quo fieri poterit compendio tractabimus, sicuti de Missa ceremoniis idipsum praestitimus initio libri de Oratione, & de Penitentia tribus partibus eiusdem tituli libro. Quum autem de baptizandi ritu (vbi etiam Rhenanus adnotauit) qui apud Veteres & Tertullianum in vsu fuit, quaedam consuetudo mutarit; pleraque tamen hodie etiam a nobis obseruari manifestum fiet, si eodem ordine quo celebrantur, singulas tractemus ceremonias, idque verbis potissimum Tertulliani & Burchardi seu potius Alcuini, & Rhenano citatis, additione facta ex Sacramentario D. Gregorii a nobis Tom. 2. Liturgicam Latinorum adito, aut Ordine Romano antiquo Vulgato, non ita nuper a Dn. Melchiorre Hitorpio cum reliquis Officiorum Diuinorum Scripturis. Praemittemus interim aliquid de statuto bis in anno (vbi etiam ante me adnotauit Rhenanus) baptizandi temporibus, & Ministro baptizandi, ac Sponsoribus, quos Susceptores vocamus, item de Catechumenis ac Competentibus, & de Scrutiniis quinque, differetes tractatum de Baptismo paruulorum vsque ad huius libri cap. 18.*

Imprimis itaque Pascha & Pentecosten sola antiquitus extra necessitatem praescripta fuisse ad baptismum, Tertullianus his verbis infra cap. 19. (Vbi de eo latius significat: Diem (inquit) baptizatio sollemniorem Pascha praestat, quum & passio Domini, in qua tingimur, adimpleta est. Exinde Pentecoste (id est, vbi loquitur cap. 3. lib. de Cor. milit. a die Pascha vsque ad Pentecosten) ordinandis lauacris latissimum spatium est; quo & Domini resurrectionis inter discipulos frequentata est, & gratia Sancti spiritus dedicata. Ceterum omnis alioqui dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismum. Haecenus ille. Qui mos antiquus (inquit Rhenanus) etiam vsque ad tempora Caroli Magni & Ludouici Augusti seruatus est. Inducant hoc leges ab illis sancitae, quibus cauetur ne quemquam sacerdotes baptizent, excepto mortis articulo, praeterquam in Pascha & Pentecoste. Eas sanctiones complectitur Volumen Legum Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, & Lotharij, quas Anselmus Abbas collegit, & exstant adhuc in multis Bibliothecis. Seletstadt sane habentur apud Fidei, & Argentorati in Libraria templi maioris. Hoc sic accipiendum, vt sciamus post Pascha infantes natos ad baptismum Pentecosten referatos, & natos post Pentecosten ad Paschalem festum diem baptismum offerri solitos, excepta, ceu dixi, necessitate, vna cum adultis Catechumenis, qui de externis nationibus Danorum, Normannorum, Sclauinorum, & similibus populorum, Christiana religioni iniunctabantur. Ex his enim gentibus propter continua Germanorum bella nunquam non in has regiones mancipia adferebantur. Quin ipsi maiores nostri propter Hunnorum, Auarum, & Sclauorum, & exitiales deuastationes suis interdum sacris priuabantur ad tempus. Quibus adde, quod eius consuetudinis vestigium etiamnum seruetur in quibusdam antiquis cathedralibus Ecclesiis, & nominatim ante hos motus Vltimae aetate, in quibus pridie Pascha

& Pentecosten sollempnis baptismus per Episcopos celebrari solet: & eius obseruationis meminit Rupertus lib. 4. de Diu. offic. cap. 8. Quid: quod etiam quotannis obseruatur Roma apud S. Iohannem Lateranensem in baptisterio Constantini sollempnis baptismus Catechumenorum Iudaeorum aut aliorum Infidelium. Haec res animaduersa lucem adfert (eodem adnotante) ad intelligendas ceremonias & cantica, quibus adhuc vtimur, non solum (vbi ille) in Paschalis ceremoniis, sed per multas etiam Quadragesimae ferias, quibus propria dicantur sollempnis illius baptismi, quod sub Pascha fiebat, singulae quaeque quae praemitti solent, ceremoniae.

De Ministro baptismi haec loquitur Tertullianus infra cap. 17. Dandi baptismi ius habet summus sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesiae honorem. Sufficiat tamen in necessitatibus vt vtaris laico, sicuti aut loci, aut temporis, aut personae conditio compellit. Tunc enim constantia succurrentis excipitur, quum vrget circumstantia periclitantis. Vbi de hoc etiam latius.

Sponsorum vero in baptismo meminit infra Tertullianus cap. 18. Quid enim (inquit) necesse est, si non tam necesse est, sponsores etiam periculo ingeri? Quos etiam Susceptores iam tum appellatos (vbi Rhenanus adnotauit) significauit, supra dicto 3. cap. de Coron. militis: Inde suscepti lactis & mellis concordiam praegustamus. Sed etiam infra de hoc plur.

Ante omnia autem (inquit Alcuinus, quem nomine Burchardi citat Rhenanus) Paganus sit Catechumenus. Ita enim illos a catechizando vocabant Veteres, sicuti etiam Audientes siue Auditores, de quibus supra Tom. 2. lib. de Penitent. cap. 6. num. 39. & libro praecedenti de Praescript. adu. haeret. cap. 41. num. 256. & latius in Cyprian. epist. 13. num. 4. ac 24. num. 71. Haec sufficiant verba haec Tertulliani ex loco priori: Nemo sibi aduleatur, quia inter Auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinqueret liceat. An alius est intinctus Christus, alius Audientibus? Num spes alia, vel merces; alia formido iudicij, alia necessitas penitentiae? Haec prima Audientis intinctio est, metus integer. Vbi habes, quod etiam penitentiam agere deberent ante baptismum Catechumeni praeter fidei catechizationem in qua instruebantur, quamquam interim primas baptismi ceremonias, de quibus infra, Ordo Romanus & B. Gregorij sacramentarius inscribant Ordinem ad faciendum Catechumenum, eo quod eo modo dumtaxat, sicut etiam hodie, catechizarentur paruuli; quum adulti multo ante in Catechumenorum fuissent numero.

Eli vero iam baptismi tempore adpropinquante a B. Paciano serm. de bapt. Augustino & Ambrosio sermonibus quamplurimis Competentes vocantur (vbi etiam lib. praed. num. 256. diximus) quod simul baptismum peterent. Quo adludit his verbis Tertullianus dicto cap. 6. lib. de Penit. Itaque Audiētes optare intinctionem, non praesumere oportet. Qui enim optat, honorat; qui praesumit, superbit. Idem ab eodem Augustino vbi supra, & in Ordine Romano, ac Sacramentario B. Gregorij, Electi vocantur, quod ad baptismum factis scrutiniis eligerentur.

Scrutinia

Scrutinia denique ante baptismum sex fiebant Quadragesima tempore, & septimum in Vigilia Pasche, iuxta Ordinem Romanum, quem citant Alcuinus & Amalarius libris de Diuin. Officiis. Ita vt primum scrutinium incipiat a feria quarta Dominica tertia. Quae frequentius iterabantur (Alcuino teste, iuxta quod etiam sub nomine Burchardi citauit Rhenanus) vt exploretur sepius, an post renuntiationem Sathanae sacra verba datae fidei radicibus corde defixerint. Ad quae (quum ex Ordine Romano similia in Scrutiniis illis facta constet) adludit haud dubie Tertullianus his verbis infra cap. 22. Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis, & geniculationibus, & perugiliis orare oportet. Certè etiam Concilij Brauarensis Patres eodem spectant cap. 3. Nos (inquit) omnimodè praecipimus, & antiqui Canonis praecipunt, vt ante baptismum xx. dies ad purgationem exorcismi Catechumeni veniant, & in illis xx. diebus iuxta canonicum praecipuum erudiantur, & consecrentur. Totidem enim dies computantur à Sabbatho Hebdomadae III. Ad eadem, & potissimum tertium, quod in apertione aurium dicebatur, adludit B. Ambrosius libro de iis qui mysterijs iniunguntur, capite 1. & de Sacramentis libro 1. capite 1. item B. Augustinum, Sermone ad Competentes, & loco citato ab Amalario de Diuinis officiis, libro 1. capite 8. & Rupertus de Diuinis officiis, libro 4. capite 18. 19. 20. & 21. verbis infra citatis capite 20. huius libri.

In Hispaniis praeterea id peculiare fuit, vt infantium capita ante baptismum lauarentur, idque certo die, quem Capitulum appellabant, vbi patet ex B. Isidori libro 6. Etymologicarum, capite 18. & libro 1. de offic. Ecclesiasticis, cap. 27. Quod in Gallis quoque usitatum patet ex Alcuino, libro de Ecclesiast. offic. qui id fieri solere scribit in Dominica Palmaram; cui similia sunt apud B. Cyrillum Hierosolymitanum, Praefatione in Catechesi.

Porro quandoquidem omnes & singula septem scrutiniorum, alicuae ceremonia repetebantur in Sabbatho sancto quum baptizarentur, maxime ob paruulos recens natos, qui prioribus non interserant (sicuti patet ex Ordine Romano pag. 32. & 73. Amalario de Diuin. offic. lib. 1. cap. 16. ac sequentibus, & Alcuino eiusdem argumenti libro pag. 61. & sequent.) quare & à Herabano simul omnes recitantur lib. 1. de Instit. de rit. cap. 27. 28. 29. & 30. eo quo celebrabantur ordine omnes recitabimus, quae tribus quod aiunt verbis demonstrabo easdem esse penè, quibus etiamnum vtimur.

Primum itaque recitabantur nomina baptizandorum in prioribus scrutiniis descripta (vbi est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Gregorij) quorum masculi stabant ad dexteram, feminae ad sinistram. Huc pertinet illud Concilij cuiusdam Carthaginensis can. 85. citatum à Burchardo Decret. libro 3. capite 1. Baptizandi nomen suum dent. & cuius sit apud Dionysium Areopagitam Ecclesiastica hierarchia capite 2. mentio, nominum descriptio, tam eius qui baptizandus est, quàm susceptoris; item illud B. Augustini libro de cura promouendi agenda: Dedit nomen inter alios Competentes. & verba similia epistola 155. item quod habet B. Clemens Romanus epistola 3. Accedat qui baptismum vult, ad sacerdotem, & nomen suum det. Meminit & Rhenanus citans capit. Legum 1. quaestio.

2. quod est ex Concilio Eincmari Remensis Episcopi apud S. Medardum cap. 8. Nequid etiam hodie ante omnia Nomina baptizandorum reddi iubentur à Susceptoribus, & postea sepius interrogantur, & citantur à Susceptoribus, vti iam olim etiam Dionys. Areop. adnotauit.

Posthaec (Alcuino teste lib. de Diuin. offic. quem ex Burchardi Decret. lib. 6. qui alius sit oportet quam hodie existat, citat Rhenanus) accedens ad baptismum, renuntiat maligno spiritui & omnibus damnosis eius pompis. Quod ipsum hodie fit, nisi quoddam ordine, nempe immediate ante baptismum, quum illud fieret olim bis, nempe & in scrutinio primo, & rursum antiquam baptizaretur. Hinc est illud Tertulliani lib. de Coronamilitis, cap. 3. Aquam adiurari, ibidem, sed & aliquanto prius, in Ecclesia sub Antifitis manu contestamur nos renuntiare diabolo, & pompae, & angelis eius. Super quo loco Rhenanus. Haec (inquit) fiebat ad Occidentem, teste Hieronymo. Interpres Dionysij de Eccles. hierarch. Deinde (inquit) Occidentem versus illum statuens intendentem, manifeste impingentem ad eandem regionem conuersas, insufflare illum ter satanam iubet, ac praeterea abrenuntiationem profiteri. Id sequenti capite exponens, docet impulsione manuum baptizandam obscura militia consortia renuere & exsufflare. Quibus adiucienda praeterea haec verba Dionysij Areopagita ibidem, nempe capite 2. sequentia: Et quum post irinam abrenuntiationis contestationem tertio se ille abrenuntiaua, professus fuerit, ad Orientem illum traducit. Quae omnia etiam repetit B. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 1. mystagogica, clarius appellans protensionem manuum in renuntiatione. Eodem adludit etiam Auctor dicti libri capite 13. Omnes (coronandi causae) alienae, prophanae, illicitae, semel iam in Sacramenti testatione eieratae; haec enim erant pompae diaboli & angelorum eius. Item quod est libro ad Martyras, capite 2. Christianus etiam extra carcerem seculo renuntiauit. & libro de Spectaculis, capite 4. Quum (inquit) renuntiauerit nos diabolo & pompae & angelis eius ore nostro contestamur, quid erit summum ac praecipuum, in quo diabolus & pompae & angeli eius censentur, quam Idololatria? Igitur si ex Idololatria vniuersam Spectaculorum parataram constare constiterit, indubitate praedictatum erit, etiam ad Spectacula pertinere renuntiationis nostrae testimonium in lauacro; quae diabolo & pompae & angelis eius sint emancipata. Siquid ex his non ad Idolum pertinuerit, id neque ad Idololatriam, neque ad nostram eierationem pertinebit. Ac capite 24. Hoc erit pompa diaboli, aduersus quam in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque factio, neque dictio, neque visu, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Rursum illud libro de Idololatria capite 6. Quomodo (inquit) renuntiauerimus diabolo & angelis eius, si eos facimus? Quod repudium diximus his, non dico cum quibus, sed de quibus viuimus? Libro item de Habitu muliebri, capite 2. Hi sunt angeli, quibus in lauacro renuntiamus. Denique illud infra libro de Animis: Pactus es enim renuntiare ipsi, & pompae,

Rr

& angelis eius. Similia B. Cypriani testimonia & aliorum Patrum citata inueniet Lector Adnotat. nostris in epistol. eius 7. num. 15. & lib. de Orat. Dom. numer. 53. Quibus adde Origenem hom. 12. in Numeros, B. Patricium lib. de baptismo, B. Ambrosium lib. de is qui myst. imitantur, cap. 1. & lib. 1. de sacrament. cap. 2. B. Seuerum Alexandr. in baptisimi ritibus. Repetiam autem iterum immediatè ante baptismum interrogationem & abrenuntiationem diaboli, sicuti fit hodie, patet ex Sacramentario S. Gregorij, Ambrosio & Augustino locis ibi citatis.

Exsufflatur etiam (inquit apud Rhenanum Alcuinus) ut fugato diabolo, Christo Domino nostro pareatur introitus. Ad Exsufflationis verò ritum adludit B. Dionys. Areopag. verbis citatis, preterquam quod per ipsum baptizandum in sua Ecclesia id fieri solitum significet, quum dicit: Insufflare, seu potius exsufflare illum ter Satanam iubet. B. Gregorius in Sacramentario magis accedit ad Alcuini & nostram consuetudinem, qua sufflat ter in faciem Presbyter, dicens: Exi ab eo Satan, &c. quod in baptismo paruulorum per susceptores & Presbyteros iam olim usitatum significat locus paulopost citandus. Eodem pertinet illud B. Cyrilli Hierosolym. Catech. mystag. 2. Vbi loquitur de oleo exorcizato, in cuius etiam exorcismo, sicut & salis, de quibus infra latius, fiebant exsufflationes. Insufflationes (inquit) sanctorum & nominis Dei invocatio, tanquam vehementissima quadam flamma vrit demones, & in fugam conuertit. Meminerunt eiusdem Exsufflationis B. Isidorus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 20. ac Hrabanus noster de Institut. cleric. lib. 1. cap. 27. Denique illis vetustior B. Augustinus lib. 2. de nuptiis & concupisc. cap. 18. ac 29. etiam BB. Cyprianum & Ambrosium citans lib. 2. de peccat. orig. lib. 3. contra Iulianum, lib. 3. contra Epist. Parm. lib. 2. contra Cresc. cap. 3. & lib. 1. de Symbolo ad Catechum. cap. 1. denique etiam B. Seuerus Alexandr. in Graecorum baptisimi ritibus. Eodem denique pertinere existimant Viri eruditi quidam illud Auctoris supra lib. 2. ad Exorcism. cap. 5. quum aliquid immundum flatu expuis.

Exorcizatur etiam (inquit ibidem Alcuinus) id est, coniuratur malignus spiritus, ut exeat & recedat, dans locum Deo vero. Cuius Exorcismi eadem penè verba, quibus hodie vnum, recensentur in Ordine Romano, & parum in Sacramentario B. Gregorij. Quid? Quod ad verba illa: Da honorem Deo viuo & vero, adludit B. Cyprianus alicubi. Similes autem exorcismos Graecorum habes apud B. Seuerum Patriarcham Alexandr. in dictis baptisimi ritibus, qui existant in Bibliotheca SS. Patrum. Alios quoque locos aliorum Patrum de exorcismo in baptismo citauimus in epist. Cypriani ad Magnum 76. num. 54. Sicuti & de potestate Exorcistarum in demones, quam iisdem penè verbis amplificat ille, epist. 2. ad Donatum, num. 10. quibus Tertullianus supra Tom. 1. Apolog. cap. 23. & 43. Quibus adde Optatum Mileuitanum contra Parm. lib. 4. & Iulium Firmicum lib. 2. Matheseon cap. 3. & 4. Auctor praeterea ad baptisimi Exorcismum videtur adludere supra lib. de Prescription. aduers. haeret. cap. 41. Ipsa (inquit) mulieres haereticæ quàm procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, forsitan & tinguere. Exorcismus autem, teste B. Isidoro lib. 2. de offic. Eccles. cap. 20. sermo increpationis est contra immundum spiritum,

in Energumenis sive Catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima Virtus & inueterata malitia expulsa fuerit. Cui simile est illud Optati Mileuitani contra Parmenian. lib. 4. Hoc Exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur & sugatur.

Imponit etiam manum (inquit B. Gregorius in Sacramentario) Presbyter in frontibus eorum, dicendo: Signaculum Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono, & similiter in pectus. Quam haud dubiè intelligit Vincentius à Thibari in Concil. Carthag. sub B. Cypriano, sententia 37. dicens: Ergo primò per manulimpositionem in exorcismo, secundò per baptisimi regenerationem, possunt ad Christi pollicitationem venire. Et eodem adludit Tertullianus lib. de Spectac. cap. 4. & 24. dum baptismum signaculum fidei vocat, Verbis supra citatis. Quemadmodum & Theodoretus lib. 4. hist. Eccles. cap. 8. ἀποστολικῶν, & Dionys. li. Eccles. Hierarch. cap. 5. σευγοειδῶν ὁμοειδῶν, baptismum nuncupant. Ceterorum Patrum de ligno Crucis in baptismo usitato testimonia habes parimè supra Tom. 2. lib. de Corona militis, num. 40. & latius Adnotat. nostris in B. Cypriani epist. 56. num. 31. & epist. 63. num. 39. His adde illud Dionys. Areopag. Imponit eius capiti manum, consignansque illum, sacerdotibus mandat Virum susceptoremque describant. Et paulopost: Rursusque ille orans benedicit, eique manus imponit. Et quod habet B. August. de Symbolo lib. 2. & lib. 4. cap. 1. Per sacramentum crucis vos suscepit in Vero sancta mater Ecclesia, cuius etiam meminit in Psalm. 30. Orationes complures huc pertinentes, quæ etiam nunc recitantur, reperire est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Gregorij.

Accipit quoque Catechumenus sal (inquit Vbi supra Alcuinus) ut putrida & fluxa eius peccata sententia sale diuino muretur mundentur. Et verò Exorcismum & Benedictionem salis eandem, qua nunc vnum, reperire est in Ordine Romano, & Sacramentario B. Gregorij. Deinde huius ceremonia meminerunt praeterea Ven. Beda in 1. li. Regum, cap. 27. quemadmodum citatur ab Iuone, Decreti parte 1. de baptismo, cap. 100. & Gratiano de consec. dist. 4. cap. Sal. B. Isidorus de Eccles. offic. lib. 2. cap. 20. & Hrabanus noster loco saepe citato, quomodo etiam B. Seuerus Alexandr. in bapt. ritibus. Eodem videtur pertinere quod legitur de Sale Catechumenorum Concil. Carthag. 3. can. 5. & illud B. Augustin. Confess. lib. 1. cap. 11. Signabar iam signo eius, & condiebar eius sale. Deinde (inquit idem Alcuinus) Symboli Apostolici traditur ei fides; ut vacua domus, & à prisco habitatore derelicta, fide ornatur, & ut praepraetur habitatio Deo. Quò adludit proculdubio Tertullianus lib. de Corona militis, cap. 3. num. 30. quum dicit: Amplius aliquid respondentem quàm Dominus in Euangelio determinauit. Perum de eo latius in adnotation. nostris in B. Cypriani. epist. 70. num. 15. & infra cap. 6. Hic dumtaxat dicemus, quòd ex BB. Augustino & Ambrosio constat iterum repetitam Symboli interrogationem & professionem, sicuti fit hodie immediatè ante baptismum. Item illud quòd fidem suam Romæ ex editiori loco in conspectu populi profiterentur Competentes, sicuti patet de Victorino Rhetore apud Augustinum lib. 8. Confess. cap. 2.

Tanguntur

Tanguntur (inquit Alcuinus Vbi supra) & nares, ut quamdiu spiritum naribus trahat, in fide accepta perseueret. De quo apertius secundum consuetudinem etiam hodie obseruatam in hac Verba Sacramentarius B. Gregorij: Deinde verò tangat ei nares & aures cum digito de sputo, & dicat ad aures dexteram, Epheta, quod est: Adaperire; ad nares: In odorem suauitatis; ad aures sinistram: Tu autem effugare diabole, &c. Ea autem omnia authentica esse patet ex B. Ambrosio lib. 1. de Sacramento. cap. 1. & lib. de iis qui myster. imitantur, cap. 1. Cuius mysterium ex illis in hac Verba descriptis loco citato Hrabanus: Postea tanguntur ei nares & aures cum salina, & dicitur ei verbum Euangelicum, quòd Iesus, quando surdum & mutum sanauit, Marc. 7. Tangens cum spūto linguam eius, & mittens digitos suos in auriculas eius, dixit Epheta, quod est, Adaperire. Quòd ipsum etiam repetit Beda hom. 19. id Euangelium tractans, quemadmodum ab Iuone in Decreto citatur. Fit etiam mentio tactus narium & aurium apud B. Cyrill. Hieros. Catechesi 3. mystag. sed per vñtionem. Adludit etiam B. Augustin. quodam sermone, Vbi apertionem mysterij meminit, & exprobrat Amalarium lib. de Eccles. offic. cap. 8. & ipse Alcuinus latius lib. de Diuin. offic. de Sabb. Pasche.

Pectus quoque (inquit Alcuinus) perungitur oleo, ut signo sanctae crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur & scapulae, ut Indique muniantur, nem in pectoris & scapularum (sic enim lego, pro: scapulae) vñtione signatur fidei firmitas, & operum bonorum perseuerantia. Quòd explicatius tradit more etiam nunc obseruatio B. Gregorij in Sacramentario. Posthac tangat ei pectus & inter scapulas de oleo sancto, crucem faciendo cum pollice dicens: Vngō te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cui similia Amalar. de Eccles. offic. lib. 1. cap. 23. & Hrabanus Vbi supra. Et verò iam ab Apostolorum aetate B. Dionys. Areopag. Vbi supra: Et quum illum ministrum perfectè exuerint, deserunt sacerdotes sanctum vñtionis oleum, ac verò Pontifex trino crucis signaculo vñtionem inchoans. Cui similia de tota corporis vñtione habet B. Cyrill. Hieros. Catechesi mystag. 2. Chrysostr. hom. 6. in Epist. ad Coloss. ac B. Seuerus Alexandrinus in baptisimi ritibus. Perum in Ecclesia Latina, dumtaxat vñtionem caput & pectus satis indicat B. Ambros. li. de iis qui myster. imitantur, cap. 6. faciens itidem mentionem vñtionis in genere lib. 1. de Sacramento. cap. 2. quomodo etiam B. Isidor. lib. 2. de Diuin. offic. cap. 20. Eodem pertinent quæ scribuntur in Ordine Romano, Sacramentario B. Gregorij, ac Amalarium lib. 1. de Eccles. offic. cap. 12. de Exorcismo olei, quòd sanctum, sanctificatum, seu Catechumenorum, appellant, in die Cena Domini. Nam sic loquitur Hrabanus Vbi supra: Vngetur illius tunc pectus de oleo sanctificato; & ante illum iam ductum B. Basilium lib. de Spiritu sancto, cap. 27. Verbis mox citandis, immò & B. Clemens Romanus similia habet epist. 3.

Deinde (inquit Hrabanus lib. 1. de Institut. cleric. cap. 28.) consecratur fons. Quòd est prior loco à Rhenano citato non habetur, reperitur tamen eodem capite apud Alcuinum de Sabbatho sancto Pasche, & praeterea in Amalarium lib. 1. cap. 26. in Ordine Romano, & B. Gregorij Sacramentario. Immo verò disertis verbis B. Cyprianus Epist. 70. ad Ianuarium: Oportet (inquit) mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote: quò

adludit etiam Tertullianus infra huius lib. cap. 4. Igitur omnes aquæ de pristina originis prerogatiua Sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. Superuenit enim statim spiritus de caelis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso. Vbi hac de re latius, potissimum propter Magdenburgenses, qui negant ea aetate aquam consecrari solere.

Posthac (inquit Alcuinus) in nomine sanctae Trinitatis, trina submersione baptizatur. Et rectè per inuocationem sanctae Trinitatis (sic enim lego) homo ad imaginem sanctae Trinitatis creatus, ad eandem renouatur imaginem, & qui tertio gradu peccati, id est, consensu, cecidit in mortem, tertio eleuatus à fontis, per gratiam surgit ad vitam. Similiter Tertullianus supra lib. de Corona militis cap. 3. Dehinc ter mergitatur, quæ verba transcripsit B. Hieronymus. lib. aduers. Lucifer. & infra lib. aduers. Praxean (iuxta quòd & Rhenanus ibi adnotauit) Vbi de Christo loquitur: Et post resurrectionem (inquit) spondens missum se discipulis promissionis Patris, & nouissimè mandans ut tinguerent in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, non in vnum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tingimur. Atqui baptismum in nomine Trinitatis necessarium esse ex Matth. cap. 28. & alijs late deducit B. Cyprian. Epist. ad Iubasanum 73. num. 56. & 74. ad Pompeium, num. 18. quòd pertinent quæ similia leguntur de trina mersione apud BB. Dionys. Areopag. Clementem Romanum, Basilium, Cyrillum Hierosolym. locis citatis in Canone Apost. 49. & apud Ambros. lib. 2. de Sacramento. cap. 5. Hieronymus in cap. 4. ad Ephesios, Isidor. lib. 2. de Eccles. offic. cap. 24. & Seuerus Alexandrinum Vbi supra, Chrysostr. hom. 24. in Ioannem, Didymum lib. 2. de Spiritu sancto, Basilium iterum lib. de Spiritu sancto, cap. 15. Ambros. de Spiritu sancto lib. 1. cap. 3. Denique Zachariam Papam epist. ad Bonifacium Episcopum. Mersioni verò, quæ proprie baptismus est, succedit nunc in Occidentali Ecclesia citra aetatem B. Gregorij prima aspectio, seu perfusio aqua terna, quam etiam legitimum esse, & verum baptismum a consicere, multis probat B. Cyprian. epist. 76. ad Magnum, Vbi etiam aliquid diximus nu. 44. Ad quam etiam pertinet illud Auctoris supra Tom. 2. lib. de Penit. cap. 6. asperginem vnā cuiuslibet aquæ.

Tuna (inquit Alcuinus Vbi supra, quamquam ordine praepostero, postponens quòd debebat praemittere, sicuti idem ipse eodem capite indicat) sacro chrismate caput perungitur, & mystico regitur velamine; ut intelligat se diadema regni & sacerdotij dignitatem portare, iuxta Apostolum: Vos estis genus regale & sacerdotale, offerentes vosmetipsos Deo viuo hostiam sanctam & Deo placentem. Cui similia videre est apud B. Isidorum libro 2. cap. 26. Amalarium de Eccles. offic. lib. 1. cap. 27. & Hrabanum Vbi supra; denique in Ordine Romano, & B. Gregorij Sacramentario. Quid? Quòd Tertullianus infra cap. 7. Exinde (inquit) egressi de lauacro perungitur benedicta vñtione, de pristina disciplina; qua vngi oleo de cornu in sacerdotium solebant, ex quo Aaron à Mose vnctus est. Vbi & de hac vñtione, & de Christmate, ex Patribus eiusdem aut prioris aetatis, aduersus Magdenburgenses, qui ad Montani ceremonias referre non verentur.

R r ij

Denique (inquit idem Alcuinus) albis induitur vestibus. Cui correspondent Ordo Romanus, B. Gregorij Sacramentarius, Amalarius lib. 1. capite 29. & Frabannus lib. 1. itidem cap. 29. Atqui etiam eandem recenset consuetudinem B. Dionys. Areopag. loco sepè citato: Assumentes autem illum (baptizatum nempe) sacerdotes, suisque accessus duci consignant, & una cum ipso illum vestem baptizati mandatis congruam induunt, sicque induunt rursus ad Pontificem ducunt. Vbi vides denud mentionem Susceptorum. Meminit & B. Ambros. de iis qui mysteriis iniuntur cap. 7. & Laurentius Presbyter serm. de Penitent. Et adde que habet Rhenanus in dictum librum Tertulliani de Corona militis: Pontius Paulinus baptismum (inquit) his carminibus describit:

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos

Infantes niucos corpore, corde, habitu:

Circumdâtque rudes festis altaribus agnos:

Pura salutiferis imbuit ora cibus.

Hinc senior sociæ congaudet turba ceteræ,

Alleluia nouis balat ouile choris.

Istius Vestigium adhuc hodie seruatur, per hoc quod Vestis candida baptizati capiti imponitur post baptismum & unctiorem.

Quidam etiam (inquit B. Honorius in Gemma anima, lib. 3. de Sabb. Paschæ) mox de fonte eleuatis lumen dare solent, quatenus splendidis operum lampadibus sponso venienti occurrant. Meminit etiam Lucernarum ardentium, que dabantur in manus iam baptizatorum B. Gregor. Nazianz. serm. de baptis. & Gregor. Turonensis lib. 5. cap. 11. ac Niceph. hist. Eccl. lib. 3. cap. ultimo.

Sic corpore (inquit Vbi supra Alcuinus) & sanguine Domini confirmatur, ut illius sit capitis membrum, qui pro nobis passus est, & resurrexit. Cui similia habent Ordo Romanus, & Sacramentarius B. Gregorij, nisi quod Communionem recensent post Manusimpositionem seu Confirmationis Sacramentum, quando Pontifex sine Episcopis baptismum celebrat. Quæ conditio etiam additur ab ipso Alcuino non multo post præcedentia, atque adeo etiam illa sic intelligenda veniunt. Nam & B. Dionys. Areopag. communionem post inunctionem Episcopalem collocat, itidem & B. Ambros. lib. 3. de Sacram. cap. 1. & lib. de iis qui myster. iniuntur, cap. 7. & 8. Alludit ad hanc consuetudinem etiam Auctor lib. 4. aduers. Marcion. cum dicit: nec alibi eonunctos ad Sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admittens. Qui etiam interim post Manusimpositionem collocat Communionem, lib. de Resurr. carn. verbis infra citatis cap. 8. Meminerunt eiusdem consuetudinis B. Hieronym. aduers. Lucifer. Paulinus Verbis paulo ante citatis, August. lib. 5. Hypognosticon. Hanc vero Communionem etiam à paruulis tunc usitatum, manifestum sit ex Ordine Romano & Alcuino, Vbi sic legitur: illud autem etiam de paruulis prouidendum est, ne postquam baptizati fuerint, illum cibum accipiant, neque lactentur sine summa necessitate, antequam communicent Sacramento corporis Domini. Quod iisdem verbis repetitur ab Alcuino. Verum aliquid de paruulorum Communione diximus adnotationibus nostris in B. Cypriani lib. de Lat. num. 89 quæ haud dubie tum sublatæ est, quando cessauit adultorum baptismus, & certa illa baptizandi tempora amplius obseruata non sunt, ob periculum irreuerentiæ.

Nouissimè (inquit idem Alcuinus apud Rhenanum) per impositionem manus à summo sacerdote septiformis gratia spiritum accipit, ut roboretur per spiritum sanctum, ad predicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vite donatus eterna. Quod, sicuti diximus, intelligitur, Vbi sacerdos baptizat in absentia Episcopi. Verum de hoc latius infra huius libri cap. 8. cuius initium: Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum.

Porrò (Vt Tertullianus tradit sepè dicto capite 3. lib. de Corona militis) in Africa aliquid præterea seruabatur post dictam Confirmationem & Communionem: Inde suscepti (inquit) Vbi rursus ad Susceptores alludit) lactis & mellis concordiam prægustamus. Et huius autem apud Veteres ceremoniæ meminit Hieronym. aduers. Lucifer. (Vt etiam ante me adnotauit Rhenanus) in hæc Verba: Deinde (inquit) egressos à baptismo lactis & mellis prægustare concordiam.

Quibus addit Rhenanus ex eodem Hieronymo etiam alteram consuetudinem in Occidentis Ecclesiis, quæ recens baptizatis vinum & lac dabatur. Explicans autem ille ista locum illum: Venite, emite sine argento & absque ulla commutatione Vinum & lac: Quod (inquit) vinum miscuit & sapientia in cratere suo, omnes stultos saculi mundique sapientiam non habentes prouocans ad bibendum; & ut non solum Vinum emanus, sed & lac, quod significat innocentiam paruulorum.

Lotionem pedum quoque in Mediolanensi Ecclesia obseruata significat his verbis D. Ambrosius lib. 3. de Sacram. cap. 1. Succinctus summus sacerdos pedes tibi lauit. Non ignoramus quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam. Vide ergo, ne forte propter multitudinem declinauerit. Cuius etiam meminit lib. de iis qui myster. iniuntur, cap. 6. Quod postea interdictum Concilij Elibertini capite 48. Fortassis ea lotio pedum fiebat, quod obseruaretur id quod sequitur dicto cap. 3. lib. de Corona militis; apud Tertullianum: Exque ead die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Super quo loco Rhenanus: Apud Veteres (inquit) frequens erat lauandi consuetudo, verum recens baptizati per hebdomadam abstinebant. Docet in Apologetico suo Tertullianus Christianos etiam Ios lauacris, sed tamen cauere, ne ethnicorum ceremonias obseruare viderentur: Non laor (inquit) diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam. Attamen laor honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem seruet.

Quando autem Hebdomade Paschatis incidit mentio, hoc & hic adiciendum, quod ea vocaretur antiquitus Hebdomada in albis, utpote cuius Sabbatho sine Dominica sequenti Albas vestes deponeret baptizati, sicuti constat tum ex multis Veteribus, tum potissimum ex B. Augustini sermone ad Competentes, Dominica in Octauis Paschæ. Quam consuetudinem etiam obseruatam tota Octaua Pentecostes patet ex Amalario lib. 1. de Eccl. offic. cap. 38.

Hæc res animaduersa (inquit Vbi supra Rhenanus) lucem adfert ad intelligendas ceremonias & canica, quibus adhuc in Paschalibus feriis sollempniter Vtuntur (nam ipse Paschæ dies peculiariter resurrectioni dedicatus

dedicatus est) Qualia sunt, Hymnus: Rex sanctorum. Responsorium: Vidi aquam. Hymnus: Ad cenam agni prouidi. Introitus ferie secunda: Introduxit vos Dominus in terram fluentem lac & mel. Introitus ferie tertia: Aqua sapientie potauit eos; & huius Oratio: Deus qui Ecclesiam tuam nouo semper fetu multiplicas. Introitus ferie quarta: Venite benedicti patris mei. Introitus ferie quinta: Vtriuemque manum tuam Domine laudauerunt. Et Oratio: Deus qui diuersitatem gentium, in confessione tui nominis aduastis, da ut renatis fonte baptismatis, una sit fides mentium, & pietas actionum. Secreta: Suscipe quesumus Domine munera populorum tuorum propitius, ut in confessione tui nominis, & baptismo renouati, sempiternam beatitudinem consequantur. Introitus ferie sexta: Eduxit eos Dominus in spe. Secreta: Hostias quesumus Domine placatus adsume, quæ & pro renatorum expiatione peccati deserimus, & pro acceleratione cælestis auxilij. Introitus sabbati: Eduxit Dominus populum suum. Introitus quoque Dominica Diei: Quasi modo genitius Quæ propterea pluribus indicauit, quò res apertius cognosceretur.

2. ADVERSUS QUINTILLAM. Quintilliani (inquit Epiphanius. hæres. 48. 49. & 51.) qui & Pepuziani appellantur, Artotytræque, ac Priscilliani, iidem sunt cum Phrygiis, & ex ipsis originem ducunt; diuiduntur autem iuxta quandam modum. Tradunt enim hi in Pepuzia, aut Quintillam, aut Priscilliam (non possum certò adfirmare, Vnam autem ex ipsis in Pepuzia dormiuisse, & Christum ad ipsam venisse, condormiisque ipsi hoc modo, Velut illa delusa dixit: In forma (inquit) mulieris formatus, in veste splendida ad me venit Christus, & immisit in me sapientiam, & reuelauit mihi hunc locum esse sanctum, & huc Hierusalem è celo descendisse. Quare etiam hucusque dicunt, initiare sic quasdam mulieres in eo loco. Mulieres itaque apud ipsos vocantur Prophetisse. Quintillam verè ducem ac principem hi habent cum Priscilla, quæ etiam est apud Phrygas. Episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres. Quod ipsum iisdem penè verbis repetunt B. Augustinus hæres. 27. & Damascenus libro de hæresibus; nulla interim mentione facta quod baptismum negauerint; quem errorem adscribunt Archonici, quos contribuit Theodoretus Ascodritus vel Ascrodapetus. Propius adtingere ad hanc hæresin Seleucianos & Hermianianos scribunt Philastrius & Augustinus hæres. 59. quos dicunt baptismum in aqua non recipere. Quos secuti sunt Proclianita (sicuti apud Philastrium legere oportet, pro: Proclianita) qui à quo Proclo dicti, infra latius lib. aduers. Praxean ad hæc verba Auctoris: secundum Valentinos & Proclos. Atqui Tertullianus notat quidem supra lib. de Prescript. aduers. heret. cap. 41. Mulieres hæreticas procaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes reprobittere, forsitam & tingere. Quod pertinet etiam illud Tom. 2. lib. de Peland. Virgin. cap. 9. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre, nec vilius virilis muneris, nedum sacerdotalis officij fortem sibi vendicare. Et infra illud capit. 17. Petulantia autem mulierum quæ vsurpauit docere, utique non etiam tingendi ius sibi pariet. Verum quum ibidem indicet nondum Quintillam eò tunc deuenisse audacia, eo quod subiungat: nisi si quæ noua bestia euenerit similis pristinæ, ut quemadmodum illa

baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat; videtur Quintilla postea baptismum quidem admisisse, sed per mulieres dari voluisse, tamquam Presbyteras & Prophetissas. Vt sit, hinc patet, nondum consensisse, quum hæc scriberet Auctor, in Quintillam, aut Marcellam aut Priscam tamquam Prophetissas, atque adeo ante hæresin omnem conscriptum hunc librum. Quod etiam ut fiat manifestius, recens titulo addidimus: ADVERSUS QUINTILLAM, quippe quæ indicet aduersus eam conscriptum hunc Librum his verbis cap. 1. Ita Quintilla monitiosissima, cui nec integrè quidem docendi ius erat, optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens.

CAP. I.

3. Fœlix Sacramentum aquæ nostræ, &c.] Caput hoc primum non aliud quam Præfatio est totius libri. Sacramentum autem esse baptismum quum nemo unquam dubitauerit, paucos dumtaxat locos Tertulliani adferemus; idque non solum ea significatione, qua Sacramentum pro iureiurando accipitur, quemadmodum interpretatur Rhenanus, (meo iudicio non rectè) illud supra libri ad Martyras cap. 3. quum in Sacramenti verba respondimus, & debet intelligi illud eiusdem Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 11. Credimus hinc humanum Sacramentum diuino superduci licere? Verum etiam propriè pro mysterio diuino & Ecclesia Sacramento quale est illud lib. 4. aduers. Marc. nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptismatis admittente, & illud lib. de Anima. securissimi atque tutissimi Sacramenti. Item quod habet supra lib. de Idolol. ca. 6. De ipso Sacramento nostro interpretaremur, nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. Et lib. de Peland. Virgin. cap. 2. eadem lauacri Sacramenta. Rursus infra hoc ipso libro cap. 5. an non & aliàs sine villo Sacramento, immundi spiritus aquis incubant; & cap. 9. Quæ figura manifestior in baptismi Sacramento: Item infra cap. 13. addita est ampliatio Sacramento. Et lib. 1. aduers. Marc. iam nec ipsis fidei Sacramentum; & paulopost: & in hoc totum salutis Sacramentum carnem mergit. Similes B. Cypriani loci septem à nobis adnotati sunt in Indice. Siquis aliorum Veterum testimonia postulet, facile erit reperire apud modernos scriptores, & maxime inter Auctoritates quæ in Catechismo maiori Canisij latissimè citantur. Nos hic dumtaxat ob Caluinum & alios quosdam aquæ necessitatem in baptismo adserimus, prout etiam fecimus Adnotat. nostris in B. Cypriani. Epistol. 2. num. 8. Vbi adnotauimus non nouam esse hanc hæresin, sed iam olim à Philastrio & B. Augustino hæres. 54. damnatam in Seleucianis & Hermianianis, & ex professo contra eundem conscriptum esse hunc librum. Pro quo facit tum istud exordium, tum illud infra cap. 12. ut destruant aquæ Sacramentum; & illud cap. 13. nullius aquæ Sacramento, quemadmodum etiam loquitur ipsum imitatus B. Hieronym. epist. 83. ad Oceanum, apud quem etiam aquarum Sacramenta leguntur; tum denique quòd capite 3. 4. 5. & 9. toties prerogatiuas aquæ inueniet. Pè non omitam quòd vox βαπτισμα, unctiorem significat, quæ sine aqua fieri nequit, & lauacri appellationem, omnibus Veteribus usitatum; ipsique Auctori nostro frequentissimam, infra hoc libro, & aliis locis supra citatis numer. 1. Quò pertinet etiam trina, de qua paulo-

ante, mersio, qua sine aqua fieri non potest, & ipsum Christi baptismi præceptum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum; quod infra etiam dicitur Auctor cap. 13. tum etiam benedictio aquæ, quæ baptismi præmittitur, cuius paulo ante etiam facta est mentio, & latior infra cap. 4. Comprobat eandem aquæ necessitatem B. Chrysof. hom. 24. in Ioannem, ex baptismi similitudine Cornelii per B. Petrum Apostolum, Act. 10. Vbi dicitur: Numquid aquam prohibere quis potest? &c. Atque ad eod. comprobari potest etiam verbis illis Eunuchi, Act. 8. Ecce aqua, quæ prohibet me baptizari? B. Hieronymus, similiter & Auctor serm. de Ablut. pedum, quantam vim habeat aqua in Christo sanctificata, iisdem scripturis comprobant, quibus Auctor infra, eodem etiam pertinet comparatio baptismi cum diluio, 1. Petri 3. item quod cum Natatoria Siloe comparetur plerumque à Patribus. Rursus quod Asperisionis aqua Veteris Testamenti figuratum baptismum scribitur B. Cyprian. epist. ad Magnum 76. & B. August. quæst. 32. in Numeros. Denique illud 1. Cor. 6. sed abluti estis, sed sanctificati estis; & quod ad ipsum B. Paulum dicit Ananias, Act. 22. Exurge & baptizare, & abluere peccata tua. Et illud B. Cypriani epist. 63. ad Cecil. Quotiescumque aqua sola in scripturis sanctis nominatur, baptismi prædicatur.

4. quia ablutis delictis pristina cæcitas, &c.] Latinius censet legendum: quia, uti ad aquam referatur; sed illud placet. Similes autem sunt loci supra lib. de Pœnit. Tom. 1. cap. 6. Neque ego renuo diuinum beneficium, id est, ablutionem delictorum, ininitur aquam omnino saluum esse. Infra quoque cap. 4. Quamquam ad simplicem actum competat similitudo, ut quoniam vice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. Et cap. 5. per ablutionem delictorum, ac: exempto reatu. Et cap. 6. ablutione delictorum. Item cap. 7. quod delictis liberamur. Denique lib. 1. adu. Marc. agens contra Deum creatorem Marcionis: Cui enim (inquit) rei baptisma quoque apud eum exigitur, si remissio peccatorum est: quomodo videtur delicta dimittere, qui non videtur retinere? Quæ omnia faciunt aduersus eos, qui dicere non ventur in baptismo peccata omnia non plene deleri, sed reatum manere, contra quos etiam egimus Adnot. nostrum in B. Cyprian. epist. 2. num. 14. Quibus adde locos Patrum sequentes B. Hieron. epist. 83. ad Oceanum, Clem. Alexand. lib. 1. Pedag. cap. 6. Chrysofomi hom. ad baptizandos, Retici Augustini episc. verbis à B. August. citatis lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. & ipse B. Augustini lib. 1. contra 2. Epist. Pelag. cap. 13. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 23. Enchirid. cap. 119. lib. 3. de Symbolo cap. 10. ac 25. & lib. 1. Retract. cap. 15. Ambr. lib. 1. de Apolog. David, cap. 12. denique Lactantij lib. 3. Diuin. Instit. 26. cap. Eodem omnino pertinent verba B. Hieronymi paulopost citata nu. 7. & hæc B. Optati Mileuitani lib. 5. contra Parm. Quis fidelis nesciat baptismi virtutum esse vitam, criminum mortem, peccatorum naufragium?

5. in vitam æternam liberamur.] En alterum effectum baptismi. Quod pertinet etiam illud infra cap. 2. consecutio æternitatis; & cap. 5. Ita restituetur homo ad similitudinem eius, qui retrò ad imaginem Dei fuerat; imago in effigie, similitudo in æternitate censetur; item illud, quamquam subobscurum, cap. 3. de aqua: si, quæ vitam æternam

gubernat, & in cælesti procurat. Similia videre est apud B. Chrysof. hom. 13. quæ est exhortatio ad baptismum, Clem. Alexand. Pedag. lib. 1. cap. 6. Ambr. lib. de Hel. & ieiun. cap. 22. & vbi hæreses Dei baptizatos esse probat ex Apostolo Paulo, Epist. 8. ad Verell. Eccles. quod ipsum repetit Chrysofom. hom. de baptizatis, quemadmodum à B. Augustino citatur lib. 1. contra Iul. cap. 2. Eodem pertinet præceptum Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum celorum; ergo à contrario sensu, qui renatus fuerit, hæres sit regni celorum. Quibus adde locum ipsum Apostoli Pauli apertissimum Tit. 3. Saluus nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Vbi Optati Mileuit. loco dicto nu. præcedenti, vbi cælestis regni comparationem, baptismum vocat.

6. digestum istud.] Etiam hæc vox iureconsultorum, vti patet ex titulo Digestorum Juris ciuilis.

7. quædam de Caiana hæresi vipera venenatissima, &c. imprimis baptismum destruens.] Omnino ita legendum, pro eo quod erat: Caiana, inde colligitur, quod nusquam Gaianæ hæreses, aut similes appellationis, præterquam tempore Zenonis Imperatoris, multis post Tertullianum seculis, Gainsiarum fiat inuentio, & Caiana etiam meminere Auctor supra lib. de Præscript. adu. her. cap. 33. Sunt & nunc (inquit) alij Nicolaitæ, Caiana hæresis dicitur; vbi ad hæresin istius Quintilla illum aduere adnotauimus num. 196. Vtpote quæ se Propheten esse diceret, non aliter atque Elizabeth illa, contra quam B. Ioannes Apostolus Apocal. 2. Deinde confirmatur hæc mea castigatio ex B. Hieron. Epist. 83. ad Oceanum, vbi ad verbum ferè locum hunc imitatur: Et consurgit (inquit) mihi Caiana hæresis, atque olim emortua vipera contritum caput leuat; quæ non ex parte, ut ante consueuerat, sed totum Christi subruat sacramentum. Dicit enim esse aliqua peccata, quæ Christus non potest purgare sanguine suo, & tam profunda scelerum pristinorum inherere corporibus atque animis cicatrices, ut medicina illius aduentum non queat. Quid aliud agit, nisi ut Christus frustra mortuus sit? Frustrâ autem mortuus est, si aliquos viuificare non potest. Cetera omitto, ne sim prolixior. Quid quod etiam hæresin, quod non sint perpetenda Martyria, contra quam agit Auctor storpiato aduersus Gnosticos, Caianam nuncupet B. Hieron. li. adu. Vigilantium, de qua appellatione ibi latius. Hic subiungam, confirmari meam opinionem ex dictis verbis eiusdem, quod non omnino baptismum destrueret Quintilla, sed ex parte, id est, negaret aquæ baptismum, quem tamen imprimis necessarium ostendit Tertullianus. Cui congruit etiam sequens comparatio & Auctoris, & B. Hieronymi cum vipera, & quod paulopost dicit: optimè norat pisciculos necare, de aqua auferens. Rgitè autem dicit hanc viperam de Caiana hæresi ortam; nam Marcossy (quorum Caianos discipulos fuisse adnotauit Epiphani. vti diximus supra li. de Præscript. adu. heret. cap. 47. num. 306. her. 7.) seu Gnosticos quidam, B. Irene teste lib. 1. cap. 18. etiam baptismi mysterium per visibiles creaturas, atque ad eod. per aquam fieri negabant.

8. Nam ferè vipera & aspidēs, ipsique reguli serpentes arida & in aquosa lectantur.] Legimus hæc ferè aduerbialiter, ex coniectura Latini, pro eo quod erat per diphthongum feræ; nam feris aliis non competit quod hæc

hic habet Auctor. De vipera & serpentibus (quorum species etiam aspidēs) consensit Plinius nat. hist. lib. 8. c. 39. his verbis: Serpētium sola vipera terra dicitur condidi, cetera arborum aut saxorum cauis. Nam inde colligitur eos arida & in aquosa lectari. De Regulis, id est Basilicis, apertius habet B. Isidorus Etymol. li. 12. c. 4. Reguli (inquit) sicut scorpiones, ariditate quæque lectantur. Quod ad verbum ferè desumpsit ex epist. 83. B. Hieronymi ad Oceanum, aduidentis, quantum ad parat, ad parabolam Christi de spiritu qui ambulat per loca arida & in aquosa.

9. Sed nos pisciculi secundum iuxta nostrum.] Et ad intellectum huius loci B. Optati Afer lib. 3. adu. Parmenian. (Vti etiam ante me adnotauit Latinius & Franciscus Balduinus.) Hic (de Christo loquens, inquit) est piscis, qui in baptismate per inuocationem fontalibus undis inseritur, ut quæ aqua fuerat, à Pisce etiam piscina vocetur. Cuius piscis nomen, secundum appellationem Græcam, in duo nomina per singulas litteras turbam sanctorum nominum continet. Iuxta enim (sic lego) Latine est Iesus, Christus, Dei filius, saluator. Quod ipsum repetit B. August. li. 18. de ciuit. Dei, cap. 23. Voces autem Græcæ, quæ singulis vocis iuxta litteris indicantur, hæc sunt Ιησους, Χριστος, Θεός, υἱός, σωτήρ.

10. in aqua nascimur, &c.] sicursum ex castigatione Latini lego, pro: nascamur; nam sequitur: nec aliter quam in aqua permanendo salui sumus. Quæ ipsa verba imprimis sunt adnotanda contra eos, qui aquæ necessitatem in baptismo negant, contra quos egimus supra n. 3. De Quintilla, item n. 2.

C A P. II.

11. Sed enim quanta vis est peruersitatis, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod nihil nos mouere debeat baptismi simplicitas & admiranda potestas, immò tanto magis amplectendum.

12. inter pauca verba tinctus.] Adhuc ad formam baptismi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, de qua supra n. 1. vbi de trina mersione agitur, ad singula nomina & personas singulas.

13. Quid ergo? nonne mirandum & lauacro dilui mortem?] Tertium baptismi effectum, quo mors diluitur, non quidem temporalis, sed æterna; quod ipsum repetit Auctor infra c. 5. delecta morte per ablutionem delictorum; item li. 1. adu. Marcion. Si absolutio mortis est, baptismus, quomodo absolueret (Deus creator) à morte, qui non deuinxit ad mortem? Eodem pertinet quod infra c. 3. habetur: ne mirum sit in baptismo, si aquæ animare nouerunt. quod imitatus B. Cyprian. epist. 2. ad Donatum: Lauacro (inquit) aquæ salutaris animatus. Prætermissi autem quod secundum superius repetebatur: Atquin eo magis credendum est item cum Gagno iterum: præcurrit, pro: præcurrit.

14. ut confundat sapientiam eius.] Etiam hinc patet propriam habuisse translationem Auctorem maxime noui Testamenti, quod ipse legat sapientiam eius, mundi nempè, pro eo quod Græcè, & Syriacè, & Latine, & alij omnes non aliud quam: sapiētēs. Et verò germanam hanc esse lectionem Auctoris patet supra lib. de Præscriptio. adu. heret. cap. 7. Vbi sic legitur: Multa mundi in confusione etiam Philosophiæ ipsius elegit.

15. & prædificilia penes homines, &c.] simile est istud, quod tamen paraphrastice magis videtur citari

re, pro eo quod est Math. 19. Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia sunt possibilia; nam prædificilia interpretatur impossibilia, & possibilia, factilia.

C A P. III.

16. Huius memores pronuntiationis, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod plurima in primordio mundi elemento aquæ auctoritas fuerit. Probat autem hoc suum institutum ex aquarum antiqua ætate, dignatione seu dignitate, mundi modulatione, quæ & animas protulerint, sine quibus etiam hominis opus absolutum non sit. quæ omnia ad verbum ferè transcripsit B. Hieron. epist. 73. ad Oceanum, verbis mox citandis.

17. In primordio (inquit) fecit Deus, &c.] Infra lib. aduers. Hermogen. Verit: in principio, vbi id ipsum latissime explicat; sed eiusdem virumque significationis est, & genuinum esse constat ex eo quod sequitur infra c. 5. in primordio. Illud autem: & tenebræ erant super abyssum, paulopost declarat.

18. & spiritus Dei super aquas ferebatur.] Hoc ipsum diuersis verbis explicat. Mox hæc: aqua ueraculum Deo subiciebar, & c. 4. Dei spiritus superuectabatur super aquas; & ab eo quod superferebatur, id quod ferebat, sanctitatem mutuabatur; ac c. 5. adfectantes illam diuini spiritus gestatione, ex quibus locis reposuimus etiam hic: Dei, pro eo quod erat: Domini, maxime quia & Græca vox Θεός, & Hebræa & c. 4. conferant, & ipse B. Hieronymus vbi supra. Rudis (inquit) mundus, necdum sole rutilante, nec pallente luna, nec astris micantibus, incompositam & inuisibilem (en versionem Tertulliani) materiam abyssi magnitudine & deformibus tenebris opprimebat. Solus spiritus Dei in auriæ modum super aquas ferebatur, & nascentem mundum in figura baptismi parturiebat.

19. Nam ut firmamentum cæleste, &c.] Hoc sic expressit B. Hieronymus, inter cælum & terram medium extruitur firmamentum; & iuxta Hebræi sermonis ἔτυμολογίαν, cælum samaim ex aquis sortitur vocabulum; & aquæ quæ super cælos sunt, in laudes Dei separantur.

20. & ut terram aridam suspenderet.] Adhuc ad illud Prouerb. 8. quando appendebat fundamenta terræ, cui simile est illud Isaie 40. Quis appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in statera?

21. primis aquis præceptum est, &c.] Istud totidem ferè verbis B. Hieronymus repetit: Primum (inquit) de aquis quod viuit egreditur; & pennatos fideles de terra ad cælum leuat.

22. Nam ipsius quoque hominis figurandi opus, &c.] Iudem & istud sic transcribit B. Hieronymus. Fabricatur homo de limo, & inter manus Dei aquarum sacramento versantur. Limus enim describitur sic ab Auctore humecta & succida materia; eadem nempè, sicuti eleganter subiungit: quam ante quartum diem segregatæ aquæ in stationem suam superstitite humore limo temperant. Nam sic lego cum Latinius, pro: temperant.

C A P. IIII.

23. Sed ea satis erit præcepisse, &c.] Inscripitionem huius capitis fecimus: De sanctitate aquæ, quæ à Spiritu sancto sanctificata etiam ipsa sanctificat.

24. Ita de sancto sanctificata natura aquarum, R r iij

& ipsa sanctificare concepit.] Eodem pertinet quod max subiungit: superuenit enim statim spiritus de cœlis, & aquis superest, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificatæ vim sanctificandi combibunt. Item quod infra legitur c. 10. candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Adnotandi loci contra eos, qui negant sanctificationem que fit per baptismum, quæ tamen ex ipsi scripturis sacris confirmatur. Eo pertinet illud 1. Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Quare rectè etiam Chrysof. homil. ad Neophytos: Non enim sunt tantum liberi, sed & sancti, non tantum sancti, sed & iusti, non solum iusti, sed & filij, sed & heredes, non solum heredes, sed & fratres Christi, sed & cohæredes. Cui similia habet hom. ad baptizandos, locum illum priorum citans. Similibus aliorum Patrum testimoniis super sedeo, ne sim prolixior. Hic sufficiat locus B. Optati Mileuitani li. 5. contra Parmenian. ubi de unico baptismo tractat: Sacramenta per se esse sancta.

25. Numquid ipsis enim aquis, &c.] Adnotat similem particulæ enim usurpationem Latini etiam infra c. 11. In quem enim tinguetur? & c. 20. & quis enim prohibet.

26. Nec quidquam refert inter eos quos Ioannes in Iordane, &c.] Quod hic crudè dixit, quo sensu id intelligat, infra latè proseguitur c. 8. Atqui per illud: & quos Petrus in Tiberi tinxit, refutatur rursum eorum calumnia, qui Petrum Roma fuisse negant; contra quos supra vide Adnotat. nostras in lib. de Prescript. adu. hæret. c. 24. n. 144. c. 32. n. 186. & c. 36. n. 214.

27. Igitur omnes aquæ, &c. sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo.] Omnes (inquam) aquæ, siue (vix pauloprius locutus est) mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an aluco diluatur. Deinde dicitur sanctificationem consequi de pristina originis prærogatiua, sed non nisi, inuocato Deo. Quod ad eò quantumuis id negent Centuriatores Magdenburgenses, ad consecrationem aquæ, quæ ante baptismum fit, omnino pertinet (vix etiam Cassander fatetur lib. de Baptis.). De qua apertius B. Cyprianus, immò Synodus Africana, Epist. ad Iamnar. Oportet (inquit) mundari & sanctificari aquam à sacerdote. Item Sedatus Episc. in Carthag. Concil. sentent. 18. Aqua sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata, abluat delicta. Etiam hinc antiquior B. Dionys. Areop. Eccl. Hierarch. c. 2. At verò Pontifex (inquit) aquas baptismi prece ac inuocatione sanctificante, terque in eas ad crucis effigiem (vix etiam nunc fit) sanctissimum fundens unguentum, terque ad numerum sacræ effusionis, carmen quod propheta Deo pleni diuinitisque asslati, pronuntians. Quod idem repetit sub finem cap. 4. Etiam mediæ ætatis Auctores consuetudinis non scriptæ meminerunt, qua consecrabatur aqua baptismi, B. Basilus li. de Spiritu sancto cap. 27. Ambros. lib. 1. de Sacramentis c. 5. ac de iis qui myst. initiantur, c. 3. & B. Hieronym. sapè dicta Epist. 73. ad Oceanum. Recentiorum testimonia habes supra n. 1. inter reliquas ceremonias baptismi. Eisdem autem satior plerumque consecratam primum aquam baptismi tempore, tamen pro baptizandis in necessitate, sicuti & hodie, referuari solere aquam consecratam in labro aliquo, satis indicare videntur B. Optat. Mileuit. li. 5. contra Parmenian. Cyrillus Hierosol. Catechesi 5. Origenes hom. 12. in Numeros, & Ambros. li. 1. & 2. de Sacramentis, c. 5. ac Prudent. Hymno nocturno, qui fontis

baptismi mentionem faciunt. Idem ritus seruatus fuit à multis seculis & apud Græcos, ac apud Æthiopes, vix ex ritibus constat B. Seueri Patriarchæ Alexandrini, & Petri Albatis Æthiopiæ, qui inde ab Apostolorum temporibus, vix etiam constat ex dictis verbis Dionys. Areopag. Hierarch. Eccl. c. 4. Quid? quod Iustinus respons. ad Orisod. qu. 139. Socrates hist. Eccl. cap. 27. & Zonaras in Leone Isaurico, καὶ ἡμῶν ἔθωσιν, & Ambr. de iis qui myst. initiantur, cap. 11. regenerationis sacramentum; Baptiserium etiam, vix hodie id vocamus, celebrat suis versibus Paulinus epist. quadam ad Seuerum. Auctores verò Diuinarum Officiorum peculiarem consecrationem fontis baptismatis faciunt, iisdem penè verbis, quibus hodie pridie Pasche & Pentecostes. Quamquam inter in necessitate omnis aqua etiam non consecrata sufficiat.

C A P. V.

28. Sed enim nationes, extraneæ ab omni, &c.] Caput hoc inscriptissimè: Si nationes lauacro se initiantes, purgari se putabant, multo id magis baptismi aquas efficere. Atqui huc etiam pertinet illud quod est infra cap. 8. Sanè humano ingenio licebit spiritum in aquam arcescere, & concorporatione eorum accommodatis de super manibus alio spiritu tantæ claritatis animare.

29. Nam & sacris quibusdam per lauacrum initiantur.] Desumptissimè istud videtur partim Auctor ex B. Iustino Martyre, qui Apolog. 2. ad Antonin. Pium ita loquitur: Porro lauacrum hanc quum audissent demones per Prophetam promulgatam, ut & ingressuri in delubra eorum, & accessuri ad illos, atque libationibus & adipis nidoribus offerendis operaturi, se ipsos aqua adspersione lustrarent, effecerit. Quin vix toto quoque corpore lauentur procedentes, priusquam ad templa, ubi illi collocati sunt, veniant, instinctu & opera sua curant. Scribit & Seruius in 4. Æneid. Virgil. quod qui superis sacrificabant, abluerentur; qui verò inferis, aspergerentur. De quo plura Gyraldus Synag. 17. quamquam hoc ad omnia sacrificia pertinet, quum Auctor solum de quibusdam loquatur.

30. Isidis alicuius.] De Iside vide supra Tom. 2. li. de Corona Milit. c. 7. n. 77. & 84. vix ex Eusebij lib. 3. c. 2. de Demonstr. Euang. dicitur Isidem dicitam non modo Cererem, sed & Lunonem, immò etiam Cybelen, quam Magnam matrem Deum appellabant. Quod postremum fit probabile ex B. Hieron. li. 2. adu. Iovinian. ubi coniungit ieiunia castorum Isidis & Cybelæ, de quibus infra lib. de Ieiunio. Deinde omnino confirmatur ex carmine B. Cypriani, seu potius Tertulliani, ad Senatorem, ubi postquam dixisset;

Quis patiatu enim te Matrem credere magnâ
Posse Deum dici, rursumque putare colendam,
Cuius cultores infamia turpis inurit?

paulopost subiungit,

Siquis ab Inaco Consul procedit in urbem,
Rilius oris erit; quis te non rideat aurem,

Qui fueris Consul, nunc Isidis esse ministrum;
Et quasi adludat ad lauacri initiationem quæ fiebat in sacris hisce, postea adfert:

Et pariter lædunt gelidum feruēscque lauacrum.
Quandoquidem interim mox citandis verbis B. August. videtur indicare Cælesti virgini & Berecynthiæ similes fuisse ludos exhibitos, & nos non semel adnotauimus, maxime Apolog. c. 24. n. 383. Cælestem deam Æthiopicam Cererem fuisse; potest etiam de illius sacris Auctor hic intelligi, quæ ipsa Isis dicta est, quippe in quibus

certa

certa quadam initatio, Aristophane teste, & purgatio erit necessaria. Aut certe de similibus sacris, quæ in Pelusio Isidi fiebant, ad eundem modum quo Romæ sacra Martis Deum.

31. aut Mithræ.] De lauacro in hisce sacris sic supra Auctor libro de Prescript. adu. hæret. c. 40. Tinguunt & diabolus quoddam vtique credentes ac fideles suos. B. autem Iustinus Martyr adu. Tryphonem, indicat eos qui hisce mysteriis initiabantur, in hoc imitatus verba quædam Isaiæ 33. Aqua eius fidelis. Plura de mysteriis Mithræ vide tum ibi lib. de Prescript. vbi supra num. 240. 241. 242. 243. 244. 245. & 246. Item Tom. 2. lib. de Cor. milit. c. vlt. n. 206. 207. & 208. Quum interim Capella Martianus verbi ubi supra citatis eundem faciat Mithram & Osirin, siue Serapim, apud Ægyptios, cuius sacra & Isidis eadem, non mirum est si similia dicit Auctor Isidis & Mithræ sacra. Porro B. Hieron. li. 2. adu. Iovinian. citat Eudubulum, qui historiam Mithræ multis voluminibus explicat.

32. Ipsos etiam Deos suos lauacionibus effecerunt.] Istud de sacris Martis Deum disertis verbis tradit B. August. lib. 2. de Citat. Dei, c. 4. Ludus (inquit) turpissimus, qui Diis Deabusque exhibebantur, oblectabantur. Cælesti Deæ & Berecynthiæ matri Deorum omnium, ante eius læticiam, die sollemni lauacionis eius, talia per publicum cantabantur à nequissimis senicis, qualia non dico matrem Deorum, sed nec matrem ipsorum sceniorum deceret audire. Ac paulopost: Quæ sunt sacrilegia, si illa erant sacra: aut quæ in inquinatio, si illa lauatio? Super quo loco Ludou. Pius tradit pridè Idus Aprileis matrem Deum, magna pompa à Gallis ad Almonem fluuium, qui non procul ab Vrbe Tiberi miscetur, ibique ad consuetum duorum annuum abluui solere eius simulacrum, idque ex Luciano lib. 1. Pharsal. Ouid. Fastor. lib. 4. & B. Prudentio in Romano martyre. Citat etiam Gyrald. de Diis gentium, Synag. 4. Vrbium Sequestratum ad Virgili. innum filium, Ammianum li. 23. Valerium Flaccum lib. 8. Argonaut. & Claudianum. De Isidis autem sacris videtur accedere ad Auctoris sententiam, quod ex Herodoto citat Athenagoras Oratione pro Christianis. De lacu apud Satis circulari formæ solo sexco exornato, in quo imagines erant defunctorum lignæ & picturæ expresse, quas ostendebant in noctis sacris & mysteriis.

33. Ceterum villas, &c. aspergine circumlatæ aquæ expiant.] Adludat haud dubie ad Lustrationes, quibus expiabantur, tum aliis variis modis, tum etiam aliquando aspergine circumlatæ aquæ villæ, domus, templa, & totæ vrbes, quam ad eò aquam lustralem vocabant. Verum de his latè Gyraldus 17. Synag. histor. Deorum, agens de sacris Amburbalibus, Ambarvalibus, & Lustralibus.

34. certe Ludis Apollinaribus & Pelusis tinguuntur, &c.] Lego: tinguuntur, pro: tinguuntur, more Tertulliano. Atqui puto Apollinæ ludos hinc dici qui fiebant in honorem Mithræ: quem eundem Apollinem dictum supra adnotauimus lib. de Cor. milit. & Pelusios à Pelusio Ægypti oppido sic dictos, qui celebrabantur Isidi, vix quem admodum in sacris, sic & in eorum ludis tinguerentur. Nam de Apollinaribus Ludis aut Pelusis nihil tale quid alibi reperire potui.

35. quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat.] Nota est, teste Gyraldo ubi supra, historia, nihil omnino notius apud Auctores, quo quisquis homicidio se infecerat, bis septies se purgatrice a-

qua; vestisque aqua abluerat & expiabat plerumque apud summa. Loqui autem addit ibidem Pansianum in Atticis de simili purgatione Thesei ob interfectos Pallan- tis filios, & in Corinthiis de Apollinis expiatione & Diane post eadem Tythonis. Item Herodotum li. 2. de Ægypto, qui Cræsum Regem adit expiationis causa, ob interemptum incaute Regis filium. Atqui paulopost pro: perditior liberat (inquit Harrisus) legendum: proditor. Verum illud placet.

39. immundi spiritus aquis incubant, &c.] Istud apertius explicat, quum subiungit de quibusdam fontibus, riuus, piscinis, euripis, (de quibus supra li. de Spect. c. 8. n. 77.) cisternis, & puteis; qui rapere dicuntur per vim spiritus nocentis. Huc autem pertinet quod Orpheus poemate ad Musæum, demones distinguit in cælestes, æthereos, aqueos, terrestres, subterraneos & vagos, quorum aqueos Deos Nymphas vocabant, de quibus mox Latius. Pselus lib. de Demonibus, quartum eorum genus facit aqueum, quod humoribus se immergit, ac libenter circum lacus fluuiisque habitat, & multos perdit aquis. Porphyrius haud absimiliter libro Respons. ex Oraculo Apollinis.

37. Nam & enectos.] Qui ita dicuntur subiungit, nempe: quos aquæ necauerunt. Cuiusmodi vnum aliquot recenset aquas Plin. nat. hist. li. 2. c. 103. & li. 3. c. 2. Priori quidem loco, tres fontes in Berofo Taurorum colle, & vnum in Carcinensi Hispaniæ agro. Posteriori verò aquas in Thracia apud Cycros, & Lycium in Leoninis tertio die, si quisquam biberit; & circa Thesaliciæ tempes, vtrouque verò Nonacris Arcadiæ, de qua latius li. de Anima, c. 50. infra, ubi eius fit mentio.

38. & lymphatos.] Nempe eos (vix mox addit) quos aqua æmentia exercuerunt. Quod ipsum de Colophone scribit Auctor infra lib. de Anima: Lymphaticos legens, de quo ibi latius. Adscribit id ipsum Plinius posteriori loco iuxta Callimachum Gallo Phrygiæ fluuii, si in potando excedatur necessarius in modum, & fontis rubro in Æthiopia secundum Ctesiam. Lymphatos autem à Lymphis, quo olim nomine Nympha nuncupabantur, dicit adnotauit Nonnius Miscel. li. 4. p. 107. id comprobans ex Parrone de Re rustica li. 1. c. 1. ubi inter Deos agrorum enumerat Lympham. Quoniam (inquit) sine aqua omnis arida ac misera cultura. Græcis autem dicebantur hi Νυμφόλητοι, tamquam ex adpectu Nympha alicuius terris, quam in aquis vidissent, quod primum ab aquis abhorrentes, paulopost furere inciperent.

39. & hydrophobos.] Eos nimirum, quos aquæ (vix sequitur) formidine exercuerunt. Similiter autè B. Hieron. epist. 83. ad Oceanum: Reguli (inquit) & Scorpiones postquam ad aquas venerint, ὕδροφοβοί & Lymphaticos faciunt. Quæ B. Isidorus ad Verbum transcripsit Etym. li. 12. c. 3. & alibi isdem nominibus nuncupat, quæ à cane rabido morsu aquam metuunt, atque ad eò aquæ marinæ immersi sanari solent. Quod haud dubiè habet ex Plinio lib. 29. cap. 6. vbi etiam aliud remedium indicans: Est limus (inquit) salinæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur. Multo tamen vtilissimè iecur eius, qui in rabiem momorderit, datur si possit fieri crudum, mandendum; si minus, quoquomodo coctum, aut ius coctis carnibus.

40. qui valetudinem querebantur.] Valetudinem adpellat, quam supra Tom. 1. li. aduers. lud. eos cap. 13. in valetudinem, quippe quum illa etiam in malam partem accipitur. Deinde queri cum Accusatio iustitiam est etiam Ciceroni libro de Amicitia, & epist. ad

Atticum lib. 5. epist. 95. ac Casari li. 1. de bello Gall. Quem admodum & mederi cum Accusatio Terentio in Phorm. vi non miretur quis illud Auctoris iuxta lectionem Gagnei, qui primus hunc librum addidit: nunc Spiritum medentur, quæ adeo magis placet quam ea quam substituit Gelenus: Spiritui.

41. Exempto scilicet reatu, eximitur & pœna.] Facit hic locus contra eos, qui concupiscentiam post baptismum audent peccatum dicere, quippe quum reatum exemptum dicat. Pœnam autem, quam eximi quoque dicit, æternam intellige; nam mors & alia pœna peccati originalis temporales manent in baptizato.

42. Ita restituetur homo Deo ad similitudinem eius qui retrò ad imaginem Dei fuerat, &c.] Facit ad hunc loci intellectum, quod habet Origenes lib. 3. Periarth. cap. 6. Moses (inquit) ante omnes primam hominis conditionem enarrans, inquit: Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, tunc deinde addit: Et fecit Deus hominem ad Dei imaginem. Hoc ergo quod dixit: Ad imaginem Dei fecit eum, & de similitudine tacuit; non aliud indicat, nisi quod imaginis dignitatem in prima conditione percepit: similitudinis verò perfectio in consummatione seruata est. Scilicet ut ipse sibi propriæ industriæ studiis ex Dei imitatione consisteret; quum possibilitatem sibi perfectionis diuinitus datam, per imaginis dignitatem, in fine demum, per operum expletionem perfectam sibi ipsi similitudinem consummaret. Id enim est quod addit Auctor, Imago in effigie, similitudo in æternitate censetur. Et infra quoque li. de Resurr. carn. c. 6. legit dumtaxat: Et fecit hominem Deus; id utique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum.

43. Recipit enim illum Dei spiritum, quem tunc de adflatu eius acceperat, &c.] sensu iste illius Gen. 2. Et flauit Deus flatum vitæ in faciem hominibus; quem sequitur etiam Cyrillus in hunc locum scribens. Allegoricus potius est quam literalis, vel B. Thoma Aquinate teste li. adu. errorē Græcor. c. 27. immò eundem de videt B. Augusti. lib. 15. de ciuit. Dei, c. 24. Quare ipse quoque Verum & germanum sensum indicauit de spiritu vitæ, id est, ipsa anima, tum supra lib. de Pœnit. cap. 3. qui dicit animam adflatu Dei consummatam, tum latius infra lib. de Anima, vbi de eadem. Hic adiungam dumtaxat ex B. Augusti. lib. de Hæres. quod Philastrius multas hæreses recensuerit, quæ hæreses nō sunt; inter quas rectè Sixtus Senensis Bibl. Sanctæ lib. 5. adnot. 27. collocat eam, quæ (non erroneè sed rectè) spiraculum vitæ supra dictum de anima rationali interpretatur cum BB. Chrysostomo, Augustino, & ipso, vbi iam dictum est, Tertulliano.

CAP. VI.

44. Non quòd in aquis spiritum sanctum consequamur, &c.] Huic capiti titulum datus: Quòd ad maiora dona Spiritus sancti per baptismum præparemur. Aiqui quamquam hic crudè loquatur Auctor, certè mentem suam indicat infra cap. 10. quum baptismum Ioannis à baptismo Christi distinguit, quòd ille neque remissionem peccatorum, neque spiritum sanctum daret; agnoscat ergo in baptismo spiritum sanctum dari, non ibi modo, sed & apertius alibi, vbi baptismum dicit esse consecrationem spiritus sancti. Alioqui enim constaret illud Christi, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Per hunc hic loquitur more ipso scripturarum, secundum quem legitur Act. 8. de Petro & Ioanne in sama-

riam missis: Qui quum venissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Eò enim haud dubiè adluit Auctor infra initio c. 8. vbi de sacramentis agit Confirmationis, seu Manusimpositionis, quum dicit: Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans Spiritum sanctum. Et similiter loquimur quòtquot de baptismi ceremoniis scribunt; vocantes Manusimpositionem seu Vnctionem chrisimate Episcopalem, perfectionem baptismi, quæq; perfectiō vim habeat, & Spiritum sanctum plene conferat; de quo infra latius. Hic sufficit Patrum sententiæ explicatio, quam habet Erabanus noster lib. 1. de Instit. cler. c. 30. Signatur (inquit) baptizatus cum chrisimate per sacerdotem in capitis summitate, per Pontificem verò in fronte: ut priori vnctione significetur Spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam (hoc est enim quod hic dicit Auctor: Spiritu sancto præparamur ablutione delictorum) in secunda quoque, ut eiusdem Spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominem declaratur. Nec mirum (addit ibidem) si homo bis eodem chrisimate ad accipiendum Spiritum sanctum vngatur, quum idem spiritus bis sit ipsis Apostolis datus. In terra semel, quòd post resurrectionem suã Dominus insufflauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum sanctum, &c. Et de cælis semel, quando post ascensionem Domini in die Pentecostes in linguis igneis super Apostolos venit, & omnium gentium linguis eis loqui concessit. Et postea: Quòd autem gratia Spiritus sancti aqua baptismi secundum illi est, insinuat Ioannes, quum ipsum Dominum in Spiritu sancto baptizare testatus est, dicens: Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Numquam enim aqua baptismatis filios lucis generare posset, nisi prius ipsa dono Spiritus sancti illuminata esset, ut in ipsa mirabiliter partum spiritalis lucis efficeret, idem spiritus, qui in primordio simul cum Patre & Filio illum purgationi aptum creauit. Siquis plura desideret, latius prosequitur B. Hieron. lib. adu. Luciferianos Baptismum sine Spiritu sancto non esse. Quòd pertinet etiam illud B. Cypriani epist. 2. ad Donatum: Cælitus spiritu hausto reparat secundam natuitatem; & epist. 63. ad Cecilium: Per baptismum Spiritus sanctus accipitur. Et tamen idem epist. ad Ianuarium 70. ita loquitur: Vngi necesse est qui baptizatus sit, ut habere in se gratiam Dei possit. Quòd haud dubiè de maiori gratia debet intelligi. Conferatur itaque, ut tandem concludam, in baptismo Spiritus sanctus ad peccatorum remissionem, & in Confirmatione ad robur fidei. Huc pertinet etiam illud Melchiadis epist. ad Episc. Hispan. vbi dicit Spiritum sanctum in baptismo tribui ad innocentiam, in Confirmatione verò ad gratiæ augmentum. Porro legimus omnino cū Gagneo: Spiritui sancto præparamur, pro: spiritu, eo quòd sequatur: superuenturo spiritui sancto vias diriget.

45. obsignata in Patre & Filio & Spiritu sancto.] Istud pertinet ad interrogationes & recitationes Symboli quæ sunt ante baptismum, de quibus aliquid supra diximus n. 1. & Adnot. in Cyprian. loco ibi citato. Hic adde, videri mihi desumptam hanc ceremoniam ex illa 1. Petri 3. Quòd & vos nunc similis formæ saluos fecit baptismus, non carnis depositio sordium, sed bonæ conscientie interrogatio in Deum. Hinc est & illud Cyrilli Hierosolymitani Catech. 1. mystag. Tum ad-

monstrari ut dices, Credo in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, de quo vide Optat. li. 3. & Firmilianum inter Epist. Cypriani epist. 75. ad Cecilium, Concil. Carthag. Cypriani, Rufinum in Expositionem Symboli, & Origenem homil. 5. in Numeros.

46. & testatio fidei & sponso salutis pignorentur.] sic omnino lego, pro: pignerentur. Huc autem pertinent phrasæ hæ Tertulliani supra Tom. 2. lib. de Spectac. c. 4. Quum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profiteremur; & lib. de Coron. milit. c. 11. Credim' usque humanum sacramentum diuino superduci licere, & in alium Dominum respòdere post Christum; & illud eiusdem lib. de Spectac. cap. 2. 4. Nōne eietramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Deinde etiam alij similes loci, vbi de sacramento seu iuramento quòd hic testationem & sponsonem vocat; agit, quòd in baptismo præstat. Sic li. ad Martyr. c. 3. quum (inquit) in sacramenti verba respondimus. Item hoc Tom. 3. li. de Prescript. adu. her. c. 20. eiusdem sacramenti vna traditione; & infra Scorpiaco adu. Gnosticos: Præscribitur mihi ne quem alium Deum dicam huic sacramento militans ab hostibus prouocem. & mox: Quis hunc suo militi exitum voluit, nisi qui tali cum sacramento consignauit; vbi habes etiam consignationis vocem, pro eo quòd hic obsignatam. Nec verò absimiliter B. Hieron. ad Heliodorum: Recordare tyrocinij tui d' em. quo Christo in baptismate cōsepultus in sacramenti verba iurasti.

47. necessariò adiciatur Ecclesiæ mentio.] Istud ipsum habent BB. Cyprian. epist. 70. supra citata ad Ianuarium, & 76. ad Magnum, Cyrill. Hierosol. Catech. 18. mystag. Hieron. contra Lucifer. Augusti. li. 5. contra Donatistas c. 20. ac homil. ad Neophytos. Quamquam enim nonnihil differant in formæ huius interrogationis, ab omnibus certè adiciatur Ecclesiæ mentio. Apud BB. Cyprianum & Augustinum legitur illa: Credis in remissionem peccatorum & vitam æternam per sanctam Ecclesiam. Apud Hieron. Credis sanctam Ecclesiam, credis remissionem peccatorum. Cyrillus sic: Credo in vnum Baptismum, in remissionem peccatorum, & in vnam sanctam Ecclesiam Catholicam. Rufinus: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, remissionem peccatorum. Et huic satis consentit Erabanus noster li. 1. de Instit. cler. c. 23. Et exquiritur (inquit) si consteatur vnam esse Catholicam Ecclesiam, & si credat remissionem peccatorum. In Ordine Romano, vti etiam nunc recitatur integrum Symbolum post trinam interrogationem, quarum vltima est: Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam? quam eandem reperire est in Sacramentario B. Gregorij. Quæ omnia eo latius, ut suppleamus hic quòd desiderabatur supra li. de Prescript. adu. her. cap. 13. in Expositione Symboli Apostolici. Eodem pertinet quòd infra habet Auctor cap. 11. de Christo: In quem enim tingueret? In pœnitentiam, quòd ergo illi præcurforem? In peccatorum remissionem, quam verbo dabat? In semetipsum, quem humilitate cælabat? In Spiritum sanctum, qui nondum à Patre descenderat? In Ecclesiam, quam nondum Apostoli struxerant?

CAP. VII.

48. Exinde egressi de lauacro perungimur, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quòd post

baptismum Chrisimate perungatur baptizatus. Cui similes sunt loci Tertulliani infra lib. de Resurr. carn. c. 8. Sed & caro abluatur, ut anima emaculetur, caro vnguitur, ut anima consecretur. & libro 1. adu. Marc. Sed ille quidem nec aquam reprobat qua suos abluit, nec oleum quo suos vnguit. Meminerunt præterea huius vnctionis post baptismum (quam in vertice capitis per sacerdotem fieri supra diximus, num. 44.) BB. Dionys. Arcopag. Eccl. Hierarch. c. 2. & 3. Cyrill. Hierosol. Catech. myst. 3. Basiliius li. de Spiritu sancto, c. 27. Theophilus ad Autolycei li. 1. Iustinus Martyr quæst. 137. Nazianzenus Orat. in sanctum Baptisma, Damasceus Orthod. fid. lib. 4. c. 10. & Seuerus Alexandr. in ritibus baptismi, Auctores Græci. Nec absimiliter Latini BB. Cyprianus sermone de vnctione Chrisimate, Ambrosii li. 2. de Sacram. c. 5. & li. de iis qui mysterijs imitantur, cap. 6. Augustini li. 15. de Trinit. c. 26. & li. 4. de Symbolo c. 1. & Damasus in Syluestro, Concil. Arausic. c. 1. Adluit etiã B. Hieron. Epist. 4. ad Rusticum sub finem, ac Laurentius homil. de Pœnitent. Optatus denique Mileuitanus distinctionem indicat inter hanc vnctionem, & eam quæ postea fit per Manusimpositionem, lib. 4. adu. Parmen. dum ad priorem hanc vnctionem refert de scesum columbe in Christum, ad manusimpositionem verò docem auditam de cælo: Hic est filius meus dilectus. Quam distinctionem plerique non animaduertentes etiam viri eruditi (sicut & nos in Cyp. Epist. ad Ianua. n. 16.) veterum confundunt testimonij tanquam de vna, quum loquantur de tribus vnctionibus diuersis; prima ante baptismum oleo, quòd Catechumenorum vocant, in pectore & scapulis; secunda post baptismum chrisimate per sacerdotem in vertice capitis (de quibus supra n. 1.) & tertia quæ fit in sacramento Confirmationis in fronte per Episcopos, (de qua latius cap. sequenti) Laodicensis Concilij can. 48. ad vtramque vnctionem chrisimate post baptismum est indifferens; sic & Cyrill. Alexandr. lib. 9. in Leuiticum. Neque verò quia heretici etiam opobalsamo vnguebant baptizatum, propterea in Catholicis id improbandum pulcrè deducit Feuardentius noster in B. Irenæum lib. 1. c. 18. n. 7.

49. de pristina, &c.] Hunc locum penè ad verbum sic descripsit Erabanus noster loco supræcitato: Et hoc de pristina disciplina (sic enim ibi lego, pro: vnctione) tractum est exemplum, qua vngui in sacerdotium & regnum solebant antiqui. Vnde & Aaron & filij eius post lauacrum à Moyse vncti sunt, ut sacerdotes Domini fierent. Et Salomon & ceteri Reges per Prophetas & sacerdotes perfusi sunt cornu olei, ut regni gubernacula tenerent. Ex quo loco etiam hic legimus: in sacerdotium, pro: sacerdotio.

50. Vnde Christus dicitur, &c.] Similiter de Christi nomine lib. 3. adu. Marc. & lib. adu. Præcan infra, vbi de eo latius.

51. à chrisimate.] De Chrisimate, siue oleo in altari sanctificato, quo post baptismum vnguntur fideles, adnotauimus Peterum testimonia ad epist. 70. B. Cypriani ad Ianuarium, n. 17. Quibus adde B. Cyrill. Alexandr. li. 9. in Leuiticum, Cyrill. Hierosol. Catech. myst. 3. Pacianum lib. de bapt. & epist. 1. ad Sympron. Amphilocho. in vita Basilij, Optat. Mileuit. contra Parmen. li. 3. Eius autem consecrationem solis Episcopis licitam definiunt Concil. Rom. sub B. Syluestro c. 5. Carthag. 3. c. 36. Carthag. 4. c. 36. Toletan. 1. c. 26. Plura vide de Chrisimate apud B. Iliodorum lib. 2. de Eccl. offic. cap. 25. & Erabanum nostrum lib. 1. de Inst. cleric. dicto 27. c. Hoc vnum addam, quòd Episcopum consecrationem Chrisimate etiam ad-

tribuant BB. Dionys. Areop. 19. Ecl. Hier. c. 4. & Clemens Papa 1. Constit. Apost. lib. 7. Vbi eandem pluribus profertur.

52. Collecti sunt enim verè, &c.] Sic profertur significandus hic locus, pro eo quod erat: enim uerè. nam Græcè legitur Αἱ. 4. σωτηρίαν ἡμεῖς ἔλαβον ἀληθείας; paraphrasticè autem translulit: filium tuum, pro eo quod Græcè est πικρὸν σῶς, id est, puerum tuum, sicut translulit noster interpres; qui etiam rectè addit Ielum, quod in Græcis & Syriacis exemplaribus legitur.

53. Sic & in nobis carnaliter, &c.] Etiam istud penè ad verbum transcripsit Hrabanus vbi supra: Quod (inquit) dum carnaliter fit, spiritualiter proficit, quomodo & ipsius (sic enim lego) baptismi gratia visibilis actus est, quod in aqua mergitur, sed spiritalis effectus, quod à delictis mundamur. simile est autem illud B. Cyrilli Hierosol. Ceterum vide (inquit) ne illud esse putes unguentum tantum. Quemadmodum enim panis Eucharistia post sancti spiritus inuocationem non amplius est panis communis, sed est corpus Christi, sic & sanctum hoc unguentum quod paulo ante Christum nuncupauit non amplius est nudum unguentum, neque (siquis ita appellare malit) commune, postquam iam consecratum est, sed est charisma Christi, quod aduentu spiritus sancti per ipsius diuinitatem energiam habet. Nec absimiliter B. Cyprian. serm. de vnct. chrismatibus, & aliis sacramentis. Non hæc medendis corporibus est vnctio instituta, quia sanctificatis elementis, iam non propria natura præbet effectum, sed virtus diuina potentius operatur, & adest veritas signo, & spiritus sacramento, &c. ne prolixiores simus.

CAP. VIII.

54. Dehinc manus imponitur, per benedictionem aduocans & inuitans spiritum sanctum, &c.] Caput hoc inscripsimus: De manus impositionis sacramento. Quod est pro veteri Ecclesia more ita nuncupet, tamen etiam cum vnctione olei fieri solere satis indicat comparatio, quam subiungit spiritus sancti, & columba in arcam Noe cum olea reuersa. Immo & disertis verbis supra Tom. 2. li. ad Maritima, de Christo, c. 3. qui vos (inquit) spiritu vaxit, cum quo conuenit illud li. de Præscrip. adu. her. c. 36. aqua signat, spiritu sancto vaxit. Item ad consignationem in fronte, quæ fit in hoc sacramento, ad iudicium eiusdem lib. c. 40. Signat illic in frontibus milites suos. Quæ quem effectum habeant, his verbis indicat infra lib. de Resurr. carn. c. 8. Caro signatur, vt & anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur. Quæ omnia in hoc sacramento vstitata fuisse iam à tempore Apostolorum, locuples testis est B. Dionys. Areopag. Qui imprimis Eccl. Hierarch. c. 2. postquam vnctionis meminit duplici ante & statim post baptismum, postea subiungit: Sicque indutum candida veste ad Pontificem acciunt. Ille diuino ac deifico pteritis unguento virum signat. Deinde c. 4. eiusdem: Est (inquit) Synaxi finitimum Sacramentum, quod præceptores nostri vnguenti mysterium nominant; etiam modum consecrationis latè deducens, & inter cetera adiciens, quod hoc diuinum unguentum in cuiusvis rei consecratione adhibetur, & paulo post: Quin etiam ei qui sanctissimo regenerationis mysterio initiatur, diuini spiritus aduentum conuincit, unguenti datur perfusio. Quid, quod Hrabanus vbi supra de hoc sacramento interpretatur illud B. Iohannis Apostoli: Vos (inquit) vnctionem habetis à spiritu sancto; item illud Apostoli 2. Cor. 1. Qui vnxit nos Deus, qui &

consignauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Cui simile videtur etiam illud Ephes. 1. In quo credentes signati estis, spiritu promissionis sancto. Pluribus Veterum testimonis super sedeo, remittens Lectorem ad Adnotat. nostras in B. Cyprian. epist. 72. ad Stephanum Papam n. 4. ac 73. ad Iubaianum n. 37. item ad ea quæ supra diximus lib. de Præscrip. adu. her. c. 40. n. 243. Vbi comprobauimus sacramentum esse, & huius libri cap. 6. n. 44. vbi quid à baptismo differat diximus. Hæc adiciemus dumtaxat, quod tribus verbis indicauimus ad epist. 70. Cyprian. n. 16. quod etiam necessarium sic hoc sacramentum. Id autem imprimis vel ex eo constat, quod non modo prædicti verbi Dionys. Areopag. per se dicat hoc unguento baptismi sacramentum, (quo genere loquendi vtiur etiam Concil. Eliber. c. 38. Aurel. c. 3. iuxta quod à Gratiano citatur de consecr. dist. 5. c. vi. iuxta. Item Clemens 1. epist. 3. Fabianus epist. 2. Melchiodes & Urbanus Papa Romani locis infra citatis.) Quod item & supra c. 6. & hic Auctor satis indicat, hic primam plenitudinem conferri spiritus sancti ad robur fidei, qualiter etiam loquitur B. Cyprianus dicta epist. ad Iubaianum. Quod nunc quoque (inquit) apud nos geritur, vt qui in Ecclesia baptizantur, præpositi Ecclesie offerantur, & per manus orationem & manus impositionem spiritum sanctum consequantur, & signaculo diuino confirmantur; & B. Hieronym. aduers. Lucifer. Quod si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat spiritum sanctum, quem nos adserimus in vero baptismo tribus; disc hanc obseruationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini spiritus sanctus ad Apostolos descendit. Apertius autem B. Cyprianus epist. 70. adu. Iamuar. Vngi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, vt accipio Chrismate, id est, vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. & Concil. Laodic. c. 48. Oportet baptizatos post baptismi sacratissimum Chrisma percipere, & regni celestis participes fieri. Canon B. Urbani Papæ: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plene Christiani inueniantur. Et huius antiquior B. Patianus, serm. de baptis. Hæc autem compleri alias nequeunt, nisi lauacri & chrismatibus & Antistitis sacramento. Lauacro enim peccata purgantur, chrismate spiritus sanctus superfunditur, vtraque verò ista manu & ore Antistitis impetramus. Item Melchiodes Papa epist. ad Episc. Hispanie: Ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem nisi morte præueniente, nullatenus possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest; nam vnum præueniente morte saluare sine altero potest, aliud autem non potest. Denique omnium horum antiquissimus B. Clemens Papa 1. Omnium festinandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, id est, septiformem Grattam spiritus sancti percipere: quia aliter perfectus Christianus esse non poterit, si non necessitate, sed incuria vel voluntate sic remanserit. Quod à B. Petro accepimus, & ceteri Apostoli docuerunt. Qui etiam Apost. Constit. li. 3. c. 16. unguentum istud scruum vocat βέβαπτιστον τῆς ἐξουσίας, id est, confirmationem confessionis fidei. Quod nomen etiam in hodiernum diem huic sacramento adscribitur, quod confirmetur baptizatus in fide. Sed hæc sufficiant, dummodo adiciamus etiam formam, qualis hodie vtiur huius sacramenti, indicari à B. Ambrosio li. de iis qui myster. inuiciantur, c. 7. Signauit (inquit) te Deus pater, confirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus spiritus in cordibus tuis. Hoc etiam adiecto, quod tum ex locis citatis de Chrismate supra

supra nu. 51. & aliis hic adductis, nominatum B. Hieronym. patet ordinari non nisi ab Episcopis conferri hoc sacramentum; cui consentiunt BB. Pontifices Euseb. epist. 3. Damasc. epist. 4. Innoc. 1. epist. 1. & Leo 1. epist. 88.

55. Sublimitatem modulari spiritalem.] Simili phrasid dixit supra Auctor cap. 3. modulatricibus quodammodo aquis: & quod magis ad institutum hoc pertinet, Tom. 2. lib. de Orat. cap. 11. Nos vero non ad tollimus tantum manus, sed etiam expandimus, dominica passione modulantes. Metaphora deducta à canticis ad aliorum similitudinem modulatis. Ac si dicat, Dominicam passionem expansione manuum imitantes; quod hic paulo post dixit: Christum deformantes.

56. quo nepotes suos, &c. Iacob capitibus impositis & intermutatis manibus benedixerit, &c.] Pulcre Auctor hanc benedictionem Iacob, qua nepotes suos ex Iosepho Ephrem & Manasse benedixit, Gen. 28. figuram fuisse indicat huius sacramenti manus impositionis, in qua & manus imponuntur, & benedictio in Christum datur, per consignationem nempe crucis, quæ ubi significabatur intermutatis manibus in formam crucis. Cui similiter infra Tom. 5. Nouatiani lib. de Trinit. Iacob transuersis super capita puerorum manibus collocatis, Deus inquit, &c. Quod adeo etiam confirmat sententiam Catholicorum, qui omnem benedictionem cum B. Augustino tradunt per signum crucis fieri, vti iam nuper adnotauimus in B. Cyprian. epist. 63. ad Cecil. numer. 39. & supra etiam adigimus Tom. 2. lib. de Corona militis, cap. 3. num. 40. & supra hoc libro num. 1. Vbi de crucis signo inter baptismi ceremonias egimus; quod pertinet id etiam quod sequitur.

57. Tunc ille sanctissimus spiritus, &c.] Etiam hæc verba transcripsit loco supracitato Hrabanus noster: Tunc (inquit) ipse spiritus sanctus post (scilicet potius, super) mundata & benedicta (nota benedictionem post baptismum) corpora, & aque animas, libens à patre descendit. Quibus præterea hic addit Auctor.

58. super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conuiescit, columba figura delapsus in Dominum, &c.] Similiter ferè B. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. mystagogica: Et Christus (inquit) postquam in Iordane baptizatus est, ascendit de aquis, & factus est super eum substantialis aduentus spiritus sancti, simili super similem ascendente, sic etiam nobis, postquam ex sacro fonte ascendimus, datur est Christum, quod imaginem gerit illius, quo vnctus est Christus. Vbi etiam plures de hoc sacramento Prophetias præcessisse tradit in Veteri Testamento, Ierem. 8. 3. Reg. 1. & prædictionem eiusdem Isaiæ 25. quum dicitur: Et ungetur unguento, quod postremum etiam sic interpretantur B. Cyrillus Alexandrin. in Commentar. & Theophanes Niceæ Episcop. lib. de Symphonia veteris & noui Testamenti. Verum hoc magis pertinet ad ea quæ supra diximus, num. 54. Propius huc accedit B. Hieronym. aduersus Luciferianos, & apertius adhuc B. Optatus Mileuitanus contra Parmen. lib. 4. Descendit (inquit) Christus in aquam, non quia erat quod in Deo mandaretur, sed venturum oleum aqua debuit antecedere, ad mysteria iniicienda & ordinanda & implenda baptismatis. Apertum est calum Deo Patre ungentem spiritale oleum descendit in imagine columbæ, & incedit capiti eius, & perfudit eum. Cui ne impostio manus defuisse videretur, vox audita est Dei de nube dicentis: Hic est filius meus de quo bene sensi. Porro de co-

lumbæ figura latius infra lib. de Carne Christi.

59. quod etiam corporaliter felle ipso careat, &c.] Similiter B. Isidorus Etymol. lib. 12. cap. 7. Columba aues mansuetæ, & in hominum multitudine conuersantes, ac sine felle.

60. Quemadmodum enim post aquas diluuij, &c.] B. Hieronym. hunc locum imitatus epist. 83. ad Oceanum: Peccat (inquit) mundus, & sine aquarum diluio non purgatur. Statimque columba spiritus sancti, expulso alite teterrimo, ita ad Noë, quasi ad Christum in Iordane deuolat, & ramo refelctionis ac luminis (olea nempe) pacem mundo adnuntiat. Immo integram quam hic habet comparationem Auctor, paucis ille repetit Dialog. aduersus Lucifer. Emititur (inquit) de arca coruus, & non rediit; & postea pacem terræ columba nuntiat: Ita & in baptismate Ecclesie, teterrimo alite expulso, id est diabolo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nuntiat.

61. Vbi Ecclesia est arca figurata. Id ipsum latius exprestit ibidem B. Hieronym. A. xxx. (inquit) cubitus incipiens, & usque ad unum cubitum paulatim decrescens arca constructur. Similiter & Ecclesia, multis gradibus consistens; ad extremum Diaconis, Presbyteris, Episcopisque finitur. Periclitata est arca in diluio; periclitatur Ecclesia in mundo. Dies me deficiet, si omnia arca sacramenta cum Ecclesia componens edisseram. Porro de baptismo ignis in iudicio, latius infra cap. 10.

CAP. IX.

62. Quot igitur patrocina naturæ, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: De aliis multis aquæ priuilegiis. Similiter autem laudes aquæ persequitur B. Hieronym. Verbis mox citandis dicta epist. ad Oceanum. Quibus addit præterea aquæ priuilegia ex scripturis & Psal. 73. Gen. 21. 24. 26. & 29. Exod. 1. Item prædictiones, Cantic. 6. Mich. 7. Ezechiel. 36. & Isai. 42.

63. Primo quidem quum populus de Aegypto, &c.] Istud paucioribus paulo verbis transcripsit D. Hieron. Pharaon (inquit) cum exercitu suo, nolens populum Dei exire de Aegypto, in typo baptismatis suffocatur.

64. Item aqua de amaritudinis vitio, &c.] Etiam hoc imitatus B. Hieronym. Mara (inquit) mutatur sacramento crucis; hoc enim est quod hic dicit Auctor ligno remediatur.

65. Hæc est aqua quæ de comite petra populo defluebat, &c.] Paraphrasticè hoc commemorat ex scripturis, partim Exod. 17. & Numer. 20. maxime vero 1. Corinth. 10. Bibebant autem de spiritali confluence eos petra; quod hic dicit: comite petra. Petra autem erat Christus. Quum autem & Græcè & Latine addatur apud Apostolum, spiritali; facilius est eius loci, alioqui difficilis, intellectus, vt fuerit Prophetia non modo baptismi, sicuti hic apud Auctorem & apud B. Augustinum sermone 93. sed etiam potius sancti Christi in nouo Testamento, quemadmodum interpretatur B. Augustin. serm. 108. de tempore, qui etiam vtrumque intellectum subindicat lib. 4. quæst. super Numer. cap. 35.

66. Siquidem & ipse aqua tingitur.] Id pluribus exprestit B. Hieronym. Ipse saluator (inquit) post baptismum & sanctificatus suo lauacro Iordanis aqua, re-

gnum caelorum incipit predicare.

67. Prima rudimenta, &c.] Paucioribus istud B. Hieron. Primum signum ex aquis facit.

68. sitientes ad aquam suam, &c.] Sic B. Hieron. Sitiens vocatur ad potum.

69. aquae calicem fratri paruulo oblatum, &c.] Omnino sic legendum, pro patris. Nam nulla mentio patris Matth. 10. sed legitur & Graecè, Latine, & Syriacè: Qui cumque dederit potum uni ex paruulis seu minimis istis calicem aquae.

70. Apud puteum vires refumit.] Eodem pertinet quod habet ex eodem cap. 4. Ioannis Hieronymus: Samaritanus vocatur ad puteum. Peculiariter autem citatur ab Auctore illud Matth. 24. super aquam incidit libenter, & transfretat. Deinde (ubi discentes more suo accipit pro discipulis) illud Ioann. 13. aquam discantibus ministrat. Denique quod addit de aqua & Pilati manibus.

71. quum vulneratur, &c.] Istud rursum sic repetit Hieronymus. Quia ab aquis ceperat, finit ab aquis. Latus Christi percussit lancea; & baptismi atque martyrii pariter sacramenta funduntur.

C A P. X.

72. Diximus quantum mediocritati nostrae, &c.] Titulus huic capiti dedimus: Quid differat Ioannis baptismus a baptismo Christi. In hoc nempe quod hic det spiritum sanctum, & remissionem delictorum, ille vero dumtaxat fuerit candidatus remissionis & sanctificationis in Christo subsecutura, ut potè baptismus poenitentiae in futuram peccatorum remissionem. Cui similia habet ubi supra B. Hieronymus, & Dial. aduersus Luciferian. istidem Auctoris verbis: Ioannis baptisma non tam peccata dimittit, quam baptisma poenitentiae fuit in peccatorum remissionem, id est, in futuram remissionem, quae esset postea per sanctificationem Christi subsecutura, &c. ne prolixiores simus. Eadem videre est apud B. Ambrosium lib. 2. super Luc. cap. 48. & in Psal. 37. Chrysostom. homil. 11. in Matth. August. lib. 5. de Baptis. cap. 10. & Hilarium in Matth. Canon. 2. Quid? quod ipse Apostolus Paulus Act. 19. Sic Ioannes (inquit) baptizauit baptismum poenitentiae in eum qui venturus est? Quae omnia adnotanda contra Caluim. 3. Instit. cap. 17.

73. Baptismus ab Ioanne denuntiatus, iam runc habuit quaestionem, &c.] Latius hanc scripturam Matth. 21. tractat Auctor infra lib. 4. aduersus Marcionem, quod ad intellectum huius loci Lectorem remittimus.

74. ut potè non intelligentes, quia nec credentes.] Aludis ad illud Isai. 7. auxia edit. 70. Nisi credideritis, non intelligetis; notandum contra nostri temporis Aristarchos, qui intellectu voluit omnia metiri. Quod pertinet etiam titulus cap. 5. lib. 1. aduersus Iud. B. Cyprian. ubi & hanc scripturam ita citat: Nihil posse Iudeos intelligere de scripturis, nisi prius in Christum crediderint. Item titulus lib. 3. cap. 4. 2. tantum nos posse quantum credimus. Quemadmodum autem hic dicit: quantula fide sumus, similiter etiam infra cap. 20. Sed Dominus quantulum aestimo.

75. poenitentiae scilicet praepositus, quae est in hominis potestate.] Facit hoc ad adfectionem Liberi arbitrii, de quo latius infra lib. 2. aduersus Marcion. Adiuui (inquam) à gratia Dei.

76. denique Legis doctores, &c. nec poeniten-

tiam egere, &c.] Ita lego ex castigatione Dn. Latini & Harriji, pro eo quod erat: agere; nam & infra cap. 12. etiam in praeterito de iisdem dicit: tincti non sunt, sed amuli fidei Legis doctores & Pharisei.

77. Sed neque peccatum dimittit, &c.] Adludit ad Marc. 2. Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus?

78. Ad eodè postea in Actis Apostolorum, &c.] Ad eundem ferè modum B. Hieron. sapientia epistol. ad Oceanum: Qui Ioannis acceperant baptismum, quia spiritum sanctum nesciebant, iterum baptizarentur, ne quis putaret Gentibus ac Iudeis aqua sine spiritu sancto ad salutem posse sufficere. Qui locus contra eos adnotandus, qui Gentilibus & Iudeis salutem in sua fide adscribere non verentur.

79. quum ipsum quod caeleste in Ioanne fuerat spiritus Prophetiae, &c. defecerit, &c.] Facit hic locus, quem admodum etiam ibi monimus, num. 56. ad intellectum eius quod legitur cap. 8. lib. de Praescript. aduersus haereticos: quum etiam Ioannes, de illo certus, esse defuisset. Ita enim interpretatur illam suscitacionem B. Ioannis Baptista Matth. 11. per discipulos suos: Tu quis es? ac si reuera ignorasset, & ibi, & hic, & infra quoque lib. 4. aduersus Marcion. Eodem videntur accedere B. Hieronymus in Mattheum, & post eum Beda in Luc. cap. 7. ac B. Gregorius Papa 1. homil. 6. & homil. 1. in Ezechielem. Verum Chrysostomus homilia 38. in Matth. & post eum Theophylactus & Oecumenius, siue secundum quosdam Euthymius, eam opinionem oppugnant.

80. Baptismus poenitentiae in remissionem delictorum, &c.] Aludis ad illud Marc. 1. & Luc. 3. praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum; in futuram (inquit) remissionem. Vt latius supra num. 72.

81. qui de supernis venit, &c.] Supra lib. de Orat. cap. 1. legit: qui de caelis. Primumque habetur Ioann. 3. illud priori loco ex Graeco ad Verbum: ὁ ἐκ οὐρανοῦ, hoc posteriori, praeterquam quod & Latine legatur singulari numero: in caelo.

82. Item sola se poenitentia tingere, &c.] Paraphrasticè istud citat. Nam Luc. 3. non aliud legitur, quam: ego quidem baptizo vos aqua. Legimus autem more Tertulliano: tingere, & mox: tingeret, ac tingitur. & sic ubique hoc libro, tum antea tum postea, quod semel dixisse sufficit. Tinctionem autem in igni, interpretatur, de igni in extremo iudicio, non hic modo, sed etiam supra cap. 8. Sed mundus (inquit ibi) rursus deliquit, quo male comparatur baptismus diluuii. Itaque igni destinatur. Quare etiam pergitur legere: Simulata autem & infirma igni tingitur in iudicium. Mirum est autem quod legat hic Auctor dumtaxat: in spiritu, quum exemplaria omnia tam Graeca & Syriaca quam Latina legant: Spiritu sancto.

C A P. XI.

83. Sed ecce (inquiunt) venit Dominus, & non tinxit, &c.] Inscriptum istud caput: Quod Christus, si non per se, mandato suo per Apostolos tinxerit. In quo Auctorem imitatur B. Augustinus epistol. 108.

84. Semper is dicitur facere, cui praeministratur.] Hoc eius est, cuius edicto proposito obeditur. Haec est

est autem regula accommodatissima ad multas eiusdemque quaestiones scripturae decidendas, ut etiam ante me adnotauit Latinus.

85. quam nondum Apostoli struxerant.] Istud facit pro Traditionibus Ecclesiasticis non scriptis, quod non Christum modo, sed & Apostolos Ecclesiam struxisse scribat; quanto magis illis aliquas ceremonias licuit Ecclesiae superstruere, ut etiam supra lib. de Orat. cap. 9. tradidit, quod Orationi Dominicae ius sit superstruendi petitiones alias.

86. eodem baptismum Ioannis, ne qui alio putet.] Peculiaris est Auctori sententia, quod Apostoli non nisi Ioannis baptismum baptizarent, & hic differens à communi Petri Lombardi sententia.

87. quia nec mors nostra dissolui posset, &c.] Adludit ad illud Romanor. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, &c.

C A P. XII.

88. Quum verò praescribitur, &c.] Inscriptio huic capiti datus: Quod Apostoli baptizati fuisset videantur.

89. nemini sine baptismum competere salutem, &c.] De hoc latius infra cap. sequ. quo in fidei articulus tractatur ex eadem scriptura Ioan. 3. Legi autem paulopost cum Latino: ut vltro exagitem libidinem styli, pro: & vltro exagitet.

90. quos tinctos non inuenimus in Domino praeter Paulum, &c.] Similiter Beatus Augustinus dicta epistola 108. Scriptum est quando baptizatus sit Apostolus Paulus, & scriptum non est quando baptizati sint alij Apostoli; verum tamen etiam ipsos baptizatos intelligere debemus. Qui deinde quasi coniciens eos à Christo baptizatos; quando dicitur Ioannis seruo: Posthac exiit Iesus & discipuli eius in Iudeam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat; tandem concludit saltem baptizasse per discipulos suos. Quo (inquit) intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismum Ioannis, siue nonnulli arbitrantur haud dubie ad hunc Tertulliani locum adludens) siue quo magis credibile est, baptismum Christi. Porro lego paulopost, num. 91. quia illis vel primae adlectionis, pro: quae: quod nullo sensu legebatur.

91. Qui semel lauit, non habet necesse rursus, &c.] Etiam hic longè alia est, atque ad eodè paraphrastica lectio Auctoris, pro eo quod omnia exemplaria Ioannis decimo tertio cap. tam Latina quam Graeca & Syriaca sic legunt: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Auctor verò addit: semel, & postremum illud per Ecbysin omittit, ut magis ad institutum faciat, tam de non iterando baptismum, quod paulopost iterum repetit (de quo latius infra capite 15.) quam ut hinc probet Apostolos antea tinctos fuisse, saltem Ioannis baptismum. Priorem interpretationem sequitur etiam B. Cyprianus sermone de ablutione pedum. Posteriorem B. Augustinus dicta epistol. 108. dicens disertis verbis ibi intelligi, quod iam Petrus baptizatus fuerat. Legi autem paulopost, ut constet sensus: Quid ergo, alij tincti non sunt? non tamen comites Christi. & deinde: sed amuli fidei, praesertim Auctori vsitata supra lib. de Praescriptionibus aduersus haeretic. cap. 40. numer. 253. Postea

etiam nouè dixit: Ioanne baptizatore, quem nos Baptisum vocamus, & ipse alibi semper Ioannem simpliciter nuncupat, alterum verò semper Ioannem Apostolum.

92. Vno verbo Domini fuscitatus, & car.] Istud refertur ad Verumque membrum, tum de Mattheo qui telonium dereliquit, audito verbo Domini: Sequere me, Matth. 9. tum de alijs discipulis, Matth. 4. qui vocati à Domino, statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Illud item: Qui patris exequias desepit, ad illum refertur, cui dixit Dominus, Matth. 8. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quae ipsa omnia iisdem penè verbis habes supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 12.

93. Qui patrem aut matrem mihi praetulerit, &c.] Etiam hoc paraphrasticè translulit: mihi praetulerit, pro eo quod tam Graecè & Syriacè quam Latine legitur: amauerit plusquam me.

C A P. XIII.

94. Hic ergo scelestissimi illi, &c.] Titulus huic capiti est: Quod post passionem Christi baptismus sit necessarius. Adnotandum autem, quod vocet scelestissimos, qui dicerent fidem satis esse, exemplo Abrahae, contra quos scripta est 1. Iacobiepi. catholica.

95. obsignatio baptismi, vestimentum quodammodo fidei.] Iisdem penè verbis dixit supra Tom. 2. lib. de Poenitent. cap. 6. Lauacrum illud obsignatio est fidei.

96. Lex enim tingendi impoita est, & forma praescripta, &c.] Formam baptismi indicat praescribi verbis illis Christi, Matth. 28. Ite, docete omnes nationes, tingentes eas in nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quod ipsum satentur Patres plerique locis supra citatis Adnotation. huius libri numer. 1. de trina mersione. Verit autem illud: in nomen, ad verbum ex Graeco, εἰς τὸ ὄνομα, pro quo supra lib. de Praescription. aduersus haeretic. cap. 20. paraphrasticè: in Patrem, & in Filium, & in Spiritum sanctum, sicut & ibi adnotauimus, numer. 116.

97. Huic legi collata definitio illa, &c.] Eodem pertinet illud cap. praeced. Praescribitur nemini sine baptismum competere salutem, ex illa maxime pronuntiatione Domini, qui ait: Nisi natus ex aqua quis erit, non habet vitam; ubi paucioribus dixit, quod hic pluribus, ipsis verbis Evangelicis, Ioan. 3. expressit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum caelorum; praeterquam quod legat: regnum caelorum, pro eo quod & à Patribus alijs & Latine, Graecè, & Syriacè legitur: regnum Dei. Quemadmodum etiam auctor ipse infra libro de Anima, cap. 39. Alioquin meminerit Dominicae definitionis: Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei. Quo fit ut hic legendum putem: regnum Dei. Atqui hanc scripturam etiam ad baptismi necessitatem comprobendam adducunt B. Clemens Roman. epistol. 4. Augustin. lib. 6. de baptis. contra Donatum, capite 12. ac lib. 1. de Peccat. merit. & remiss. cap. 30. Cyprian. epistol. 72. ad Stephanum Papam, 73. ad Iubianum, & lib. 3. Testimon. ad Quirinum cap. 25. Denique Patres reliqui omnes.

98. in illa plaga orbationis.] Nouè orbationem accipit pro orbatione visus.

99. Exurge (dicens) & introi Damascum, &c.] Etiam hic paraphrasticè Damascum transit, pro eo quod Latine & Græcè indefinitè: civitatem; & demonstrabitur, pro eo quod Græcè ἐστὶν ἀλαβήστου, & Latine: dicitur, aut sicut ex Syriaco vertitur, sermo habebitur.

CAP. XIII.

100. Sed de ipso Apostolo reuoluunt, &c.] Hoc caput inscribimus: Quod etiam Apostolus Paulus quosdam tinxerit. Pulcrè autem redarguit eos qui contrarium adfirmabant, ex eodem ipso Apostoli loco 1. Corint. 1.

CAP. XV.

101. Nescio si quid amplius ad controuersiam baptismi, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quod baptismus aquæ vnus sit. Quod ipsum latissime & sepius tractatur à B. Cypriano, maxime verò Epistolis 70. ad Januarium, 71. ad Quintum, 73. ad Iubaianum, 74. ad Pompeium, & ante omnem errorem libro de Vnit. Ecclesia.

102. tam ex Domini Euangelio.] Adludit ad quod supra dixit cap. 12. quatenus vnum baptismum definierat ipse Dominus, dicens Petro perfundi nolenti: Qui semel lauit.

103. quoniam vnus Dominus, &c.] Adludit huic capiti damus: Dominus, tum quod ita legitur ab omnibus, Ephes. 4. Græcè, Latine, & Syriacè, tum quod alioqui imperfecta esset oratio: quoniam vnus & vnus.

104. vnum baptismum.] Baptismum usurpat ab Auctore neutro genere, sicut & Rufino loco infrascripto num. 112.

105. & vna Ecclesia in cælis.] Videtur hic desiderari: & in terris, quod tamen addere nolumus sine MS. eod. Est autem id aperte ad Ephes. 4. non habeatur, subindicatur tamen his verbis: Vnum corpus & vnus spiritus. Quemadmodum pulcrè explicat D. Cypri. lib. de Vnitat. Eccles. in hac verba: Quando (inquit) & Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum vnitatis ostendat, dicens: Vnum corpus & vnus spiritus, &c. ubi toto lib. & Adnotation. nostris in eundem latiss. tractatum. videre est, ut pluribus non sit opus.

106. Sed circa hæreticos sanè quid custodiendum sit, &c.] Sic omnino legendum, pro eo quod erat: quæ mendoisiss. Obscurissimum est autem illud: Ad nos enim æditum est; vti etiam sequentia: An velit ab hæreticis non posse conferri, an verò accipi non posse baptismum, de quo latius Tom. 4.

107. Sed de isto plenius iam nobis in Græco digestum est.] Patet hinc etiam Græcè scriptum ab Auctore librum de Baptismo, in quo plenius digesta est de hæreticorum baptismi, sicuti infra dicemus latius Tomo 4. inter fragmenta Tertulliani.

108. semel ergo lauacrum inimus, &c.] Similiter infra lib. 1. aduers. Marcion. de Baptismo loquens. Iteratio enim (inquit) non competit ei.

& disertis verbis B. Cyprian. epistol. 63. ad Cæciliam: Quod semel sumitur, nec rursus iteratur; ad quem locum ex B. Augustin. causam reddidimus num. 27. Sic etiam sermon. de ablut. pedum: Quem sui reuerentia non patitur iterari. Similia videre est apud Clementem Romanum Constituit. Apostol. lib. 6. cap. 15. Optatum toto serè libro 5. aduers. Parmenian. Basil. lib. de spiritu sancto cap. 15. Vnde & rebaptizationes prohibentur disertis verbis Carthaginiens. Concil. 1. cap. 1. à Leone 1. Epistol. 79. ad Nicetam, & 37. ad Leonem Rauennatem Episcopum. denique & ab Imperatoribus Honorio & Theodosio, iuxta quod à Iustiniano in Codicem relatum est lib. 1. titul. 6. Ne sanctum baptismum iteretur, l. 2.

109. Ceterum Israël Iudæus quotidie lauat, &c.] Adludit partim ad lotiones crebras manuum, & baptismata quotidiana Iudæorum, quorum fit mentio Marci 7. maxime verò ad baptismatum doctrinam, quam reuertit Hebr. 6. etiam de vno lauacro definiens, quum subdit: Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis, & participes facti sunt spiritu sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutisque seculi venturi, & prolapsi sunt; rursus renouari. Nam de baptismo locum illum interpretatur B. Ambrosius in Comment. tum lib. 2. de Penitent. cap. 2. & alij Patres.

CAP. XVI.

110. Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, vnum & ipsum, sanguinis, &c.] Titulum huic capiti damus: De baptismo sanguinis; quem & ipsum vnum rectè addit; ne quis putet contrariari baptismi vnitati. Meminit eiusdem baptismi sanguinis B. Cyprian. epistol. 73. ad Iubaianum, ubi aliquot veterum similia testimonia adnotauimus; quibus addere licet eundem Cyprian. lib. de Orat. Domin. post num. 68. & lib. de Exhort. mart. ubi etiam secundum baptismum vocat, & sub finem serm. de Stella & Magis, Origenem lib. de Singular. cleric. num. 120. & omnibus his antiquiorem Clementem Roman. lib. 5. Constituit. Apostol. cap. 7.

111. Habeo (inquit) baptismi tinguere.] Similiter hunc locum Luc. 12. interpretantur de baptismo sanguinis B. Cyprianus dicta epistola ad Iubaianum, Ambrosius in Psalm. 118. lit. 3. vers. 1. Gregorius quoque Nazianzenus hom. de secundis Epiphanius. Legisse autem videtur Auctor βαπτισμοῦ, pro eo quod legitur etiam βαπτισμα. Illud legit aditio Syriaca, & B. Cyprianus ac Ambrosius; hoc verò B. Irenæus lib. 1. cap. 18. & B. Hieronymi versio.

112. Proinde vt nos faceret aqua vocatos, &c.] Omnino sic legendum, pro eo quod erat dumtaxat nullo sensu: Proinde nos facere. Porro huc respexisse videtur Rufinus in Symbolum, numer. 94. quum locum illum Ioannis 19. de aqua & sanguine, quæ profluxerunt de latere Christi, inter cetera interpretatur. Potest tamen (inquit) etiam intelligi, quod duplicem gratiam baptismi figurauerit, vnam quæ datur per aquam baptismum, aliam quæ per martyrium profusione sanguinis quaeritur. Vtrumque enim baptismum nominatur.

113. qui aqua lauisent, etiam sanguinem potarent.] Huc videtur respexisse B. Cyprian. lib. 3. Testim.

simon. ad Quirin. cap. 25. quum illud: Ad regnum Dei nisi baptismum non posse peruenire, probat non solum ex supracitata scriptura, Ioan. 3. sed & ex illa Ioan. 6. Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hinc etiam B. Augustin. lib. 3. de peccat. meritis, & remiss. cap. 4. sic idem illum interpretatur: Nisi participes facti fuerint corporis eius. Qui tamen conformiter reliquis Patribus etiam de sacramentali esu & potu corporis & sanguinis Domini locum illum interpretantur. Cypriani loci sunt Testimon. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 22. & serm. de Cena Domini; Augustini verò serm. 2. de verbis Apostoli, & alij complures.

CAP. XVII.

114. Superest ad concludendam materiolam, &c.] Inscriptum hoc caput: De baptismi ministerio.

115. Dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate.] Similia habet B. Ambrosius lib. 3. de sacramentis cap. 1. Clemens Romanus Apostolic. Constituit. lib. 3. cap. 10. & 11. Verum intelligendus uterque extra necessitatem. Nam subiungitur paulopost ab Auctore: Sufficit scilicet in necessitatibus vt vtrius (ad laicum verba faciens) sicubi aut loci, aut temporis, aut personæ conditio compellit. Hinc & B. Hieronymus. Dial. aduers. Luciferian. in persona Orthodoxi, primum quidem dicit: Inde venit, vt sine Episcopi iussione neque Presbyter neque Diaconus ius habeat baptizandi; sed addit: quod frequenter; si tamen necessitas agit summa, etiam licet laicis. Adde deinde exemplum baptismi per Diaconum, baptismum Euanthi à Philippo Diacono, Act. 8. quem ipsum etiam adlegat B. Hilarius in Psalm. 160. Quibus consentit B. Hieronymus lib. 2. de offic. Eccles. cap. 24. verbis citatis de consecr. dist. 4. cap. Constit.

116. Quo saluo, salua pax est, &c.] Obscurum esse hunc locum etiam Latinius adnotauit. Ego verò puto hunc serè esse sensum: Saluo honore Ecclesiæ, salua pax erit, id est nulla controuersia. Alioquin etiam laicis ius est, si nempe non respiciamus honorem Ecclesiæ.

117. Petulantia autem mulierum, &c.] De baptismo mulieribus interdico diximus supra Tom. 2: lib. de Velandis virginibus, cap. 9. ad illud: Non permittitur mulieri tinguere, numer. 65. 66. 67. & 68. item ad illud lib. de Prescription. aduers. heret. cap. 41. Ipsæ mulieres hæreticæ audent, forsitan & tinguere, num. 263. & supra huius lib. num. 2. Hic adiciemus dumtaxat ita Tertullianum & reliquos Patres hac in parte intelligendos, de mulieribus quæ baptizandi officium sibi usurpabant, non verò ita, vt necessitate baptizare non liceret. Nam (sicuti paulopost ipse Auctor dixit) tunc constantia succurrentis excipitur, quum vrget circumstantia periclitantis. Hinc iam olim legitur in Concil. Carthag. 4. can. 100. Mulier quamuis sancta, baptizare non audeat, nisi necessitate cogente.

118. Quod si quæ Pauli perperam scripta legunt, &c.] Supra in Argumento huius libri adduximus verba B. Hieronymi ex Catalogo Script. Eccles. quibus hunc locum citat, atque addo librum inscriptum Periodos Pauli & Teclæ, sive Actus Pauli, sive Actus

Pauli & Teclæ, tanquam perperam scriptum: id est, Apocryphum, sicut hic Auctor improbat, quemadmodum etiam Euseb. Eccles. histor. lib. 3. cap. 9. Gelasius Papa in Decreto de scripturis quæ legendæ in Ecclesia, relato in Decreto Gratiani, dist. 15. cap. Sancta Romana Ecclesia.

119. exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt.] Huc propius reliquis accedit B. Hieronymus. quum addit: Et totam baptizati Leonis fabulam. Est autem liber ille pro Apocrypho sit habitus ob causam hic ab Auctore redditam, non tamen integra martyri Teclæ historia propterea censetur talis, quia eius disertè his verbis meminit Cyprian. Oratione, quam sub die passionis suæ dixit: Sicuti (inquit) liberasti Teclam de medio Amphitheatro. Meminit etiam eiusdem Ambrosius epistol. 7. ac 81. & lib. 2. de Virgin. Chrysostomus homil. 35. in Acta Apostolorum, Nazianz. Orat. 12. 13. & 30. Epiphani. heres. 78. Augustinus lib. 30. contra Faustum cap. 4. Severus viue Martini, lib. 2. cap. 16. & pluribus in locis Fortunatus, sicuti ante me adnotauit doctiss. vir Dn. Doctor Joann. Molanus, ad 23. Septemb. diem Martyrologij Vsuari, & insuper primam Martyrem eam dici in Græcorum Menologio. Historiam pariter ibi commemoratam videre est, & latius in Martyrologio Adonis inter Vitæ Sanctorum Surij nostri, quærum summa est: Quod Teclæ in Seleucia ciuitate Isauriæ ignem, bestias, serpentes, aliisque diceret cruciatus. Cui ibidem ob victoriam Zenoni Imperatori eius reuelatione sibi promissam, postea templum erexit Zeno Imperator, vt refert Euagr. Eccles. histor. lib. 3. cap. 8. Porro ex B. Hieronymo hunc locum citante addidit; à Ioanne, maxime quum etiam Sophronius legat ἐν τῷ λαῷ.

120. qui ne discere quidem constanter mulieri permisit, &c.] Gagnaus habet: ne docere quidem, sed istud magis placet. Adludit enim ad illud 1. Corinth. 14. Mulieres in Ecclesia taceant; neque enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit: si quid autem volumus discere, domi viros suos interrogent. Quod ipsum paucioribus hic citatur: Taceant (inquit) domi maritos suos consulant.

CAP. XVIII.

121. Ceterum baptismum non temerè credendum esse sciunt, &c.] Verba hæc titulum huius capituli indicant: Quod non temerè cuius credendus baptismus.

122. & porcis proicere margaritas vestras.] Rursus sic lego secundum exemplaria omnia tam Græca & Syriaca, quam Latina, Matth. 7. quæ plurali numero legunt, maxime quum sic etiam legat Auctor supra Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, cap. 5. & lib. preced. cap. 41. Vbi disertè legitur: & porcis margaritas, licet non veras, iactabant.

123. ne participes aliena delicta.] Etiam hoc peculiare est Tertulliano, quum reliqui Patres, & aditiones omnes, tam Latina quam Græca & Syriaca legant: neque. sedulus interim Comment. suo in Epistol. Pauli (qui B. Hieronymo etiam inscribitur inter illius opera) simili modo interpretatur. Si enim (inquit) citò ante tempus (quod hic transtulit Auctor facile) manus ciuicam imponeris, peccatis eius communicabis.

124. ad quem rursus, &c.] Sic iterum cum Gagnao; S f iij

nam in posterioribus editionibus cōmissum erat: ad Pulcrè autem totam historiam Act. 8. tincti spadonis profectus.

125. Sed & Paulus, &c. tinctus est. Citò enim cognouerat Iudas hospes, &c. Sic omnino legendum eo quod Act. 9. quò haud dubiè adluit, tinctus, non vnctus Paulus Apostolus legatur, & queri iubetur ab Anania, in domo Iudæ; non ergo Simon hospes, sed: Iudas. Nisi forte quis malit Auctori impingere memorie lapsus, vt hostitem Petri Simonem, pro hostite Pauli Iudæ recensuerit. Legimus item cum Gagnæo: cunctatio baptismi vtilior est.

126. Quid enim necesse est, si non tam necesse, &c. Ex eodem Gagnæo iterum adicio: si non tam necesse; nam illud mitigat Auctoris opinionem, qua sentire videtur circa paruulos cunctationem baptismi vtiliorem, sed: si non tam necesse est, id est extra necessitatem. Fortassis loquitur de baptismo dumtaxat illorum paruulorum differendo, quorum parentes infideles sunt. Hoc enim per illud quod de sponforum periculo subiicitur, videtur innuere. Vbi enim parentes Christiani sunt, non videntur sponforum periculo ingere. Videat itaque Lector de hoc etiam loco nostra Prolegomena. Hoc hic sufficiat, non propterea improbari ab Auctore baptismum paruulorum, sed saltem in necessitate adprobari, tum hoc loco, tum supra cap. 12. Vbi dicitur: Nemini sine baptismo competere salutem; & cap. 13. Vbi de necessitate baptismi ex professo tractat, tum infra li. de Anima, ubi filios fidelium sanctitatis quidè candidatos fatetur, sed sanctos negat, nisi renatos, Paulo mitius adhuc sentiebat Fides Episcopus Africa, qui existimabat non ante octauum diem baptizandos infantes. Verum latè respondet B. Cyprian. epist. 59. cum ceteris suis Collegis in Synodo Africana: Nulli hominum nato misericordiam Dei denegandam. Vbi in Adnotat. nostris num. 5. varia veterum testimonia pro baptismum paruulorum adduximus. Quibus adde B. August. epist. 23. ad Bonifacium lib. 6. Hypognosticon, lib. 3. de Anima & eius origine, cap. 9. lib. 1. de peccat. merit. & remiss. cap. 23. lib. 1. de nupt. & concupisc. cap. 20. & li. 2. cap. 7. & serm. 14. de Verbis Apost. lib. 10. super Genes. ad lit. & Enchiridij cap. 43. Item Ambros. lib. 2. de Abraham, cap. 11.

127. Sponfores. De Sponforibus in baptismo paruulorum aperius hic locus; de susceptoribus adultorum intelligendum illud cap. 3. lib. de Coron. milit. etiam iuxta interpretationem Rhenani: Inde suscepti, &c. De prioribus disertè loquitur B. August. locis modò citatis, & alij veteres, quicumque de baptismo paruulorum loquuntur; ac B. Dionys. Eccles. Hierarch. cap. 7. De posterioribus idem Dionys. eiusdem lib. cap. 2. primum his verbis: iuxta quod à suo susceptore fuerat edoctus; deinde illis: Vt virum susceptoremque describant; denique: Assumentes illum sacerdotes, susceptori- que sui accessus duci consignant. Eodem pertinet illud B. Augustini de relict. cath. conuers. Quos ex baptismo suscepti, docete & castigate. Atque hoc est quod hic dicit Auctor: sponfores periculo ingere, & prouentu malæ indolis falli.

128. Non minore de causa inuupti quoque procraftinandi, &c. Etiam hoc inter errores, aut saltem neuos Tertulliani collocandum putari in nostris Prolegomenis.

129. aut continentia corroborentur. Facit istud pro continentia à matrimonio, de qua latius

suprà Tom. 2. lib. de Cultu seminarum, cap. 9. num. 51. lib. 1. ad Exorem, cap. 6. num. 37. & 38. a. lib. de Feland. Virg. num. 1.

130. consecutionem. Similiter consecutionem, pro baptismi consecutione accipit B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 97. sicut & consequi, pro baptisma consequi ibidem, cap. 43. num. 88.

CAP. XI.

131. Diem baptismi sollempniorem Pascha præstat, &c. Caput hoc inscripsimus: De temporibus sollempnis baptismi Pascha & Pentecoste. quippe extra que non nisi infirmi, & qui mortis, egritudinis, obsidionis vel naufragij necessitate periculoque urgebantur, imqui olim consueverint. Quinimò (vbi etiam ante me adnotauit Brissonius in Obseru. diuini & humani Iuris reliquis festiuitatibus baptismi celebrationem interdicitam fuisse constat ex Concilio Gerundensis cap. 4. Compendiens cap. 3. & Vormac. cap. 11. quem admodum à Burchardo citatur lib. 4. Decret. cap. 6. & 7. ab Iuone Panorm. cap. 60. & Gratiano de consecrat. distinct. 4. cap. de Catechumenis. Qui etiam adserunt in eandem rem Decreta Syriaci ad Himerium Tarraconensem, Leonis ad Episcopos Siculos, & Gregorij ad Tarsenses, Burchard. nempe eiusdem lib. cap. 5. no. cap. 58. 59. & 63. Gratianus de consecrat. dist. 4. cap. Non sine ratione, cap. Duo tempora, cap. Venerabilis, & cap. Baptizandi. Consentunt præterea Tertulliano Ambrosio libro de Myster. Pascha, & Basilius hom. exhortatoria ad sacrum baptisma, & Concil. Matisc. 2. cap. 3. de Paschate, Nicephorus histor. Eccles. lib. 13. cap. 19. Amomius lib. 3. de Gest. Franc. cap. 49. & Otho Frisingensis histor. lib. 6. cap. 1. De Paschate verò & Pentecoste B. Hieronym. epistol. ad Pammach. contra errores Ioannis Hierosolym. Gregor. Turon. histor. Franc. lib. 5. cap. 11. ac Scripores de Eccles. offic. Aluinus agens de Feste Epiphaniæ ac vigilia Paschæ, Amalarus alicubi, Hieronymus de Inst. cleric. lib. 2. cap. 38. & perduisse vsque ad tempora Caroli & Ludouici Imperatorum supra ostendimus num. 1. inter baptismi ceremonias. Causam cur abrogata sit hæc consuetudo, subodorari licet ex Socrate lib. 5. histor. Eccles. cap. 19. vbi dicit in Thessalia plurimos absque baptismo mortuos, quòd diebus Paschæ dumtaxat baptismata fieri consueuissent. Eandem rationem mutasse etiam de toto tempore Pentecostes verisimile est ex negligentia subinde aut parentum, aut presbyterorum parochialium. Reddit Rupertus Tuiensis & aliam causam lib. 4. de Diuin. offic. cap. 18. propter auctam fidelium multitudinem. Certè necessitatem nunquam exclusam significat ipse Auctor his verbis, sub huius capitis finem: Ceterum omnis dies Domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismi. Si de sollempnitate interest, de gratia nihil refert.

132. Inuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem. Omnino lego: Inuenietis, pro: Conuenietis; eo quòd & Marc. 14. & Luc. 22. Occurret vobis homo aquæ lagenam sive amphoram baiulans; maxime consentientibus etiam Grecis & Syriaco exemplaribus. Et verò non inuebantur conuenire, id est, alloqui hominem aquam baiulantem, sed dominum domus quam ille ingrediebatur.

133. Exinde Pentecoste. Quum & lib. de Idolol. cap. 14. (Vt illic num. 110. adnotauimus) accipiat Pentecosten, pro tempore omni inter Pascha & Pentecosten

recoften, hic certè accipi dumtaxat pro ipso festo Pentecosten, patet ex supracitata Patrum testimonio, qui scribunt in vigilia Pentecostes baptismum celebrari solitum, cuius vestigium etiamnum retinemus in benedictione fontis, tam in dicta vigilia, quam in vigiliis Paschæ. Nam & subiungit Auctor disertis verbis: Paschæ diem significat & Pentecostes, qui est propriè dies festus.

134. Et congregabo illos ab extremis terræ in die festo. Istud citatur secundum editionem 70. (Vbi etiam adnotauit Latinus) ex Hierem. cap. 31. Vbi legitur illud: Et congregabo illos ab extremis terræ; quod etiam Hebraicè ad verbum legitur, & subditur: év éop-τῆ, id est, in sollempnitate, sive, vt transfert Auctor: in die festo, pro eo quod ex Hebraico legitur pluribus longè verbis: inter quos erunt cæcus & claudus. Atqui ex interpretatione hac eius loci per Auctorem, constat in textum explicandi gratia additum, quod hodie præterea legitur Græcè πῶς xx, & transfertur Paschæ.

CAP. XX.

135. Ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiuniis & geniculationibus, & peruigiliis, &c. Inscriptioem huic posuero capiti dedimus: De pœnitentia baptizandorum. Exstat autem supra Tom. 2. eadem de re integrum caput 6. lib. de Pœnit. hoc titulo: Quòd etiam audientes pœnitentiam agere debeant. Vbi etiam num. 28. plura ad eandem rem testimonia Patrum adduximus. Atqui ad verbum ferè istud descripti B. Leo Papa epistola sua Decretal. ad Episcopos Sicilia, citata iam olim ab Aluino lib. de Eccles. offic. de baptizandis Electis, præterquam quòd ad Apostolorum institutionem id referat: Qui (inquit) secundum Apostolicam regulam & exorcismis scrutandi, & ieiuniis sanctificandi, & frequentibus prædicationibus imbuedi sunt. Et magis huic accedit illud B. August. lib. 4. de Symbolo, cap. 1. Omnia sacramenta, quæ acta sunt & aguntur in vobis per ministerium seruorum Dei, exorcismis, orationibus, canticis spiritalibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicium, humilitate pedum. Hic sufficiat adnotatum, quòd huic pertinent septem illa (scilicet, de quibus supra num. 1. inter ceremonias baptismi, quippe in quibus frequentissimè vsitate orationes, ieiunia, ge-

nuculationes, & peruigilia, vt ex Ordine Romano, & alijs scriptoribus de Diuinis officiis illic citatis, manifestum est.

136. & cum confessione omnium retrò delictorum. Si vnus locus faciat pro confessione peccatorum speciali & secreta, certè iste imprimis. Verum de illo vide latissimum tractatum dicto libro de Pœnitentia, num. 1. 14. 54. 58. 59. & 62. Maxime autem facit huic id quod addit Auctor: Nobis gratulandum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines nostras.

137. vt exponant etiam baptismum Ioannis. Sane hoc intelligendum, & per Pœnitentiam legendum, ne videatur etiam baptismum Ioannis inter peccata quæ confitenda erant, ante baptismum comprehendì.

138. Simul etiam & de pristinis satisfaciendis, conflictatione carnis & spiritus. Hoc similiter ad confirmandam satisfactionem, alteram pœnitentia partem pertinet, de qua etiam latissimè dicto lib. de Pœnit. cap. 5. num. 26.

139. Nam & præcesserat dictum: Neminem intentatum regna cœlestia consequenturum. Videtur alludere ad illud Luc. 22. Vos estis qui permanistis mecum in temptationibus meis. Et (ac si dicat, propterea) ego dispono vobis regnum. Alioqui certè non potest reperiri locus vbi negatiuè istud dicitur.

140. nisi necessitas gaudij & gratulatio salutis. Videtur alludere ad Alleluia, quòd in signum gaudij & gratulationem salutis recens baptizatorum, toto Paschali tempore in Ecclesia vsitatum est.

141. quàm Dei. Rursus quàm vsurpat Auctor, pro, plus quàm. Paulopost autem Latinus censet legendum: Domino, &c. subiiciente: Petite & accipietis, omisso inquit, pro eo quod legebatur: subiaccite: Petite & accipietis, inquit. Cui & ego ad-sentior.

142. etiam Tertulliani peccatoris meminertis. Vt hinc constat, contra quàm quidam perperam censuerunt, alioqui Viri eruditi, non esse dubitandum de hoc libro, quin Tertulliani sit. Atqui etiam peccatorem se ex humilitate nominat supra Tom. 2. sepedito lib. de Pœnit. cap. vltimo.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS HERMOGENEM, PER IACOBVM PAMELIUM.



VVM Hermogenes in Africa hæresin introduceret de Materia Deo coeterna, ex qua non verò de nihilo, mundum creasset Deus, Librum hunc aduersus illum conscripsit Tertullianus.

Primum autem nouellam eam se doctrinam tradit, & à Stoicis mutuata.

Deinde hac argumentatione suam illum colorasse hæresin; quum I. ex semetipso facere mundum non potuerit, neque etiam ex nihilo, sicuti ille perperam contendebat, proinde ex Materia fecisse.

Etsi autem Deus semper Deus fuerit, nõ tamen semper Dominum fuisse, quòd Deus substantia nomen sit, Dominus potestatis.

Hinc institutam disputationem incipiens, docet Materiam Deo coeternam esse non posse, nisi duos Deos faciamus.

- v. Si enim innata & semper Materia, sunt innatus & semper Deus; ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiā auctores uniuersitatis; Materia illum eadē adscribere, quæ Deo.
- vi. Frustrā adedē dicere illum, saluum esse Deo ut sit solus, & primus omnium auctor, & omnium Dominus; quum eadem Materia contra Dei ipsius contestationem adscribat.
- vii. Si dicat mindrem & inferiorem Materiam Deo, & idcirco illi incomparabilem, obstare Materiae aternitatem, quæ neque diminutionem, neque subiectionem admittit.
- viii. Proinde etiam Deo præponere Materiam, & Deum potius Materiae Hermogenem subiicere; quū de Materia cuncta fecisse illū scribit, cuius proinde substantia egerit Deus.
- ix. Non posse etiam dicere Deum ut Dominum Materia usum; quum Dominus nondum esset, atque adedē aut vi, aut precario.
- x. Neque excusari Hermogenem, quod alioqui Deum mali auctorem dicere oporteat, nisi malum à Materia, non à creatore deducant; quia si non auctor, cerè mali assentator, immò adfertor inuenietur Deus, qui malum Materiae ante mundi constitutionem sustinuerit, quam ut mali æmulus emendasse debuerat.
- xi. Maximè quum persuadere non possit malam esse Materiam, si aterna sit; aut si quod aeternum sit, malum credi possit, insuperabile malum esse, & frustrā nos laborare de auferendo malo ex nobis ipsis.
- xii. Deinde si mala sit, aeternam esse non posse, quum Deus illam de malo in bonum demutarit, faciens bona omnia; id autem quod aeternum est, sit indemutabile.
- xiii. Sin verò nulla demutatio in illa sit facta, oportere Materiam & bonā fuisse & male naturā; & proinde neque etiā boni auctore Deū facere licebit, nisi ex occasione Materiae.
- xiiii. Quod proinde Deus seruiat Materia iuxta illum, & ex necessitate quadam etiam mala producat.
- xv. Porrò rectius dici creasse Deum ex nihilo omnia.
- xvi. Igitur aut Deo adscribendum & bonum & malum quæ ex Materia fecerit, aut Materiae, aut utrumque utrique; ut pares sint ambo, ex aquo mali & boni adfines; atque adedē non posse euadere Hermogenem, quin Deum auctorem mali faciat.
- xvii. Iam verò non conuenire eius sententiam cum vnici Dei statu, à quo omnia, sine alterius cuiusquam consilio, ut scripturæ sanctæ ratio constet.
- xviii. Solam enim Sophiam, id est Sermonem Dei filium, nempe unigenitum & primogenitum, patri cooperatum, cui perperam Hermogenes Materiam præponit.
- xix. Occasiones quidem Hermogenē sumpsisse (ut hæreticis ferè mos est simplicia torquere) verborū illorum: In principio Deus fecit cælum & terrā. Sed principii ibi esse inceptio- nis verbum, non alicuius substantiæ nomen, aut pro principatu & potestate positum.
- xx. Posse interim intelligi & in Sophia sua condidisse omnia Deum, iuxta illud Euan- gelij: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo; omnia per ipsum facta sunt.
- xxi. Scripturā etiā eo ipso ex nihilo omnia facta significare, quod nō scribat ex aliquo facta.
- xxii. Spiritum enim sanctum banc rationem scripturæ constitutere, ut quum quid ex aliquo fit, & quod fiat, & unde fiat, referat.
- xxiii. Argumentari equidem Hermogenem ex illis sequentibus scripturæ verbis: Terra erat inuisibilis & incomposita.
- xxiiii. Verum terræ nomen, Materiam non significare.
- xxv. Neque duas proponi terras in scriptura, vnā quam Deus in principio fecerit, aliam ex qua fecerit.

Sed

Sed vnā duntaxat terram, quæ initio facta narretur, postmodum verò etiā qua- xxvi. lis fuerit facta describatur.

Particulam item: Erat, non significare quasi infecta sit; quippè quæ etiam de omni xxvii. re, nata dici possit.

Etiā nihil pro eo facere particulas, Inuisibilis & Incomposita. xxviii.

Siquidē omnia opera sua primū inculta, postea suo ordine ornauit, & cōsummauit. xxix.

Immò etiam sequentia illa: Et tenebræ super abyssum, & spiritus Dei ferebatur xxx. super aquas, potius illi contrariari quam fauere.

Nihil quoque pro illo facere, quod scriptura expresse solū cæli & terra mentio- xxxi. nem faciat; sub illis enim & species omnes contineri.

Quid? quod & abyssum & tenebras à Deo conditas scriptura testetur, quæ adedē ad xxxii. Materiam innatam pertinere nequeant.

Constare proinde omnia à Deo facta, & ex Materia non facta; quæ etiam si fuis- xxxiii. set, à Deo facta crederetur.

Porrò ex nihilo omnia constituisse, inde suaderi, quod diuina dispositio omnia, uti è xxxiiii. scripturis patet, in nihilum redactura sit.

Iam verò inde etiam agnosci contrarietates Hermogenis, quod neque corporalis sit, xxxv. neque incorporalis Materia.

Neque etiā rationi rectæ cōuenire, quod partim corporalem, partim incorporalē dicat. xxxvi.

Sibi quoque in hoc non consentire, quod alibi boni & mali adfinem Materiam con- xxxvii. stituat, alibi nec bonam nec malam pronuntiet.

Quum autem etiam situm Materia adsignet, faciens illam subiacentem Deo in loco xxxviii. qui sit infra Deum; obduci eum & refelli, qui alibi eam infinitam fecerit.

Definitiuam autem dici non posse, aut comprehensibilem, aut demutabilem, sicut ta- xxxix. men rectius illi videbatur, si (quod alibi adseruit) aeterna sit.

Et iam in hoc etiam sibi non constare, quod dicat in melius reformatam Materiam. xl.

Motum etiam Materiae nequaquam adscribi posse. xli.

Plurimas itaque colligi posse contrarietates Hermogenis. xlii.

Etiā de motu, quippè qui alibi certamen, alibi tarditatem motui adscribat. xliiii.

Denique dum disputat qualiter Deus mundum operatus sit, & à Stoicis Philosophis xliiii. illum recedere, & à Prophetis.

Prophetas autem & Apostolos rectius tradere, non solū visu & accessu Deum xlv. omnia creasse, sed in sermone & spiritu suo, modo inuestigabili, ex nihilo.

Ceterum Libri huius aduersus Hermogenem hisce verbis mentionem facit Tertul- lianus libro sequenti aduersus Valentinianos cap. 14. Hæc (inquit) erit Materia, quæ nos commisit cum Hermogene, ceterisque, qui Deum ex Materia, non ex ni- hilo, operatum cuncta præsumunt. Disertis etiā verbis scripti eius aduersus Her- mogenem meminit Vincentius Lirinensis; & B. Hieron. lib. adu. Heluidium, ad ver- bum quadam citat ex huius libri cap. 1. & lib. ad Ctesiphontem adu. Pelagianos illud: Patriarchæ hæreticorum Philosophi. Quare rectè etiam recensentur inter opera Tertulliani à Trithemio & Politiano, qui MS. viderunt. Publicauit autem primus Rhenanus, primū Scholiis, deinde & Adnotationibus illustratum, & multis quidem locis egregiè castigauit. Nunc denuò verò eundem ex Vaticano vno MS. exemplari, & Latinij codice recognouimus, & Adnotationibus quoque nostris locupletauimus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI · ADVERSUS
HERMOGENEM LIBER.

CAP. I.
Matth. 24.
I. Cor. II.



SOLEMVVS¹ hæreticis compendij gratia de posteritate præscribere. In-
quantum enim veritatis regula prior quæ etiam futuras hæreses præ-
nuntiavit, intantum posteriores quæque doctrinæ hæreses præiudica-
buntur, quia sunt quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænuntia-
bantur. ² Hermogenis autem doctrina tam nouella est, denique ad ho-
diernum homo in seculo, & ³ natura quoque hæreticus, etiam turbu-
lentus: qui loquacitatem, facundiam existimet: & impudentiam, constantiam depu-
tet: & maledicere singulis, officium bonæ conscientiæ iudicet. ⁴ Præterea pingit licitè,
⁵ nubit assidue: legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis falsarius⁶ &
cauterio & stylo: totus adulter, & prædicationis & carnis. siquidem & nubentium conta-
gio fœtet, ⁷ nec ipse Apostolicus Hermogenes in regula perseverauit. Sed viderit perso-
na, cum doctrina mihi quæstio est: Christum Dominum nõ alium videtur aliter cognos-
cere, alium tamen facit quem aliter cognoscit: immò totum quod est Deus aufert, no-
lens illum ex nihilo vniuersa fecisse. ⁸ A Christianis enim conuersus ad Philosophos, de
Ecclesia ⁹ in Academiam & Porticum, inde sumpsit à Stoicis Materiam cum Domino
ponere, quæ & ipsa semper fuerit neque nata, neque facta, nec initium habens omnino
I. nec finem, ex qua Dominus omnia postea fecerit. [¹⁰ Hanc primam vmbra planè si-
ne lumine pessimus pictor illis argumentationibus colorauit. Præstruens aut Dominum
de semetipso fecisse cuncta, aut de nihilo, aut de aliquo: vt cum ostenderit neque ex se-
metipso fecisse potuisse, neque ex nihilo, quod superest exinde confirmet, ex aliquo eum
fecisse, atque ita aliquid illud Materiam fuisse. Negat illum ex semetipso facere potuisse:
quia partes ipsius fuissent, quæcunque ex semetipso fecisset Dominus. Porro in partes nõ
deuenire, vt indiuisibilem & indemetabilem, & eundem semper quæ Dominus. Ceterum
si de semetipso fecisset aliquid, ipsius fuisset aliquid. Omne autem & quod fieret, & quod
faceret, imperfectum habendum: quia ex parte fieret, & ex parte faceret: aut si totus to-
tum fecisset, oportuisset illum simul & totum esse, & nõ totum: quia oporteret & totum
esse, vt faceret semetipsum, & totum nõ esse, vt fieret de semetipso. Porro difficillimum.
Si enim esset, non fieret, esset enim: si verò non esset, non faceret: quia nihil esset. Eum
autem qui semper sit nõ fieri, sed esse illum in æuum æuorū. Igitur non de semetipso fecisse
illū ¹¹ qui non eius fuerit conditionis, vt de semetipso facere potuisset. Proinde ex nihilo
non potuisse eum facere, sic cõtendit, bonū & optimum definiens Dominum, qui bona
atque optima tam velit facere quàm sit, immò nihil non bonum atque optimum & velle
eum & facere. Igitur omnia ab eo bona & optima oportuisse fieri secūdam cōditionem
ipsius. Inueniri autem & mala ab eo facta, vtique non ex arbitrio, nec ex voluntate: quia
si ex arbitrio & voluntate, nihil incongruens & indignū sibi faceret. Quod ergo non ar-
bitrio suo fecerit, intelligi oportere ex vitio alicuius rei factum, ex Materia esse sine du-
bio. [¹² Adiecit & aliud: Deum semper Deum etiam Dominum fuisse, nunquam non
Deum. Nullo porro modo potuisse illum semper Dominum haberi, sicut & semper Deū,
si non fuisset aliquid retrò semper, cuius semper Dominus haberetur: fuisse itaque Mate-
riam semper Deo Domino. Hanc cōiecturam eius iam hinc destruire properabo, quam
hactenus propter nõ intelligentes adieciisse duxi, vt sciāt, cetera quoque argumenta tam
intelligi quàm reuinci. Dei nomen dicimus semper fuisse apud semetipsum, & in semet-
ipso, Dominum verò non semper: diuersa enim vtriusque conditio. Deus substantiæ
ipsius nomen, id est diuinitatis; Dominus verò nõ substantiæ, sed potestatis: substantiam
semper fuisse cum suo nomine, quod est Deus, postea Dominus accedentis scilicet rei
mentio. Nam ex quo esse cœperūt in quæ potestas Domini ageret, ex illo per accessione
potestatis & factus & dictus est Dominus: quia & pater Deus est, & iudex Deus est, non
tamen ided pater & iudex semper, quia Deus semper. Nam nec pater potuit esse ante fi-
lium, nec iudex ante delictum. ¹³ Fuit autem tempus, cum & delictum & filius non fuit,
quod iudicem & qui patrem Dominum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorum
Dominus

A Dominus existeret, sed Dominus tantum futurus quādoque, sicut pater per filium, sicut
iudex per delictum, ita & Dominus per ea, quæ sibi seruitura fecisset. Argumentari tibi
videor Hermogenes. ¹⁴ Nauiter scriptura nobis patrocinator, quæ vtrūque nomen ei di-
stinxit, & suo tempore ostendit. Nam Deus quidē quod erat semper, statim nominat: In ¹⁵ Gen. 1.
principio fecit Deus cœlum & terram. Ac deinceps quā diu faciebat quorū Dominus
futurus erat, Deus solummodo ponit. ¹⁶ Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus, & nuf-
quam adhuc Dominus. At vbi vniuersa perfecit, ipsumque vel maximè hominem qui
proprietè Dominum intellecturus erat, Dominus etiā cognominatur. Tunc etiam Domi-
nus nomen adiunxit: ¹⁷ Et accepit Deus Dominus hominem quem finxit, Et præcepit
Dominus Deus. Ac exinde Dominus qui retrò Deus tantum, ex quo habuit cuius esset.
Nam Deus sibi erat, rebus autē tunc Deus cum & Dominus. Igitur in quantum putabit
idē Materiam semper fuisse, quia Dominus semper esset, intantum cōstabit nihil fuisse,
quia constat Dominum non semper fuisse. Adiciam & ego propter non intelligentes,
¹⁸ quod in Hermogenes extrema linea est, ¹⁹ & quidem ex pœnu etiam illius retrorquebo
aduertit illum. Cum enim neget Materiam natam aut factam, sic quoque inuenio Domini
nomen Deo non competisse in Materiam: quia libera fuerit necesse est, quæ originem
non habendo, non habuit rem quod erat, nemini seruiens. Itaque ex quo Deus potesta-
tem suam exercuit in eam faciendo ex Materia, ex illo Materia Dominum Deum passia,
demonstrat, hoc illum tam diu non fuisse, quā diu fuit hoc. [²⁰ Hinc denique incipiam ²¹ III. I.
de Materia retrahere, quod eam Deus sibi comparat proinde non natam, proinde non
factam, proinde æternam: sine initio, sine fine propositam. Quis enim alius Dei census,
B quā æternitas? quis alius æternitatis status, quā semper fuisse & futurum esse, ex præ-
rogatiua nullius initij & nullius finis? Hoc si Dei est proprium, solius Dei erit, cuius est
proprium: quia etsi alij ascribatur, iam non erit Dei proprium, sed commune cum eo.
cui & ascribitur. ²² Nam: etsi sunt qui dicuntur Dei siue in cœlo, siue in terra nomine, ²³ I. Cor. 8.
terum vnus Deus pater, ex quo omnia: quo magis apud nos solius Dei esse debeat, quod
Dei proprium est: & vt dixi, iam non proprium esset, quia alterius esset. Quod si Deus
est, vnicū sit necesse est, vt vnus sit. Aut quid erit vnicum & singulare, nisi cui nihil adæ-
quabitur? quid principale, nisi quod super omnia, nisi quod ante omnia, & ex quo omnia?
Hæc Deus solus habendo est, & solus habendo, vnus est. Si & alius habuerit: totiam erūt
Dei, quot habuerint quæ Dei sunt. Ita Hermogenes duos Deos infert. Materiam parem
Deo infert. Deum autem vnum esse oportet: quia quod summum sit, Deus est: summum
autem non erit, nisi quod vnicum fuerit: vnicum autem esse non poterit, cui aliquid adæ-
quabitur. Adæquabitur autem Deo Materia, cum æterna cœsetur. [²⁴ Sed Deus, ²⁵ V.
est: & Materia, Materia est. Quasi diuersitas nominum, comparationi resistat, si status
idem vindicetur. Sit & natura diuersa, sit & forma non eadē, dummodo ipsius status vna
sit ratio. Innatus Deus, an nõ & innata Materia? Semper Deus, an non semper & Materia?
Ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam auctores vniuersitatis: tam qui fecit, quā
de qua fecit. Neque enim potest non & Materia auctrix omnium deputari, de qua vni-
uersitas consistit. Quomodo respondebit? Non statim Materiam comparari Deo, si quid
Dei habeat, quia non totum habendo non concurrat in plenitudinem comparationis?
Quid Deo reliquit amplius, vt non totum Dei, Materiæ dedisse videatur? Vel quā, in-
quit, & sic habente Materia salua sit Deo & auctoritas & substantia, quā solus & primus
auctor est, & Dominus omnium censeatur. Veritas autem sic vnum Deum exigit defen-
dendo, vt solius sit quicquid ipsius est. Ita enim ipsius erit si fuerit solus: & ex hoc alius
Deus non possit admitti, dum nemini licet habere de Deo aliquid. Ergo, inquis, nec nos
habemus Dei aliquid. Immo habemus, & habebimus, sed ab ipso, non à nobis. Nam &
Dei erimus, si meruerimus illi esse de quibus prædicauit, Ego dixi, vos Dei estis; &: ²⁶ Ste- / Gal. 8. 12
tit Deus in Ecclesia Deorū: sed ex gratia ipsius, nõ ex nostra proprietate: quia ipse est so- / Ibidem
lus, qui Deos faciat. Materia autē proprium facit quod cum Deo habet: aut si à Deo ac-
cepit, quod est Dei, ordinem dico æternitatis, potest & credi & habere illam cum Deo
aliquid, & Deum illam non esse. Quale est autē cum confiteretur ille aliquid cum Deo ha-
bere, & vult solius Dei esse, quod Materiam non negat habere? [²⁷ Dicit saluum Deo ²⁸ VI.
esse, vt & solus sit & primus, & omnium auctor, & omnium Dominus, & nemini compa-
randus, quæ mox Materiæ quoque adscribit. ²⁹ Ego quidem Deus, contestabitur Deus, &
& iurauit nonnunquā per semetipsum, quod alius nõ sit qualis ipse: sed mendacem eum ³⁰ I. 45.

& filij iræ non fient filij pacis, si natura mutabilis non erit. Temere ad ista exempla respicietis ò homo: non enim competunt ad causam materiæ, quæ innata est, ea quæ nata sunt, lapides, & viperæ, & homines. horum enim natura habendo institutionem, habere poterit & cessationem. Materiam verò tene semel æternam determinatam, vt infectam, vt innatam: & ideò indemutabilis & incorruptibilis naturæ credendam, ex ipsius etiam sententia Hermogenis, quam opponit cum Deum negat ex semetipso facere potuisse: quia non demutetur quod sit æternum, amissurum scilicet quod fuerat, dum sit ex demutatione quod non erat, si nõ esset æternum. Dominum verò æternum aliud esse non posse, quàm quod est semper. Hac & ego definitione merito illum repercutiam. Materiam æquè reprehendo, cum ex illa mala, pessima etiam, bona atque optima à Deo fiunt: ⁴⁸ Et vidit Deus quia bona, & benedixit ea Deus, vtique quæ optima, nõ certè quæ mala ac pessima. Demutationem igitur admisit materia, & si ita est, statum æternitatis amisit: mortua est denique sua forma. Sed æternitas amitti non potest: quia nisi amitti non possit, æternitas non est. Ergo nec demutationem potuit admississe: quia si æternitas est, demutari nullo modo potest. [⁴⁹ Et quæretur, quomodo ex ea bona facta sint, quæ ex demutatione nullo modo facta sunt? Vnde in mala ac pessima boni atque optimi semer? Certè nec bona arbor, fructus malos ædit: quia nec Deus nisi bonus: nec mala arbor, bonos: quia nec materia est nisi pessima. Aut si dabimus illi aliquid, etiam boni germinis, iam nõ erit vniformis naturæ, id est malæ in totum: sed iam tñ duplex, id est bonæ & malæ naturæ. Et quæretur iterum, an in bono & malo potuerit conuenire luci & tenebris, dulci & amaro. Aut si potuit vtriusque diuersitas boni & mali cõcurrere, & duplex natura fuisse materiæ amborum ferax fructuum, iam nec bona ipsa Deo deputabuntur, vt nec mala illi imputentur: sed vtraque species de materiæ proprietate sumpta, ad materiam pertinebit. Quo pacto neque gratiam bonorum Deo debemus, nec inuidiam malorum, quia nihil de suo operatus ingenio. [⁵⁰ Per quod probabitur manifestè materiæ deseruisse. Nam etsi dicatur, licet ex occasione materiæ, suo tamen arbitrio bona protulisse, quasi nactus bonum materiæ, quanquam & hoc turpe sit, certè cum ex eadem etiam mala profert, vel hæc vtique non de suo arbitrio proferendo, seruit materiæ, aliud non habens facere quàm ex malo proferre, inuitus vtique quæ bonus, ex necessitate vt inuitus, & ex seruitute vt ex necessitate. Quid ergo dignius, ex necessitate eum condidisse malæ, an ex voluntate? Si quidem ex necessitate condidit, si ex materia: ex voluntate, si ex nihilo. Iam enim sine causa laboras, ne malorum auctor constituatur Deus: quia etsi de materia fecit, ipsi deputabuntur qui fecit, proinde quatenus fecit. Planè sic interest vnde fecerit, ac si de nihilo fecisset: nec interest vnde fecerit, vt inde fecerit, vnde eum magis decuit. Magis autem eum decuit ex voluntate fecisse quàm ex necessitate: id est ex nihilo potius quàm ex materia. Dignius est Deum etiam malorum auctorem liberum credere, quàm seruum. Quæcunque potestas ei, quàm pusillitas competit. Si & sic concedimus materiam quidem nihil boni habuisse, Dominum verò si quid boni ædidit, sua virtute ædidisse, aliæ æquè oborientur quæstiones. Primò si bonum in materia omninò non fuit, non ex materia bonum factum, quod materia scilicet non habuit. Dehinc si non ex materia, iam ergo ex Deo factum. Si nec ex Deo, iam ergo ex nihilo factum. Hoc enim superest secundum Hermogenis dispositionem. [⁵¹ Porro si bonum, neque ex materia factum est, quia non erat in illa vt in mala: neque ex Deo, quia nihil potuit ex Deo fieri, sicut definit Hermogenes: inuenitur bonum iam ex nihilo factum, vt ex nullo factum, vt neque ex materia neque ex Deo. Et si bonum ex nihilo, cur non & malum? immò cur non omnia ex nihilo, si aliquid ex nihilo, nisi si insufficiens fuit diuina virtus omnibus producendis, quæ aliquid protulerit ex nihilo: Aut si ex materia mala bonum processit, quia neque ex nihilo neque ex Deo, sequetur vt ex cõuersione processerit materiæ, contra denegatã æterni conuersionem. Ita vnde bonum cõstitit, iam negabit Hermogenes inde illud constare potuisse. Necessè est autè ex aliquo eorum processerit, ex quibus negauit procedere potuisse. Ceterum si ideò malum non ex nihilo, ne Dei fiat, de cuius arbitrio videbitur factum, sed ex materia, vt ipsius sit, de cuius substantia erit factum: & hinc vt dixi, auctor mali habebitur Deus, qui cù eadè virtute & voluntate debuisset omnia ex materia protulisse: aut tantum bona (non omnia tamè bona) protulisset etiã mala, vtique aut volēs esse mala, si poterat efficere ne essent: aut non valēs efficere omnia bona, si voluit & nõ fecit: dū nihil intersit per infirmitatē Dominus auctor mali extiterit, an per voluntatē.

Aut

A Aut quæ fuit ratio, vt cum bona fecisset quasi bonus, etiam mala protulisset quasi nõ bonus, cum non congruentia sibi solummodò ædidit. Quid necesse erat suo opere prolato, etiam materiæ negotium curare, proinde & malum proferendo, solus vt cognoscere tur bonus de bono, materia autem ne cognosceretur mala de malo? Plus bonum florisset sine mali afflatu. Nam & Hermogenes expugnat quorundam argumētationes, dicētium mala necessaria fuisse ad illuminationem bonorum, ex cõtrariis intelligendorum. Ergo aut nec propterea locus mali proferendi fuit: aut si qua alia ratio exegit illud induci, cur non & ex nihilo potuerit induci, ipsa ratione excusatura Dominum ne mali auctor existimaretur, quæ nunc cum de materia operatur mala excusat, si excusat: ad eò vbi que & vndique illuc compellitur quæstio quò nolunt, qui ipsam mali rationem non examinãdo, nec dinoscendo, quomodo illud aut Deo adtribuunt, aut à Deo separent, pluribus, & indignioribus destructionibus Deum obiciunt. [⁵² Igitur in præstructione huius articuli, xv i. & alibi forsitan retractandi, equidem definitio, aut Deo adscribendum & bonum & malum, quæ ex materia fecit: aut materiæ ipsi ex qua fecit: aut vtrunque vtrique, quia ambo sibi obligantur, qui fecit, & de qua fecit: aut alterum alteri. Tertius enim præter materiam & Deum, non est. Porro si Deus erit vtrunque, videbitur Deus etiam mali auctor: Deus autem vt bonus auctor mali non erit: si materia vtrunque, videbitur materia etiam boni matrix, mala autem in totum materia boni non erit matrix: si vtriusque erit vtrunque: in hoc quoque comparabitur Deo materia, & pares erunt ambo, ex æquo mali ac boni adfines: æquari autem Deo materia non debet, ne duos Deos efficiat: si alterum alterius, vtrique Deo bonum, & materiæ malum: neque malum Deo, neque materiæ bonum adscribetur: & bona autem & mala Deus de materia faciēdo, cum ea facit. Hæc si ita sunt, nescio qua possit euadere sententia Hermogenes, qui Deum, quoquomodo de materia malum condidit, siue voluntate, siue necessitate, siue ratione, non putet mali auctorem. Porro si mali auctor est ipse qui fecit, planè sociæ materia per substantiæ suggestu: excludis iam causam materiæ introducendæ. Nihilominus enim, & per materiam Deus auctor mali ostēditur, si ideò materia præsumpta est, ne Deus mali auctor videretur. Exclusa itaque materia dum excluditur causa eius, superest vt Deum omnia ex nihilo fecisse constet. Videbimus an & mala, cum apparuerit quæ mala, & an mala interim ea quæ putas. Dignius enim de suo arbitrio produxit, hæc quoque producendo de nihilo, quàm de præiudicio alieno, si de materia produxisset. Libertas, nõ necessitas, Deo cõpetit: malo voluerit mala à semetipso condidisse, quàm nõ potuerit non condidisse. [⁵³ Vnici Dei xv i i. status hanc regulam vindicat: non aliter vnici, nisi quia solius: non aliter solius, nisi quia nihil cum illo: sic & primus erit, quia omnia post illum: sic omnia post illum, quia omnia ab illo: sic ab illo, quia ex nihilo, vt illi quoque scripturæ ratio cõstet. ⁵⁴ Quis cognouit sensum / s. 40. Domini? Aut quis illi cõsiliarius fuit: aut quem consultatus est: aut viam intelligentiæ & scientiæ quis demonstrauit illi: quis tradidit, & retribuetur ei? Nemo vtique: quia nulla vis, nulla materia, nulla natura substantiæ alterius aderat illi. Porro si de aliquo operatus est, ⁵⁵ Rom. 11. necesse est ab ea ipsa acceperit & consilium & tractatum dispositionis, vt viam intelligentiæ & scientiæ. Pro qualitate enim rei operari habuit, & secundum ingenium materiæ, nõ secundum suum arbitrium: ad eò vt & mala pro natura non sua, sed substantiæ fecerit. [⁵⁶ Si xviii. necessaria est Deo materia ad opera mundi, vt Hermogenes existimauit, habuit Deus materiã longè digniorem & idoneiorē non apud Philosophos estimandã, sed apud Prophetas intelligendam, Sophiam suam scilicet. ⁵⁷ Hæc denique sola cognouit sensum Domini. Quis enim scit quæ sunt Dei, & quæ in ipso, nisi spiritus qui in ipso? Sophia autè spiritus, ⁵⁸ 1. Cor. 2. hæc illic consiliarius fuit, via intelligentiæ & scientiæ ipsa est. Ex hæc fecit, faciēdo per / s. 40. illam, & faciēdo cum illa. ⁵⁹ Quum pararet celum, inquit, aderam illi, & quum fortia / s. 8. faciebat (super ventos) quæ sursum nubila, & cum firmos ponebat fontes eius quæ sub celo est, ego eram compingens cum ipso. Ego eram ad quam gaudebat, quoridie autem oblectabatur in filiis hominum. Quis non hanc potius omnium fontem & originem commendet, materiam verò materialium, non sibi subditam, non statu diuersam, non motu inquietam, non habitu informem, sed insitam & propriam & compositam & decoram, quali Deus potuit eguisse, sui magis quàm alieni egens? Denique vt necessariam sensit ad opera mundi, statim eam condidit & generat in semetipso. Dominus, inquit, condidit me iniciũ viarũ suarũ in opera sua: ⁶⁰ ante secula fundauit me: prius quàm faceret ter- / s. 8.

T e ij

ram, priusquam montes collocarentur, ante omnes colles generauit me; ⁶² prior autem abyssus genita sum. Agnoscat ergo Hermogenes idcirco etiam Sophiam Dei natam & conditam predicari, ne quid innatum & inconditum praeter solum Deum crederemus. Si enim intra Dominum quod ex ipso & in ipso fuit, sine initio non fuit: Sophia scilicet ipsius exinde nata & condita, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda cepit agitari: multo magis non capit sine initio quicquam fuisse quod extra Dominum fuerit. Si vero Sophia eadem Dei sermo est sensu sophia, & sine quo factum est nihil, sicut & dispositum sine sophia, quale est ut filio Dei sermone unigenito & primogenito aliquid fuerit praeter patrem antiquius: & hoc modo utique generosius, nedum quod innatum nato fortius, & quod infectum facto validius, quia quod ut esset nullius eguit auctoris, multo sublimius erit eo, quod ut esset, aliquem habuit auctorem. Proinde si malum quidem innatum est, natus autem sermo Dei: erustauit enim, inquit, sermonem optimum, non scio an à bono malum possit adduci, validius ab infirmo, ut innatum à nato. Ita & hoc nomine materiam Deo praeponebat Hermogenes, praeponebat eam filio. Filius enim sermo, & Deus sermo: & ego & pater vnum sumus: nisi quod sustinebit aequo animo filius eam praepone sibi, quae patri adaequatur. ⁶⁴ Sed & ad originale instrumentum Moysi prouocabo, unde & diuersa pars suspiciones suas ingratis fulcire conatur, ne scilicet non inde instrui videretur unde oportet. Itaque occasiones sibi sumpsit quorundam verborum, ⁶⁵ ut haereticis ferè mos est simplicia quaeque torquere. Nam & ipsum principium, in quo Deus fecit caelum & terram, aliquid voluit fuisse, quasi substantium & corpulentum, quod in materiam interpretari possit. Nos autem unicuique vocabulo proprietatem suam vindicamus, principium initium esse, & competisse ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim quod fieri habet sine initio esse, quin initium sit illi ipsum dum incipit fieri. ⁶⁶ Ita principium siue initium inceptionis esse verbum: non alicuius substantiae nomen. Iam nunc si principalia Deo opera caelum & terra sunt, quae ante omnia Deus fecit suorum esse proprie principium, quae priora sunt facta, merito sic praefatur scriptura, In principio fecit Deus caelum & terram, quemadmodum dixisset, In finem Deus fecit caelum & terram: si post vniuersa fecisset. Aut si principium aliqua substantia est, erit & finis aliqua materia. Planè licebit etiam substantium aliquid principium esse alij rei, quae ex ipso sit futura: ut argilla principium testae, ut semen principium herbae. Sed cum ita utimur vocabulo principij quasi originis, non quasi ordinis nomine: adiicimus & mentionem ipsius rei specialiter, quam volumus principium alterius rei. De cetero si sic ponamus, verbi gratia: In principio fecit figulus peluim vel vnam: iam non materiam significabit principium: non enim argillam nominavi principium, sed ordinem operis; quia figulus ante cetera primum peluim & vnam fecit, exinde facturus & cetera, ad ordinationem operum principij vocabulum pertinebit, non ad originem substantiarum. Possunt & aliter principium interpretari, non ab re tamen: ⁶⁷ nam & in Graeco principij vocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinatiuum, sed & potestatiuum capit principatum. ⁶⁸ Unde & ἀρχοντες dicunt principes & magistratus. Ergo secundum hanc quoque significationem principium pro principatu & potestate sumetur. In principatu enim & in potestate Deus fecit caelum & terram. ⁶⁹ Sed ut nihil aliud significet Graeca vox, quam principium; & principium nihil aliud capiat, quam initium: habemus etiam illa initium agnoscere, quae dicit: ⁷⁰ Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua. Si enim per Sophiam Dei omnia facta sunt; & caelum ergo & terram Deus faciens in principio, id est initio, in Sophia sua fecit. Denique si principium materiam significaret, non ita scriptura instruxisset, In principio Deus fecit, sed ex principio. Non enim in materia, sed ex materia fecisset. De Sophia autem potuit dici, in principio. In Sophia enim primo fecit, in qua cogitando & disponendo iam fecerat: quoniam etsi ex materia facturus fuisset, ante in Sophia cogitando & disponendo iam fecerat. Quoniam etiam erat initium viarum, quia cogitatio & dispositio prima Sophiae sit operatio, de cogitatu viam operibus instituens, hanc & inde auctoritatem scripturae mihi vindico, quod & Deus qui fecit, & ea quae fecit ostendens, unde fecerit non proinde testatur. Nam quum in omni operatione tria sint principalia, qui facit, & quod sit, & ex quo sit: tria nomina sunt adæda in legitima operis enarratione: persona factoris, species facti, forma materiae. Si materia non adetur: ⁷¹ vbi & opera & operum operator additur, apparet ex nihilo eum operatum. Proinde enim aderet ex quo, si ex aliquo fuisset operatus. Denique Euangelium ut supplementum instrumenti veteris adhibebo, in quo vel eo magis debuerat ostendi

Ioan. 1.

XIX.

Gen. 1.

Ipsa. 1.

Ipsa. 2.

X X.

Gen. 1.

Sap. 8.

Gen. 1.

Prou. 8.

A ostendi Deus ex aliqua materia vniuersa fecisse, quo illic etiam per quem omnia fecerit reuelatur. ⁷² In principio erat sermo. In quo principio scilicet, Deus fecit caelum & terram. Et sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Omnia per ipsum facta sunt, & sine illo factum est nihil. Cum igitur & hic manifestetur & factor, id est Deus, & facta, id est omnia, & per quem, id est sermo, nonne & unde omnia facta essent à Deo per sermonem, exegisset ordo profiteri, si ex aliquo facta essent? Ita quod non fuit, non potuit scriptura profiteri. Et non profitendo, satis probauit non fuisse: quia profiteretur si fuisset. ⁷³ Ergo, inquis, si tu ideò prauidicas ex nihilo facta omnia, quia non sit manifestè relatum de materia praecedenti factum quid, vide ne diuersa pars ideò contendat ex materia omnia facta, quia proinde non aperte significatum sit, ex nihilo quid factum. Planè retorqueri quaedam facile possunt: non statim & ex aequo admitti, vbi diuersitas causae est. Dico enim etsi non aperte scriptura pronuntiauit ex nihilo facta omnia, sicut nec ex materia, non tantam fuisse necessitatem aperte significandi de nihilo facta omnia, quanta esset si ex materia facta fuissent. Quoniam quod sit ex nihilo, eo ipso dum non ostenditur ex aliquo factum, manifestatur ex nihilo factum: ⁷⁴ & non periclitatur ne ex aliquo factum existimeretur, quando non demonstratur ex quo sit factum. Quod autem ex aliquo sit, nisi hoc ipsum aperte declaratur ex aliquo factum, illud dum ex quo factum sit ostenditur, periclitabitur primo videri ex nihilo factum, quia non additur ex quo sit factum. Dehinc etsi ea sit conditio ut non possit videri ex aliquo, proinde periclitabitur, ex alio longè factum videri, quam ex quo factum est, dum non proponitur unde sit factum. Ita si ex nihilo Deus cuncta fecisse non potuit, scriptura non adiecit illum ex nihilo fecisse: ex materia eum fecisse omni modo debuit edixisse, licet ex materia fecisset: quia illud in toto habebat intelligi, etsi non significaretur: at istud in dubio, nisi significaretur. ⁷⁵ Atque adeò spiritus sanctus hanc scripturae suae rationem constituit, ut cum quid ex aliquo sit, & quod sit, & unde sit, referat. ⁷⁶ Fructet, inquit, terra herbam foeni, seminantem semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Et factum est sic. Et produxit terra herbam foeni seminantem semen secundum genus, & lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Et rursus: Et dixit Deus: Producant aquae reptantia animarum viuuarum, & volatilia volantia super terram ⁷⁷ per firmamentum caeli. Et factum est sic. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptantium, quae prodixerunt aquae secundum genus ipsorum. Item post haec. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedia & reptantia, & bestias terrae, secundum genus ipsorum. Si ergo ex iam factis rebus alias res Deus profertens, ostendit per Prophetam, & dicit quid unde protulerit: ⁷⁸ (quatinus possimus unde illas prolatae aestimare, dum ne ex nihilo, iam enim facta erant quaedam ex quibus prolatae videri possent: si tantam curam instructionis nostrae infumplit spiritus sanctus, ut sciremus quid unde processerit, nonne proinde nos & de caelo & de terra copotes reddidisset, significando unde ea esset operatus, si de aliqua materia origo constaret illorum: ut tanto magis ex nihilo ea videretur operatus, quanto nihil adhuc erat factum, ex quo operatus videretur. Itaque sicut ea quae de aliquo prolata sunt, ostendit unde prolata sint: ita quae non ostendit unde prolata sint, ex nihilo prolata confirmat. Igitur in principio Deus fecit caelum & terram. Adoro scripturae plenitudinem, qua mihi & factorem manifestat & facta. In Euangelio vero amplius & ministrum atque arbitrum rectoris inuenio sermonem. An autem de reliqua subiacti materia facta sint omnia, nusquam adhuc legi. Scriptum esse doceat Hermogenis officina: Si non est scriptum, timeat ⁷⁹ Vae illud adiicientibus aut detrahentibus destinatum. ⁸⁰ Sed ex sequentibus argumentatur, quia scriptum sit: ⁸¹ Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Nam & terrae nomen redigit in materiam, quia terra sit quae facta est ex illa. Et erat, in hoc dirigit, quasi quae semper retrò fuerit innata & infecta. Inuisibilis autem & rudis, quia informem & confusam & inconditam vult fuisse materiam. Has quidem opiniones eius sigillatim reuincam, sed interim volo sic ei respondere. Putamus his articulis materiam demonstrari. Nunquid tamen, quia erat ante omnia, & tale aliquid esse ex ea factum scriptura significat? Atquin nihil tale significat. Fuerit licet materia, quantum sibi licet, vel potius Hermogeni: potuit & fuisse, & tamen nihil Deus ex illa fecisse, vel quia non decebat Deum alicuius eguisse, certè quia nec ostenditur quicquam ex materia fecisse. Sine causa ergo esset, inquis. Non planè adeò sine causa. Nam etsi mundus non

est factus ex illa, sed hæresis facta est, & quidem hoc impudentior, quod non ex materia facta est hæresis, sed materia ipsam potius hæresis fecit. [²² Reuertor nunc ad singulos articulos, per quos putauit significatam esse materiam. Et primo de nominibus exposulabo. Horum enim alterum legimus, quod est terra: alterum non inuenimus, quod est materia. *Gen. 1.* Quæro ergo, Cum materia nominatio non extet in scriptura, quomodo ei etiam terræ appellatio accommodetur in alio iam genere substantiæ nota: Quo magis materia quoque nominatio extitisse debuerat, consecuta etiã terræ appellationem, ut sciret terram commune cum materia esse nomē, ne illud ei soli substantiæ vindicarem, cuius & propriū, in qua magis notū est, vel ne illud in quacunque aliam speciē, nec utique omni materiae communicare possem, si vellē. cum enim non extat proprium vocabulum eius rei cui commune vocabulum adscribitur, quanto non compareret cui adscribatur, cuiusque alij poterit ascribi. Ita Hermogenes, etsi materiam ostenderet nominatim, deberet eandē probare terram quoque cognominatim, ut ita utrunque illi vocabulum vindicaret. [²³ Vult igitur duas proponi terras in ista scriptura; vnam, quam in principio Deus fecit: Aliam, materiam, ex qua fecit, de qua dictū sit, Terra autem erat inuisibilis & rudis. Vtique si quæram ex duabus quæ cui nomen terræ accommodare debeat: diceretur, hanc quæ facta sit ex illa ex qua facta est, vocabulū deriuasse, quia verisimilius sit ab origine sobolē potius, quam originē à sobole vocitari. Hoc si ita est, alia nobis obuoluitur quæstio, an cōpetat terram hanc quæ Deus fecit, ex illa ex qua fecit, cognomentum deriuasse. Audio enim apud Hermogenē ceterosque Materialios hæreticos, terram quidē illam informem & inuisibilem & rudē fuisse: hanc verō nostrā proinde & formam, & conspectum, & cultum, à Deo consecutā. Aliud ergo factā quā erat ea ex qua facta est. Porro aliud facta, non potuit cū ea de nomine sociari, à cuius cōditione descuerat. Si nomē propriū materiae illius fuit terra, hæc quæ non est materia, aliud scilicet facta, terræ quoque non capit nomē alienū, & statu suo extraneū. Sed materia facta, id est terra, habuit cū sua origine consortiū nominis, sicut & generis. Non audio. Nam & testam, licet ex argilla confectam, iam non argillam vocabo, sed testā: & electrū, licet ex auro & argento foederatū, nec argentū tamen nec aurū appello, sed electrū. à cuius habitu quid diuertit, pariter & à vocatu eius recedit, appellationis sicut & cōditionis proprietate. Quam autē trāserit de statu terræ illius, id est materie, ista terra, vel eo palam est, quod hæc apud Genesim testimoniū boni accipit: Et vidit Deus quia bonū: illa autē apud Hermogenē in originē & causam malorū deputatur. Postremo si idē hæc terra, quia & illa, cur non & materia hæc quoque, quia & illa? Immo iam & cœlū & omnia, si ex materia cōstāt, & terræ & materiae vocari debuerūt. Satis ista de terræ nomine (in quo materiā intelligi voluit) quod nomen vnus elementis omnes sciunt, natura primum, deinde scriptura docēte, nisi & Sileno illi apud Midam regē adfueranti de alio orbe, credendum est, ²⁴ auctore Theopompo. Sed & Deos multos idem refert. [²⁵ Nobis autem vnus Deus & vna est terra, quam in principio Deus fecit. Cuius ordinē incipiens scriptura decurrere, primò factam eam edicit, dehinc qualitatem ipsius edisserit, sicut & cœlum primò factū professā. In principio fecit Deus cœlum, dehinc dispositionē eius superinducit: ²⁶ Et separauit inter aquam quæ erat infra firmamentum, & quæ super firmamentum, & vocauit Deus firmamentum cœlum, ipsum quod in primordio fecerat. Proinde & de homine, Et fecit Deus hominem, ad imaginē Dei fecit illū. Dehinc qualiter fecerit reddit: ²⁷ Et finxit Deus hominem de limo terræ, & afflauit in faciem eius flatū vitæ, & factus est homo in animā viuā. Et utique sic decet narrationē inire, primò præfari, postea prosequi, nominare, deinde describere. Alioquin vanum, si eius rei cuius nullā præmiserat mentionem, id est materie, ne ipsum quidem nomen, subito formam & habitum promulgauit: antè enarrat qualis esset, antequam an esset; ostēdit figuram deformati, nomen abscondit. At quanto credibilis secundū nos eius rei dispositionē scriptura subiunxit, cuius institutionem simulque nominationem præmisit. Quam denique integer sensus est: In principio Deus fecit cœlum & terram, terra autem erat inuisibilis & rudis, quæ Deus scilicet fecit, de qua scriptura cum maximè edixerat. ²⁸ Nam & autem ipsum, velut fibula coniunctiue particulæ ad conhexum narrationi appositum est, Terra autem. Hoc enim verbo reuertitur ad eā, de qua supra dixerat, & alligat sensum. Aded aufer hinc Autem, & soluta cōpago est, ut tunc possit de alia terra dictum videri, Terra erat inuisibilis & rudis. [²⁹ Sed tu supercilio capitis & nutu digiti accommodato altius tollēs, & quasi retrō iactans: Erat, inquis, quasi semper fuerit scilicet innata & infecta, & idcirco materia credenda

A credenda. At ego sine vilo lenocinio pronuntiationis simpliciter respondebo, de omni re posse dici, Erat, etiam de ea quæ facta, quæ nara sit, quæ aliquādo non fuerit, & quæ materia non sit. Omne enim quod habet esse, vnde habeat, siue per initium, siue sine initio, hoc ipso quod est, etiam Erat dicitur. Cui competit prima verbi positio in definitionem, eiusdem etiam declinatio verbi decurret in relationem. Est definitionis caput, Erat relationi facit. ³⁰ Hæ sunt argutiæ & subtilitates hæreticorū, simplicitatem communiū verborum torquentes in quæstionem. Magna scilicet quæstio est, Si erat terra quæ facta est. Sanè discutendum, an ei cōpetat inuisibilem & rudem fuisse quæ facta est, an ei ex qua facta est, ut eiusdem sit erat, cuius & quod erat. [³¹ Atquin non tantum probabimus istum habitum huic terræ competisse, sed & illi alij non competisse. Nam si nuda materia Deo subiacerat, nullo scilicet elemento obstruente: siquidem nondum quicquam erat præter ipsam & Deum: utique inuisibilis esse non poterat. Quia etsi tenebras volent in substantia fuisse materiae (³² cui articulo respondere debebimus suo ordine) etiam homini tenebræ visibiles sunt; hoc enim ipsum quod sunt, tenebræ videntur, nedum Deo. Et utique si inuisibilis esset, nullo modo cognosceretur qualitas eius. ³³ Vnde ergo compertus est Hermogenes informem & confusam & inconditam illam fuisse, quæ ut inuisibilis latebat: aut si hoc à Deo reuelatū est, probare debet. Sic & an rudis dici potuerit, exposulo. Certè enim rude illud est quod imperfectum est: Certè imperfectum non potest esse, nisi quod factum est: Quod enim minus factum est, imperfectum est. Certè, inquis. Ergo materia quæ facta non erat, in totum imperfecta esse non potuit. Quæ imperfecta non fuit, etiam rudis non fuit. Initium non habens, quia facta non fuit, caruit & rudimento. Initij enim accidens est, rudimentum. Terra verò quæ facta est, meruit & rudis dici. Statim enim ut facta est, habuit imperfectæ locum, ante perfectionem. [³⁴ Siquidem omnia opera sua Deus ordine cōsummauit, incultis primò elementis depalans quodammodo mundum, dehinc exornatis velut dedicans. Nam & lumen non statim splendore solis impleuit, & tenebras non statim solatio lunæ temperauit, & cœlum non statim sideribus stellisque signauit, & maria non statim beluis frequentauit, & ipsam terrā non statim varia fecunditate dotauit: Sed primò esse ei contulit: dehinc non inuacuum esse suppleuit. Sic enim & Esaias: Non inuacuū ait fecit illam, ³⁵ sed inhabitari. Postea ergo quā facta est, futura etiam perfecta, interim erat inuisibilis & rudis. Rudis quidem, hoc quoque ipso quod inuisibilis, ut nec visui perfecta, simul & ut de reliquo nondū instructa. Inuisibilis verò, ut adhuc aquis tanquā munimēto genitalis humoris obducta. Quæ forma, etiã ad finem eius caro nostra producitur. Nam & David ita canit: Domini est terra & plenitudo eius, ³⁶ orbis terræ, & omnes qui habitant in illa. Ipse super maria fundauit eam, & super flumina preparauit eam. Segregatis enim aquis in cauiorem sinum, emicantior facta est arida, quæ antehac aquis tegebatur. Exinde itaque & visibilis efficitur, dicente Deo: ³⁷ Congregetur aqua in congregationem vnam, & videatur arida. Videatur, inquit, non fiat. Iam enim facta erat, sed inuisibilis vsque tunc videri sustinebat. Arida autem, quod erat futura ex diuortio humoris, tamen terra. Et vocauit Deus aridam terram, non materiam. Sic & perfectionem postea consecuta, desinit rudis haberi cum pronuntiat Deus: Fructet terra herbam fœni feminantem semen secundum genus & secundum similitudinem, & lignū fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. Item: Producat terra animā viuam secundum genus, & quadrupedia, & reptantia, & bestias terræ secundum genus. Impleuit igitur ordinem suum scriptura diuina. Quam enim prædixerat inuisibilem & rudem, ei & visionem reddidit & perfectionem. Non alia autem materia erat inuisibilis & rudis. Ergo materia erit postea visibilis & perfecta. Volo itaque videre materiam, visibilis enim facta est. Volo & perfectam eam recognoscere, ut ex illa etiam fœni herbam, & ex illa decerpam lignum fructuosum, & ex illa animalia vsui meo famulētur. Sed materia quidem nusquam: terra verò hîc, id est coram. Hæc video, hæc perfruo, ex quo inuisibilis & rudis esse desiit, de qua manifestissimè Esaias: ³⁸ Hæc dicit Dominus qui fecit cœlum. Iste Deus qui demonstrauit terram & fecit illam. Certè eandem demonstrauit, quam & fecit. Quomodo demonstrauit: Vtique dicendo: Videatur arida. Quare videri iubet, nisi quia retrò non videbatur: ut sic quoque eam non in vacuum fecisset faciēdo visibilem, & ita habilem. Et sic per omnia probatur nobis, hanc quam incolimus, eandem & factam esse à Deo & ostentam, nec aliam fuisse rudem & inuisibilem, quā quæ & facta & ostensa est. atque ita: Terra autem erat inuisibilis & rudis, ad eam pertinet quam Deus cum cœlo separauit.

xxx. [103] Sic & sequentia coniecturam Hermogenis instruere videbuntur: Et tenebræ super D
 Gen. 1. „abyssum, & spiritus Dei super aquas ferebatur; quasi & hæc confusæ substantiæ, massalis
 „illius molis argumenta portendant. Atquin singillatim definiens, tenebras, abyssum, spi-
 ritum Dei, aquas, nihil confusum, nec in confusione incertum æstimari facit tam diuisa
 relatio certorum & distinctorum elementorum. Hoc quidem amplius, quum situs pro-
 prios eis adscribit, tenebras super abyssum, spiritum super aquas, negauit confusionem sub-
 stantiarum, quarum demonstrando dispositionem, demonstrauit etiam distinctionem. 104 Van-
 nissimum denique, vt materia quæ informis inducitur, de tot formarum vocabulis in-
 formis adseueretur, non ædito quid sit illud corpus confusionis, quod vnicum vti que
 credendum est, si informe est: vni forme etenim quod informe est. Informe autem quod
 ex varietate confusum est, vnam habeat necessè est speciem: quod non habet speciem,
 dum ex multis vnam habet speciem. Ceterum aut habebat in se species istas materia, de
 quarum vocabulis intelligendas esse tenebras dico, & abyssum, & spiritum, & aquas,
 aut non habebat. Si enim habebat, quomodo inducitur non habens formas? Si non ha-
 bebat, agnoscitur? [105] Sed & illud vti que captabitur: de cælo solo & de terra ista scri-
 pturam significasse, quod eam in principio Deus fecerit: de speciebus autem supradictis
 nihil tale: & ideo eas quæ factæ non significantur, ad infectam materiam pertinere. Re-
 spondebimus huic quoque scrupulo. Scriptura diuina satis differeret, si summas ipsas re-
 rum à Deo factas commendasset cælum & terram, habentes vti que suggestus suos pro-
 prios, qui in ipsis summis intelligi possent. Suggestus autem cæli & terre primò tunc fue-
 rint tenebræ, & abyssus, & spiritus, & aqua. Nam terræ quidem suberat abyssus & te-
 nebræ. Si enim abyssus infra terram, tenebræ autem super abyssum, sine dubio & tene-
 bræ & abyssus infra terram. Cælo verò spiritus & aquæ subiacebant: nam si aquæ super
 terram, quæ eam texerant, spiritus autem super aquas, pariter & spiritus & aquæ super
 terram. Quæ verò super terram, ea vti que infra cælum. Et sicut terra abyssus & tenebris,
 ita & cælum spiritui & aquis incubabat, & complectebantur. Et ita nouum non est, vt
 id solum quod continet nominetur, quâ summale: in isto autem intelligatur & quod
 continetur, quâ portionale. Ecce si dicam, ciuitas extruxit theatrum, & circum, scena
 autem erat talis & talis, 106 & statuæ super euripum, & obeliscus super omnia ferebatur:
 quia non & has species edixerim factas à ciuitate, non erunt ab ea cum circo & teatro?
 an ideo non adieci factas has quoque species, quâ inerant eis quæ facta prædixeram, &
 inesse quibus inerant, intelligi poterant. Sed vacet hoc exemplum vt humanum: aliud de
 auctoritate scripturæ ipsius arripiam. Fecit, inquit, Deus hominem de terra, & adflauit
 in faciem eius flatum vitæ, & factus est homo in animam viuam. Faciem quidem eius hic
 nominat, sed nec ipsam factam à Deo dixit. 107 Costam verò & ossa, & carnem, & oculo-
 4. „los, & sudorem, & sanguinem postea loquitur, quæ nec tunc facta à Deo significauit.
 Quid respondebit Hermogenes? Nunquid & membra hominis ad materiam pertine-
 bunt, quia non nominatim facta referuntur? An & hæc in hominis 108 factitatione cen-
 sentur? Proinde membra erant cæli & terræ abyssus & tenebræ, spiritus & aquæ. In cor-
 poribus enim membra sunt facta, in corporibus & membra sunt nominata. Nullum ele-
 mentum non membrum est eius elementi quo continetur; Omnia autem elementa cælo
 xxxii. „aut terra continentur. [109] Hæc responderim pro scriptura præsentis, quatenus hic so-
 lorum corporum factitationem commendare videtur cæli & terræ. Sciit esse qui vltro
 in corporibus & membra cognoscerent, & ideo compendio vsa est. Prouidit tamen &
 hebetes & insidiosos, qui dissimulato tacito intellectu, ipsis quoque membris verbum
 factitationis significatorium exigerent. Itaque & propter istos singulas species factas do-
 cet aliis in locis. Habes Sophiam, Prior autem abyssus genita sum, dicentem: vt credas
 Prou. 8. „abyssum quoque genitam, id est factam, quia & filios facimus, licet generemus. Nihil
 interest facta an nata sit abyssus, dum initium detur illi, quod non daretur si materiæ sub-
 icta esset. De tenebris verò ipse Dominus per Esaiam: Ego, qui struxi lucem & feci te-
 nebras. De spiritu æquè Amos: 110 Qui solidat tonitruum, & condit spiritum, & adnuntiat
 in homines Christum suum: eum spiritum conditum ostendens, qui in terras con-
 ditas deputabatur, qui super aquas ferebatur, liberator & adflator & animator vniuersi-
 tatis: 111 non, vt quidam putant, ipsum Deum significari spiritum, quia Deus spiritus. Ne-
 que enim aquæ Dominum sustinere sufficerent; sed eum spiritum omnem, de quo etiã venti
 constiterunt: vt ait per Esaiam: quia spiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci. Item
 Isai. 57. „de

A de aquis eadem Sophia. 112 Et cum firmos ponebat fontes quæ sub cælo est, ego erā mo-
 dulans cū ipso. Quum ergo & eas species probamus à Deo factas, etsi in Genesi tantum-
 modò nominantur sine factitationis mentione, respondebitur fortasse ex diuerso: 113 Pla-
 nè factas eas, sed ex materia. vt stilus quidem Moyfi, Et tenebræ super abyssum, & spiritus
 Dei super aquas ferebatur, materiam sonet: ceteræ verò scripturæ, quæ ex materia factæ
 sint, species in disperso demonstrant. Ergo sicut terra de terra, ita & abyssus ex abyssus, &
 tenebræ ex tenebris, & spiritus & aquæ ex spiritu & aquis cõstiterunt. Et sicut supra dixi-
 mus, non potuit informis fuisse materia, si species habebat, vt & aliæ ex ea sint confectæ,
 nisi quoddam non aliæ, sed ipsæ ex semetipsis. Siquidem non capit diuersas fuisse quæ hisdem
 nominibus æduntur: quod iam operatio diuina otiosa videri possit, si quæ erant fecit: cum
 generosiora essent, quæ non erant facta, quàm si fierent. Igitur vt concludam, aut mate-
 riam tunc significauit Moyfes cum scribit, Et tenebræ super abyssum, & spiritus Dei super
 aquas ferebatur; Aut quum hæc species alibi postea demonstrantur factæ à Deo, debuerunt
 æquè demonstrari ex materia, quam Moyfes præmiserat, factæ: Aut si species istas, & non
 materiam significauit Moyfes, vbi materia demonstrata sit quæro. [114] Sed dum illam xxxiii.
 Hermogenes inter colores suos inuenit 115 (inter scripturas enim Dei inuenire non po-
 tuerit) satis est quod omnia & facta à Deo cõstat, & ex materia facta non cõstat: quæ etiã si
 fuisset, ipsam quoque à Deo factam credidissimus: quia nihil innatum præter Deum præ-
 scribentes, obtineremus. In hunc vsque articulum locus est retractatus, donec ad scriptu-
 ras prouocata deficiat exhibitio materiæ. Expedita summa est: nihil inuenio factum, nihil
 ex nihilo, quia quod factum inuenio, nõ fuisse cognosco. Etiam si quid ex aliquo factum
 est, ex facto habet censum, vt ex terra, herba, & fructus, & pecudes, & figuratio hominis
 ipsius: vt ex aquis natatiles & volatiles animæ. Huiusmodi origines rerum ex his prolatare,
 potero materias appellare: sed factas à Deo & ipsas. [116] Ceterum omne ex nihilo consti-
 tisse, illa postremò diuina dispositio suadebit, quæ omnia in nihilum redactura est. Siqui-
 dem & cælum cõuoluetur vt liber, immò nusquam fiet cum ipsa terra, cum qua primò-
 dio factum est. Cælum & terra præteribunt, inquit, 117 Cælum primum & terra prima
 abierunt, & locus nõ est inuētus illis: quia scilicet quod & finit, locum amittit. Sic & Da-
 uid, Opera manuum tuarum cæli, & ipsi peribunt. 118 Nam etsi mutabit illos velut optero-
 rium, & mutabuntur, sed mutari, perire est pristino statui, quæ dum mutantur, amittunt.
 119 Et stellæ quidem de cælo ruent, sicut fici arbor, quum valido commota vento acerba
 sua amittit. Montes verò tanquam cera liquefcent, à conspectu Domini. 120 Quum sur-
 rexerit, scilicet confringere terram. Sed & paludes, inquit, arefaciam. 121 Et quærent aqua,
 nec inuenient; 122 etiam mare Oceanus. Quæ omnia etsi alter putauerit spiritaliter inter-
 pretanda, non tamen poterit auferre veritatem ita futurorum, quomodo scripta sunt. Si
 quæ enim figuræ sunt, ex rebus consistentibus fiant necesse est, non ex vacantiis: quia
 nihil potest ad similitudinem de suo præstare, nisi sit ipsum quod tali similitudine præstet.
 C Reuertor igitur ad causam definientem omnia ex nihilo ædita, in nihilum peruentura. Ex
 æterno enim, id est ex materia, nihil Deus interibile fecisset, nec ex maioribus minoræ
 condidisset, cui magis congruat ex minoribus maiora producere, id est ex interibili æter-
 num: quod & carni nostræ pollicetur, cuius virtutes & potestates suas, hunc iam atrabo-
 nem, voluit in nobis collocasse, vt credamus etiam illum vniuersitatem ex nihilo velut
 emortuam, quæ scilicet non erat, in hoc vt esset, suscitasse. [123] De cetero verò statu ma-
 teriæ, etsi nõ est retractandum, prius enim erat vt eam esse constaret, tamen ac si constite-
 rit, persequendus est ordo: quo magis eam non esse constet, cuius nec reliquis status con-
 sistat, simul vt contrarietates suas agnoscat Hermogenes. Prima, inquit, facie videtur no-
 bis incorporalis esse materia: exquisita autem ratione recta, inuenitur neque corporalis,
 neque incorporalis. Quæ est ista ratio recta, quæ nihil rectè renuntiat, id est nihil conce-
 dit? Nisi fallor enim, omnis res aut corporalis aut incorporalis sit necesse est: (124 vt conce-
 dam interim esse aliquid incorporale de substantiis dumtaxat, cum ipsa substantia corpus
 sit rei cuiusque) certe post corporale & incorporale nihil tertium. Age nunc sit & tertium
 quod illa recta ratio Hermogeniana compererit, quæ neque corporalem neque incorpo-
 ralem materiam facit: vbi est, quale est, quid vocatur, quid describitur, quid intelligitur?
 Tantum hoc ratio renuntiauit, nec corporalem materiam nec incorporalem. [125] Sed xxxv.
 ecce contrarium subiicit, aut alia fortasse ratio ei occurrat, ex parte corporalem renuntias
 materiam, & ex parte incorporalem. Iam ergo ne neutrum sit, vtrumque materia censenda



est? Erit enim corporalis & incorporalis aduersus renuntiationem rectæ rationis illius planè rationem non reddentis sententiæ suæ, sicut nec alia reddit. Corporale enim materiæ, vult esse, de quo corpora edantur: incorporale verò, inconditum motum eius. Si enim, ait, corpus tantummodò esset, nihil ei incorporale appareret, id est motus. Si verò in totum incorporalis fuisset, nullum corpus ex ea fieret. ¹²⁵ Quanto hæc rectior ratio, nisi quòd si tam rectas lineas ducis Hermogenes quàm ratio ista, pictor te bardior nò est. Quis enim tibi concedit motum, in secundam partem substantiæ deputare: cum substantia res non sit, quia nec corporalis, sed accidens, si fortè substantiæ & corpori, vt actus, & pulsus, vt lapsus, vt casus, ita & motus. Nam siue à semetipso quid mouetur, actus eius est motus, certè pars substantiæ non est, sicut tu motum substantiam facis materiæ incorporalem. Omnia deniq; mouentur aut à semetipsis vt animalia, aut ab aliis ¹²⁷ vt animalia, tamè nec hominem, nec lapidem, & corporalem & incorporalem dicemus, quia & corpus habeat & motum, sed vnam omnibus formam solius corporalitatis, quæ substantiæ res est: si qua incorporalia eis adsunt, aut actus, aut passiones, aut officia, ¹²⁸ aut libidines eorum, non portiones deputamus. Quo ergo facit, portionem materiæ in motum disponere, qui non ad substantiã pertinet, sed ad substantiæ habitum? Quid enim si immobilem placuisset tibi inducere materiã, nunquid immobilitas secunda pars formæ videretur? Sic itaque nec motus. ¹²⁹ Sed de motu & alibi licebit. [¹³⁰ Nunc enim video te ad illam rursus rationem reuerti, quæ tibi nihil certi renuntiare consuevit. Nam si vt nec corporalem, nec incorporalem infert materiã, ita nec bonam nec malam adlegasset, proinde superargumētasset, E

Si enim, inquis, esset bona quæ semper hoc fuerat, non desideraret compositionem Dei: si esset natura mala, non accepisset translationem in melius: nec quicquam compositionis suæ adplicuisset illi Deus tali natura: Inuacuū enim laborasset. Verba hæc tua sunt: quorum te & alibi meminisse oportuerat, ne quid his contrarium inferres. ¹³¹ Sed quoniam de mali & boni ambiguitate super materiã in præteritis aliquid retractauimus, nunc ad præsentem, & solam propositionem & argumentationem tuam respondebo. Nec dicam, & hic te certum aliquid debuisse pronuntiasse: aut bona, aut mala, aut tertium aliquid: sed nec hic quod tibi libuit pronuntiasse, custodisse. Rescindis enim quod pronuntiaisti nec bonam nec malam: quia cum dicis, Si esset bona, nò desideraret componi à Deo, malam portendis: & cum adponis, Si esset mala natura, non admitteret in melius translationem, bonam substendis. Atque ita & boni & mali ad finem constituisti, quam nec bonam nec malam pronuntiaisti. Vt autem & argumentationem, qua putasti te propositionem tuam confirmaturum, retundam, oppono etiam illud, Si bona fuisset materia semper, quare nò desiderasset in melius reformari? Quod bonum non desiderat, aut non optat, aut non capit profectum, vt fiat de bono melius. ¹³² Equè si mala natura fuisset, quare non potuerit à Deo conuerti, vt à potentiore, vt ab eo qui lapidum quoque naturã conuertere valeat in filios Abraham? Nempè ergo non tantum comparas Dominum materiæ, sed & subiicis, à quo natura materiæ deuinci & edomari in melius non potuisset. Sed & quam hic non vis natura malam, alibi te confessum negabis. [¹³³ De situ materiæ id tracto, quod & de motu, vt peruersitatem tuã traducat. Subiacentem facis Deo materiã, & vtique locum illi qui sit infra Deum. In loco ergo materia. Si in loco, ergo intra locum: si intra locum, ergo determinatur à loco, intra quem est: si determinatur, habet lineam extremam, ¹³⁴ quam quantum propriè pictor, agnoscis finem esse omni rei cuius linea extrema est. Non ergo erit infinita materia, quæ dum in loco est, à loco determinatur, & dum determinatur ab illo, extrema eum linea patitur. At tu infinitã facis dicēs: Infinita est autem, eo quòd semper est. Et si qui discipulorum tuorum voluerit argumētari, quasi infinitam æuo, nò motu corporis intelligi velis: atquin corporaliter infinitam, corporaliter immensam, & incircumscriptam, sequētia ostendunt. Vnde, inquis, nec tota fabricatur, sed partes eius. Ad eò corpore infinita, non tempore est. ¹³⁴ Et obduceris, corpore eam infinitam faciens, cum locum ei adscribens, intra locum & extremam loci lineam includis. Sed tamen cur non totam eam formauerit Deus, nò scio, nisi quã aut inuoluitus, aut inuidus. Itaque dimidiū eius quæ nò tota formata sit quæro, vt qualis tota fuerit agnoscam. Debuerat enim Deus vt ¹³⁵ exemplarium antiquitatis ad gloriã operis palam fecisse. [¹³⁶ Sit nunc definitiua, sicut rectius tibi videtur, per demutationes suas & translationes: sit & comprehensibilis, vt quæ fabricatur, inquis, à Deo, quia & conuertibilis & demutabilis & dispartibilis. Demutationes enim eius, inquis, dispartibilem eam ostendunt. ¹³⁷ Et hic à lineis tuis excidisti, qui

A quibus circa personam Dei vsus es, præscribens Deum illam nò ex semetipso fecisse, quia in partes venire non posset qui sit æternus & manens in æuum, ac per hoc immutabilis & indiuisibilis. Si & materia eadem æternitate censetur, neque initium habes neque finem, eadem ratione non poterit pati disperitionem & demutationem, qua nec Deus. In æternitatis cõsortio posita, participet cum illo necesse est & vires, & leges, & cõditiones æternitatis. Atque cum dicis, Partes autem eius omnia simul ex omnibus habent, vt ex partibus totum dinoscatur: vtique eas partes intelligi vis, quæ ex illa prolatae sunt, quæ hodie videntur à nobis. Quomodo ergo omnia ex omnibus habent, vtique ex pristinis, quãdo quæ hodie videntur, aliter habeant quàm pristina fuerunt? [¹³⁸ Dicis in melius reformatam materiam, vtique de deterioribus: & vis meliora deteriorum exemplarium ferre. Confusa res erat, nunc verò composita est. Et vis ex compositis incomposita præberi. Nulla res speculum alterius rei, id est non cõqualis. ¹³⁹ Nemo se apud tonforem pro homine mulum infexit, nisi si qui putat in hac extructione mudi, dispositæ iam & comptæ, informem & incultam materiã respõdere. Quid hodie informe in mudo, quid retrò speciatum in materia, vt speculum sit mundus materiæ? Cum ornamentum nomine sit penes Græcos mundus, quomodo inornatæ materiæ imaginè refert, vt dicas totum eius ex partibus cognoscit? Certè ex illo toto erit etiam hoc quod non venit in deformationem. Et suprã ædidisti, non totam eam fabricatam. Igitur vel hoc rude & confusum & incompositum nò potest in expolitis & distinctis & compositis recognosci, quæ nec partes materiæ appellari conuenit, cum à forma eius ex mutatione diuisa recesserunt. [¹⁴⁰ Reuertor ad motum, vt ubique te lubricum ostendam. Inconditus, & confusus, & turbulentus fuit materiæ motus. Sic enim & ollæ vndique ebullientis similitudinem opponis. Et quomodo alibi alius à te adfirmatur? Cum enim vis materiã nec bonam nec malam inducere: Igitur, inquis, subiacens materia æqualis momenti habens motum, neque ad bonum, neque ad malum plurimum vergit. Si æqualis momenti, iam non turbulentus, nec cacabaceus, sed compositus, & temperatus, scilicet qui inter bonum & malum suo arbitrio agitur, in neutram tamen partem pronus & præceps, ¹⁴¹ mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. Hæc inquis non est, hæc turbulentia & passiuitas non est, sed moderatio, & modestia & iustitia motationis neutram in partem inclinantis. Planè si huc & illuc aut in alterum magis proclinarer, tunc in concinnitatis, & in æqualitatis, & turbulentia denotari mereretur. Porro si neque ad bonum, neque ad malum pronior erat motus, vtique inter bonum & malum agebatur: vt ex hoc quoque materiã determinabilem appareat, cuius motus nec malo nec bono pronus, eo quòd in neutrum vergebat, intra vtrumque ab vtroque pendebat, & hoc nomine ab vtroque determinabatur. Sed & bonum & malum in loco facis, cum dicis motum materiæ in neutrum eorum fuisse propensum. Materia enim quæ in loco erat, neq; huc neque illuc deuergens, in loca non deuergebat, in quibus erat bonum & malum. Dans autem locum bono & malo, corporalia ea facis, faciendo localia, quia quæ locum habent, prius est vt corporalia sint. Denique incorporalia proprium locum non habent, nisi in corpore, cum corpori accedunt. Ad bonum autem & malum non deuergente materia, vt aut corporalia aut localia non deuergebat. Bonum ergo & malum erras si substantias esse vis. Substantias enim facis quibus loca adsignas. Loca autem adsignas, cum materiæ motum ab vtraque regione suspendis. [¹⁴² Dispersisti omnia, ne de proximo quàm contraria sibi sint relucere. At ego colligam singula & conferam. Inconditum ad seueras motum materiæ, eamque adiicis sectari informitatem: dehinc alibi, desiderare componi à Deo. Desiderat formationem quæ sectatur informitatem, aut sectatur informitatem quæ desiderat formationem? Non vis videri Deum æquari materiæ: & subiicis, habere illam cum Deo communionem. Impossibile enim, inquis, non habentem illam cõmune aliquid cum Deo, ornari eam ab ipso, atquin si commune aliquid habebat cum Deo, non desiderabat exornari ab ipso, pars scilicet Dei per communionem. Aut & Deus poterat ornari à materia, habendo cum illa aliquid & ipse commune, & iam in hoc necessitati subiicis Deum, si fuit aliquid in materia propter quod eam formaret. Commune autem inter illos facis, quòd à semetipsis mouentur, & semper mouentur. Quid minus materiæ quàm Deo adscribis? Totum confortium diuinitatis hoc erit, libertas & æternitas motus. Sed Deus compositè, materia inconditè mouentur. Tamen diuinum proinde, motu proinde libero & æterno. Atquin plus materiæ das, cui licuit sic moueri quomodo Deo non licuit. [¹⁴³ De motu & illud notauerim. Nam secundum ollæ simi-

litudinem, sic erat, inquis, materiae motus, antequam disponeretur, concretus, inquietus, D
 inadprehensibilis praenimietate certaminis. Dehinc subiicit: Sterit autem in Dei com-
 positionem, & inadprehensibilem habuit inconditum motum, praetarditate inconditi
 motus.¹⁴⁷ Supra, certamen motui adscribis, hic tarditatem. Nam de natura materiae quo-
 ties cadas, accipe. Supra dicis: Si autem esset materia natura mala, non accepisset transla-
 tionem in melius: nec Deus aliquid compositionis accommodasset illi. Inuacuum enim
 laborasset. Finisti igitur duas sententias, nec materiam natura malam, nec naturam eius
 à Deo potuisse conuerti. Horum immemor, postea infers: At ubi accepit compositionem
 à Deo & ornata est, cessauit à natura. Si in bonum reformata est, utique de malo refor-
 mata est. Et si per compositionem Dei cessauit à natura mali, natura cessauit ergo, & mala
 fuit natura ante compositionem, & desinere potuit à natura post reformationem. [148 Sed
 & qualiter operatum facias Deum, sequitur ut ostendam. Planè à Philosophis recedis,
 sed tamen & à Prophetis.¹⁴⁹ Stoici enim volunt Deum sic per materiam decucurrisse,
 quomodo mel per fauos. At tu non, inquis, pertransiens illam facit mundum, sed solum-
 modò adparens & adpropinquans ei, sicut facit¹⁵⁰ qui decor solummodò adparens, &
 Magnes lapis solummodò adpropinquans. Quid simile Deus fabricans mundum, & dec-
 or vulnerans animum, aut Magnes adtrahens ferrum? Nam etsi adparuit Deus mate-
 riae, sed non vulnerauit illam quod decor animum: & si adpropinquauit, sed non cohaesit
 illi, quod Magnes ferro. Puta nunc exempla tua competere. Certè si adparendo & adpro-
 pinquando materiae, fecit ex illa Deus mundum, utique ex quo adparuit fecit, & ex quo E
 adpropinquauit. Ergo quando non fecerat retrò, nec adparuerat illi, nec adpropinqua-
 uerat. Et cui credibile est, Deum non adparuisse materiae, vel quà consubstantiali suae
 per aeternitatem: ab ea longè fuisse, quem credimus ubique esse, & ubique adparere?¹⁵¹ cui
 etiam inanimalia & incorporea laudes canunt apud Danielem. Quantus hic locus, in
 quo Deus à materia tantum distabat, ut neque adpareret, neque adpropinquaret ante
 mundi molitionem? credo peregrinatus est ad illam de longinquo, cum primùm ei voluit
 adparere & adpropinquare. [152 At enim Prophetæ & Apostoli non ita tradunt mun-
 dum à Deo factum, adparente solummodò & adpropinquante materiae, quia nec mate-
 riam vllam nominauerunt: sed primò Sophiam conditam, initium viarum in opera ipsius:
 dehinc & sermonem prolatum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil.
 Denique sermone eius caeli confirmati sunt,¹⁵⁴ & spiritu ipsius vniuersae virtutes eorum.
¹⁵⁵ Hic est Dei dextera, Dei & manus ambae per quas operatus est, atque molitus est. Ope-
 ra enim manuum tuarum, inquit, caeli:¹⁵⁶ per quas & mensus est terram, & palmo caelum.
 Noli ita Deo adulari, ut velis illum solo visu & solo accessu tot ac tantas substantias pro-
 tulisse, & non propriis viribus instituisse. Sic enim & Hieremias commendat: Deus facies
 terram¹⁵⁷ in valentia sua, parans orbem in intelligentia sua, & suo sensu extendit caelos.
¹⁵⁸ Hæ sunt vires eius, quibus enixus, totum hoc condidit. Maior est gloria eius, si labora-
 uit. Denique septima die requieuit ab operibus. Vtrumque suo more. Aut si adparens
 solummodò & adpropinquans fecit hunc mundum, nunquid cum facere desiit, rursus F
 adparere & adpropinquare cessauit? Atquin magis adparere cepit & ubique conueniri
 Deus, ex quo factus est mundus. Vides ergo quemadmodum operatione Deus vniuersa
 constituit, valentia facientis terram, intelligentia parantis orbem, & sensu extendentis
 caelum: non adparentis solummodò nec adpropinquantis, sed adhibentis tantos animi
 sui nifus, Sophiam, Valentiam, Sensum, Sermonem, Spiritum, Virtutem. Quæ illi non
 erant necessaria, ut adparendo tantummodò & adpropinquando profectus fuisset.¹⁵⁹ Hæc
 autem sunt inuisibilia eius, quæ secundum Apostolum ab institutione mundi factis eius
 conspiciuntur, non materiae nescio quæ, sed sensualia ipsius. Quis enim cognouit sensum
 Domini? De quo exclamat, ô profundum diuitiarum & Sophiæ,¹⁶⁰ ut ininuentibilia iu-
 dicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Quid hæc magis sapiunt, quàm ut ex nihilo omnia
 facta sunt? quæ nec inueniri nec inuestigari nisi solo Deo possent, alio qui inuestigabilia,
 si ex materia sunt inuestigata & inuenta. Igitur in quantum constitit materiam nullam
 fuisse, ex hoc etiam quod nec talem competat fuisse qualis inducitur, intantum probatur
 omnia à Deo ex nihilo facta, nisi quod Hermogenes eundem statum describendo mate-
 riae quo est ipse, inconditum, confusum, turbulentum, ancipitis & præcipitis & feruidi
 motus, documentum artis suæ dum ostendit, ipse se pinxit.

ADNO

503
 ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
 LIBRVM ADVERSVS HERMOGENEM.

ADVERSVS HERMOGENEM.]
 Essi Hermogenis in hæreticorum Cata-
 logo sub finem lib. de Præscrip. adu. hereti-
 cos non meminerit, ad hæresin tamen eius
 adludit, eiusdè lib. c. 7. in hæc verba: Et ubi
 Materia cum Deo equatur, Zenonis disciplina est;
 ubi quaedam luculentia ex Quintino descripsimus nu.
 43. & nominatum etiam eius meminit c. 30. Ceterum
 (inquit) & Nigidius nescio quis, & Hermogenes, &
 multi alij adhuc ambulant, peruercentes vias Dei.
 vnde videtur Nigidius ille eiusdem cum illo sectæ fuisse. si-
 cuti illic adnotauimus n. 177. Et verò iam dictam hæresin
 Hermogeni adscribit ca. 33. Idem (inquit) Apostolus,
 quem improbat elementis feruientes, aliquem
 Hermogenem offendit, qui Materiam non natam
 introducens, Deo non nato eam comparat. Eundem
 etiam errorem Marcioni impingens li. adu. eundem 5. c. pe-
 nult. Collocans (inquit) & cum Deo creatore Mate-
 riam de Particu Stoicorum. Meminit rursus in fr. à li.
 sequenti, verbis in Argumento citatis. Item libro de Ani-
 ma, libri mentionem faciens, De censu animæ aduersus
 Hermogenem, de quo plura T. A. inter Tertulliani Frag-
 menta. Rursus tacito nomine lib. de Resurr. carnis: Igitur
 confido Deum totum hoc ex nihilo protulisse, &
 Deum nostri fidendo, quod tantum Deus valcat.
 Nam & quidam infirmiores hoc prius credere vo-
 lunt, de Materia potius subiactenti ab illo vniuersi-
 tatem secundum Philosophos dedicatam. Denique
 etiam Tom. 5. lib. de Monogam. verbis max citandis cap. 1.
 num. 7. Quare saluatur Prateolus Catal. hæreson, dum
 Hermogenem facit Sabellij affectam, atque adeò non
 nisi Galieni imperatoris temporibus erupisse, quemadmo-
 dum etiam in eo quod Hermiam, à quo Hermiani, con-
 fundit cum Hermia Massalianorum hæreticorum duce:
 Hermiani (inquit Aug. her. 54.) ab Hermia, qui ele-
 mentorum Materiam, de qua factus est mundus, non à Deo
 factam dicunt: sed Deo coeternam. Quæ quum eadem planè
 sit hæresis, omnino putarim illic legendum: Hermogenia-
 ni ab Hermogene, ni postea etiam Hermogenem &
 Hermogenianos recenseret, qui Patripassianorum hæ-
 resin sint secuti. Verum quid obstat duos hæreticos eodem
 dici vocatos nomine, maxime quum conformiter Auctori
 nostro scribat Theodoretus hæret. fab. lib. 1. Hermoge-
 nes (inquit) ex subiecta Materia, & congenia dicit
 Deum omnia fabricatum. Existimabat enim solidus fieri
 non posse, ut Deus vniuersorum ex iis quæ non sunt fabri-
 caret; ita enim lego, pro: fabricaretur. Vbi etiam addit: Is
 dicebat corpus Domini in sole esse repositum: Diabolum au-
 tem & Demones esse in Materiam resundendos. Theo-
 philus Antiochenus Episcopus scripsit in eum, & similiter
 Origenes. Quod ipsum de Theophili libro adu. hæresin Her-
 mogenis adrestatur B. Hier. Catal. Script. Eccl. quem adeò
 Auctorem imitatum esse verisimile est. Item Origenes ea
 de re fragmentum habetur apud Eusebium loco infra citato.
 Quid? quod B. Iffidorus Eymol. lib. 8. cap. 5. Rabanus
 lib. 2. Instit. cleric. cap. 58. & post eos Gratianus Can.
 Quidam autem 2. 4. qu. 3. Hermogeniani (inquit)
 ab Hermogene vocati, qui Materiam non natam in-
 troducens, & c. verbis ipsius Auctoris videntes paulo prius
 citatis ex lib. de Præscrip. hæret. cap. 33. apud quos in-

terims legere oportet cum Tertulliano: & Deum adse-
 ruit, pro eo quod irreperat: Deam. Quibus consen-
 tit etiam Honorius li. de her. Hermogeniani (inquit) ab
 Hermogene quodam vocati. Hæc Materiam mundi Deo
 equalem faciunt. Quo fit ut legendum esse putem apud Phi-
 lastrium li. de her. in hunc modum: Hermogeniani ab
 Hermogene, qui fuerunt in Africa, qui & ita sentientes
 abiecti sunt ab Ecclesia Catholica. Est & hæc Vanitas Ga-
 latarum Seleuci & Hermia hæreticorum; qui quum voluit
 Deum esse corporeum, Eylem etiam, id est, Materiam mun-
 di coeternam esse cum Deo adserant. Eiusdem interim hæ-
 reseos sectatorem fuisse Sabellium non solum ex Philastro
 & Augustino patet, sed etiam Eusebio de Prepar. Euang.
 lib. 7. ubi contra Sabellium de Materia non ingenta, &
 quod causa malorum non sit, c. 8. & 9. disputat, atque adeò
 ad intellectum huius libri facit, ut postea suis quibusdam lo-
 cis adnotabimus, sicuti & ex Epiphano quaedam, hæ. 66.
 Qui Maneti Manicheorum principi eundem errorem ad-
 scribit, quem admodum etiam Gregorius Nyssenus lib. de
 Homine. Auctor infra c. 2. 5. hos vocat: Materianos hæ-
 reticos, contra quos etiam agit Lactanti. diuin. Instit. li. 2. c.
 9. cuius verba adferemus infra, partim ad illud c. 1. n. 10. A
 Christianis conuersus ad Philosophos, partim ad
 illud c. 8. n. 32. Patriarchæ hæreticorum Philosophi.
 Ceterum antequam in hæresin incidere, pictorem fuisse
 Hermogenem infra demonstrabitur ex Auctore num. 6.
 C A P. I.

2. Solemus hæreticis compendij gratia de po-
 steritate præscribere, & c.] Primum hoc caput inscripsi-
 mus: Quod nouella sit pictoris Hermogenis hære-
 sis de Materia Deo coeterna. Aiqui præscriptio-
 nem aduersus hæreses de nouitate esse quam optima-
 late deduxit Auctor supra eiusdem tituli & argumen-
 ti libro, maxime nu. 1. & 182. & totis capitibus 29. 30.
 ac 31. Adludit hic ad scripturas easdem de prænumeriis
 hæresibus, quæ ibi citatæ sunt c. 4. Matth. 7. ac 24. 1. Cor.
 11. 2. Cor. 11. & 1. Ioann. 2.
 3. Hermogenis autem doctrina tam nouella est,
 & c.] Hinc patet vixisse Hermogenem ætate Tertullia-
 ni, quod addat; ad hodiernum homo in sæculo.
 4. natura quoque hæreticus etiam turbulentus.]
 Hoc adnotati dignum, quod iam tum adseratur hæreti-
 cus natura turbulentus: quod, pro dolor, exemplis quàm
 manifestis plus satis hodie experimur.
 5. qui loquacitatem, facundiam existimet, & c.]
 Locum hunc his verbis citat B. Hieron. lib. adu. Helu-
 dium: Homo (inquit) turbulentus. Qui, ut ille ait
 (Tertullianum haud dubie significans, quem admodum me-
 iam nuper monuit Dn. Harrisus) loquacitatem facun-
 diam existimat, & maledicere omnibus, bonæ con-
 scientiæ signum arbitrat.
 6. Præterea pingit licitè.] Hermogenes iste (in-
 quit Rhen.) Africanus, arte pictor erat. Nec verò probi-
 bitum vsquam pingere, si obscena ignominiosaque excipias.
 hoc est ergo quod dicit: pingit licitè. Qui item illud quod
 mox sequitur: in artem contemnit, sic interpretat-
 tur. Nam (inquit) pictoriam deseruit, quæ ars ex se ma-
 la non est. Præcipit autem lex Dei, ut labore manuum viuam-
 mus. Ceterum maluit otiosus esse seductor populi, quàm pi-
 ctor. Eodè pertinenti quæ habet infra Auctor c. 2. hanc pri-
 V u

manu umbram planè sine lumine pessimus pictor colorauit. & cap. 33. Sed dum illum Hermogenes inter colores suos inuenit & cap. 36. nisi quod si tam rectas lineas ducis Hermogenes, quam ratio ista, pictor te bardior non est. & cap. 38. quam, quantum propriè pictor, agnoscis. Eodem etiam adludat lib. 1. adu. Marc. quum dicit: & pictoria licentia, de duobus Deis agens.

7. nubis aspidue, &c.] Videitur (inquit Rhenanus) Hermogenes non solum Polygamiam defendisse, sed dimissis aut mortuis uxoribus noua superducta matrimonium sepius repetisse. Tertullianus autem adeo sauius castitatis, ut Cataphrygarum tandem secutus delirium, secundas nuptias contra Apostolum Paulum damnarit, quæ res fecit, ut ipse postea abiectus sit extra consortium Ecclesiæ. Vnde & addit: Legem Dei in libidinem defendit, propter iteratas sepius nuptias, quod negabat fieri Tertullianus. item: totus adulter & pradicacionis & carnis. rursus: nubentium contagio fœtet. Vbi nubentes (inquit idem) appellat iteratos nuptiarum sine polygamias, à quibus stetit, cum ex emplo, tum doctrina Hermogenes. Tertulliano Monogamia placebat. Sed Auctor opusculi de Bono didicit ad Julianam, quod inter lucubraciones D. Aurelij Augustini legiunt, oppido quam sanctè inquit: Nec contra humane verecundie sensum audeo dicere, ut quoties voluerit, uiris mortuis nubat femina; nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ auctoritatem quamlibet nuptias audeo condemnare. Et præcedit: Nec ipsam tam maritorum mulierem illa sua sententia significatione damnauit. Loquitur de Christo, qui locus est apud Matth. cap. 22. Eodem perinet quod legitur infra Tom. 5. lib. de Monogam. Sed Hermogenem aliquem plures solitum mulieres ducere, quam pingere. Verum de hoc Auctoris primum errore, deinde hæresis, latius in Prolegomenis.

8. & cauterio & stylo.] Hæretici namque (inquit Rhenanus) multa delenti erudiuntque, deprauantes sacram scripturam violentis & coactis interpretationibus. Prodit Irenæus, morem fuisse Gnostici, ut discipulos suos cauterio signarent in aure dextra. idque Roma sub Aniceto Marcellinam huius impietatis alumnam factitasse. An idem obseruauit Hermogenes, nescio. Cauterij quo sacra scriptura raditur, peruertiturque, in præcedentibus libris meminit.

9. nec ipse Apostolicus Hermogenes, &c.] Paulinum (inquit idem) Hermogenem intelligit, cuius sit mentio Epistol. ad Timotheum posteriore. Sic enim Græcè scribit: διδως τῆτο, ὅτι ἀπεροφουσαν με πᾶντες ὅι ἐν τῆ ἀσσία, ὅν ἐσι φύγελλος καὶ ἐρμωγενεσιδ ἐστὶ: Nosti hoc, quod auersati fuerint me omnes qui sunt in Asia, quorum est Phygellus & Hermogenes. De quo vide supra lib. de Præscr. cap. 3. num. 19. & cap. 46. num. 300. Atqui M.S. Vatic. paulopost legit: Christum Dominum non alium videtur agnoscere, pro: cognoscere, omisso aliter; in illo perinde est quod sequaris, at: aliter retinendum censo.

10. A Christianis enim conuersus ad Philosophos, &c.] Huc pertinet illud Lactant. loco supra citato num. 1. Poëtis facile est respondere, potestatem Dei non intelligentibus, quem credunt nihil efficere posse nisi ex materia subiacente. In quo errore etiam Philosophi fuerunt, & inter eos Cicero de Nat. Deorum disputans.

11. in Academiam & Porticum.] Similiter Auctor infra li. de Anima: Academicis & Porticibus Atticis. Eodem adludat etiam supra lib. de Præscr. ad-

uers. hæret. cap. 7. quum inquit: Quid Academia & Ecclesiæ; & mox: Nostra institutio de Porticu Salomonis est. Vbi vide adnotat. Quintini de Stoic Porticu Stoicorum latius num. 51. Hic sufficiat quod ibidem paulopost subiicit Lactantius: Sed concedamus hoc more & instituto Academicorum, ut liceat hominibus valde liberis dicere & sentire quæ velint. Eodem pertinet quod sequitur: à Stoicis, & quod supra citauimus num. 1. de porticu Stoicorum. Addit verò & Rhenanus B. Augustini verba lib. 20. contra Faustum, de Hyle: In hoc (inquit) errant quidam Gentilium, quod eam tanquam coeternam Deo coniungunt, ut hæc ab illo non sit, quamuis ab illo formetur. Eodem pertinet illud Auctoris li. sequenti adu. Valent. m. 15. Age nunc discant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse, unde Materia, quam innatam volunt, & originem & substantiam traxerit in omnem hanc struem mundi. & cap. 24. Materiæ illius scilicet Philosophica.

CAP. II.

12. Hanc primam umbram planè sine lumine, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod dicat Hermogenes Deum neque ex seipso cuncta facere potuisse, neque ex nihilo. Cuius verba alii literis hic & ubique excudi iussimus, aut saltem cum nota, ut in margine. Porro de Troueriali formula umbram sine lumine colorare, inter Prolegomena latius.

13. qui non eius fuerit conditionis.] Ità rectè castigauit Latinus, pro: fuerit. Est autem phrasis Tertullianica; indignum sibi.

CAP. III.

14. Adicit & aliud: Deum semper Deum etiam Dominum fuisse, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod est Deum semper, non tamen Dominum semper fuerit, sed postquam creaturam aliquam, cui dominaretur, condidit. Sunt autem & hic verba Hermogenis, usque ad illud: Hanc coniecturam, &c.

15. Fuit autem tempus, quum & delictum & filius non fuit, &c.] Causi locum hunc legendum adnotauit etiam Latinus, unde fortassis Arriani occasione sua hæresis sumperunt. Verum de hoc errore Auctoris inter Prolegomena. Hoc addidisse sufficiat, rectius & cum Catholica Ecclesiâ consentire librum infra de Trinitate T. 5.

16. Nauiter scriptura nobis patrocinauit, &c.] Nauus, teste Festo, celer & strenuus, à nauium uelocitate dictus; hinc nauiter, pro strenuè. Rectè autem adnotat Rhenanus quod ad illa verba: nominat, ponit, adiunxit subaudiatur scriptura.

17. Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus.] Referuntur hæc ad diuersa membra cap. 1. Gen. Vbi frequenter legitur: & dixit Deus, ac: & vidit Deus; sed aliquoties dumtaxat: & fecit Deus; nusquam autem Dominus, ut rectè adnotauit Auctor.

18. Et accepit Deus Dominum hominem, &c.] Verum quidem est, quod adnotat Auctor, Dominum non vocari Deum, nisi ubi vniuersa perfecit, ipsumque vel maximè hominem. Sed etiam ante scripturam hic uisat, statim initio 2. c. non enim pluerat Dominus Deus, & Et plantauit Dominus Deum paradysum; tum verò demum istud: Et accepit Dominus Deus hominem.

19. quorum Hermogenes extrema linea est, &c.] Quum Tertullianus (inquit Rhenanus) Hermogenem hic vocat non intelligentium extremam lineam, imperitiss. accipe, quem admodum latius id produ-

cemus

cemus Prolegomenis nostris inter Proverbia: Simul tacite adludat ad artem Hermogenis penicillo lineas ducere soliti; erat enim pictor. Sic infra cap. 38. Si in loco (inquit) ergo intra locum; si intra locum, ergo determinatur à loco intra quem est; si determinatur, habet lineam extremam, quam, quantum propriè pictor, agnoscis finem esse omni rei, cuius linea extrema est. & quæ sequuntur. In libro adu. Præscan vocat Deum, extremam lineam vniuersitatis.

20. & quidem ex penu etiam illius.] Sic partim ex castigatione Latinij, partim ex Vatic. cod. pro: ex penitentia illius, quod corruptissime antea lectum etiam Rhenanus adnotauit: qui proinde coniciebat legendum: exorbitantia, aut: repetentia, sive reciprocantia, aut denique: euenientia, seu: euentitia. Verum illud rectius Latinus. Est autem quantum apparet, adhuc corruptum: non habui rem quod erat, nemini seruiens; neque enim aliter habet Vatic. cod. nisi quod legit: ideòque nemini seruiens. Etiam sequentia obscura sunt, quibus mederi ex MS. cod. non licuit, quod in itinere Romano perierit integer huius libri terminus.

CAP. IIII.

21. Hinc denique incipiam de Materia retractare, &c.] Titulum huic capiti fecimus: Quod Materia Deo coeterna esse non possit. Quod ipsum etiam peculiariter tractat Euseb. de Præp. Euang. lib. 7. cap. 8. ex Dionysio Alexand. adu. Sabell. Origene adu. Hermogenem Philone Iudæo, & Maximo quodam. Similiter Lactantius loco supra citato. Legi autem: sine fine propositam pro: propolitam.

22. Nam et si sunt qui dicuntur Dei, &c.] Legimus: Dei, pro: Dij, & hic, & mox: & cap. sequi. (iuxta quod etiam alibi adnotauimus legendum ubique apud Auctorem ex lib. 5. adu. Marc. ubi illud 1. Cor. 8. citat. Rectius autem hic: siue in cælo, siue in terra, quod legitur additiones Græcæ, Latina, Syriaca, quam quod ibi est: siue in cælis, siue in terris.

CAP. V.

23. Sed Deus, Deus est, & Materia; Materia, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod materiæ eadem adscibat quæ Deo. Sunt autem iterum hæc verba Hermogenis, ubi etiam ante me adnotauit Latinus; cum quo & hic & alibi semper legendum censo: auctor, auctrix, auctores, & auctoritas, pro eo quod hætenus legitur: autor, autrix, auctores & autoritas. Sunt autem iterum illa verba Hermogenis: Nū statim materiam, &c. in plenitudinem comparationis? Vbi interrogationis nota adicienda est. & iterum: Vel qua, inquit, & sic habente, &c. Item: ergo (inquis) nec nos habemus aliquod Dei.

24. Stetit Deus in Ecclesia Deorum.] Similiter initium hoc Psalmi 81. citat infra lib. 1. adu. Marc. & lib. adu. Præscan, pro eo quod & Græcè & Latine 70. in synagoga (quomodo etiam B. Cyprian. li. 2. Teostimon. adu. Iudæos, cap. 6. Verum voces Hebrææ & Chaldaica simpliciter centum significant. Pro congregatione itaque Ecclesiæ hic ab Auctore accipitur, sicuti etiam supra lib. de Spectac. cap. 25. quum dicit: in Ecclesiam diaboli tendere.

CAP. VI.

25. Dicit saluum Deo esse, ut & solus sit, &c.] Dedimus huic capiti titulum: Quod saluo itaru Materiæ Deus solus & primus omnium auctor dici non possit. Sunt autem etiam hic verba Hermogenis.

26. Ego quidem Deus, contestabitur Deus, &c.] Omnino sic legendum, pro: Ille quidem, nullo sensu, ut correspondeat scriptura loco Isai. 45. Vbi iurauit Deus per semetipsum, quod alius non sit qualis ipse est. Sic enim ibi legitur: Ego sum Deus, & non est alius præter me. Per memetipsum iuro. Latius autem de iuramento Dei infra Auctor lib. 2. adu. Marc. quasi per illud ipsum significet non esse alium, qualis ipse est, quod per semetipsum iurauit. Hæc etiam omnia repetit, & pulchrè explicat infra lib. adu. Præscan.

27. Dicit Deus: Ego primus.] Ter istud habet apud Isaiam cap. 41. 44. & 48. in hæc verba: Ego primus & nouissimus. Illud autem; Extendi cælum solus, secundum 70. reperitur Isai. 44. ubi editio ex Hebræo habet: Extendens, cui præmittitur: Ego Dominus complens aut faciens omnia. Ad quod etiam adludat hic auctor, quum Deum omnium auctorem dicit.

CAP. VII.

28. Si minorem & inferiorem Materiam Deo, &c.] Inscripsimus caput istud: Quod minor & inferior Deo Materia esse non possit, si æterna sit. Quod ipsum iterum repetit cap. 11. Adludere autem Auctorem ad verba Hermogenis manifestum est. Atqui simile est illud Lactantij ubi supra, à contrario sensu: Materia verò semper fuisse non potest, quia mutationem non caperet, si semper fuisset. Ita enim lego, addita voce: semper.

29. Neque enim proximi etiam opinioibus Nationum, &c.] Quod nationes, siquando Deum coguntur confiteri, tamen & alios infra illum volunt, his verbis indicauit Auctor supra Apolog. cap. 11. Imprimis quidem necesse est concedatis esse aliquem sublimiorem Deum, & mancipem quendam diuinitatis, qui ex hominibus Deos fecerit. Item ca.

24. Nonne conceditis de æstimatione communi aliquem esse sublimiorem & potentiorum velut principem mundi, perfectæ peritiæ & maiestatis? Nam & sic plerique disponunt diuinitatem, ut imperium summæ dominationis esse penes vnum, officia eius penes multos velint. Vt Plato Iouem magnum in cælo, comitatum exercitu describit Deorum pariter & dæmonum. Vbi vide Adnot. nostras num. 373. ac 374. Eodem adludat quum dicit infra li. 2. adu. Marc. Si enim Deus, & quidem sublimior.

CAP. VIII.

30. Atquin etiam præponit illam Deo, &c.] Titulum dedimus huic capiti: Quod etiam præponat Materiam Deo.

31. de cuius vitur.] Defectiua (inquit Rhenanus) locutio; subaudiatur rebus, aut aliquid simile. Huiusmodi formula sermonis etiam in aliis libris vsus est aduersus Marc. lib. 5. Sin in creatoris (inquit) accipitur, eodem libro: Et à nostræ (inquit) partis possit opponi. rursus mox sequitur: Non minor est eo de cuius vitur. Græcorum est imitatio. Paulopost citat Latinus legendum: sed ubi de se Deo præstitit; verum placet vulgata lectio: sed eguisse Deo præstitit, eo quod paulopræ præcesserit: Deus subiectus Materiæ videtur, cuius substantiæ eguit.

32. & hæreticorum Patriarchæ Philosophi.] Ex professo istud tractatum habet supra ab Auctore lib. de Præscription. adu. hæret. toto 7. cap. Vbi vide Adnot. nostras nu. 36. Et dumtaxat addam, quod habet Rhenanus.

V u ij

nan. In Epistola (inquit) ad Ctesiphontem hunc Tertullia- ni locum citat D. Hieronymus. Idem in Nahum Prophe- tam exponens illud: Exiliuit quasi atelabus. Omnia enim (inquit) dogmata eorum (loquuntur de hereticis) quum fri- geant, & volare non possunt, sedem sibi & requiem inter Aristotelis & Chrysippi spineta reperiunt. Aliqui quod Philosophorum fuerit haec haeresis, praeterquam quod supra docuimus num. 10. & 11. etiam Platonis opinionem fuisse, quod duo rerum principia posuerit, Materiam unum, & alterum Deum, patet ex Laertii in vita eius, his verbis: Δύο δὲ τῶν πάλαι ἀπέφηνεν ἀρχαίς, θεὸν καὶ ἄλλω; contra quem disputat Lactantius ubi supra, docens non posse constitui duo principia aeterna: & refutantur etiam ab Epiph. her. 66. adu. Manichaeos.

C A P. IX.

33. Non potest dicere Deum vt Dominum Materia vsum, &c.] Huic capiti titulum fecimus: Quod si de Materia Deus mundum creauit, id non domino fecerit, sed precario aut vi.

34. Sed precario forsitan vltus est.] Quid sit precario vti, explicat, quum subdit: & ideo precario, non dominio. Ad cuius maiorem declarationem facit quod paulopost additur: His enim tribus modis aliena sumuntur, iure, beneficio, impetu, id est: dominio, precario, vi. Quibus verbis significat precarium idem esse quod beneficium, id est (iuxta Plinium lib. 43. ff. De precario) quod precibus petenti vtendum conceditur, tamdiu quam is qui concessit, patitur. Recte itaque adnotauit Rhenanus: Precario, dominio, vi, sumere aliena, verba esse iureconsultorum, & proinde Legum ciuiliu peritiam in Tertulliano permagnam fuisse frequenter ostendi.

C A P. X.

35. Nonne etiam si Materia optima fuisset, &c.] Inscriptionem hanc huius capiti datus: Quod proinde Deus mali aur auctor, aut adfentator dici debet. Cui simile est illud Eusebii lib. de Prepar. Euang. cap. 9. Ostendam (inquit) non esse possibile, quin malorum Deus auctor sit, si Materia ei aliunde ad creandum subicitur. Legimus autem paulopost cum Latini & Rhenano: fauce satis, si ita gloriae suae, addita recens particula. si. Porro sunt iterum illa verba Hermogenis: Ergo (inquit) ex nihilo, &c.

36. bona fide.] Id dixit (inquit Rhenan.) pro seruo, siue profecto. Q. D. nihil mentior. Sic aduersus Valentianum cap. 1. Si (inquit) bona fide queras, concreto vultu, suspensio supercilio, Aleum est, aiunt.

37. sed adfentator mali.] Adfentari (inquit idem) etiam in libris superioribus, pro assentire siue consentire dixit. Adfentator itaque hic dicitur, qui mox assertor mali, & amicus mali; ubi autem, qui malum Materiae tanto sustinuit, puto aduerbialiter legendum tardo.

38. Aut enim potuit emendare, sed noluit, &c.] Tardem pene verba ubi supra Eusebius: Cur igitur malus qualitates reliquit: Virum qui euellere noluit, aut quia non potuit? Nam si noluit & potuit, necesse tibi erit causam malorum Deo adtribuere, qui mutatione mundum creans, non destruxit neque mutauit in melius mala cum potuerit. Nec poterit si ita opinaris, Deum non culpae, qui malignitatem Materiae non abstulit quum posset, sed ad perniciem creaturarum reliquit.

C A P. XI.

39. Et tamen vnde nobis persuadet Hermogenes malam esse Materiam? &c.] Titulum dedimus huic capiti: Quod Materia mala esse non possit si

aeterna, aut si aeternum esse malum possit, proinde sit insuperabile. Prius autem membrum late eius deducit ubi supra Eusebius, quamquam paulo alius argu- mentis, sicut etiam partim Epiphanius aduersus Manichaeos.

40. vt aliis coaeterno inferius deputeretur.] Inferius cum Datino adnotat Rhenan. etiam vsitatum Plinio lib. 4. cap. 13. Inuorsus vero (inquit) nulli inferius nobilitate, Hercynium iugum praetenditur.

41. Immo & iudicium frustra constituit Deus, &c.] Quum frequentiss. scriptura meminerit iudicii Dei, videtur tamen proprie adludere ad Matth. ca. 25. quum sequantur illae verba, quae preparauit illi Deus & angelis eius. Sunt autem verba illa obscuriss. quibus contra malum finis, quibus mederi non licuit, quod hic adhibet deest ternio Variarum lectionum Vaticanis codicis.

42. prius in puteum abyssi relegatus.] Adludit ad illud Apocal. 20. Et adprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum, siue relegauit (ubi hic Auctor loquitur) in abyssum, siue secundum Auctorem: in puteum abyssi. Nisi malis quis referre ad illud eiusdem capitis: & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis.

43. quum reuelatio filiorum Dei, &c.] Hic illum locum respicit Rom. 8. Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subiecta est, non volens. Quam enim interpret Latini creaturam, Tertullianus, conditionem vocat suo more, non aliter atque dixit supra Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 6. vniuersam conditionem inuitam vanitati succedisse. Vbi & alios similes locos eius videre est num. 59. quae pertinet & illud quod sequitur: & integritate conditionis. Hic autem paraphrasticis locum illum egregie quasi aliud agens explicat.

44. pecora condixerint bestiis.] Recte adnotauit Latinius citari hic ab Auctore illud Isai. 11. Lupus cum agno & pardus simul accubabit cum haedo, & vitulus & leo & taurus simul pascentur, &c. Agnum etiam, haedum, vitulum, taurum, & bouem, pecora vocat Auctor; Lupum vero, pardum, leonem, & vrsu, bestias. vt condixerint (nam coniectura: conuixerint, non placet) accipiat pro societatem interint. Nam similiter infra lib. 1. aduersus Marc. (quamquam paulo aliter interpretetur perperam Rhenan.) dixit Auctor de Paulo & reliquis Apostolis: dexteras iunxerant, & ipsa officij distributione de Euangelij societate condixerunt; nec absimiliter li. adu. Praxean, condicente etiam scriptura, hoc est (vel ipso Rhenano teste) consensiente scriptura. Aliter interim acceptum est supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. Vti illic ex Rhenano diximus num. 139.

45. & paruuli de serpentibus luserint.] Pertinet hoc ad illud eiusdem capitis: Et puer paruulus in cavernam aspidum, &c. manum immittet. Vbi tamen videtur legisse aliquid amplius quam hodie Graec legatur, & magis consentire cum Hebr. & Hieron. ac Chaldaica interpretatione, quae legit: Et delectabitur paruulus super foramine aspidum.

C A P. XII.

46. Age nunc malam ac pessimam credamus esse Materiam, &c.] Titulo hoc caput insigniuimus. Quod si mala creditur Materia, oporteat esse demutabilem, & proinde non aeternam, quum Deus omnia bona fecerit.

47. Ergo

C A P. XVII.

47. Ergo de lapidibus filij Abrahæ non fuscitantur, &c.] Obiectio hac aut ipsius Hermogenis est, aut alicuius Hermogeniani. Sumptum est autem paraphrasticis ex cap. 3. Matth. ordine inmutato. Nam prius ibi iubentur: Genimina viperarum facere poenitentiae fructum, & filij iræ fugere ab ira ventura; ac postremo additur: Potens est Deus de lapidibus fuscitare filios Abrahæ.

48. Et vidit Deus quia bona, & benedixit ea Deus.] Ad verbum sic transfuit ex editione 70. Vbi de creatis animalibus agit. nam Graec legitur: ἔτι καὶ ἀδὲ, pro eo quod B. Hieron. ex Hebraeo, & Chaldaea paraphrasis: quia bonum. Eodem adludit infra li. 2. adu. Marc. his verbis: Sic & benedicebat quæ bene faciebat. Similiter vero argumentum simile Manichæi dissoluit, & Latinius, Epiph. ubi supra, qui interim maxime vrges postremum illud eiusdem cap. Et vidit Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: cum addisamento (inquit) Vocis valde, quod ipsum repetitur Eccl. 39. Legimus autem iuxta morem Tertullianicum: quæ optima, & quæ mala, pro eo quod erat vtrouique: quasi.

C A P. XIII.

49. Et quaeretur, quomodo ex ea bona facta sint, &c.] Caput hoc hanc sortitur inscriptionem: Quod si nulla demutatio fiat in Materia, oportuisse illam boni & mali capacem esse. Vtiur autem etiam Praxteolus argumento illius scripturae: Non potest arbor bona fructus malos facere, adu. Hermiam, nescio ex quo Auctore.

C A P. XIII.

50. Per quod probabitur manifestè Materiæ decessisse, &c.] Hic non solum noua periodus, sed & nouum caput incipiendum hoc titulo: Quod proinde Deus Materiæ decesserit, ex ea proferens etiam mala. Quare recte adnotauit Rhenanus illud: decessisse dicitur a decessuendo, non a deserendo.

51. quàm pusillitas competit.] Duas voces has Tertulliano etiam alibi vsitatis recte adnotauit Latinius. Quam enim frequentissimè pro potius quam accipitur, & pusillitas lib. 2. adu. Marc. An hæc sint (inquit) pusillitates, ac lib. 4. ad Helicæi pusillitatem.

C A P. XV.

52. Porro si bonum neque ex Materia factum est, &c.] Inscripsimus hoc caput: Quod si bonum ex nihilo factum probetur, consequenter etiam malum. Recte autem adnotauit ad marginem Rhenanus phrasin Tertullianicam: expugnare argumentationes.

C A P. XVI.

53. Igitur in praestruccione huius articuli & alibi forsitan retractandi, &c.] Titulum huic capiti datus. Quod aut Deo adscribendum bonum & malum, aut Materiæ, aut alterum alteri. Atque de Vocibus Auctori vsitatis: praestruere, & retractare, pro tractare, alibi latius, & de posteriori infra li. adu. Praxean.

54. mali ac boni adfines.] Ad finis (inquit Rhen.) cum Genitino, vt alibi compluribus locis. Similiter infra cap. 29. ad finis eius caro nostra.

55. per substantiaæ suggestum.] Sic (inquit Rhenan.) lib. de Carne Christi cap. 16. Et venturam (inquit) inde suggestu paternæ claritatis pradicemus. Nos vero etiam alicubi supra similes locos adnotauimus. Non aliter dixit infra cap. 31. habentes utique suggestus suos propios, & Suggestus autem cæli & terræ, id est, ornatus.

56. Vnici Dei status hanc regulam vindicat, &c.] Tractatur hoc capite: Quod repugnet Hermogenis sententia cum vnici Dei statu, qui fecit omnia solus.

57. Quis cognouit sensum Domini, &c.] Locus hic partim reperitur [Isai. 40. partim Rom. 1. i. more Apostoli Pauli, qui prima quæ hic habentur verba; ex Isaiâ desumpsit, posteriora autem illa: Quis prior dedit illi (siue vt hic habet Auctor) quis tradidit, & retribuetur ei: aliunde. Deinde etiam in hoc illum imitatur Tertull. quod non hic modo, sed & alibi frequenter quadam omittat, alia ponens, sicuti 1. Cor. 2. omittitur illud intermedium: aut quis consiliarius eius fuit? & additur quod praetermissum est & hic, & Rom. 11. aut quis intruxit illum. Immo infra initio lib. 2. aduers. Marc. omnia hac Apostolo adtribuit, quia potiore habet partem, quum tamen illud: aut viam intellectus & scientiæ quis demonstrauit illi: solum habet Isaias apud quem tamen 70. non habent illud: scientiæ, cuius mentio in Hebræo. Quod semel adnotasse sufficiat. Atque: sensum & Auctore, tum hic tum infra lib. 2. & 5. adu. Marc. ac adu. Praxean, & interpres nofter, epistolarum Pauli accipiunt pro: mente, sicuti vulgatus 70. interpres vertit ad verbum Vocem Graecam: νόον, quæ tribus illis locis reperitur. Vertit etiam (vbi adnotauit Rhenan.) nofter Auctor consultatus est. Deponens aliter, pro: consuluit, quod alij verterunt, & ad quem consuluit, sicuti ipse legit dicto lib. 2. adu. Marc.

C A P. XVIII.

58. Si necessaria est Deo Materia, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: Quod nemo Deo cooperari potuerit nisi Sophia eius & sermo eius, id est: filius Dei, cui Hermogenes Materiam perperam praeponeit. Est autem planè simili huic locus infra lib. aduersus Praxean, ubi plerisque eisdem scripturas citat.

59. Hæc denique sola cognouit sensum Domini, &c.] Hic citat Auctor dictum locum Apostoli 1. Cor. 2. immutato tamen verborum ordine. Etiam multo prius ibi legitur, quod hic sequitur: Quis enim scit quæ sunt Dei, & quæ in ipso, nisi spiritus qui in ipso: aut saltem illud cuius hic paraphrasin reddidit Auctor: Et quæ Dei sunt, nemo nouit nisi spiritus Dei; legens ex praecedenti commate, quod etiam subauditur: nisi spiritus qui in ipso; non (inquit aduersus Praxean) qui extra ipsum est.

60. Quum pararet cælum (inquit) aderam illi, &c.] Scripta sunt hæc Prou. 8. & citantur etiam ab Irenæo li. 4. c. 37. sed paulo aliter ab Auctore translata, tum hic, tum li. adu. Praxean infra, quam hodie & Graec & Latine apud 70. existant. Primum videtur non legisse συμπαράλλω, quod transfertur: simul aderam, pro quo Irenæus: cum illo aderam, quum ipse solum legat conformiter B. Hieronym. aderam, tum hic tum infra lib. aduersus Praxean. Deinde mittit quod illic est Graec & Latine: quanda secernebat sedem suam super ventos, pro quo per patentem hic est diuina: super ventos. Eleganter autem transfert: & cum fortia faciebat, quæ iursum nubila, pro eo quod Latinus 70. interpres: quado fortes faciebat quæ supra nubes: nã vox: νέφιν, nubila æquè significat atque nubes. Omnino etiam legimus: & cum firmos siue tutos, vt infra, ponebat fontes eius quæ sub cælo est (nempe aqua, siue abyssi, vt Irenæus) ad verbum

ex Græco, pro quo mendosissimè irrepserat: montes, maxime quum etiam infra c. 32. sic legat, & illud significet Voces Græcæ, Hebrææ, & Chaldaicæ. Porro quod hic legitur: ego eram compingens cum ipso, ibi more suo legi: modulans, Ireneus: aptans, & Latinus interpres uterque: componens. Græcè est ἀρμολογῶ. Deinde vertit, oblectabar in persona eius, pro eo quod alius interpres: in facie eius. Utrumque significat Græcæ vox προσώπων, & rectius Tertullian. ac Iren. quum perfecisset orbem, quam ille habitabilem postquam perfecit; nam διὰ τὸν ὄρον orbem terra significat potius quàm habitabilem terram.

61. ante sæcula fundavit me, &c.] Hic rursus in hac scriptura eiusdem cap. 9. Prouerb. paulo ante præcedentem variat à Græco textu, quum legit: ante sæcula, & ibi sit: πρὸ τῆς αἰῶνος, omittens etiam repetitum illud ἐν ἀρχῇ, id est, ab initio, quod tamen Irenæus lib. 4. cap. 37. ac Hebræi & Chaldaei legunt. Cum quibus etiam magis, quàm cum Græca voce ἀρχῆς. Diuini conuenit illud: collocarentur, & quod habet Ireneus: confirmarentur, pro eo quod alii: fierent. item illud: generauit me, pro γενῆσθαι, quod aliter vertit, genuit me.

62. prior autem abyfso genita sum.] Metaphrasis est hæc potius tum hic, tum infra cap. 32. quàm ad verbum versio: & etiam magis conuenit cum Hebræo quàm Græco textui, quia legitur quidem Græcè πρὸ τῆς ἀβύσσου πόλις, id est, antequàm abyfso faceret; sed additur ex Hebræo: Ego iam concepta eram, pro quo utroque hic dixit: Prior abyfso genita sum. Deinde alio hic ordine hoc citat quàm Prouerb. 8. legatur.

63. non capit sine initio quicquam fuisse.] Non capit, id est, sicuti rectè interpretatur Rhenanus, fieri non potest, non datur, non conceditur, non est possibile. Verum de hac phrasè latius supra Apolog. num. 254. & infra lib. 5. aduers. Marc. Hic sufficit addidisse, similes esse locutiones infra cap. 20. & principium nihil aliud capiat quàm initium, ac cap. 32. Siquidem non capit diuersas fuisse.

C A P. XIX.

64. Sed & ad originale instrumentum Moysi prouocabo, &c.] Caput hoc inscribimus. De loco Geneleos: In principio creauit Deus cælum & terram, quod in principio debeat intelligi: ante omnia, aut in principatu seu potestate. Sine autem legas: occasiones sibi sumptit, sine: ibi, id est, in originali instrumento Moyses, perinde esse adnotauit Rhenanus. Facit autem istud pro eorum sententia, qui Moysen Geneleos auctorem rectè dicunt.

65. ut hæreticis ferè mos est simplicia quæque torquere.] Istud abundè tractatum est ab Auctore supra lib. de Præscrip. adu. hæret. maxime cap. 17. 38. 39. & 40. vbi vide etiam adnotationes Quintimi & nostras.

66. Ita principium siue initium inceptionis esse verbum, &c.] Perisimile est ut hanc significationem principij indicaret Auctor, propterea alibi ab eo verti solere, quum dictam scripturam citat: In primordio fecit Deus cælum & terram, sicuti supra lib. de Baptismo, cap. 3. num. 17. & cap. 5. & alibi infra. Quod pertinet etiam illud infra cap. 34. Immo nusquam fiet (cælum) cum terra, cum qua primordio factum est.

67. Nam & in Græco Principij vocabulum, quod est ἀρχή, &c.] Consentium etiam Tertulliano in significatione ἀρχῆς, pro principatu, Xenophon lib. 1. de Imperio, Aristot. Polit. 1. & Plato de Republica,

68. vnde & ἀρχοντες dicunt Principes & Magistratus.] Hoc adnotauit dignum, quod vbi Græcè est ἀρχοντες, eam vocem in translatione scripturarum retinere soleat Auctor. Sicuti supra lib. aduers. Iudæos cap. 9. & infra lib. 3. aduers. Marc. Nam & ἀρχοντες (inquit, Isaiam citans cap. 1.) Sodomorum, & appellat Archontas vestros. Item lib. de Resurrectio. carnis, cap. 20. alium locum Isai. 3. sic vertit: Venturum in iudicium cum Presbyteris & Archontibus populi; quomodo etiam illud Psal. 2. Astiterunt Reges terræ, & Archontes congregati sunt in vnum.

C A P. XX.

69. Sed ut nihil aliud significet Græca vox, &c.] Titulum huius capituli ponimus: Quod illud in principio, etiam de Sophia feu sermone, arque ad eodè filio Dei possit intelligi. Quam interpretationem ferè sequi solet B. Augustin. & nominatum lib. 1. de Genes. ad litter. cap. 2. Lib. 1. contra aduers. Leg. & Proph. cap. 2. ac de Ciuit. Dei, lib. 11. cap. 32. Hoc idem argumentum latiss. quamplurimum scripturis deducit Theodoretus Epit. diu. dogmatum, nempe Deum cum filio omnia condidisse. Nec dissentium ab his B. Hilarius in Psal. 2. & Auctor rursus infra lib. aduersus Praxean, vbi de hoc latius.

70. Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua.] Ad didi hic necessario: initiu viarum suarum, tum quod cap. 18. supra, & infra lib. adu. Praxean, id legatur, sicuti & in omnibus aditionibus Ebliorum, Hebræa, Chaldaica, Græca & Latina; tum quod paulopost id ipsum hic verbis: Quoniam etiam erat initium viarum, &c. Certè id etiam legit Athenagoras Oratione pro Christianis.

71. vbi & opera & opere operator.] Opus (inquit Rhenanus) sit per operam. Sed Tertullianus etiam in præcedentibus libris operam usurpauit pro opere. Fuit ergo dicere: Vbi & opus, & operis operator adunatur.

72. In principio erat sermo, &c.] Non solum Auctori istud & B. Cypriano vsuratum fuit, ut sermo Dei potius quàm Verbum appellaretur filius Dei. Hinc illud huius libri 2. Testimon. aduers. Iud. cap. 3. Quod Christus idem sit sermo Dei; vbi id probat ex variis scripturis Psal. 32. 44. & 106. Isai. 10. Ioann. 1. & Apocal. 6. Antiquior his interpret. Irenæi, lib. 2. cap. 2. magis voce Verbi vititur, eisdem scripturas citans.

C A P. XXI.

73. Ergo inquis: Situ ideò præiudicas, &c.] Hinc capiti inscriptionem dedimus: Quod ex nihilo omnia facta esse scriptura suo silentio indicat, dum non addit ex quo facta sint. Sunt autem iterum hic verba Hermogenis, aut alicuius Materialij heretici.

74. & non periclitatur, &c.] Hanc locutionem (inquit Rhenan.) per verbum: Periclitor, etiam alibi usurpat imitatione Græcorum, qui verbo: κινδυνεύω sic videntur: Non periclitatur, hoc est, abest, non est periculum. Sicut: Periclitabitur primò videri ex nihilo factum. Item: Proinde periclitabitur, ex alio longè factum videri. Periclitabitur, id est, propè erit ut videatur. Periculum erit. Non aliter accipi debet illud lib. de Carne Christi: Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm sunt, & lib. de Præscrip. adu. hæret. ca. 39. Nec periclitor dicere. rursus infra, cap. 44. credo de venia periclitabuntur. Hic loquendi modus admodum

dum Platoni familiaris, Plutarchus: κινδυνώδης θεὸν ἐξαρτῶς ὁ κινδυνεύειν. Hoc est: Verendum est, siue timendum, ne Deorum inimicū sit adulator.

C A P. XXI.

75. Atque adeò Spiritus sanctus hanc scripturæ suæ rationem, &c.] Hoc caput titulo insignimus: Quod scriptura quum quid ex aliquo sit, referat vnde fiat.

76. Fructifera terra herbam virentem, &c.] Sic iterum legimus tum hic, tum infra cap. 29. ex admonitione Latinij, pro eo quod Rhenanus substituerat: fructifera. Idque eo magis, quod vox Græca: βλάσκω, & τὰ, germinare & fructificare significet, non fructificare, quomodo etiam voces Hebrææ & Chaldaicæ. Rectius autem vertit Auctor lignum fructuosum, pro eo quod Græcè est ἄρτιμον, quàm Latinus 70. Interpres pomiferum; nam correspondet etiam ex Hebræo & Chaldaico versione, que hæbet: Faciens fructum. Videtur etiam illius temporis editio Græca semel dumtaxat legisse in hac scriptura: secundum genus & secundum similitudinem, & postea sicuti Auctor, modo: in similitudinem, modo: secundum genus suum; quippe quæ duo idem ferè significant, quemadmodum etiam B. Hieron. primò vertit: secundum genus suum, & deinde: iuxta speciem suam. Porro cum Latinio prætermisimus id quod iterum supersubriperebat: Factum est sic. Et produxit terra herbam sceni seminantem semen secundum genus, & lignum fructuosum genus fructum, cuius semen in ipso secundum genus.

77. per firmamentum cæli.] In hac secunda dicti cap. 1. Gen. scriptura obicitur est istud, item quod & ex Græco & vertitur secundum firmamentum, pro quo apertius B. Hieron. sub firmamento cæli. Porro quum subdit per Prophetam, Moysen intelligit Geneleos Auctorem, quum supra cap. 19. appellauit originale instrumentum Moysi.

78. Quamquàm possimus vnde, &c.] Istud ad clariorem intellectum parenthesi inclusimus, vsque ad: si tantam. Atqui (vbi rectè adnotauit Rhenan.) vnde Tertullianus solet vsurare pro vnde vnde, id est, vnde libet. Sic lib. 3. adu. Marc. Difficilius Deo mentiri, quàm carnis veritatem vnde producere, licet non natæ, hoc est, vnde libet. Lib. 4. adu. eundem: Non erit (inquit) mirum quod ex dispositione est creatoris, sed vnde magis probetur quàm ex Legis & Prophetarum in Ioannem occasu; & exinde ortu, regnum Dei. Cui addendum est & illud eiusdem li. 4. qui neque vnde speraret, ex adnotat. eiusdem in eundem locum.

79. Væ illud, &c.] Rectè idem adnotauit ad ludere Auctorem ad cap. vlt. Apocal. ita tamen ut Metaphrasistis tantum id faciat, paucissimis verbis integram peridum comprehendens.

C A P. XXIII.

80. Sed ex sequentibus argumentatur, &c.] Inscripsimus hoc caput: De loco illo Geneleos: Terra autem erat inuisibilis & incompressa. Aique haussisse Hermogenem, cuius hic iterum verba sunt, ex Platone manifestum facit B. Justinus Martyr Apol. 1. siue Orat. pro Christianis: Nec minus (inquit, de Platone loquens) itidem in cælo & terra lapsum eum esse liquet. Quia enim Moyses ita scripsit: In principio fecit Deus cælum & terram, ac deinceps hæc adiungit, dicens: Terra autem erat non aspectabilis & incondita, existimauit hanc, de qua ille ait: Terra autem erat, præexistens dicitur terram, quoniam Moyses dixerat: Terra autem erat

inaspectabilis & incondita. De qua verò dicit: Fecit Deus cælum & terram, eam illum designare putauit, quæ iuxta præexistentem Idæam, à Deo sensibilis est creata. In hoc tamen differt Hermogenes à Platone, quod duo tantum faceret principia verum, Deum & Materiam, Plato verò Deum, Materiam, & Idæam.

81. Terra autem erat inuisibilis & incompressa.] Quæ hic & cap. 3. lib. de Baptismo supra, incompressa dicitur, mox hic appellatur: rudis, informis, confusa, & incondita. Omnia enim hæc significat vox Græca ἀειροκιδύσας. Vide lib. num. 18. verba B. Hieronymi.

C A P. XXIII.

82. Reuertor nunc ad singulos articulos, &c.] Hinc capiti titulum fecimus: Quod Terræ nomen Materiam non significet. Summis autem & istud ex Platonis verbis iam citatis num. 80. Hermogenes.

C A P. XXV.

83. Vult igitur duas proponi terras in ista scriptura, &c.] Inscriptione huic capiti damus: Quod non duas, sed vna terra recensatur, Gen. 1. in quo errore etiam Hermogenes dictum Platonem imitatus est.

84. & electrum, licet ex auro & argento fœderatū, &c.] Plinius lib. 33. hist. nat. cap. 4. Omni auro inest argentum; vbi quæque quinta portio argenti est, electrum vocatur. Fit & cura electrum argento addito; quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Et ipse quoque Auctor infra lib. adu. Praxean: Ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse neque argentum, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur. Quos locos facere ad intellectum Vlpiani lege 4. de Legatis 1. adnotauit Rejnar. dicitur Var. lib. 1. cap. 19. vbi & aliud genus electri commemorat ex Ambrosij Hexameron lib. 2. cap. 15.

85. nisi & Sileno illi apud Midam Regē, &c.] simile est illud supra cap. 2. lib. de Pallio. Viderit siquis vsipiam alius (orbis nempe) ad Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blattit, aptas sanè grandioribus Fabulis. Et quod habet Maximus Tyrus serm. 30. (si modo rectè citatur à Cyraldo de Dis. Genium) Silenū ebrium laqueis & vinculis constrictum Midæ prædixisse varia & diuersa. Vnde etiam facile colligere est Poëtam Virgilium sua Eclogæ Sileni argumentum sumpsisse, & in prouerbium quoque abuisse Silenis Alcibiadeis magis ridiculum, quali nomine ob grandiores fabulas, Rhenanus alicubi Valentianorum somnia appellat.

86. auctore Theopompo.] Theopompus (inquit Rhenan.) Historicus Græcus & vetustus. Ego verò magis puto referri oportere ad Theopompum antiquæ Comædiæ Poëtam, qui 24. fabulas, teste Suida, conscripsit, è quibus vna fuisse videtur Silenus inscripta, quam adeò etiam imitatus videtur Virgilius in Eclogæ Sileno, de qua iam diximus. Ibi autem: Sed & Deos multos, idem refert, videtur ad ludere ad alium aliquè Theopompi librum.

C A P. XXVI.

87. Nobis autè vnus Deus & vna est terra, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod de terra dumtaxat vna loquatur scriptura, cuius dispositionem postea recenset iuxta ordinem etiam in aliis seruatum. Quæ ipsa infra paucis repetit cap. 29. Atque vox: decurrere, frequentiss. Auctori, sicuti & alibi adnotauimus. Sic adnotante Rhenano lib. de Carne Christi, cap. 20. Quod idè dicit Mattheus, originem Domini decurrens,

88. Et separavit inter aquam quæ erat infra firmamentum, &c.] Infra omnino hic accipit Auctor pro: subter, aut sub; neque enim aliter accipi potest quod Græcè est: ὡς ὑποκάτω τῆς στεφάνου, maxime quia illud Hebr. 2. transferatur: sub pedibus eius, sicuti hic ab aliis interpretibus: sub firmamento. Quod his verbis Tertullianus supra lib. de Baptis. cap. 3. Nam ut firmamentum cælestis suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit. Cui similiter B. Hieron. Vbi ibi Videre est num. 19.

89. Et finxit Deus hominem de limo terræ, &c.] Similiter citat hunc locum infra cap. 31. Fecit Deus hominem de terra. ac supra lib. de Baptis. cap. 3. Figurandi hominis opus absolutum est de terra. & lib. 2. adu. Marc. Bonitas finxit hominem de limo. Item lib. 1. adu. eundem: Quis? utique qui de limo. Vbi tamen Verba Gen. 2. citans legitur: Et fecit Deus hominem limum de terra, quomodo etiam li. de Resurr. carnis, c. 5. 51. Vbi de ea lectione Latius. Illud magis Hebræe, hoc vero adu. 70. & paraphrasi Chaldaica respondet. Distinximus autem paulopost sequentia ad hunc modum, ut illa: antè enarrat, & ostendit, per commata tantummodo, non per periodos distinguantur.

90. Nam &, Autem, &, ipsum, velut fibula, &c.] Pulchra interpretatio, quid particula: Autem, in scripturis sacris addita significet. Adnotatur autem à Rhenano similitudo huic loci ex lib. de Resurrectione carnis infra, cap. 4. Ita vocabulum Homo, consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est.

C A P. XXVII.

91. Sed tu supercilio capitis & nutu digiti accommodato, &c.] Titulum capiti huic datus. Quod particula: Erat, de omnibus dicatur quæ habent esse. De Proverbialibus autem his formulis, supercilio capitis & nutu digiti accommodato altius vocem adcollere, inter Prolegomena. Lego autem mox: vnde habeat, pro: habet, quod sensus id necessarium exigit.

92. Hæ sunt argutie & subtilitates hæreticorum, &c.] supra etiam de subtilitatibus & argutiis hæreticorum abundè dictum est, lib. de Prescript. adu. hæret. non vno in loco.

C A P. XXVIII.

93. Atquin non tantum probabimus, &c.] Huius capitis hæc est inscriptio: Quod contrarietur dicitæ interpretationi Hermogenis voces illæ: Inuisibilis & rudis, quia proinde imperfectam fuisse Materiam oporteret.

94. Cui articulo respondere debemus suo ordine.] infra nempè cap. 30.

95. vnde ergo compertus est, &c.] Compertus (inquit Rhenan.) Deponentaliter, pro comperit, ut infra lib. 4. adu. Marc. Quo die (inquit) ipse compertus est veniam, ieiunij dico. Loquitur illic de David. Sic Cicero dixit: Elucubratus sum, pro elucubratus. Quin etiam (inquit) eam epistolam quam etiam elucubratus ad te non dedi, ad Atticum lib. 7. Et Suetonius in August. multatus est, usurpavit pro multavit. Item alibi Cicero, punitus es, pro punitus. Legendum autem censeo pro: in formem & confusam & inconditam illam fuisse, pro eo quod est tertio loco: & inquietam, eo quod similiter supra c. 23. iisdem verbis illis sit usus.

96. aut si hoc à Deo reuelatum est, probare debet.] Locus adnotandus aduersus hæreticos, quos spirituales quidam nuncupant, aut extaticos, qui etiam scripturæ contemptæ solis reuelationibus miendum docent; in

quo non credendum illis docet hic Auctor, nisi probent id à Deo reuelatum.

C A P. XXIX.

97. Siquidem omnia opera sua Deus, &c.] Damus huic capiti titulum: Quomodo terra primum inuisibilis & rudis, postea visibilis & composita.

98. depalans quodammodo mundum.] Depalans (inquit Rhenan.) hoc est manifestans, palam ostendens. Adu. Marc. lib. 5. Paulum Apostolum vocat depalantem disciplinæ diuinæ, id est, enarratorem, promulgatoremque. Nā depalare est Tertulliano propalare.

99. sed inhabitari.] Ad Verbum vertit illud Isaiæ 45. ὁ θεὸς ὁ κατασκευάσας, pro: ut inhabitaretur.

100. orbis terræ & omnes qui habitant in illa, &c.] Veterem psalmorum additionem veram esse, quam adidit Eber in Psalterio quintuplici, vel hinc patet, eamque ad Verbum ex Græca 70. Vbi legitur: ἐν αὐτῷ, & mox utrobique αὐτῷ, pro eo quod B. Hieron. in viraque adit. ex Hebræa & Gallica, in eo, & mox huius: cum. Siue autem legatur cum Tertulliano: orbis terræ, siue cum aliis: orbis terrarum, perinde est; nam Vnica Vox Græca οὐρανῶν ad utrumque est indifferens.

101. Congregetur aqua in congregationem unam, &c.] Sic legitur cum Græcis, Hebræis, & Chaldaicis ac Latinis virisque additionis exemplaribus, pro: in congregatione una. Mirum est autem, quod sunt illi habent, non addiderit quæ sub cælo est, ad distinctionem alterius quæ super firmamentum. Legimus autem iterum cum Latino: Fructet terra, &c.

102. Hæc dicit Dominus qui fecit cælum, &c.] Etiam istud inuenitur iuxta 70. Isai. 45. in eadem periodo ante Verba paulo ante citata. Variat interim ab hodierno textu Græco, quod legitur sic adit. Hieron. Hæc dicit Dominus, quum sit Græcè: ὁ θεὸς. Legimus autem: fecit, pro: facit, cum Latino, quia Græcè est: ποιῶν.

C A P. XXX.

103. Sic & sequentia coniecturam Hermogenis, &c.] Inscrubimus capiti istud: Quod neque illud: Et tenebræ super abyssum, pro Hermogene faciat. Rectè autem (Vbi adnotauit Rhenan.) dixit: instruere videbuntur, quia reuera non instrunt. Lego necessarid, ut oratio sit congrua: abyssum, spiritum Dei, aquas; & mox: spiritum super aquas, pro eo quod erat spiritus; maxime quum sit legatur. Siue autem legatur: æstimare facit tam diuersa relatio, cum Vatic. cod. MS. siue cum excusis: æstimari facit tam diuisa relatio, perinde est.

104. Vanissimum denique, &c.] Vatic. MS. cod. & 1. editio, legunt: vanitimum. sed quia nusquam eam vocem reperit, placet vulgata lectio. Quis autem mox vocat species; paulopost formam dicit. quare non arripit Vatic. cod. varia lectio: formam. Et legendum cum Latino interrogatiue: si non habebat, agnoscutur?

C A P. XXXI.

105. Sed & illud utique captabitur, &c.] Capiti huic inscriptionem fecimus: Quod suffecerit initio in genere id quod continet nominare, postea verò etiam contenta cælo & terra. Sunt autem etiam hæc Verba Hermogenis. Atqui pro eo quod legitur: & complectebantur, Vatic. cod. MS. & contemplantur. Neutrum placet.

106. & statum super euripum.] Euripus (inquit Rhenan.) fretum quod est ad Chalcidem, nomen dedit ob similitudinem. Fossa erant, quibus ludæ circumdabantur septorum

septorum loco. Factum deinde est, ut pro qualibet fossa aut canali creperit Euripus vsurpari. Plinius Nepos in epistola ad Caninum Rufum: Quid Euripus vididit & gememur? Vtriusque in libro 7. Pinguntur enim portus, promontoria, littora, flumina, fontes, Euripi, fana, luci, montes, pecora, pastores. Vide plura, quæ magis ad loci huius declarationem faciunt de Statuis super Euripum, & obelisco in Circo supra lib. de Spectac. cap. 8. n. 72. 73. 74. 75. 76. & 77.

107. Costam verò & ossa, &c.] Quum cutem non commemoret alicubi liber Genesios in homine, profus costam lego; & verò iam mihi licet hoc ex coniectura substituere, atque illud Rhenanus, pro eo quod in prima edit. legebatur Enim verò, maxime quum adludat magis lectio, quamquam mendosa MS. Vatic. cod. cuitam. Adludit autem ad has scripturas: Et tulit unam costam eius, &c. ac: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Gen. 2. 22. Aperientur oculi vestri, & in sudore vultus tui, Gen. 3. denique: Vox sanguinis fratris tui, Gen. 4.

108. factitationis.] Factitationis (inquit Rhenanus) vocabulum à verbo frequentatiuo deductum neminem moueat. Nam in precedentibus libris, non solum in hoc opere, factitationem pro creatione, siue conditione accipit, lib. adu. Valentinian. cap. 21. Ergo & factum (inquit) intelligebat, & factitorem facti esse quemcumque. Similiter etiā dixit supra Tom. 1. Apolog. cap. 21. num. 311. & cap. 46. nu. 577. Hunc enim Zeno determinauit factitatorè, & infra lib. aduers. Praxeam: ad idolorum factitatores. Immo & hoc ipso iterum libro cap. sequi. corpus factitationem, ac: verbum factitationis; & item: sine factitationis mentione.

C A P. XXXII.

109. Hæc responderi pro scriptura presentis, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod etiam abyssus, tenebræ, spiritus & aquæ, quæ Hermogenes Materiam putat, à Deo facta sunt. Siue autem legatur: commendare cum excusis: siue commentari ex coniectura ad marg. 1. adit. & Scit esse cum Rhenano, aut: Scit esse cum Vatic. MS. cod. & 1. editione, perinde est.

110. Qui solidat tonitruum, &c.] Ad Verbum hæc sunt ex adu. 70. Amos 4. præterquam quod videatur legisse ὅτι κύριος ὁ θεὸς στερεῖ: Quia Dominus est qui solidat tonitruum (pro quo montes vertit Hieron. & Paraphrasis ex Hebræo & Chaldaicis fontibus, sicuti etiam ventum pro eo quod 70. spiritum) vbi hodie est ἔϊ στερεῖν, hoc est, qui es firmans. Variat etiam in hoc ab Hebræo hæc lectio, quod vbi hic est: Christum suum, legat B. Hieron. eloquium suum, & Interpres Paraphrasis Chaldaica: quanta sint opera eius.

111. Non, ut quidam putant, ipsum Deum significari spiritum, &c.] Illud: Spiritus Dei ferebatur super aquas, Auctor supra lib. de Baptis. spiritui sancto adscribit, quod hic spiritui, siue flatui, & relictus. Cur autem id faciat, infra lib. de Anima cap. 11. (vbi partim ad hunc locum, partim ad lib. de Censu Anima, contra hunc eundem Hermogenem adludit) significat: Ceterum (inquit) aduersus Hermogenem, qui animam ex Materia, non ex Dei flatu contendit, flatum proprie tucmur. Ac si diceret se pro occasione aliter atque aliter interpretari. Vbi interim hoc de re Latius, quomodo & de scriptura sequenti, Isai. 57. Spiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci. Hic adiciā dum

taxat, utramque etiam expositionem inueniri, & de vento siue aëris diffusione, & de spiritu sancto, apud B. Basilii hom. 2. Hexameron, August. lib. imperf. de Gen. ad liter. cap. 4. Diodorum Tharsensem alicubi, Chrysof. hom. 3. in Genes. & Theodoretum quæst. 8. in Genes. Origenes denique lib. 1. Periarchon dicit, non nisi secundum Allegoriam de spiritu sancto intelligi, sed ego magis accedo B. Basilij sententiæ. Certè quod verum est, & à nostris maioribus comprobatur, Spiritus Dei, hic spiritus sanctus appellatur.

112. Et cum firmos ponebat fontes eius quæ sub cælo.] Quum 1. editio & Vatic. MS. cod. legant: quæ sub cælo, pro quo Rhenan. substituit: qui, profus puto legendum sicuti supra cap. 18. num. 60. eius quæ sub cælo est.

113. Planè factas eas, sed ex Materia, &c.] Verba hæc sunt iterum Hermogenis, aut alicuius Materialij hæretici, vsque ad illud: Ergo sicut terra, in quibus profus legi debet: quæ ex Materia factæ sunt species, pro: sunt. Deinde paulopost Vatic. cod. MS. legit: quæ iisdem nominibus aduntur, quod magis placet, quam iisdem, eo quod vetus sit Prisciani lectio, quam ad eum perveni in hoc Auctore vbiq; vsitatam.

C A P. XXXIII.

114. Sed dum illam Hermogenes, &c.] Hoc caput inscriptum: Quod si Materia fuisset, etiam à Deo facta crederetur.

115. inter scripturas enim Dei inuenire non potuerit.] sic lego ex Vatic. MS. cod. pro: potuerat. Est autem verissimum quod nulla in scripturis Dei Materia sit mentio.

C A P. XXXIII.

116. Ceterum omne ex nihilo constitisse, &c.] Probatur hoc capite: Quod omnia ex nihilo constitentur, quia in nihilum redigenda sunt.

117. Cælum primum & terra prima abierunt.] Transulit hoc Latine magis quam ad Verbum, quia Apoc. 21. legitur: ἡ γῆ ἠβῆν, id est, abiit; deinde legitur: Et locus non est inuentus illis, pro eo quod Græcè est ἡ γῆ: Et mare iam non est. Similiter ibi addit: & quod in nulla Psalms. 101. additione legitur: & ipsi peribunt.

118. Nam etsi mutabit illos, &c.] Velut corrigentis esse istud Psalmista his verbis indicat Auctor. Quum enim dixisset: Ipsi peribunt, veluti volens indicare proprie non perituros, subiungit: Et mutabis illos sicut oportorium, & mutabuntur. Quod ipsum Auctor sic explicat: sed (omitto enim: &, cum Vatic. MS. cod.) mutari, peire est pristino statui, quem dum mutantur, amittunt; sic etiam mitigans quod prius satis crudè dixerat: Immo nusquam fiet cum ipsa tertia. Locus proinde contra eos adnotandus, qui hos scripturæ locos, & alios similes Isai. 52. & 2. Petri 3. sic interpretantur, quasi cælus ipsi sub finem mundi conflagrationis igne omnino exurendi sint, & deinde renouandi, quum B. August. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 24. (quem plerique hodie sequuntur) solummodo id interpretetur de cælo aëreo, ex eo quod B. Petrus premitat: Cæli prius & terra per aquam perierant. Quid: quod Auctor dum mutatos iri dumtaxat dicit, videtur propendere magis ad Oecumenij in 2. Petri 3. Commentarium, qui cælos nec perituros, nec abolendos, sed dumtaxat igne purificandos adfirmat.

119. Et stellæ quidem de cælo ruent, &c.] Verba hæc (inquit Rhenanus) ex Apocalypsi desumpta sunt,

Vbi sic legitur: οὐκ ἔστιν ἀέρας τῆ βροχῆ ἐπεσον εἰς τὴν γῆν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀέρας τῆς ὀμβρῆς αὐτῆς, ὑπὸ μετὰ τῆ ἀνέμου σειομένη. Hoc est: Et stella de caelo ceciderunt in terram, sicut fucus abiicit grossos suos, cum a magno vento mouetur. Porro ὀμβροὶ Græcis sunt, quos Latini Grossos vocant, hoc est, sicut nondum mature. Tertull. pro grossis vertit: acerba sua; editio vulgata habet grossos suos. Est autem propemodum interpretatio, quod vertit Tertullianus. Nihil aliud est ὀμβρος sive grossus, quam fucus dura adhuc atque acerba. Theodorus Gaza in opere de Plantis, ὀμβροὺν etiam caprificum reddit. Reperiuntur ea Apoc. 6. In hoc tamen Variat Auctor, quod vocem Prophetiam in Præterito enuntiatam, in Futuro ruent verterit; sicut etiam illud Psal. 96. Montes vero tamquam cera liquefcent; vbi legitur ex Græco: fluxerunt.

120. Cum surrexerit scilicet confringere terrā.] Istud noua periodo distinxit, quia sumptum est aliunde, ex Isai. nempè cap. 2.

121. Et quærent aquam, nec inuenient.] similiter etiam istud, quia non reperitur Isai. 42. vbi illud est: Er paludes arefaciam. Nescio interim unde sumptum, nisi forte ad illud adludat Isai. 41. Quæret enim aqua, & non erit.

122. etiam mare Oceanus.] Vti MS. legit: nec inueniet etiam mare hæctenus. si legeretur: & non erit etiam mare Oceanus, posset intelligi repetitum illud Apoc. 20. & mare iam non erit; certe id subaudiendum est. Alioqui magis placet legi: nec inuenient; etiam mare hæctenus, Tertullianica phrasi, quæ aliquando viitur voce: hæctenus, vt significet: iam non est. Nam ad quid adderetur ab Auctore: Oceanus, scriptura citante, quum nusquam ea vox ibi reperitur? Nihil tamen volui immutare in contextu; eligat Lector quæm volet lectionem. At cum Latino lego: Quæ omnia etiam alter, pro: aliter.

C A P. XXXV.

123. De cetero verò statu Materie, &c.] Titulum damus huic capiti: Quòd Materie neque corporalis sit, neque incorporalis. Sunt autem iterum illa Verba Hermogenis: Prima facie videtur, &c. vsque: Quæ est ista ratio.

124. (vt concedam interim esse aliquid incorporale) &c.] Parenthesi ista inclusimus, vsque ad illud certè. Quæ interim ad errorem Auctoris pertinent, quo & anima & angelis, immò etiam Deo corpus videtur adtribuere, quemadmodum latius in Prolegomenis nostris. Atqui Latinus censet legendum: Tamen hoc ratio, pro: Tantum, & non debere esse interrogationem in fine eius periodi.

C A P. XXXVI.

125. Sed ecce contrarium subiicit, &c.] Istud caput inscribimus: Quòd malè Hermogenes motum Materie incorporale eius esse dicat. Retinimus autem cum Rhenano & adis. Basilicis: Iam ergo ne neutrum sit, vtrumque Materie censenda est, pro quo 1. adit. & Vtic. MS. cod. nōne vtrum sit, vtrumque. & Latinus censet legendum; Iam ergo nōne vtrumque, sed illud significantius est. Quemadmodum etiam non placet quod MS. Vtic. cod. cum 2. adit. legit: aduersus renuntiationem reciprocationis illius; pro: rectæ rationis illius; quia adhuc ironiè adludat ad rectam rationem, quam urgebat cap. præced. Hermogenes, & rursum sequitur.

126. Quāto hæc rectior ratio, nisi quòd tam

rectas lineas ducis, &c.] Vbi est adnotanda Prouerbia formula à Pictorum arte, qualis erat Hermogenes, mutata, rectas lineas ducere; qualis est etiā illa: vltra lineam, de qua vtraque latius in Prolegomenis nostris.

127. vt inanimalia.] Vtic. MS. cod. inanimata sed illud nolui immutare, quòd eadem reperiantur infra cap. 44. & eiusmodi obsoleto vocibus vti solet Auctor; qualis est etiam illa: corporalitatis, &: incorpora. quæ sicut legitur in 1. adit. & Vtic. Manuscripto cod. pro eo quod retinimus ibi: si qua incorporalia eis adiunt.

128. aut libidines eorum.] Libidines (inquit Rhenan.) vocat appetitus & inclinationes. Sic & in lib. de Patientia, cap. 1. vt quum (inquit) inter sese variis sectarū libidinibus & sententiarum æmulationibus discordent. Libidinibus, id est, studiis.

129. Sed de motu & alibi licebit.] Infra scilicet cap. 42. 43. & 44. subaudiuntur (inquit Rhenanus) disputare. Nisi est: licebit, pro: liquebit, vt in præcedentibus libris licuit, pro liquit, id est, liquidus euasit. Quod posterior magis placet. Nam Tom. 2. supra lib. de Penit. cap. 6. legitur: Tunc opinor emendatos licebit, pro: liquebit, de quo ibi Latius num. 34.

C A P. XXXVII.

130. Nunc enim video te ad illam rursus rationem reuerti, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quòd nec bona, nec etiam mala Materie dici possit. Adludit autem hic rursus ad verba illa Hermogenis supra cap. 36. de ratione recta, quum tamen Auctor certi nihil renuntiare dixit. Et proinde placet quòd à Rhenan. ibi, nec corporalem nec incorporalem inferret Materiam, subaudiatur ratio; & rursum paulopost: ne quid his contrarium inferret, nempè ratio; quæ ad eò lectio magis placet, quàm quæ postea substituta est: inferres, maxime quum accedat quamproximè MS. Vtic. cod. Atqui adnotanda etiam vox: superargumentasset, pro: superargumentatus fuisset, more Auctoris vsitato. Verba autem hic esse Hermogenis quædam ipsè Auctor nominatim significat.

131. Sed quoniam de boni & mali, &c.] Intelligit quæ supra tractauit cap. 12. 13. 14. ac 15. vbi inter cetera etiam citatur, sicuti hic paulopost: conuersio lapidum in filios Abrahæ Deo possibilis. Vbi autem nec hic, &c. custodisse, Rhenan. rectè subintelligit: dicam, quum prius præcessit: nec dicam.

C A P. XXXVIII.

132. De situ Materie id tracto, quod & de motu, &c.] Capiti huic titulum damus: Quòd si situm habeat Materie, infinita esse non possit. Atqui omnino hic lego: de motu, & similiter paulopost: quasi infinitam æuo; non motu corporis, pro eo quod vtrouique legebatur: modo; quia est verum est quod adnotauit ad marginem Rhenan. Modum etiam molem, seu potius magnitudinem nonnumquam significare, tamen nulla aut antea aut postea molis Materie mentio; sed de motu habes cap. 36. supra, & mox cap. 41. vbi etiam nominatim de motu corporis fit mentio. Est autem facile colligere, quæ hic verba sint Hermogenis, quæ Auctoris.

133. quam, quantum propriè pictor, agnoscis.] Sic omnino hic locus distinguendus; nam: quantum, capitur pro: inquantum, vt nihil sit opus eam vocem præmittere.

134. Et obduceris.] Monuimus (inquit Rhenan.) non

non semel obducere, & obduci, Tertulliano esse resellere & reselli, sive contraria ac inter se pugnantia adferentem capium tenere vel teneri. Locis similes adnotati sunt supra Tom. 1. Apolog. cap. 46. num. 572. & cap. 50. num. 618. Quibus aduice etiam illud infra lib. 1. aduers. Marc. Exhibe aliquam Apostolicis centus, & obduceris, & lib. adu. Praxeam: vndique enim obducti.

135. exemplarium.] Intelligit (inquit Rhenan.) exemplar. Sic paulopost: Et vis meliora deteriorum exemplarium ferre. Non aliter aduers. Valenti. vsurpat: Signillarium, pro sigillari.

C A P. XXXIX.

136. Sit nunc definitiua, &c.] Contrariò hoc capite tractat: Quòd nec definitiua esse possit Materie. Est autem & hic facile verba Hermogenis & Auctoris discernere.

137. Et hic à lineis tuis excidisti.] De hoc quoque prouerbio inter Prolegomena nostra Latius. Sive autè mox legas: disperitionem cum excussis, sive: disperitionem cum MS. Vtic. cod. perinde est.

C A P. XL.

138. Dicis in melius reformatā Materiam, &c.] Titulum huic capiti imponimus: Quòd nec in melius reformatā Materie dici possit. Facile est verò etiam hic verba Hermogenis agnoscere. Legimus autem cum Rhenano & Latini. vtrique de deterioribus, addita vortula: de, sicuti etiam ex Vtic. MS. cod. rei, vbi legitur: nulla res speculum alterius rei, id est, non coequalis.

139. Nemo se apud tonsores pro homine mulum in spexit, &c.] Ad morem respicit, quo speculo ut tonsores solent; nam & addit: vt speculum sit mundus materie: à quo etiam nouam vocem: speciatum, deriuauit Auctor, pro eo quod in speculo speciosum apparet: Nam & speculum (inquit Varro de ling. Lat. li. 4.) à speciendo, quòd ibi spectem. Legimus autem cum Latino: in hac exstruct. one mundi, disposita iam & compta, informem & incultam Materiam respondere, pro: disposita iam & compta. Item paulopost ex Vtic. MS. cod. non totam eam fabricatam, pro: fabricatam. Sine autem inter hæc vtraque verba legas: imaginem refert cum excussis, sive: præfert cum Vtic. MS. cod. perinde est.

C A P. XLI.

140. Reuertor ad motum, &c.] Hoc caput denudè inscribitur: De motu materie. Hermogenis est autem illa periodus: Inconditus, &c. nam & infra cap. 42. incorporali Materie inconditum motu eius dicit.

141. nec cacabaccus.] Ironiè ita motum Materie appellat, iuxta illud quod Hermogenem compellans dixit: Sic enim & olla vndique ebullientis similitudinem opponis. quod ipsum repetit cap. 43. Legimus autem cacabaceus cum Latino, pro: cacabatus. Atqui, pro: temperatus legit Vtic. MS. cod. temporatus, sed quòd in ista vox sit, nolui immutare, maxime quum etiam MS. 3. cod. Vtic. legitur supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 2. & vicibus temporatus, vbi potius alioqui conueniet temperatus.

142. mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur.] In prima (inquit Rhenan.) editione scripsimus, Oedipo opus esse, qui nobis indicaret qualemnam Prouerbum sit, quo hic vsus est Tertullianus. Et Varietas appositius coniecturas quibus circumacti sumus, dum scrupulosè germanum prouerbum inquirimus. Verum non semper sauet Apollo. Non desistimus tamen

postea nibilo segniori studio indagare, donec successisset quod agebamus. Itaque deprehendimus scriptum fuisse: mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. Est autem Agina, foramen illud, in quo inferitur scapus trutinæ, hoc est, in quo agitur, id est, vertitur trutina, quemadmodum adnotat Festus Pompeius. Porro quoties accidit æquipondium vt neutra pars propendeat, in mediæ aginæ consistit trutina. Sed & in mediæ aginæ scapus trutinae inferitur, alioqui liberè moueri non posset. Vti poterimus hoc prouerbio, motum rei significantes, qui præcisè fiat per medium, non atactis extremitatibus. Illius autem coniectura confirmatur ex illo quod infra Tom. 5. lib. de Pudicit. legitur, (iuxta quod me Latinus adnotauit.) Non enim admittetur exemplorum adæquatio licet in aginæ congruentiss. Plura siquis desideret de hoc Prouerbio, videat nostra Prolegomena.

143. & passiuitas.] Quid passiuum vocet Tertullian. infra latius lib. de Carne Christi, sub finem. Et ic (inquit Rhenan.) passiuitatem vocat dissolutionem, sive inordinationem atque confusionem. Sic lib. adu. Valentin. cap. 30. Illi verò (inquit) & de passiuitate vitæ, & diligentia delictorum, generositatem suam vindicent, & li. adu. Marc. 4. Passiuitatem (inquit) sententiæ meæ permisit, id est, libertatem. Pauloclarissus id ipsum dixit idem Rhenan. loco iam citato. Passiuitatem (inquit) vsurpat Tertullian. pro libertate in malam partem, quæ homo fit inconstans, & nunc ad hoc, nunc ad illud versatilis. Cui ad verbum serè eadem, ad illud lib. 4. adu. Marc. vbi & addit lib. aduers. Valentin. cap. 5. legi: passiuorum discipulorum.

144. nec malo nec bono pronus.] Hoc est (inquit Rhenanus, vti paulopost etiam scriptum est) neque ad malum neque ad bonum, vt construat Pionus cum Datino. Quemadmodum autem prius: in alterum, sic mox: in neutrum; &: intra vtrumque, sic accipit, sicuti prius dixit: neutram in partem. Atqui corruptus adhuc est ille locus: vt aut corporalis aut localia non deurgebat.

C A P. XLII.

145. Dispersisti omnia, &c.] Titulum huic capiti damus: De contrarietatibus Hermogenis, quas quaquam facile ex contextu sit deprehendere, tamen etiam notam solitam verbis eius adiecit.

C A P. XLIII.

146. De motu & illud notauerim, &c.] Eiusdem argumenti est hoc caput cum præcedenti, cui ad eò idem titulus conuenit.

147. Suprà, certamen motui adscribis, &c.] Nempè quum ollæ vndique ebullienti comparas motum, supra cap. 41. item quum inconditum motum vocas, atque ad eò (sicuti in fine huius libri loquitur) confusum, turbulentum, accipit, & præcipitem.

C A P. XLIIII.

148. Sed & qualiter operatū facias Deū, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd quando operationem mundi Deo adscribit, & à Philosophis & à Prophetis dissentiat.

149. Stoici enim volunt, &c.] Stoicorum hanc opinionem absurdam, quæ volunt Deum sic per Materiam decucurisse, quemadmodum mel per fauos, reperiue poterit, ni fallor, Lector curiosus apud Diogenem Laërtium in vitis Philosophorum.

150. qui decor solummodò apparès, &c.] Hinc castigationi Rhenani consentit MS. cod. Vtic. vsurpat

autem (inquit Rhenanus) frequenter qui, pro: quis, ut in hoc ipso lib. supra, Nisi si qui putat. Item: Si qui discipulorum tuorum.

151. aut Magnes adtrahens ferrum.] Quid ferri (inquit Plinius nat. hist. lib. 36. cap. 16.) natura pugnacius? sed cedit & patitur moras; trahitur namque a Magnete lapide. Vbi de eo plura. Legimus autem paulopost ex Vatic. MS. cod. quem credimus vbiq; esse, & vbiq; apparere.

152. cui etiam inanimalia & incorporalia laudes canunt apud Danielem.] Adludit ad hymnum trium puerorum Dan. 3. iuxta editionem Theodotionis; nam in Hebræo non haberi recte adnotavit B. Hieron. Eundem etiam citat Exomologesis titulo, B. Cyprian. libri de lapsis, & de Oratione Dominica. Qui loci adnotandi pro dicti hymni canonica auctoritate, quam etiam illi Ecclesia tribuit; in qua non nunc modo in Sabbatis Quatuor temporum, sed ab initio nascentis Ecclesie semper in omni sollemnitate in sacris fidelium decantatum fuisse trium puerorum hymnum testatur August. serm. 47. de tempore (qui eundem etiam nominatim citat epist. 186. de Ieiunio Sabbati) & Rufin. lib. 2. adu. Hieron. Cui idem Hieron. respondet, quicquid de eo scripserat sua in Danielem Prefatione, ex sententia Hebræorum dixisse. Quid quod idem Hieron. epist. ad Demetriadem de Virgine. seruanda, citet ex ipsius huius hymni præmissis quæ similiter in Hebræo non habentur, illud: quod successus sit ignis & cubitorum. Quomodo etiam B. August. illud ex eiusdem Proœmio: Quoniam iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, epist. 122.

C A P. XLV.

153. At enim Propheta & Apostoli, &c.] Postremum hoc caput titulo hoc insignimus: Qualiter Propheta & Apostoli mundum a Deo factum scribant. Vbi iterum repetuntur eadem ferè scripturæ quæ supra cap. 17. & 18. additis aliis quibusdam. Lego autem omnino: Sophiam conditam initium viarum in opera eius. quia sic vbiq; legit Auctor, pro: initia.

154. & Spiritu ipsius vniuersæ virtutes eorum.] Infra haud absimiliter lib. adu. Praxean: & Spiritu eius omnes vires eorum, & postea: & Spiritu eius omnes virtutes eorum, saltem secundum MS. 3. Vatic. eum libri cod. Quare est hodie in Græcis & Latinis exemplaribus legatur: virtus, illud Auctoris esse constat. Differt autem non in eo solo, sed etiam quod omittat: oris eius. & tamen B. Cyprian. Test. lib. 1. aduers. Iud. cap. 3. aliis consentit.

155. Hic est dextera Dei, & manus ambæ, per quas operatus est.] Adludit ad illud Isai. 48. Manus

mea fundauit terram, & dextera mea firmavit cælum. Legendum autem putat Latinus: ea quæ molitus est, pro: atque molitusest.

156. Per quas & mensus est terram, & palmo cælum.] Omnino sic lego; nam Isai. 40. legitur iuxta omnes editiones: & cælum palmo, quomodo etiam Tertullianus alibi, & Nonatianus lib. de Trinit. infra Tom. 5. ac Auctor libri de Monibus Sina & Syon, Tom. 3. Oper. D. Cypriani. Ex quo interim posuit & alia lectio hic colligi: Per quas & mensus est cælum palmo, & terram pugno, seu pugillo.

157. In valètia sua, &c.] Hierem. 51. Voces Græcæ sunt τῆ ἰσχυί, τῆ σοφίᾳ, τῆ σωείᾳ, pro quibus transtulit & hic, & paulopost Auctor: valètiã (id est scilicet alibi adnotauimus) fortitudinem, intelligentiam, sensum.

158. Hæ sunt vires eius, quibus enixus, totum hoc condidit.] Videur adludere ad illud Psalm. 64. Preparans montes in Virtute tua, aut similem aliquam scripturam. Nam paulopost inter animi nisus, quos Deus adhibuit ad mundi compositionem, etiam virtutem enumerat, de qua alioqui hic nulla mentio.

159. Hæc autem sunt inuifibilia, &c.] Clarius istud transtulit Apost. Rom. 1. quàm vulgatus Latinus Interpres: ab institutione mundi, pro: à creatura mundi; & ad verbum ex Græco: factis eius, pro eo quod alter apertius: per ea quæ facta sunt; omittens intellecta, pro quo tamen Græcæ est ὑόμωρα.

160. ut ininuentibilia iudicia eius, & ininuestigabiles viæ eius.] Imprimis hic ut, scilicet ὡς Græcum, pro: quàm, accipit Auctor, tum hic, tum infra in initio lib. 2. adu. Marc. Vbi quæ legitur: ininuestigabilia iudicia eius, & ininuestigabiles viæ eius, necessarîo visum fuit & hic legere: ininuentibilia, ac: ininuestigabiles; & hoc postremum ita etiam lego lib. aduers. Marc. 5. Nam quod Rhenan. putauit: inuestigabiles accipi, pro: non vestigabiles; siue quæ inuestigari non possint, non videtur posse constare cum his sequentibus verbis Auctoris: quæ nec inueniri nec inuestigari, quæ debuisset omittere negatiuam particulam nec, si negatiuè accepisset: inuestigabiles; maxime quum pro: inuentibilibus vsurpet ibi: alioqui inuestigabilia, & in propria etiam significatione adiciat inuestigata & inuenta. Quare etiam apud B. Cyprian. Test. lib. 3. ad Quir. cap. 53. censeo legi debere: & quàm ininuestigabiles viæ eius; item apud August. epist. 105. Eadem porro ratione ininuentibilia legendum. Nam similiter etiam dixit lib. sequ. aduersus Valentiananos cap. 14. ininterpretabili nomine.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS VALENTINIANOS, PER IACOBVM PAMELIVM.



DVERSVS Valentiananos hæreticos scripturus Tertullianus, differens congressionem, solam profitetur errorum, seu potius fabularum, cum risu narrationem, expugnatione transfunctoria contentus, sicubi indignitas meruerit suggillari; ut potè quum multa sint sic digna reuinci, ne grauitate adorentur.

Imprimis autem narrat, quod Valentianiani, frequentissimum sanè inter hæreticos collegium, nihil magis curent, quàm occultare quod prædicant.

Deinde

Deinde quum illi simplices nuncuparent Catholicos, scripturis simplicitatem probare docet.

Quantumuis interim se abscondant (quum Veritas econtrariò non erubescat) scire tamen simplices Christianos omnes eorum fabulas & genealogias, quas damnat Apostolus, indeterminatas, quas proinde solummodò demonstrare, destruere sit.

Notam etiam esse Valentianorum originem à Valentino, licet ab eo abscesserint Ptolomæus, Heracleon, Secundus, Magus Marcus, ac Theotimus, ita ut nusquam iam Valentinus, & tamen Valentianiani ab illo; quum solas integras eius regulas custodiret Antiochia Axionicus quidam.

Sibi interim cum Archetypis esse disceptationem, idque non confictis materiis, utpote quas ipsius hæresiarchæ contemporales, instructiss. voluminibus prodiderint & retulerint Iustinus Martyr, Miltiades, Irenæus, & quidam Proculus.

Deinde verbis partim initio huius Argumenti adductis, partim illi infra subiectis, demonstrationem solam arcani ipsorum promittens, methodum indicat qua uti statuit.

Porro à prima Ogdoade Æonum Valentianorum siue Terrade duplici, auspiciatur, in qua ex Bytho ac Sige orti Nus & Veritas, Sermonem & Vitam procrearint; è quibus Homo & Ecclesia.

Inde ex secunda illa Tetrade, Sermonem & Vitam decuriam Æonum simul fudisse, Hominem & Ecclesiam duodenarium numerum, quo sic impleteretur tricenaria diuinitatis Pleroma seu plenitudo.

Iam verò fecunditate tota deficiente, à nouissimo Æone Sophia confirmata ab Horo ne dissolueretur, ex vi Passionis, nulla opera coniugij, abortiuum fætum Enthymesin expositam esse.

Tota interim propinquitate supplicante Sophiam coniugi suo Teletò restitutam, Enthymesin verò extra Pleroma relegatam.

Nequa igitur eiusmodi rursus concussio contingeret, Nam illum nouam edidisse conpulationem, Christum & Spiritum sanctum.

Deinde ex omnibus simul Æonibus compactum esse perfectum Pleromatis fructum Iesum, quem & Soterem, & Christum, & Sermonem nuncupant; & satellites eius Angelos.

Atque hætenus (inquit ludens Auctor) prima Tragædiæ scena; alia iam extra Pleroma cothurnatio.

Nam Enthymesin, siue iam nouo & interpretabili nomine Achamoth, in inane illud Epicuri explosam, quamquã à Christo non sine Spiritu sancto è superioribus misso iã formatam; quia tamen ad lumen illud Pleromatis non potuit attingere, ab Horo custodière extremam eius lineam exclusa; adflètam mærore, metu, consternatione, ignorantia.

Atque ex his originem traxisse Materiam, quam Pythagorici, Stoici & Plato ipse innatam volunt, & elementa ipsa.

Conuersam inde ad preces, quum ad se missus esset Paracletus Soter Iesus, eam denud confirmatam, & ab omnibus iniuriis Passionis expumicatam, ex conuersione illa animales corpulentias produxisse.

Præ gaudio abhinc ex contemplatione illa Soteris & angelicorum qui unà venerant luminum, spirituales produxisse, & sic factam Trinitatem generum.

Ex animali autem substantia productum deinde Demiurgum (quod cum horrore blasphemie pronuntiandum) Deum hunc nostrum, Regem vniuersorum.

Quamquam hæc de re inter eos non conueniat.

- xx. Porro à Demiurgo extra Pleromatis limites cōstituto, hunc mūdum conditū, ex animalibus & materialibus substantiis, ex incorporalibus verò septemplex cælorū scenā.
- xxi. Quibus iterum interserit varia Achamoth siue Sophiæ secundæ nomina.
- xxii. Quid? quod & Diabolum opus Demiurgi faciant, Munditenentem appellantes.
- xxiii. Inde singularum potestatum situm interserens (qui infra post nomen Græcorum & Latinorum varietatem subiicietur) etiam ignem his omnibus corporibus & elementis inflabellatum addit.
- xxiiii. Demiurgum post hæc ad hominem manus contulisse, & carnem ei creasse, non ex limo terra, sed Materia illa Philosophica.
- xxv. Cui quum animam Demiurgus mox de adflatu suo communicaret, etiam ab Achamoth pariter in illum deriuatum semen spiritale, quod nuncupabant Ecclesiam.
- xxvi. Hinc tria hominum genera describit, siue Trinitatem hominis, & quem exitum sortiantur.
- xxvii. Emisisse etiam Demiurgum Christum filium suum naturalem per virginem (vide blasphemiam) non ex virgine editum; & super hunc deuolasse Soterem in specie columba, cumque mansisse in Christo impassibilem, passum verò animale Christum.
- xxviii. Animas quoque meliores (vix ex Irenæo magis manifestum est) adlegi in Prophetas, Sacerdotes, ac Reges.
- xxix. Hominum verò tria genera ab eis constitui, choicum, animale, spiritale.
- xxx. Spiritibus autem (quos se esse iactitant) operationes non necessarias, sed nobis utpote Psychicis, id est animalibus hominibus, martyrij quoque necessitatem sic eludentes.
- xxxi. Et verò in consummatione ita dispensari mercedem, ut Achamoth de medio tabulato in Pleroma transferatur, excepta à Sotere compactio illo sponso, & Demiurgum de hebdomade sua cælesti in vacuum matris locum.
- xxxii. Humanam verò gentem in exitus tales iturā, choica quidē & materialis nota totū interitum (nam & anima mortalis apud illos, nisi qua fide salutē inuenerit) Psychicorū verò iustorū animas (id est nostras) in medietate illius receptacula transmitti, spiritualiū denique ipsorum nempe, ad Pleromatis palatium traductas, in spōsas angelorum adsumi.
- xxxiii. Verūm enim verò ab Valentino in hoc dissentire emendatores Ptolomai, quod Bytho duas adfingant coniuges, Cogitationem & Voluntatem, atque ex Cogitatione ortam Veritatem, ex Voluntate Monogenem.
- xxxiiii. Alios etiam qui aut nullum sexum Bytho deputant, aut Hermaphroditum faciunt.
- xxxv. Esse item, qui Bytho non principatum, sed postumatum defendat, post Ogdoadem primam ex Tetrade quidem & ipsam, sed aliis nominibus deriuatam.
- xxxvi. Quosdam qui ex patre Bytho, & Ennæa matre, integram Ogdoadem illam vno partu exclusam.
- xxxvii. Item alium quendam, qui Monoteta & Henoteta parentes primos faciat, ex quibus Monas & Vnio, & ex illis reliquos Æones.
- xxxviii. Humaniores denique Secundum, qui Tetradas duas diuidens in dextram & sinistram, lumen & tenebras, tantūm defectricem illam virtutem (Achamoth nempe) vult non ab aliquo Æonum deduci.
- xxxix. Postremò maiorem esse de ipso Iesu diuersitatem, quum Valentinus ex omnium Æonum fosculis; alij ex solis decem, aut solis duodecim, alij à Christo & Spiritu sancto tantūm, alij aliunde eum confectum contendant. Atque ita doctrinas Valentinianorum in sylvas iam excoluisse Gnosticorum.

Ceterum

Ceterum Tertulliani esse vel inde constat, quòd cap. 16. nominatim libri aduersus Hermogenem meminerit, quem eius esse constat. Et verò scripsisse illum aduersus Valentinianos luculenti sunt testes B. Optatus Mileuitanus lib. I. aduersus Parmenian. Donatistam, & Vincentius Lirinensis lib. sepe citato de Prophan. hæres. nouitate. Visus fuit etiam iam olim MS. à Trithemio & Politiano, & inter primos à Rhenano editus, primū Scholiis, deinde & Adnotationibus ita illustratus, ut nusquam diligentior fuerit. Non contemnendam tamen esse nostram postremam hanc recognitionem, idque ex B. Irenæi lib. I. cap. I. & aliquot sequentibus, eoque tam Græco apud Epiphaniū, quàm Latino iuxta versiones varias, & tribus Vatic. MS. exemplaribus, colliget facillè Lector, ex iis quas maioris adhuc lucis gratia adiecimus Adnotationibus, Argumento, immò & Catalogo Æonum, ac sitis ipsorum delineatione apertioribus.

NOMINA ÆONVM ET DEORVM VALENTINI, immò criminum potius quàm numinum, aliorumque eodem pertinentium.

DE his nominibus infra c. 6. sic Tertullianus: Quorundam (inquit) de Græco interpretatio non occurrit, quorundam nec de sexu genera conueniunt, quorundam vsitatio in Græco notitia est. Itaque plurimum Græco ponemus, significantia per paginarum limites aduerunt, nec Latinis quidem deerūt Græca, sed in lineis de super notabuntur. Hactenus ille. Quod tamen quum in MS. codicibus neque Rhenanus, neque ego factum inuenerimus, expediebat ad intellectum maiorem, hunc Nominum Catalogum præfigere. Quem nunè & locupletauī, & in ordinem congruum redegi, adiecto maioris explicacionis gratia capitum numero, vbi de singulis ipsorum agitur. Adnotauī etiam quæ hinc aut alibi Tertulliano vsitata, quæ Irenæo Latino lib. I. adu. hæres. c. I. quæ denique Epiphano Græco hæres. 31. aut eius Interpreti Latino; è quibus etiam nomina aliquot castigata sunt.

Generalia nomina, ad productionem, coniugia, & numerum Æonum pertinentia, ex cap. 7. 8. 12. 23. 30. & 31.

Æon, Tertull. Iren.	αἰών, Epiph.	Sæculum, Interpr. Epiph.
Æones.	αἰώνες.	Sæcula.
Syzygia.	συζυγία.	{ Coniugatio } Tertull. { Copulatio }
Nymphon.	νυμφών.	{ Nuptiarum domus. } { Thalamus. }
Probole.	προβολή.	Emissio, Tertull.
Ogdoas.	ὀγδοάς.	{ Octonarius, Tertull. } { Octonatio, Iren. }
Tetras. Tertull. Iren.	τετράς, Epiph.	{ Quaternarius, Int. Epiph. } { Quadriga, Tertull. } { Quaternatio, Iren. }

Decas.	δεκάς.	Denarius.
Dodecas.	δωδεκάς.	Duodenarius.
Triacostas.	τριάκοντάς.	Tricenarius.
Ectroma.	ἑκτώμα.	Partus abortivus.

XXX. Æonum nomina.
Ogdoas, seu Quadriga duplex Æonum. c. 7.

	Bythos, <i>Tertull. Iren.</i>	βύθος, <i>Epihb.</i>	Profundum, <i>Int. Epihb.</i>
	Æon celios.	αἰὼν τέλειος.	§ Saculum perfectum.
	Arche.	ἡ ἀρχή.	§ Æon perfectus, <i>Iren.</i>
	Proarche.	προαρχή, <i>Iren.</i>	§ Initium, <i>Iren.</i>
	Propator.	προπάτωρ, <i>Epihb.</i>	§ Principium.
	Pater.	πατήρ.	§ Prior principio.
1.	Pater panton.	πατήρ πάντων.	§ Primus } Pater, <i>Tertull.</i>
	Proon.	προών.	§ Immensus }
	Autopator, <i>Epihb.</i>	αὐτοπάτωρ.	Pater.
	Anarchos, <i>Iren.</i>	ἀναρχος.	Pater omnium.
	Risa, <i>Epihb.</i>	ρίζα.	§ Præxistens.
	Sige, <i>Tertull. Iren.</i>	σίγη, <i>Epihb.</i>	§ Qui antè fuit, <i>Iren.</i>
2.	Ennœa.	ἐνοία.	Ipse per se pater.
	Charis.	χάρις.	§ Carens principio.
	Mater.	μητήρ.	Radix.
	Nus.	νῦς.	Silentium, <i>Interp. Epihb.</i>
	Monogenes.	μονογενής.	§ Intelligentia.
3.	Protogenes, <i>Tertull.</i>	προτογενής.	§ Cogitatio.
	Pater, <i>Tertull. Iren.</i>	πατήρ.	Gratia.
	Arche ton panton.	ἀρχὴ τῶν πάντων.	Mater.
4.	Alethia.	ἀλήθεια.	Mens.
5.	Logos, <i>Iren.</i>	λόγος.	Vnigenitus.
6.	Zoe, <i>Tertull. Iren.</i>	ζωή.	Prior genitus, <i>Tertull.</i>
7.	Anthropos, <i>Iren.</i>	ἄνθρωπος.	Pater.
8.	Ecclesia, <i>Tertull. Iren.</i>	ἐκκλησία.	Initium omnium.

Decas Æonum. c. 8.

9.	Bythios, <i>Tertull. Iren.</i>	βύθιος, <i>Epihb.</i>	Profundus, <i>Interp. Epihb.</i>
10.	Mixis.	μίξις.	Mixtio.
11.	Ageratos.	ἀγήρατος.	Non senescens.
12.	Hcnosis.	ἡσυχία.	Vnio.
13.	Autophyes.	αὐτοφυής.	Per se naturalis.
14.	Hedone.	ἡδονή.	Voluptas.
15.	Acinetos.	ἀκίνητος.	Immobilis.
16.	§ Syncretis, <i>Tertull.</i>	σύγκρησις.	Commixtio.
	§ Homofyncretis, <i>Iren.</i>	ὁμοσύγκρησις.	Similis commixtio.
17.	Monogenes.	μονογενής.	Vnigenitus.
18.	Macaria.	μακαρία.	§ Fortunata, <i>Tertull.</i>
			§ Felicitas, <i>Interp. Iren.</i>

Dodecas

Dodecas Æonum, eodem cap. 8.

19.	Paracletus, <i>Tert. Iren.</i>	παράκλητος, <i>Epihb.</i>	Paracletus, <i>Interp. Epihb.</i>
20.	Pistis.	πίστις.	Fides.
21.	Patricos.	πατερός.	Patermus.
22.	Elpis.	ἐλπίς.	Spes.
23.	Metricos.	μητρικός.	Maternus.
24.	Agape.	ἀγάπη.	Charitas.
25.	§ Ainos.	αἶνος.	Laus.
	§ Airus, <i>Epihb.</i>	αἰνός.	Semper mens.
	§ Synesis.	σύνεσις.	Intelligentia.
26.	§ Phronefis, <i>Billio.</i>	φρόνησις, <i>Billio.</i>	Prudentia, <i>Bill.</i>
27.	Ecclesiasticus.	ἐκκλησιαστικός.	Ecclesiasticus.
28.	Macarioros.	μακαριότης.	Beatitudo.
29.	§ Teletus } <i>Tertull.</i>	τελετός.	§ Perfectus } <i>Tertull.</i>
	§ Philetus } <i>Tertull.</i>	φιλητός.	§ Amabilis } <i>Tertull.</i>
	§ Teletus, <i>Iren.</i>	τέλειος, <i>Iren.</i>	§ Voluntas, <i>Inter. Epihb.</i>
30.	Sophia.	σοφία.	§ Voluntarius, <i>Int. Theod.</i>
			Sapientia.

Custodis Pleromatis Hori ex Bytho solo producti nomina. cap. 9. & 10.

Horos, <i>Tertull. Iren.</i>	ὄρος, <i>Epihb.</i>	Terminus, <i>Interp. Epihb.</i>
Stauros, <i>Iren.</i>	σταυρός.	Cruz, <i>Tertull.</i>
Lyttores.	λυτρωτής.	Redemptor.
Carpistes.	καρπιστής.	Traductor.
Metageous.	μεταγωγός.	Circunductor, <i>Tertull.</i>
Horothetes.	ὄροθέτης.	§ Finitor, <i>seu</i>
		§ Finium designator.

Ectromatis, siue abortivi fetus nomina, cap. 9. 14. & 21.

Enthymesis, <i>Tertull. Iren.</i>	ἐνθύμησις, <i>Epihb.</i>	§ Animatio, <i>Tert.</i>
Achamoth, <i>Tert. Iren.</i>	ἀχαμόθ, <i>Epihb.</i>	§ Cogitatio, <i>Inter. Epihb.</i>
Sophia.	σοφία.	Achamoth, <i>Int. Epihb.</i>
Ogdoas.	ὀγδοάς.	Sapientia.
Ge.	ἡγή.	Octonarius.
Mater.	μητήρ.	Terra.
Pneuma hagon.	πνεῦμα ἁγιον.	Mater.
Hierusalem, <i>Iren.</i>	ἱερουσαλήμ.	Spiritus sanctus.
Kyrios.	κύριος.	Hierusalem.
		Dominus.

Novorum ex primo Monogene duorum Æonum nomina, cap. 11.

Christus, <i>Tertull. Iren.</i>	χριστός, <i>Epihb.</i>	Christus, <i>Int. Epihb.</i>
Pneuma hagon.	πνεῦμα ἁγιον.	Spiritus sanctus.

Æonis ex omnibus Æonibus concinnatis nomina.

Iesus, <i>Tert. Iren.</i>	ἰησοῦς, <i>Epihb.</i>	Iesus, <i>Interp. Epihb.</i>
Soter.	σωτήρ.	Saluator.
Christus.	χριστός.	Christus.

Xx iiij

Logos.	λόγος.	Verbum.
Paracletus.	παράκλητος.	Paracletus.
Problema, Iren.	πρόβλημα.	Problema.

Angelorum ex iisdem productorum nomina, eodem cap. 12.

Angeli, Tert. Iren.	ἄγγελοι, Epiph.	Angeli, Inter. Epiph.
Doryphori, Epiph.	δορυφόροι.	Satellites.

Trinitatis generum ex Achamoth nomina, cap. 17. ac 18.

Hylicum, Iren.	ὕλιον, Epiph.	Materiale, Tertull.
Psychicum.	ψυχικόν.	Animale.
Pneumaticum.	πνευματικόν.	Spiritale.

Demiurgi ex Achamoth & animali substantia nomina, cap. 18. 19. & 20.

Demiurgus, Tertull. Iren.	δημιουργός, Epiph.	Opifex, Inter. Epiph.
Metropator.	μητρόπατορ.	Mater & pater.
Apator.	ἀπάτορ.	Sine patre.
Pater.	πατήρ.	Pater.
Basileus.	βασίλευς.	Rex.
Hebdomas.	ἑβδομάς.	Septenarius.
Archangelus, Tertull.	ἀρχάγγελος, Tertull.	Archangelus, Tertull.
Angelus, Iren.	ἄγγελος.	Angelus, Inter. Epiph.
Pantocrator, Epiph.	παντοκράτορ.	Omnipotens.
Criates.	κρίτης.	Creator.

Christi filij Demiurgi nomina, cap. 26. & 27.

Christus, Tertull. Iren.	χριστός, Epiph.	Christus, Inter. Epiph.
Iesus, Epiph.	ἰησούς.	Iesus.
Soter.	σωτήρ.	Saluator.
Phos.	φῶς.	Lux.
Logos.	λόγος.	Verbum.
Nus.	νῦς.	Mens.

ARCIVM, QVIBVS SINGVLI ÆONES COLLOCATI sunt, nomina, cap. 23. 24. & 25.

Tricenarij aliorumque aliquot Æonum sedis nomina.

Pleroma, Tertull. Iren.	πλήρωμα, Epiph.	<table border="0"> <tr> <td>Vniuersitas, Tert.</td> </tr> <tr> <td>Plenitudo, Tertull. Iren.</td> </tr> <tr> <td>Complementum, Inter. Epiph.</td> </tr> </table>	Vniuersitas, Tert.	Plenitudo, Tertull. Iren.	Complementum, Inter. Epiph.
Vniuersitas, Tert.					
Plenitudo, Tertull. Iren.					
Complementum, Inter. Epiph.					

Achamoth locus.

Cenoma, Iren.	κενάμα, Epiph.	Vacuum, Iren. Tertull.			
Mesotetos topos, Epiph.	μεσοτήτος τόπος.	<table border="0"> <tr> <td>Locus</td> <td rowspan="2">} medietatis.</td> </tr> <tr> <td>Regio</td> </tr> </table>	Locus	} medietatis.	Regio
Locus	} medietatis.				
Regio					

Tabulatum {medium } Tertull.
 {secundum }

Demiurgi

Demiurgi locus super Septemplici celo.

Sabbatum, Tertull. Iren.	σάββατον, Epiph.	Sabbatum, Inter. Epiph.
Solium Demiurgi, Tertull.		{ Tert.
Topos ouranios, Epiph.	ὀυρανίος τόπος, Epiph.	Subcaelestis locus { Iren.

Diaboli & hominis locus.

κόσμος, Tert.	κόσμος, Epiph.	Mundus, Tertull. Iren.
---------------	----------------	------------------------

CREATURARVM à Demiurgo & Achamoth conditarum nomina, cap. 20. 22. & 25.

Spiritualium.

Hebdomas ouranon, Epiph.	ἑβδομάς, ἑφαιῶν.	Cœlorū { septēplex scena, Tert. { septenarius, Iren.															
<table border="0"> <tr> <td>{ Ourani, Epiph.</td> <td>{ ἑρανοί, Epiph.</td> <td>{ Cœli, Tertull. Iren.</td> </tr> <tr> <td>{ Angeli, Tertull. Iren.</td> <td>{ ἄγγελοι.</td> <td>{ Angeli, Inter. Epiph.</td> </tr> <tr> <td>Paradisus.</td> <td>παράδεισος.</td> <td>Paradisus.</td> </tr> <tr> <td>{ Angelus.</td> <td>{ ἄγγελος.</td> <td>Angelus.</td> </tr> <tr> <td>{ Archangelus quartus, Tert.</td> <td></td> <td></td> </tr> </table>	{ Ourani, Epiph.	{ ἑρανοί, Epiph.	{ Cœli, Tertull. Iren.	{ Angeli, Tertull. Iren.	{ ἄγγελοι.	{ Angeli, Inter. Epiph.	Paradisus.	παράδεισος.	Paradisus.	{ Angelus.	{ ἄγγελος.	Angelus.	{ Archangelus quartus, Tert.				
{ Ourani, Epiph.	{ ἑρανοί, Epiph.	{ Cœli, Tertull. Iren.															
{ Angeli, Tertull. Iren.	{ ἄγγελοι.	{ Angeli, Inter. Epiph.															
Paradisus.	παράδεισος.	Paradisus.															
{ Angelus.	{ ἄγγελος.	Angelus.															
{ Archangelus quartus, Tert.																	
<table border="0"> <tr> <td>{ Diabolus, Tert. Iren.</td> <td>{ δαίβολος, Epiph.</td> <td>{ Diabolus, Int. Epiph.</td> </tr> <tr> <td>{ Cosmocrator.</td> <td>{ κοσμοκράτορ.</td> <td>{ Mundi dominus.</td> </tr> </table>	{ Diabolus, Tert. Iren.	{ δαίβολος, Epiph.	{ Diabolus, Int. Epiph.	{ Cosmocrator.	{ κοσμοκράτορ.	{ Mundi dominus.		{ Munditenens, Tert.									
{ Diabolus, Tert. Iren.	{ δαίβολος, Epiph.	{ Diabolus, Int. Epiph.															
{ Cosmocrator.	{ κοσμοκράτορ.	{ Mundi dominus.															
Dæmonia.	δαίμονια.	Dæmonia.															
Pneumatica ponerias.	πνευματικὰ ποιησία.	Spiritualia nequitia, Tert. Iren.															

Materialium.

Hyle, Epiph.	ὕλη, Epiph.	Materia, Tertull. Iren.
Cosmos, Tertull.	κόσμος.	Mundus.
Stoichia, Epiph.	στοιχεῖα.	Elementa.
Pyr.	πῦρ.	Ignis.
Aër.	ἀήρ.	Aër.
Hydor.	ὕδωρ.	Aqua.
Ge.	γῆ.	Terra.

Animalium.

Anthropos, Epiph.	ἄνθρωπος, Epiph.	Homo, Tert. Iren.
Zoa.	ζῷα.	Animantia.

Trinitatis, siue trium generum hominis nomina, cap. 26. & 29.

Choicus, Tertull. Iren.	χοϊκός, Epiph.	Terreus, Int. Epiph.
Psychicus.	ψυχικός.	Animalis.
Pneumaticus.	πνευματικός.	Spiritualis, Tertull. Iren.

Alteius Bythi coniugis secundum quosdam nomen, cap. 33.

Thelesis, Iren.	θέλησις, Epiph.	Voluntas, Tert.
-----------------	-----------------	-----------------

Ogdoadis alterius secundum quosdam Bytho anterioris nomina, cap. 35.


Proarche, Tertull. Iren.	πρωαρχη, Epiph.	Prior principio, Int. Epiph.
Anennoetos.	αιεννητος.	Incogitabilis.
Arrhetos.	αρρητος.	Inenarrabilis.
Aoratos.	αορατος.	Arcanus.
Arche.	αρχη.	Inuisibilis.
Acataleptos.	ακαταληπτος.	Principium.
Anonomastos.	αινομαστος.	Incomprehensibilis.
Agennetos.	αγεννητος.	Innominatus.
		Ingenitus.

Tetras Æonum, quos alij omnium Æonum parentis faciunt nomina, cap. 37.

Monotes, Tert. Iren.	μονότης, Epiph.	Singularitas, Tert.
Henotes.	ηνότης.	Vnitas.
Monas.	μονάς.	Solitas.
Hen.	ην.	Vnió.

ARCIVM SCHEMA, QVIBVS SINGVLÆ ÆONVM POTESTATES COLLOCABANTVR A Valentino, cum vniuersa Æonum Genealogia.

SCHEMA à Rhenano vnà cum libro aduersus Valentinianos in lucem editum, etsi quidam non admodum probent, præstare existimantes istiusmodi curiositates ignotas nobis esse, quàm in tabella descriptas exhiberi, ego tamen retinendum censui, quòd ad intellectum magnoperè faciat, tum huius libri, tum Irenæi lib. 1. & 2. aduersus hæres. tum denique Epiphani j hæres. 31. 32. 33. ac 35. Si quis Antidotum aduersus hæc fabulas (fateor & ego) impiissimas desideret, longè latè que refutantur ab Irenæo, integro dicto lib. secundo, quod ipsum, singulis quibusque capitibus huius libri, vbi reperiri possit, adnotabimus. Certè ipse Tertullianus post Irenæum maxima ex parte huius Schematis Auctor est. Ita enim loquitur c. 23. *Singularum autem potestatum arces his finibus collocat. In summis summitatibus tricenarium Pleroma, Foro signante lineam extremam. Inferius illum, metatur medietatem Achamoth, filium calcans. Subest enim Demiurgus in (id est, super) hebdomade sua. Magis Diabolus, in isto communi nobiscum mundo.* Porro quod hic commodè exprimi non potuit, hic adiciendum ex cap. 30. ac 31. *In consummatione (inquit, iuxta eundem Valentinum) ipsa Achamoth de regione medietatis, de tabulato secundo in summum transferitur, restituta Pleromati; & statim excipit compactitius ille Soter sponsus, scilicet ambo nouum coniugium. Et Demiurgus tunc de hebdomade subcælesti in superiora mutabit, in vacuum iam coenaculum matris. Humana verò gens in hos exitus ibit; choica & materialis nota in totum interitum; Iustorum anima, id est, nostræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur. In Pleromati verò palatium, spiritale examen Valentini. Quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris in sponsas. Hæc erit spiritualium merces, hoc premium credendi, hæc tamen illi. Absurda quidem hæc omnia, sed tamen ad intellectum huius libri necessaria. Et verò (vt Auctoris verbis vti pergam) has Genealogias indeterminatas ab Apostolo damnatas demonstrasse, destruere est. Quare & nos in ordinem meliorem rede-gimus, iuxta ipsam Tertulliani dispositionem, trium Tabulatorum situm, & vniuersam Genealogiam Æonum ita concinnauius, vt ex quibus quæque producantur, manifestum sit.*



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI ADVERSUS
VALENTINIANOS LIBER.

CAP. I.



VALENTINIANI frequentissimum planè collegium inter hæreticos, quia plurimum ex apostatis veritatis, & ad fabulas facile est, & disciplina non terretur. Nihil magis curant quàm occultare quod prædicant, si tamen prædicant qui occultant. Custodiæ officium, conscientiæ officium est. Confusio prædicatur, dum religio adseueratur. Nam & illa Eleusinia, hæresis & ipsa Atticæ superstitionis, quod tacent pudor est. Idcirco & aditum prius cruciant: diutius inician, quàm consignant: cum & portas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspensio cognitionis ædificent: atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantum præstruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentij officium, adtentè custoditur quod tardè inuenitur. Ceterum tota in adytis diuinitatis, tot spiraria portarum, totum signaculum linguæ, simulacrum membri virilis reuelatur. Sed natura venerandum nomen allegorica dispositio prætendens, patrocini coactæ figuræ sacrilegium obscurat, & conuicium falsis simulacris excusat. Proinde quos nunc destinamus hæreticos, sanctis nominibus & titulis & argumentis veræ religionis, vanissima atque turpissima figmenta configurantes, facili claritati, ex diuinæ copiæ occasione, quia de multis multa succedere est, Eleusiniana Valentini fecerunt lenocinia, sancta silentio magno, sola taciturnitate cœlestia. Si bona fide quæras, concreto vultu, suspensio supercilio, Altum est, aiunt. Si subtiliter tentes, per ambiguitates bilingues, communem fidem adfirmant. Si scire te subostendas, negant quicquid agnoscunt. Si cominus certas, tuam simplicitatem sua cæde dispergunt. Ne discipulis quidem propriis antè committunt, quàm suos fecerint. Habent artificiam quò prius persuadent, quàm edoceant. Veritas autem docendo, persuadet, nõ suadendõ docet. Ideoque simplices notamur apud illos, ut hoc tantum, non etiam sapientes: quasi statim deficere cogatur à simplicitate sapientia, Domino vtramque iungente: Estote prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ. Aut si nos propterea insipientes, quia simplices, num ergo & illi propterea nõ simplices, quia sapientes? Nocentissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi qui non sapientes. Et tamen malim in eam partem, meliori sumi vitio. Si fortè præstat minus sapere quàm peius, errare quàm fallere. Porro facies Dei expectat in simplicitate quærentes, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis. Deinde infantes testimonium Christi, sanguine litauerunt. Pueros vocem qui crucem clamant? nec pueri erant, nec infantes, id est simplices, non erant. Repuerascere nos & Apostolus iubet secudum Deum, ut malitia infantes per simplicitatem, ita demum sapientes sensibus simus, diuinæ sapientiæ ordinem de simplicitate amando. In summa Christum columba demonstrare solita est, serpens verò tentare. Illa & à primordio diuinæ pacis præco. Ille à primordio diuinæ imaginis prædo. Ita facilius simplicitas sola Deum & agnoscere poterit & ostendere, prudentia sola concutere potius & prodere. Abscondat itaque se serpens quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus seriem suam euoluat, tortuose procedat, nec semel totus, lucifuga bestia. Nostræ columbæ domus simplex, etiam in æditis semper & apertis & ad lucem: amat figuram spiritus sancti, Orientem Christi figuram. Nihil veritas erubescit, nisi solummodò abscondi: quia nec pudebit vllum aures ei dedere, eum Deum recognoscere, quem iam illi natura commisit, quæ quotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum, quod vnicum nõ putauit, quod in numero nominauit, quod in aliis adorauit. Alioquin à turba eorum & aliam frequentiam suadere, à domestico principatu ad incognitum transmouere, à manifesto ad occultum retorquere, de limine fidem offendere est. Iam si & in totam fabulâ initietur, nõne tale aliquid dabitur te in infantia inter somni difficultates à nutricula audisse, Lamia turre, & pectines Solis: Sed qui ex alia cõsciencia venerit fidei, si statim inueniat tot nomina Æonũ, tot cõiugia, tot genimina, tot exitus, tot euetus, felicitates, infelicitates, dispersæ atque concisæ diuinitatis, dubitabitne ibidem pronuntiare has esse fabulas & genealogias indeterminatas, quas Apostoli spiritus, his iam tunc pul-

lulantibus feminibus hæreticis, damnare præuenit? Merito itaque non simplices, merito tantummodò prudentes, qui talia neque facile producant, neque exerte defendunt, sed nec omnes quos edocent, perdocent: utique astute, ut pudenda: ceterum inhumanè, si honesta. Et tamè simplices nos, omnia scimus. Denique hunc primum cuneum confessionis armauimus, detectorem & designatorem totius conscientiæ illorum, primamque hanc victoriam auspicamur: quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodò demonstrare, destruere est. Nouimus, inquam, optimè originem quoque ipsorum, & scimus cur Valentinianos appellemus, licet non esse videantur. Abscesserunt enim à cõditore, sed minimè origo deletur: & si fortè muratur, restatio est ipsa mutatio. Speraue- rat Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium ex martyrij prærogatiua loci positum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit (ut solè animi pro prioratu exciti, præsumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuersus veritatem, & cuiusdam veteris opinionis semini actu colubroso viâ deliniauit. Eam postmodum Ptolomæus intrauit, nominibus & numeris Æonũ distinctis in personales substantias, sed extra Deum determinatas, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis, ut sensus & affectus motus incluserat. Deduxit & Heracleon inde tramites quosdam, & Secundus, & Magus Marcus. Multum circa imagines legis Theorim operatus est. Ita nusquam iam Valentinus, & tamen Valentiniani qui per Valentinum. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus memoriam Valentini integra custodia regularum eius cõsolatur. Alioquin tantum se huic hæresi suadere permillum est, quantum lupæ fœminæ formam quotidie supparare sollenne est. Quidni quum spiritale illud semen suum sic in vno quoque recenscant. Si aliquid noui adstruxerint, reuelatione statim appellant præsumptionem, & charisma ingenium, nec vnitatem, sed diuersitatem. Ideoque propitius iam seposita illa sollenni dissimulatione sua, plerosque diuidi, quibusdam articulis, etiam bona fide dicturos, Hoc ita non est, & Hoc aliter accipio, & Hoc nõ agnosco. Varietate enim innouatur regularum facies, habet etiam colores ignorantiarum. Mihi autè cum Archetypis erit limes principalium magistrorum, nõ cum adfectatis ducibus passiuorum discipulorum. Nec vndique dicemur ipsi nobis finxisse materias, quas tot iam viri sanctitate, & præstantia insignes, nec solum nostri antecessores, sed ipsorum hæresiarum contemporales, instructissimis voluminibus & prodiderunt & retulerunt, ut Iustinus Philosophus & Martyr, & Miltiades Ecclesiarum sophista, & vt Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator, & vt Proculus nostræ virginis senectæ, & Christianæ eloquentiæ dignitas: quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optauerim assequi. Aut si in totum hæreses non sunt, ut qui eas pellunt, finxisse credatur, metietur Apollolus prædicator illarum. Porro si sunt, non alia erunt quàm quæ retractantur. Nemo tam otiosus fertur stylo, ut materias habens, fingat. Igitur hoc libello, quo demonstrationem solum promittimus illius arcani, ne quem ex nominibus tam peregrinis, & coactis, & compactis, & ambiguis, caligo suffundat, quomodo eis vsuri simus, prius demandabo. Quorundam enim de Græco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de sexu genera cõueniunt, quorundam vsitatio in Græco notitia est. Itaque plurimum Græco ponemus, significantiæ per paginarum limites aderunt; nec Latinis quidem decurrunt Græca, sed in lineis desuper notabuntur, ut signum hoc sit personalium nominum propter ambiguitates eorum quæ cum alia significatione communicant. Quamquam autem distulerim confessionem, solam interim professus narrationem, sicubi tamen indignitas meruerit suggillari, non erit deliberatione transfunctoria expugnatio. Confessionis lusionem deputa Lector ante pugnam ostendam, sed non imprimã vulnera. Si & ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè festiuitas cedit. Congruit & veritati ridere, quia lætans: de æmulis suis ludere, quia secura est. Curandum planè, ne risus eius rideatur, si fuerit indignus. Ceterum vbicumque dignus risus, officiũ est. Denique hoc modo incipiam. Primus omnium Ennius poëta Romanus,

-- Cœnacula maxima cœli

simpliciter pronuntiauit, elati situs nomine, vel quia Iouem illic epularem legerat apud Homerum. Sed hæretici quantas supernitates supernitarum, & quantas sublimitates sublimitatum in habitaculum Dei sui cuiusque suspenderit, extulerint, expanderint, mirum est. Etiam creatori nostro Enniana cœnacula in ædicularum disposita sunt forma,

aliis atque aliis pergulis superstructis, & vnicuique Deo per totidem scalas distributis: D quot hæreses fuerint.¹⁴ Meritorium factus est mundus: insulam Feliculam credas¹⁵ tanta tabulata cælorum, nescio vbi. Illic enim Valentinianorum Deus ad summas tegulas habitat. Hunc substantialiter quidem¹⁷ *αἰὼν τῶν θεῶν* appellant, personaliter verò *πατρὶς* & *τὸ ἀρχαῖον*,¹⁸ etiã Bython,¹⁹ quod in sublimibus habitanti minimè cõgruebat.²⁰ Innatum, immensum, infinitum, inuisibilem, æternumque definiunt: quasi statim probent esse, si talem definiant qualem scimus esse debere, vt sic & ante omnia fuisse dicatur. Sed vt sit expostulo, nec aliud magis in huiusmodi denoto, quàm quòd post omnia inueniuntur, qui ante omnia fuisse dicuntur, & quidem non sua. Sit itaque Bythos iste infinitis retrò æuis, in maxima & altissima quiete, in otio plurimo, placidã²¹ & (vt ita dixerim) stupentis diuinitatis, qualem iussit Epicurus. Et tamen què solum volunt, dant ei secundam in ipso & cum ipso personam,²² Ennæan,²³ quam & Charin²⁴ & Sigen in super nominat.²⁵ Et fortè accedunt in illa cõmendatissima quiete mouere eum de proferendo tandem initio rerum à semetipso. Hoc vice seminis in Sigæ suæ velut in genitalibus vuluæ locis collocat. Suscipit illa statim & prægnans efficitur,²⁶ & parit vtique silètio Sige, & quem parit Nus est, simillimũ patri & parem per omnia. deniq; solus hic capere sufficit immensam illam & incomprehensibilem magnitudinẽ patris. Ita & ipse pater dicitur, & initium omnium, & propriè Monogenes. Atquin nõ propriè, siquidem non solus agnascitur. Nam cum illo processit & fœmina,²⁷ cui Veritas. Monogenes, quia prior genitus, quanto congruentius Protogenes vocaretur? Ergo Bythos & Sige, Nus & Veritas, prima quadriga defenditur Valentinianæ factiõis, matrix & origo cunctorum. Namque ibidẽ Nus simul accipit²⁸ prolationis suæ officium,²⁹ emittit & ipse ex semetipso Sermonem & Vitam, quæ si retrò non erat, vtique nec in Bytho. Et quale est vt in Deo vita non fuerit? Sed & hæc soboles, ad initium³⁰ vniuersitatis, & formati Pleromatis totius emissã, facit fructũ,³¹ Hominem & Ecclesiã procreat: habes Ogdoadem, Tetradem duplicem,³² ex cõiugationibus masculorum & fœminarum, cellas vt ita dixerim, primordialium Æonum: ³³ fraterna cõnubia Valentinianorum deorum: census omnes sanctitatis & maiestatis hæreticæ: nescio criminũ an numinum turbam, certè fontem reliquæ fœcunditatis. [³⁴ Ecce enim fecũda Tetras, Sermo & Vita, Homo & Ecclesiã, quòd in patris gloriã fructificasset. ³⁵ Hinc numero gestientes & ipsi tale quid patri de suo offerre, alios ebulliant fœtus, proinde cõiugaleis, per copulam vtriusque naturæ: ³⁶ Hac Sermo & Vita decuriam Æonum simul fundunt: ³⁷ illac Homo & Ecclesiã duos amplius, æquiparãdo parètib; quia & ipsi duo cum illis decem tot efficiunt, quot ipsi procreauerunt. Reddo nunc nomina quos decuriam dixi. ³⁸ Bythos & Mixis: ³⁹ Ageratos & Henosis: ⁴⁰ Autophyes & Hedone: ⁴¹ Acinetos & Synerasis: ⁴² Monogenes & Macaria. Contrã duodenarius numerus hi erunt: ⁴³ Paracletus & Pistis: Patricos & Elpis: ⁴⁴ Metricos & Agape: ⁴⁵ Ainus & Synesis: ⁴⁶ Ecclesiasticus & Macariotes: ⁴⁷ Teletus & Sophia. Cogor hinc quid ista nomina desiderent, proferre de pari exemplo. ⁴⁸ In scholis Carthaginensibus fuit quidam rigidissimus Rhetor Latinus, Phosphorus nomine: ⁴⁹ quum virum fortem peroraret, Venio, inquit, ad vos optimi F ciues de prælio cum victoria mea, cum fœlicitate vestra, ampliatus, gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis. Et scholastici statim, familiẽ Phosphori⁵⁰ *φωσφ*, acclamãt. Audisti Fortunatã, & Hedonẽ, & Acinetũ, & Teletũ, acclama, ⁵¹ familiẽ Ptolomæi *φελ*. Hoc erit Pleroma illud arcanũ, diuinitatis tricenariẽ plenitudo. Videamus⁵² quæ sint istorũ priuilegia numerorũ, quaternarij, & octonarij, & duodenarij. Interim in tricenario fœcunditas tota deficit, castrata est vis & potestas & libido genitalis Æonum, quasi nõ & numerorum tanta adhuc cõagula superessent, ⁵³ & nulla alia de pædagogio nomina. Quare enim non & quinquaginta & centum procreãtur? quare non & ⁵⁴ sterceiã & Syntrophi nominantur? [⁵⁵ Sed & hoc exceptio personarum est, quòd solus ille Nus ex omnibus immensi patris fruitur notione, gaudens & exultans, illis vtique mœretibus. Planè Nus quantum in ipso fuit, & voluerat & tentauerat, ceteris quoque communicare quæ norat, quantus & quàm incomprehensibilis pater: ⁵⁶ sed intercessit mater Sige, illa scilicet, quæ & ipsis hæreticis suis tacere præscribit: etsi de patris nutu aiunt factum volentis omnes in desiderium sui accendi. Itaque dum macerantur intra semetipsos, dum tacita cupidine cognoscendi patrem vruntur, penè scelus factũ est. Namque ex illis duodecim Æonibus, quos Homo & Ecclesiã ediderant, nouissima natu Æon, viderit Solæcismus, Sophia enim nomen est, ⁵⁷ incontinentia sui sine coniugis ⁵⁸ Phileti societate prorumpit in patrem inquirere, ⁵⁹ & genus

VIII.

IX.

A genus contrahit vitij, quod exorsum quidẽ fuerat in illis aliis qui circa Nõn, in hũc autẽ, id est, in Sophiam⁶⁰ deriuarat, vt solent vitia in corpore alibi connata, in aliud mēbrum perniciem suam efflare. Sed enim sub prætexto dilectionis in patre, æmulatione superabat in Nun solum de patre gaudentem, Vt verò impossibilia cõtendens Sophia frustrarat, & vincitur difficultate, & extenditur affectiõne,⁶¹ modico abfuit præ vi dulcedinis & laboris deuorari, & in reliquam substantiam dissolui: nec aliã quàm pereundo cessasset,⁶² nisi bono fato in Horon incurfasset, (quædam & huic vis est, fundamētum, vniuersitatis illius extrinsecus custos)⁶³ quem & Crucem appellat, & Lytrotẽ, & ⁶⁴ Carpisten. Ita Sophia periculo exempta & tardè persuasa, declinata inuestigatione patris conqueuit, & ⁶⁵ totam Enthymesin, id est, animationẽ cum Passione quæ in super acciderat, exposuit. [⁶⁶ Sed quidam exitum Sophiæ, & restitutionem, aliter somniauerunt. Post irritos conatus & spei deiectionem, deformatã eam pallore credo, & macie & incuria formã, vt quæ patrem nõ minus denegatum dolebat quàm amissum. Dehinc in illo mœrore ex semetipsa sola, nulla opera cõiugij cõcepit, & procreat fœminã. Miraris hæc? Et gallina fortita est de suo parere.⁶⁷ Sed & vultures fœminas tãtum parere aiunt,⁶⁸ & tamẽ sine fœculo mater primò quidem contristari propter inconsummationem generationis, metuere postremo ne finis quoque insisteret, hæcere de ratione casus, curare de occultatione. Remedia nusquã.⁶⁹ Vbi enim iam tragœdiæ & comœdiæ, à quibus forma mutaretur exponendi, quod citra pudorem erat natum? Dum in malis res est, suspicit, ⁷⁰ conuertit ad patrem: sed in cassum enisã, & vires deserebant, in preces succidit. Tota etiã propinquitas pro ea supplicat, vel maximè Nus.⁷¹ quid nisi causa mali tanti. Nullus tamẽ Sophiæ exitus⁷² vacuit: omnes ærumnæ eius operantur. Siquidem & illa tunc cõflictatio in Materiam originem peruenit.⁷³ Ignorantia, pauor, mœror, substantiæ fiunt. Ibi demum pater aliquando motus, per Monogenem Nun, quem suprã diximus Horon, ⁷⁴ in hæc promit in imagine sua⁷⁵ fœminamare, ⁷⁶ quia de patris sexu ita variant. Adiciunt autem, Horon etiã ⁷⁷ Metagea (id est, circumductorem) vocari, & Horotheren. Huius prædicant opera, & repressam ab illicitis, & purgatam à malis, & deinceps cõfirmatam Sophiam & coniugio restitutam, & ipsam quidem in Pleromatis cõsuetudine remansisse: ⁷⁸ Enthymesin verò eius & illam appendicem Passionem ab Horo relegatam & crucifixam, ⁷⁹ & extra æuum factam, Malum, quod aiunt, foras: spiritalem tamen substantiam illam, vt naturalem quendam impetum Æonis, sed informem & ⁸⁰ inspeciatam, quatenus nihil apprehendisset: idẽque fructum infirmum, & fœminam pronunciatam. [⁸¹ Igitur post Enthymesin extorrem, & matrem eius Sophiam coniugi reducem, ille iterum Monogenes, ille Nus, otiosus planè de patris cura atque prospectu, solidãdis rebus, & Pleromati muniendo, iamque figendo, ⁸² ne qua eiusmodi rursus cõcussio incurreret, ⁸³ nouam excludit copulationem, Christũ & Spiritum sanctum: turpissimũ putem, duorum masculorũ: aut fœmina erit Spiritus sanctus: & vulneratur à fœmina masculus. Numẽ his datur vnũ, procurare ⁸⁴ concinnationem Æonum. Et ab eius officij societate, duẽ scholæ protinus, duẽ cathedræ, inauguratio quædam diuidendæ doctrinæ Valètini. Christi erat, ⁸⁵ inducere Æonas naturã coniugiorum (vides quàm rem piã) ⁸⁶ & innati coniectionem, & idoneos efficere generandi in se agnitionem patris, quòd capere eum non sit neque comprehendere, non visu denique, non auditu compotiri eius, nisi per Monogenem. Et tamen tolerabo quòd ita discit patrem nosse ne nosset. Illã magis doctrinã denotabo peruentitatem, quòd docebantur ⁸⁷ incomprehensibile quidẽ patris, causam esse perpetuitatis ipforum: Comprehensibile verò eius, generationis illorum & formationis esse rationem. Hac enim dispositione illud opinor insinuat, expedire Deum non apprehendi: siquidẽ inapprehensibile eius, perpetuitatis est causa: apprehensibile autem nõ perpetuitatis, sed natiuitatis & formationis egentium perpetuitatis. Filium autem constituunt apprehensibilem patris. Quomodo tamen apprehendatur, tum prolatus Christus edocuit, Spiritus verò sancti propria vt de doctrinã studio omnes peræquati, gratiarum actionẽ prosequi nosset, & veram induceretur quietem. [⁸⁸ Itaque omnes forma & sententia peræquãtur, facti omnes quod vnusquisque: nemo aliud, quia alter. ⁸⁹ Omnes refunduntur in Nõs, in Sermones, omnes in Homines, in Christos: ⁹⁰ & quæ fœminæ, in Alethias, in Zoas, in Ecclesias, in Spiritus: vt ⁹¹ Ouidius Metamorphoseis suas deleuisset, si hodie maiorem cognouisset. Exinde refecti sunt, & cõstabiliti sunt, & in requiẽ ex veritate cõpositi, magno cum gaudij fructu hymnis patrem concinunt. Diffundebatur & ipse lætitia, vtique benè

cantantibus filiis & nepotibus. Quidni diffunderetur omni iocunditate, ¹³² Pleromate liberato? Quis nauclerus non etiam cum dedecore latatur? ¹³³ Videmus quotidie nauticorum lasciuas gaudiorum. Itaque ut nauæ ¹³⁴ ad symbolam semper exultant, tale aliquid & *Æones* vnum iam omnes etiam forma, necdum sententia, conuenientibus ipsis quoque ¹³⁵ nouis fratribus & magistris Christo & Spiritu sancto, quod optimū atque pulcherrimū vnusquisque florebat, conferūt in medium. Vanè opinor. Si enim vnum erant omnes. ex supradicta peræquatione, vacabat symbolæ ratio, quæ fermè ex varietatis gratia constat. Vnum omnes bonum conferebāt, quod omnes erāt. De modo forsità fuerit ratio, aut de forma ipsius iam peræquationis. Igitur ¹³⁶ ex ære collatio, quod aiunt, in honorem & gloriam patris, pulcherrimum Pleromatis sidus fructūq; perfectum cōpingunt, Iesum: Eum cognomināt Soterem, & Christum, & Sermonem, ¹³⁷ de patruitis: ¹³⁸ & omnia iam, vt ex omnium defloratione constructum, ¹³⁹ graculum *Æsopi*, ¹⁴⁰ Pandoram *Hesiodi*, ¹⁴¹ Acci Patinam, ¹⁴² Nestoris Cocetum, ¹⁴³ Miscellaneam *Ptolemæi*. ¹⁴⁴ Quam propius fuit ¹⁴⁵ de *Atticis* historiis *Pancarpia* vocari, à tam otiosis auctoribus nominum. Vt autem tātū ¹⁴⁶ sigillariū extrinsecus quoque inornassent, ¹⁴⁷ satellites ei angelos proferūt: par genus, si inter se potest fieri. Si verò *Soteri* consubstantiuos (ambiguè enim positum inueni) quæ erit eminentia eius inter satellites cœquales? [¹⁴⁸ Continet hicigitur ordo ¹⁴⁹ primā processionem pariter & nascentium, & nubētium, & generantiū *Æonum*: *Sophie* ex desiderio patris, periculosissimum casum, *Hori* opportunissimum auxilium, ¹⁵⁰ *Enthymeseos* & cōiunctæ *Passionis* expiatū, ¹⁵¹ *Christi* & *Spiritus sancti* pædagogatū, ¹⁵² *Æonum* tutelarè reformatum, ¹⁵³ *Soteris* *Pauoninum* ornatum, ¹⁵⁴ *Angelorum* cōparatitium antistatum. Quod superest, inquis, ¹⁵⁵ Vos valete & plaudite. Imò quod superest, inquam, vos audite & proiicite. Ceterū hæc intra cœtū *Pleromatis* decucurrissè dicitur, prima tragœdiæ scena. ¹⁵⁶ Alia autem trans siparium cothurnatio est, extra *Pleroma* dico, & tamē si talis sub sinu patris intra ambitū *Hori* custodis, qualis extra iam in libero vbi *Deus* non erat. [¹⁵⁷ Namq; *Enthymesis*, ¹⁵⁸ siue iā *Achamoth* (quod abhinc scriptū, hoc solo interpretabili nomine) vt cū vicio indiuiduæ *Passionis* explosa est ¹⁵⁹ in loca luminis aliena, ¹⁶⁰ quod *Pleromatis* res est, ¹⁶¹ in vacuū atque inane illud *Epicuri*, miserabilis etiam de loco est. Certè nec forma nec facies vlla, ¹⁶² defectiua scilicet & abortiua genitura. ¹⁶³ Dū ita rerum habet, ¹⁶⁴ flestitur à superioribus *Christus*, ¹⁶⁵ deducitur per *Horon*, ¹⁶⁶ aborsum vt illud informet de suis viribus, ¹⁶⁷ solius substantiæ non etiam scientiæ forma. ¹⁶⁸ Et tamen cū aliquo peculio relinquitur. Iteratur odor incorruptibilitatis, ¹⁶⁹ quo compos casus sui potiorum desiderio suppararetur. Hac misericordiæ functus nō sine *Spiritus sancti* societate, recurrit *Christus* in *Pleroma*. ¹⁷⁰ Vfus est, rerū ex liberalitatibus quoq; nomina accedere. ¹⁷¹ *Enthymesis* de actu fuit. *Achamoth* vnde, adhuc queritur: ¹⁷² *Sophia* de matre manat. ¹⁷³ *Spiritus sanctus* ex angelo accipit *Christi*, à quo derelicta statim senferat desideriu. Itaque prosiluit & ipsa lumen eius inquirere: quem si omninò non nouerat, vt inuisibiliter operatum, quomodo lumen eius ignorum cum ipso requirebat? Tamē tētauit, & fortasse apprehendisset, ¹⁷⁴ si nō idem *Horos* qui matri eius tam prosperè venerat, nūc tam importunè filiæ occurrisset, ¹⁷⁵ vt etiā inclaruit in eā *Iao*, quasi ¹⁷⁶ Porro *Quirites*, aut ¹⁷⁷ *Fidem Cæsaris*, ¹⁷⁸ inde inuenitur *Iao* in scripturis. Ita depulsa quo minus pergeret, ¹⁷⁹ nec habens superuolare *Crucē*, id est, *Horon*. ¹⁸⁰ quia nullum *Catulli Laureolū* fuerit exercitata, ¹⁸¹ vt destituta *Passioni* illi suæ in tricha multiplici perplexa, omni genere eius cœpit adfligi: mœrore, quod nō perpetrasset inceptū: metu, ne sicut luce, ita & vita orbaretur: cōsternatione, tum ignorātia. ¹⁸² Nec vt mater eius. Illa enim scilicet *Æon*: at hæc pro conditione deterius: insurgente adhuc & alio fluctu cōuersionis in *Christū*, à quo viuificata fuerat, & in hanc ipsam cōuersionem temperata. [¹⁸³ Age nunc discant *Pythagorici*, agnoscant *Stoici*, *Plato* ipse, vnde *Materia*, quam innatā volunt, & originem, & substantiam traxerit ¹⁸⁴ in omnem hanc struem mundi, quod nec ¹⁸⁵ *Mercurius* ille *Trismegistus* ¹⁸⁶ magister omnium *Physicorum* recogitauit. ¹⁸⁷ Audisti *Conuersionē*, genus aliud *Passionis*. Ex hac omnis anima huius mundi dicitur constitisse, ¹⁸⁸ etiam ipsius *Demiurgi*, id est, *Dei* nostri. ¹⁸⁹ Audisti mœrorem & timorem. Ex his initiata sunt cetera. Nam ex lacrymis eius vniuersa aquarum natura manauit. Hic æstimandum quæ exitū duxerit, quātis lacrymarum generibus inundarit. ¹⁹⁰ Habuit & salas, habuit & amaras & dulces, & calidas & frigidas guttas, & bituminosas, & ferruginātes, & sulphurātes, vtique & venenatas, vt & *Nonacris* inde sudauerit quæ *Alexandrū* occidit, & *Lyncestariū* inde defluerit quæ

A que ebrios efficit, ¹⁹¹ & *Salmacis* inde se soluerit quæ masculos molles facit. *Cœlestes* imbres ¹⁹² pipiauit ¹⁹³ *Achamoth*. Et nos in cisternis etiam alienos luctus & lacrymas feruare curamus. Proinde ¹⁹⁴ ex cōsternatione & pauore corporalia elemēta ducta sunt. Et tamē in tanta circumstātia solitudinis, ¹⁹⁵ in tanto circumspēcto destitutionis, ridebat interdū; quā conspēcti *Christi* recordans: eodem gaudio, risu lumē effulsit. Cuius hoc prouidētiae beneficium quale illā ridere cogebat, idcirco ne semper nos in tenebris moraremur? Nec obtupescas, qui læticia eius tam splendidum elementū radiauerit mundo, cum mœsticia quoque eius tam necessarium instrumentum defluerit seculo. O risum illuminatorē, & stertum rigatorem. Et tamē poterat remedio iam agere cū illius loci horrōre. Omnē enim obscuritatem eius discussit. [¹⁹⁶ Sed quoties ridere voluisset, vel ne cogeret ¹⁹⁷ deserto-^{xvi} res suos supplicare? Cōuertitur enim ad preces & ipsa ¹⁹⁸ more materno. ¹⁹⁹ Sed *Christus*, quæ iam pigebat rursus extra *Pleroma* proficisci, ²⁰⁰ vicarium præfecit *Paracletum* *Soterem* (hic erit *Iesus*, ²⁰¹ largito ei patre vniuersorum *Æonum* summam potestatē subiiciēdis eis omnibus, ²⁰² vt in ipso secundum *Apostolum* omnia conderentur) ad eam emittit ²⁰³ cum officio atque comitatu ²⁰⁴ cœtancorum angelorum, ²⁰⁵ credas & cum duodecim fascibus. Ibi demum aduentu pompatico eius cōcussa *Achamoth*, protinus ²⁰⁶ velamētū sibi obduxit, ex officio primo venerationis & verecūdiæ: dehinc contemplatur eum, fructiferūque suggestum. ²⁰⁷ Quibus inde conceperat viribus occurrit illi, *χώρα* *χώρα*. Hic opinor susceptam ille confirmat, ²⁰⁸ atq; confirmat agnitione iā, ²⁰⁹ & ab omnibus iniuriis *Passionis* expumicat, ²¹⁰ non eadem negligentia in exterminium discretis, quæ acciderat in casibus matris. Sed enim exercitata vitia, & vfu viriosa cōfudit. Atque ita ²¹¹ massaliter solidata, ²¹² defixit seorsum in materiæ corporalem paraturam, ²¹³ commutās ex incorporali passione indita habitatem atque naturā, qua peruenire mox possit in emulas æquiparantis corpulentiam, ²¹⁴ vt duplex substantiarum cōditio ordinaretur: de vitiiis, pessima: de cōuersione, passionalis. ²¹⁵ HÆC ERIT MATERIA QUÆ NOS COMMISIT CVM HERMOGENE, ceterisque qui *Deum* ex materia, non ex nihilo operatum cūcta, præsumunt. [²¹⁶ Abhinc *Achamoth* expedita tandem de malis omnibus, ecce iam profi-^{xvii} cit, & in opera maiora frugescit. Præ gaudio enim tātū ex infelicitate successus cōcalescēta, simulque contemplatione ipsa angelicorum luminum, vt ita dixerim, subfermētata, puder, sed aliter exprimere nō est, quodammodò subauit intra & ipsa in illos. Et cōceptu statim intumuit spiritali ad imaginem ipsam, quam vis lætantis & læticia prurientis intētionis, imbiberat, ²¹⁷ & sibi intimarat. Peperit denique, & facta exinde trinitas generū est, ex trinitate causarum. Vnū materiale, quod ex passione. Aliud animale, quod ex cōuersione. Tertium spiritale, quod ex imaginatione. [²¹⁸ Hac auctoritate ²¹⁹ trium scilicet li-^{xviii} berorum agendis rebus exercitior facta, formare singula genera constituit. Sed spiritale quidem non ita potuit attingere, vt & ipsa spiritalis. Ferè enim paria & consubstantiua, in alterutrum valere societas naturæ negauit. Eo animo, vnum ad animale, cōuertit, ²²⁰ prolati *Soteris* disciplinis. Et primū (quod cum magno horrōre blasphemiæ & pronūtiandum & legēdum est & audiendū) ²²¹ *Deum* fingit hunc nostrum & omnium ²²² præter hereticorum patrē, ²²³ & *Demiurgum*, & regē vniuersorum quæ post illum. ²²⁴ Ab illo enim omnia, si tamē ab illo, & non ab ipsa potius *Achamoth*, à qua occultò nihil sentiens eius, & velut ²²⁵ sigillario extrinsecus ductū, in omnem operationem mouebatur. denique ex hac personarum in operibus ambiguitate, ²²⁶ nomen illi *Metropatoris* misauerunt, distinctis appellationibus ceteris secundum status & situs operum: vt animalium quidem substantiarum quas ad dexteram cōmendant, patrem nuncupent: materialium verò quas ad læuam delegant, *Demiurgum* nominent: Regem autem communiter in vniuersitatem. [²²⁷ Sed nec nominum proprietates competit proprietati operum, de quibus nomina om-^{xix} nia, cum deberet illa hæc omnia vocitari, à qua res agebātur, nisi quod iā nec ab illa. Cum enim dicat *Achamoth* ²²⁸ in honorem *Æonum* imagines cōmentatam, ²²⁹ rursus hoc in *Soterem* auctorē detorquēt, qui per illā sit operatus: ²³⁰ vt ipsam quidē, imaginem patris ²³¹ inuisibilis & incogniti daret, ²³² incognitā scilicet & inuisibilem *Demiurgo*, ²³³ eundem autem *Demiurgū* *Ngn* filiū effingeret, ²³⁴ *Archægeli* verò *Demiurgi* opus, reliquos *Æonas* exprimerēt. Cum imagines audiō tantas triū, quæro, nō vis nunc vt imagines rideam peruersissimi pictoris illorum: scēminam *Achamoth*, imaginem patris & ignarum patris *Demiurgum*, multò magis patris, ²³⁵ imaginē *Ngn* ignorātis patrem, ²³⁶ & angelos famulos simulacra dominorum? Hoc est ²³⁷ mulū de asino pingere, ²³⁸ & *Ptolomæum* describere

xx. de Valentino. [239 Igitur Demiurgus extra Pleromatis limites constitutus, in ignominiosa D
 æterni exilij vastitate 240 nouā prouinciā condidit, hunc mundum: repurgata confusione
 & distincta diuersitate 241 duplicis substantiæ illius, destruxæ, animalium & materialium. Ex
 incorporalibus corpora ædificat, grauiā, leuiā, 242 sublimantia atq; uergentia: cœlestia atq;
 terrena: 243 quum ipsam cœlorum septemplex scenā folio desuper suo finit, unde & sab-
 batum dicitur, ab hebdomade sedis suæ, 244 & Ogdoas mater Achamoth, ab argumento
 Ogdoadis primogenitalis: 245 Cœlos autē noeros deputant, & interdū angelos eos faciūt,
 sicut & ipsum Demiurgum, sicut 246 & Paradisum, archagelum quartum, quoniā & hunc
 supra cœlum tertium pangunt, ex cuius uirtute sumpserit Adā deuerfatus illic inter nu-
 beculas & arbusculas, 247 Satis meminerat Prolomæus puerilium dicibulorū, in mari po-
 ma nasci, & in arbore pisces: sic & in cœlestibus nucera presumpsit. Operatur Demiurgus
 ignorans, 248 & ideo fortasse non scit arbores in sola terra institui oportere. Planè mater
 sciebat. Quid ni suggerebat? 249 quæ & effectū suum ministrabat. Sed tatum fastigiū filio
 extruens, per ea opera quæ illum & patrē, & Deum, & regē, ante Valentinianorum inge-
 niā testantur, 250 cur sibi quoq; ista noluit esse nota, postea quæram. [251 Interim tenendū,
 Sophiam cognominari & Terram & Matrē, quasi Matrem terram, & quōd magis rideas,
 etiam Spiritum sanctum. Ita omnem illi honorem cōtulerunt femina, 252 puto & barbā,
 ne dixerim cetera. 253 Alioquin Demiurgus aded rerū nō erat compos, de animalibus sci-
 licet censu inualitudinis spiritalia accedere, ut se solum ratus, cōcionaretur. Ego Deus, &
 absque me non est: certè tamē nō fuisse se retrō sciebat. 254 Ergo & factum intelligebat, &
 factitorem facti esse quencunque. Quomodo ergo solus sibi videbatur, etsi nō certus, E
 saltē suspectus de aliquo factitatore: [255 Tolerabilior infamia est apud illos in diabolum,
 vel quia origo sordidior capit. Ex nequitia enim mœroris illius deputatur, ex qua ange-
 lorū & demonū, & omnīū 256 spiritaliū malitiæ genituras notant. Et tamē diabolus quo-
 que opus Demiurgi affirmant, & Munditonenē appetant, 257 & superiorum magis gna-
 rum defendunt, ut spiritalē uirtutē, quā Demiurgum, ut animale. Meretur ab illis
 xxiii. praelationem, 258 cui omnes hereses procurantur. [259 Singularium autem potestatum ar-
 ces his finibus collocant. In summis summitatibus præsider tricenarius Pleroma, Horo
 signate lineam extremā. Inferius illum 260 metatur medietatem Achamoth, filium cal-
 cās, subest enim Demiurgus in Hebdomade sua, 261 magis diabolus, in isto nobiscū com-
 muni mūdo cōelemētrato & cōcorporificato (ut supra editum est) 262 ex Sophiæ uilissimis
 casibus, quā nec aërem haberet recipiendi spiritus spatium, teneram omnium corpo-
 rum uestem, colorū omnium indicem, organum temporum, si nō & istum Sophiæ mœ-
 sticia colasset: sicut animalia metus, sicut conuersio eius, ipsum Demiurgum. 263 His om-
 nibus elementis atque corporibus ignis instabellatus est, cuius originalē Sophiæ passio-
 nem, quia nondum adiderunt, ego interim argumentabor motiunculis eius excussum.
 xxiiii. Credas enim illam in tantis vexationibus etiam febricitasse. [264 Quum talia de Deo vel
 de Deis, qualia de homine figmentā? 265 Molitus enim mundum Demiurgus, ad homi-
 nem manus confert, & substantiam ei capit non ex ista, inquit, arida 266 quam nos vni-
 cam nouimus terram (quasi nō etsi arida postmodū, adhuc tamē tunc aquis ante segre-
 gatis superflite limo 267 siccauerit: sed ex inuisibili corpore materiæ illius scilicet philo-
 sophicæ, de fluxili & fusili eius: quod unde fuerit, haud queo estimare, quia nusquā est. Si
 enim fusile & fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiæ fletibus fluxit,
 sequitur ut limum 268 ex pituitis & gramis Sophiæ cōstitisse credamus, quæ lacrymarum
 proinde sunt fæces, sicut aquarum quod desideret limus est. 269 Figurat ita hominem De-
 miurgus, 270 & de adflatu suo animat: sic erit & choicus, & animalis, 271 ad imaginē & simi-
 litudinē factus: quadruplex res: 272 ut imago quidē, choicus deputetur, materialis scilicet:
 & si nō ex materia, Demiurgus. 273 Similitudo autem, animalis: hoc enim & Demiurgus.
 Habes duos interim. Carnalē superficiem postea aiunt choico supertextam, 274 & hęc es-
 se pelliceam tunicam obnoxiam sensui. [275 Inerat autem in Achamoth ex substantia So-
 phiæ matris, 276 peculium quoddam seminis spiritalis: sicut & ipsa Achamoth in filio De-
 miurgo sequestrauerat, ne hoc quidem gnaro, Accipe industriam clandestinæ prouiden-
 tiæ huius. Ad hoc enim & deposuerat & occultauerat, ut cum Demiurgus animam mox
 de suo adflatu in Adam communicaret, pariter & semē illud spiritale quasi per canale
 animam deriuaretur in choicum: atque ita fœturatum in corpore materiali, uelut in utero,
 & adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque sermoni perfectio.
 Ita que

A Itaque cum Demiurgus 277 traducem animæ suæ cōmittit in Adam, 278 latuit homo spi-
 ritualis flatu incertus, & pariter corpori inductus, quia non magis semen nouerat matris
 Demiurgus, quā ipsam. Hoc semē Ecclesiam dicunt, Ecclesiæ supernæ speculū, & ho-
 minis censum: 279 proinde eum ab Achamoth deputantes, quemadmodum animale a
 Demiurgo: choicum, substantia 280: Carnem, materia. 280 Habes nouum, id est qua-
 druplum Geryonem. [281 Sic & exitum singulis diuidunt. Materiali quidem, id est car- xxvii
 nali, quem & sinistrum uocant, indubitatum interitum. Animalī uero, quem & dextrum
 appellant, dubitatū euentum: ut potè inter materiale spiritalem que nutanti; & illac de-
 bito quā plurimum adnerit. Ceterum spiritalem emitti in animalis comparisonem,
 282 ut erudiri cum eo, & exerceri in cōuersationibus possit. 283 Indiguiffe enim animale
 etiam sensibilem disciplinarum: 284 in hoc & paraturam mundi prospectam: 285 in hoc &
 Soterem animale in mundo repræsentatum, in salutē scilicet animalis. Alia adhuc cō-
 positione mōstrosam, uolunt illum prospicientias earum substantiarum in diuisse, 286 qua-
 rum summam salutē esset redacturus: ut spiritale quidē suscepit ab Achamoth, 287 ani-
 male uero, quem mox a Demiurgo induit Christum: ceterum corporalem, ex animali
 substantia. Sed miro & inenarrabili rationis ingenio constructam, 288 administrationis vi
 contulisse, quo 289 congressui, & conspectui, & cōtactui, & defunctui 290 ingratis subiace-
 ret. 291 Materiale autem nihil in illo fuisse, ut potè salutis alienum: quasi aliis fuerit necessa-
 rius quā egentibus salute. Et totū hoc, ut carnis nostræ habitum alienando a Christo,
 a spe etiam salutis expellant. [292 Nunc reddo de Christo: 293 In quem tanta licentiā Ie- xxviii
 sum inserunt quidam, quāta spiritale semen animalī cū inflatu infulciunt, fertilia nescio
 quæ cōmentū, & hominum & deorum suorum. 294 Esse enim Demiurgo suum Christum,
 filium naturalem: denique animale prolatum ab ipso, promulgatum Prophetis: 295 in
 Præpositionum quæstionibus positum, 296 id est, per uirginem, non ex uirgine editum:
 quia delatus in uirginem transmeatorio potius quā generatorio more processerit; per
 ipsam, non ex ipsa, non matrē eam, sed uiam passus. 297 Super hunc itaque Christum de-
 uolasse tunc in baptismatis sacramento Soterē per effigiem columbæ. 298 Fuisse autem &
 in Christo etiam ex Achamoth spiritalis seminis condimentū, ne marcesceret scilicet re-
 liqua farsura. 299 Nam in figuram principalis Tetradis, quatuor eum substantiis stipant,
 Spirituali, Achamothiana: Animalī, Demiurgina: Corporali, Iesuaciana: & illa Soteri-
 ciana, id est, colūbina. 300 Et Soter quidē permāsit in Christo, impassibilis, inleſibilis, inap-
 prehensibilis. 301 Denique cum ad apprehensiones uenit, discessit ab illo in cognitione
 Pilati. 302 Proinde nec matris semē admisit iniurias, æquē insubditium, & ne ipsi quidem
 Demiurgo compertum. 303 Patitur uero animalis & carneus Christus, in deliniationem
 superioris Christi, qui ad Achamoth formandam substantiā non agnitionali forma,
 Cruci, id est Horo fuerat innixus. 304 Ita omnia in imagines uergēt, planè & ipsi imaginarij
 Christiani. [305 Interea Demiurgus omnium adhuc nescius, etsi aliquid & ipse per Pro- xxviii
 phetas concionabitur, ne huius quidem operis sui intelligens: (306 diuidunt enim & pro-
 phetiale patrocinium in Achamoth, in semen, in Demiurgum) 307 ubi aduentum Soteris
 C accepit, propter & ouanter accurrit, cum omnibus uiribus suis, Centurio de Euangelio. *Matth. 8.*
 Et de omnibus inluminatus, ab illo etiā spem suam discit, 308 quod successurus sit in locū
 matris. Ita exinde securus, dispensationem mundi huius, uel maximè Ecclesiæ protegen-
 dæ nomine, quanto tempore oportuerit, insequitur. [309 Colligam nunc ex disperse, ad xxix
 concludendum, quæ de totius generis humani dispositione differant, Triformem natu-
 ram primordio professi, & tamen in unitam in Adam, 310 inde iam diuidunt per singulares
 generū proprietates, naſti occasionē distinctionis huiusmodi ex posteritate ipsius Adæ,
 moralibus quoque differentiis tripartitæ. Cain, Abel & Seth, fontes quodāmodò gene-
 ris humani, in totidem deriuāt argumenta, naturæ atque essentiæ. 311 Choicum salutē de-
 generatum, ad Cain redigunt: 312 Animale mediæ spei deliberatum, ad Abel componunt:
 Spiritale. certæ salutē præiudicatū, in Seth recondunt. 313 Sic & animas ipsas duplici pro-
 prietate discernunt, bonas & malas: secundum choicum statum ex Cain, & animale ex
 Abel, spiritalem ex Seth. 314 De obuentionia superducunt iam non naturam, sed indulgē-
 tiam, ut quos Achamoth in superioribus in animas bonas depluat, id est, animalī censui
 inscriptas. Choicum enim genus, id est, malas animas, nunquā capere salutaria. Immuta-
 bilē enim & irreformabilem naturæ naturam pronuntiauerunt. 315 Id ergo granum semi-
 nis spiritalis modicum & paruulum iactu, 316 sed eruditu huius fides augetur atq; proue-
 Yy iij

hitur, ³¹⁷ ceu supra diximus: ³¹⁸ animæque hoc ipso ita ceteris præuertunt, vt Demiurgus D
 tunc ignorans magni eas fecerit. ³¹⁹ Ex earum ergo Laterculo, & in reges, & in sacerdo-
 res allegere consueuerat. Quæ nunc quoque si plenam atque perfectam notitiam apprehenderint istarum nœniarum, naturificatæ iam spiritalis conditionis germinatæ, certam obtinebunt salutem, imò omnimodò debitam. [³²⁰ Ideòque nec operationes necessarias sibi existimant, nec vlla disciplinæ munia obseruât: ³²¹ martyrij quoque eludentes necessitatē qua volūt interpretatione. Hæc enim regulā Animalī semini præstitutam, ³²² vt salutem quam non de priuilegio status possidemus, de suffragio actus elaboremus. Nobis enim ³²³ inscriptura huius feminis, qui imperfectæ essentia sumus, ³²⁴ quia amoribus Philetī, & vtiq; abortui deputamur, quod mater illorū. Sed nobis quidē vç, si excesserimus in aliquo disciplinæ iugū: si obrorpuerimus in operibus sanctitatis atque iustitię: si confitēdū alibi, nescio vbi, & non sub potestatis istius seculi, apud tribunalia præsidū optauerimus. Illi verò & ³²⁵ de passiuitate vitæ, ³²⁶ & diligentia delictorum, generositatem suam vindicent, blādiente suis Achamoth, ³²⁷ quoniam & ipsa delinquendo profecit. ³²⁸ Nam & honorandorum coniugiorum supernorum gratia dicitur apud illos meditandum atq; celebrandum semper sacramentum, comiti, id est, feminae adherendo. Alioquin degerem ³²⁹ nec legitimam veritatis, qui ³³⁰ deuersatus in mundo non amauerit feminam, nec se ei iunxerit. ³³¹ Et quid facient spadones, quos videmus apud illos? [³³² Superest de consummatione, & dispensatione mercedis. ³³³ Vbi totam messem Achamoth feminis sui presserit, dein colligere in horreum cœperit, vel cum ad molas delatū, ³³⁴ & defarinatum, in conspersione aluearia absconderit, donec totum confermentetur, ³³⁵ tunc consummatio vrgebit. ³³⁶ Igitur in primis ipsa Achamoth, ³³⁷ de regione medietatis, ³³⁸ de tabulato secundo in summum transferrur, restituta Pleromati: ³³⁹ & statim excipit compactitius ille Soter, sponsus: scilicet ambo coniugium nouum fiet. ³⁴⁰ Hic erit in scripturis sponsus: & sponsalis Pleroma. ³⁴¹ Credas enim vbi de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire, ³⁴² sicut & Cainam. ³⁴³ Et Demiurgus tunc de Hebdomade subcelesti ³⁴⁴ in superiora mutabit, in vacuum iam cœnaculum matris, ³⁴⁵ sciens iam nec videns illam. ³⁴⁶ Nam si ita erat semper, ignorare maluisset. [³⁴⁷ Humana verò gens in hos exitus ibit, ³⁴⁸ choicæ & materialis notæ in totum interitum: quia omnis caro fœnum. ³⁴⁹ Et anima mortalis apud illos, nisi quæ salutem fide inuenerit. ³⁵⁰ Iustorum animæ, id est, nostræ, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur. Agimus gratias, contenti erimus cum Deo nostro deputari, qua census, nihil animale in Pleromatis palatium admittitur, nisi spiritale examen Valentini. ³⁵¹ Illic itaque primò despoliantur homines ipsi, id est, interiores. Despoliari est autem deponere animas, quibus induci videbantur, cæsq; Demiurgo suo reddent, quas ab eo auertant. Ipsi autem spiritus in totum sient intellectuales, neque derentui, neque conspectui obnoxij: atque ita inuisibiliter in Pleroma recipiuntur furtim. Si ita est, quid deinde? Angelis distribuentur satellitibus Soteris. In filios putas? Non. Sed in apparitores? Ne istud quidem. Sed in imagines? Vtinam vel hoc. In quid ergo, si non pudet dicere? In sponsas. ³⁵² Tunc illi Sabinas raptas iure matrimonij plaudent. ³⁵³ Hæc erit spiritalium merces, hoc præmium credendi. Fabulæ tales vtilis, ³⁵⁴ vt Marcus, aut Caius in hanc carnem barbatus, ³⁵⁵ & hæc omnia feuerus maritus, pater, auus, proauus, certè quod sufficit masculus, ³⁵⁶ in Nymphone Pleromatis ab angelo, ³⁵⁷ tacendo iam dixi, & forsitan parias ³⁵⁸ aliquem Onesimum Æonem. His nuptiis rectè deducendis, ³⁵⁹ pro face & flammeo, ³⁶⁰ tunc credo ille ignis arcanus erumpet, & vniuersam substantiam depopulatus, ipse quoque decineratis omnibus in nihilum finietur: & nulla iam fabula. ³⁶¹ Sed næ ego temerarius, qui tantum sacramentum etiam inludendo prodiderim. Verendum mihi est, ne Achamoth, quæ se nec filio agnitam voluit, infaniat: ³⁶² ne Philetus irascatur, ne Fortunata acerbetur. Et tamen homo sum Demiurgi, illuc habeo deuertere, ³⁶³ vbi post excessum omnino non nubitur: ³⁶⁴ vbi superindui potius quàm despoliari: vbi etsi despolior, ³⁶⁵ sexui meo deutor: angelis non angelus, non angela: nemo mihi quicquam faciet, quem & tunc masculum inuenient. [³⁶⁶ Producam denique ³⁶⁷ veluti epicitharisma post fabulam tantam, etiam illa quæ ne ordini obstreperent, & Lectoris intencionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse, aliter atque aliter commendata ³⁶⁸ ab emendatoribus Prolo-
 mæi. Extiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, ³⁶⁹ qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent, Cogitationem & Voluntatem. Vna enim satis non erat
 Cogi

xxx.

Ephes. 5.

xxxvi.

xxxvi.

Hui. 40.

Matth. 22.

1. Cor. 5.

xxxviii.

Luc. 6.

A Cogitatio, qua nihil producere potuisset, ex duabus facillimo prolata. Primum coniugium, Monogenem & Veritatem: ad imaginem quidem Cogitationis, fœminam Veritatem: ad imaginem Voluntatis, marem Monogenem. Voluntatis enim vis, vti quæ effectum præstat Cogitationi, maris obtinet censum. [³⁷⁰ Pudiciores alij, honorem diuinitatis recordati, vt etiam vnus coniugij dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bytho sexum deputare: & fortasè Hoc Deum, non hic Deus, nettro genere pronuntiant. ³⁷¹ Alij contrà magis & masculum & fœminam dicunt, ne apud solos ³⁷² Lunenses ³⁷³ Hermaphroditum existimet ³⁷⁴ Annalium commentator Fenestella. [³⁷⁵ Sunt qui xxxv. nec principatum Bytho defendant, sed ³⁷⁶ postumatum, ³⁷⁷ Ogdoaden ante omnia præmittentes ex Tetrade quidem & ipsam, sed aliis nominibus deriuatam. Primo enim constituit Proarchen, secundo Anennoeton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. Ex Proarche itaque processisse primo & quinto loco Archen: ex Anennoeto, secundo & sexto loco Acaralepton: ex Arrheto, tertio & septimo loco Anonomaston: ex Inuisibili, quarto & octauo loco Agenneton. Hoc quæ ratio disponat vt singula binis locis, & quidem tam intercisis nascantur, malo ignorare quàm discere. Quid enim recti habent, quæ tam peruersè proferuntur? [³⁷⁸ Quanto meliores qui totum hoc tædium de medio amoliti, xxxvi. nullum Æonem voluerunt alium ex alio ³⁷⁹ per gradus reuera Gemonios ³⁸⁰ structum, sed ³⁸¹ mappa (quod aiunt) missa, ³⁸² semel octoingem istam ex patre & Ennoea eius exclusam. Ex ipso denique eius motu nomina gerunt. Quum, inquiunt, ³⁸³ cogitauit proferre, hoc Pater dictus est. Quum protulit, quia verà protulit, hic Veritas appellata est.

B Quum semetipsum voluit ³⁸⁴ probari, hoc Homo pronuntiatum est. Quos autem præcogitauit cum protulit, tunc Ecclesia nuncupata est. Sonuit Homo Sermonem, & hic est primogenitus filius: & Sermoni accessit Vita: & Ogdoas prima conclusa est. Sed hoc tædium pusillum. [³⁸⁵ Accipe alia insignia ³⁸⁶ Cicuria Enniana insignioris apud eos magister, qui ex Pontificali sua auctoritate in hunc modum censuit: ³⁸⁷ Est, inquit, ante omnia Proarche, inexcogitabile, & inenarrabile, & innominabile, quod ego nomino Monoteta. Cum hac erat alia virtus, quam & ipsam appello Henoteta. Monotes & Henotes, id est, Solitas & Vnitas cum vnq; essent, protulerunt non proferentes initium omnium intellectuale, innascibile, inuisibile, quod sermo Monada vocauit. Huic adest cõsubstantia virtus, quam appellat Vnio. Hæc igitur virtutes Solitas, Singularitas, Vnitas, Vnio, ceteras prolationes Æonum propagarunt. O differentia. ³⁸⁸ Mutetur Vnio & Vnitas: Singularitas & suum Solitas, quamque designaueris, vnum est. [³⁸⁹ Humana- xxxviii. nior iam Secundus, vt breuior, ³⁹⁰ Ogdoaden in duas Terradas diuidens, in dextram & sinistram, in lumen & tenebras, ³⁹¹ tantum quod desultricem & defectricem illam virtutem non vult ab aliquo deducere triginta Æonum, sed à fructibus de substantia eorum venientibus. [³⁹² De ipso iam Domino Iesu, quanta diuersitas scinditur? ³⁹³ Hi ex om- xxxix. nium Æonum flosculis eum construunt: ³⁹⁴ illi ex solis decem constituisse contendunt, quos Sermo & Vita protulerunt. Inde & in ipsum Sermonis & Vitæ concurrerunt flosculi. ³⁹⁵ Illi ex duodecim potius, ex Hominis & Ecclesiæ fœtu: ideòque filium hominis autè pronuntiatum: ³⁹⁶ alij à Christo & Spiritu sancto constabiliendæ vniuersitati protulit, confictum: & iure, paternæ appellationis hæredem. ³⁹⁷ Sunt qui filium hominis aliundè conceperint dicendum: quanquam ipsum Patrem pro magno nominis Sacramento Hominem appellasse præsumperint, vt quid amplius speres de eius Dei fide cui nunc adæquaris? ³⁹⁸ Talia ingenia superfructant apud illos ex materni feminis redundantia. Atque ita insolescentes doctrinæ Valentinianorum, ³⁹⁹ in sylvas iam exoleuerunt Gnosticorum.

Yy iij



Adversus Valentinianos.] De Valentiniano, à quo dicti Valentiniani, quedam supra videre est Adnotat. nostris in lib. de Prescript. advers. heretic. cap. 7. 30. 33. 34. 38. ac 49. Quibus adijcienda putavimus, quæ ad patriam, primam institutionem, ætatem qua dixit, occasionem hæresis & errores pertinent.

Imprimis verò de patria eius Epiphani. hæres. 31. Dicunt, inquit, Valentinum fuisse Phœboniten Ægypti maritimum, in Alexandria verò institutum esse Græcorum litteris. Vnde & imitatio Theogonia Hesiodi Deorum xxx. apud ipsum Æliodorum velatorum. Deinde de prima eius prædicatione Catholica fidei: Fecit autem hic prædicationem in Ægypto; unde sanè velut reliquæ Viperæ ofium, adhuc in Ægypto seminis ipsius restat, in Strabite, & Prosopite, & Arsenoite, & Thebaide, & inferioribus partibus regionis maritimæ & Alexandriopolite præfectura. Sed & Romæ reversus prædicavit. Perit ad Cyprum progressus quod ipsum ex Philastrio sumpsit, lib. de hæres. velut naufragium natura corporaliter passus, à fide defecit, & mente motus est. Antea enim pietatis ac rectæ fidei partem in prædictis locis habere putabatur. Perit in Cypro deinceps ad extremam impietatem devenit, & seipsum in ea quam prædicabat improbitate, penitus immergit. Hæc enim ille. Vnde confirmatur illud Tertulliani supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 30. Vbi dicit: Valentinum in Catholicam primò doctrinam credidisse apud Romanensem Ecclesiam. Atqui erroris occasionem significat. Auctor infra his verbis cap. 4. Sperauerat Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio. Sed alium ex Martyrij prærogativa loci poticum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abruptit (ut solè animi pro prioratu exciti, præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conuersus veritatem. Exemplo certè non nouo, quippe quum plerique hodie hæresarcha simili penè ex causa hæresis suas disseminare cœperint. Iam ad ætatem qua dixit quod adinet, præscribit eam discretis verbis (quemadmodum etiam adnotauimus supra ad lib. de Prescript. adu. her. num. 166.) B. Irenæus lib. 3. cap. 4. Valentinus, inquit, Romam venit sub Hygino, increuit verò sub Pio, & prorogauit tempus vsque ad Anicetum, quæ ipsa verba transcripta sunt ab Euseb. Eccl. hist. lib. 4. cap. 11. & Niceph. lib. 4. cap. 3. Quæ tempora incidunt in tempora Antonini Cæsaris primi, sicut etiam adnotauit Theodor. hæ. fabul. lib. 1. cuius anno secundo iuxta Euseb. in Chronicis Romam venit. Eodem pertinet quod habet loco citato Tertullianus: Nam constat illos (de Valentiniano & Marcione loquitur) neque adeò olim fuisse, Antonini ferè principatu. Qui præterea superuixisse illum significat vsque ad Eleutherium dictorum Romanorum Pontificum & Soteris successorem; nam subiicit: Donec sub Episcopatu Eleutheri benedicti, ob inquietam semper eorum curiositatem, qua fratres quoque vitabant, semel & iterum eiectioni; nouissimè in perpetuū discidium relegati, venena doctrinarum suarum disseminauerunt. Nisi forte malis quis illud prius membrum dimittat pertinere ad Valentinum, posterius verò ad Marcionem. Porro eiusdem lib.

cap. 49. hæ. 12. (Vbi id pauca repetam) tres potissimum hæreses Valentiniani recenset: primam de Æonum xxx. Genealogiis & fabulis, quæ toto hoc libro latè, pertractat; alteram de Christi corpore per virginem, non ex virgine edito, cuius etià meminit infra cap. 27. & latius lib. de Carne Christi; tertiam, quod resurrectionem huius carnis non agnoscat, sed alterius, quem ad lib. de Resurr. carnis differimus. Hæc sufficit tum ipsius Tertulliani, tum aliorum Patrum testimonia de primo illo errore subiungere. Auctoris pleraque suis quibusque locis infra adducuntur: hic tantum quæ in genere de Æonibus scriptis, adferimus. Tale est illud infra lib. de Anima cap. 18. Vbi de Ideis Platonis loquens: Relucèntne, inquit, iam hæretica femina Gnosticorum & Valentinianorum? Et mox: Contingentium veritatem illam arcanam & supernam, & apud Pleroma constitutam, hæreticarum Idæarum sacramenta. Hoc enim sunt & αἰῶνες & Genealogiæ illorum. Item cap. 21. Iam nec triformis, ut adhuc Trinitas Valentiniana cædatur; Vbi haud dubiè ad lib. hunc addidit, quemadmodum ibi latius, nu. 269. sic etiam lib. de Carne Christi, cap. 24. Et cū aliàs id ipsum eodem modo dicit: Ante me Deus nō fuit, nescio quas illas Valentinianorum Æonū Genealogias pulsas. Et quod est lib. 1. adu. Marcion. Honestior & liberalior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere, Bythum & Sigen, quum vsque ad xxx. Æonum fœtus, tanquā Æoniæ scrophæ examen diuinitatis effudit. Meminerunt etiam Æonum Valentinianorum, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, Honorius, lib. de hæres. Hieronymus locis infra citatis, Isidorus Etymol. lib. 8. cap. 5. Et abanus noster de Institut. cleric. lib. 2. cap. 28. & Gratian. Catal. hæres. ex eisdem Cap. Quidam. 24. qu. 3. Polycarpus denique omnibus his antiquior, epist. ad Philipp. Augustini verba sunt ista postmodum ab Isidoro, Et abano, & Gratiano repetita: Valentiniani à Valentino quodam Platonicò vocati, qui αἰῶνας, id est, secula quædam in originem Dei creatoris induxit. quare etiam apud Isidorum sic legi debet, pro eo quod est corruptis. Cones. Damascenus etiam sic castigandus: Alia quædam anilium ineptiarum nomina, ut xxx. sæculorum inducunt. Scripserunt denique ex professo contra hanc hæresin, uti refert. Auctor infra c. 5. Iustinus Martyr, Miltiades, Irenæus, & Proculus; præterea Epiphaniò teste hæ. 31. Clemens & Hippolytus.

Ceterum libri Valentiniani citantur ab Auctore: Euangelium, Psalmi, & Sophia. De illo sic dicit cap. 49. lib. de Prescript. adu. heretic. Euangelium habet etiam suum præter hæc nostra; fortassis adludens ad lib. de Infantia saluatoris, quo contineri scribit Sixtus Senensis Biblioth. sanctæ lib. 2. Valentinorum & Gnosticorum figmenta. De Psalmis verò lib. de Carne Christi, cap. 20. Nobis quoque (inquit) ad hanc speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem apostatæ & hæretici, & Platonici Valentini. Item de Sophia hoc ipso libro, cap. 2. ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini. Denique à Clemente Alexandr. Strom. lib. 2. & Epiphani. Vbi supra, Epistolæ Valentini adlegantur, & ex eisdem verba non pauca, quò Lectorem remittimus. Fuerunt & à discipulis Valentini, scripti Commentarij, quos adlegat, & refutare se dicit B. Irenæus

Irenæus Presat. lib. 1. & ex parte etiam citat. Auctor infra lib. de Carne Christi, cap. 15. 16. & 17. Vbi etiam recenseri videtur: Alexander Valentini discipulus.

C A P. I.

2. Valentiniani frequētiss. planè Collegiū, &c.] Caput hoc primum inscribitur: Quòd Valentiniani hæresin suam occultare cupiunt. In quo imitatur B. Irenæum, qui sic scribit lib. 1. cap. 1. Verbis etiam à Rhenano infra citatis ad illud: Altum est, &c. aiunt, &c. Quòd pertinet etiam illud in Presat. eiusdem lib. Error enim secundum semetipsam non ostenditur, ne denudatus fiat comprehensibilis; susceptor autem cooperimento subdole adornatus.

3. Frequētiss. planè Collegiū inter hæreticos.] Valentinianorum, id est, Valentini discipulorum, plura nomina habes supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 49. & infra cap. 4. Eorundem etiam & aliorum variorum errores, quibus à Valentino dissentunt, cap. 11. 20. 33. 34. & deinceps ad finem vsque, ubi Epiphonematis loco subiungit: Atque ita insolescentis doctrinæ Valentinianorum, in syllabas iam excoleuerunt Gnosticorū. De quibus omnibus suis quibusque locis latius.

4. & disciplina non terretur.] Disciplina (inquit Rhen.) iam olim vsurpari cœpit per ordinationem & severitate castigatrice. Vt quum apud Amm. Marcellinum V. adomarius Germanorum rex ad Constantium Augustum scribit de Iuliano: Cæsaris tuus disciplinam non habet. & quum D. Cyprianus de Habitu virginum Commentarium asspicans: Disciplina (inquit) custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac murimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper. Dicit ergo hic Valentinianos disciplinam non terreti, quo minus fabulis fidem habeant, aut iam inuenis credendo, aut comminiscendo nouas. Nam, ut paulopost dicit, si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellans præsumptionem. Et quia deerat disciplina, cuius nulla munia obseruabant, ut infra leges, non mirum est, si inter se ipsos fuerint diuisi. Quemadmodum ista annis proximis sublatæ disciplina quid non vidimus ab audaculis quibusdam tentatum, quæ non schismata inter eos nata, dum vnusquisque somnium suum pro oraculo amplectitur? Pix enim ipsi Valentiniani ita inter se fuerunt diuisi, ut hodie sint Anabaptista, excors hominum genus & inquietum. Sunt autem Christiana disciplina officia siue munia, ceu Tertullianus appellat, Reuerentia sacrarum litterarum, reuerentia sacerdotum, Gratiarum actio, Exomologesis, Pœnitentia, Eleemosyna, Ieiunia, & hoc genus alia. Alicubi etiam superius adnotauimus disciplinam ab Auctore vbiq; pro disciplina Christiana accipi.

5. Nam & illa Eleusinia.] Istud isdem penè Verbis legitur supra Apolog. cap. 7. Samothracia (inquit) & Eleusinia reticentur, Vbi de Eleusiniis sacris latius num. 98. hic sufficit illud Rhen. Hæc sacra in honorem Eleusinae Cereris Eumolpus primus instituit, prohibuitque ne aduenam quemquam initiarent. Vnde propter Herculem admitti petentem, cui sanè denegare nō licebat, Eleusiniij nouum mysteriorum genus instituerunt, quæ parua vocant, quibus ille est initiatus, putans vetera esse & legitima, quorum Eumolpus auctor. Ab isdem deriuato nomine paulopost dicit: Eleusiniiana Valentiniani. Cur addatur autem: Atticæ superstitionis, rectè idem rationem reddidit, quia Eleusis vrbis est Atticæ. Rectè autem addit Auctor: quod tacent pudor est, quia paulopost subiungitur: Simulacrum membri virilis reuelatur,

vbi addit Rhen. quosdam addere etiam naturam muliebrem ostensam.

6. diutius initiant, quàm consignant.] Ad hæc enim sacra (inquit idem Rhenan.) nullus admittatur nisi initiatus, præcone sceleratos atque prophanos publicè submovente. Vnde Virgilium illud mutatum,

Procul è procul este prophani,
seruius Grammaticus auctor est. Obscurus est autem & illud: quum & portas ante quinquennium instituant. Saltem hoc videtur indicare, quòd ante quinquennium ad sacra Eleusinia non admitterentur.

7. Sequitur iam silentij officium, &c.] Silentium (inquit idem Rhenan.) initiandis indicabatur, cuius illi perpetuam fidem promittebant. Eam tamen non præstitit Numerius Philosophus, nec Alcibiades, qui prophanos irrepserat, insimulatus postea Athenis (ut Iustini verbis utar) mysteria Cereris initiatorum, sacra nullo magis quam silentio sollemnia enunciauisset. Qui notat etiam sententiam esse quòd sequitur: Ad tene custoditur quòd tardè inuenitur; & infra addit illud: signaculum linguæ, esse silentij periphrasim.

8. Tot siparia portarum.] Quamquam (inquit ille) consentient exemplaria quæ vidimus omnia, tamen ausus sum pro suspiria, scribere: siparia. Sunt autem siparia, vela quibus utebantur in scenis fabularum actores, auctore Festo. De hac voce plura dicam infra cap. 13. num. 156. locum illum explicaturus: alia autem trans siparium cothurnatio est. Ceterum sacerdotes Eleusinae Cereris portas adyti multiplicibus velis obtegebant, eas ante quinquennium instituire soliti. De hac sipariorum oppanone hic loquitur.

9. falsis simulacris.] Adludit haud dubiè ad Harpocratis Dei silentij simulacra. De quibus vide supra To. 1. Apolog. cap. 6. num. 87.

10. quos nunc destinamus.] Hoc est (Vbi interpretatur Rhenan.) velut ad ictum propositos peimus. Qui etiam rectè illud: facili claritati explicat, quoniam orthodoxæ religionis fides tum facilis, tum clara est.

11. ex diuinæ copiae occasione.] Adludit (inquit Rhenanus) ad trinitatem personarum in vna substantia, quam Christiani adoramus. Adludit item ad angelos, celos, paradysum, creaturas diuinas. Atque hoc est quòd mox dixit: sanctis nominibus & titulis, & argumentis veræ religionis figmenta configurantes.

12. Altum est, aiunt.] Auctor est (inquit idem) Irenæus non fuisse Valentinianis eum candorem, ut portentosa nugas omnibus facile communicarent. Eos enim docebant, qui habebant quòd numerarent. Sic enim scribit: Quæ etiam (inquit) conuenienter videntur mihi non omnes velle manifestò docere, sed solos illos, qui etiam grandes mercedes pro talibus mysterijs præstare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quibus Dominus dixit: Gratis accepistis, gratis date. Sed separata & portentosa & alta mysteria, cum magno labore exquisita fallacibus.

13. tuam simplicitatem sua cæde dispergunt.] Vocabulum (eodem adnotante) cædis, & cædendi verbum, in eundem sensum vsurpat, ut quum in libro quem pro Martyribus scripsit, cap. 2. Non clamoribus (inquit) spectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium cæderis. Imitatus Tertullianum D. Hieronymus in Vita Hilariionis eremite, dixit: cæde manus. Iratus itaque sibi (inquit) & peccus pugnis verberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere.

C A P. II.

14. Ideoque simplices notantur apud illos, &c.] Inscriptio huic capiti datur: Quod simplices ab iis vocentur Catholici. Atqui paulopost (vbi etiam adnotat Rhenanus) dicitur: meliori sumi vicio, pro minori peccato, & si forte, pro forte.

15. Porro facies Dei expectat in simplicitate quærentes, &c.] Sic omnino legendum sensus requirit. Adludit autem ad illud sap. 1. Quærite Deum in simplicitate, librum illum disertis verbis Salomoni adscribens, quemadmodum etiam supra lib. de Prescript. aduers. her. cap. 7. vbi de eo, & proinde etiam de auctoritate libri Sapientie Iulius nu. 52. Sine autem legas cum exe. vt docet ipsa Sophia, sive cum MS. 2. Vatic. Sapientia, perinde est. Porro supra num. 1. de Valentini Sophia aliquid adigimus.

16. infantes testamentum Christi sanguine litauerunt.] Adludit ad martyrium pro Christo, quod hic testimonium Christi dicit, Innocentium puerorum qui ab Herode occisi sunt. Atqui litare (inquit Rhenan.) cum Accusatio. Sic in libro de Patientia, cap. 10. Quem autem (inquit) honorem litabimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus?

17. Pueros vocem, qui crucem clamant, &c.] Videatur ad eos respicere, qui clamabant: Crucifige, in passione Domini, quos simplices non fuisse dicit. Sicuti & mox ad illud 1. Cor. 4. malitia paruuli estote. Fbi vero: Serpens teatate, partim ad Matth. cap. 3. Vbi serpens tentauit Euam, partim ad Matth. cap. 3. Vbi diabolus serpens ille antiquus Christum tentauit.

18. Ille à primordio diuinæ imaginis prædo.] Cautè locus hic intelligendus, ne forte quis putet imaginem diuinam prorsus deperdatam fuisse à diabolo; nam obscuratam illam dumtaxat agnoscunt B. August. & alij Patres, non deperditam. Verum de hoc latius inter errores seu natos Tertulliani. Schema autem verborum adnotat Rhenan. inter prædo, & prædo.

C A P. III.

19. Abscondat se itaque serpens quantum potest, &c.] Titulum dedimus huic capiti: Quod licet abscondere sua serpentis in morem nitantur, omnia tamen æquè simplices norint Christiani. Atqui pulchra est hic descriptio serpentis, qui solet se in latebrarum ambagibus torquere, atq; id est profunde, habitare, ac in cæca detruudi, per anfractus ferriam suam euoluere, & tortuose procedere, lucifuga bestia.

20. Nostræ columbæ domus simplex, &c.] Hic econtrario columbæ descripta domiciliis, dicitur quæ domus simplex, in ædibus semper & apertis & ad lucem, quæ amat, id est frequenter gerit, Spiritus sancti figuram. Et metaphoricè adludit ad Ecclesiasticos Christianorum, etiam iuxta Rhenani sententiam, de quibus iam tum etiam visitatis diximus supra lib. de idololatri. cap. 7. num. 29.

21. Orientem Christi figuram.] Subaudi (inquit Rhenan.) amat. Orientis enim vocabulo Christus sæpè intelligitur in sacris literis, vt apud Zachariam: Ecce ego adducam seruum meum Orientem. Et paulopost apud eundem: Ecce vir, Oriens nomen eius. Oriens autem appellatur, quia in diebus eius orta est iustitia. Et hinc habes, Christianos veteres ad Orientem versus precari solitos, quod etiam nunc obseruamus. Atqui de oratione Christianorum ad Orientem, vide Adnotat. nostras in Apol.

cap. 16. nu. 247. in illud: ad Orientem regionem precari.

22. à turba eorum & aliam frequentiam suaderet.] Hoc est (vbi adnotat Rhenan.) à turba Deorum Gentilium. Aliam turbam Aeonum sive saculorum animalium hominibus persuadere, id quod faciunt Valentini. Atqui prouerbium: de limine offendere, explicatum inuenietur in Prolegomenis. Adidimus interim cum MS. Rhenan. & Vatic. 3. cod. fidem.

23. Lamia turres, & pectines folis? Fabellæ (inquit idem) pueriles apud Carthaginem tempore Tertulliani. Erant enim Lamiæ puerorum terribilissima, stryges nempe ipsæ, quæ credebantur sanguinem infantium sugere, de quibus Iulius Gyradius de Diu. Gentium. Pectines vero Solis dici videbantur, ob solarium radiorum lineas & intervalla, quæ in arboribus etiam pectines vocat Plinius alicubi.

24. has esse fabulas & Genealogias indeterminatas.] Similis prorsus est locus supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 7. Hinc (inquit) illæ fabulæ & Genealogiæ indeterminabiles; vbi vide Adnot. nu. 47. & 48. Item alter aperitur cap. 33. Sed & quom Genealogias indeterminatas nominat, Valentinus agnoscitur. Imitatur autem sicuti in toto penè hoc libro, sic etiam hic B. Irenæum, qui primum suum librum auspicatur. Quatenus (seu potius, Quoniam) veritatem resutantes quidam inducunt verba falsa, & Genealogias infinitas.

25. designatorem.] Resignatorem (inquit Rhenan.) intelligit, manifestatoremque. Qui etiam illud: Et tamen simplices nos, rectè de orthodoxis interpretatur. nam similiter infra: Dei nostri, cap. 15. & Iustorum animæ; id est nostræ, cap. 32.

C A P. IIII.

26. Nouimus (inquam) optimè, &c.] Inscriptio nem huic capiti ipse Tertullianus hic indicat: De origine Valentianorum, nempe Valentino. De quo latius supra num. 1. & lib. de Prescript. adu. heret. cap. 49. her. 12. num. 314. & 315.

27. quia & ingenio poterat & eloquio.] Poterat (inquit Rhen.) absolute cum Ablatiuo, & mox: potitum loci, cum Genitiuo; item: abrupte, absolute.

28. & cuiusdam veteris opinionis semini, &c.] Nempe Basilidis, qui, vbi patet supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 46. her. 4. nu. 394. summum Deum nomine Abraxas cum ccc. lxxv. æditiombus commentatus est. Quod pertinet etiam illud B. Iren. cap. 5. ab ea que dicitur Gnostica hæresis, antiquus in suum characterem doctrinas transferens Valentinus. Item illud Theodoretii vbi supra: Valentinus & omnibus his hæresibus infinitas fabulas composuit.

29. Eam postmodum Ptolomæus intrauit, &c.] De Ptolomæo ibidem latius c. 49. her. 13. n. 314. & 316. vbi interim Ptolomæum & Secundum simul iungit. Vtrique adtribuit quod infra c. 38. Secundo soli. Mirum est itaque quid sibi velit hic, dum dicit à Ptolomæo personales substantias extra Deum determinari, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis incluserat; quom B. Iren. Præfat. sua lib. 1. sententiam eorum qui sum circa Ptolomæum, etiam Epiphani. Græcè & Latine consentiente, ostendere se dicat, & rursum postea sub finem 2. cap. (saltem secundum Latinam editionem; nam Græcè non est apud Epiph.) Et Ptolomæus quidem ita (quod etiam adludit lib. 2. c. 40.) quæ tamen sententia per omnia consentit cum iis quæ toto hoc libro Valentini verbis penè ipsis Irenæi adscribit Auctor. Nisi forte, quod quom Valentinus

tinus suos Aeonas Deos faceret, Ptolomæus non nisi personales substantias. Existat eiusdem epist. ad Florum contra legem Moysi, apud Epiphani. her. 33. vbi eandem, eiusque Genealogias nunquam finientes late consutat.

30. Deduxit inde & tramites quosdam Heracleon.] De Heracleone videat Lector Adnot. nostras in dictum lib. eodem cap. her. 14. nu. 314. & 317. Hoc solummodo hic repetimus, quod Irenæo magis correspondeat Auctor, qui Valentini, quam Epiphani. heres. 36. qui Colorbas discipulum facit.

31. & Secundus.] De hoc ibidem her. 13. nu. 314. & 316. ex Tertull. Iren. Epiph. August. & aliis qui de hæresibus scripserunt, infra item aliquid cap. 38. num. 389.

32. & Magus Marcus.] De isto vide ibidem Adnot. nostras cap. 50. her. 15. nu. 18. & 319. Quibus adicio quæ hic habet Rhenanus: Marcum Valentini magistrum sui emendatorem tradit Irenæus, magice imposturæ peritissimum fuisse, per quam cum viros multos, tum feminas non paucas seduxerit, ad se conuersos velut scientissimum & perfectissimum, virtutemque maximam ab inuisibilibus Logis habentem. Ille vero totum hoc Anaxilæ præstigiis & magica dantate conficiebat, verus Antichristi præcursor. Nos vnum & alterum hominis perditissimi præstigiariū ex eodem Auctore prodemus exemplum. Mixto vino pro calice simulans se gratias agere, siue ἀρχαίσιον, quod hodie consecrare dicimus, post longam inuocationem, purpureum & rubrum apparere faciebat. Vt putarent simplices diuinitus in illius calicem desillasse sanguinem, & idcirco cuperent omnes ex eo poculo gustare, gratiæ celestis sic futuri participes. Alterum imposturæ genus. Exhibebat mulieri calicem mixtum, ipsam gratias agere iubens. Mox capax poculum proferens, in id transfundebat minorem illum calicem, qui erat Eucharistia factus, magno videntium miraculo, quom maior non solum impleverit, sed etiam superflueret. Præterea demonem patredum habebat, vulgus spiritum familiarem hodie vocat. Mulieres honesto loco natas & opulentas maximè circumueniebat, reddens eas Propheidas, his verbis: Sume à me sponsum, & cape eum, & capere in eo. Ecce gratia descendit in te, aperit os tuum, & propheta. Mulierum pudori etiam illudit. Certè quod constat, Diaconi cuiusdam in Asia uxorem formæ haud quotidianæ ancilium abduxit. Quæ post multum temporis reuersa, non mente modo, verum etiam corpore se à Marco isto corruptam adseruit, reliquitque vitæ in exomologesi perpetua consumpsit. Vnde quidam sanctus vir, quem citat Irenæus, huiusmodi verbis præstigiatorum istum redarguit; Idolorum fabricator Marce, & portentorum inspector, Astrologia cognitor & Magica artis, per quæ confirmas erroris doctrinas, signa ostendens his qui à te seducuntur, Apostolica virtutis operationes, quæ tibi præstat tuus pater, satanas per angelicam virtutem Azazel, habens te præcursorum contraria aduersus Deum nequitia. Hic Marcus somnis Valentini numerorum mysteria accommodasse se gloriabatur. Porro de Theotimo nulla apud aliquem Auctorem quæ hætenus vidi mentio; fortassis legendum: Tacianus; nam de illo scripsit supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 52. her. 20. quod totus secundum Valentinum sapit.

33. Ita nusquam iam Valentinus, & tamen Valentiniani.] Haud absimiliter Irenæus lib. 1. cap. 5. Pideamus (inquit) nunc inconstantem eorum sententiam, quom sint duo vel tres, quemadmodum de eisdem non eadem dicunt, sed & nominibus & rebus contraria respondent.

34. Solus ad hodiernum Antiochiæ Axionicus.]

sic sæpè solere loqui Tertullianum adnotat Rhenan. vbi adu. Hermogenem cap. 1. denique ad hodiernum homo in sæculo. Pro Axionicus vero legunt MS. cod. 3. Arionicus. Verum illud retinimus, quantum nulla alterius eorum alibi fiat mentio.

35. integra custodia regularum eius.] Similiter etiam paulopost: Varietate enim innouatur regularum facies: & supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 42. Mentior si nō etiam à regulis suis inter se variant, &c. Idem licuit Valentinianis quod Valentino.

36. Alioquin tantum se huic hæresi suadere permisissimum est, &c.] Sensus est (vbi adnotat Rhenan.) Alioquin tantum licet huic Valentinianorum hæresi sese insinuare (hoc enim vult quod dicit: suadere se) quantum meretrici solitum est quotidie formam fucare. Nam Valentiniani non aliter figmentis, quæ indies comminiscuntur, homines incautos inescant, quam scorta publica solent illico quotidie sibi fucos amatores ad se trahere. Proinde dicit consentiant exemplaria MS. pro: superare, malo legere supparare. Est autem Tertulliano supparare, respicere & instaurare, à sub, & paro, compositum verbum. Hoc subinde vti solet, vt lib. 4. aduers. Marc. Hoc permitte (inquit) immò & præcipiente lege, quom si frater illiberis decesserit, vt à fratre ipius & ex costa ipsius suppararetur semen illi. Et in hoc libro paulopost: Iteratur (inquit) odor incorruptibilitatis, quo compos casus sui poriorum desiderio suppararetur. Plures alios locos videre est supra Tom. 2. lib. de Cultu fæmin. cap. 7. num. 37. Porro lupas (inquit idem) dici meretrices notissimum est. D. Hieronym. adu. Iovinian. lib. 1. Vereris (inquit) ne si virginitatem plures appetierint, cessent lupæ. Hæc veluti publicarum, vt ait Cyprianus, libidinum victimæ, cerussa ac aliis pigmentis se fucantes, formam suam quotidie supparant ac instaurant.

37. nec vnitatem, sed diuersitatem.] Exponit (inquit Rhen.) Nec vnitatem, sed diuersitatem appellant charisma. Sensus est: Valentinianis vnitatis non est charisma, sed diuersitas est charisma. studio ergo inter se variant. Cuius similia reperire est apud Tertullian. loco paulo antè citato, nu. 35. & in Adnot. nostris lib. de Prescript. adu. her. nu. 274. Sunt autem adnotandi isti loci pro fidei Catholica vnitatis, & hæresum inter se contrarietate maximæ; quam haud difficile est cognoscere ex tabulis vigenium hodie hæreson Reuerendiss. Dn. Guilielmi Lindani Ruremundensis Episcopi.

C A P. V.

38. Mihi autem cum Archetypis erit limes principium magistrorum.] Huic capiti titulum datur: Quod disceptet cum principalibus magistris, ex Iustino, Irenæo, Miltiade, & Proculo. Intelligit enim (inquit Rhen.) litem disputationis. hoc est, mihi erit terminus disputationis cum Archetypis, id est, primario dogmate principum magistrorum.

39. adfectatis dueibus.] Adfectatos (inquit idem) vocat, qui student vt sint à prioribus diuersi, nonantes indies doctrinam. Atqui de significatione passiuorum discipulorum, id est, dissolutorum, infra ex Rhenano latius sub finem lib. de Carn. Christi.

40. nec vndique.] Vndique (eodem adnotante) pro vndecunque, sive vndelibet. Solet etiam ponere vnde pro: vnde vnde, vti infra lib. 4. adu. Marc. qui neque vnde speraret.

41. vt Iustinus Philosophus & Martyr.] Adludit, quantum opinor, ad librum Iustini contra omnes hæreses.

seis, cuius facit mentionem (inquit Hieron. Catal. Script. Eccl.) in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. His nempe verbis: Est autem nobis liber contra sectas & hereses composuit.

42. vt Miltiades Ecclesiarum sophista.] Hic scripsit (inquit Rhen.) aduersus Montanum, Priscillam, Maximillamque, aduersus Genes, aduersus Iudeos, & pro Christianis Apologeticum Commodi & Senero Caesaribus obtulit. Auctor Hieronymus. Vocat autem Sophistam Ecclesiarum, non probroso nomine, sed quod disputanda de quibuslibet rebus & sacre scripturae locis, multum posset. Nam hoc veteribus sophista fuit. Hieronymus in epist. ad Antonium, de modestia: Contra Sophistas quoque seculi, inquit, & sapientes mundi Petrus & Iacobus piscator mittuntur. Huiusmodi Ecclesiarum sophista fuit olim Beda Presbyter ille Anglosaxo, cuius tot exstant in omni disciplinarum genere monumenta. Commentariorum, qua sacra, qua prophana, tametsi sacris magis deditur. Peculiaris est etiam hoc Auctori, quod aduersus Valentinianos librum scripsit, & quod Miltiadem praeponat Ireneo, contra quem facit B. Hieronymus. dicto Cat. Script. Eccl., qui interim scribit dixisse virumque sub Commodio Casare.

43. vt Irenaeus omnium doctrinarum curiosiss. explorator.] Huius tantum (inquit Rhenan.) exstant aduers. hereses libri quinque, recogniti superioribus annis diligentia Erasmi nostri Roterdami, & Basileae typis excusi. Magna vero laus Irenaei, quod vocat eum omnium doctrinarum curiosiss. exploratorem. Adtende hic Theologi officium esse, omnia explorare, & quod bonum est tenere. Nos praeterea adijcimus dicti operis libro 1. & 2. immo & subinde etiam posterioribus tribus diligentissimè confutari omnes Valentinii doctrinas, quarum fuit curiosiss. explorator. Quid? quod (Vitam antea in Argumento adnotauerat Rhenan.) apparet, hanc totam huius libri narrationem ex illo desumptam, admixtis tantum iocis & morsibus, quibus arguit isti negatores dignissimi sunt. Conducit itaque ad huius operisculi intelligentiam praecipue duos priores Irenaei libros legisse. Nam ibi prolixè de Valentinii dogmatibus disputat, aliquanto clarior, ni fallor, vti Latine balbutiat, vitiò, ceu puto, versionis de verbo ad verbum à Graeco facta, quam Tertullianus noster, qui velut adfectator est obscuritatis, etiam in rebus apertis & notis. Sed id temporis haereticorum istorum somnia vulgus etiam tenebat. Etenim pro dolor, Galliam quoque, qua Rhodano amni imminet, hoc virus adflauerat. Nos itaque iuxta illius admonitionem, exemplum etiam secuti Dominorum Billij & Feu-ardentij nostri suis in Irenaeum postremo aditum Scholiis & Adnotationibus, non paucos locos ex illo Tertulliani castigauimus, & praeterea Irenaei aliquot ex Tertulliano, & Epiphano, tam Graeco quam Latino.

44. Vt Proculus nostrae virginis senectæ, &c.] An perpetuo (inquit Rhenan.) Tertullianus, ex consensu uxoris abstinerit ab opere coniugali, quod hac verba videntur innuere, nescio. Fortè noster & c, versum est in nostrae, vti scripsit Tertullianus: vt Proculus noster, & virginis senectæ, & Christianæ eloquentiæ dignitas. Nostrum vocat ob communem patriam. Ego verò imprimis continentiam cum sua coniunge, saltem post sacerdotium, seruasse supra adnotauit Tom. 2. lib. 1. ad Vxorrem, num. 1. Deinde cum MS. & exc. omnibus retinuit nostrae virginis senectæ. Loqui autem eum de Proculo seu Proclo Montanista apparet, de quo supra Auctor lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 52. haeret. 21. qui

Proclum dicuntur, vbi paulò latius nostris Adnotat. num. 327. quantum apparet, antequam in haerese incidere. Potest itaque intelligi aut quod Proculus ad senectam vsque virgo permanserit, aut virgo senecta accipi pro Ecclesia orthodoxa Virgine, vtpote quam dicto lib. aduers. haeret. Virginem vocat, quamquam constupratam adulterio haeretico. Tres itaque aut quatuor Proculi aut Procli mihi videntur commemorari à Tertulliano. Primus catholicus, quantum apparet, Presbyter, qui oleo Senorum imperatorem curauerat, de quo supra Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 5. nu. 33. Alter, de quo dicto loco libri de Praescript. aduers. haeret. Tertius, si non idem sit, cuius hic fit mentio. Denique alius Valentinii sectator, de quo infra Auctor lib. aduers. Prae. in: secundum Valentinus & Proclus, quem admodum ibi latius.

C A P. VI.

45. Igitur hoc libello, quo demonstratio-nem, &c.] Inscriptionem huic capiti imponimus: De methodo qua hoc libro vitur. Quam autem quendam hinc verba initio Argumenti describerimus, & rursus alia eidem subiecerimus, ante Catalogum Nominum variorum Aeonum, hic breuiter erimus.

46. Itaque plurimum Graeco ponemus, &c.] Plurimum (inquit Rhenan.) Aduerbitum est. Graeco, id est, in Graeco sermone. Quare non est opus substituere: in Graeco, quod habet 1. editio in margine, maxime quum illud constanter legant MS. V. atic. 3. cod. Perinde est autem legere: ambiguitates cum exc. cod. aut: ambiguitatem cum 1. V. atic. MS. cod.

47. Quamquam autem distulerim congressio-nem.] MS. quidem omnes etiam quos vidit Rhenan. legunt: congressionem, sed retinimus ex illius castigatione: congressionem, praemonito Lectore, quod characterum dissimilitudo non videtur permittere vulgata ex coniectura eius: confectionem, maxime quum mox sequatur: Congressionem etiam in MS.

48. deliberatione transfuntoria.] Sic constanter MS. 3. V. atic. pro eo quod Rhenan. in Adnotat. deliberatione, etiam non male, qui ibidem subiungit: Adu. Marc. scribens appellauit transfuntoria praepcepta. Quare hoc loco pro: transfuntoria, suppositum: transfuntoria. Transfuntorium est Tertulliano, quod Iureconsulti desuntiorum atque perfuntiorum etiam vocant, quoties aliquid facimus tantum, non autem accuratè facimus, nec bona fide, aut ex animo. Sic aduers. Marc. lib. 1. Hoc erit, inquit, bonitas imaginaria, disciplina, phantasma, & ipsa transfuntoria praepcepta, secuta delicta. Non item placet quod substituit: haud pugnam, sed lego cum MS. 1. V. atic. an pugnam, aut potius: ante pugnam; ac si intentionis fuerit aliquando etiam fabulis expugnare Valentinianas. Qui etiam sic interpretatur illud: Materis ipsis satisfiet; nam ridicula sunt & risu digna.

49. Vanitati proprie festiuitas cedit.] Hoc est (inquit idem) festiuitas (quam à festiuo, id est iocoso deducit Auctor) perinet ad vanitatem irridendam; cedit, id est, debetur vanitati. Verbum Iureconsultorum. Atqui subinde etiam ridet Irenaeus, maxime sub finem cap. 5. lib. 1. vbi cucumeres vocat Valentinianos Aeonas, pepones, & cucurbitas, verbis etiam ab Epiphano, citatis haeret. 32.

C A P. VII.

50. Primus omnium Ennius Poeta Romanus, &c.] Caput hoc inscripsimus: De prima Aeonum Valentinianorum

tinianorum Ogdoade, seu Tetrade duplici. Quam Aeonum productionem in Deo fieri non posse late deducit Irenaeus lib. 2. cap. 47. 48. & 49.

51. vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum.] Reperitur istud apud Homerum Iliad. lib. 1. sub finem, & alibi saepe.

52. cœnacula.] Cœnacula, iam hic secundo repetita, sunt (inquit Rhenan.) superiora domus. V. itusius Architecturae lib. 2. Quum enim (inquit) aucto mirum in modum Romano populo necesse fuisset in cœnaculis habitari (nam ante quum per vrbs laxitatem licebat, vnius tantum conignationis erant adificia) ad adificiorum altitudines deuentum & adium frequentiam. Vnde & in Proverbum abiit: In superioribus habitare cœnaculi parte. Est autem eo signficatu haec vox usurpata ab Vlpiano Iureconf. l. 1. Aquisinum. §. Item si domus. ff. De vsufructu; & alibi frequenter.

53. aliis atque aliis pergulis superstructis] Pergula (inquit Rhenan.) domus partem exporrectam significat.

54. Meritorium] Id accipit (inquit idem) pro taberna meritoria. Solent autem huiusmodi publica diuerforia ad capiendam multitudinem variis structuris amplari. Est autem etiam haec Iureconf. vox. l. 5. dicti tituli Vlpiano vtitur.

55. Insulam Feliculam credas.] Dicuntur Rhenano per translationem Insulae, etiam domus magna, circumquaque via publica cinctæ; haec ferè solent tabernas infirioris per omne laeas habere. Hoc genus aliquam suspicor fuisse Romæ ceterum, aut certe Carthagini. Feliculam apparet dictam à felice insula domo; nisi maior copia rerum venalium. Verum ego potius crediderim illum ad insulam illam Platoniam, quam Aeonem vocat tanquam fabulosam, supra lib. de Pallio, Tom. 1. cap. 2. scribens etiam nunc quæri in mari Atlantico, qua Libyam & Africam adæquat. Quamquam interim non fabulosam esse ibidem ostendimus 25. & latius Apolog. cap. 40. num. 528.

56. tanta tabulara cœlorum.] Hinc factum vt Pleroma in eius s. hemat etiam appellauerim superius tabularum. Adde enim nescio vbi, haud dubiè ad Pleroma, cuius infra non semel meminim, adludat. Illic enim (quod ex 3. V. atic. MS. cod. legimus; pro: etiam) Valentinianorum Deus ad summas tegulas habitat. Quæ aded verba effecerunt; vt in summo Pleromatis loco à me collocatus sit.

57. αἰὼνα τέλειον, προερχῶν, & τῶν ἀρχῶν.] Etiam lib. 1. cap. 1. Irenaeus Graecus, seu potius Epiphanius Graecis Irenaei verbis, his nominibus appellat Deum illum Valentinianorum; praeterea & Propatora nuncupans, vti & Tertullian. verbis mox citatis, quarum, & aliarum quarumcumque Vocum Graecarum, qua toto hoc libro continentur, Latinam interpretationem habes supra Catalogo Nominum, quod semel, ne prolixiores simus, adnotasse sufficiat.

58. etiam Bython, &c.] Similiter Auctor supra lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 31. Valentinus agnoscitur. Apud quem Aeon ille nescio qui, noui & non vnus nominis. & cap. 49. Nam dicit imprimis esse Bython, & mox: tricesimum autem Aeonem Bython. Item: ab illo Propatore, qui est Bythos. Vbi quum Bython legatur; & Bythos in 3. MS. cod. sicut etiam lib. 1. adu. Marcion. item Graecè & Latine apud Irenaeum & Epiphanium vbiq; immò & apud Theodor. haeret. fabul. li. 1. prorsus etiam hic id substitui, pro eo quod

erat: Bythion, maxime quum Interpres Latinus & Irenaei & Epiphaniij profundum vertant neutro genere, quod vel ipso Rhenano teste Būdos significat. Quare etiam sic castigandus Auctor paulopost, & infra c. 33. 34. & 35. vbi legitur Bythos, & Bytho, pro Bythios, & Bythio.

59. quod in sublimibus habitanti minime congruebat.] Būdos, seu potius Būdos (inquit Rhen.) dicunt Graeci profundum. Qui autem à profundo conuenit nomen habere summum Valentinianorum Deum, habitatem non in profundo, sed in sublimibus, & ad summam celestium cœnaculorum tegulas, vt iocans scribit Tertullianus? Responso in promptu est, quod profundum nonnumquam pro alto accipitur, iuxta illud Virgilij 1. Aeneid. -- Cœlumque profundum.

60. Innatum, immensum, infinitum, inuisibilem, æternumque.] Haud absimiliter Irenaeus: Esse autem illum inuisibilem, & quem nulla res capere possit (atque aded immensum.) Quum autè à nullo caperetur, & esset inuisibilis, sempiternus, & ingentus. Apud quem etiam legitur: in immentis Aeonibus, pro eo quod: in infinitis retrò æuis, & Interpr. Epiphaniij per infinita temporum sæcula. Huc pertinet etiam illud Philastrii: Nihil, inquit Valentinus, aliud erat ante aliud in mundo; nisi profundum (omitto maris) & silentium.

61. & (vt ita dixerim) stupentis diuinitatis, qualem iussit Epicurus.] Epicurus enim (inquit Rhen.) hebetem Deum facit. Nam & id his verbis expressit Auctor infra lib. 5. adu. Marcion. Sed Marcion principalem suæ fidei terminum de Epicuri Schola agnoscat, Deum inferes hebetem, ne timeri dicat eum.

62. Enncean.] Ego Enncean castigauit ex Irenaeo, pro eo quod erat: & notam; quippe qui sic legat: Cum ipso autem fuisse & Enncean (Graecè εννοειν) quomodo & legit Theodoretus.

63. quam & Charin.] Similiter eam nuncupat supra lib. de Praescript. adu. haer. cap. 33. num. 194. generat (inquit) è sua charite. Nec aliter Irenaeus & Theodoretus. Graecè χάρις.

64. & Sigen.] Sic etiam lib. 1. adu. Marc. qui simul ausus est duos cocipere, Bython, & Sigen. Nec aliter Irenaeus Graecè εννοειν; quare etiam sic legendum apud Theodoretum, pro eo quod est εννοειν, maxime quum Auctor lib. de Praescript. adu. haer. cap. 49. Philastrius & Interpres tam Irenaei quam Epiphaniij, silentium transferant, alia autem vox venerandum significat. Certè non nisi ad Sigen referri potest illud Auctoris infra cap. 9. Sige illa scilicet, qua & ipsis haereticis suis tacere praeribit, vbi Graecè est σιγη apud Theodoretum.

65. Et fortè, &c.] Ridiculum (inquit Rhen.) quasi Valentiniani accesserint, & mouerint Bythum de profereudo tandem initio rerum à semetipso: & praesertim, dant & nominant. Alioqui legi poterat: Accidit moueri eum.

66. & parit vtique silentio.] Iocus est (inquit idem) quod dicit eam silentio peperisse. Puella enim vix passè, nolentes hanc suam fortunam omnibus innotescere, latenter nonnumquam parium. Et quis strepitus fuisset in altissima quiete versante Bytho cum sua Charite siue Sige? Legimus autem cum Latino: siquidem non solus agnoscitur, pro: agnoscitur.

67. cui Veritas.] subaudi (inquit idem) nomen est. Id ipsum habes supra lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 31. generat è sua charite Sensum & Veritatem, & 49. ex his processisse semen Mentem & Veritatem. vbi vides vix transferri modò Sensum, modò Mē-

tem. In posteriori consentiunt Interpretes Epiphani & Theodoret, & in priori Interp. Iren. lib. 2. cap. 16 & 17. ac magis comenit, sensum, quod masculinum sciat Nun, Philastrius intellectum & veritatem nuncupat. Absurdam autem ostendit hanc emissionem Iren. lib. 2. cap. 16. quod Ennoia potius debuerit assignari filia Nus quam mater, & c. 17. quod sensus non potuerit emittare, qui emittebat cetera.

68. prolationis suae officium.] Eodem pertinet quod paulo ante dixerat: de proferendo tandem rerum initio, & quod subdit: emittit & ipse. Nam videntes rudentiani partus in diis suis Aeonibus minus comenire, Debantur prolationis seu emissionis nomine, quam Probolam appellabant, Basilidem Gnostico- rum principem imitari; id enim ea voce significari ipse Auctor testis est infra lib. adu. Praxeas. Si qui (inquit) putauerit me προσβολῶν aliquam introducere, id est, productionem, quod facit Valentinus, alium atque alium Aeonem de Aone producents, dicam tibi, non idem non utatur & veritas vocabulo isto, & re ac censu eius, quia & haecesis vitur; immo haecesis potius ex veritate accepit, quod ad mendacium suum seruaret. Porro emissionem magis hominibus comenire quam Deo, adnotat Iren. lib. 2. cap. 18. se ostendisse aduersus Basilidem.

69. emittit & ipse ex semetipso Sermonem & Vitam.] Similiter Auctor lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 33. & hi aequè procreant duos, Sermonem & Vitam. & cap. 49. (sicut & Philastrius) ex quibus erupisse Verbum & Vitam. Atqui deducit Iren. lib. 2. cap. 15. in eodem Pleromate non potuisse esse Silentium & Verbum; item absurditatem emissionis verbi & vita, cap. 18. ex quo loco illud desumpsit Tertull. Et quale est vi in Deo vita non fuerit. Etsi autem etiam Logos rationem significet, non tamen rectè pro sermone transtulit Interpres Theodoret.

70. vniuersitatis, & formati pleromatis.] Prior vox vniuersitatis, explicat posteriorem pleromatis; nam vniuersitatem vertere solet paraphrasticè ab vniuersitate Aeonum omnium, quae in Pleromate collocatur, quam Interp. Iren. & ipse aliquando Tertull. plenitudinem & Epiph. complementum. simile est autem illud lib. de Praescript. adu. haeret. cap. 49. Introducit enim Pleroma & Aonas triginta. Porro instabile esse Pleroma Valentinianorum, prosequitur Iren. lib. 2. cap. 4. Et verò vocem hanc Pleromatis videntur mutuari ex Apostolo Coloss. 1. Vbi pro eo quod Latine legitur: plenitudinem, Graecè est: πληρωμα.

71. Hominem & Ecclesiam procreat.] Similiter lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 33. Dehinc & isti generant hominem & Ecclesiam; ac cap. 49. de quibus rursus creatum hominem & Ecclesiam. Cui consentiunt Iren. Epiph. Theodoret. ac Philastrius. Hanc autem emissionem etiam à patribus Valentinianorum Gnostici impugnari dicentibus ex homine Verbum, non ex Verbo hominem prolatum.

72. ex coniugationibus masculinorum & foeminarum.] Rectè sic Rhenan. pro: coniunctionibus; nam Graecam vocem id significare ipse Auctor indicat lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 49. Exponit hoc (inquit de 30. Aeonibus) per syzygias, id est, coniugationes, Et verò eum in hoc imitantur Irenaei, Epiphani, Theodoret, Interpretes, quorum Epiphani. xv. diuinitates ex his coniugationibus facti. Porro impossibile esse separatos ab invicem, quae infra plenitudinum di-

cuntur coniugationes, ostendit Iren. lib. 2. cap. 14. 73. Fraternali connubia.] Iocus est (inquit Rhen.) nam huiusmodi connubia nullis legibus permittuntur. Atque hinc est quod subiungit: criminum an numinum turbam.

C A P. VIII.

74. Ecce enim secunda Tetras, &c.] Titulum huic capiti datus: De Decade & Duodecade ex prima Ogdoade; atque aded tricenario Aeonum. De quibus sic Auctor lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 33. De qua prima Ogdoade Aeonum, exinde decem alij, & duodecim reliqui Aones, miris nominibus oriuntur; in meram fabulam xxx. Aeonum. & cap. 49. hanc esse Aeonum Triacontada, quae fit in Pleromate, ex Ogdoade & Decade & Duodecade. Item Philastrius: De Ogdoade ergo & Decade & Duodecade consistere xxx. Aonas. Quibus consentiunt praeter Irenaeum etiam Epiphanius & Theodoretus. Porro Iren. lib. 2. cap. 19. scribit, horum Aeonum x. & xii. eos nec ostensionem, nec testimonium, nec verisimilitudinem habere, & proinde frustra credi velle. Immo ipsos detrabere Aeonibus suis huiusmodi appellationibus multis, quum eibidem suis Diis multa decentiora & magis potentia nomina imponunt, de quibus eodem cap. latius, sicuti etiam prius cap. 13. ac 14. de Triacontade, quod concidat, tam secundum id quod plus est, quam secundum id quod minus. Nominatum quod quum Bythos pater sit omnium, non nisi xxxix. Aones reperiantur, & praeter xxx. adhuc alij 1111. ab illis numerentur in Pleromate, quia etiam angeli satellites Soteris sine numero.

75. Hinc numero gestientes, &c.] Numerò (inquit Rhenan.) Aduerbum est temporis, quo veteres Auctores sunt vsi, teste Festo Pompeio, pro citò ac celeriter. A numerata pecunia sumpta translatio. Plautus in Amphitryone: Numerò mihi in mentem fuit. Distin- gue ergo sic. Hinc numero gestientes & ipsi tale quid patri de suo offerre, alios, &c.

76. Hac Sermo & Vita Decuriam Aeonum simul fundunt.] Haud absimiliter lib. de Praescript. adu. haeret. cap. 49. De Sermone autem & Vita Aonas alios decem; quae ipsa Verba Philastrius repetit, nominatum verò etiam recensentur eorum nomina Graecè & Latine ab Iren. Epiph. & Theodoret.

77. illac Homo & Ecclesia duos amplius.] Nempè xii. Id est enim quod loco saepè citato scripsit. Sed enim ex his quoque processisse xii. Aonas, id est, saecula. Quorum nomina omnium habent conformiter Tertulliano Iren. Epiph. Theodoretus.

78. Bythios & Mixis.] Hic lectionem hanc tam excusorum quam MS. 2. Vatic. cod. retinui, quod Graecè etiam legatur: βυθιος, non βυθος, & ab interprete Epiph. Latine profundus; nam adiectiuè id βυθιος significat, quantum adparet ad differentiam primi Patris Bythi; Unde & Iren. sic castigandus tam lib. 1. cap. 1. quam lib. 2. cap. 19. maxime quum etiam R. D. eruditissimusque Michael Billius sua libri primi eiusdem noua versione legat: Bythius; atque aded etiam apud Theodoretum Graecum legi debere βυθiov censeo.

79. Ageratos & Henosis.] Ita nunc primum ex Irenaeo, Epiphano & Theodoret, tam Graecis quam Latinis, pro eo quod (an Typographi qui primum ita Irenaeum excudit, an Rhenani negligentia, dubio) legebatur corruptiss.

corruptiss. Henosis, cum addita etiam deductione nominis ab habentem. nam Graecè ubique legitur ἐνασις, & Iren. lib. 1. cap. 1. Henosis, ac lib. 2. cap. 19. vnitionem, seu potius, vii legendum censeo, vnionem, quem admodum etiam ibidem prorsus legendum: intencibilem, pro eo quod est: innatcibilem, maxime quum eodem accedat quàm proximè varia lectio à Feu-ardentio nostro ad marginem adposita: intencibilem, neque aliter possit transferri vox ἀνιόγτος.

80. Autophyes & Hedone.] Sic malo (inquit Rhenan.) scribere quàm αὐτοφύη; nam semper masculina copulatur. Et rectè: Graecè enim apud Epiphani. legitur: αὐτοφύη; quare etiam sic legi debere censeo apud Theodoretum. Quia vox quum per se naturalem significet iuxta alios Interpretes, censeo Iren. lib. 1. cap. 19. sic legendum esse. Hedone autem, sive ut plerisque voluptas, sive ut ab Interp. Iren. delectamentum vertatur, perinde est.

81. Acinetos & Synctasis.] Rectè etiam sic Rhenan. pro eo quod erat corruptiss. Agne & Hosiolyncrasis. Atqui σύγκρασις legitur apud Epiphani. ac legi debere apud Theodor. σύγκρασις, pro: σύγκρασις, ipse Interpres indicat, qui & conceptionem vertit. Solus Irenaei Interpres antiquus Homolyncrasis, lib. 1. cap. 2. cui tamen non correspondet, sed potius lyncrasis quod idem veritè posteriori loco: contemperamentum.

82. Monogenes & Macaria.] Similiter μονογενής & μακαρία recitantur Graecè ab Epiphano & Theodoret, pro quibus rectè interpretes transtulerunt vigenitum, & fortunatam, vii mox Tertullianus, seu: beatam, vii Theodoret Interpres, pro quo non rectè Epiphani Interpres; facilitatem.

83. Paracletus & Pistis, Patricos & Elpis.] Primi hi quatuor ex 12. Aones, apud Iren. Epiph. ac Theodoretum Graecè: παρακλητός & πίστις, πατρικός & ἐλπίς, notiss. significatiōnes.

84. Metricos & Agape.] Graecè apud Epiphani. & Theodoro. μετρικός, id est: maternus, quomodo rectè transtulerunt interpretes, non verò: μετρίως, id est, moderatus, quod in Catalogo perperam collocarat Rhenanus, vii ante me quoque adnotauit Paulus Leopardus E-mend. lib. 6. cap. 4. quomodo etiam in eo quod sequitur, necum censentur. ἀγάπη verò omnibus, quid significet, notium est.

85. Ainos & Synesis.] Sic prorsus lego, pro: Ainos ex Epiphani. Vbi Graecè legitur, tum ex propria sua sententia, tum vii Irenaeum citat, αἰένως, & vertitur Latine semper mens, maxime quum etiam posteriori toties citato Irenaei loco quamproximè accedant, quae hodie exstant, Latine Irenaei editiones, legentes Ainos, pro quo proinde legendum Ainum, Graecè αἰένων; similiter & apud Theodoretum Graecè vsq; legatur, pro quo Interpres mentem vertit, vii etiam castigandus & legendus αἰένως. Videtur eodem respexisse Billius, dum sua versione substituit: Ainos, pro: Ainos. In quo tamen videntur irrepsisse Phronesis ὄνα Aeonum Basilidis, pro eo quod apud alios Graecè Synesis, & Latine: intelligentia. In catalogo interim Nominum huius 4. voces posuimus, vii relinquatur Lectori liberum eligendi iudicium.

86. Ecclesiasticus & Macariotes.] Similiter apud Iren. Epiphani. & Theodoretum, Graecè ἐκκλησιαστικός & μακαριότης, & Latine Ecclesiasticus & Beatitude.

87. Teletus & Sophia.] Prima facie censendam legendum Theletus, eo quod ita legeretur Latine apud Iren. li.

1. cap. 1. non semel iuxta utrumque Interpretem, & Graecè ubique θελητός, quod aded Epiphani Interpres vertit: voluntatem, & rectius Theodoret: voluntarium. Verum praeterquam quod MS. 3. Vatic. codic. Teletus legitur, quum etiam sit haec vltima coniugatio Aeonum, magis hoc nomen, quod perfectum sonat, huic loco conuenit. Quemadmodum etiam magis iudicibus comenit nomen imobilis & perfecti, quam: voluntarij. De quibus illud Scorpici: tunc confitendum apud veras potestates & veros homines, Teletos scilicet (nam & sic ibi legitur, non Theletos) & Acinetos Valentini correspondet etiam magis, quae mox sequitur, Teleti cum milite glorioso comparatio, quam Theleti. Et verò etiam apud Iren. legitur Teleton, sive Teletum, lib. 2. cap. 14. ac 24. Interim eligat Lector quod volet. In Catalogo Nominum utrumque posuimus, addentes etiam Phileti, de quo latius sequi. cap. num. 98.

88. In Scholis Carthaginiensibus.] Ita prorsus cum Rhenan. pro: In Ictis; nam proximè accedit MS. Vatic. 3. lectio: In Ictis, & (vii ille) sequitur: Rhetor Latinus. Docuit itaque Rhetoricam publice. Et fit mox scholasticorum mentio. Ergo fictum argumentum fuit declamationum propter adolescentes quos instituebat. Addit autem Latinus: nam Graecum quoque Rhetorem non arbitror desuisse; siquidem in vtraque lingua iuuentus erudiebatur. An verò fuerit talis Phosphorus aliquis, an scuti in reliquis Auctor ludat in nomine, nescio; forsastis quod veluti Phosphorus, id est, Lucifer; Rhetor ille, quisquis sit, Scholis Carthaginiensibus affulserit.

89. quum virum fortem peroraret.] Argumentum (inquit idem) audis declamationis. Perorat cum Accusatio, ut in superioribus saepè. D. Hieronym. pro Cornelio seductio tribuno defensionem à Cicerone peroratum scribit in epist. ad Theophilum.

90. Què adclamant.] Gratulantium (vii idem adnotat) atque laudantium, & ad tantam proceptoris sui eloquentiam obstupescerunt scholasticorum hic vox Què. Apud Graecos Què non solum dolentis est, sed & admirantis. Atqui etiam hic adludit ad verba Iren. lib. 2. cap. 5. lu lu, Theu Theu. Tragicum enim dicere oportet super hanc nominum fictionem. Quod illustrat Epiphani addita hac Paraphrasi. Sed & sacer (inquit) Irenaeus deridens ipsos ob praedicta, Tragicum illud in medium adduxit lu lu, & Theu Theu. Tragicum enim hoc reserua ob talem calamitatem licet proferre eorum, qui ridicula haec nominum figmenta descripserunt, & eius qui tantè audacia ultra omnem ruborem mendacio suo nomen imposuit. Ita autem legi debere apud Iren. (immo etiam meo iudicio apud Epiphani. Graecè & Latine) comprobat Feu-ardentius ex Aristophane in Auisibus, & Aiac Sophoclis.

91. Familiae Ptolomaei.] Loquitur (inquit Rhen.) de Ptolomæo Valentinii discipulo. Et rectè: nam vii supraddictum est num. 29. praecipue iis qui sunt circa Ptolomæum, haec nominum figmenta adtribuit Irenaeus, & infra quoque cap. 20. Auctor: Satis (inquit) meminerat Ptolomæus.

92. quae sint istorum priuilegia numerorum, &c.] Quae Valentiniani priuilegia numerorum tricenarij, quaternarij, octonarij, & duodenarij ex elementorum scripturis allegauerunt, habes apud Iren. li. 1. ca. 1. 14. ac 15. & eorundem consultationem lib. 2. cap. 36. 37. 39. 40. 42. ac 45. Vbi totam materiam ludens

ita concludit. Pergat adhuc ut venam numeret, & callos terra, & fluctus maris, & stellas caeli; & causas excogitet numeri qui inuentus putatur. Atqui imitatos Valentinianos numeros Platonis supra adnotauimus lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 7. num. 39. & Irenæus quaternationem eorum Pythagoricam nominat, cuius causam explicat Billius suis scholiis in lib. 1. Iren. cap. 1.

93. & nulla alia de pædagogio nomina.] Repetendum (inquit Rhenan.) iuxta morem Tertulliani verbum: superessent: & nulla alia superessent de pædagogio nomina. Adhuc autem ad pædagogia Cesarum. Nam sub Caesarsis sacri Palatii legimus in libro, cui titulus: Notitia dignitatum militarium Orientis & Occidentis, fuisse pædagogia, Ministeriales dominicos, & Curas palatiorum. Vnde pædagogianorum mentio apud Am. Marcellinum. Per Metaphoram itaque aulici pædagogij, Aeonum pædagogium illud cœleste hic significat. Infra rursum cap. 13. Christi (inquit) & Spiritu sancti pædagogatum; innuens eos Aeonum pædagogos fuisse.

94. Sterceiæ & Syntrophii.] Quid (inquit idem) Sterceiæ sibi velit, ingenue fateor me nescire. Arbitror aliquid esse à Græco verbo στερειν, quod amare significat, cum Accusativo constructum. Vnde φιλοσοφία. Aut ergo στερεις, aut στερεινοι: nam sequitur σντροφοι, hoc est, coarctum. Nos nihil definimus. Atqui M. S. Pat. cod. 2. Sterceiæ, alter: Sterceæ. sed nec hoc satisfaciit.

CAP. IX.

95. Sed & hoc exceptio personarum est, &c.] Inscriptus hoc caput: De Enthymesi abortiuo partu, procreata à Sophia trigesimo Aëone, ad verbum ferè ex Iren. lib. 1. cap. 1. quem etiam sequuntur Epiphanius & Theodoretus. Porro errorem hunc peculiariter refellit Iren. lib. 2. cap. 4. 5. 14. 24. 25. 26. 27. 28. & 29. Est autem (vix adnotat Rhenan.) exceptio personarum, iureconsultorum sermo.

96. fed intercessit mater Sige.] Intercedere iterum accipit pro obstare, quemadmodum lib. 2. aduers. Marc. per quas intercessisse potuisset; quam alibi adnotauimus vocem iureconsultorum esse, qua tribuni dicebantur Senatibus intercedere, id est, obstare, ne fierent. Græcè est apud Epiphanius & Theodor. κρησθη, quod vertunt Interpretes: Continuit, detinuit, retinuit, inhibuit. Atqui, quod quidem inuisibilis sit pater Deus, sed non incognitus, contra quam hic sentiebant Valentiniani, docet Iren. lib. 2. cap. 9. Legimus autem mox: quos Homo & Ecclesia ediderant, ex 3. Pat. M. S. cod. pro: ediderunt.

97. incontinentia sui sine coniugis Phileti societate.] Hunc locum sic restitui ex Pat. 3. M. S. cod. pro eo quod Rhenanus: incontinentia suiue coniugis fatietate. Nam præterquam quod M. S. Rhenan. codices præter Gorziensem legebant: societate, & ipse Auctor cap. sequ. nulla opera coniugij, Græcè est apud Epiphanius. ἀνευ τῆς ἐπιπλοκῆς τῆς συζύγου, & Latine apud Iren. lib. 1. cap. 1. ac 15. sine complexu coniugis. & lib. 2. cap. 14. sine permixtione aut perplexione. Quo etiam loco somnium hoc refutat, eo quod quum coniugationes ponant Aeonum, atque aded vniouem quandam Valentiniani, impossibile sit eos separationem à semetipsis corrèpere.

98. Phileti.] Mirum est (inquit Rhenan.) cum quo etiam ego idem sentio, in M. S. Tertulliani codicibus, pro Teletio hic legi Philetum. sed amatorum huic nomen fortassis maualt tribuere, ut potè quum Φιλητὸς amabilem significet. Relinquo interim Lectoris iudicio, an id legitur, an Verò Teleti. Videtur mihi esse genuinum ex illis verbis infra cap. 30. amoribus Phileti; quo nomine rursum videtur cap. 32. ne Philetus irascatur.

99. & genus adtrahit vitij, quod exortum quidem fuerat, &c.] Virum hoc ignorantia patris potuisset contrahi à Sophia, neque exortum in Logo, aut illis aliis qui circa Nun & Veritatem (vbi Hellenismus est, Rhenano teste) nisi dicamus etiam Nun, immò & Propatorum Bythum fecisse eam labem & ignorantiam, late deducit Iren. lib. 2. cap. 24. & cap. 28. quod hæc patris magnitudinis inuestigatio non labem aut passionem, sed potius perfectionem fecisset in Sophia. & cap. 29. quod non conueniat Aeonem intra Pleroma passione adfectum. Est autem hinc castigandus Iren. lib. 1. cap. 1. Ut legatur: quæ exorta quidem fuerat, pro: exorts. nam ita & Græcè est, & vicissim ex illo Latino Epiph. Græco addimus: & veritatem.

100. deriuat.] Istud pro: deriuatum est, passiuè accipitur, sicut & apud Irenæum, & explicatur verbis sequentibus, Græcè ἀποδοχῆτο. Sive autem legatur: conuata, sicut excus, sive: enata cum Billio, seu conata cum M. S. 3. Pat. perinde est; immò Verò postremum magis placet, eo quod similiter dixit Tom. 1. Apolog. cap. 40. num. 534. iuxta M. S. codic. si qua illic arborum poma conantur, pro: oriuntur, & cap. 47. dum nostra conantur, acli. de Anima, cap. 19. video & hederas ad superiora conari. Ex istodem M. S. iterum restitimus: sub prætexto dilectionis, pro eo quod tanquam Latiniis substitutum erat: prætextu. Nam supra Tom. 2. lib. de Penitent. cap. 5. num. 23. vbi prætextum legitur, ipse Rhenan. sic hunc locum citat. Qui hic etiam rectè: superabat interpretatur: abundabat, & frustrat, pro: frustrata fuerat.

101. modico abfuit, &c. deuorati. Ex his verbis castigo apud Iren. lib. 1. cap. 1. ferè absorptum fuisse, pro: fortè, aut: verè. Atqui: dissolui, aut deuorati non potuisse Aeonem, nisi & integrum Pleroma dissoluereit & interiret, docet idem Iren. lib. 2. cap. 26. & 27.

102. nisi bono fato in Horon incurfasset.] Istud est quod legitur apertius supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 49. Tricesimum autem Aeonem, Bythum illum videre voluisse, & ad videndum illum ausum esse in superiora Pleromatis conscendere. Et quoniam ad magnitudinem eius videntem capax non fuit, in defectione fuisse, & penè dissolutum esse, nisi quia missus ad constabliendum illum, ille quem appellant Horon, confirmasset illum. De huius productione latius cap. sequ. Quod Verò hic dicit: vniuersitatis illius, Græcè πλῆροματός, extrinsecus custos, infra explicat cap. 23. his verbis: Horo signante extremam lineam, & ex Schemate Pleromatis supra sit manifestus. Atque aded inde & Horos, id est, terminus, dicitur est, & Horoheres, id est, finium designator.

103. quem & Crucem appellant.] Similiter infra cap. 14. Crucem, id est Horon. Causam huius appellationis habes cap. sequ. Vbi dicit Passionem ab Horo crucifixam, & extra æuam factam; item & aliam cap. 27. quod superior ille Christus ab Achamoth

moth cruci, id est, Horo, fuerat innixus; sicut etiam cur Lyrotres, id est, redemptor dicitur sit, quod purgatum à malis, & deinceps confirmatam Sophiam coniugi restituerit. Proinde & Græcè legi debet σαυρον λυρωστων, pro eo quod est σαυρωστων, aut σαυρωστων, quod legitur Interpres Epiph.

104. Carpisten.] Græcè καρπιστων. Quam vocem restitui meo iudicio interpretatur Leopardus loco supra citato cap. 84. vindicem, assertorem, seu manusiorem, quam Rhenanus: fructificatorem, & Epiphanius Interpres fructuarium. Nam fructum nullum constat aditum ab Horo, at vindicem fuisse Sophiam ex eiusdem restitutione manifestum est. Adlegat ille pro nostra hac sententia illud Charisij veteris Grammatici, Vindicie καρπιστων. Lego autem cum 3. M. S. cod. declinata inuestigatione patris, pro: de inclinata; eo quod legatur apud Iren. credentem iam quoniam incomprehensibilis est pater.

105. totam Enthymesin, id est, animationem cum passione, &c.] Enthymesin cum passione separatum non posse fieri, sive abiici, sive exponi, ut habet Auctor, deducit Iren. lib. 2. cap. 25. & 26. Neque enim (inquit) aliud erat Enthymesis eius, nisi passio incomprehensibilem comprehendere cogitans, & passio Enthymesis; impossibilia enim sentiebat. Atque aded rectè secundum sententiam Irenæi Enthymesis ab eius Interpretibus transposita: intentio sine cogitatio. Sed explicator est Tertulliani vox (quæ ex limitibus paginarum in contextum irrepfit) animatio, quippe quam accipit pro animi conceptu vehementi, secundum propriam significationem Græcæ vocis, ut potè quæ à θυμὸς deriuatur, quam non aliud quàm animum vehementem significare adnotauimus ad B. Cyprian. lib. de Lap. num. 79. occasione illius Isai. 42. Et superduxit super eos iram animationis sue. Adhuc autem videtur ad illud Iren. lib. 2. cap. 16. Prima motio eius de aliquo Ennæa appellatur; perseverans autem & aucta, & vniuersam adprehendens animam, Enthymesis.

CAP. X.

106. Sed quidam exitum Sophiæ & restitutionem, &c.] Quum eiusdem sit cum ca. præced. argumenti, istud in scriptis: De Hori productione, & (ut loquitur Auctor libro de Præscript. aduers. heret. cap. 7.) de Enthymesi & Ectromate, secundum alios. Pro eo quod habet Auctor exitum, apertius Iren. passionem. Accipit interim videtur etiam hic exitus (sicut supra Tom. 1. lib. ad Scapul. num. 20. adnotauimus) pro: exitio, cui Sophia, nisi restituta fuisset, erat quamproxima.

107. Sed & vultures fœminas tantum, parere aiunt.] In vulturum enim (inquit Rhenan.) genere mas non nascitur, sed fœmina omnes. Ausurum ventum aut Eurum ore hiante excipiunt, & sic vento vice seminis implentur. Auctor Alianus.

108. & tamen sine masculo mater metuere potest.] Sic lego, omisso: &, superfluo. Supplendum autem videtur quod videtur desiderari ab illud postremò) ex Irenæo: primo quidem contristari propter inconsummationem generationis, metuere postremò ne finis quoque insisteret; hoc est, vix ille aperit, ne hoc ipsum finem habeat.

109. Vbi enim iam Tragœdiæ & Comœdiæ, &c.] His verbis explicat quomodo sub finem cap. præced. accepit expoluit, ut potè non simpliciter, pro: abiicit, sed pro, factum abiicit. Cuius rei plene sunt tum Co-

mœdiæ, tum Tragœdiæ. Hinc illud Terentij ibidem à Rhenano citatum: Erat hic Corinthia anus haud impura, ei dedi exponendam. Linius lib. 1. dec. 1. passulopost initium: Ita velut desincli (inquit) Regis imperio, in proxima alluue, vbi nunc ficus Ruminalis est (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. Vnde expolitij dicit. Lego autem cum 1. M. S. Pat. cod. citra pudorem, pro eo quod alij circa.

110. conuertit ad patrem, &c. in preces succidit.] Conuertit (inquit idem) absolute. Ita enim Irenæus latius explicans, sic habet: In us autem passionibus factam accepisse regressionem, & in patrem regredi conatam; & aliquandiu ausam tamen defecisse, & supplicem patri factam. Proinde in preces succidit, pro succubuit, dixit phrafi sua, de qua supra Tom. 2. lib. de Patient. cap. 5. num. 37.

111. Quidni? causa tanti mali.] Nam (inquit Rhen.) Nus tenuerat ceteris Aeonibus aliquid de magnitudine & incomprehensibilitate patris communicare. Vnde Sophia eius rei cognoscendæ cupiditas.

112. vacuit.] Sicut (inquit idem) dicimus: decuit, decuisse, decuerat, sic Tertullianus usurpare solet, vacuit, vacuisset, vacuerat. Sic lib. de Vera Carne Christi, cap. 7. Nisi quod etiam vacuisset (inquit) tentatoris ingenij, &c. Eodem lib. rursum: Ausim (inquit) dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, omnis vis Dei benefica vacuisset. Item lib. de Pallio, cap. 4. Quandoquidem (inquit) labijs vacuerat ab vberum gustu, pro caruerat. loquitur de Achille. Arbitror vulgaris fuisse consuetudinem, huiusmodi verbi enuntiationem.

113. Ignorantia, paup, mœror.] Quarto loco additur ab Irenæo stupor, sive admiratio, quam infra auctor cap. 15. consternationem vocat, eam in Achamoth agnosens; sed in Sophia non videtur eam agnosuisse Auctorem. Atqui quod hic dicitur: substantiæ sunt, supra lib. de Præscript. aduers. heret. dixit: ex passionibus materias edidisse; sic etiam Iren. & Epiph. quod cum infra Achamoth adscribit Sophia partu abortiuo, contradicere sibi ipsi Valentinianos manifestum est. Lego autem paulopost, ordine verborum nonnihil immutato: Ibi demum pater aliquando motus per Monogenem Nun, quem supra diximus Horon. Neque enim vnus Hori duo patres esse possunt: quod significare videbatur prior lectio.

114. In hæc promit.] In hæc, pro super hæc, quemadmodum legit Irenæus Latinus. Atqui: promit, iterum lego cum M. S. 2. Pat. cod. pro eo quod Rhenan. substituerat: præmittit; nisi malit quis legere eodem significatu: emittit, quomodo haud dubiè legendum apud Irenæum lib. 1. cap. 1. Nam quod Græcè est apud Epiphanius & Theodoret. Tertium interpretes, producit, maxime quum sic loquatur Irenæus lib. 2. cap. 15. Emissum sicut & reliquos Aonas Horon. Qui interim duas quum sententias reconsecrat, suspicor illud supradictum, per Monogenem Nun, ad marginem ab aliquo fuisse adscriptum, & inde in contextum irrepfisse. At enim ille: Hunc autem Horon quidam quidem à Monogene emissum dicunt, alij verò ab ipso Propatore, (quem patrem vocat Auctor) in similitudine sua. Consulat autem hinc ibidem Irenæus triacontadem Aeonum, quod Horos excedat illum numerum.

115. fœminamare.] Quod fœminamare (inquit Rhenan.) composita dictione Tertullianus dixit, est apud Iren. masculofœmina; atque aded omnino apud

illum legi debet, quod ad marginem adnotauit Fen-
denius: sine coniuge, cui consentit illud Abbatis Billy:
coniugij experte.

116. quia de patris sexu ita variant.] *Explicit id-
ipsum Rhenanus: Patrem enim (inquit) aliquando cum
coniuge Sige, modò verò pro masculino & femina esse vo-
lunt. Huc enim pertinet quod habet infra cap. 34. de Het-
maphrodito.*

117. Metagoges, id est: circumductorem.] *Ex-
positio hæc Græci vocabuli ex paginarum limitibus in con-
textum irrepit; propriè interius (inquit Rhenan.) μετα-
γωγός eum significat, qui in altera ducit; hinc ab
Interprete Epiph. traductor vertitur.*

118. Enthymelin verò, &c.] *Interpres (inquit Rhe-
nan.) Irenæi quæ solet intentionem reddere Enthyme-
lin, hic conspicentiam verit. Conspicentiam verò eius
(inquit) cum passione ab Horo separatam & crucifixam,
Erasmus Roterdamus in Irenæi recognitione ἐνθυσμω
pro inuentione suæ commentatione interpretatus est. Apud
eundem quum legatur scuti hic: crucifixam, rectè ad-
notauit Billius restituendum Græcè ἐπισημασμένην.*

119. & extra eum factam.] *Hoc est (inquit idem)
extra Pleroma Æonum. Castigat locum Irenæi, ubi legitur:
Extra eum factam. Tu scribe: Et extra eum factam.
De Proterbio autem: Malum furas, in Prolegomenis no-
stris latius.*

120. in speciatam.] *Id est (ait Rhenan.) sine specie; &
rectè nam supra lib. præced. speciatim similiter dixit.*

C A P. XI.

121. Igitur post Enthymelin extorrem, &c.] *Capitulum
hoc inscripsimus: De noua generatione duorum
Æonum, Christi & Spiritus sancti. Atqui: extor-
rem dixit (Vt etiam ante me adnotauit Rhenan.) quod
prius dixerat: relegatam, & Iren. separatam. item:
patris cura & prospectu, quod ille: secundum provi-
dentiam patris.*

122. ne qua eiusmodi rursus concussio incur-
reret.] *MS. 3. Vatic. incurteret; sed illud placet. A per-
tius Epiph. Interpres ex Græco: ne quod Æon similiter
ut ille afficeretur.*

123. nouam excludit copulationem.] *Excludunt
(inquit Rhenan.) aues, dum incubando pullum emittunt.
Plinius: Columba excludunt vigesimo die. Suprà au-
tem dixit: Et gallina sortita est de suo parere.
Monogenes quoque ex seipso Christum & Spiritum san-
ctum peperit. Itaque apud hoc verbo usus est. Porro præter-
quam quod hic faciat Monogenem masculinam,
& Spiritum sanctum feminam, aut nouum ma-
sculorum coniugium, nouam copulationem Christi
& Spiritus sancti, quam etiam absurdum id esse dicit
Irenæus lib. 2. cap. 15. quod sic aut excedatur numerus
trienarius Æonum, aut Æones isti dici non possunt.*

124. concinnationem Æonum.] *apud Irenæum
(inquit Rhenan.) legitur: A Christo & Spiritu sancto
consummatus esse Æonas. Quare fieri potest, ut Tertul-
lanus scripserit consummationem, quod versus sit
officantia librarij in concinnationem. Nam infra:
Exinde resecti sunt (inquit) & constabiliti sunt,
& in requiem ex veritate compositi. Et tamen quia
sequitur: Christi erat inducere Æonas in naturam
coniugiorum, non male quadrat hic: concinnatio.
Nisi fallor enim, quod Irenæus compaginem vocat, Ter-
tullianus, concinnationem dicit. Hactenus ille. Ego*

verò quum Græcè sit ἑτερογενῶς, quod consummare
sen omnibus numeris absoluerit Interpretis transferunt,
omnino lego: consummationem, maxime quum plura
officia Christo & Spiritu sancto hic proponantur.

125. inducere Æonas naturam coniugiorum.)
Irenæus: Docuisse eos naturam coniugationis. quare mihi
videtur etiam hic legendum: docete, pro inducere.

126. & innati coniectionem.] *Irenæus: com-
prehensionem. Accipitur itaque coniectione pro
comprehensione: nam sequitur, quod capere eum non
sit nec comprehendere. Siue autem legas cum exc.
Illam magis doctrinæ denotabo perueritatem,
siue cum MS. 3. Vatic. illud magis denotabo, doctrinæ
perueritatem, perinde est.*

127. incomprehensibile.] *Rectè Rhenan. adnotauit
similiter accipiendum apud Irenæum incomprehen-
sibile, pro: incomprehensibile. nam ex Græco verit
Abbas Billius: in eo quod de patre Patris compre-
hendi nequit.*

C A P. XII.

128. Itaque omnes forma & sententia peræ-
quantur, &c.] *Inscriptionem huic capiti datus: De no-
uo fructu ex omnibus Æonibus compacto, quem
Iesum vocabant, & angelis satellitibus. Esse autem
eandem absurditatem, quæ de præcedentibus, docet Iren.
dicti lib. 2. cap. 15. quod sic quatuor plures quam xxx.
constituantur Æones; quibus si addantur & angeli sa-
tellitites, erunt sine numero. Lego autem ex Irenæo tam
Græco quam Latino: sententia, pro: scientia; nam mox
iterum sequitur: vnum iam omnes, etiam forma;
nedum sententia.*

129. Omnes refunduntur in Nous, in sermones,
omnes in homines, in Christos.] *Ita prorsus castigandus
est hic locus ex Irenæo tam Græco quam Latino, tum
ut respondeant suis masculi coniugibus, tum quod vi-
deatur eas dumtaxat Æonum coniugationes recensere,
qui nouas productiones adiderint. Antea desiderabatur:
in sermones, quod correspondet illi: in Zoas, & quar-
to loco legebatur: in Philetos.*

130. & quæ feminæ, in Alethias, in Zoas, in
Ecclesias, in spiritus.] *similiter & iste; nam Sigas
nullo pacto conuenit cum Nous, cuius uxor Alethia; de-
inde Christus correspondet Spiritus; qui duo quum postre-
mo producti sint loco, etiam in Græco & Latino Iren. &
Epiph. censeo hoc modo voces: in Ecclesias, in spiritus,
contrario ordine transponendas; neque verò Christi, im-
mò nec Phileti coniugatio fuit fortunata. quare: in
fortunatas mutauimus: in spiritus. Mutat autem (in-
quit Rhen.) non hic tantum, sed alibi frequenter, numerum
elegantie rursusque causa.*

131. Ouidius Metamorphoseis suas deleuisset,
si hodie maiorem cognouisset.] *Pura (inquit idem)
Æonum istorum apud Valentinianos. Clarius autem di-
cit Auctor: in requiem ex veritate compositi, quod
in calce cap. præced. dixerat: & veram inducerentur
quietem, pro: in quietem. Patrem verò iterum nun-
cupat, quem Irenæus: Propator; ac filiorum & ne-
potum nomine, Nun intelligit, & ceteros Æonas ex illo
eiusve progenie productos.*

132. Pleromate liberato.] *Nam (inquit Rhenan.)
Æones Pleroma concusserant, Bytho negotium facessitu-
ri. Nunc verò ordinatis & compositis, ac per Chri-
stum & Spiritum sanctum instituit Æonibus, nullum
amplius periculum erat Pleromati. Effectum enim con-*

stabat

stabat propter quod venerat. Nempe solidata res, & Ple-
roma munium atque confirmatum, ne qua similis con-
cussio rursus incurreret.

133. Videmus quotidie, &c.] *Ex hoc loco (inquit
idem) videt Terullianum maris fuisse acclam, ut in Car-
thaginensi agro versantem.*

134. ad symbolum.] *Collationem (adnotat idem)
symbolum (pro quo corruptè Lugdunensis editio: cym-
balam, & mox: cymbalæ) vocat, quoties scilicet à sin-
gulis aliqui in commune conferunt. Hinc A symbolum,
qui nihil in medium confert. Rectè itaque Turnebus lib.
Adu. 28. cap. 4. etiam apud Terentium in Andria le-
gendum: symbolum addit, non symbolum, quod quidè
cod. hic etiam perperam legitur.*

135. nouis fratribus & magistris.] *Nouos fratres
(iuxta eundem) appellat propter notam & postremam
copulationem à Monogene exclusam. Magistros, quia
missi erant ad consummandos Æonas & instituendos. Le-
go verò ex 3. MS. Vatic. cod. spiritu sancto, pro: spiritu.*

136. ex ære collatio quod aiunt.] *Quæquam
hic (inquit idem) collationis & symbolæ sit mentio (nā
Tertullianus: conferunt (inquit) in medium. Et mox:
vni (inquit) omnes bonū conferebant. Item Irenæus
vnumquemque (inquit) eo quod habebat in se optimum
floreantissimum conferentes, collationem fecisse. Rur-
sum mox: Et secundum Christi, quæ Soterem dicunt, ex col-
latione composita fabricatio.) Xibiloninus quando Ve-
luta exemplaria constiter habent ære collocatio, Vi-
deo non tam collatio legi posse, quod omnibus obuium
est, quam collocatio; pro: ære mutuatio & alieno,
quod in vnum conferentes boni viri, & apud amicam
negotiationi intantum collocantes, sic illum cum ornant,
tum adiuant, prius ab eo sibi cauentes. Sanè apud Irenæum
alio loco de hoc ipso Sotere legitur: In eum deponentibus
velut florem suum, ut collocatio sit hic depositum.
Idem sensus erit, si ære collocatio legas, aut certe nō ma-
gnopere diuersus. Equidem apud veteres multa fiebant ære
collato. Quibus operibus inscribebantur hæ notule,
AER. COL. Ad quem morem fortassis hic alludit
Tertullianus. Hactenus ille. Ego verò quamquam Vatic.
2. cod. legant: collocatio, tamen reuini: collatio,
quod ad id quamproximè accedit, quod habet alter Vatic.
collatio, maxime quum præter citatos à Rhenano locos,
etiam lib. 2. c. 37. verbis paulopost citatis Irenæus consen-
tia. Ridet autem hic Valentinianorum amentiam Ter-
tullianus, qui Æonas Iesum velut ex ære collocatio pro-
duxisse statuit, quum tamen eos vnum omnes effectos
fuisse asserant. Sic Abbas Billius in Irenæum, apud quem
in Græco cōtextu censeo legi debere ἑτερογενῶς, & apud
Interpretem Latinum probolam, pro eo quod Græcè est
ἑτερογενῶς, & Latine problema, quod respexisse vi-
detur Interpres Epiph. anj, dum vertit: problemata,
& emissiones; quippe quum hoc postremum significet
ἑτερογενῶς, uti supra adnotauimus n. 68.*

137. de patruitis.] *Irenæus: patronymicè, Græcè
apud Epiph. πατρωνυμικῶς, quod eleganter vertit Ab-
bas Billius: patrito nomine.*

138. & omnia.] *Sic etiam Interpres Latinus Iren.
quare & Græcè censet legendum Billius, ἅς πάντας; quod
ipsum confirmatur ex illo dicti cap. 37. quem & omnia
nuncupant; quomodo proinde etiam transferendum vide-
tur eiusdem lib. cap. 15. ubi legitur: quem etiam totum
esse dicunt.*

139. graculum Ælopi.] *De hoc proverbio inter Pro-
legomena.*

140. Pandoram Hesiodi.] *Irenæus (inquit Rhen.)
lib. 2. cap. 19. impia. Valentinianorum somnia à Philoso-
phis & Poëtis ostendens esse desumpta. Quod autem, in-
quit, saluatorem ex omnibus factum esse Æonibus
dicant, omnibus in eum deponentibus, velut florem suum,
non extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferunt.
Quæ enim ait ille de illa, hæc hi de Salvatore insinuant,
Pandoram introducentes eum, quasi vnusquisque Æo-
num quod haberet optimum, donauerit ei. Idem c. 37. eius-
dem lib. Sed neque de Paulo quidem (inquit) tacendum est,
sed exigendum ab his, in cuius Æonis typum Apostolus
nobis traditus est, nisi forte in saluatoris compositi eorum,
qui ex omnium collatione subsistit, quem & omnia nun-
cupant, eo quod sit ex omnibus. De quo & Hesiodus
poëta splendide significauit: Pandoram, id est, omnium
munus nominans eum, ob hoc quod ex omnibus optimum
munus in eo sit collatum. Et paulopost: Et non solum (in-
quit) per Hesiodum hoc operata est mater eorum myster-
ium dici, sed & Pindari lyrici sapienter valde, ut celet
Demurgo in Pelope, cuius caro in partes à patre diuisa est
& ab omnibus Deis collecta, & allata, & composita, Pā-
doram hoc modo significauit, ex qua & isti compuncti,
eadem secundum eos dicentes, eiusdem generis & spiritus
sunt cum illis. Rursum lib. 4. cap. 2. Valentinianos vocat
peruersissimos Pandoræ Sophistas: Quem patrem (inquit)
volunt vos audire hi qui sunt Pandoræ peruersissimi So-
phistæ: verumne Bythum, quem à semetipsis sinxerunt, an
matrem Æonum? (sic enim lego, pro: eorum) an Pnigeni-
um? Porro fabulam Pandoræ habes apud Hesiodum.
Et meministi eius Tertullian. lib. de Coron. milit. Si fuerit
(inquit) aliqua Pandora, quam primam femina-
rum memorat Hesiodus, hoc primum caput co-
ronatum est à Charitibus, quum ab omnibus mu-
neraretur. Vide de eadem adnotat. nostras in c. 7. dicti
lib. de Cor. milit. n. 64.*

141. Acci patinam.] *Arbitror (inquit idem) Ac-
cium istum Apitio non fuisse dissimilem. Huiusmodi
patinæ mentionem fecit Annæus Seneca lib. 15. epist. Me-
mini (inquit) fuisse quondam in sermone nobilem patinā,
in quam quicquid apud laicos solet diem deducere; pro-
perans in damnatum suum, popina congererat. Feneria spō-
dylique, & ostrea eatenus circumcisæ qua eduntur, inter-
uenientibus distinguebantur echinis, torti distracti sine
vllis osibus nulli constrauerunt. Diger esse singula, cogun-
tur in vnum sapes. In cæna sit, quod fieri debet saturo in
ventre. Et paulopost subdit: Græcè est (inquit) luxuriari
per singula, omnia semel & in eundem saporem versa po-
nantur. In eadem epist. pauloantè meministi Sossorum gari:
Quid illud (inquit) Sossorum garum, pretiosam malorum
piscium saniem, non credis vrere salsa iabe precordia: hæ-
ctenus ille. Talem Acci quoque patinam fuisse veor.*

142. Nestoris cocetum.] *Videtur (inquit idem) hic
Nestor scriptor aliquis fuisse, vel insignis gula magister.
Proinde vel Cocetum fortassis legi poterit, quasi à Coc-
co, quod granum Græci dicunt, deducatur, vel Cocentum,
quod esse edulij genus aiunt, ex melle & papauere com-
mixtum. Potest etiam Cocetum vox esse deriuata à
coco, ut intelligat varia cibariorum genera in vnum con-
gesta.*

143. Miscellaneam Ptolomæi.] *Apparet (inquit
idem) opus fuisse ex diuersis contextum. Verisimile est
Angelum Politianum Adnotationibus suis hinc titu-
lum mutuatum; nam constat enim lucubrations Tertul-
liani legisset, tametsi hoc vocabulo Apuleius quoque vri-
tur. Vatic. verò MS. 3. cod. legunt, sed obscurè satis, Pto-
Z z iiii*

lombi phlonici; forte Platonici. sed in contextu nihil inuenimus duxi.

144. Quam propius fuit. Sic Cicero (inquit Rhen.) loqui solet. Nihil propius factum est quam vi ille occideretur, id est, paulum absiuit.

145. de Atticis historiis Pancarpium. Vatic. MS. 3. cod. de aliquibus historiis. Qui quamquam videantur legisse: pancarpi pannitapiam, ego cum Rhenano retinui Pancarpium. Nam, auctore Festo: Pancarpia dicitur corona ex vario genere florum facta. Secundum Manichaeum D. Augustinum irridens, qui veteri instrumento ad litteram fidem haberet: sed forte (inquit) post Dareum & Entelli certamen, Iacob & ipsius pamachiam expectare voluerat. An numerum Amorreorum, an Pancarpium in Arca Noe conficere disposuerat? Significat secundum illud quod Genes. 6. c. legitur: Tolles igitur tecum ex omnibus efus que mandati possunt, & comportabis apud te, & erunt tibi quae illis in cibum. Hoc vocat ille Pancarpium. Porro Pancarpiae coronae nomenclatura non male competit Soteri Valentin. cum ex omnium defloratione constat.

146. sigillarium. Festiue (inquit Rhenan.) ludit in factum istum Deum, imagniculam eum appellans, nam sigillaria eo significati ab Auctore accipi adnotauimus supra T. 2. lib. de Orat. c. 12. n. 49.

147. satellites ei angelos. In hoc autem sibi contrariantur Valentiniani, quod hic angelos productos faciant ex omnibus Aeonibus, infra c. 20. ex Demiurgo productos.

CAP. XIII.

148. Continethic igitur ordo primam processionem, &c. Non aliud hoc est caput quam Epilogus precedentium, & transitus ad nouas fabulas.

149. primam processionem, &c. Hanc tractauit Auctor supra c. 7. & 8. Sophiae vero casum & Hori opportuniss. auxilium, c. 9.

150. Enthymeseos & coniunctae passionis expiatum. Id est (inquit Rhenan.) expiationem, liberationem, & purgationem, de qua c. 10.

151. Christi & Spiritus sancti paedagogatum. Huc pertinet illud de isidem, c. 11. Et ab eius officij locietate, duae scholae, duae cathedrae.

152. Aeonum tutelarem reformatum. Reformatum dixit pro reformatione. Hoc supra vocat consummationem. Metaphora est a tutoribus puerorum sumpta. Fuere autem Christus & Spiritus sanctus, perinde ac tutores Aeonibus praefecti. Habes ante: Exinde refectioni & stabilitati sunt. Tractatur vero istud eodem cap. 11. Atqui prorsus lego, Aeonum, pro: Aeonem, ex MS. 3. Vatic.

153. Soteris pauoninum ornatum. Hoc cap. 12. Sicuti autem (inquit Rhenan.) pauo coloribus gemmanibus (Vt alibi Tertullian.) insignis est, ita Soter Valentinianorum ex omnium Aeonum defloratione confectus.

154. Angelorum comparatitium antistatum. De hoc item c. praeced. Vsurpat autem (inquit idem) antistatum, iuxta quartam inflexionem, pro praetitione siue praesinentia. Quum autem dicit: comparatitium antistatum, coniungit contraria. Siquidem comparatio per aequationem secum adfert. Quid enim est aliud comparare, quam aequare velle eum, qui comparatur ei ad quem fit comparatio? Et antistatus eminentiam significat, cui diximus, aduersantem comparationi. Stulti itaque Valen-

tiniani, qui angelos satellites parvi generis Christo adstruebant, quem summa fingebant excellentia praeditum.

155. Vos valete & plaudite. Hoc sine (Vt idem adnotat) Comaedia apud Veteres clauderetur in publico recitata.

156. Alia autem trans siparium cothurnatio est. Est siparium (inquit idem) auctore Festo, genus veli mimicum, quamuis in quibusdam codicibus legatur inimicum, sed perperam. Inaque sipario scena velabantur, ne spectatoribus omnia paterent. Et inde prodibant actores. Hoc vocabulo vsus est Iuuenalis Satyra octaua:

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti Sipario, clamosum ageres vt Phasna Catulli.

Sipario, id est scene, figurate, vt pars pro toto accipitur. Annuus Seneca lib. de Tranquillitate Vitae, c. 11. loquens de Publio Mimograpbo: Publius (inquit) Tragicus Comiciusque vehemens ingenis, quoties mimicus ineptias, & verba ad summam causam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno non tantum sipariis fortiora, & hoc ait: Cuius potest accidere quod cuiquam. Vbi videre est siparia ad scenas Comaedarum & Mimorum proprie pertinere, sicut cothurnus Tragaediarum est. Apuleius li. 1. de Asino aureo: Oro te (inquam) aulaum tragicum dimoueto, & siparium scenici complicato, & cedo verbis communibus. Idem alibi: Aulao subducto, & complicatis sipariis scena disponitur. Tertullianus in principio huius libri: Ceterum (inquit) tota in adytis diuinitas, tot siparia portarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis reuelatur. Sic enim castigauimus: quum ante legeretur: tot suspicia portarum. Siparij meminere Donatus & Probus Grammatici. Legimus autem luparum, & syparum. Porro Pleroma ipsum, quod Horos custodit, syparij loco est. Velut exponens enim quod dixit trans siparij, subiicit, extra pleroma dico. Est ergo sensus horum verborum: Alia tras siparij cothurnatio est. hoc est: Alia longe atrocior Tragaedia est eorum, quae extra septum ac circulum pleromatis acciderunt. Tragaediarum actores videbantur cothurno; calceamentum genus est; Comaedarum, socco. Vide aliquid etiam supra n. 8.

CAP. XIII.

157. Namque Enthymesis, &c. Caput hoc inscriptum: De Enthymesi siue Achamoth, quod ob relegationem affecta sit merore, metu, consternatione, & ignorantia. Quod ipsum habes etiam supra lib. de Praescript. adu. her. c. 49. & apud Frenanum, Epiphanius, ac Theodoretum.

158. siue iam Achamoth. Similiter appellabatur ab Ireneis, & Graecis ab Epiphano & Theodoro & Chrysostomo, quod hic nomen ininterpretabile vocat Auctor, & mox in eandem sententiam inquit: Achamoth vnde, adhuc quaeritur. Feu-ardentius interim vocis huius Etymol. ex Hebraea voce Hachamoth deducit, ac si Sapientiam dicas.

159. in loca luminis aliena. Alienus (inquit Rhenan.) cum Genitio. Vt in lib. de Resurr. carnis: In re (inquit) aliena salutis. Similiter infra cap. 26. salutis alienum.

160. quod Pleromatis res est. Ergo (inquit idem) lux est intra Pleroma, & extra illud tenebrae, immo vacuum. Frenanus vmbrae Vanitatis loca vocat, quod ipsum in schemate Pleromatis obseruauimus, vt illud lucidum, medium vero tabulatum obscurum iusserimus excludi.

161. in vacuum atque inane illud Epicuri. Epicurus

curus (eodem adnotante) Ma cum Leucippo, Democrito, & Metrodoro, asserit indiuidua quidem multitudine infinita, inane autem magnitudine infinitum. Inane autem vacuitatem esse corporis, auctor Plutarchus. Atqui istud latissime refutat Iren. lib. 2. c. 3. 4. 7. ac 8. Cenoma vacuum illud appellans, quomodo etiam Graecis apud Theodoretum νεκρωμοτα quare refert Abbas Billius etiam apud Iren. lib. 1. c. 1. censet legendum νεκρωμοτα, pro: ουνωμοτα, Toc, maxime quum loca luminis aliena, Graeci ουνωμοτα occupent. Et proinde etiam legendum Latine apud Frenanum: in vmbra, ac vacuitatis locis; pro eo quod est in vmbrosa vacuitatis locus, & deferuisse, magis ibidem placet, quam de feruisse. Idem Frenanus lib. 2. c. 19. disertis verbis scribit, Valentinianos vmbrae & vacuum a Democrito & Epicuro sumpsisse.

162. defectiua scilicet & abortiua genitura. MS. 3. Vatic. cod. & ceteri: deuestiua, sed lego cum Rhenano defectiua: quia (inquit) subauditur, existere. Siquidem Hellenismus refert oratus, & verba quae procedunt: Nec forma, nec facies, referuntur ad genituram, non Enthymesin. Significat autem hic genitura, partum qui informis erat, nec ulla praeditus specie. Quo vocabulo in superioribus libris non semel vsus est. Vt in lib. de Patientia: Totius (inquit) geniturae tributa dignis simul & indignis partiatu occurrere; & lib. de Resurr. carnis. infra: Nam & exinde (inquit) a benedictione geniturae. Alioqui Latini Horoscopium genituram vocant, vt apud Ital. Firmicum est videre, & genesim. Suetonius in Caesula. Confulenti (inquit) quoque de genitura, Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmauit.

163. Dum ita rerum habet. Hellenismus est iterum (Vt idem adnotauit.) Nam Graeci dicunt χαλως εχει τω σωματι, id est, bene habeo corpus. μετρίως εχει τω ψυχικω, id est, mediocriter habeo pecuniarum. Sic hic Tertullianus. Dum ita rerum habet. οτι τω σοφικω εχει τω πνευματι. Etologica siue Elliptica constructio est. Equidem quando Genitium regit verbum εχει, dispositionem significat, & αλλως. Philostratus in 7. omib. μετρεα εχει τω πνευματι. Ceterum nemo mirari debet Graecam loquendi consuetudinem Tertullianum imitari subinde. Nam id temporis nihil exstabat apud Latinos in sacris praeter Virumque Testamentum; tantum Pictor 13. Romana vrbis Episcopus opuscula quadam scripserat, & Apollonius, auctore Hieronymo. Legebat ergo Tertullianus, feruens in studio sacrarum litterarum, Ignatium Antiochenum, Polycarpum, Papiam, Quadratum, Aristidem, Agrippam, Egesippum, Iustinum Philosophum & Martyrem, Melitonem Asianum, Theophilum Antiochenum, Apollinarium, Dionysium, Corinthium, Pnytinum Cretensem, Tatianum, Philippum Cretensem, Masianum, Modestum, Bardehanem, Irenaeum, Panteanum, Rhodonem, Clementem Panteani discipulum, Militiadem, Apollonium, Serapionem, Theophilum Caesariensem, Bacchylum Corinthium, Polycratem Ephesinum, Heraclitum, Maximum, Candidum, Apionem, Sextum, Brabianum, & similes scriptores alios Graecos.

164. flectitur a superioribus Christus. Flectitur (inquit idem) subaudi ex commiseratione. Et sequitur mox: hac misericordia functus, non sine spiritu sancti societate, recurrit Christus in Pleroma. Frenanus: Misertum autem (inquit) eius superiorem Christum, &c.

165. deducitur per Horon. Hic fingitur (inquit idem) officio suo Horos, dicitur etiam μετρωματις, vt

supra reuelatum est. Verum alia est Irenaei sententia, qui loco istius habet Christum per crucem (qui etiam Horos) extensum. Cui consentit etiam Theodoretus. Atque adeo hinc vides aliam rationem cur Horos crux dicatur.

166. abortum vt illud. Graecis apud Iren. εμπερωμα, Latine abortus. Hinc illud Auctoris supra lib. de Praescript. adu. her. cap. 7. de Enthymesi & Ectromate; Vbi de eo latius num. 45. ac locum Hieron. similem adduximus.

167. folius substantiae, non etiam scientiae forma. Irenaeus (Rhenano etiam citante) paulo clarius, hac virtute formasse formam, quae esset secundum substantiam tantum, non etiam secundum agnitionem. Clarus fit autem istud ex eo quod paulo post sequitur: quem si omnino non nouerat, vt inuisibiliter operati, quomodo lumen eius ignotum cum ipso (id est aequae atque ipse Christus illi ignotus erat) requirebat?

168. Et tamen cum aliquo peculio relinquatur. Vtitur quidem infra cap. 25. simili phrasi, quum inquit, peculium quoddam feminis spiritualis. Verum non ad illud hic relatio est, vt potest quod a matre Sophia illa habebat, at istud a Christo; nempe id quod sequitur: odorem incorruptibilitatis.

169. quo compos calus sui, &c. Clarus (vti etiam adnotauit Rhenan.) ireneus: vt sentiens passionem, quae erga illam esset, per separationem Pleromatis, concupiscat eorum quae meliora essent, habens aliquam odoratiorem immortalitatis reliquam in semetipsa a Christo & Spiritu sancto. Ergo quod Tertullianus calum, id ireneus passionem vocat, vt sit compos calus, id est, passiois.

170. Vfus est. Sensus est (inquit) idem vsuuenit vt rebus nomina tribuantur oppido quam liberaliter. Hic venit mihi in mentem Prouerbi illius veteris: Expedit habere multa cognomina. Quare etiam retinui vocem: liberalitatis, pro eo quod Vatic. 1. MS. libertatibus.

171. Enthymesis de actu fuit. Est enim (inquit idem) Enthymesis verbale nomen apud Graecos, nempe deriuatum ab ενθυμησις.

172. Sophia de matre manat. Irenaeus: Quapropter ipsam vocari duobus nominibus: Sophiam paternam. Pater enim eius Sophia. Vtque lectio bona est; na Sophia, pater & mater Achamoth.

173. Spiritus sanctus ex angelo accipit Christi. Sic lego, pro: Christum, quod nullo sensu habebatur. Ac si dicat: Spiritus sanctus nomen accipit Achamoth ex angelo Christi, id est, Spiritu sancto, quem (vel Rhenano etiam adnotante) Valentiniani Christo adiungebant, tanquam angelum quendam. Debet enim istud correspondere ei quod habet Irenaeus: & Spiritum sanctum, nempe vocari, ab eo qui est erga Christum spiritus. Sic enim ibi prorsus legendum, pro: Spiritus. Omitto item c. 3. Vatic. MS. voce le. vbi legebatur: A quo derelicta se statim fenerat desiderium.

174. si non idem Horos qui matri eius tam sperere venerat. Vt potest quia mater Sophia (Vt supra est cap. 9. & 10.) nisi bono fato in eum incurfasset, in reliquam substantiam fuisse dissoluta. Atque restituendum hoc loco Irenaeus, & non potuisse apprehendere illud, quoniam coerebatur ab Horo, pro: non potuisset; nam similiter ex Graeco transtulit Abbas Billius.

175. vt etiam inclamarit in eam Iao. Apud Iren. legitur (inquit Rhenan.) Iaioth. Et sic Horon (inquit) coeurentem eam ne aduersarius irrueret, dixisse Iaioth. Verum ego cum Iren. Epiph. & Theodoretis Graecis exemplaribus, puto ibi etiam legi debere: Iao, & omitti

Vocem: aduersarius, qua Græcè non est, uti etiam vertit ex Græco Abbas Billius, nec dissentit Fen-ardentius, qui istud etiam adnotauit: Tertullianus (inquit) non aliter explicat, quam si quis exclamaret: Porro Quirites, aut Fidem Cæsaris. Epiphanius contra heres. 26. Iao principem in primo celo ab illis collocatum scribit. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 18. inter plura alia & hoc nomen à Paganis adtributum fuisse soli, probat hoc oraculo Apollinis: Intellege Iao esse omnium summum Deum. Diodorus Siculus lib. 5. Bibli. c. 5. ignorantia vocis Jehoua deceptus, somniat, Moysen apud Iudæos, à Deo qui vocetur Iao, leges acceptas uulisse. Euseb. denique lib. 4. demonstr. Euang. cap. 29. Iaho (inquit) est salus, hoc est Dei salutare. Porro cur Iaioth legi non debeat, etiam aliam rationem reddidit supra lib. de Prescript. aduers. heres. cap. 49. num. 315. quod Iaioth fuerit filius Jaldabaioth apud Basilidem, atque adeo illis potius quam Valentiniis cognitus.

176. Porro Quirites. Sic (inquit Rhenan.) baiuli inclamabant populum, ut quisque sibi caueret, ne cui imprudentes sarcinam impingerent. Macerius interm. in dictum 49. cap. lib. de Prescript. adu. her. legit: Pro Quirites, eligat Lector quod uolet.

177. Fidem Cæsaris. Fortassis (inquit Rhenan.) hic significat hoc ignotum uocabulum. Quasi Horos ille custos Pleromatis, uident Enthymesi tanta temeritate irruere, dum lumen illud amissum exquirunt, quum in summo periculo non superesset aliud remedium, inclamauerit Fidem Cæsaris, qua non solet implorari nisi in atroci casu.

178. Inde inuenitur Iao in scripturis. Non existimo Auctorem de scripturis sacris loqui, sed non aliud uelle quam quod habet irenam: Unde & nomen Iao factum dicunt.

179. nec habens superuolare Crucem, id est, Horon. Iterum Hellenismus est (inquit Rhenan.) Græci enim habere, pro posse usurpant. Philosophus in Iconibus ἐχὼν ἐπιλάσσειν, id est, non habens apprehendere, id est, quum non possit apprehendere. Vide similes phrasas supra Apolog. cap. 37. num. 484. ireneus nihil habet aliud quam: quum non possit pertransire Horon. sed addidit: crucem Tertull. ut conueniret iocus quem subiungit.

180. quia nullum Catulli laureolum fuerit exercitata. Phrasis Tertullianica: exercitata laureolum. Atqui (inquit Rhenanus) Nanius poeta Laureolum fabulam, & Leontem in carcere scripsisse fertur. Post hunc Catullus Mimographus, qualis Laberius quoque fuit, duos Mimos composuit, quorum Vni Phasmati nomen fuit, alteri Laureolo. Vtriusque meminit luuenalis Satyra 8. huius uersibus:

Consumptis opibus uocem Damasppe locasti
Sipatio, elamolum ageres ut Phasma Catulli.
Laureolum uelox etiam benè Lentulus egit,
Iudice me dignus uera cruce.

Sic Laberius Mimum quendam, ut Auctor est Cell. Cophimum inscripsit, alium Alexandriam, alium Fulonem. Ergo in Laureolo Mimo iudex agebatur in crucem: idque apud populum sicut representabatur. At Domitianus fontem quendam capitalis noxæ conuictum ac damnatum seruo iussit in crucem suffigi, atque ab urbe postea discerpi, spectaculum rei ueræ populo exhibens. De quo factio perquam elegans Epigramma apud Martia. exstat lib. 1. Id est huiusmodi:

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduum uiuo pectore pauit acum,

Nuda Calydonio sic pectora præbuit urso,

Non falsa pendens in cruce, Lauroolum.

Viuebant laceri membris stillantibus artus,

Inque omni nusquam corpore corpus erat.

Denique supplicium dederat necis ille paternæ,

Vel domini iugulum foderat ense nocens:

Templa uel arcano demens spoliauerat auro,

Subdiderat sæuos uel tibi Roma faces:

Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,

In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

Laureoli Mimi Romæ representati Suetonius mentionem facit in C. Caligula, Laureolum Mimum uocans, sic enim in quibusdam codicibus legitur. Et quum in Laureolo Mimo (inquit) in quo actor proripiens se ruina (sue potius prorepens e ruina) sanguinem vomuit, ut plures secundarum tertiarum experimentum artis darent, crurore scena abundauit. Iosephus Antiquitatum lib. 19. C. Caligula mortem describens, uelut explicat argumentum Laureoli Mimi, dum inquit: In illo siquidem spectaculo, duo ei auguria prouenerunt. Mimus namque est introductus, quo actum est, ut iudex deprehensus crucifigeretur. Et Pantomimus fabulam saltauit Cynira, in qua & ipse occisus, & eius filia Myrrha uidebatur, atque sanguis Mimica arte diffusus, & circa iudicem crucifixum, & circa Cyniram atque Myrrham. Porro Tertullianus, qui omnis antiquitatis peritissimus fuit, sensus hic est: Enthymesi non fuisse exercitatum in scena, in agenda fabula illa quam Catullus Mimographus Laureolum inscripsit, in qua iudex in crucem agebatur. Alioquin si illam scencorum histrionum in representanda in crucem acti præsidis fabula dexteritatem habuisset, fortassis crucem superuolasset, id est Horon.

181. ut destituta passioni illi suæ in tricha multiplici perplexa. Sic prorsus legendum ut sensus constet, omiſſa coniunctione atque. Nam idem uult quod dixit Rhenan. quoniam complexa fuisse passionem, siue, ut dicit Billius, passionis multifaria, & que multis partibus constabat, implexa fuisse, omni genere eius (nempe passionis) capiti adfingi. Illud autem mœrore, quod non perperasset inceptum, intelligi debet ex Ireneo, quoniam non adprehendit lumen.

182. Nec ut mater eius, &c. Sensus est (inquit Rhenan.) aliter autem, & longe infelicis actum fuit cum Enthymesi filia, quam cum matre eius Sophia, scrutaturâ maiestatem Pythi patri. Nam mater per Horum purgata à malis fuit, & deinceps confirmata. Atque hoc est quod Ireneus: Et non (inquit) quemadmodum mater eius, prima Sophia, & Eon; demutationem in passionibus habuit, sed contrarietatem. Q. D. Passiones eius non sunt immutatae, sed auctæ potius. Addimus autem mox ex 3. MS. Vatic. cod. uocem scilicet.

C A P. XV.

183. Age nunc, discant Pythagorici, agnoscant Stoici, &c. Titulum huic capiti dedimus: Quod ex his passionibus Materia mundi originem traxerit. Atqui quod Stoicorum & Platonis opinio fuerit, esse Materiam innatam omnium rerum principium, satis supra dictum est lib. præced. adu. Hermogenem, (cuius & infra cap. sequi mentionem facit) maxime cap. 1. num. 10. ac 11. & cap. 8. num. 32. De Pythagoricorum simili opinione consentit Epiphanius heres. 7. scribens Pythagoram & Peripateticos aequalia dixisse cum Stoicis, & Platonici. Quod autem Valentiniis imitati sunt Pythagoricos, uide Jren. lib. 2. cap. 19.

184. in omnem hanc struem mundi. Struem (inquit

(inquit Rhenan.) dixit pro structura, siue constructione, ut sæpe struere, pro constructis.

185. Mercurius ille Trimegistus. De hoc, quem Mercurium Ægyptium ibi nuncupat, latius infra lib. de Anima.

186. magister omnium Physicorum. Physicorum (inquit Rhenan.) nomine Philosophos intelligit Sic lib. 1. adu. Marc. ut plerique Physicorum formidauerint initium ac finem mundo constare. Ego uero non quosuis Philosophos Physicorum nomine intelligi puto à Tertull. sed solum eos, qui de Naturis scripserunt. Sic enim loquitur lib. 5. adu. Marc. Physicæ, id est, naturalis superpositionis elementum.

187. Audisti conuersionem genus aliud passionis. Alludit ad id quod prædixit: In surgente adhuc & alio fluctu, conuersionis in Christum, à quo uiuificata fuerat. Perum hoc genus passionis latius tractat cap. sequi. Ex qua, ut hic subiungit: omnis anima mundi, id est, ut alibi loquitur: animalæ, seu animalis substantia, dicitur constituisse.

188. etiam ipsius Demiurgi, id est, Dei nostri. De hoc latius cap. 18.

189. Audisti in ærorem & timorem, &c. Simile est illud Iren. De timore autem & tristitia reliqua initium habuisse. Qui restè addit: Et quidem enim Tragedia hic multa est, & phantasia minus cuiusque illorum aliter atque aliter grauius exponens, ex quali passione cuiuslibet elementis (sic enim lego) substantia generationem acceperit. Nam & auctor sæpe uariat. Supra enim c. 49. lib. de Prescript. adu. her. Ex pauore (inquit) tenetæ facta sunt (quarum hic nusquam mentio) ex timore & ignorantia quod infra cap. 22. appellat nequitiam mœrore spiritus nequitia & malignitatis; ex tristitia & lacrymis quod ipsum hic latè profertur) humida fontium, fluminum materia, marisque; addens ibidem & sudores, & quibus quaedam dulces aquas ortas ex irene mox dicemus. Quibus hic paulopost additur: ex consternatione & pauore corporalia elementa ducta sunt, aer nempe, uti arbitror, & aqua & terra, ut sit quadam ex parte repetitio. Addens & rîsum illuminatorem, ex quo lumen effulsit. Denique infra c. 23. ridet Auctor ignem, dicit: ex motiunculis eius excussum, quasi & febricitauerit Achamoth.

190. Habuit & salas, habuit & amaras & dulces, &c. Hic Auctor uaria aquarum genera recenset: de quibus paulo latius Ireneus, distinguens uide singula quæque ora diceretur; Nempe (ut in summum contrahamus) aquas que in mari sunt, salas à lacrymis, quoniam lacrymæ salæ sunt qualitate; fontes uero & flumina, & siquæ sunt aliæ aquæ dulces, ex suloribus. Addens: Quoniam autem & calidæ sunt aquæ austere, siue acres (quas Auctor uocat amaras & bituminosas & ferruginantes) intelligere debes (sic enim lego, pro: debemus, ex Græco; nam & Billius uertit, intelligendas tibi relinquo) quid faciens, & ex quo membro emisit. Addit huius Auctor: Cælestes imbres pipiauit Achamoth, de quo mox latius. Porro de aqua uenata Nonacris & Lyncestarum, quæ ebrios efficit, infra latius lib. de Anima, cap. 50. num. 557.

191. & Salmacis inde se soluerit, quæ masculos molles facit. Sic ex 3. MS. Vatic. cod. pro: molles facit. Atqui ob hunc (inquit Rhenan.) effectum Ouidius obscenam uocat huius carminibus, lib. 15. Metamorph.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,

Verum animos etiam ualeant mutare liquores.

Cui non audita est obscenæ salmæciss uida?

Æthiopésq; lacus, quos siquis faucibus hausit,

Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporè.

Huius rei causam reddens Seneca: Similem (inquit) habet uim uero, sed uehementiorem. Nam quæ admodum ebrietas, donec exsiccet, dementia est, & nimia grauitate defertur in somnum; sic aqua huius sulphurea uis habet quoddam acris ex aère noxio uirus, quod mentem aut furorè mouet, aut sopore opprimit. Ceterum Unde Salmacis dicta sit molles & impudicos reddere, qui ex ea bibent, quod hic Tertull. uocat, masculos molles facere, docet M. Vitruuius Architectura lib. 2. 15, inquit, (de Salmacidis fonte loquitur) falsa opinione putatur uenere morbo implicare eos, qui ex eo bibent. Sed hæc opinio quare per orbem terrarum falso rumore sit propagata, non pigebit exponere. Non enim quod dicitur molles & impudicos ex ea aqua fieri, id potest esse, sed est eius fontis potestas perlicida, saporque egregius. Quum autem Meles & Areeuanas ab Argis & Træzene coloniæ communem eò loci deduxerunt, Barbaros Caras & Lelegas eiecerunt. Hi autem ad montes fugati se congregantes discurrebant, & ibi latrocinia facientes crudeliter eos uastabant. Postea de coloniis unus ad eum fontem propter bonitatem aquæ, quæ fuit causa, tabernam omnibus copiis instruxit, eamque exercendo eos Barbaros allestebat. Ita singillatim discurrentes, & ad cæcis conuenientes, è duro seroque more commutati in Græcorum consuetudinem & suauitatem sua uoluptate reducebantur. Ergo ea aqua non impudico morbi uicio, sed humanitatis dulcedine mollitis animis Barbarorum, eam famam est adeptæ. hæc Vitruuius. Vbi interim id quod adicitur ex Ouidio & Seneca, de aquis Sulphureis, quæ furore aut sopore opprimunt, non ad Salmaciam perinet, sed ad quosdam Æthiopia lacus. Quod ipsum Colophon adtributum, supra adnotauimus lib. de Baptismo, n. 38. & de eodem latius lib. de Anima.

192. pipiauit. Scribit Festus (inquit Rhenan.) pipiationem esse clamorem plorantis, lingua Ocorum. Pipiauit ergo cælestes imbres Achamoth, id est: pipiando & plorando emisit. Factiuiti uerbum est à sono plorantium pi, pi. Similiter dixit Auctor infra Tom. 5. lib. de Monog. infantes pipiantes.

193. Achamoth. Ex MS. 3. Vatic. cod. lego Achamoth, pro: Achamothe; nam correspondent ubique Græcè & Latine Iren. Epiph. & Theodor. in quo nobiscum sentit Rhenan. nam eo quod sic habebat Paterniacensis cod. censet legi debere Achamoth. Et nos; scuti etiam lego.

194. Ex consternatione. Irenei uetus Interpres, qui similiter cap. præced. & postea uertit consternationem, hic: inconstabilitatem; Abbas Billius: animi anxietatem, & stuporem; Epiph. Interpres: desperationem, Theodoretus uero: dubitationem; omnia enim hæc uox & πλοξ significat. denique Auctor supra cap. 49. lib. de Prescript. adu. heres. aporiationem uocat.

195. in tanto circumspetto, &c. ridebat, &c. Sic ex MS. 3. Vatic. pro: circumspetto, more Tertullianico, qui: præexto supra & alibi est usus, uti etiam paulopost: quale, pro: quæ. Atqui istud apertius expressit Ireneus iuxta Rhenanum: Aliquando autem (inquit) in cogitationem ueniens eius quod dereliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Idem interpretatur: nec obstupescas qui, id est, quomodo.

C A P. XVI.

196. Sed quoties ridere uoluisse, &c. Caput hoc

inscripsimus: Quod ex conuersione ad Paracletum à Christo missum animale genus propagauit Achamoth. Rectè autem hunc locum explicat Rhenanus: Enthymelis, siue iam Achamoth, tenebatur magno desiderio luminis amissi. Et quoties ridebat, non habebat quidem Verum lumen, sed luminis recordationem. Et tamen hoc aliquid erat, ut quamlibet pusillum suffecturum fuerit, ne desertoribus suis Christo & Spiritui sancto supplicet fieri cogere; valde superba & arrogans existens, quod commune mulierum vitium est.

197. desertores suos.] Christum scilicet (inquit Rhenan.) & spiritum sanctum. Nam supra habes de Christo se subducere; Hac (inquit) misericordia functus, non sine spiritus sancti societate, recurrit Christus ad Pleroma.

198. more materno.] Alludit ad illud cap. 10. de matre Sophia: conuertit ad patrem, in preces succidit. quare etiam hic maluisse legere: conuertit, sed MS. 3. Pat. habent: conuertitur.

199. Sed Christus, quem iam pigebat rursus extra Pleroma proficisci.] Legit Irenæum (vel teste Rhenano) qui pigritatus est secundo descendere. Supra enim legitur cap. 14. Flestitur à superioribus Christus. Interim Abbas Billius ueriosè Tertull. ex Græco vertit: quum rursus descendere pigeret. Ex Irenæo proinde adicitur rursus.

200. vicarium præfecit Paracletum Soterem.] Sic ex MS. 3. Pat. cod. pro: præfecit. Nam & Iren. (Rhenano etiam citante) Paracletum (inquit) misit ad eam, hoc est, salutarem.

201. largito ei patre, &c.] Largito, pro: largiente: Græcè enim est apud Iren. præstante ei virtutem omnem patre. Atque adeo sic castigandus illius Deus interpretatur.

202. uti in ipso secundum Apostolum omnia conderentur.] Omnino legendum ex 3. MS. Pat. cod. conderentur, pro: confederentur. Nam illud apud Iren. Epiph. & Theodor. legitur, iuxta illud Apostoli Coloss. primò; Quoniam in ipso condita sunt vniuersa; ad quæ locum alludit inde patet, quod citentur etiam ab illis verba sequentia: visibilia, &c.

203. cum officio.] Iureconsultis (inquit Rhenan.) officium cæterum ipse est eorum qui magistratui inferunt. Vnde apud officium deponere, & officio tradere. In quæ sensum & hic usurpat Tertullianus.

204. coætaneorum angelorum.] Irenæus: (eodem adnotante) Mittitur autem (inquit) ad eam cum coætaneis suis angelis. Atque hoc est quod supra dixit Tertullianus, de Sotere loquens, ex omnium Æonum defloratione constato: Ut autem (inquit) tantum sigillarium extrinsecus quoque inornassent, satellites ei angelos profertur; par genus, si inter se potest fieri. Igitur si Soteri additi sunt, de nouo creati; non sunt eo antiquiores, sed coætanei.

205. credas & cum xii. fascibus.] Huiusmodi pompa (inquit Rhenan.) Consules Romani incedebant. Duodecim fasces & totidem securas cum licioribus L. Jun. Bruto, & L. Tarquinio Collatino primis Coss. post exactos Reges sunt additi: Ita tamen ut penes vnum tantum essent, qui proprietas Maior Consul vocabatur. De quare etiam aliquid adigimus Adnot. nostris in B. Cyprian. Epistol. 16. num. 10.

206. velamentum sibi obduxit.] Castiga (inquit idem) locum hunc apud Irenæum, & pro: eam, lege: eum, & pro: cooperationem, cooperationem, hoc modo: Etiam autem

Achamoth reuerentiam eum dicunt, primò quidem cooperationem imposuisse ei, propter reuerentiam. Interpres Irenæi ἐκωτῆ, id est, sibi, venit ei.

207. Quibus inde conceperat, &c.] Iren. (eodem adlegante:) Deinde autem (inquit) quum vidisset eum cum vniuersa fructificatione sua accurrisse (siue occurrisse) ei, virtute accepta de visu eius. Qui etiam rectè interpretatur illud, ὑβρίε, χαρῆ, id est: Domine, salue.

208. atque confirmat agnitione iam.] Supra enim Christus (vii est c. 14.) eam confirmarat, seu, uti apertius ibi, informarat, solius substantiæ, non etiam scientiæ, seu agnitionis forma.

209. & ab omnibus iniuriis passionis expumicat, &c.] Irenæus (inquit Rhen.) Et curationem passionum fecisse eius, separantem eas ab ea. Expumicare est expurgare, expolireque. Nam hic pumicis visus & in chartis lenigandis, & sordibus pedum abradendis, in balneis.

210. non eadem negligentia, &c.] Irenæus (eodem teste): Et non neglexisse eum (inquit) nec enim erat possibile eas exterminari, quem admodum priores, eo quod iam habilia & possibilia essent. Possibilia dixit Interpres Irenæi, pro potentia & Valida, quod Tertullianus: exercitata & vsu viriola Pergimus enim legere cum Basil. adit. & MS. 3. ac Rhenano, viriola; atque adeo etiam supra lib. de Pallio c. 4. n. 77. vestigia cestuum viriola legendum adnotauimus.

211. massaliter solidata.] Sic exponit (inquit idem) quod Irenæo est: coagulatum.

212. defixit seorsum in materiæ corporalem paraturam.] Hoc est (inquit idem) iuxta Irenæum: segregauit separatim. Paraturam iterum usurpat substantiæ; ut supra sepe mimerò. Sic lib. de Carne Christi: Debeo illos, inquit, de sua paratura repercutere. Adn. Marc. lib. 1. Nulla sibi prospexit agnoscendo paraturam; & li. 2. sic ædificat qui propria paratura caret. lib. 3. in tantum paraturam desiderabat, ut credi posset. In hoc ipso libro infra: In hoc, inquit, & paraturam mundi prospectam. Vide etiam de paratura Adnot. nostras Apolog. c. 2. n. 353.

213. commutans ex, &c. passione.] Potest (inquit idem) esse signa Græca, ut sit sensus: Commutans ea vitia siue passiones ex incorporali passione indita secundum habilitatem atque naturam. Sed præstat totam sententiam, Irenæi verbis referre. Neque enim melior expositio inueniri potest: Sed segregantem (inquit) separatim (sic lego, pro: separatim) commisituisse eas, & sic aptabilitatem & naturam fecisse in eas, ut in congregationes & corpora venirent. Atque pro: habilitatem, reperitur noua vox in 3. MS. Pat. habitabilitatem, sed non placet.

214. ut duplex substantiarum, &c.] Irenæus (teste eodem): Vti (inquit) fierent duæ substantiæ, vna quidem mala ex passionibus, altera autem conuersione, passionalis.

215. HÆC ERIT MATERIA QUÆ NOS COMMISSIT CVM HERMOGENE.] Comissit (inquit idem) hoc est in certamen descendere fecit. Gladiatores propriè committuntur, quum ad digladiandum componuntur, ut supra adnotauimus, ubi dixit: Absit ut Apostolos committam, lib. de Præscript. adu. her. Atqui hinc colligere esse scriptum hoc libro prius, lib. aduerfus Hermogenem; quare & nos eum præposuimus.

CAP. XVII.

216. Abhinc Achamoth expedita, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod ex imaginatione spirituale genus

genus Achamoth produxerit. Similiter autem Irenæus (vii etiam citat Rhenan.) satis obscure iuxta editionem veterem, sed clarius, si ex mea coniectura sic legatur: Hanc autem Achamoth extra passionem factam concepit pro: de gratulatione, eorum quæcumque sunt luminum visione (antea erat: Visionem) id est, angelorum qui erant cum eo; & delectatam in conspectu (siue in conceptu, uti in margine est, & magis voci Græca correspondet, itemque Tertull. Verbis obscænis, quibus præfatur Verba pudoris) eorum; peperisse fructus secundum imaginem dictum partum spiritalem, secundum similitudinem factum satellitum saluatoris. Quæ omnia paucioribus & clariùs expressit Theodoretus. Ipsam autem separatam ab affectionibus angelorum cepit desiderium, & spiritalem fructum produxit angelis similem. Quare videtur mihi emendari debere textus Græcus, ex quo vertunt quidam: concepit cum illis; neque enim id ait Auctor, aut Theodoretus habent, sed potius; intra seipsam concepit ex sola contemplatione.

217. & sibi intimarat.] Intimare (inquit Rhenan.) pro intimum reddere. Sic in lib. de Habitu muliebris: Nullus (inquit) clausus argentum intimat tabulis. Vbi vide Adnot. nostras cap. 5. num. 44. Siue autem legas: Trinitas generum cum excussis, siue: generis cum 3. MS. Pat. perinde est; ex quibus interim: est, addidi. Legendum autem etiam cum Irenæo Græcè, ἑλκιδος, & Latine: materiale, pro eo quod est: ὕλη, & materia.

CAP. XVIII.

218. Hac auctoritate, &c.] Inscriptionem damus huic capiti: De Demiurgo per Achamoth ex animali substantia producto. Atque rectè addit Auctor: quod cum magno horrore blasphemix & pronuntiandum & legendum est & audiendum. Est enim blasphemiam in Deum nostrum, ex Achamoth partu informi & animali substantia productum dicere, qui (vii ait Auctor initio lib. 5. adu. Marc.) sine origine est, æternus, innatus, infectus, sicut non semel repetit lib. adu. Hermog. Certè etiam huic errori blasphemiam adscribit Irenæus lib. 2. cap. 3. ac 9. & etiam impugnat cap. 44. 54. ac 55.

219. trium, &c. liberorum.] De Iure (inquit Rhen.) trium liberorum multa sunt passim in constitutionibus veterum Imperatorum. Vetus Interpres, hoc est, expositor Codicis Theodosiani, qui multus exstat, in cap. de Legitimis hæreditibus, lib. 5. docet matrem habere ius trium liberorum, si ingenua tres partus viuos, & libertina quatuor ediderit. Hoc privilegium etiam illis, qui nullos susceperant liberos, interdum principum favore concedebatur. Ius triū liberorum, Suetonio Tranquillo, partum felice matrimonium experto, tribuit Traianus Cæsar; id rarissime facere solius, nec numerum excedens, quem apud amplissimum senatum sibi suscepturum dixerat. Porro multum valebat ius trium liberorum ad hæreditates aduendas. Distinguo autem: Eo animo, vnum ad anitiale, conuertit; vnum ad animale referatur, & conuertit, absolute accipiat.

220. prolatis Soteris disciplinis.] Interpres (inquit idem) Irenæi doctrinas vocat: Conuersum (inquit) in formationem eius quæ facta erat de conuersione eius animalis substantiæ, emisisse quoque à saluatore doctrinas. Sensus est: Soter docuit Enthymesin, & adiuuit. Nam paulo ante dixit Irenæus: Virtutem saluatorem fabricasse.

221. Deum fingit hunc nostrum.] Fingit accipi pro formauit, ex eodem Irenæo patet. Qui addit, sicuti etiam Theodor. & Epiphanius: ex animali substantia, quam

blasphemiam idem refutat lib. 2. cap. 53.

222. præter hæreticorum.] Iterum (vii etiam Rhenan. adnotat) præter iungit cum Genitio, ut infra cum Ablatiuo adu. Marc. lib. 4. Præter oneribus confarationum offarcinatum eduxit ex Ægypto, quem admodum illic adnotauimus. Sumit enim præter, pro præterquam. Cicero ad Q. Fratrem: Atque etiam è Græcis ipsi cauenda sunt quædam familiaritates, præter hominum per paucorum; si qui sunt veterè Græcia digni. Sic Græci τὸ πλῶν usurpant, cum Nominatiuo coniungentes, pro præterquam, siue: nisi. Similes etiam sunt loci eiusdem lib. 4. adu. Marc. præter ex causa adulterij; & supra Tom. 1. Apolog. cap. 6. num. 79. præter vnico digito.

223. & Demiurgum, & regem vniuersorum.] Sic ex MS. 3. Pat. cod. Nam non solum Regem, sed & Demiurgum, id est, opificem vniuersorum dicebant. Quod nomen mutauerunt Valentiniani à Demiurgo Platonico.

224. Ab illo enim omnia, si tamen ab illo, & non ab ipsa potius Achamoth, à qua, &c.] Sic iterum ex MS. Pat. & edit. 1. pro eo quod irrepserat, in ipsa, & à quo. addens ex Iren. Epiph. & Theodor. omnia. Quia scitui partim Rhen. adnotauit, Irenæus scribit: Omnia (nam sic ex Græco legendum, pro: Ea) quæ post ipsam sunt, eum formasse latenter (quod hic dicitur occultò) motum à matre sua. Atque ignorantiam istam Demiurgi impugnat Irenæus lib. 2. cap. 5.

225. sigillario extrinsecus ductu.] Ita haud dubiè legendum cum 2. Pat. MS. cod. aut: sigillario, cum tertio Pat. MS. cod. pro eo quod erat: sigillario. Ac si dicat, nouo extrinsecus per singula ductu. si legamus sigillario, id deuiatum censetur à sigillario, de quo vide Adn. nostras ad lib. B. Cypriani de Oratione Domitica, m. 18. si alterum, eodem significato dixit Plautus in Captiuis: His indito cathenas singularias.

226. nomen illi Metropatotis miscuerunt.] Irenæus (vii etiam Rhen. adnotauit): Vnde (inquit) Metropatorem & Apatorem, & Demiurgum eum & Patrem (sic enim castigandus est, ex Græco, pro: Fratrem) vocant. Dextrorum quidem patrem dicentes eum, id est, Pyschicorum; sinistrorum verò, id est, Hylicorum, Demiurgum omnium autem Regem. Atque quum ἑλκιδος legatur apud Iren. & Epiph. lego: materialium, pro eo quod corripserat: materiarum, nam & MS. 3. Pat. quæ appropinquè accedunt, & id etiam censet Abb. Billius Schol. in Irenæum.

CAP. XIX.

227. Sed nec nominum proprietates, &c.] Caput hoc inscripsimus: De imaginibus seu similitudinibus, quas ignorante Demiurgo latèter Soter operatus sit in Achamoth. Pertinet autem etiam istud ad fabulas de Jæis Platonici, quas pulcrè refutat Iren. li. 2. ca. 6. Vbi etiam paulo apertius totum hunc locum repetit quàm lib. 1. cap. 1. dicens inter cetera: Quoniam modo ea quæ sunt creature, sic varia & nulla & innumerabilia Æonum xxx. imagines esse possunt? &c. ne prolixiores simus.

228. in honorem Æonum imagines commentatam.] Quum & Græcè apud Epiph. & hic apud Tertull. & apud Iren. lib. 2. sic legatur; omnino etiam Iren. lib. 1. cap. 1. legendum: imagines, pro: imaginem. Facit autem ad intellectum, quod posteriori loco Iren. similitudines docet eorum qui intra Pleroma sunt Æonum.

229. rursus hoc in Soterem, &c. detorquent.] Clariùs (etiam Rhen. adnotante) Irenæus: Magis autem saluatorem, per ipsam nempe, dicitur imagines fecisse; quod

alio loco dicit: in conditione per matrem.

230. ut ipsam quidem nempe Achamoth imaginem patris. Apertius est istud dicere Achamoth imaginem patris, & mox Nōv filium, seu potius imaginem Nōv filii, quam sicut apud Iren. lib. 1. cap. 1. legitur: in imagine; ubi aded etiam sic castigandum & Graecum & Latrūm sextum apparet, ex eisdem loco posteriori, ubi disertis verbis Demiurgum seu mundi fabricatorem imaginem vni. geniti vocat, non: in imagine.

231. inuisibilis & incogniti. Quod pater ille seu Propator inuisibilis quidem sed non incognitus, pulcre dicitur Iren. lib. 2. cap. 3.

232. incognitam scilicet & inuisibilem Demiurgum. Istud idem pulcre ac tanquam blasphemiam impugnat ibidem cap. 5.

233. eundem autem Demiurgum Nōv filium effigiet. Nempē Soter. Aiqui recte Rhenan. sensus est (inquit): Demiurgum imaginem Nōv filii Propatoris vni. geniti seu Monogenia effigiet; quod ipsum ibidem impugnat Iren.

234. Arch. angeli verò, Demiurgi opus, reliquos Eōnas exprimerent. Id est eodem Rhenano interpretante, reliquorum Eōnorum essent imagines. At contra recte Iren. loco mox citato: Quum multi sint (inquit) & innumerabiles circa factorem angelis, quomodo Pleromatis angelis, angelos factores imagines habebunt; iam non consequentibus xxx. Eōnibus sic lego, pro: Eōnis in multiformem conditionis varietatem, &c. que compendit graue omittimus. Hoc interim inde patet, quod Valentiniani preter angelos satellites Soteris in Pleromate, etiam angelos seu archangelos (vbi vocat solus Tertullian. quantum apparet ad distinctionem cœlorum) opus Demiurgi somnauerint; atque aded etiam in Schemate nostro archangelos Demiurgo comites adiecti. Aiqui recte Rhenan. ibi: multo magis patris subaudit: ignarum.

235. imaginem Nōv ignorantis patrem. Etiam hanc blasphemiam impugnat Iren. vbi supra.

236. & angelos famulos simulacra dominorum. Famulos appellat, quos supra ca. 12. satellites; & simulacra, id est, imagines Dominorum, nempe, vbi paulo ante: ceterorum Eōnorum.

237. mulum de asino pingere. Vice (inquit Rhenan.) prouerbij vsurpat: mulum de asino pingere, id est: ad exemplar ineptiarum, similitum ineptiarum exemplis representare, aut ad mendacia, noua mendacia confingere. Nam subiicit:

238. & Ptolomæum describere de Valentino. Portentosa istas nugæ prior Valentinus commentus est, Ptolomæus aliquid de suo adiecit, ab auctore nonnihil varians. Ergo Valentinus hæreseos istius auctori, nomen aliud competuit, ut muli Ptolomæo discipulo. Ex asino & equa mulus gignitur mense 12. ait Plinius lib. 8. & mox addit: Obseruatum è duobus diuersis generibus nati terrij generis fieri, & neutri parentum esse similia; eaque ipsa que ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere. Et non sine causa muli vocabulum Ptolomæo sit tribuendum.

C A P. XX.

239. Igitur Demiurgus extra Pleromatis limites constitutus, &c. Hoc caput inscriptissimum: Quod Demiurgus mundum hunc & cœlos condiderit. Aiqui istud etiam impugnat Iren. lib. 2. cap. 5. maxime quum dicit à Demiurgo extra Pleroma constituto mundum conditum:

240. nouam prouinciam. Adludit (inquit Rhenan.) ad morem Imperatorum, qui prouincias subiugabant; & est Appositio. Hoc Irenæus his verbis refert: Patrem itaque & Deum dicunt factum eorum que sunt extra Pleroma, fabricatorem esse omnium Psychicorum & Hylicorum. Separantem enim duas substantias confusas, & de incorporalibus corporalita facientem, fabricasse que sunt cœlestia & terrena; & factum Hylicorum & Psychicorum, dextrorum & sinistrorum fabricatorem, leuium & grauium, sursum aduolantium, & deorsum deurgentium; sic enim legendum pro: deurgentium.

241. duplicis substantiæ illius destruxit. Hanc habent iterum vocem Tertullianicam 2. Vauic. MS. cod. & Rhen. pro: destruxit. Respicit autem (inquit idem) ad id quod supra dixit cap. 16. defixit scorsum in materiæ corporalem paraturam.

242. sublimantia. Id absolute dictum (eodem adnotante) pro: in sublime tendentia.

243. quum ipsam cœlorum septemplex scenam folio desuper suo finit, &c. Ilego ex 3. Nat. cod. quum. Hanc verò mox: hebdomadem sedis sue vocat. Similiter Irenæus li. 1. ca. 1. & Epiph. (etiam Rhenano citante) Septem quoque cœlos fecisse, super quos Demiurgum esse dicunt, & propter hoc Hebdomadam vocant eum. Solum verò seu sedem vocat Demiurgi septemplex scenam cœlorum, quod illis desuper insideat, non aliter atque Deum in cœlo Emphyreo super omnes cœlos orbis collocat. Pro eo autem quod Sabbatum dictum Demiurgum hic habet Auctor, Iren. Hebdomada.

244. & Ogdoas mater Achamoth. Omnino aut sic legendum, aut: Ogdoada mater & alioqui enim non erit oratio Latina, quamquam etiam si postremum hoc legamus, oportebit adicere dicunt, quod habent Iren. & Epiph. quare prius magis placet. Ilego etiam iterum cum MS. 3. Vauic. primogenitalis, pro eo quod tanquam elegantius substitutum erat: primigenialis.

245. Cœlos autem nocteros. Nocteros, id est, (inquit Rhenan.) intellectuales. Maluit enim vbi Græca voce. Atque aded omnino sic legendum, pro eo quod edisio Lugdunensis: nocteros. Proinde etiam Graecum exemplar, Epiph. sic castigandum, maxime quum illius interpret verterit: intellectualis, nec absimiliter Irenæi interpret verterit.

246. sicut & paradifum archangelum quartum. Paulo aliter Iren. τὸ τέταρτον ἀγγελὸν διὸν μὲν ὑπὸ ἐχέει λέγειν, quod recte translulit Epiph. Interpret, quartum angelum potentia esse dicunt, quare & apud Iren. Latini legi debet virtute angelum quartum esse dicunt, pro eo quod est: virtutem. Aiqui videntur Valentiniani in ea fuisse sententia, ut paradifum visibilem negauerint, quod (vbi recte adnotauit Feu-ardentius) hæresi adscribit Seleucianorum & Hermianorum August. li. de hæres. Verum de hoc latius infra Tom. 4. ad fragmenta lib. de Paradiso. Porro impugnat etiam istud de Paradiso Iren. lib. 2. cap. 55.

247. Satis meminerat Ptolomæus puerilium discipulorum, &c. Idem dicitur (inquit Rhenan.) Ptolomæus Valentinii sectator id commentus esse de Paradiso archangelo quarto supra cœlum tertium extenso. Vocat autem puerilia discipula, fabulas pueriles, que solent pueris recitari à nutricibus aut anulis. Nucleum autem, eodem interprete, locus est nucibus arboribus consitus, à nucē, ut Lauretum à lauro, Quercetum à quercu.

248. & ided fortasse non scit. Iocus est (inquit idem) in Demiurgum, quem Valentiniani fabulabatur putasse orania à semetipso fecisse, quum ea fecisset Achamoth. Cœlum enim fecisse nescientem cœlum, & hominem plerumque ignorantem hominem, terram autem ostendisse nescientem terram. Et in omnibus sic dicunt ignorasse eum figuram eorum que sciuit, & ipsum etiam ignorasse matrem, at semetipsum putasse omnia esse. Irenæi verba sunt, que retuli idcirco, ut intelligatur hic Tertull.

249. quæ & effectum suum ministrabat. Irenæus (vbi idem etiam adnotauit) causam (inquit) ei fuisse matrem eius talis opinionis suæ (sic enim lego cum Billio ex Græco, pro: operationis) dicunt, que sic voluerit inducere eum, caput quidem & initium suæ substantiæ, dominum autem diuise operationis.

250. cur sibi quoque ista noluit nota esse, &c. Sibi (inquit idem) id est, Demiurgo. sibi, pro: ei. Cicero pro lege Manilia: ex eodem (inquit) ponto ille Medea quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fugam fatis sui membra in his locis, que se parens prosequeretur, dissipauisse. Et, dixit, pro: eam. Lucanus in quinto Pharsaliæ:

Quæ nox sibi proxima venit, Infomnis viduo tum primum frigida lecto, sibi, posuit, pro ei.

C A P. XXI.

251. Interim tenendum Sophiam cognominari, &c. Caput hoc inscriptissimum: De variis nominibus Achamoth. Nam similiter (vbi etiam adnotauit Rhenanus) Irenæus. Hanc autem (inquit) matrem & Ogdoadam vocant, & Sophiam, & Terram, & Hierusalem, & Spiritum sanctum, & Dominum masculinitate.

252. Puto & barbam. Hoc ided dicit (eodem adnotante) quia vocant eam spiritum sanctum & Dominum masculinè, ut modo citauimus ex Irenæo; quum tamen illa femina sit, domina appellanda, non Dominus. Qui addit per cetera, intelligi eam partem qua viri sumus.

253. Alioquin Demiurgus aded rerum non erat compos, &c. Sensus est (inquit idem): Demiurgus nō erat compos accedere spiritualia, id est, intelligere, ipse de animalibus, id est, animalis existens, censu inualitudinis, id est, propter inualitudinem. Irenæus (saltem iuxta castigationem Rhenani, cui consentit Iren. noua versio per Billium & Epiph.) clarius paulo sic habet: Et propter hoc infirmiores (antea male: superiores) illum existentem, nescire prius pessimè: præscire) que sunt spiritualia, & se putasse solum Deum, & per Prophetas edixisse (pro: se dixisse) Ego Deus & absque me non est; adludens ad istud Isai. cap. 45. pro quo Iren. & præter me nemo.

254. Ergo & factum intelligebat. Nam & seipsum (vbi recte Rhen.) & facilitatorem facti, ut potè sui ipsius, esse quemcūque, id est, aliquem quisquis ille est, quomodo ergo solus sibi videbatur, saltem suspectus (id est, suspicans) de aliquo facilitatore? Sunt enim verba auctoris impugnantis iactantiam illam Demiurgi.

C A P. XXII.

255. Tolerabilior infamia est apud illos, &c. Titulum huic capiti dedimus: De diaboli origine, partim ex Achamoth, partim ex Demiurgo.

256. & spiritualium malitiæ. Sic omnino lego, pro: malitiarum, tum quod dicit supra lib. de Præscript. adu. her. c. 49. ex timore (inquit) & ignorantia spiritus nequitia & malignitatis, ut quod adludit ad illud Ephes. 6. spiritualia nequitia. Maxime quum sic Irenæus: De tristitia autem (inquit) spiritualia malitiæ dicent facta vnde & Diabolum genesim habuisse, quem Cosmocratorem vo-

cant, & demonia & omnem spiritalem malitiæ substantiam. Atqui hanc varietatem, qua modo ex lacrymis que ex tristitia oriuntur factus aquas dicunt Iren. & Tertull. modo ex tristitia spirituales ortus substantias, difficile est in concordiam redigere; nisi forte ex his Auctoris verbis ex mærotis nequitia, que quid intelligatur, videtur supra significare, quum dicit: ex timore & ignorantia. Certe cap. sequi. rursum de ea re loquitur: non & illum mæstitia.

257. & superiorum magis gnarum. Apertius Irenæus: Et Cosmocratorem quidem (inquit) intelligere dicunt ea que sunt super eum, quoniam sui spiritualis malitiæ: Demiurgum verò ignorare, cum sit animalis. Atqui videntur propterea Cosmocratora diabolum appellasse, quod Ioan. 12. princeps huius mundi appellatur: seu potius ex Apostolo id desumpserunt; qui Eph. 6. καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ αἰῶνος vocat tenebrarum harum retores.

258. cui omnes hæreses procurantur. Procurare, & procurari (inquit Rhenan.) semper cum Datus consrui videtur autem similes locos aliquot supra T. I. lib. ad Scapulam, cap. 4. num. 33.

C A P. XXIII.

259. Singularium autem potestatum arces his finibus collocat, &c. Caput hoc inscriptissimum: De arcibus quibus singuli quique Eōnes collocati sunt, & ætris ac ignis origine. Nam Eōnes hic potestates appellat, quomodo etiam infra cap. 30. & rursum lib. adu. Gnosticos: tunc constitendum (inquit Irenæus loquens) apud veras potestates. Hoc autem ordine Auctor Eōnas collocat, secundum quod etiam Schema Eōnum castigauimus.

In summis summitatibus præsidet Pleroma Tricenarius. Id est (vbi illi tricenaria Eōnum diuinitatis plenitudo.

Inferius. Id est, infra Pleroma, Achamoth.

Infra Achamoth Demiurgus.

Infra Demiurgum Diabolus.

Hanc rem (inquit Rhenan.) narrat Irenæus his verbis: Habere autem (inquit) medietatis locum eam, scilicet Achamoth, & esse quidem super Demiurgum, subius autem, seu extra Pleroma, usque ad finem. Et infra: Habere (inquit) matrem quidem ipsorum in eo qui sit cœlestis locus, hoc est, in medietate; Demiurgum verò in eo qui sit sub cœlo locus (nam & Billius veritè ex Græco; in subcœlesti loco) hoc est, in Hebdomade: Cosmocratorem verò in eo qui sit secundum nos mundo.

260. metatur medietatem. Proprie (inquit idem Rhen.) Metari est locum destinare demetrii ve figendis militum tentoriis: vnde dictum, Castra metari. De hoc supra diximus.

261. magis Diabolus. Subaudi (inquit idem) subest. Nam hunc dicunt Valentiniani in nostro mundo habitare qui cœli subest.

262. ex Sophiæ vtiliss. casibus. Intelligit hic (inquit Rhenanus) Sophiam filiam, sue secundam (nam hoc illi maternum nomen) que & Enthythesis & Achamoth dicitur. Posset etiam dici inferior Sophia, sicut mater eius Teletii coniunx Sophia superior. De qua etiam hæc sequentia intelligenda sunt: Sophiæ mæstitia, & Sophiæ passionem, cap. sequent. de Sophiæ fletibus, item, & gramis Sophiæ. Qui etiam rectè adnotat: reciprocandi spiritus spatium, & que sequuntur, per Appositionem interpretanda, ut potè quibus act circumscribitur.

263. His omnibus elem entis atque corporibus

ignis inflabellatus est.] *Fren.* Ignem vero omnibus his inesse; mortem & corruptelam & ignorantiam omnibus iribus passionibus inabscissam docent. Sic enim distinguendum puto, ut mors & corruptela & ignorantia tribus passionibus inabscissa doceantur, non vero ignis sit mors aut corruptela, aut mortifer & exitiosus. Addit autem per iocum febricitasse, tanquam ex calore februm ignis inflabellatus sit.

C A P. XXIII.

264. Quum talia de Deo vel de Deis, &c.] *In-*scriptionem huic capiti datus: De hominis fabricatione per Demiurgum. Legimus autem iterum Deis, pro: Diis.

265. Molitus enim mundum Demiurgus, &c.] *Legimus:* enim ex *M.S. 3. V. atic. pro:* ergo. *Fren.* autem sic habet: Quum fabricasset igitur mundum (inquit) fecit & hominem Chorcum, non autem ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, & ab effusibili & fluida materia accipientem.

266. quam nos vnicam nouimus terram, &c.] *Illud addit contra errorem Hermogenis, (vni patet lib. precedent. cap. 5.)* de duabus terris, quarum *Gen. 1. fiat* mentio; quod pertinet etiam illud: Materia illius scilicet Philosophica.

267. siccauerit.] *Absolutè (inquit Rhenanus) pro,* sicca fuerit.

268. ex pituitis & gramis. sunt grama (inquit Rhenanus) oculorum vitia, auctore *Festo.* Nonius Marcellus gramatum vocabulo, pituitas oculorum accipiendas docet, *Cacilius adlegans,* qui alicubi dixerit: Gramosis oculis ipsas, atratis dentibus. *Græci γλάμας* vocant, & gramolos γλαμωπός.

269. Figulat ita hominem.] *Figurationis (inquit idem) vocabulo in aliis libris vsus est etiam Tertullianus; ut in libro de Resurr. carn. Bene autem (inquit) quod & plures & duriore quoque doctrina, totam hominis figurationem Deo nostro cedunt.*

270. & de afflatu suo animat.] *Clarius hoc dixit Auctor quam Frenaus: in hunc insufflasse psychicum.*

271. ad imaginem & similitudinem factus, &c.] *Similiter Fren. Et hunc esse secundum imaginem & similitudinem factum. Quomodo autem homo quadruplex res, latius sequo. cap.*

272. ut imago quidem, Choicus deputetur, materialis scilicet.] *Apertius Iren. Secundum imaginem quidem hylicum esse, proximum quidem, sed non eiusdem substantia Deo. Vbi Hylicum dixit, quod Auctor Materialem, tum ibi, tum postea sepe; nam Auctori frequentior est vox Choicus, Irenæo rarior, frequentior Hylicus. Et sic est quod Paraphrasticus adiungit Auctor, non ad verbum, materialis scilicet. Correspondet enim hæc vox hylico; at choicus terrenum significat.*

273. similitudo autem, animalis.] *Irenæus iterum clarius. Secundum similitudinem autem psychicum. Peritium de psychico, seu animali homine, latius infra T. 5. lib. de Feunio adu. Psychicos, num. 2.*

274. & hanc esse pelliceam tunicam.] *Sic vertit Auctor quod Græcè est ἀεμώτινα, & proinde etiam in Veteri Interprete legi debet proculdubio: dermatinam, non Adamantinam, aut Adamiticam, aut quod legit Rhen. adamantinam. Vide Adnotat. Feu. ardentij numer. 77 Et quidem (inquit Rhenan.) lib. de Resurr. carn. cap. 7. sic scribit Tertull. noster: Neque enim (inquit) ut quidam volunt, illæ pellicæ tunicæ, quas Adam*

& Eva paradisi exuti, induerunt, ipsæ erunt carnis ex limo reformatio, &c. Vbi indubie notat *Valentinianus. D. Hieronymus adu. errores Ioannis Hierosolymitani* disputans, inter cetera arguit eum, quod tunicas pellicæ, humana corpora interpretetur, quibus post offensam & eiectionem de paradiso Adam & Eva induti sunt, quasi ante in paradiso sine carne, neruis & ossibus fuerint. De quo plura infra libellam citato cap. 7. num. 62.

C A P. XXV.

275. Inerat autem in Achamothe, &c.] *Capiti huic hunc titulum datus: De spiritali femine homini infuso, & proinde de hominis quadruplici substantia. Nominatum autem istam opinionem tenet his verbis Auctor infra lib. sequen. de Anima, cap. 11. Nec diutius (inquit) de isto nisi propter hereticos, qui nescio quod semen spiritale infundunt animæ, de Sophia matris occulta liberalitate collatum, ignorante factore; quum scriptura factoris magis Dei sui conscia, nihil amplius promulgauerit, quam Deum stantem in faciem hominis statum vitæ (ac si dicat Deum, non Sophiam) & hominem factum in animam viuam, per quam exinde spiret & viuat. Quod pertinet etiam illud eiusdem lib. cap. 21. Quid enim spiritale in Adam?*

276. peculium quoddam feminis spiritalis.] *Hoc est (inquit Rhenan.) quod supra dixit: Et tamen cum aliquo peculio relinquatur. Quale autem sit semen spiritale, latius indicat Irenæus his verbis: Partum vero matris ipsorum, quem ex angelorum qui sunt circa Saluatorem contemplatione concepit, existentem eiusdem substantia matris sue spiritalis; & ipsum enim ignorasse Demiurgum dicunt, & latenter depositum esse in eum nesciente eo, ut per eum in eam quæ ab eo esset animam seminatam, & immateriale hoc corpus, gestatum quoque velut in Vetro in his & amplificatum, paratum fiat ad susceptionem perfectæ rationis. Quamquam interim Græcam vocem λόγος rectius interpretetur Tertullian. & Billius sermone, quam vetus Irenæi Interpretis, rationem.*

277. traducem animæ suæ.] *De anima, an per traducem nobis infundatur, latius sequo. libro de Anima, & in Prolegomenis inter Paradoxa Tertulliani.*

278. Latuit homo spiritalis statu insertus, &c.] *Irenæus (citante etiam Rhenano:) Latuit igitur (inquit) quemadmodum dicunt, Demiurgum; conseminatus in susceptione eius & Sophia, spiritalis homo, inenarrabili virtute & providentia. Atque hoc vltimum est quod Tertull. mox dixit: Accipe industriam (inquit) clandestinæ providentiæ huius. Quemadmodum enim (inquit) matrem suam ignorauit, sic & semen eius. Quod etiam ipsam Ecclesiam esse dicunt exemplum (sine speculum, vti Tertull.) superioris Ecclesiæ.*

279. Proinde cum ab Achamothe deputantes, &c.] *Totius (inquit Rhenanus) sententiæ hic est sensus: Eum, sensum nempe spiritalem, ab Achamothe deputant Valentiniani, animalem à Demiurgo, Choicum à substantia ægyptiæ, hoc est, ab illa Materia Philosophica, in quam heretici quidam (Hermogeniani nempe, vti patet lib. preced.) principium illud, in quo fecerit Deus cælum & terram, interpretantur; carnem à materia. Quod ipsum sic expressit Irenæus; Et hunc esse ex semetipsis (sic enim lego, pro: in, eò quod Græcè sit, ex figmento suo) hominem volunt, ut habeat (sic etiam, pro: habeant) animam quidem à Demiurgo, corpus à limo, & carnem à materia, spiritalem vero hominem à matre*

à matre Achamothe.

280. Habes nouum, id est, quadruplum Geryonem.] *Ex hoc (inquit Rhen.) quadruplici hominis sensu, spiritali, Animali, Choico, & Carnali, nouum Geryonem constituunt Valentiniani, non triformem, ut ille fuit, sed quadriformem. Porro Geryonem ipsum non triplicis nature, ut fabulis prodicitur, fuisse ferunt, sed tres fratres tanta concordia existisse, ut uno animo omnes regi viderentur. Ex Iustino. Vide & Adnotat. nostras supra Tom. 1. lib. de Pallio cap. 4. num. 69.*

C A P. XXVI.

281. Sic & exitum singulis diuidunt, &c.] *Inscriptus hoc capiti: De tribus hominum generibus quem exitum sortiantur, sive: De trinitate hominis, quemadmodum loquitur Auctor supra lib. de Præscript. adu. her. cap. 7. Vbi vide Adnotat. nostras num. 39. Exit autem Auctor transitum à quadruplici sensu ad tres hominum species, eo quod (vni etiam adnotauit Abbas Billius) corpus & caro eadem sint. Eodem pertinet illud lib. sequen. de Anima cap. 21. Iam nec triformis, ut adhuc Trinitas Valentiniana cædatur, quæ nec ipsa in Adam recognoscitur; & paulopost. Idem enim conuertibilem negant naturam, ut Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant. Quibus locis & maxime illis verbis: ut adhuc cædatur, ad hunc lib. adludat, sicut etiam ibi adnotauimus num. 269. Irenæus id ipsum sic explicat: Quum sint igitur tria (sic enim lego cum Abb. Billio, pro: tres) Materiale (quod etiam finistrum vocant) ex necessitate perire dicunt; quippe quum nullam inspirationem, id est, spem, incorruptela recipere possit. Spiritale vero (ita etiam, pro: spiritalem) emissum esse, ut hic animali coniunctum formetur; cœrudum ei in conuersationibus. Exponere ut erudiri & exerceri, scilicet animalis sensus possit cum eo, scilicet spiritali, in conuersationibus. Quibus addit quod Tertull. non habet: Et hoc esse dicunt salem (vni rursum lego cum Abb. Billio, pro: solem) & lumen mundi. Hactenus ille. Vnde patet dubitatum euentum hic accipi pro dubio, & comparationem, pro preparationem ac formationem.*

281. ut erudiri cum eo, & exerceri in conuersationibus possit.] *Ex prædictis verbis patet legi debere: possit, pro: potuit, quemadmodum legendum etiam Rhenanus censuit. Porro (inquit idem) conuersationis vocabulum, haud inelegans est. Iustinus lib. 44. Inde denique, inquit, conuersatione nutritis, eximia puero pernicitas fuit. Loquitur de expositio puero, quem cerua aluerat. Dixit autem etiam supra Auctor Tom. 2. lib. ad Martyras, cap. 2. conuersationem sæculi & carceris comparemus.*

283. Indiguiffe enim.] *Frenæus (inquit Rhenan.) Opus erat enim animali sensibus disciplinis.*

284. in hoc & paraturam mundi prospectam.] *Et hic (inquit idem) paraturam habes, pro creatione sive conditione mundi. Iren. Ob quam causam (inquit) & mundum fabricatum esse dicunt.*

285. In hoc & Soterem animale in mundo representatum, &c.] *Sic prorsus lego ex Fren. addens: animale. Et saluatorem (inquit) ad hoc venisse animale, sua potestate est ut id saluet. Hinc appellat alia adhuc compositione monitrosam, ut potest quem Valentiniani non solum ex omnibus Æonibus conuincunt supra dixerunt, cap. 12. sed & tres induisse substantiarum conspicientias (seu potius, quod*

malim legere cum Irenæo, primitias, quia Græcè est: ἀπρχαίς) spiritalem, animaleam, & corporalem.

286. quarum summam saluti esset redacturus.] *Sic etiam alibi (adnotat Rhenanus) loqui solet Tertull. viens redigendi Verbo.*

287. animaleam vero, quem mox, &c.] *Sic Ap-
positio est (inquit idem) aut figura Græca, hoc est: Soter suscepit animaleam substantiam, secundum Christum, quem mox induit à Demiurgo. Nam Valentiniani Demiurgo quoque suum Christum filium naturalem assignabant. Irenæus clarius: A Demiurgo vero indutum psychicum, id est, animaleam Christum. Addit autem mox Auctor, eo quod mox (cap. nempe sequ.) de Christo Demiurgi animalis sit tractaturus.*

288. administrationis vi, &c.] *Græcè διονομήσις tam apud Theodoretum quam Epiph. quam rectius vertit Abb. Billius: dispensationem. quare & apud Iren. Interp. sic legendum censet: à dispensatione (ante corruptè: dispositione) circumdatum corpus animale habens substantiam, paratum vero inenarrabili arte, pro quo Auctor: inenarrabili rationis ingenio, pro quo Theodor. arcano quodam modo & ineffabili.*

289. quo eongressui, & conspectui, & contactui, & defunctui, &c. subiaceret.] *Hoc sic Irenæus: ut & visibile & palpabile & passibile fieret. Igitur defunctui (inquit Rhenan.) hoc est, functioni cuiuslibet quam exercet homo. Defunctus enim iuxta quartam inflexionem, pro defunctione sine functione.*

290. ingratis.] *Hoc est (inquit idem) non sua sponte, & inuitus. Terentius in Euncho: Opus faciam, ut defatiger vsque, ingratis ut dormiam. Ingratis, inquit Donatus, id est, non vltro, quia nobis vltro eadem grata sunt: ingrata, quæ ab inuitis sunt ac recusantibus. Hinc ingratis Aduersarium quibusdam vsurpatum. Atqui similiter Auctor supra lib. preced. adu. Hermog. cap. 19. diuersa pars suspiciones suas ingratis fulcire conatur, ne scilicet non inde instrui videretur; & li. de Anima c. 11. & hic spiritum ingratis pronuntiatum.*

291. Materiale autem, &c.] *Irenæus: Hylicon autem nihil omnino suscepit. Non enim Hylicon capax salutis.*

C A P. XXVII.

292. Nunc reddo de Christo, &c.] *Verba hæc capitis titulum indicant: De Christo Demiurgi filio animali. Verum contra hanc blasphemiam late Auctor scripsit infra lib. de Carne Christi, agens contra tertiam heresim.*

293. In quem tanta licentia Iesum inserunt, &c.] *Hunc reddit sensum Rhenan. Valentiniani inserunt Iesum illum ex omnium Æonum defloratione constantem Soterem, in animaleam Demiurgi Christum, ferilem Christum constituentes. Et semen spiritale eodem modo in animale infundunt, quemadmodum patebit in sequentibus.*

294. Esse enim Demiurgo Christum filium suum naturalem, &c.] *Lego: enim, pro: etiam. Atqui totidem penè verbis Iren. Sunt autem, inquit, qui dicunt emisisse eum, scilicet Demiurgum, Christum filium suum, sed Animalem. Et de hoc per Prophetas locutum esse.*

295. in Præpositionum quæstionibus positum.] *Hoc dicit (inquit Rhenan.) propter Præpositiones: ex, & per. Exponunt enim Christum ex virgine natum, id est, per virginem; hoc est enim quod subdit:*

296. id est, per virginem, non ex virgine editum, &c.] *Huc pertinet illud supra lib. de Prescript. adu. her. cap. 49.* Hunc autem (Christum nempe) in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale necesse quod corpus de cælo deferentem, quasi aqua per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutuantem. Hoc est enim quod hic dicit: transmeatorio potius quam generatorio more. & quod Iren. esse autem hunc qui per Mariam transferit quasi aqua per tubum. De eadem heresi sic etiam infra Auctor lib. de Car. Christi cap. 1. aur poterat (inquit) & carnem & natiuitatem confellus, aliter illas interpretari, vt condiscipulus & condecorator eius (nempe Marcionis.) & rursum alibi: Licuit (inquit) & Valentino ex privilegio heretico carnem Christi spiritalem comminisci, &c. Vbi latè eandem consutat penè ad finem libri vsque, quod proinde Lectorem remittimus.

297. Super hunc itaque Christum deuolasse, &c. Soterem per effigiem columbae.] *Necessario sic legere oportet, pro: deuolasse Iesum, quia praterquam quod prius dixit: in quem tanta licentia inserunt Iesum, etiam mox distinctè loquitur de substantia: Corporali Iesuaciana, & illa Soteriana columbina. Consentiant etiam Iren. & Epiph. Et in hunc (inquit) hoc est, in animalem Demiurgi Christum, in baptisate descendisse illum qui esset in Pleromate ex omnibus, saluatorem in figura columbae.*

298. Fuisse autem & in Christo etiam ex Achamoth, &c.] *Irenæus: Fuisse autem (inquit) in eo & illud quod est ab Achamoth, semen spiritale.*

299. Nam in figuram principalis Tetradis, &c.] *Irenæus: Dominum igitur nostrum (inquit) ex quatuor his compositum fuisse dicunt, seruantiem typum homogenitæ & primæ quaternionis: de spiritali, quod erat ab Achamoth; & de animali, quod erat de Demiurgo; & de dispensatione, quod erat factum inenarrabili arte; & de saluatore, quod erat illa que descendit in eum columba. Qui vnâ cum Epiphania in hoc differt, quod corporalem substantiam de dispensatione (sic iterum lego, pro: dispositione) dicat compositam; de qua supra capite præcedenti, num. 288. pro eo quod Auctor corporalem (vni modo dictum est) Iesuacianam vocat. Certè vel hinc constat, quod Valentini (quorum hi opiniones referunt) sibi non constarent, vtpote quum prius dispensationem hanc tam Irenæus quam Auctor Soteris adscribat, hic verò à Soteriana substantia distinguat.*

300. Et Soter quidem, &c.] *Irenæus: Et hunc quidem (inquit) impassibilem perseuerasse; non enim possibile erat pati eum, quum sit incomprehensibilis & inuisibilis.*

301. Denique quum ad adprehensiones venit, &c.] *Irenæus: Et propter hoc (inquit) ablatum esse, quum traderetur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi.*

302. Proinde nec matris semen, &c.] *Irenæus: Sed ne id quidem (inquit) quod à matre erat semen, passum esse dicunt. Impassibile enim & illud, quippe spiritale & inuisibile, etiam ipsi Demiurgo. Quod autem ille & Auctor impassibile hic; in subditium dicit, quod etiam putat vsitatum Rhenan. lib. præced. adu. Hermogenem, mihi certè nunc non occurrit.*

303. Paritur verò animalis & carneus Christus, &c.] *Etanc sententiam (inquit Rhenan.) clarè expo-*

nit Irenæus, sic scribens: Passus est autem (inquit) secundum hos, animalis Christus, & ille qui ex dispensatione fabricatus in mysterio, vt ostendat per eum mater typum superioris Christi, illum qui extensus est cruce, & formatus Achamoth formationem secundum substantiam. Omnia enim hæc exempla illorum esse dicunt. hæc enim ille. Atqui hinc etiam alia causa significatur, cur Horum crucem nuncuparint, quod nempe non solum ab Horo Achamoth crucifixus sit, vt supra est cap. 10. sed etiam quod superior Christus, qui ad Achamoth formandam venerat, cruce, id est, Horo fuerit innixus; immò (vni legunt Iren. & Epiph.) in crucem extensus; sic illi suis blasphemias nitebantur ex historia vera crucifixi Christi colorare.

304. Ita omnia in imagines vrgent.] *Vide hæc de re supra latius cap. 19.*

CAP. XXVIII.

305. Interea Demiurgus omnium adhuc nefcius, &c.] *Caput hoc inscripsimus: De animabus melioribus in Prophetas, & (vni cap. sequen.) in Reges & Sacerdotes adlectis. Clarior autem istud lineis aliquot interiectis, quas non habet auctor, sic explicat Irenæus: Eas verò que habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores dicunt fuisse quam reliquas. Quapropter & plus eas esse dilectas à Demiurgo, non sciente causam, sed à semetipso putante esse tales. Quapropter & in Prophetas, ait, distribuebat & Sacerdotes & Reges; & multa de hoc semine dicta per Prophetas. Demiurgum autem (en ea que hic adtingit auctor) quippe ignorantem qua essent super eum, moteri quidem is que dicuntur, contempsisse verò ea, aliam atque aliam causam putantem, in spiritu qui propheta (sic enim habentem & ipsum suam aliquam motionem, siue hominem, siue perplexionem peiorum; & sic ignorantem perseuerasse (ita lego, pro: conseruasse, cum Billio, quia Græcè est: διατηρακέννοι) vsque ad aduentum saluatoris.*

306. (diuidunt enim & Prophetia patrociniū in Achamoth, in semē, in Demiurgum.) *Istud, quod Parenthesi ad maiorem loci intellectum inclusimus, idem Iren. verbū iam citatus interseruit: Deinceps (inquit) diuidunt Prophetas, aliquid quidem à matre dictum docentes, aliquid à semine, aliquid autem ab ipso Demiurgo.*

307. vbi aduentum Soteris accepit, &c.] *Quum venisset autem (inquit Iren.) saluator, didicisse eum (scilicet Demiurgum) ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei cessisse cum omni virtute sua, & eum esse illum in Euangelio Centurionem, dicentem Saluatori: Et ego enim sub potestate mea habeo milites, & seruos, & quod iussero, faciunt. Siue autem legas: occurrit cum 1. Pat. cod. MS. siue cum reliquis, accurrat, perinde est.*

308. quod successurus sit in locum matris, &c.] *Nempe secundum tabulatum cænaculi matris, sicuti infra latius cap. 31. Id ipsum habet etiam Irenæus, sed verborum ordine nonnihil immutato: Perfecturum autem eum (inquit) eam que secundum ipsum est, mundi curacionem (sic cum Billio lego, pro creationem; nam Græcè est διοκομιὰς quod auctor dispensationem vertit) vsque ad id tempus quod oportet, maxime autem propter Ecclesiam diligentiam & curam, & propter agnitionem preparati præmij, quoniam in locum matris transibit.*

CAP. XXIX.

309. Colligam nunc ex disperfo, &c.] *Inscriptio-*

nem huic capiti deditus: De hominum & animarum tribus generibus adinstar tripartitæ Adæ posteritatis, Cain, Abel, & Seth. Rectè autem dicit Colligam nunc ex disperfo, quia alio ordine narrat, & sub fine huius capitis multa omittit, que habet Iren. nempe ea que habet de deprauata scripturarum citatione, fortassis quod lib. de Prescript. adu. heret. id argumentum latè tractasset, quod Lectorem remittimus, & ad Adnot. Feu-ardenij in Iren. lib. 1. cap. 1. num. 55. 56. & 57. Deinde etiam præmittit Auctor scripturas, quas pro se citant Valentiniani, quæ latissime citantur ab Iren. lib. 1. cap. 1. & Epiph. her. 31. Legi autem malim: & tamen vt itam in Adam, pro: in unitam, quia supra cap. 25. & 26. disertis verbis indicauit Auctor, Triformem naturam illam in vno homine primo unitam fuisse, maxime ob id quod sequitur: inde iam diuidunt. Nihil tamen volui immutare, quod Rhenanus sic explicet: in unita (inquit) ab iniuriendo, quod Græci dicunt ἐν ἑνῷ.

310. inde iam diuidunt, &c.] *similiter Iren. Hominum autem (inquit) tria genera dicunt: spiritalem, Psychicum, Choicum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; vt ostendant & ex his tres naturas, iam non secundum vnumquemque, sed secundum genus.*

311. Choicum saluti degeneratum.] *Sicut (inquit Rhenan.) degeneratum appellamus eum qui generosus non est, ita: degeneratum saluti vocat, quod ad salutem non est generatum. Irenæus enim sic istud reddit: Et choicum quidem in corruptelam abire.*

312. Animale medicitæ (speci) deliberatum.] *Deliberatum (inquit Rhenan.) hoc est adiudicatum. Festus Pompeius auctor est, deliberare, à libella que quid perpenditur dictum. Et supra dixit, Mens Metaphora aliquid in libra adpendentis, cum de animali sensu loqueretur, cap. 26. Animalis verò (inquit) quem & dextrum appellat, dubitatum euentum, vtpote inter materiam, spiritalemque nutanti, & illac debito, quæ plurimum aduenerit. Hinc videri potest non inepte hoc vocabulum præfenti loco accommodasse. Iren. clarior sic expreßit: Animale verò (sic enim lego, pro: animale) si meliora elegerit, in loco medietatis refrigeraturum. Hinc est, quia hic salus adhuc dubia, quod spiritale dicat Auctor certæ salutis præiudicatum.*

313. Sic & animas ipsas duplici proprietate discernunt.] *Similiter Irenæus verbis aliquot interiectis: Et ipsas quidem animas rursus subdividentes, dicunt quasdam quidem naturas bonas, quasdam autem naturas malas: Et bonas quidem has esse, que capaces seminis sunt, alias verò naturas nequam, nunquam capere illud semen.*

314. De obuenientia.] *Vsurpat (inquit Rhenan.) obuenientiam substantiæ, ceu supra delinquentiam, peccantiam, nocentiam, & proximè prospicientiam. Obueniendi verbo solent vni Iureconsulti. Nam proprie obueniunt nobis bona, que aliunde ad nos deferuntur. Vnde hereditas obuenire dicitur. Eleganter Seneca: Philosophia homini (inquit) non obuenit, sed eam sibi querere debet. Hinc obuentiones apud Plinian. pro redditibus annuis.*

315. Id ergo granum seminis spiritalis, &c.] *Spiritualia verò (inquit Iren.) in seminat Achamoth, ex illo tempore vsque nunc; & inferiorum animæ erudientur quidem hic, & semina emittit, quia pusilla emittuntur, post deinde perfectione digna habita, &c. Vbi & ut-*

florum animæ legitimus, pro: propter quod & animæ, conformiter Billio & Epiph. Interpreti, quia Græcè est ἀνεχθῆναι, pro quo videtur legisse Vetus Interpres ἀνὸ γῆς. Atque istud est quod addit Auctor:

316. Sed eruditio huius, &c.] *Eruditio dicitur, pro eruditione. Nam gaudet (inquit Rhenan.) nominibus quatuor inflexionis. Sic infra pro prolacione, prolatum Vsurpat. Id quod etiam Tactio sollemne est, apud quem legis, accitum, concessu, obiectu, distinctu, subiectu, transpositu, pronisus, missu, lectu, aduectu, & indutus gerere. Vt apud Lium: armatu & diuisu esse, & receptum habere. Porro quod hic dicit Tertull. eruditio huius fides augetur atque prouehitur, consonum cum illo quod præcedit: Spiritalem emitti in animalis comparationem, vt erudiri cum eo, & exerceri in conuersationibus possit. Verbum erudiri in lib. de Carne Christi, elegantior Vsurpat: Quia per florem (inquit) & ex flore omnis arbor eruditur in fructum.*

317. ceu supra diximus.] *Sic ex MS. 3. Pat. cod. pro eo quod Rhenan. ceu prædiximus. Indicat autem (inquit idem) eum locum vbi supra dixit, de semine loquens: Ad hoc enim & deponeretur & occultaretur, vt quum Demiurgus animam mox de suo adflatu in Adam communicaret, pariter & semen illud spiritale quasi per canalem animam deriuaretur in Choicum, atque ita fueraturum in corpore materialis, velut in vtero, & adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque sermoni perfecto. Locus est supra cap. 25.*

318. animæque hoc ipso ita ceteris præuertit.] *Hoc est quod ab Iren. paulo ante num. 305. citatum est. Eas que habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores esse dicunt quam reliquas. Præuertunt autem, id est, antevertunt, superant & excellunt ceteras. Tactius lib. 7. Rhody (inquit) impigre præuorterunt. Quapropter & plus eas dilectas à Demiurgo non sciente causam, sed à semetipso putante esse tales.*

319. Ex earum ergo laterculo.] *Est (inquit Rhenan.) Laterculum, libri nomen, in quo dignitatum omnium tam militarium quam civilium cognitio continebatur. Hic erat penes Prætorium notariorum. Sanè in volumine, quod descriptionem Imperialium officiorum cum Orientis tum Occidentis cum imaginibus complectitur, Laterculi picturam ceruere est, sed maioris. Vt etiam minus fuisse scias, cuius fit mentio in Codice, lib. 1. de Officio Quest. l. Totius minoris laterculi curam. Sacrum laterculum Iustinianus adpellat in libris Authenticorum, in tractatu: Vt indices sine quoquo suffragio fiant. Item in tractatu: De Mandatis principum, in principio: & Laterculenses, laterculis præfectos, in l. Comperimus, & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, ceterisque qui in sacris scriniis militant, lib. 12. Porro sufficor maior Laterculum dignitates civiles continuisse, minus dignitates militares. Id quod colligo ex l. Totius, C. de offic. Quest. lib. 1.*

CAP. XXX.

320. Ideoque nec operationes sibi necessarias, &c.] *Titulum huic capiti dedimus: Quod sibi operationes necessarias non existiment, sed nobis. Hoc est (inquit Rhenanus) quod & Irenæus (sed multo ante) tradit: Quapropter & nobis quidem necessariam esse bonam conuersationem respondent; aliter enim impossibile esse saluari. Semetipfos autem non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spiritales, saluari omnino dicunt. Quemadmodum enim Choicum impossibile est sa-*

litem percipere (non enim esse illud capax salutis dicunt) sic iterum quod spiritale, (quod semetipsum esse volum) impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerint facti. Quemadmodum enim aurum in ceno depositum non amittit decorem suum, sed suam naturam custodit, cum cenum nihil nocere auro possit; sic semetipsum dicunt, licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semetipsum noceri, neque amittere spiritalem substantiam. Quapropter & inuicem omnia qua ventantur, hi qui sunt ipsorum perfecti, operantur; de quibus scriptura confirmat, quoniam qui faciunt ea, regnum Dei non hereditabunt. Etenim idololatra indifferenter manducant, nihil inquinari ab eis putantes; & in omnem diem Festum ethnicorum pro voluntate in honore eorum factum, primi conueniunt, ut ne hoc quidem abstineant, quod est apud Deum & apud homines odiosum, muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem & carnis voluptatibus insatiabiliter inferuent, carnalia carnalibus, spiritualia spiritualibus reddi dicunt. Et quidam quidem ex ipsis iam eas mulieres, que discunt ab eis doctrinam hanc, corrumpunt; quemadmodum multa sapē ab his suis, post conuersa mulieres ad Ecclesiam Dei, cum aliquo errore & hoc confesse sunt. Alij verò, ne manifeste quidem erubescunt, quas cumque ad amauerint mulieres, has à viris suis abstrahentes, suas nuptias fecerunt. Alij verò valde modestè initio, quasi cum sororibus fingentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, grauida sorore à fratre facta, Et alia multa odiosa & irreligiosa facientes. Hec Irenæus. Cuius loci iniuriam facit contra eos qui bonis opera non necessaria audent adserere, ut rellē adnotauit Fen-ardentius num. 48. Pertinet autem hoc illud Clementis Alexandrini lib. 2. Stromat. Valentiniani, inquit, quum nobis quidem simplicibus fidem addunt Iren. & Tertull. etiam opera) tribuerint, sibi qui natura salui sunt, volunt esse cognitionem, ex excellenti abundantia seminis, dicentes esse eam longè magis à fide separatam, quam spiritale ab animali. Quem ipsum errorem, quod natura ipsi salui fierent, iterum commemorat Clemens lib. 4. & 5. Stromatum.

321. Martyrij quoque eludentes necessitatem.] Tam amans (inquit Rhenanus) Martyrij fuit Tertullianus, quod omnibus ubique persuadere nititur, non supendum, sed animosè & constanter Christiano sustinendum, ut à pijs hic etiam atro calculo notari meruerit, propter necessitatem quam feruentius quam cautiùs adstruebat. Hinc illa Martyrij non vno loco commendationes, & fugæ in persecutione desectio, cui rei proprium librum dicauit, qui inter alios qui in hoc volumine sequitur. Certè contra hos scripsit Auctor ex professo: Scorpiacón aduersus Gnosticos.

322. ut salutem quam non de priuilegio status possidemus.] Subandi (inquit Rhenan.) nos orthodoxi. Igitur Valentiniani de priuilegio status salutem possidebant, ac seipsum appellabant spiritales, nos verò orthodoxos, animales. Quapropter (inquit Irenæus) nobis quidem, quos Psychicos vocant, & de seculo, esse dicunt necessariam continentiam, & bonam operationem, vi per eam veniamus in medietatis locum: sibi autem spiritualibus & Perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in Pleroma inducit, sed semen quod est inde pusillum emissum, hic autem perfectum factum. Item, ut est apud eundem, nos in usu gratiam accipere dicunt, quapropter & auserri à nobis. Semetipsum autem proprie possidere desursum ab inenarrabili & innominabili Syzygia descendente habere gratiam, & propterea adici eis,

323. inscriptura huius seminis.] Subandi (inquit idem) copetis secundum Valentinianos, aut, tribuitur nobis orthodoxis à Valentinianis. Suprà dixit: ut quos Achamoth in superioribus in animas bonas depluat, id est: Animalis sensui inscriptus, sic hic dicitur inscriptura vocabulo, pro nota sue sensu seminis Animalis.

324. qui amoribus Phileti, & vtrique abortui.] Adhuc ad ea que suprà dixit cap. 9. de abortu Sophie coniugis Phileti, seu Teleti; ex quo proinde & Demiurgus, & Animales homines, ac animæ (quales orthodoxos existimabant) ortum habuerint, vi patet suprà cap. 18.

325. de passiuitate vitæ.] Vide Adnot. in lib. præced. aduers. Hermog. cap. 41. num. 143. Quibus adde, quod magis placeat sententia Abb. Billij, qui adnotat passiuitatem transferri à Tertulliano, quod Græcè est ἐπινοθεία, quam quod alicubi Rhenan. putet hanc vocem deduci à passim. At qui lausimè eorum vitæ passiuitatem seu licentiam prosequitur Irenæus, & adingit de reliquis quoque hæreticis Fen-ardentius num. 52.

326. & diligentia delictorum.] Diligentiam (inquit Rhenan.) delictorum, vocat affectum & studium ad delinquendum sine peccandum. Nam Valentiniani dicebant, ut est apud Irenæum, se non amittere spiritalem substantiam in quamlibet vitijs criminibus versantes, quod impossibile esset id quod spiritale est, corruptionem sentire; auri instar, quod etiam in ceno suam naturam obtinet.

327. quoniam & ipsa delinquendo profecit.] Prorsus sic lego cum Rhenano, pro: blandiendo. Nam deliquit, inquit ille, Achamoth inquirendo lumen Christi superioris, ab Horo depulsa quò minus pergeret. Tenebat enim rem illicitam.

328. Nam & honorandorum coniugiorum supernorum gratia dicitur, &c. sacramentum.] Etiam sic lego, pro: gratiæ, quod nullo sensu legebatur. Irenæus: Quapropter, inquit, & omni modo oportere eos semper Syzygia (id est, coniugij) meditari mysterium. At qui facit etiam hic locus pro Matrimonio, quod Sacramentum sit: nam eodem recidit vox, quam habent Irenæus & Epiph. mysterium, sicuti suprà adnotauimus lib. de Præscript. adu. her. c. 40. num. 248. maxime quum vtrique adludat ad locum Apostoli Ephes. 5.

329. nec legitimum veritatis.] Legitimus veritatis (inquit Rhenan.) ut infra adu. Marc. lib. 4. obnoxius confusionis.

330. deuersatus.] Deuersatus (inquit idem) pro: versatus. Sic & suprà cap. 20. deuersatus illic inter arbutulas & nubeculas, & infra cap. 32. illuc habeo deuertere. Et aduersus Marc. lib. 2. Quatenus & ipsi Deum in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis deuersatum iam credidistis.

331. & quid facient spadones, quos videmus apud illos?] Videtur quidem prima facie istud non conuenire cum Fren. sed ille non negat etiam apud Valentinianos inueniri spadones, sed dumtaxat non necessariam illis continentiam. Sic enim habet Fren. Nobis quidem, quos Psychicos vocant, necessariam esse continentiam, sibi autem spiritualibus & perfectis vocatis nullo modo.

C A P. XXXI.

332. Superest de consummatione & dispensatione mercedis.] Quum verba hæc titulum capituli indicent, alio non est opus. Lausimè autem impugnat Iren. quacumque hoc & sequenti capite commemorantur ex Valentinianorum sententia, lib. 2. cap. 50. 51. 52. 53. & 54.

333. Vbi totam messem Achamoth sui seminis presserit.] Vtitur (inquit Rhenan.) Metaphora fruges maturas demetentis, & quod demessum est, in horreum conuehentis, molentis deinde, & postremò in conspersionem temperantis, donec totum fermentetur. Iren. Quum autem vniuersum semen, inquit, perfectum fuerit. Hæc verba Tertull. per copiam extendit, sic dicens: Messem presserit, ut Virgilius:

-- & ruris opaci

Falce premes vmbra- & alibi:
Quod superest, quacumque premes virgulta per agros.

334. & defarinatum in conspersionis aluaria abconderit.] Incipitur (inquit idem) aluare pro vase pistoris cano, in quo fit conspersio, hoc est, farina aqua conspergitur & temperatur. Porro: defarinatum, eleganter dixit de semine per molam comminuto.

335. tunc consummatio vrgebit.] Iren. paulò superius: Consummationem verò dicunt futuram, quum formatum & perfectum fuerit scientia omne spiritale, hoc est, homines qui perfectam agnitionem habent de Deo, & hi qui ab Achamoth initiati sunt mysteria. Esse autem hos semetipsum dicunt Valentiniani. Similiter etiam dicit lib. 2. cap. 5. In consummatione (sic lego, pro: consummationem) dicentes ipsorum matrem in Pleroma regredi, & recipere sponsum suum Saluatorem. Hoc est enim quod sequitur.

336. Igitur imprimis ipsa Achamoth, &c.] Dixit (inquit Rhenan.) de consummatione, nunc incipit agere de dispensatione mercedis.

337. de regione medietatis.] Nam, inquit idem, supra (capite nempe 23. & in schemate initio huius libri) habes de arcibus singularium potestatum, ubi disputat quibus finibus collocatur: Inferius illum, inquit, hoc est Tricenarium Pleromatis inhabitatorem, metatur medietatem Achamoth.

338. de tabulato secundo in summum transferret, &c.] Tabulari secundi, inquit idem, nomenclaturæ, medietatis regionem intelligit, ut summi vocabulo ipsum Pleroma.

339. & statim excipit compactitius ille Soter sponsum, &c.] Scio, inquit idem, quale quid & ego de me velim Lector equus iudicet) religiosè versandum esse in monumentis veterum Auctorum, nec temere aut statim mutandum quod non intelligas, & hic meus est mos. Tamen non potui mihi temperare, quin hic pro: comparcinus scriberem: compactitius ille Soter, cum quod compingendi verbo supra de Sotere loquens Tertull. dicitur cap. 12. Pulcherrimum, inquit, Pleromatis sydus, fructumque perfectum compingit, tum quod Iren. Saluatorem, inquit, qui est ex omnibus factus. Quod si cui magis adridet comparcinus, reponat id in libro suo. Nec sine causa admoceo Lectorem. Ceterum quod hic Tertull. narrat, exponit his verbis Fren. Quum autem, inquit, vniuersum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum transire de medietatis loco dicit, & intra Pleroma introire, & recipere sponsum suum Saluatorem, qui est ex omnibus factus, ut Syzygia fiat saluatoris & Sophie, que est Achamoth.

340. Hic erit in scripturis sponsum, & sponsalis, Pleroma.] Horum verborum rectè hunc sensum Rhenan. reddidit: Quoties in sacris litteris sponsum mentio fiat, hunc Sotera venire intelligendum secundum nomen Valentiniani; præterea quoties sponsalis lecti siue thalami nomen occurrat, ipsum Pleroma accipiendum. Verbi gra-

tia, apud Psalmographum legimus: Tamquam sponsum procedens de thalamo suo. Hoc statim interpretarentur Valentiniani de Sotere procedente de Pleromate. At apud Irenæum paulò aliter scriptum est: Et hoc, inquit, dicitur esse sponsum & sponsam, Nymphonem verò vniuersum Pleroma. Sed de Nymphone latius infra c. sequi.

341. Credas, &c. Leges Iulias interuenire.] Iocus est (inquit idem) Tertull. putantis, ni Leges Iulias de adulterijs, & de vi publica seu priuata obstiissent, Verendum fuisse ne Achamothæ de tabulato inferiori in summum Pleromatis tabulatum transeenti, inter tam procaces angelos, vitium offerretur, siue stuprum accideret, aut vis aliqua inferretur. Nam quum puella nuptura hinc inde deducuntur, etiam raptus periculum incurunt. Id quod accidit Anna Britannica, Francisca Ducis vnica filia, que Maximiliano Cesaris desponsata erat. Porro Lex Iulia de adult. coercendis, non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit; sed & eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem Lex Iulia etiam stupri flagitium punitur, quum quis sine vi vel virginem, vel viduam honestè viuentem stuprauerit. At Lex Iulia de vi publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Ex Institut. Justiniani lib. 4. tit. de Publicis iudicijs. Idè habes C. lib. 9. tit. Ad Legem Iuliam de adult. & de stupro. Et alio tit. Ad Legem Iuliam de vi publica siue priuata.

342. sicut & Cainam.] Nescio, inquit idè, an significet legem Cai Pompeij Strabonis, qua veteribus incolis Transpadanis, ius Latij dedit, quod cetera colonia Latina habebant, ut petendi magistratus, & civitatis Rom. ius adipiscerentur. Ceterum Achamoth de exteriori inferiorique tabulato, quod sub Pleromate erat constitutum, intra ipsum Pleroma transiens, indigebat certè priuilegio aliquo, ut sublimioris digniorisque loci fieret capax: Alioquin pena Legis Viscellie ei timenda erat, de qua habes C. lib. 9. tit. ad Legem Viscell. Aequi MS. 3. Vtic. cod. legunt: Caniam.

343. Et Demiurgus tunc de hebdomade sub-cœlesti.] Sic Tertull. hic & Fren. loco ibi citato, castigandum, pro: cœlesti, supra monimus c. 23. n. 259.

344. in superiori mutabit.] Mutabit (inquit Rhenan.) absolute Irenæus: Demiurgum verò, inquit, trāsire dicunt, & ipsum in matris sue Sophie locum, hoc est, medietatē. Addendo autem: in vacuum cœnaculum matris, exponit, quid intellexerit per illud: in superiora. Erat autem vacuum, nam mater Achamoth in Pleroma ascenderat. Quid: quod etiam medietatis ille locus Cenoma, id est: vacuum, immò vacuum Epicuri appelletur ab Iren. & Tertull. ubi supra est adnotatum cap. 14. num. 161.

345. sciens iam nec videns illam.] Sensus est (inquit Rhenan.) Antequam foret illuminatus à Sotere, & antequam transisset in tabulatum Achamothæ matris Demiurgus, ignorabat eam matrem suam; sed post illam illuminationem, & ascensum in superius cœnaculum, tum primùm intellexit se habere matrem; quam tamen non videbat, quippe que se receperat iam intra Pleroma.

346. Nam si ita erat semper, ignorare maluisset.] Idem hunc huius sensum ita reddidit: Si res in Demiurgi manu fuisset, maluisset matrem suam Achamotham semper ignorare. Valde enim sibi placebat, atque superbiebat, existimans se solum Deum esse, & quicquid faceret, à semetipso facere. Postquam autem omnia à Sotere

est edocuit, & in tabulam matris Achamotha ascendit, cognovit se viribus matris adiutum, qua tamen non videbat in superius Pleromati demicium translata. Inde demitebat animum, qui sola opinione beatissimus, potentissimus ac gloriosissimus ante Deum fuerat.

C A P. XXXII.

347. Humana verò gens, &c.] Caput hoc inscriptum: De exitu seu dispensatione mercedis triplicis hominis. Repetitur autem pluribus, quod supra tribus verbis dixerat cap. 26. & latè refutatur ab Iren. locus supra citatus num. 332.

348. Choicæ & materialis notæ in totum interitum.] Sic lego, addito in, quod subintelligi scripsit Rhenan. qui adnotat: totum dici propter corpus & animam. Alioqui dimidiatus tantum esset interitus. Iren. Et Choicum quidem in corruptelam abire dicunt. Nam fit mox & corporis & animæ mentio.

349. Et anima mortalis apud illos, &c.] Quod anima mortalis non sit, non vno in loco tractat auctor lib. sequ. de Anima, quod Lectorem remittimus.

350. Iustorum animæ, id est, nostræ, &c.] Irenæus: Iustorum quoque animas (inquit) refrigerare, & ipsas in medietatis loco. Nihil enim Pythiæ intra Pleromam transire. Vbi Irenæi (inquit Rhenan.) Interpretis verbi: Refrigerare, neutraliter accipit sine absolute. Qui etiam rectè explicat illud: qua census, &c. id est, secundum eum censum, secundum quem nihil animale in Pleromati palatium admittitur.

351. Illicitaque primò despoliantur homines ipsi, &c.] Hoc dicit (inquit idem) ne quis de spoliatione corporis intelligat. Nam & subiungit: despoliari est autem deponere animas, &c. in quo Valentiniani, quod absurdum est, animas à spiritibus distinguant. Verum maxime illam blasphemiam impugnat Iren. libro 2. num. 52. & 53. quod animas suas seu spiritus meliores faceret Demiurgo, id est, Deo creatore. Sive autem legas: despoliari hinc & postea, sive: despoliari, perinde est; nam variant etiam 3. MS. Vatic. cod.

352. Tunc illi Sabinas raptas, &c.] Sensus est (inquit idem) Angelis fore animas, quod iuventutis Romanæ erant Sabinæ, videlicet vxorum loco. Liu. libro 1. Decad. 1. scribit, quum recens à Romulo condita urbs Roma esset, & penuria mulierum laborarent, nolentibus finitimis sanguinem & genus miscere cum Romanis, quos imbebant, ludos ex industria paratos Neptuno equestri sollempnes, ad quorum spectaculum Sabinorum (inquit) omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit. Quum ludis celebrabantur, deditaque eò mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis, signoque dato iuuentus Rom. ad capiendas Virgines discurrit. Magna pars fortè, ut in quem quæque inciderat, raptas, quasdam forma excellentes primoribus patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant.

353. Hæc erit spiritalium merces.] Spiritalium (interpretatur idem) hoc est, Valentinianorum, qui spiritalia illud semen sibi solis vendunt. Est autem ironia.

354. ut Marcus aut Caius.] Etiam hoc ad phrasin iureconsultorum pertinet, de qua supra Tom. 1. Apolog. cap. 3. num. 37. & cap. 48. num. 607. Quo pertinet etiam illud: pater, auus, proauus.

355. & hæc omnia.] Sensus hunc reddidit Rhenan.

Fabulæ tales utiles, ut tu qui Marcus vocaris aut Caius, hoc tibi imminere post fata scias, ut quamquam in Vita fueris barbatus (quod Viri, non mulieris indicium est) & quamquam existeris seuerus maritus, & fordidet libidinis, & castitatem tuam vxorisque seruans licet etiam fueris seuerus pater, seuerus auus, seuerus & grauis proauus, ad virtutem inquam instituis liberis atque nepotibus licet præterea sis masculus, cuius concubium omnium gentium leges prohibent, quod vnum ad excludendam istam consumeliam sufficere debebat; licet inquam hæc omnia qua modo retulimus, fueris in vita, nihilominus futurum scias, ut intra Nymphonem Pleromatis, non obstante loci reuerentia ab angelo complectare, & forsitan ex eo complexu iterum serens parius aliquem nouellum. Aeonem, qui tibi vsui esse possis, & famuli obsequium præstare.

356. in Nymphone Pleromati.] Omnino sic hunc locum castigauit ex Epiphano, secundum quod etiam Fenardentius & Billius in Irenæo, pro eo quod erat: Symphone. Neque enim cōcentus, quod hæc vox significat, illo modo ad institutum facit, sed optime quadrat vultu, id est, ab aliam nuptialis, quippe quum adluderent Valentiniani ad illud Christi: Numquid possunt filij sponsi ieiunare? Vbi legitur νεμφζος.

357. tacendo iam dixi.] Aposiopsis est (inquit Rhenan.) deest enim: patiaris aliqui turpe. Sic apud Poëtam: Nouimus & qui te.

358. aliquem Onesimum Aeonem.] Hoc est (eodem exponente) aliquem nouellum ac puellum. Aeonem vtilem tibi futurum ministrum; nam in Pleromate Valentiniano tantum Aones generantur. Significat autem οὐνσιμος Græcis, vtilem.

359. pro face & flammeo.] Jocular (inquit idem) & adludit ad veterem Romanorum morem, quo nouam nuptiam res pueri patris & matris, id est, quorum pater & mater adhuc erant in vita, deducebant, vno facem ex spina alba præferente, duobus reliquis nulentem tenentibus. Auctor est Festus Pompeius, facem in nuptiis in honorem Cereris præferri solitam, & aqua spargi nouam nuptiam, sive ut casta puraque ad virum veniret, sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret. Amicitur autem, ut idem tradit, flammeo nubens, omnis boni causa, quod eo assidue utebatur flaminica, id est: flaminis vxor, cui non licebat facere diuortium. Apud eundem legitur hinc esse nuptiarum & nupta vocabula nata, quod nubentis capui flammeo obuolueretur, quod anti-qui obnubere vocabant.

360. Tunc credo ignis ille arcanus, &c.] Iren. His autem factis ita, qui latet in mundo ignis, exardescens, comprehendens vniuersam materiam consumit. Et ipsum simul consumptum, abire dicunt in id, ut iam non sit. Adludant ad ignem conflagrationis post iudicium, cuius mentio fit 2. Petri 2.

361. Sed næ ego, &c.] Næ (inquit Rhen.) Græcum adfirmandi aduerbium, quo Latini Auctores etiam Vis solei, nempe, vbi alibi etiam adnotauit, pro: certè, profecto. Achamoth autem filius Demiurgus intelligitur.

362. ne Philetus irascatur, ne Fortunata acerbetur.] De Aone, cui nomen Teletus seu Philetus, vide supra nu. 87. & 98. De Fortunata sive Matavia secunda Monogenis coniuge, num. 86. quare etiam hic lego: Fortunata, pro: fortuna.

363. vbi post excessum omnino non nubitur.] Sive nubitur legas cum exc. sive: obnubitur cum 3. MS. Vatic. cod. perinde est. Excessus autem (inquit Rhenan.)

Rhenan.) pro morte. Sic & Sueton. loquitur. Cicero solet addere Ablat. Vita, vel è vita. Vt cum in Orat. dicit: Sed ad eos, si placet, qui Vita excessere, reuertiamur. Adludit autem ad illud Christi: In futuro seculo neque nubent, neque nubentur.

364. vbi superindui potius, quam despoliari.] Hic adludit ad illud 2. Cor. 5. eo quod nolumus spoliari, sed superdesiri.

365. sexui meo deputor, &c.] Quod sexum in resurrectione seruaturi simus, latius deducit infra sub finem lib. de Resurrex. carnis; vbi hinc etiam adludere videtur, hinc verbis inter cetera, cap. 59. & ipsi Valentiniani hic errare didicerunt, nec alia erit forma nationum credentium, nisi quæ & non credentium, de carne, de anima. Quorum tacite obiectioni postea respondet, cap. 62. dicens: Non dixit: Erunt angeli, ne homines negaret; sed tanquam angeli, vt homines conseruaret. Hoc est enim quod hic additur: non angelus, non angela.

C A P. XXXIII.

366. Producam denique, &c.] Caput hoc inscriptum: De emendatoribus Ptolomæi, qui Bytho duas adtribuebant coniuges. Quod ipsum etiam Auctor desumpsit ex Irenæo lib. 1. c. 6. Vbi magis placet illud Ver. Interpretis: Hi verò qui sunt circa Ptolomæum scientiores, eo quod hic sequatur: ab emendatoribus Ptolomæi, quàm quod Billius: Ptolomæus verò qui id ad verbum transtulit ex Epiphano her. 33.

367. veluti Epicitharisma post fabulam.] Quum fabulæ (inquit Rhenan.) recensentur olina publice, ad demulcendos spirituum animos, qui radio longæ narrationis iam languiebant, in fine priusquam dimitterentur, citharædus aliquis prodibat. Sapit autem Proverbum: veluti Epicitharisma post fabulam. Significat autem hæc fabula Comædiam, seu Mimium. Dicitur ἐπικιδάγιοι, sicut ἐπιπύθιον, aut ἐπιφώνησις.

368. ab emendatoribus Ptolomæi, &c.] Hinc patet verum esse quod supra diximus cap. 4. num. 29. omnia quæcumque hoc libro hæcenus conformiter Irenæo ad ducti sunt, fuisse ex sententia non tam Valentiniani, quam Ptolomæi; atque ad eò potius inscriptum hunc librum: Aduersus Valentinianos, quàm: Aduersus Valentinum; nam hic qui aliter sentiunt emendatores Ptolomæi, vocat discipulos super magistrum; vbi adludit ad illud Christi (etiam adnotante Rhenano) Non est discipulus super magistrum.

369. qui duplex coniugium Bytho suo adfugerent, &c.] Rursum lego: Bytho, pro: Bythio, iuxta quod supra latius adnotauit cap. 7. nu. 58. Similia autem ad loci huius intellectum Iren. Verba hæc citat Rhen. Hic verò, inquit, qui sunt circa Ptolomæum scientiores, duas coniuges habere Bython dicunt, quas & Dispositiones vocant, Enncean & Thelesin. Primò enim mente concepit quid emittere (id est: aliquid emittere) sicut dicunt, deinde voluit. Quapropter duobus his affectibus & virtutibus, id est, Ennceas & Thelesios, velut commixtis inuicem, emissio Monogenis & Alethia secundum coniugationem facta est. Quos typos & imagines duorum affectuum Patris abgressus esse inuisibilium visibiles: Thelematis quidem Nun, Ennceas autem Alethiam. Et propter hoc aduentitia voluntatis masculus est imago, innata verò Ennceas femininus, quoniam voluntas velut virtus facta est Enncea. Cogitabat enim Enncea semper emissionem, non tamen & emittere ipsa per semetipsam poterat quæ cogitabat. Quum autem voluntatis virtus aduenit,

tunc quod cogitabat, emisit. Hæcenus ille. Porro vice commentari; ista nobis erunt ad intelligenda quæ Tertull. profert. Lego autem cum Interpret. Epiphani. apud Irenæum: mascula imago, pro: masculus, & femina, pro: femininus.

C A P. XXXIII.

370. Pudiciores alij, &c.] Titulum huic capiti datum: De aliis qui aut nullum aut vtrumque sexum Bytho tribuunt. Quod desumpsit Auctor ex calce 5. c. lib. 1. Iren. Sine autem legas cum excus. Pudiciores, sive cum 3. Vatic. MS. cod. Pudiciores, perinde est. Lego verò ex iisdem: coniugij, pro: coniugis, & rursum Bytho, pro: Bythio. Nam & conformiter Irenæus: Et enim (inquit) de ipso Bytho varia sunt sententia apud eos. Quidam enim sine coniugatione dicunt eum neque masculum neque feminam, neque omnino aliquid esse. Quæ ipsius verba etiam descriptis Epiph. her. 32. vbi de Secunda dicitur agit.

371. Alij contrà magis & masculum & feminam, &c.] Irenæus: Alij autem, inquit, & masculum & feminam dicentes esse, Hermaphroditum genem ei donant. Atque etiam istud ibi descriptis Epiphanius.

372. Lunenses.] Luna, oppidum Hetruria celebratur à Plinio, lib. 3. cap. 5. qui & alibi Lunense marmor commendat, etiam Ennio notum. A Ptolomæo, etiam lib. 2. cap. 5. eiusdem nominis promontorium in Iustania. Fortassis ab illo Lunenses vocantur populi illi; de quibus max sequentia verba Plinii.

373. Hermaphroditum.] Plinius (inquit Rhenan.) lib. 7. cap. 3. de prodig. partibus: Gignuntur, inquit, & viri &que sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigijs habitos, nunc in deliis. Idem in lib. 11. Contra mulierum, inquit, paucis prodigijs assimilatio. Sicut Hermaphroditis viri &que sexus, quod etiam quadrupedum generi accidisse Neronis principatus primium arbitror. Offensabat certe Hermaphroditas subingens carpento suo equas, in Treuerico Gallicæ agro reperitas; cæu plane visenda res esset, principem terrarum insidere portentiæ. Hæcenus ille. Quibus adiungit quod supra ad illud cap. 10. feminamare adnotauit idem Rhenan. de Orphei versiculo apud Apul. lib. de Mundo.

Iupiter & mas est, & nescia femina mortis. Huc etiam adludit Damasc. lib. de heres. Hermaphroditos ex parte vniuersa natos esse dicunt, quos etiam Deos ex seculo esse ponunt.

374. Annalium Commentator Fenestella.] Ex Fenestella (qui aliis L. Fenestella) multa desumpsisse se fatetur Plin. lib. 1. nat. hist. citat etiam nominatim lib. 33. cap. 1. & Annales Fenestellæ à Nonio citantur in vocabulo: Presente. Meminit etiam Plutarchus in vita Syllæ, Gellius alicubi, & Plinianus.

C A P. XXXV.

375. Sunt qui nec principatum Bytho defendunt, &c.] Caput hoc inscriptum: De aliis qui Bythum post Ogdoadem primam collocant. Quod etiam habet ex Iren. sub finem cap. 5. lib. 1. Legimus autem rursum: Bytho, pro: Bythio, solet autem (inquit Rhenan.) loqui Tertull. Defendere aliquid alicui, ut in lib. de Resurr. carn. Corruptionem (inquit) perpetuam veteri defendat.

376. postumatum.] Postumus est (inquit Rhen.) qui patre iam humato, post mortem eius nascitur. Hinc postumare verbum ipse deducit in lib. de Resurr. carn. pro: posteriorem esse, ut quum dicit: ordine postumate.

Ab hoc postumatus Verbalis nomen iuxta quartam declinationem, pro partibus non primis secundum tempus, siue posterioritate, ut usurpem vulgare, sed barbarum vocabulum.

377. Ogdoadem ante omnia præmittentes.] Iren. Alij autem (inquit) rursus ipsorum primam & archeganon octonationem his nominibus nominauerunt. Primum Proarchen, deinde Anenocton, tertiam autem Arrheton, & quartam Aoraton. Significat autem ἄρχητος ineffabilem. Et de prima quidem Proarche emissum esse primo & quinto loco Archē; ex Anenocto, secundo & sexto loco Acatalepton; & de Arrheto, tertio & septimo loco Anononaston; de Aorato autem quarto & octavo loco Egeneton. Pleroma hoc prima Ogdoadis. Has volunt virtutes fuisse ante Bythum & Sigen, ut perfectorum perfectiores appareant, & Gnosticorum magis Gnostice viri. Vbi (inquit Rhenan.) Interpres Irenæi Genitius non mutauit in Ablatiuos, Verbum ad Verbum nimia religione exprimens. Atqui est etiam MS. 3. Vatic. cod. legat Archeton, recte ex Frenæo substituit idem Rhen. Arrheton. Cuius & aliarum Græcarum vocum harum interpretationem Latinam habes supra in Æonum Catalogo post Argumentum nostrum, potissimum ex Interprete Epiphani. Nam etiam hæc ex Iren. nominatim adfert her. 32.

C A P. XXXVI.

378. Quanto meliores quitorum hoc tædium amoliti, &c.] Inscriptionem huius capiti datus: De iis qui vno partu Ogdoadem ex Bytho & Ennoæ volunt productam. Quod rursus desumpsit ex c. 6. lib. 1. Iren. Qui autem (inquit) prudentiores, &c. Porro sua ex Græco versione Abb. Billius istam opinionem Colorbato adtribuit, quem admodum etiam Epiphani. her. 35. etiam Colorbatum à Ptolomæi radice ortum hæc dixisse. Addit præterea Iren. quod Auctor non habet: Et iam non ex Logo & Zoë Anthropon & Ecclesiam, sed ex Anthrope & Ecclesia Logon & Zoë.

379. per gradus reuera Gemonios.] Adudit (inquit Rhenan.) ad scabes Gemonias fontium supplicii infames, quæ erant in Auenino, in decima tertia regione Urbis. Graduum Gemoniorum meminit Plin. lib. 8. cap. 40. Sed supra omnia in nostro aëo Aëtis populi Romani testatum, Appio Iunio & P. Silio Coss. quum animaduertetur ex causâ Neronis, Germani filij, in T. Sabinum & seruitia eius, vnius ex his canem nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse abiecto in gradibus Gemoniis, mæstos adentem vlulauit.

380. structum.] Structum (inquit idem) frequenter usurpat pro constructo, siue extructo; ut in lib. de Carne Christi: Caro igitur Christi de cælestibus structa. Item in lib. de Resurr. carn. Ex quibus homo structus est. Vide similes locos supra Tom. 2. lib. de Patient. cap. 3. num. 22. Huc pertinet etiam Verbalis nomen structus, pro structione vstitatum Auctori infra lib. de Anima, c. 18. animæ suggestum & structum.

381. mappa (quod aiunt) missa.] Vide hæc de re supra dicto Tom. 2. lib. de Spectac. c. 16. n. 143. & aliquid etiam in Prolegomenis, eo quod Auctor tanquam Prouerbialis formula dicitur.

382. semel octoiugem istam ex Patre & Ennoæ, &c.] Iren. numerum certum non addit, Epiphani. rectius: semel sex seculorum emissionem, &c. Neque enim plures hic Æones quam sex recenset à Patre & Ennoæ productos. Tertull. verò illos vna numerat. Corrigenus autem Epiphanius, ut legatur: sed velut alij volunt, &c.

pro: aut. Legimus autem ex patre, pro eo quod corruptiss. irreperat: ex parte, non obstante Rhenani castigatione. Nam Iren. habet: Ex Propatore, & mox sequitur: pater dictus est. Ennoan verò etiam supra cap. 7. n. 62. Vocat Auctor Sigen Bythi coniugem, ut non sit opus, id nominis sectatoribus Ptolomæi dumtaxat adscribere, quibus hanc opinionem Iren. tribuit.

383. Cogitavit proferre, hoc pater dictus est, &c.] Iren. Quando aliquid voluit (inquit) proferre, hoc pater vocatus est. At vbi quæ emisit, vera fuerunt, hoc Aethia vocatum est. Quum autem voluit semetipsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quo autem præcogitavit, posteaquam emisit, hoc Ecclesia vocata est. Locutus est Anthropos Logon, hic est primogenitus filius. Subsequitur autem Logon Zoë. Et sic prima octonatio completa est.

384. probari.] Probati (inquit Rhen.) pro approbati, id est: probabiliter ostendi, siue sentiri, percipi que; quo verbo Cicero sic uti solet. Pro: præcogitavit, quod habent Iren. & Tertullian. legit Epiph. Interpres: prædelegit, Græcè est: προδεδωκετο. Atqui MS. 3. Vatic. cod. legitur: Sed hoc tædium non pusillum. Verum placet exc. lectio.

C A P. XXXVII.

385. Accipe alia ingenia, &c.] Titulum huius capiti datus: De alio qui primo loco collocabat Solitatem & Vnitatem, Monada & Vnionem: Quod rursus desumpsit ex cap. 5. l. 1. Iren. Alius verò quidam (inquit) qui & clarus est magister ipsorum, in maius sublime, & quasi in maiorum agnitionem extensus, primam quaternionem dixit sic. Quæ verba mirum est ab Abb. Billio prætermissa esse, quantum apparet, quod nullus esset Græcus codex. Atqui hunc quidem Epiphaniem vocat Epiphanius, Carpocratis nempe filium, cui Secundus Valentinianus coniunctus fuit; sed tamen eius potius sectatoribus, quam ipsi hanc opinionem tribuens. Tradunt præterea (inquit) etiam hi, velut ad maiorem cognitionem ex scientia progressi, primam quaternionem sic, &c. Et certe quum addat Auctor: qui ex sua Pontificali auctoritate; puto potius eum loqui, & proinde etiam Frenæum, de aliquo Epiphaniis sectatore, quum de ipso Epiphane, videntur qui (vel ipso Epiphaniio teste) & vi. ætatis anno è viuis excesserit, & sic ad Pontificatum promoueri non potuerit.

386. cicutia Enniana.] Ita nunc primum lego, pro Circurianaiana, ex castigatione eruditiss. Viri D. Jo. Harrijsi Angli, voce composita ex cicut, & Enniana; ut Auctor hic noster ita appellauerit per Ironiam ingenia vasa & callida. In quam opinionem & ipsum & me adduxerunt hæc verba B. Hieronymi lib. 2. adu. Rufinum: Sed nos (inquit) simplices homines & cicutres Enniani, nec illius sapientiam, nec tuam qui interpretatus es, intelligere possumus. Super quo loco Marius Victorius ita dicitur, quod rudes homines describat Ennius ex agrestibus primis illis temporibus mansu factos, quales fuerunt Oscii, quorum ipse linguam didicit; quam quum Græcæ Latineq; adiunxisset, propterea tria habere se corda (ut ait Gell.) gloriabatur. Forsitan (ut & meam coniecturam adiungam) ita loquitur Tertullianus, quod stylo graui & sesquipedali, quali Ennius, dixeretur is quem hic intelligit. Noluit interim prætermittere coniecturam Rhenani, qui sic habet: Fortassis Lyncuriana scribi debet. Nam quum hic de ingenij perspicacitate fiat mentio, non inepte prorsus Lyncurianum quadrabit, à Lyncurio lapide deductum vocabulum, quam gemmam carbunculo similem tradit esse Plinius,

Plinius, & igneo colore fulgere. Vbi occulta allusio quoniam sit ad Lyncum illum, saxa & arbores oculorum aise penetrare solent. Non aliter enim Episcopus iste, cuius nomen etiam Irenæus obicit, ipsum Pleroma penitus inspicit, quàm Lynceus terram visis penetrabat, & remouissima quæque perinde ac ante se posita cernebat. Hanc coniecturam (inquit ille) meam nolui studiosos celare; tamen nihil est in contextu mutatum. Quo denique adicit & illud: Ceterum fieri potest ut ad Circurianum aliquem sui temporis & regionis hominem alludat. Verum prius illud magis placet, quod supra cap. 7. sic loquatur: Primum omnium Ennius Poëta Romanus, cœnacula maxima cœli, simpliciter pronuntiauit.

387. Est (inquit) ante omnia Proarche, &c.] Iren. Est quidem ante omnia (sic lego ex Græco Epiph. pro: omnes) Proarche pro anennotos, & inenarrabilis, & innominabilis, quam ego Monoteten voco. Cum hac Monotete est Virtus, quam & ipsam voco Henoteten. Henotes & Monotes quum sint vnum, emisissent, quum nihil emisissent. Principium omnium Noëton, & age-ton, aoraton. Quam Archē sermo Monada vocat. Cum hac Monade est virtus eiusdem substantiæ ei, quam & eam appello Hen. Hæ autem virtutes, id est, Monotes & Henotes, & Monas, & Hen, emisissent reliquas emissiones Æonum.

388. Mutetur Vnio & Vnitas, &c.] Iubet (inquit Rhenan.) priorem ordinem inuerti. Et simul inuerti, nec dicit ex parte differentiari. Illud autem: & suum Solitas accipit ἀποφραγτικῶς, ut sit suum Solitas, id est, eius Episcopi vocabulum, de quo loquitur. Dicit autem: suum, propterea quod hoc nomen ad Monoten (id enim significat, non Monada) exprimendam esset confectum.

C A P. XXXVIII.

389. Humanior iam Secundus, ut breuior, &c.] Caput hoc inscriptum: De Secundo, qui duas Tetradas diuisit in dextram & sinistram, lumen & tenebras. De quo, & item altera eius diuersitate: de virtute d. fectrice vide supra lib. de Prescript. adu. heret. cap. 49. her. 13. num. 16. Desumpsit autem etiam Verumque hoc ex Iren. lib. 1. cap. 5. paulo ante præcedentia. Cui correspondent Epiph. her. 32. & Theodoret. vbi supra quorum ille late refutat appellationes hæc dextræ & sinistræ, ac luminis & tenebrarum. Facta est autem etiam Secundi mentio supra cap. 4. num. 31.

390. Ogdoadem in duas, &c.] Iren. sic: Secundus autem Ogdoadem (omitto: primam cum Billio & Tertull.) sic tradidit, dicens: Quaternionem esse dextram, & quaternionem sinistram, & lumen & tenebras.

391. Tantum quoddam defultorem, &c.] Defultorem (inquit Rhenan.) intelligit, inconstantem & instabilem Pro quo quum Iren. habeat: discedentem (saltem Græcè, & sciti castigandus est) expone etiam hic defultorem, id est, discedentem à reliquis Æonibus, & Sophia accipe Teletæ coniugem, quæ propter inquisitionem patris magnam adiens discrimen, tandem nobis Enthymesein seu Achamotham peperit. Atqui lego ex eodem Iren. & Epiphani. ac alio: non vult ab aliquo xxx. Æonum deducere, sed à fructibus de substantia eorum venientibus, id est, à posterioribus Æonibus, uti supra etiam adnotauimus loco citato; addens proinde voces: triginta,

& eorum, quæ desiderabantur. Porro similiter loquitur Apuleius Madalurensis in initio Asiæ sui: Scientiam, id est, cognitionem linguæ Latinæ, quam è Græcia in Italiam translatus didicerat, defultoriam appellans: Vide licet, quod de Græcis studiis (inquit Rhenan.) in Latina defulsisset, imperfectam, ac nondum satis confirmatam significare volens. Metaphora ducta ab equibus defultoribus, qui de equo in equum transfiliunt.

C A P. XXXIX.

392. De ipso iam Domino Iesu, quanta diuersitas, &c.] Verba hæc titulum huius capitis indicat. Quod ipsum etiam desumpsit ex Iren. cap. 7. lib. 1. ab Epiphaniio verò peculiariter tribuitur Colorbasis, her. 35. similiter & à Theodor. heret. fab. lib. 1.

393. Hi ex omnium Æonum flosculis, &c.] Hanc blasphemiam late commemorauit Auctor, cap. 12. quod Lectorem remittimus; hic adicere contenti verba Irenæi: Quidam enim eum ex omnibus nempe Æonibus generatum dicunt; quapropter beneplacitum vocari, quia vniuersum Pleroma bene sensit glorificare Patrem.

394. Illi ex solis decem, &c.] Iren. Alij autem ex solis decem Æonibus, qui sunt à Logo & Zoë emissi, & propter hoc Logon & Zoën dicit eum, parentum (seu potius, uti Billius auita) nominat custodientem. Verum & hæc blasphemiam est. Atqui de decem istis Æonibus vide supra cap. 8.

395. Illi ex duodecim potius, &c.] Iren. Alij autem (inquit) ex duodecim Æonibus, his qui sunt ab Anthrope & Ecclesia facti, & propter hoc filium hominis se profiteri, velut postgenitum Anthropi. Est verò etiam hæc blasphemiam. De duodecim porro Æonibus vide supra cap. 8.

396. Alij à Christo & Spiritu sancto, &c.] Iren. Alij à Christo & Spiritu sancto, iis (nam sic lego, pro: eorum) qui ad firmamentum (vniuersi; id enim addo) Pleromati emissi sunt, (de hac blasphemiam supra à latius cap. 14.) factum eum dicunt: & propter hoc Christum vocari, patris sui, à quo emissus est retinentem appellationem. Hoc est autem quod dicit Auctor: iure paternæ appellationis hæredem; qui hic vniuersitatem vocat, quod supra Pleroma.

397. Sunt qui filium hominis aliunde, &c.] Quandoquidem istam postremam blasphemiam de Deo Patre homine impugnet Epiphani. her. 35. puto eam potius proprie ad Colorbasis pertinere, contra quos ibi agit; præcedentes verò aliorum esse Valentinianorum. Tertulliano sufficit tribus, quod aiunt, verbis eius absurditatem demonstrare: Ut quid amplius speres (tu homo, inquam) de eius Dei fide, cui nunc adquearis?

398. Talia ingenia superfructificant, &c.] siue sic legas cum exc. siue cum 3. MS. Vatic. cod. & 1. adit. in margine superfructificant, perinde est. Illud tamen magis placet quod lib. sequ. de Anima, cap. 27. sic loquitur Auctor: pariter hominem ex vtraque substantia effructicent. Addeus autem ex materni seminis redundantia; semen Achamothianum (inquit Rhenan.) intelligit, de quo multa ante dicta sunt, præsertim cap. 25.

399. in sylvas iam exoleuerunt Gnosticorum.] Hinc patet Gnosticorum principem fuisse Valentinum; de quibus Latius infra Scorp. adu. Gnosticos, num. 2.

ARGUMENTVM LIBRI DE ANIMA,
PER IACOBVM PAMELIVM.

LERTVLLIANVS antea de solo censu seu origine ANIMÆ
CONGRESSVS HERMOGENI (libro qui desideratur, cuius fra-
gmenta habentur Tomo seq.) hunc de omni statu Anima Librum conscri-
psit, ut plurimum cum Philosophis dimicaturus.

- I. Imprimis autem, non à Socrate immortalitatem Anima, sed à Deo descendam. Cui enim veritas comperta sine Deo, cui Deus sine Christo, cui Christus sine Spiritu sancto, cui Spiritu sanctus accommodatus sine fidei Sacramento?
- II. Etsi enim natura pleraque suggerantur, ut etiam ex Prophetis quadam hauserint Philosophi, tamen vera quæque aut aliunde ab eis commendari, aut aliorum subornari, sententiis contrariis alicubi regula nostra.
- III. Atque vitam nullas hæresis oportuisset existere; nihil enim omnino cum Philosophis Patriarchis hæreticorum experiendum foret: quum verò illi de nidoribus Philosophiæ diuersissimis opinionibus purum aërem veritatis infuscent; & illa quibus à Philosophia capiuntur, destruenda, & hæc quibus fideles ab hæresi concutiuntur, retundenda.
- III. Deinde ad institutum accedens, primum aduersus Platonem Animam natam & factam dicit, ut potè ex Dei flatu.
- V. Plures etiam Philosophos, etsi Aristotele & Platone corpulentiam ei auferentibus, corpus Animæ vindicasse.
- VI. Quod paradoxon etiam Auctor hic secutus, Platoniorum argumenta, quibus incorporealem Animam adseriebant, satis friuole refellit.
- VII. Immò corporalitatem Animæ ex Euangelio perperam probare nititur.
- VIII. Ad alia iterum Platoniorum argumenta respondens.
- IX. Quid? quòd effigiem quoque Platone nolente (refutante etiam B. Augustino) non vereatur Animæ quantumvis immortalis adingere; eamque coloris aërei & lucidi.
- X. Rectius deinceps unum esse docet Animam & Spiritum, viuere & spirare; vel ex eo quod ad statum fidei pertinet, simplicem Animam determinare secundum Platonem.
- XI. Ita tamen Spiritum Animam dici, ut neque Dei spiritus sit, quod videbatur Hermogenes sentire, neque spiritale nescio quod semen Valentianorum animæ collatum sit.
- XII. Animum item ab Anima non separari, ut potè qui non aliud quàm suggestus sine ornatus sit Animæ quo sapit: idque contra Anaxagoram & Aristotelem, quorum ille commiscibilem, iste passibilem animum negabat.
- XIII. Quod etiam inde probat; quòd principalitas Animæ, non Animo tribuatur; etiam Animam Deus semper adloquatur, non Animum.
- XIII. Quum autem diuiditur Anima in partes à Platone aut aliis, vires & efficacias & operas diuersas intelligi, sicuti de quibusdam etiam Aristoteles iudicauit; ut potè etiam ipse cum aliis plerisque unitatem Animæ agnoscens.
- XV. Hegemonicon interim, id est, summum in Anima gradum sapientialem, contra quàm sentiebant Asclepiades & Dicaearchus, cum Platone & Aristotele agnoscere etiam à Christianis, idque in recessu cordis.
- XVI. Ad fidem quoque pertinere, quòd Plato partitur Animam per rationalem & irrationalem; ita tamen ut natura primæ deputetur rationale, irrationale verò transgressioni; non tamen placere irrationalis distinctionem in indignatuum & concupiscentium, quòd

quòd utrumque etiam Christo & rationali anima competat.

Etiam in hoc non probari Platonem & Academicos, quòd sensualitatem quinque xvii. sensuum irrationalem pronuntient: neque enim licere sensus istos in dubium reuocare, ne & in Christo de fide eorum deliberetur.

Neque audiendos hæreticos, qui non aliter quàm suas Plato Ideas, intellectualia xviii. faciunt veritates, sensualia verò imagines veritatis dumtaxat; sed perinde Animam per corpus corporalia sentire, quemadmodum per animum incorporalia intelligit; sic tamen ut etiam sentiat, quum intelligit.

Atque adeo intellectum semper Anima inesse; uti etiam reliqua Anima natura xix. rationalia.

Etsi autem uniformis Anima, fætu tamen ingeniorum multiformem, pro condi- xx. tione cæli & soli, pro ratione operis & cura, pro temporum euentu, pro licentia casuum, & corporis, etiam valetudine; ut ne de FATI NECESSITATE quid dicatur, de qua suo titulo differuerit.

Proinde etiam Animam, contra quàm sentiunt Valentiani, conuertibilem xxi. fuisse liberi arbitrij potestate, IUXTA QUOD MARCIONI IAM ET HERMOGENI OSTENDERIT.

Quocirca animam definire: Dei flatu natam; immortalem; corporalem (en ite- xxii. rum paradoxon Auctoris) effigiatam; substantia simplicem, de suo patientem, variè procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, diuinatricem.

Dum deinceps queritur, unde Anima; hæreticos quosdam non rectè eam è cælis xxiii. deferre, atque eodem indubitatè redituram adserere, quorum omnium condimentarium Plato.

Nouum itaque Platonis argumentum elidit; discitias reminiscitias esse, hoc est, xxiiii. venientes è cælo animas obliuisci eorum in quibus fuerint prius, dehinc ex his visibili- bus recordari eorundem.

Agit deinde aduersus Stoicos, & ipsum interdum Platonem, qui post partum cor- xxv. pori Animam inducunt; ex aëris frigidi pulsû, aut prima spiratione.

Eorum sententiam, etiam ex Scripturarum Christianarum fundamento, impugnat. xxvi. Desiniens simul ambas Animæ corporisque substantias, & concipi, & xxvii. confici, & perfici.

Porro etiam Platonis secundum Pythagoram temerarium mendacium μετεμίσχων xxviii. impugnat, id est, recidiuatum animarum, reuolabilem ex alterna mortuorum & uiuo- rum successione.

Etsi enim ex uiuis fiant mortui, non tamen ideò ex mortuis uiuos. xxix.

Dein, si ex mortuis semper uiui, unum omnino & eundem oportere fuisse homi- xxx. num numerum; quum e contrario inueniamus paulatim humanum genus exuberasse.

Etiam, si ita sit, singulas animas in singula corpora reuerti oportere; eadem ætate, xxxi. eisdem institutis, ingeniis, artibus, & ex omni gente, sexu, dignitate; quod tamen ipse Pythagoras non admisit.

Delirare verò magis Empedoclem; qui μετασχηματισμῶν induxerit, bestias ex homi- xxxii. nibus, & homines ex bestiis reuoluentem.

Neque verò etiam iudicij nomine vindicari hoc dogma; euacuari enim, si crimina xxxiii. non aliter puniantur, aut merces non alia bonis detur, quàm in animalia restitutio.

- xxxiii. Eadem repercussione cædi, etiam Simonis Samaritæ heretici similem opinionem, de sua Helena; quam per alios atque alios habitus fœmineos volutatam, etiam illam fuisse aiebat Priamo perniciosissimam.
- xxxv. Immo etiam Carpocratis Animarum reincorporationem, qua toties volebat Animam in corpora reuocari, quoties minus de delictis satisfecisset; qui etiam Helia reditum frustra pro se interpretatus sit.
- xxxvi. Reuersus inde ad prius institutum, etiam sexum (quem tamen D. Augustinus negat) Anima & corporis simul oriri tradit.
- xxxvii. Omnem autem hominis paraturam aliqua potestate diuinæ voluntatis ministra (ab angelo nempe aliquo) modulari; simul etiam crescere & proficere, Animam ingenio & sensu, corpus modulo & habitu.
- xxxviii. Pubertatem quoque, uti in corpore, ita & in Anima, simul exurgere suggestu sensuum; & etiam ciborum concupiscentiam esse in Anima, sed necessitate corporis, non sui proprietate, ne quis hinc mortalem credat.
- xxxix. Item nullam ferme Animam sine demonia esse, saltem in ethnicis, donec in Christo nascantur.
- xl. Tandiu enim Animam ex carnis societate in Adam immundam censerit; & peccatricem tam Animam, quam carnem dici.
- xli. Atque adeo, malum Animæ non solum ex obuentu spiritus nequam superstrui, sed & ex origine; quo obfuscatur bonum eius prius, donec reformetur per secundam eius natiuitatem ex aqua & superna Spiritus sancti virtute: à quo ibi excipitur, sicuti à profano spiritu in pristina.
- xlii. Atquin mortis quoque tractatum ad nos pertinere (secus quam Epicurus sentit) in qua Anima consummat.
- xliii. Proinde etiam somnum mortis speculum; quem non supernaturalem, sed naturalem esse, tum aliis rationibus, tum scripturis sacris probat.
- xliiii. Nam quod de Hermetimo scribunt: Anima illum in somno caruisse, id subornatum; uti somnus, non otium Animæ, sed secessio crederetur.
- xliv. De somniis quoque, & accidentibus somni, quatenus ab exstasi differunt, dicendum; quibus significatur Anima perpetuo negotiosa, quod immortalitatis est ratio; in quibus interim non magis ob stupri visionem damnabimur, quam ob Martyrij coronabimur.
- xlvi. Neque enim vana esse in totum somnia (uti iudicabat Epicurus) multis exemplis probari; & varios esse Commentatores, ac in hanc rem adfirmatores.
- xlvii. Christianam verò eam esse sententiam: à demoniis plurimum incuti somnia, etiam vera interdum; Deo interim deputanda, si qua honesta, sancta, Prophetica, reuelatoria, edificatoria, vocatoria; quedam etiam sibi metipsi Animam fingere ex intentione circumstantiarum; reliqua denique exstasi separanda.
- xlviii. Atque adeo ex ingenio magis quam constantia, somnia à Platone æstimari: tamquam certiora ab extimo noctis, certis anni temporibus, quietis situ, aut ciborum distinctione, aut derogatione.
- xlvi. Et verò etiam infantes ac Atlantes somniare; quum & somnia à Deo sint, nulla que iam gens Dei sit extranea, in omnes terminos orbis Euangelio coruscante.
- l. Nunc ad mortem quod adinet, debitum esse toto humano generi nature finem, quantumvis Epicurus id neget, & Menander hæreticus ad suo baptismo initiatos pertinere neget; apud quem nec pro Deo mori Lex est; nam etiam Enoch & Heliam morituros, &

ros, & Ioannem iam obiisse.

Opus autem mortis esse separationem corporis & animæ; quantumvis quidam Philosophi crediderint, post mortem quasdam animas herere corporibus.

Atque omnem mortem, siue ordinariam, siue extraordinariam non ex natura esse, sed ex culpa, nec ipsa naturali.

Excedere porrò Animam, non deficere dilabentibus paulatim corporis instrumentis; iam clariorem obtutu ac si de somno emergentem instante morte; utpotè, quæ tum exultat aut trepidat, prout paraturam deuersorij sui sentit, de ipsius angeli facie euocatoris Animarum.

Quò autem deducantur Animæ, varias esse Philosophorum sententias; inter quos Stoici Prudentum Animas in supernis mansionibus collocant, reliquas apud inferos; quos inferos Christiani non in gremio terræ, ut Plato, sed in intimis visceribus collocant.

Suam verò eam esse sententiam (quæ interim ab Ecclesia non probatur) quòd in sinum Abrahamæ seu Paradisum (de quo Librum ediderit) Martyrum solæ Animæ commigrent, reliquæ verò ad inferos.

Atqui vanas eas esse opiniones, quibus putabant, tantisper in terris Animas detineri, donec iusta perceperint; aut immatura morte præuentas, isthic vagari, donec reliquatio compleatur ætatis.

Neque verò ab inferis Animas, ex imperio demonum per Magicam (cuius species aliquot recenset) aut ex arbitrio huc redire.

Atqui illic interim dum corpus expectant, Animas innocentium gaudere, & non dolere ac puniri; vel ob cogitatus solos, quos censura diuina persequitur; maxime, quum etiam modica delicta ad nouissimum usque quadrantem illic lænda, ex Euangelio intelligatur.

Ceterum contra quam etiam viri quidam eruditi censuerunt, nihil dubitandum, quin germanus sit hic Tertulliani fœtus. Uti enim stylum prorsus eundem omittam, & præterquam quòd BB. Hieronymus & Augustinus multa hinc etiam ad verbum citarint locis infra adductis; ipse Tertullianus non vno in loco id indicat. Sic enim Libro de Resurr. carn. cap. 2. Habet (inquit, de Lucano hæretico loquens, qui Animam etiam dissoluendam putabat) & iste à nobis plenissimum DE OMNI STATV ANIMÆ STYLV. Et cap. 17. Nos autem ANIMAM corporalem & hic profitemur, & in svo VOLVMINE PROBAMVS. Rursum cap. 45. Nam & exinde à benedictione genituræ, caro atque Anima simul fiunt, &c. quod docuimus IN COMMENTARIO ANIMÆ. Est autem primum editus à Gagneo, cum nouem alios, quos Trithemius reperire non potuerat; deinde castigatus à Sigismundo Gelenio, ad exemplar Lalandi Britannicum. Postremum verò nunc, partim nostra, partim Latini, Harrisij, & Carrionis opera (nam MS. deerant exemplaria) emendatior prodit; nouis etiam tum Argumento, tum Adnotationibus à nobis illustratus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS^D
TERTULLIANI DE ANIMA,
LIBER.

CAP. I.



DE solo censu animæ congressus Hermogeni, quatenus & istum ex materiæ potius suggestu, quam ex Dei flatu constituisse præsumpsit, nunc ad reliquas conuersus quæstiones, plurimum videbor cum Philosophis dimicaturus. Etiam in carcere Socratis de animæ statu velitatum est: nescio iam hoc primum, an opportuno in tempore magistri, etsi nihil de loco interest. Quid enim liquidò saperet anima tunc Socratis, iam sacro nauigio regresso, iam cicutis damnationis exhaustis, iam morte præsentē utique consternata ad aliquem motum secundum naturam, aut externum, si non secundum naturam. Quamuis enim placida atque tranquilla, quam nec coniugis fletus statim viduæ, nec liberorum conspectus exinde pupillorū, lege pietatis inflexerat, vel in hoc tamen mota ne moueretur, ipsa constantia concussa est aduersus inconstantiam concussionem. Quid autem aliud saperet vir quilibet iniuria damnatus præter iniuriæ solam, nedū Philosophus gloriæ animal, cui nec consolanda est iniuria, sed potius insultanda? Denique post sententiam obuiæ coniugi & muliebriter inclamanti, iniuste dānatus es Socrates, iam & de gratulatione responderat: Volebas autem iuste: Nihil mirandum, si & in carcere lemnicatas Anyti & Meliti palmas gestiēs infringere, ipsa morte coram immortalitate vindicat animæ necessaria præsumptione ad iniuriæ frustrationē. Ad eō omnis illa tunc sapientia Socratis de industria venerat consultæ æquanimitatis, nō de fiducia compertæ veritatis. Cui enim veritas comperta sine Deo, cui Deus cognitus sine Christo, cui Christus exploratus sine Spiritu sancto, cui Spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento? Sanè Socrates facilius diuerso spiritu agebatur. Si quidem aiunt dæmonium illi à puero adhæsisse, pessimum reuera pædagogum, etsi post Deos & cum Deis dæmonia deputantur penes Poetas & Philosophos. Nondum enim Christianæ potestatis documenta processerant, quæ vim istam perniciosissimam, nec vquam bonam, antiqui erroris artificem, omnis veritatis auocatricem sola traducit. Quod si idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythij quoque dæmonis suffragium, scilicet negotium nauantis socio suo, quanto dignior atque constantiæ Christianæ, atque sapientiæ assertio, cuius adflatui tota vis dæmonum cædit? Hæc sapientia de schola cæli Deos quidem sæculi negare liberior, quæ nullum Æsculapio gallinaceum reddi iubens præuaricaretur, nec noua inferens dæmonia, sed vetera depellens, nec adulescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans, ideōque non vnus vrbis, sed vniuersi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine veritatis, tanto scilicet perioris quāto plenioris, ut & mortem non de poculo per habitum iocunditatis absorbeat, sed de patibulo & viuicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat, interea in isto tenebrosiore carcere sæculi inter suos Cebetas & suos Phædonas, si quid de anima examinandum est, ad Dei regulas dirigat. Certè nullum alium potiorē animæ demonstratorem quā auctorem à Deo discat, quod à Deo habeas, aut nec ab alio, si nec à Deo. Quis enim reuelabit quod Deus texit? Vnde sciscitandum est? Vnde & ignorare tutissimū est, præstat per Deū nescire, quia non reuelauerit, quā per hominem scire, quia ipse præsumpsit. [Planè non negabimus aliquādo Philosophos iuxta nostra sensisse; testimonium est veritatis etiam inuentus ipsius. Nonnunquā & in procella confusis vestigiis cæli & freti aliqui portus offenditur prospero errore, nonnunquā & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur cæca fœlicitate, sed & natura pleraque, suggeruntur quasi de publico sensu, quo animā Deus dotare dignatus est. Hūc nacta Philosophia ad gloriā propriæ artis inflauit præ studio (nō mirū si istud ita dixerim) eloquij quiduis struere atque destruere eruditi, magisq; dicēdo persuadentis, quā docendo. Formas rebus imponit, eas nūc peræquat, nunc priuat, de certis incerta præiudicat, prouocat ad exēpla, quasi comparāda, omnia præscribit, propria ætatibus etiā inter similia diuersis, nihil diuinæ licentiæ seruat, leges naturæ opiniones suas facit, ferrem si naturalis ipsa, ut compos naturæ de cōditionis consortio probaretur. Vifa est quidem sibi & ex sacris (quas putant) litteris hausisse, quia plerofq; auctores etiā Deos existimabit antiquitas, nedū diuos: ut Mercurium Ægyptium,

I I.

A Ægyptium, cui præcipuè Plato adfuevit: ut Silenū Phrygem, cui à pastoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit, ut Hermotimum, cui Clazomenij mortuo templum contulerunt, ut Orpheum, ut Musæū, ut Pherecydē Pythagoræ magistrū. Quid autem si Philosophi etiam illa incurfauerunt quæ penes nos apocryphorum confessione damnantur, certos nihil recipiendum quod non conspiret germanæ, & ipso iam æuo pronatę prophetiç paraturæ, quādo & Pseudoprophetarū meminimus, & multo prius apostatarum spirituum, qui huiusmodi quoque ingeniorum calliditate omnē faciem sæculi instruxerint? Postremò si etiā ad ipsos Prophetas adisse credibile est indagatorē quemque sapientiæ ex negotio curiositatis, tamē plus diuersitatis inuenias inter Philosophos quā societatis, cum & in ipsa societate diuersitas eorum deprehendatur. Siquidē vera quęque & consonantia Prophetis aut aliundē cōmendat, aut aliorum subornant, cum maxima iniuria veritatis, quā efficiunt aut adiuuari falsis, aut patrocinari. Hoc itaq; cōmiserit nos & Philosophos in ista præsertim materia, quod interdum communes sententias propriis argumentationibus vestiant, contrariis alicubi regulæ nostrę: interdū sententias proprias communibus argumentationibus muniant, cōsentaneis alicubi regulę illorum: ut propē exclusa sit veritas à Philosophia per veneficia in illā sua, & idē vtroque titulo societatis aduersario veritatis vrgemur, & communes sententiās ab argumentationibus Philosophorum liberare, & communes argumentationes à sententiis eorum separare, reuocādo quęstiones ad Dei litteras, exceptis planē quę sine laqueo alicuius præiudicij ad simplex testimonium licebit adsumere: quia & ex æmulis nonnūquam testimonium necessarium, si non æmulis proficit. Nec ignoro quanta sit sylua materiæ istius apud Philosophos pro numero etiam ipsorum commentatorum, quot varietates sententiārum, quot palæstrę opinionum, quot propagines quęstionum, quot implicationes expeditionum; sed & Medicinā inspexi sororem (ut aiunt) Philosophiæ, sibi quoque hoc negotium vindicantem, ut ad quā magis animæ ratio pertinere videatur per corporis curā. Vnde & plurimum forori refragatur, quod animā quasi coram in domicilio suo tractādo magis norit. Sed viderit vtriusque præstantiæ ambitio. Habuit & Philosophia libertatē ingenij, & Medicina necessitatē artificij ad extendendos de anima retractatus, latē quæruntur incerta, latius disputantur præsumpta. Quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi; ut meritò Heraclitus ille tenebrosus vastiores caligines animaduertens apud examinatores animæ, tædio quęstionum pronunciarit, terminos animæ nequaquam inuenisse omnem viam ingrediendo. Christiano autem paucis ad scientiam huius rei opus est: nam & certa semper in paucis, & amplius illi quærere non licet, quā quod inueniri licet. infinitas enim quęstiones Apostolus prohibet. Porro non amplius inueniri licet, quā quod à Deo discitur. Quod autem à Deo discitur, totum est. [Atque vnam nullas hæreses oportuisset extirpate, ut probabiles qui; emicarent. Nihil omnino cum Philosophis super anima quoque experiremur, Patriarchis (ut ita dixerim) hæreticorum. Siquidē & ab Apostolo iā tunc Philosophia cōcussio veritatis prouidebatur. Athenis enim expertus linguatam ciuitatē, cum omnes illic sapientię atque facundię caupones degustasset, inde concepit præmonitorium illud edictum. Proinde enim & animę ratio per philosophatas doctrinas hominum miscentes aquas vino, alij immortalem negant animam, alij plusquam immortalem adfirmāt, alij de substantia, alij de forma, alij de vnaquaque dispositione discipulant, hi statum eius aliundē ducunt, hi exitum aliorum abducunt, prout aut Platonis honor, aut Zenonis vigor, aut Aristotelis tenor, aut Epicuri stupor, aut Heracliti mæror, aut Empedoclis furor perfluaserunt. Deliquit, opinor, diuina doctrina ex Iudæa potius quā ex Græcia oriens. Errauit & Christus piscatores citius quā phistam ad præconium emittens. Si qua igitur in hunc modū de nidoribus Philosophiæ candidum & purum aërem veritatis infuscant, ea erunt Christianis enubilanda, & percutientibus argumentationes originales, id est, Philosophicas, & opponētib; definitiones cœlestes, id est, Dominicas: ut & illa quibus ethnici à Philosophia capiuntur, destruantur, & hæc quibus fideles ab hæresi concutiuntur, retundantur, vna iam congressione decisa aduersus Hermogenem, ut præfati sumus: quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus, muniti & illic diuinę determinationis inobscurabili regula, Et flauit, inquit, Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus est homo in animam viuam, utique ex Dei flatu. De isto nihil amplius reuoluendum; habet suum titulum, & suum hæreticū. Ceteris hinc exordium inducam. [Post definitionem census, quæstionem status patitur. Consequēs

B B iij

enim est, vt ex Dei flatu animam professi, initium ei deputaremus.⁴⁴ Hoc Plato excludit, D
innatam & infectam animam volens: ⁴⁵ & natam autem docemus & factam ex initij con-
stitutione. Nec statim errauimus vtrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natū, aliud fa-
ctum, vtpote illud animalibus competens. Differentiæ autem sua habendo loca & tempo-
ra, ⁴⁶ habent aliquando & passiuitalis commercia. Capit itaque & facturam pro nasci pon-
ni, siquidem omne quod quoquo modo accipit esse, generatur. Nam & factor ipse parēs
facti potest dici; ⁴⁷ sic & Plato vtitur. Igitur quantum ad fidem nostrā factæ natæve animæ
depulsa est Philosophi opinio, auctoritate Prophetiæ quoque. [⁴⁸ Accerferit Eubulum
aliquem ⁴⁹ & Critolaum ⁵⁰ & Xenocratem, ⁵¹ & isto in loco amicum Platonis ⁵² Aristo-
telem fortasse. ⁵³ An exstruentur magis ad auferendam animæ corpulentiam? si non alios
econtrariō inspexerint & quidem plures corpus animæ vindicantes, nec illos dico solos
⁵⁴ qui eam de manifestis corporalibus effingunt, ⁵⁵ vt Hipparchus ⁵⁶ & Heraclitus ex igni,
⁵⁷ vt Hippon ⁵⁸ & Thales ex aqua, vt ⁵⁹ Empedocles ⁶⁰ & Critias ex sanguine, vt ⁶¹ Epicu-
rus ex atomis, si & atomi corpulentias de coitu suo cogunt; vt ⁶² Critolaus & Peripaterici
eius, ex quinta nescio qua substantia, si & illa corpus, quia corpora includit. ⁶³ Sed etiam
Stoicos allego, qui spiritum prædicantes animam penē nobiscum, quā proxima inter se
flatus & spiritus, tamen corpus animā facile persuadebunt. ⁶⁴ Denique Zeno constitū spi-
ritū definiens animā, hoc modo instruit. Quo, inquit, digressio animal emoritur, corpus
est: Confito autem spiritu digressio animal emoritur: ergo cōstitus spiritus corpus est: ergo
corpus est anima. ⁶⁵ Vult & Cleanthes nō solum corporis lineamentis, sed & animæ notis
similitudinem parentibus in filios respondere, de speculo scilicet morum & ingeniorū &
adfectuū, corporis autē similitudinem & dissimilitudinē capere & animam. Itaque cor-
pus similitudini vel dissimilitudini obnoxium. ⁶⁶ Item corporalium & incorporalium pas-
siones inter se nō communicare. Porro & animam compati corpori, cui læso ictibus, vul-
neribus, vlceribus condolefcit: & corpus animæ, cui afflicte cura, angore, amore cohere-
fcit per detrimentum socij vigoris, cuius pudorē & pauorem rubore atque pallore teste-
tur. Igitur anima corpus ex corporalium passionum communione. ⁶⁷ Sed & Chrysippus
manum ei porrigit, constituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omnino nō pos-
se, quia nec contingantur ab eis. ⁶⁸ Vnde & Lucretius,

Tange enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

derelicto autem corpore ab anima affici morte. Igitur corpus anima, quæ nisi corporalis
corpus non derelinqueret. [⁶⁹ Hæc Platonici subtilitate potius quam veritate contur-
bant. ⁷⁰ Omne inquit corpus, aut animale sit necesse est, aut inanimale. Et siquidem inani-
male est, extrinsecus mouebitur: si verò animale, intrinsecus. Anima autē nec extrinsecus
mouebitur, vt quæ non sit inanimale, nec intrinsecus, vt quæ ipsa potius moueat cor-
pus. Itaque nō videri eam corpus, quæ non corporalium forma ex aliqua regione mouea-
tur. Ad hoc nos mirabimur incongruentiam primò definitionis prouocātis ad ea quæ in
animam non conueniunt. Non enim potest anima animale corpus dici, aut inanimale: F
cū ipsa sit quæ aut faciat corp⁹ animale, si adsit, aut inanimale, si absit ab illo. Itaq; quod
facit, non potest esse ipsa, vt dicatur animale vel inanimale. Anima enim dicitur sub-
stantiæ suæ nomine. Quod si non capit animale corpus dici aut inanimale quod est
anima, quomodo prouocabitur ad animalium & inanimalium corporum formam?
Dehinc si corporis est moueri extrinsecus ab aliquo, ⁷¹ ostendimus autem supra moueri
animam & ab alio cū vaticinatur, cū furit, vtrique extrinsecus cū ab alio: meritò
quod mouebitur extrinsecus ab alio, secundum exempli propositionem corpus agno-
scam. Enimuerò si ab alio moueri corporis est, quanto magis mouere aliud? Anima
autem mouet corpus, & conatus eius extrinsecus foris parent. Ab illa est enim im-
pingi & pedes in incessum, & manus in contactum, & oculos in conspectum, &
linguam in effatum, velut singillario motu superficiem intus agitante. Vnde hæc visio in-
corporali animæ, vnde vacuæ rei solida propellere. Sed quomodo diuisi videntur in ho-
mine sensus corporales & intellectuales? ⁷² Corporalium aut rerum qualitates, vt terræ,
vt ignis, corporalibus sensibus renūtiari, vt tactui, vt visui. Incorporalium verò intel-
lectualibus conueniri, vt benignitatis, vt malignitatis. Itaque incorporalem esse ani-
mam cōstat, cuius qualitates non corporalibus, sed intellectualibus sensibus comprehē-
datur. Planē, si non huius definitionis gradū excluderem. Ecce enim incorporalia ostendo
corporalibus sensibus subiici, sonū auditui, colorem conspectui, odorē odoratui: quorū
exem-

D exemplo etiā anima corpori accedit, ne dicas idcirco ea per corporales renūtiari sensus,
quia corporalibus accedant. Igitur si constat incorporalia quoque à corporalibus cōpre-
hēdi, cur non & anima quæ corporalis, ab incorporalibus renūtiatur? Certè definitio ex-
clusa sit. ⁸¹ De insignioribus argumētationibus erit etiā illa, quod omne corpus corpora-
libus ali iudicant. Animam verò vt incorporalē, incorporalibus, sapiētiae scilicet studiis.
Sed nec hic gradus stabit, etiā ⁸² Sorano methodicæ medicinæ instructissimo auctore re-
spondente animā corporalibus quoque; ali: deniq; deficiētē à cibo plerūq; fulciri. Quid-
ni? quo adempto in totū dilabitur ex corpore. Ita etiā ipse Soranus plenissimē super ani-
ma commentatus quatuor voluminibus, & cum omnib⁹ Philosophorū sententiis exper-
tus, corporalem animæ substantiam vindicat, etsi illā immortalitate fraudauit. Non enim
omniū est credere, quod Christianorum est. Sicut ergo Soranus ipse rebus ostēdit animā
corporalibus ali, proinde & Philosophus exhibeat illam incorporalibus pasci. ⁸³ sed nemo
vnquam cūctanti de exitu Animæ mulsam aquam de eloquio Platonis infudit, aut micas
de minutiloquio Aristotelis inferfit. Quid autem facient tot ac tantæ animæ ⁸⁴ Rupicum
& barbarorū, quibus alimenta sapientiæ defunt, tamen indocta prudentia pollēt, & sine
academiis & porticib⁹ Atticis & carcerib⁹ Socratis: deniq; icinātes à Philosophia nihil
lominus viuunt. Nō enim substantiæ ipsi alimēta proficiūt studiorū, sed disciplinæ, ⁸⁵ quia
nec opimiorē animam efficiūt, sed ornatiorem. Benē autem quod ⁸⁶ & artes Stoici cor-
porales adfirmant. Aded sic quoque anima corporalis, si & artibus ali creditur, sed enormis
intentio Philosophiæ solet plerūq; nec prospicere pro pedibus. ⁸⁷ Sic Thales in puteū. so-
let & sententias suas non intelligendo, valetudinis corruptelam suspicari. Sic Chrysippus
ad elleborum: tale aliquid opinor ei accidit, ⁸⁸ quū duo in vnū corpora negauit, alienata à
prospectu & recogitatu prægnantū, quæ non singula quoridie corpora, sed & bina & ter-
na in vnus vteri ambitu perferunt. ⁸⁹ Inuenitur etiā in iure ciuili Græca quædā quinionē
enixa filiorū, semel omniū mater, vnici foetus parēs multiplex, vnici vteri puerpera nume-
rosa, quæ tot stipata corporibus, penē dixerim populo, sextū ipsa corpus fuit. vniuersa cō-
ditio restabitur corpora de corporibus processura iam illic esse vnde procedunt: secūdum
sit necesse est quod ex alio sit. Nihil porro ex alio est, nisi dum gignitur, sed tunc duo sunt.
[⁹⁰ Quantum ad Philosophos satis hæc, quia quantum ad nostros ex abundantia, quibus
corporalitas animæ in ipso Euangelio relucebit. ⁹¹ Dolet apud inferos anima cuiusdam, &
punitur in flamma, & cruciatur in lingua, & de digito animæ foelicioris implorat solatium
roris. imaginem existimas exitum illum pauperis letantis, & diuitis merentis? ⁹² & quid
illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Sed etsi imago credenda est, testimoniū erit
veritatis. Si enim non haberet anima corpus, non caperet imago animæ imaginem cor-
poris: nec mentiretur de corporalibus membris scriptura, si non erant. Quid est autem il-
lud quod ad inferna transfertur post diortium corporis, quod detinetur illic, quod in
diem iudicij reseruetur, ⁹³ ad quod & Christus moriendo descendit, puto, ad animas Pa-
triarcharum, sed quamobrem si nihil anima detinet sub terris? ⁹⁴ Nihil enim si nō corpus:
incorporalitas enim ab omni genere custodiæ libera est, immunis à pœna & à fouela. Per
quod enim punitur aut fouetur, hoc erit corpus; ⁹⁵ reddā de isto plenius & opportunius.
Igitur si quid tormenti siue solatiij anima præcepit in carcere seu diuersorio inferū, in
igni, vel in sinu Abrahæ, probata erit corporalitas animæ. Incorporalitas enim nihil pati-
tur, non habens per quod pati possit: Aut si habet, hoc erit corpus. ⁹⁶ Inquantū enim om-
ne corporale passibile est, intātum quod passibile est, corporale est. ⁹⁷ Abruptū alioquin
& absurdum idcirco quid de corporalium eximere censu, ⁹⁸ quia ceteris corporalibus exē-
plis non adæquet: vbi proprietatum priuata discrimina, per quæ magnificētia auctoris ex-
operum eorūdem diuersitate signatur, vt sint tā discreta quàm paria, tam amica quàm &
æmula. ⁹⁹ Siquidem & ipsi Philosophi ex contrariis vniuersa constare condicūt secundū
amicitiā & inimicitia Empedoclis. Sic igitur etsi corporalia incorporalibus obiacēt, ipsa
quoque ita inter se differūt, vt differentiæ species eorū ampliet, nō genus mutet: vt sint corpo-
ralia, sic multa in Dei gloria, dū varia: sic varia, dū diuersa: sic diuersa, dū his alij qualitatū
sensus, alij illis: dū his alia alimenta, alia illis: dū hæc inuisibilia, illa visibilia: dum hæc gra-
uia, illa leuia. Aiunt enim & idcirco animam incorporalem renūtiandam, ¹⁰⁰ quia digres-
sa ea, grauiora efficiantur corpora defunctorum, cū leuiora esse deberēt, vnus corporis
pondere exempto, si anima corpus. Quid enim, inquit Soranus, si mare negent corpus,
quia extra mare immobilis & grauis nauis efficitur? Quanto ergo validius corpus animæ,

VII.
LIII. 16.

VIII.

Apoc. 6.
ac 20.
1x.

Apoc. 1.

2. Cor. 16.

Luc. 11.
Apoc. 6.
Gen. 1.

quod tanti postea ponderis corpus leuissima mobilitate circūfert? Ceterum etsi inuisibilis anima, & pro conditione corporis sui, & pro proprietate substantiæ, & pro natura etiam eorum quibus inuisibilis esse sortita est. Solem noctuæ nesciunt oculis: aquilæ ita sustinent, ut natorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicent: alioqui non educabunt, ut degenerem, quem solis radius auerterit: est ideo alteri quid inuisibile, alteri non, quod non ideo incorporale sit, quia non ex aquo vis valet. Sol enim corpus, siquidem ignis: sed quod aquila cōstitatur, neget noctua, non tamen præiudicans aquilæ, tantundem & animæ corpus inuisibile carni si fortè, spiritui verò visibile: sic Ioannes in spiritu Dei factus, animas martyrum conspicit. Quum animæ corpus adferimus propriæ qualitatis & sui generis: iam hæc conditio proprietatis de ceteris accidentibus corpulentia præiudicauit, ut hæc adesse, quæ corpus ostendamus, sed & ipsa sui generis pro corporis proprietate, aut etsi non adint, hoc esse proprietatis non adesse corpori animæ, quæ corporibus & ceteris adint. Et tamen non inconstanter profitebimur solenniora quæque, & omnimodò debita corpulentia, adesse animæ quoque, ut habitum, ut terminum, ut illud trisarium distantium, longitudinem dico, & latitudinem, & sublimitatē, quibus metantur corpora Philosophi. Quid nunc quoddam effigiem animæ damus, Platone nolente, quasi periclitetur de animæ immortalitate: Omne enim effigiatum compositum & structile adfirmat. Dissolubile autem omne compositiū & structile: sed animam immortalē. Igitur indissolubilem quàm immortalē, & ineffigiatam quàm indissolubilem. Ceterum compositiā & structilem, si effigiatam, tanquā alio eam modo effigians intellectualibus formis: pulchram iustitia & disciplinis Philosophiæ, deformem verò contrariis artibus. Sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas, non tantum ex fiducia corporalitatis per æstimationem, verum & ex constantia gratiæ per reuelationem. Nam quia spiritalia charismata agnoscim⁹, post Ioannē quoque Prophetiam meruimus & consequi. Est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, quas in Ecclesia inter Dominica solennia per extasin in spiritu patitur, conuersatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit sacramenta, & quorundam corda dinoscit, & medicinas desiderantibus submittit. Iam verò prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur: ita inde materiæ visionibus subministrantur. fortè nescio quid de anima differueramus, cum ea foror in spiritu esset. Post transacta solēnia dimissa plebe, quo vsu solet nobis renuntiare quæ viderit (nam & diligentissimè digeruntur, ut etiam probentur) inter cetera, inquit, ostēsa est mihi anima corporaliter, & spiritus videbatur, sed non inanis & vacuæ qualitatis, immò quæ etiam teneri repromitteret tenera & lucida & aërei coloris, & forma per omnia humana, hæc visio est. Deus testis, & Apostolus charismatum in Ecclesia futurorum idoneus sponsor, tu nisi res ipsa de singulis persuaserit, ne credas. Si enim corpus anima, sine dubio inter illa quæ supra sumus professi. Proinde & coloris proprietates omni corpori adheret, quem igitur alium animæ æstimabis colorem, quàm aëreum ac lucidum? non ut aër sit ipsa substantia eius, etsi hoc Ænesidemo visum est & Anaximeni, puto secundum quosdam & Heraclito: nec ut lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi. Nam & cerauneis gemmis non ideo substantia ignita est, quod coruscet rutilato rubore, nec beryllis ideo aquosa materia est, quod fluctuent colato nitore. Quanta enim & alia color sociat, natura dissociat: Sed quoniam omne tenue atque perlucidum aëris emulū est, hoc erit anima quæ flatu est & spiritus tradux. Siquidem præ ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis periclitatur. Sic & effigie de sensu iā tuo concipe, non aliā animæ humanæ deputandā præter humanam, & quidem eius corporis quod vnaquæque circumtulit. Hoc nos sapere interim primordij contemplatio inducat. Recogita enim, cum De⁹ flasset in faciem hominis flatū vitæ, & factus esset homo in animam viuā, totum utique per faciem statim flatum illum in interiora trāsmisissum, & per vniuersa corporis spatia diffusum, simulque diuina aspiratione densatum, omni intus linea expressum esse, quæ densatum impleuerat, & velut in forma gelasse. Inde igitur & corpulentia animæ ex densatione solidata est, & effigies expressione formata. Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus: habēs & ille oculos & aures suas, quibus populus Dominū audire & videre debuerat, habēs & ceteros artus, per quos & in cogitationibus vitur, & in somnis fungitur. Sic & diuiti apud inferos lingua est, & pauperi digitus, & sinus Abrahæ. Per has lineas & animæ martyrum sub altari intelliguntur. A primordio enim in Adam concreta

A & configurata corpori anima, ut totius substantiæ, ita & conditionis istius semen efficit. Pertinet ad statum fidei, simplicem animam determinare secundum Platonem, id est, vniiformem duntaxat substantiæ nomine. Viderint artes & disciplinæ, viderint & effigies. Quidam enim volunt aliam illi substantiam naturalem inesse spiritum, quasi aliud sit viuere, quod venit ab anima; aliud spirare, quod fiat à spiritu. Nam & Animalibus non omnibus vtrūque adesse. Pleraque enim viuere solummodò, non etiam spirare, eo quod non habeant organa spiritus, pulmones & arterias. Quale est autem in examinatione humanæ animæ culicis atque formicæ argumenta respicere, quādo & vitalia pro cuiusque generis dispositione, omnibus propria animalibus temperauerit artifex Deus, ut nullā inde cōiectura captāda sit. Nā neq; homo si pulmonib⁹ & arteriis struct⁹ est, idcirco aliudē spirabit, aliudē viuet: neq; formica, si mēbris huiusmodi caret, idcirco negabitur spirare, quasi solummodò viuens. Cui verò tantū paruit in Dei opera, ut alicui hæc deesse præsumptio? Herophilus ille medicus, aut Ianius, qui sexcentos exsecuit ut naturam scrutaretur, qui hominē odiit ut nosset, nescio an omnia interna eius liquidò explorarit, ipsa morte mutante quæ vixerant, & morte non simplici: sed ipsa inter artificia executionis errantes Philosophi pro certo renuntiauerunt culicibus & formicis & tineis deesse pulmones & arterias. dic mihi inspector curiosissime, oculos habent ad videndum? Atquin & pergunt quò volunt, & vitant & adpetunt quæ videndo sciunt, designa oculos, denota pupillas. Sed & exedunt tinxæ; demonstra mandibulas, deprome genuinos. Sed & personant culices, ne in tenebris quidem aurium cæci; tubam pariter & hiantiam oris illius ostende. Quoduis animal vnus licet puncti, aliquo alatur necesse est; exhibeas pabuli transmittendi, decoquendi, defæcandique membra. Quid ergo dicemus? Si per hæc viuatur, erunt hæc in omnibus utique quæ viuunt, etsi non videntur, etsi non adprehenduntur pro mediocritate: hoc magis credas, si Deum recogites tantum artificem in modicis, quantum & in maximis. Si verò non putas capere tam minuta corpuscula Dei ingenium, sic quoque magnificentiam eius agnoscas, quod modicis animalibus, sine necessariis membris nihilominus viuere instruxerit, saluo etiam visu sine oculis, & esu sine denticulis, & digestu sine alucis, quemadmodum & incedunt quædam sine pedibus manante impetu, quod angues: & insurgente conatu, quod vermes: & spumante reptatu, quod limaces. Ita & spirari cur non putes sine pulmonum follibus, & sine fistulis arteriarum? ut pro magno amplectaris argumento, idcirco animæ humanæ spiritum accedere, quia sint quæ spiritu careant; & idcirco ea spiritu carere, quia flaturalibus artibus structa non sint. Viuere sine spiritu existimas aliquid, spirare sine pulmonibus non putas? Quid est, oro te, spirare: flatum, opinor, ex semetipso agere. Quid est non viuere? flatū, opinor, ex semetipso non agere. Hoc enim respondere debebo, si non idem est spirare quod viuere. Sed mortui erit non agere flatum: ergo viuētis est agere flatum. Sed & spirantis est agere flatum; ergo & spirare viuētis est. Vtrumque si sine anima decurrere potuisset, non fuisset animæ spirare, sed solummodò viuere. At enim viuere spirare est, si & spirare viuere. Sic ergo totum hoc & spirare & viuere, eius est cuius & viuere, id est, animæ. Denique si separas spiritum, naturam separa, & opera. Agant in discreto aliquid ambo, seorsum anima, seorsum spirit⁹: anima sine spiritu viuatur, spiritus sine anima spiret; alterum relinquat corpora, alterū remaneat, mors & vita conueniant. Si enim duo sunt anima & spiritus, diuidi possunt, ut diuisione eorum alterius discedentis, alterius manentis, mortis & vitæ concursus eueniat. Sed nullo modo eueniet: ergo duo non erunt quæ diuidi non possunt concreta. Si aliud est viuere, aliud spirare, distinguunt substantias opera: & quanto nunc firmitus est, ut vnum credas, cum distantiam non das, ut ipsa sit anima spiritus, dum ipsius est spirare, cuius & viuere. Quid enim si diem aliud haberi velis, aliud lucem quæ accidat diei, cum dies ipsa lux sit? Planè erunt & alia genera lucis, ut ex ignium ministerio: Erunt enim & aliæ spiritus species, ut ex Deo, ut ex diabolo. Ita cum de anima & spiritu agitur, ipsa erit anima spiritus, sicut ipsa dies lux. Ipsum est enim quid, per quod est quid. Sed ut animam spiritum dicam, præsentis quæstionis ratio compellit, quia spirare alij substantiæ adscribitur: hoc dum animæ vindicamus, quam vniiformem & simplicem agnosceimus, spiritum necesse est certa conditione dicamus: non status nomine, sed actus, nec substantiæ titulo, sed operæ, quia spirat, non quia spiritus propriè est. nam & flare, spirare est. Ita & animā, quam flatum ex proprietate defendimus, spiritum nunc ex necessitate prouinciamus. Ceterum aduersus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex Dei flatu contendit, fla-

tum propriè tuemur. Ille enim aduersus ipsius scripturæ fidem statum in spiritû vertit: vt dum incredibile est spiritum Dei in delictû, & mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur quàm ex Dei spiritu. Idcirco nos & illic statum eam defendimus, nõ spiritum, secûdum scripturam, & secûdum spiritus distinctionem: & hîc spiritum ingratîs pronuntiamus, secûdum spirandi & standi conditionem, illic de substantia quæstio est, spirare enim substantiæ actus est. Nec diutius de isto, nisi propter hæreticos, qui nescio quod spiritale semen infulciunt animæ de Sophiæ matris occulta liberalitate conlatum, ignorante factore; quum scriptura factoris magis Dei sui conscia, nihil amplius promulgauerit, quàm Deum statem in faciem hominis statum vitæ, & hominem factum in animam viuam, per quam exinde & viuat & spiret: satis declarans differentias spiritus & animæ in sequentibus instrumentis, ipso Deo pronuntiantes: ¹⁴¹ Spiritus ex me prodiuit, & statum omnem ego feci. & anima enim status factus ex spiritu. Et rursus, ¹⁴² Qui dedit statum populo super terram, & spiritum calcantibus eam. Primò enim anima, id est, status populo in terra incedenti, id est, in carne carnaliter agentî. Postea spiritus eis qui terram calcant, id est, opera carnis subigunt: ¹⁴³ quia & Apostolus non primùm quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. ¹⁴⁴ Nam, etsi Adam statim prophetauit magnum illud sacramentum in Christû & Ecclesiã: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adglutinabit se vxori suæ, & erunt duo in vnã carnem: accidentiam spiritus passus est, cecidit enim extasis super illum, sancti spiritus vis operatrix Prophetiæ. Nam & malus spiritus accidens res est. Denique Saulem tam Dei spiritus postea vertit in alium virum, id est, in Propheten, cum dictum est, Quid hoc filio Ciszã & Saul in Prophetis: quàm & malus spiritus postea euerit in alium virum, in apostatam scilicet. Iudam quoque aliquandiu cum electis deputatum vsque ad loculorum officium, etsi iam fraudatorem, traditorem tandem nondum, postea diabolus intrauit. Igitur si neque Dei, neque diaboli spiritus ex natiuitate conferitur animæ, solam eam constat ante euentum spiritus vtriusque, si solam & simplicem & vniformem substantiæ nomine, atque ita non aliudè spirantem quàm ex substantiæ suæ sorte. [¹⁴⁵ Proinde & animus, ¹⁴⁶ siue mens est, vsq; apud Græcos, non aliud quid intelligimus, quàm suggestum animæ ingenitum & insitum & natiuitus, proprium, quo agit, quo sapit, quæ secum habens ex semetipsa, se cõmoueat in semetipsa, atque ita moueri videatur ab illo tanquã substantia alia, vt volunt ¹⁴⁷ qui etiam vniuersitatis motatorem animum decernunt, ¹⁴⁸ illum Deum Socratis, ¹⁴⁹ illum Valètini Monogenem ex patre *Θέσφα*, & matre *Εμολα*, ¹⁵⁰ quãuis Anaxagoræ turbata sententia est. Initium enim omnium commentatus animus, ¹⁵¹ & vniuersitatis oscillum de illius axe suspendens, purumque eum adfirmas, & simplicem & incommiscibilem, hoc vel maximè titulo segregat ab animæ cõmissione, & tamen eundè alibi animam edicit. ¹⁵² Hoc etiam Aristoteles denotauit, nescio an sua paratior implere quàm aliena inanire. ¹⁵³ Denique & ipse definitionem animi quum differret, interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinû, quem rursus & impassibilem subostendens, abstulit & ipse eum à consortio animæ. Cum enim animam passibilem constet eorû quæ sortita est pati, aut per animum, & cum animo patietur: si concreta est animo, non potest animus impassibilis induci: aut si nõ per animû, nec cû animo patietur anima, nõ erit cõcreta illi cû qua nihil, & cui nihil patitur. Porro si nihil per illû, & cû illo anima patietur, iam nec sentiet, nec sapiet, nec mouebitur per illû, vt volût. ¹⁵⁴ Nã & sensus passiones facit Aristoteles. Quidni? & sentire enim pati est, quia pati sentire est. Proinde & sapere sentire est, & moueri sentire est: ita totû pati est. Videmus autè nihil istorû animã experiri, vt non & animo deputetur, quia per illum & cum illo transigitur. Iã ergo & cõmiscibilis est animus aduersus Anaxagoram, & passibilis aduersus Aristotelem. Ceterùm si discretio admittitur, vt substantia duæ res sint, animus atque anima, alterius erit & passio, & sensus, & sapor omnis, & actus, & motus: alteri? autè otium, & quies, & stupor, & nulla iã causa, & aut anim? vacabit, aut anima. Quod si cõstat ambobus hæc omnia reputari, ergo vnû erunt vtrumque, ¹⁵⁵ & Democritus obtinebit, differentiã tollens, & quæretur quomodo vnum vtrumque ex duarum substantiarum confusione, an ex vnius dispositione. Nos autè animum ita dicimus animæ concretum, non vt substantiæ alium, sed vt substantiæ officium. [¹⁵⁶ Ad hoc dispicere superest, principalitas vbi sit, id est, qui cui præest, vt cuius principalitas apparuerit, illa sit substantiæ massa. Id autem cui massa substantiæ præerit, in officium naturale substantiæ deputetur. Enimuerò quis non animæ dabit summam omnem, cuius nomine

A nomine totius hominis mentio titulata est. ¹⁵⁷ Quantas animas pasco (ait diues) non animos: Et animas saluas optat gubernator, nõ animos: Et rusticus in opere, & in prælio miles, animam se, non animum ponere adfirmat. Cuius nominatiora pericula aut vota sunt, animi an animæ? Quid autem agere dicuntur moribûdi, animum an animã? Ipsi postremò Philosophi ipsiq; Medici quãuis de animo quoq; disputarent, ¹⁵⁸ faciẽ tamen operis frõtemq; materię de anima vnusquisq; proscipit. Vt autem & à Deo discas, ¹⁵⁹ animã Deus semper adloquitur, animã cõpellat atq; aduocat, vt animû sibi aduertat. ¹⁶⁰ Illam saluam venit facere Christus, illam perdere in gehenam cõminatur, illã pluris fieri vetat, illam & ipse bonus pastor pro pecudibus suis ponit. Habes animæ principalitatẽ, habes in illa & substantiæ vnionem, cuius intelligam instrumetum esse animum, nõ patrociniû. [¹⁶¹ Singularis alioquin & simplex, & de suo tota est nõ magis instructilis aliudè quàm diuisibilis ex se, quia nec dissolubilis. ¹⁶² Si enim structilis, & dissolubilis: si dissolubilis, iam non immortalis. Itaq; quia iã nõ mortalis, neq; dissolubilis, neq; diuisibilis. Nam & diuidi dissolui est, & dissolui mori est. ¹⁶³ Diuiditur autè in partes, ¹⁶⁴ nũc in duas à Platone, ¹⁶⁵ nũc in tres à Zenone, ¹⁶⁶ nũc in quinq; & in sex à Panatio, ¹⁶⁷ & in septẽ à Sorano, ¹⁶⁸ etiã in octo penes Chryssipũ, ¹⁶⁹ etiã in nouẽ penes Apolophanẽ, ¹⁷⁰ sed & in decẽ apud quosdã Stoicorum, ¹⁷¹ & in duas amplius apud Posidoniũ, qui à duobus exorsus titulis, principali quod aiut *ἡγεμονικόν*, & à rationali, quod aiunt *λογικόν*, in duodecim exinde profecuit: ¹⁷² ita in alias ex alijs species diuidunt animã. Huiusmodi autem nõ tam partes animæ habebuntur, quàm vires & efficacię & operæ, ¹⁷³ sicut de quibusdã & Aristoteles iudicauit. Nõ enim membra sunt substantiæ animalis, sed ingenia: vt motorium, vt actoriũ, vt cogitatorium, & si qua in hunc modum distinguunt, vt & ipsi illi quinq; notissimi sc̄sus, visus, auditus, gustus, tactus, odoratus. Quibus omnibus etsi certa singulis domicilia in corpore determinauerunt, non idcirco hæc quoq; distributio animæ ad animæ sectiones pertinebit, quando ne ipsum quidem corpus ita diuidatur in membra, vt isti volunt animã. Atquin ex multitudine membrorũ vnũ corpus efficitur, vt cõcretio sit potius ipsa diuisio. ¹⁷⁴ Specta porterosissimam Archimedis munificentiã, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot cõpagines, tot itinera vorum, tot compendia sonorũ, tot cõmercia modorum, tot acies tibiarum, & vna moles erunt omnia. Sic & spiritus qui illic de tormento aquæ anhelat, non idèõ separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera verò diuisus. ¹⁷⁵ Non longè hoc exemplum est à Stratone & Ænesidemo & Heraclito: ¹⁷⁶ nam & ipsi vnitatem animæ tuentur, quæ in totum corpus diffusa, & vbique ipsa velut status in calamo per cauernas, ita per sensualia variis modis emicet, nõ tam concisa quàm dispensata. Hæc omnia quibus titulis nuncupentur, & quibus ex se diuisio deriuetur, & quibus in corpore metationibus sequestratur, Medici potius tũ Philosophi considerabunt, nobis pauca conuenient. [¹⁷⁷ In primis an sit aliquis summus in anima gradus vitalis & sapientialis, quod *ἡγεμονικόν* appellant, id est principale, quia si negetur, totus animæ status periclitatur. Denique qui negant principale, ipsam prius animam nihil censuerunt, ¹⁷⁸ Messenius aliquis Dicæarchus, ¹⁷⁹ ex Medicis autem Andreas ¹⁸⁰ & Asclepiades ita abstulerunt principale, dum in animo ipso volût esse sensus, quorum vindicatur principale. Asclepiades etiam illa argumentatione vectatur, quod pleraque animalia adeptis eis partibus corporis, in quibus plurimũ existimatur principale consistere, & in super viuãt aliquatenus, & sapiant nihilominus: vt muscæ & vespẽ & locustę, si capita decideris: vt capræ, & testudines, & anguillæ, si corda detraxeris: itaque principale nõ esse. Quod, si fuisset amissus cum suis sedibus vigor animæ, nõ perseueraret. ¹⁸¹ Sed plures & Philosophi aduersus Dicæarchũ Plato, Strato, Epicurus, Democritus, Empedocles, ¹⁸² Socrates, ¹⁸³ Aristoteles: & Medici aduersus Andream & Asclepiadẽ Herophilus, Erasistratus, ¹⁸⁴ Diocles, Hippocrates, & ipse Soranus: ¹⁸⁵ Iãmq; omnibus plures Christiani, qui apud Deum de vtroque deducimur, & esse principale in anima, & certo in corporis recessu cõsecratum. ¹⁸⁶ Si enim scrutatorem & dispectorem cordis Deum legimus; ¹⁸⁷ si etiam Prophetes eius occulta cordis traducendo probatur, si Deus ipse recogitatus ¹⁸⁸ cordis in populo præuenit, ¹⁸⁹ Quid cogitatis in cordibus vestris nequã? Si & David: Cor ¹⁹⁰ mundũ cõde in me Deus. Et Paulus, Corde, ait, credi in iustitiã. Et Ioã. Corde, ait, suo vnũquenq; reprehedi. Si postremò, Qui viderit feminã ad concupiscẽdũ, iam adulterauit in corde: Simul vtrumque dilucet, & esse principale in anima, quod intentio diuina conueniat, id est vim sapientialem atque vitalem: quod enim sapit, viuendum est: & in

eo thesauro corporis haberi, ad quem Deus respicit: ¹⁹⁹ ut neque extrinsecus agitari put^{ES} principale istud secundum Heraclitum, ²⁰⁰ neque per totum corpus ventilari secundum Moschionem, ²⁰¹ neque in capite concludi secundum Platonem, ²⁰² neque in vertice potius praesidere secundum Xenocratem, ²⁰³ neque in cerebro cu bare secundum Hippocratem, ²⁰⁴ sed nec circa cerebri fundamentum ut Herophilus, ²⁰⁵ nec in membranulis ut Strato ²⁰⁶ & Erasistratus, ²⁰⁷ nec in superciliorum meditullio ut Strato Physicus, ²⁰⁸ nec in tota lorica pectoris ut Epicurus, ²⁰⁹ sed & quod Ægyptij renuntiauerunt ei qui diuinarum commentatores videbantur, ²¹⁰ & ille versus Orphei vel Empedoclis: Nāq; hominis sanguis circumcordialis est sensus, ²¹¹ etiam Protagoras, ²¹² etiam Apollodorus ²¹³ & Chrysippus hæc sapiunt, ut vel ab istis retusus Asclepiades capras suas quarat sine corde balantes, & muscas suas abigat sine capite volitantes: & omnes iam sciāt se potius sine corde & cerebro viuere, qui dispositionem animæ humanæ de conditione bestiarum præiudicauerint. [²¹⁴ Est & aliud ad fidem pertinens, ²¹⁵ quod Plato bifariam partitur animam, per rationalem & irrationalem. Cui definitioni & nos quidem adplaudimus, ²¹⁶ sed non ut naturæ deputeretur vtrunque. Naturale enim rationale credendum est, quod animæ à primordio sit ingenitum, à rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale, quod Deus iussu quoque ediderit, nedū id quod propriè ad flatu suo emiseric: Irrationale autē posterius intelligendum est, ut quod acciderit ex serpentis instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, atque exinde inoleuerit & coadoleuerit in anima adinstar iam naturalitatis, quia statim in naturæ primordio accidit. ²¹⁷ Ceterum quum idem Plato solū rationale dicat, ut in anima Dei ipsius, si nos etiam irrationale naturæ adscripserimus, quam à Deo anima nostra sortita est, æquè irrationale de Deo erit: vtpotè naturale, quia naturæ Deus auctor est. Sed enim à diabolo immisio delicti: Irrationale autem omne delictum: Igitur à diabolo irrationale à quo & delictū, extraneum à Deo à quo est irrationale alienum. Proinde diuersitas horum ex distantia auctorum. Proinde cum Plato soli Deo segregans rationale, ²¹⁸ duo genera subdiuidit ex irrationali: ²¹⁹ indignatiuum quod adpellant θυμωδον, & concupiscentiium quod vocant, ἐπιθυμητικον: ut illud quidē commune sit nobis & leonibus, istud verò cum muscis, rationale porro cum Deo: video & de hoc mihi esse retractandum, propter ea quæ in Christo deprehenduntur. Ecce enim tota hæc trinitas & in Domino, & rationale quo docet quæ differit, quo salutis vias sternit: & indignatiuum, quo inuehitur in Scribas & Phariseos: & concupiscentiū, quo Pascha cum discipulis suis edere concupiscit. ²²⁰ Igitur apud nos non semper ex irrationali censenda sunt indignatiuum & concupiscentiū, quæ certi sumus in Domino rationaliter decucurrisse. ²²¹ Indignabitur Deus rationaliter, quibus scilicet debet, & concupiscet Deus rationaliter quæ digna sunt ipso. Nam & malo indignabitur, & bono concupiscet salutē. Dat & Apostolus nobis concupiscentiā. Si quis Episcopatum concupiscit, bonū opus concupiscit. Sed F bonum opus dicens, rationalem concupiscentiam ostendit. Concedit & indignationem. Quidni, quam & ipse suscepit: Vtinā & præcidatur, inquit, qui vos subuertit. Rationalis est indignatio quæ ex affectu discipline est. ²²² At quum dicit: Fuimus aliquādo natura filij iræ, irrationale indignatiū suggillat, quod nō sit ex ea natura quæ à Deo est, sed ex illa quam diabolus induxit, dominus & ipse dictus sui ordinis, Non potestis duobus dominis seruire: pater & ipse cognominatus, Vos ex diabolo patre estis: ne timeas & illi proprietatem naturæ alterius adscribere posterioris & adulteræ, ²²³ quem legis auenarū superfeminatorem, & frumētariæ segetis nocturnum interpolatorem. [²²⁴ Contingit nos illorum etiam quinque sensuum quæstio, quos in primis litteris discimus, quoniam & hinc aliquid hæreticis procuratur: Visus est, & auditus, & odoratus, & gustus, & tactus. ²²⁵ Horum fidem Academici durius damnant; ²²⁶ secundum quosdam, & Heraclitus & Diocles ²²⁷ & Empedocles. ²²⁸ Certè Plato in Timæo irrationale pronuntiat sensualitatē, & opinioni cōplicitam. ²²⁹ Itaq; mendaciū visui obicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos adseuerat aduersus conscientiam integritatis, quod turre quadrangulatam de longinquo rotundā persuadeat, quod æqualissimā porticū angustiorē in ultimo infamet, quod cœlū tanta sublimitate suspensum mari iungat. ²³⁰ Perinde auditus fallaciæ reus. Ut cum cœleste murmur putam⁹, & plaustrū est: vel tonitru meditare, pro certo de plaustro credimus sonitū. Sic & odoratus & gustus arguuntur, siquidē eadē vngueta, eadēmq; vina posteriore quoque vsu depreciantur. Sic & tactus reprehenditur; siquidem eadem pauimenta manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur, & in lauacris idem calidus lacus

xvi.

Gen. 1.

Gen. 2.

1. Tim. 3.

Gal. 5.

Ephes. 2.

Math. 6.

Ioan. 8.

Math. 13.

xvii.

fer-

A feruentissimus primò, dehinc téperatissimus renūciatur. Ad eò inquit, sic quoque fallimur sensibus, dum sententias vertimus. ²³¹ Moderantiùs Stoici nō omnem sensum, nec semper, de mendacio onerāt. Epicurei constantiùs parem omnibus atque perpetuā defendunt veritatem, sed alia via. Non enim sensum mentiri, sed opinionem. Sensum enim pati, non opinari; animam enim opinari. Absciderunt & opinionem à sensu, & sensum ab anima. Et vnde opinio, si non à sensu? Denique nisi visus rotundam senserit turrem, nulla opinio rotunditatis. Et vnde sensus, si non ab anima? Denique carens anima corpus carebit & sensu. Ita & sensus ex anima est, & opinio ex sensu, & anima totū. Ceterum optimè proponetur esse utique aliquid, quod efficiat aliter quid à sensibus renuntari, quàm sit in rebus. Porro si potest id renuntari quod non sit in rebus, cur non perinde possit per id renuntari quod non sit in sensibus, sed in his rationibus quæ interueniant suo nomine? Atque ad eò licebit eas recognosci. ²³² Nam ut in aqua remus inflexus vel infractus appareat, aqua in causa est. Denique extra aquā integer visui remus. Teneritas autem substantiæ illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout ista seu mota est, ita & imaginē vibrās euertit lineam recti. Item ut turris habitus eludat, interualli cōditio compellit in aperto, æqualitas enim circumfusi aëris pari luce vesties angulos, obliterat lineas. Sic & vniformitas porticus acuit in fine, dum acies in concluso stipata illic tenuatur quò & extēditur. Sic & cœlum mari vnitur, vbi visio absumitur; quæ quamdiu viget, tamdiu diuidit.

B ²³³ Auditum verò quid aliud decipiet, quàm sonorum similitudo? ²³⁴ Et, si postea minus spirat vnguētū, & minus sapit vinū, & minus lacus feruet, in omnibus fermè prima vis tota est. ²³⁵ Ceterū de scabro ac læui merito manus ac pedes tenera scilicet & callosa mēbra dissentiūt. Igitur hoc modo nulla sensuū frustratio causa carebit. Quod si causæ fallit sensus, & per sensus opiniones: iā nec in sensibus cōstituēda fallacia est qui causas sequuntur, nec in opinionibus quæ à sensibus diriguntur sequentibus causas. Qui insaniunt, alios in aliis vidēt, ²³⁶ vt Orestes matrem in sorore, & ²³⁷ Ajax Vlysses in armēto, ²³⁸ vt Athamas & Agave in filiis bestias. Oculis ne hoc mēdaciū exprobrabis, an furiis? Qui redundātia fellis auruginant, amara sunt omnia. Num ergo gustui præuaricationem exprobrabis, an valetudinem? Omnes itaque sensus euertuntur, vel circunueniuntur ad tempus, vt proprietate fallaciæ careant. Immo iam ne ipsis quidem causis adscribendum est fallaciæ elogium. Si enim ratione hæc accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur. quod sic fieri oportet, mendacium non est. Itaque si & ipsæ causæ infamia liberantur, quanto magis sensus, quibus iam & causæ liberè præeunt: cum hinc potissimum & veritas & fides & integritas sensibus vindicanda sit, quod non aliter renuntient, quàm quod illa ratio mādauit, quæ efficiat aliter quid à sensibus renuntari, quàm sit in rebus. Quid agis Academiae procastissime: totum vitæ statum euertis, omnem naturæ ordinē turbas, ipsius Dei prouidentiam excæcas, qui cunctis operibus suis intelligendis, incolendis, dispensandis, fruendisque fallaces, & mendaces dominos præfecerit sensus. An nō istis vniversa cōditio subministratur: An non per istos secūda quoque mundo instructio accessit, tot artes, tot ingenia, tot studia, negotia, officia, commercia, remedia, cōsilia, solatia, victus, cultus, ornatūsque: omnia totum vitæ saporem condierunt, dum per hos sensus solus omnium homo animal rationale dinoscitur intelligentiæ & scientiæ capax, & ipsius Academiae. ²³⁹ Sed enim Plato ne quod testimonium sensibus signet, propterea & in Phædro ex Socratis persona negat se cognoscere posse semetipsum, vt monet Delphica inscriptio. ²⁴⁰ Et in Theæteto adimit sibi scire, atque sentire. ²⁴¹ Et in Phædro post mortem differt sententiam veritatis, postumam scilicet: & tamen nondum mortuus philosophabatur. Non licet nobis in dubium sensus istos reuocare, ne & in Christo de fide eorum delibere: ne fortè dicatur, quod falsò Satanam prospectarit de cœlo præcipitatum: aut falsò vocem patris audierit de ipso testificatam: aut deceptus sit cum Petri focrum tetigit: aut alium postea vnguenti senserit spiritum, quod in sepulturam suam acceptauit: alium postea vini saporem, ²⁴² quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. Sic enim & Marcion phantasma cum maluit credere, totius corporis in illo dedignatus veritatem. Atquin ne in Apostolis quidem eius iudificata natura est. Fidelis fuit & visus & auditus in monte: fidelis & gustus vini illius, licet aquæ antè, in nuptiis Galilææ: fidelis & tactus, exinde creduli Thomæ. Recita Ioannis testationem: ²⁴³ Quod vidimus, inquit, quod audiimus, oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectauerunt, de sermone vitæ. Falsa utique testatio, si oculorum & aurium & manuum sensus natura mentitur.

XVIII. [³³⁴ Conuertor ad intellectuum partem, quemadmodum illam Plato à corporalibus separatam hæreticis commendauerit, agnitionem ante mortem consecutus. ³³⁵ Ait enim in Phædone: Quid tum erga ipsam prudentiæ possessionem? Vtrumne impedimentum erit corpus, an non, si quis illud socium adsumpserit in quæstione? Tale quid dico, habetne veritatem aliquam visio & auditio hominibus, an non? An non etiam Poëtæ hæc nobis semper obmuffant, quod neque audiamus certum, neque videamus? ³³⁶ Meminerat scilicet & Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda & caeca sunt. ³³⁷ Itaque rursus: illum ergo ait super sapere, qui mente maximè sapiat, neque visionem proponens, neque vllum eiusmodi sensum attrahens animo, sed ipsa mente sincera vtens in recogitando ad capiendum sincerum quodque rerum, si egressus potissimum ab oculis & auribus, & quo dicendum sit à toto corpore vt turbante, & non permittente animæ possidere veritatem, atque prudentiam quando communicat. Videmus igitur aduersus sensus corporales aliam portendi paraturam, vt multò idoneiorem, vires scilicet animæ, intellectum operantes eius veritatis, cuius res non sint coram, nec subiaceant corporalibus sensibus, sed absint longè à communi conscientia in arcano, & in superioribus, & apud ipsum Deum. ³³⁸ Vult enim Plato esse quasdam substantias inuisibiles, incorporeales, supermundiales, diuinas, & æternas: quas appellat Idæas, id est formas exemplares, & causas naturalium istorum manifestorum, & subiacentium corporalibus sensibus, & illas quidem esse veritates, hæc autem imagines earum. ³³⁹ Relucētne iam hæretica semina Gnosticorum & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiā corporaliū sensuum, & intellectualium virium, ³⁴⁰ quam etiā parabolæ decē virginum ad temperant: vt quinque stultæ sensus corporales figurauerint, stultos videlicet, quia conceptui faciles: sapientes autem intellectualium viriū notam expresserint, sapientium scilicet, quia contingentium veritatem, illam arcanam & supernam, ³⁴¹ & apud pleroma constitutam hæreticarum Idæarum sacramenta: hoc enim sunt & *αἰδώς*, & genealogiæ illorū. Itaque & sensum diuidunt: Et intellectualibus quidem à spiritali suo semine: sensualibus verò ab animali, quia spiritalia nullo modo capiat, & illi quidem esse inuisibilia: huius verò visibilia, & humilia, & temporalia quæ sensu conueniuntur, in imaginibus constituta. ³⁴² Ob hæc ergo præstruximus neque animum aliud quid esse, quàm animæ suggestū & structū: neque spiritum extraneum quid, quàm quod & ipsa per flatum. Ceterū accessioni deputandum, quod aut Deus postea, aut diabolus adspiraret. Et nunc ad differentiā sensualium & intellectualium non aliud admittimus, quàm rerum diuersitates: corporalium & spiritalium, visibilibus & inuisibilibus, publicatarum & arcanarum, quod illæ sensui, istæ intellectui attribuantur: apud animam tamen & istis & illis obsequio deputatis, quæ perinde per corpus corporalia sentiat, quemadmodum per animum incorporalia intelligat, saluo eo, vt etiā sentiat dum intelligit. Nō enim & sentire intelligere est, & intelligere sentire est. At quid erit sensus, nisi eius rei quæ sentitur intellectus: quid erit intellectus, nisi eius rei quæ intelligitur sensus? Vnde ista tormenta cruciandæ simplicitatis, & suspendendæ veritatis? Quis mihi exhibebit sensum non intelligentem quod sentit: aut intellectū non sentientem quod intelligit, vt probet alterum sine altero posse? Si corporalia quidem sentiuntur, incorporalia verò intelliguntur: rerū genera diuersa sūt, non domicilia sensus & intellectus, id est, non anima & animus. Deniq; à quo sentiuntur corporalia? Si ab anima, ergo iam & sensualis est animus, non tantum intellectualis. Nam dum intelligit, sentit: quia si non sentit, nec intelligit. Si verò ab anima corporalia sentiuntur, iam ergo & intellectus est vis animæ, non tantum sensualis. Nam dum sentit, intelligit: quia si non intelligit, nec sentit. Proinde à quo intelliguntur incorporalia? si ab animo, vbi erit anima? si ab anima, vbi erit animus? Quæ enim distant, abesse inuicem debent, cum suis muneribus operantur. Putabis quidem abesse animum ab anima, si quādo. Nam ita efficiunt, vt nesciamus nos vidisse quid, vel audisse: nec non audisse, ³⁴³ quia alibi fuerit animus: adeò contendam, immò ipsam animam nec vidisse, nec audisse, quia alibi fuerit cū sua vi, id est animo. Nā & quum dementit homo, dementit anima, non peregrinante, sed cōpatiente tunc animo. ³⁴⁴ Ceterū animæ principaliter casus est. Hoc vnde firmatur? quod anima digressa, nec animus in homine inueniatur. Ita illam vbique sequitur, à qua nec in fine subremanet. Quum verò sequitur & addicitur, perinde intellectus animæ addicitur, quam sequitur animus cui addicitur intellectus. sit nunc & potior sensu intellectus, & potior cognitio sacramentorum, dummodò & ipse propria vis animæ quod & sensus. Nihil

mea

A mea interest, nisi cum idcirco præfertur sensui intellectus, vt ex hoc quoque separatio habeatur, quo potior adfirmatur. Tunc mihi post differentiam etiam prælatio retundenda est, peruentura quoque vsque ad potioris Dei persuasionē. ³⁴⁵ Sed DE DEO SVO QVOQVE CAMPO EXPERIEMVR CVM HÆRETICIS. Nunc de anima titulus, & intellectu non insidiosè præferendo locus. Nam et si potiora sunt quæ intellectu attinguntur vt spiritalia, quàm quæ sensu, vt corporalia, rerum erit prælatio, sublimiorum scilicet aduersus humiliores, nō intellectus aduersus sensum. Quomodo enim præferatur sensui intellectus, à quo informatur ad cognitionem veritatum? Si enim veritates per imagines apprehenduntur, id est inuisibilia per visibilia noscuntur, quia & Apostolus nobis scribit: ³⁴⁶ Inuisibilia enim eius à conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur: ³⁴⁷ & Rom. I. Plato hæreticis, Facies occultorum ea quæ apparent, & necesse esse omnino hunc mundū imaginem quandā esse alterius alicuius, & quod sibi videtur intellectus duce vti sensu & auctore & principali fundamēto, nec sine illo veritates posse cōtingi: quomodo ergo potior erit eo per quem est, quo eget, cui debet totū quod attingit? Ita vtrumque concluditur: neque præferendum sensui intellectum; per quæ enim quid constat, inferius ipso est: neque separandum à sensu; per quod enim quid est, cum ipso est. ³⁴⁸ Sed ne illi quidem prætereundi, qui vel modico temporis viduant animam intellectu. Proinde enim viam sternunt postea inducendi eius, sic vt in anima scilicet proueniat intellectus. Volūt infantiam sola anima contineri: quæ tantummodò viuat, non vt pariter sapiat, quia nec omnia sapiant quæ viuant. ³⁴⁹ Denique arbores viuere, nec tamen sapere, secundum Aristotelē, ³⁵⁰ & si quis alius substantiam animalem in vniuersa communicat, quæ apud nos in homine priuata res est, nō modò vt Dei opus quod & cetera, ³⁵¹ sed vt Dei status quod hæc sola, quam dicimus cum omni instructu suo nasci. Et si ad arbores prouocamur, amplectemur exemplum. Si quidem & illis necdum arbutulis, sed stipitibus adhuc, & furculis etiam nunc, simul de scrobibus oriuntur, inest propria vis animæ. Verum pro tēporis ratione remoratur coalescens & coadulescens robori suo, donec ætas adimpleat habitum quo natura fungatur. ³⁵² Aut vnde mox illis & frutices inoculantur, & folia formantur, & germina instantur, & flosculi inornantur, & succi condiuntur: si non in ipsis omnis paratura generis quiescit, & partibus promotā grādescit? Inde igitur & sapiunt vnde viuunt, tā viuendi quàm sapiendi proprietate, & quidem ab infantia & ipsæ sua. ³⁵³ Video enim & vitā adhuc tenerā & impuberē, intelligentem tamē iam opera sua, & volētē alicubi adhærere, cum innixa & innexa proficiat. Deniq; nō expectata rustica disciplina, sine arūdine, ³⁵⁴ sine cornu, siquid attigerit, vltro amabit, ³⁵⁵ & quidē viriosius amplexabitur de suo ingenio quā de tuo arbitrio properat esse secura. Video & hederas, quātū velis premas, statim ad superna conari, & nullo præeunte suspēdi, quod malint parietib; inuehi textili sylua, quā humi teri voluntaria iniuria. Contra quibus de ædificio malè est, vt crescendo recedunt, vt refugium sentias ramos aliorum destinatos, & animationē arboris de diuortio parietis intelligas, contentæ sua paruitate, quam ex primordio prouidētissimi fructicis edidit, timentis etiam ruinam. Has ego sapientias & scientias arborum cur non contendam? Viuant vt Philosophi volunt, sapiant vt Philosophi nolunt: intelligant & infantiam ligni, quo magis hominis, ³⁵⁶ cuius anima velut furculus quidam ex matrice Adam in propagationem deducta, & genitalibus fœmine foueis commendata cū omni sua paratura, pullulabit tam intellectu quàm & sensu. ³⁵⁷ Mentior, non statim infans vt vitam vagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse atque intellexisse quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, & luce visum, & sono auditum, & humore gustum, & aëre odoratū, & terra tactum. Ita prima illa vox de primis sensuum vocibus, & de primis intellectuū pulsibus cogitur. Plus est quod de prospectu lacrymabilis vitæ quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur, quod etiam præsciens habenda sit ab ingressu natiuitatis, nedum intelligens. ³⁵⁸ Non enim exinde & matrem spiritu probat, & nutrice spiritu examinat, & gerulam spiritu agnoscit, fugiens extranea vbera, & recusans ignota cubilia, & neminem appetens nisi ex vsu? Vnde illi iudicium nouitatis, & moris, si non sapit? vnde illi & offendi & demulceri, si non intelligit? Mirum satis, vt infantia naturaliter animosa sit, non habens animum: & naturaliter adfectiosa sit, non habens intellectum. ³⁵⁹ At enim Christus ex ore lactentium & paruulorum expediendo laudem, nec pueritiam, nec infantiam hebetes pronuntiauit: quarum altera cum suffragio occurrens, testimonium ei potuit offerre, altera pro ipso trucidata vtrique vim sensit.

CC iij

XX.

[¹⁵⁰ Et hinc itaque concludimus, omnia naturalia anima vt substantia eius ipsi inesse, D & cum ipsa procedere atque proficere, ex quo ipsa censetur. ¹⁶¹ Sicut & Seneca sapè nos-
 ter; Inrita sunt nobis omnium artium & aratum semina: magisterque ex occulto Deus
 producit ingenia, ex seminibus scilicet insitis, & occultis per infantia, quæ sunt & intel-
 lectus. Ex his enim producuntur ingenia. Porro vt frugum seminibus vna generis cuius-
 que forma est, processus tamen varij. Alia integro statu euadunt, alia etiam meliora respõ-
 dent, alia degenerant pro cõditione cœli & soli, pro ratione operis & curæ, pro temporũ
 euentu, pro licentia casuum: ita & animam licebit semine vniforme, fœtu multiforme:
 nam & hinc etiam de locis interest. ¹⁶² Thebis hebetes & brutos nasci relatũ est: ¹⁶³ Athe-
 nis sapiendi dicendique acutissimos, vbi penes Colytum pueri mense citius eloquuntur
 præcoce lingua. ¹⁶⁴ Siquidem & Plato in Timæo Mineruam adfirmat, cum urbem illam
 moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse, talia ingenia pollicitam. ¹⁶⁵ Vn-
 de & ipse in Legibus Megillo & Clinia præcipit, condendæ ciuitati locum procuraret.
 Sed Empedocles causam argutæ indolis & obtusæ in sanguinis qualitate cõstituit, perfe-
 ctum ac profectum de doctrina disciplinæ deducit. Tamen vulgata iam res est genti-
 lium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt, ¹⁶⁶ Sallustius vanos Mauros, & fe-
 roces Dalmatas pulsat, mendaces Cretas etiam Apostolus inurit. Fortasse an & de corpo-
 re & de valetudine aliquid accedat. Opimitas sapientiam impedit, exilitas expedit, para-
 lysis mentem prodigit, phthisis feruat. quanto magis de accidentibus habebuntur, quæ
 circa corpulentiam & valentiam vel acuum, vel obrudunt. Acuum doctrinæ, disciplinæ,
 artes, & experientia, negotia, studia: obtundunt inscitia, ignauia, desidia, libidines, inex-
 perientia, otia, vitia. Super hæc si & alia quæ præfunt potestates: eniuero præfunt. Se-
 cundum nos quidem Dominus Deus, & diabolus amulus, secundum communem autẽ
 opinionẽ & prouidentia & FATVM & necessitas & fortuna & arbitrij libertas. Nam hæc
 & Philosophi distinguunt, ¹⁶⁷ ET NOS SECUNDVM FIDEM DISSERENDASVO
 IAM NOVIMVS TITVLO. Apparet quanta sint quæ vnã animæ naturam variè col-
 locarint, vt vulgò naturæ deputentur, quædo nõ species sint, sed sortes naturæ, & substã-
 tiæ vnus, illius scilicet quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit: atque
 adẽd sortis erunt, non species substantiæ vnus, id est varietas ista moralis quanta nũc est,
 tanta non fuerit in ipso principe generis Adam. Debuerat enim fuisse hæc omnia in illo,
 vt in fonte naturæ: atque inde cum tota varietate manasse, si varietas naturæ fuisset.

Tit. 1.

XXI.

Gen. 2.

Genes. 3.

Math. 3.
Ephes. 5.
Ephes. 2.
1. Cor. 6.
Luc. 6.
Math. 3.
Ibidem.

[¹⁶⁸ Quod si vniformis natura animæ ab initio in Adam ante tot ingenia: ergo non mul-
 tiformis, quia vniformis per tot ingenia; iam nec triformis ¹⁶⁹, vt adhuc trinitas Valenti-
 niana cædatur, quæ nec ipsa in Adam recognoscitur. quid enim spiritale in illo? ¹⁷⁰ si quia
 prophetauit magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam: Hoc os ex ossibus
 meis, & caro ex carne mea, vocabitur mulier: propterea relinquet homo patrem & ma-
 trẽ, & agglucinabitur mulieri suæ, & erunt duo in carnẽ vnã: hoc postea obuenit, ¹⁷¹ quum
 in illum Deus amentiam immisit, spiritalem vim qua cõstat Prophetia, si & malum in eo
 apparuit transgressionis admissum, nec hoc naturale deputandum est, quod instinctu ser-
 pentis operatus est. Tam non naturale, quam nec materiale, ¹⁷² quia & materiæ fidẽ iam
 exclusimus. Quod si nec spiritale, nec quod dicitur materiale, propriũ in illo fuit. Et si ex
 materia fuisset mali semen, superest vt solum in illo & vnicũ fuerit naturale, quod cõferur
 animale: quod statu simplex, & vniforme defendimus. De hoc planè relinquitur quæri,
 an demutabile debeat credi, quod naturale dicatur. ¹⁷³ Iidem enim conuertibilem ne-
 gant natu: am, vt trinitatem suam in singulis proprietatibus figant: quia arbor bona ma-
 los nõ ferat fructus, nec mala bonos, ¹⁷⁴ & nemo de spinis metat ficus, & de tribulis vuas.
 Ergo si ita est, neque de lapidibus filios Abrahæ suscitare poterit Deus, nec genimina vi-
 perarum facere pœnitentiæ fructus. ¹⁷⁵ Et errauit Apostolus scribens; Eratis & vos ali-
 quando tenebræ, & fuimus & nos aliquando natura filij iræ, & in his vos quoque fuistis,
 sed abluti estis. ¹⁷⁶ Sed nunquam discordabunt sententię sanctæ. ¹⁷⁷ Non dabit enim ar-
 bor mala bonos fructus, si non inferatur: & bona malos dabit, si non colatur. Et lapides
 filij Abrahæ fient, si in fidem Abrahæ formentur. ¹⁷⁸ Et genimina viperarũ fructum pœ-
 nitentiæ facient, si venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis diuinæ gratiæ, poten-
 tior vtique natura, ¹⁷⁹ habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem,
 quod *αὐτὴ ἐξ ὁμοίου* dicitur. quæ cum sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquo vertitur,
 natura conuertitur. Inesse autẽ nobis *τὸ αὐτὴ ἐξ ὁμοίου*, naturaliter, IAM ET MARCIONI

O STEN-

A O STENDIMVS ET HERMOGENI. Quid nũc si & naturæ conditio sic erit definienda,
 vt duplex determinetur, natorum & innatorum, factorum & insectorum. Atque ita
 quod natum factũque consistit, eius natura capiet demutationem; & renasci enim
 poterit & resciri. Innatum autem & insectum immobile stabit. ²⁰⁰ quod cum soli Deo cõ-
 petat, vt soli innato & insecto, & idcirco immortalis & inconuertibili, absolutum est, ce-
 terorum omnium natorum atque factorum cõuertibilem & demutabilem esse naturam,
 vt & si trinitas animæ ascribenda esset, ex mutatione accidentiæ, non ex institutione natu-
 ræ deputaretur. [²⁰¹ Cetera animæ naturalia iam à nobis audiit Hermogenes, cum ip-
 sorum defensione & probatione, per quæ Dei potius quam materiæ propinqua cogno-
 scitatem arbitrij, vt supra scripsimus, & dominationem rerum, & diuinationem interdum,
 seposita quæ per Dei gratiam obuenit ex Prophetia. Itaque iam ab isto dispositionis re-
 tractatu recedam, vt ordinem eius expungam. ²⁰² Definimus animam, Dei statu natam,
²⁰³ immortalem, ²⁰⁴ corporalem, ²⁰⁵ effigiatam, ²⁰⁶ substantia simplicem, ²⁰⁷ de suo pa-
 tientem, ²⁰⁸ variè procedentem, ²⁰⁹ liberam arbitrij, ²¹⁰ accidentis obnoxiam, ²¹¹ per
 ingenia mutabilem, ²¹² rationalem, dominatricem, ²¹³ diuinatricem, ²¹⁴ ex vna redun-
 dantem. Sequitur nunc, vt quomodo ex vna redundet, consideremus, id est vnde, &
 quando, & qua ratione fumatur. [²¹⁵ Quidam de cœlis deuenisse se credunt, tanta per-
 suasione, quanta illuc indubitatè regressuros repromittunt; ²¹⁶ vt Saturninus Menandri
 Simoniani discipulus induxit, hominem affirmans ab angelis factum, primòque opus fu-
 tile & inualidum, & instabile, in terra vermis instar palpitasse, quod consistendi vires
 deessent. Dehinc ex misericordia summq; potestatis, ad cuius effigie nec tamè plenè per-
 spectam temerè structus fuisset, scintillulam vitæ consecutũ, quæ illum exfuscitavit & ere-
 xerit, & cõstantius animarit, & post decessum vitæ ad matricẽ relatura sit. ²¹⁷ Sed & Car-
 pocrates tantũdem sibi de superioribus vindicat, vt discipuli eius animas suas iã & Chri-
 sto, nedum Apostolis & peræquent, & cum volunt præferant: quas proinde de sublimi
 virtute conceperint despectrice mundi potentium principatum. ²¹⁸ Apelles sollicitas
 refert animas terrenis elcis de supercœlestibus sedibus ab igneo angelo Deo Israëlis &
 nostro, qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. ²¹⁹ Examen Valentini semen
 Sophiæ infulcit animæ, per quod historias atque milesias æonum suorum ex imaginibus
 visibilibus recognoscunt. Doleo bona fide, ²²⁰ Platonem omnium hæreticorum condi-
 mentarium factum. ²²¹ Illius est enim & in Phedone, quod animæ hinc euntes sint illuc,
 & inde huc. ²²² Item in Timæo, quod germina Dei delegata sibi mortalium genitura ac-
 cepto initio animæ immortalis, ²²³ mortale ei circumgelauerint corpus. ²²⁴ Tum quod
 mundus hic imago sit alterius alicuius, quæ omnia vt fidei commendet. ²²⁵ & : Animam
 retrò in superioribus cum Deo egisse in commercio Idæarum, & inde huc transfuere, &
 hinc quæ retrò norit de exemplariis recensere, nouum elaborauit argumentũ, ²²⁶ *μαθη-
 σεις ἀναμνησεις*, id est discipulas reminiscencias esse. ²²⁷ Venientes enim huc inde animas
 obliuisci eorum in quibus prius fuerint, dehinc ex his visibilibus recordari edoctas. Cum
 igitur huiusmodi argumento illa insinuentur à Platone quæ hæretici mutuãtur, satis hæ-
 reticos repercutiam, si argumentum Platonis elidam. [²²⁸ Primò quidem obliuionis ca-
 pacem animam non cedam, ²²⁹ quia tantam illi concessit diuinitatem, vt Deo adæque-
 tur: innatam eam facit, quod & solum armare potuissem ad testimonium plenæ diuinita-
 tis: adicit immortalem, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc & Deum credidit, in-
 uisibilem, ineffigibilem, vniforme, principalem, rationalem, intellectualem. Quid am-
 plius proscriberet animam, si eam Deum nuncuparet? Nos autem qui nihil Deo appēdi-
 mus, hoc ipso animam longè infra Deum expendimus, ²³⁰ quod natam eam agnoscimus,
 ac per hoc dilutioris diuinitatis, exilioris fœlicitatis, vt statum, non vt spiritum. Et si im-
 mortalem, vt hoc sit diuinitatis, tamè passibilem, vt hoc sit natiuitatis: ideòque & à pri-
 mordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuionis affinem. ²³¹ SATIS DE ISTO
 CVM HERMOGENE. Ceterũ quæ vt Deus haberi meritò possit ex peræquatione om-
 nium proprietatum, Deus nulli passioni subiacebit. Ita nec obliuioni, quum tãta sit iniu-
 ria obliuio, quanta est gloria eius cuius iniuria est, ²³² memoria scilicet, quam & ipse Plato
 sensuum & intellectuum salutem, ²³³ & Cicero thesaurum omnium studiorum prædica-
 uit. Nec hoc iam in dubium deducetur, an tam diuina anima memoriã potuerit amit-
 tere, sed an quã amiserit, recuperare denud possit. Quæ enim nõ debuit obliuisci, si obli-
 ta

XXII.

XXIII.

XXIIII.

CC iij

lit, nescio an valeat recordari: ita utrunque meae animae non Platonicae congruet. Secundo gradu opponam: ³¹⁴ Natura compotem animam facis Idæarum illarum, an non? immo natura, inquis. Nemo ergo concedet naturalem scientiam, naturalium excidere artium, excidet studiorum, excidet doctrinarum, disciplinarum, excidet fortasse & ingeniorum & affectuum, quae naturae videntur, non tamen sunt, ³¹⁵ quia ut praemisimus, & pro locis, & pro institutionibus, & pro corpulentis, ac valetudinibus, & pro potestatibus dominatricibus, & pro liberratis arbitrij, ex accidentibus constant. Naturalium vero scientia ne in bestiis quidem deficit. Planè obliuiscetur feritatis leo, mansuetudinis eruditione praeventus, & ³¹⁶ cum toto suggestu subarum, delictum fiet Berenices alicuius reginae, lingua genas eius emaculans: mores bestiam relinquent, scientia naturalium permanebit. Non obliuiscetur idem naturalium pabulorum, naturalium remediorum, naturalium terrorum; & si de piscibus, & si de placentis regina ei obtulerit, carnem desiderabit; ³¹⁷ & si languenti theriacam composuerit, sumiam leo requiret, & si nullum illi venabulum obfirmabit, ³¹⁸ gallum tamen formidabit. Perinde & homini omnium forsitan obliuissimo inoblitterata perseverabit sola scientia naturalium, ut sola scilicet naturalis, ³¹⁹ memor semper manducandi in esurie, & bibendi in siti, & oculis videndum, & auribus audiendum, & naribus odorandum, & ore gustandum, & manu contrectandum. Hi sunt certè sensus, quos Philosophia deprecatur intellectualium praerelatione. Igitur si naturalis scientia sensualium permanet, quomodo intellectualium, quae potior habetur, interciderit? Vnde nunc ipsa vis obliuionis antecedentis recordationem? ³²⁰ ex multitudine (ait) temporis. E Satis improspectè. Quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem quae innata dicitur, ac per hoc potissimum aeterna credatur. Quod enim aeternum est, eo quia & innatum est, neque initium, neque finem temporis admittendo, nullum modum temporis patitur: cui temporis modus nullus est, nec vlla demutatione temporis subest, nec eadem multitudine temporis vis est. Si tempus in causa est obliuionis, cur ex quo anima corpori inducitur, memoria delabitur, quasi exinde tempus anima sustineat, quae sine dubio prior corpore, non fuit utique sine tempore? Ingressa verò corpus, statimne obliuiscitur, an aliquanto potest? Si statim, & quae erit temporis nondum supputandi multitudo? infantia scilicet. Si aliquanto potest, ergo illo in spatio ante tempora obliuionis memor adhuc aget anima. & quale est ut postea obliuiscatur, & rursus postea recorderetur? Quoquo autè tempore illam obliuio intruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis, tota opinor vitae decursio satis non erit ad vertendam memoriam tanti ante corpus aevi. ³²¹ Sed rursus Plato causam demutat in corpus, quasi & hoc fide dignum, ut nata substantia innatae vim extinguat. Magnae autem & multae differentiae corporum pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro aetate, pro valetudine. Num ergo & obliuionum differentiae aestimabuntur? Sed vniformis obliuio est; ergo non erit corporalitas multiformis in causa exitus vniformis. ³²² Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinatione animae probauerunt, ³²³ **QVÆ PROPOSVIMVS IAM HERMOGENI.** Sed nec quisquam hominum non & ipse aliquando praesagiam animam suam sentit, aut ominis, aut periculi, aut gaudij augurem. Si diuinationi non obstrepit corpus, nec memoriae opinor officiet. In eodem certè corpore & obliuiscuntur animae, & recordantur. Si qua corporis ratio incutit obliuionem, quomodo contrariam eius admittet recordationem? quia & ipsa post obliuionem recordatio, memoria recidiua est. Quod primae memoriae aduersatur, cur non & secundae refragetur? Postremo qui magis reminiscerentur quam pueruli, ut recentiores animae, ut nondum immerse domesticis ac publicis curis, ut ipsis solis deditae studiis, quorum discantiae reminiscantiae fiunt? Immo cur non ex aequo omnes recordamur, cum ex aequo omnes obliuiscamur? Sed tantummodo Philosophi, ne hi quidem omnes. ³²⁴ Plato scilicet solus in tanta gentium sylua, in tanto sapientium prato, Idæarum & oblitus & recordatus est. Igitur si nullo modo consistit argumentatio ista praecipua, totum illud pariter euersum est, cui accommodata est, ut animae & innatae, & in caelestibus conuersatae, & consciae diuinorum illic, & inde delatae, & hic recordatae crederentur, ad occasiones

xxv. planè haereticis subministrandas. [³²⁵ Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, ut reddam quomodo animae ex vna redundant, quando, & vbi, & ex qua ratione sumantur, de qua specie nihil refert, à Philosopho, an ab haeretico, an à vulgo quaestio occurrat. Nulla interest professoribus veritatis de aduersariis eius, maximè tam audacibus quam sunt primò isti qui praesumunt, non in vtero concipi animam, nec cum carnis figuratione cō-

pingi

A pingi atque produci, ³²⁶ sed & effuso iam partu nondum viuo infanti extrinsecus inprimi. Ceterum semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, motuque naturali vegetatum compingescere in solam substantiam carnis: eam editam, & de vteri fornace fumantem, & calore solutam ut ferrum ignitum, & ibidem frigida immersum, ita aëris rigore percussam, & vim animalem rapere, & vocalem sonum reddere. ³²⁷ Hoc Stoici cum Ænesidemo, ³²⁸ & ipse interdum Plato, quum dicit: perinde animam extraneam aliàs, & extorrem vteri prima adspiratione nascētis infantis adduci, sicut exspiratione nouissime duci. Videbimus an sententiam sinxerit, ³²⁹ ne ex Medicis quidem defuit Hicesius, & naturae & artis suae praeradicator. Puduuit opinor, illos hoc statuere, quod foeminae agnoscerent. ³³⁰ At quanto roborator exitus à foeminis reuinci, quam probari. In ista namque specie nemo tam idoneus magister, arbiter, testis, quam sexus ipsius. Respondete matres, vosque praegnantēs, vosque puerperae steriles & masculi taceant, vestrae naturae veritas quaeritur, vestrae passionis fides conuenitur, an aliquam in foetu sentiat viuatitatem alienam de vestro, de quo palpitent ilia, micent latera, tota ventris ambitio pulsatur, vbi que ponderis regio mutetur: an hi motus gaudia vestra sint, & certa securitas, quod ira infantem & viuere confidatis & ludere: an si deserit inquietus eius, illi prius pertimescatis: an & audiat iam in vobis, quum ad nouum sonum excutitur: an & ciborum vanitates illi desideretis, illi etiam fastidiatis: an & valetudinibus inuicem comunicetis, ille quidem usque contusionibus vestris, quibus & ipse intus per eadem membra signatur, rapiens sibi iniurias matris. Si liuor ac rubor sanguinis passio est, sine anima non erit sanguis: si valetudo omnis accessio est, sine anima non erit valetudo: si alimonia, inedia, crementa, decrementa, paucor, motus, tractatio est animae, his qui fungitur, viuere. Denique definit viuere, qui definit fungi. Denique & mortui eduntur, quomodo nisi & viui: qui autè & mortui, nisi qui prius viui? ³³¹ Atquin & in ipso adhuc vtero infans trucidatur necessaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum, matricida ni moriturus. Itaque & inter arma Medicorum & organa est, quo prius patesceret secreta coguntur tortili temperamento, cum anulo cultrato quo intus membra caduntur anxio arbitrio, ³³² cum hebetate vno quo tempus pecus adtrahitur violento puerperio. ³³³ Est etiam aeneum spiculum, quo iugulatio ipsa dirigitur caeco latrocinio: ³³⁴ *εὐβουδὸν* appellat de infanticidij officio, utique viuētis infantis premporium. Hoc & Hippocrates habuit, & Aesclepiades, & Erasistratus, & maiorum quoque professor Herophilus, & mirior ipse Soranus, certi animal esse conceptum, atque ita miserati infelicissimae huiusmodi infantiae, ut prius occidatur, ne viua lanietur. De qua sceleris necessitate nec dubitabat credo Hicesius, iam natis animam superducens ex aëris frigidi pulsu, ³³⁵ quia & ipsum vocabulum animae penes Graecos de refrigeratione respondens. Num ergo Barbarae Romanaeque gentes aliter animantur, ³³⁶ quia animam aliud quid, quam *ψυχή* cognominauerunt? ³³⁷ Quae verò nationes sub feruentissimo axe censentur, colorè quoque excoctae? Vnde illis anima quibus aëris rigor nullus. Taceo cubulares aëstus, & omnem illic caloris paraturam enitentibus necessariam, quas adflari vel maximè periculum est. In ipsis penè balneis foetus elabatur, & statim vagitus auditur. Ceterum si aëris rigor thesaurus est animae, ³³⁸ extra Germanias, & Scythas, & Alpes, & Argæos nemo debuit nasci. Atquin & populi frequentiores apud orientalem & meridiale temperaturam, & ingenia expeditiora omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. Et animi enim de rigoribus scitiores prouenirent, si animae de frigusculis eueniret. Cum substantia enim & vis, His ita praestructis, possumus illos quoque recogitare, ³³⁹ qui excocto matris vtero viui aërem hauserunt, Liberi aliqui & Scipiones. ³⁴⁰ Quod si qui, ut Plato, perinde non putat duas animas in vnum conuenire, sicut nec corpora, ego illi non modo duas animas in vnum congeatas ostendissem, sicut & corpora in foetibus, verum & alia multa cum anima conferta, ³⁴¹ daemones scilicet, nec vnus, ut in Socrate ipso: ³⁴² verum & septenarij spiritus, ut in Magdalena: & legionarii numeri, ut in Geraseno: quod facilius anima cum anima conferetur ex societate substantiae, quam spiritus nequam ex diuersitate naturae. ³⁴³ At idem in sexto Legum, monens cauere ne vitatio foeminae ex aliqua vitiate concubitus labem corpori & animae supparet, nescio de pristina magis, an de ista sententia sibi exciderit. Ostendit enim animam de semine induci, quod curari monet, non de prima aspiratione nascentis. Vnde oro te, similitudine animae quoque parētibus de ingenis respondemus ³⁴⁴ secundum Cleanthis testimonium, si non & ex animae semine educimur? ³⁴⁵ Cur autem & veteres Astrologi genituram hominis ab initio conceptus di-

*εὐβουδὸν
πρόκτιον.

Mar. 16.
Marc. 5.

gerebant, si non exinde & anima est ad quam æquè pertinet, si quid est flatus. [145] Sed
 omnis inæqualitas sententiæ humanæ vsque ad Dei terminos: in nostras iam lineas gradū
 colligam, vt quod Philosophis Medicisque respondi, Christiano probem. De tuo frater
 fundamento fidem ædificem: Aspice viuentes vteros sanctissimarum fœminarum, nec
 modo spirantes iam illic infantes, verum etiam prophetantes. [146] Ecce viscera Rebeckæ
 inquierantur, & longè adhuc partus, & aëris nullus impulsus, Ecce duplex fœtus in locis
 matris tumultuatur, & nusquam adhuc populi duo. Portentosa forsitan petulantia infan-
 tiæ antè certantis quàm viuentis, antè animosæ quàm animatæ, si tantummodò matrem
 subsultando turbasset. At cum partus aperitur, & numerus inspicitur, & auguratus reco-
 gnoscitur, puto iam non animæ solūmodò probantur infantium, sed & pugnæ. Detine-
 batur qui præuenerat nasci à præuento necdum plenius edito, tantum manu nato. Et si
 ipse animam de prima spiratione potabat Platónico more, aut de aëris rigore carpebat
 Stoica forma, quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur, & foris iam deti-
 nebat? Nondū opinor spirans plantam fratris inuaserat, etiam nunc calens matre se prio-
 rem prodisse cupiebat. O infantem & æmulum & validum & olim contentiosum, credo
 quia viuum. [147] Aspice etiam singulares conceptus, & quidem monstruosos, steriles &
 virginis, quæ vel hoc ipso imperfectos edere potuisset pro euerfione naturæ, vt altera fe-
 minis stupida, altera intracta. Decebat si fortè line anima nasci qui fuerant non ritè con-
 cepti, sed & illi viuunt, in suo quisque vtero. Exultat Elizabeth, Ioannes intus impulerat:
 glorificat Dominum Maria, Christus intus instinxerat. Agnoscunt matres suos inuicem
 fœtus, agnitæ mutuo ab ipsis vtique viuentibus, qui non tantum animæ erant, verum &
 spiritus. [148] Sic & ad Hieremiam legis Dei vocem: Priusquàm te in vtero fingerem, noui
 te. Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordij forma, & finxit Deus hominem, & flauit
 in eum flatum vitæ: nec nosset autem hominem Deus in vtero, nisi totū. Et priusquàm
 exires de vulua, sanctificauit te, & mortuum adhuc corpus: vtique nequaquã. Deus enim
 viuorum, non mortuorum. [149] Quomodo igitur animal conceptum, simul ne cõflata
 vtriusque substantia corporis animæque, an altera earum præcedere? immò simul ambas
 & concipi, & confici, & perfici dicimus, sicut & promi, nec vllum interuenire momentū
 in conceptu quo locus ordinatur. **Recognita enim de nouissimis prima:** si mors non a-
 liud determinatur, quàm disunctio corporis animæque, contrarium morti vita nō aliud
 definitur quàm coniunctio corporis animæque. si disunctio simul vtrique substantiæ ac-
 cidit per mortem, hoc debet cõiunctionis forma mandasse pariter obuientis per vitam
 vtrique substantiæ. Porro vitam à cõceptu agnoscimus, quia animam à conceptu vindi-
 camus. Exinde enim vita quo anima: pariter ergo in vitam compinguntur, quæ pariter in
 mortem separantur. [150] Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, feminis quo-
 que discernenda sunt tempora pro statu ordinis: & quando collocabitur corporis semē,
 quando animæ: immò si tempora feminum diuidentur, & materiæ diuersæ habebuntur,
 ex distantia temporum. Nam etsi duas species consitebimur feminis, corporalem & ani-
 malem, indiscretas tamen vindicamus, & hoc modo contemporeales eiusdemque momēti. **F**
Ne itaque pudeat necessariæ interpretationis. Natura veneranda est, non erubescenda.
 [151] **Concubitum libido, non conditio fœdauit. Excessus, non status est impudicus. Siqui-**
dem benedictus status apud Deum: Crescite, & in multitudinē proficite. Excessus verò
maledictus, adulteria, & stupra, & lupanaria. [152] In hoc itaque solēni sexuum officio, quod
 marem ac fœminam miscet, in concubitu dico communi, scimus & animam & carnem
 simul fungi, animam concupiscētia, carnem opera, animā instinctu, carnem actu. Vnico
 igitur impetu vtriusque, toto homine concusso despumat in semen totius hominis, ha-
 bēs ex corporali substantia humorē, ex animali calorē. Et si frigidū nomē est anima Græ-
 corum, quare corpus exempta ea friget? [153] Denique vt adhuc verecundia magis pericli-
 ter quàm probatione, in illo ipso voluptatis vltimæ æstu quo genitale virus expellitur,
 nōne aliquid de anima quoque scētimus exire, atque adeo marcescimus & deuigescimus
 cum lucis detrimento? Hoc erit semen animale protinus ex animæ distillatione, sicut &
 virtus illud corporale semen ex carnis defæcatione. fidelissima primordij exēpla, de limo
 caro in Adam. Quid aliud limus quàm liquor opimus? Inde erit genitale virus, [154] ex ad-
 flatu Dei anima. Quid aliud adflatu Dei, quàm vapor spiritus? Inde erit quod per virus
 illud efflamus. Quum igitur in primordio duo diuersa atque diuisa limus & flatus vnum
 hominem cõgissent, confusæ substantiæ ambæ iam in vno semina quoque sua miscue-
 runt,

A runt, atque exinde generi propagando formam tradiderunt, vt & nūc duo licet diuersa,
 etiam vnita pariter effluent, pariterque insinuata fulco & aruo suo, pariter hominem ex
 vtraque substantia effrutient, in quo rursus semen suū insit secūdum genus, sicut omni
 conditioni genituali præstitutum est. Igitur ex vno homine tota hæc animarum redundā-
 tia agitur, obseruante scilicet natura Dei edictum: Crescite, & in multitudinem proficite.
 Nam & in ipsa præfatione operis vnus: Faciamus hominem, vniuersa posteritas plurali-
 ter prædicata est: [155] Et præfinit piscibus maris. nihil mirum, repromissio segetis in semine.
 [156] Quis ille nūc vetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu,
 quod hinc abeuntes eant illuc, & rursus huc veniant & viuant, & dehinc è vita abeat:
 rursus ex mortuis effici viuos? [157] Pythagoricus vt volunt quidam diuinus, Albinus vt exi-
 stimo, aut Mercurij forsitan Ægyptij, Sed nullus sermo diuinus nisi Dei vnus, quo Pro-
 phetæ, quo Apostoli, quo ipse Christus intonuit: [158] multò antiquior Moyses etiam Sa-
 turno nongentis circiter annis, nedum pronepotibus eius, certè diuiniore multò, qui de-
 scurus generis humani ab exordio mundi quoque; per singulas natiuitates nominatum tē-
 poratumque; digessit, satis probans diuinitatem operis ex diuinatione vocis. [159] Si verò Sa-
 mius Sophista Platoni auctor est animarum de recidiuatu reuolubili semper ex alterna
 mortuorum atque viuentium suffectione, certè ille Pythagoras etsi bonus cetera, tamen
 vt hanc sententiam exstrueret, non turpi modò, verumetiam temerario mendacio incu-
 buit. **C**ognosce qui nescis, & crede nobiscum: mortem simulat, subterraneo latitat, se-
 ptenni se illic patientia damnat, interea quæ de posteris defunctis ad fidem rerū esset re-
 laturus, ab vnica conscia & ministra matre cognoscit: vt satis sibi visus est corpulentiam
 interpolasse ad omnem mortui veteris honorem, de adytis fallaciæ emergit, vt ab inferis
 redditus, quis non crederet reuixisse quem crediderat obisse: audiēs præsertim ab eo quæ
 de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse. sic ex mortuis vi-
 uos effici senior sermo est. quid enim si & iunior? neque veritas desiderat vetustatem, ne-
 que mendacium deuitat nouellitatem. Teneo planè falsum antiquitate generosum, quid
 ni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est: Quomodo credam non mētiri Pytha-
 goram, qui mentitur vt credam? [160] quomodo mihi persuadebit Æthalidem, [161] & Eu-
 phorbum, [162] & Pyrrhum piscatorem, [163] & Hermitimum, se retrò ante Pythagoram
 fuisse, vt persuadeat viuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit? Quāto
 enim credibilis ipse ex semetipso redisset in vitam, quàm totiens alius atque alius, tanto
 & in durioribus fefellit, qui molliora mentitus est. Sed clypeum Euphorbi olim Delphis
 consecratum recognouit, & suum dixit, & de signis vulgo ignotis probauit. [164] Respice
 ad Hypogeum eius, & si capis, crede. Nam qui talem commentus est stropham, cū iniu-
 ria bonæ valetudinis, cum fraude vitæ septennio exercitiæ infra terram inedia, ignauia,
 vmbra, cui tanti fuit fastidium coeli, quam non accesserit temeritatem, quam non tēta-
 uerit curiositatem, vt ad notam clypei illius perueniret? **Q**uid autē si in historiis aliqui-
 bus occultioribus reperit? **Q**uid si defectæ iam traditionis superstites aliquas famæ auru-
 las hausit? **Q**uid si ab ædituo redempta clam inspectione cognouit? [165] Scimus etiam Ma-
 gos elicere exploradis occultis [166] per catabolicos [167] & paredros, [168] & pythonicos spiritus.
 Non enim & Pherecydes Pythagoræ magister his forsitan artibus diuinabat, ne dicam
 somniabat. **Q**uid si idē dæmon in illo fuit, qui & in Euphorbo res sanguinis gessit? Deni-
 que qui se Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Troianorum com-
 militonum æquè recognouit? Nam & illi iam reuixissent, si viui ex mortuis fierent.
 [169] **M**ortuos quidē ex viuis effici constat, non ideò tamen & ex mortuis viuos. Ab initio
 enim viui priores, vnde ab initio æquè mortui posteriores: nō aliundē quàm ex viuis illi
 habuerant vnde proficiscerētur, dum ne ex mortuis isti non habuerint vnde magis dedu-
 cerētur. Igitur si ab initio viui non ex mortuis, cur postea ex mortuis? Defecerat ille qui-
 cunque est originis fons? An formæ poenituit? & quomodo in mortuis salua est? Nō quia
 ab initio mortui ex viuis, idcirco semper ex viuis? Aut enim in vtraque parte forma initij
 perseuerasset, aut in vtraque mutasset: vt si viuos ex mortuis postea fieri oportuerat, per-
 inde oporteret etiā non ex viuis effici mortuos. Si nō peræquare deberet fides institutio-
 nis, non vsquequaque contraria ex contrariis reformari alternant. Et nos enim oppone-
 mus contrarietates nati & innati, visualitatis & cæcitatatis, iuuentæ & senectæ, sapientiæ &
 insipientiæ. Nec tamen ideò innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario
 fiat. Nec visualitatem iterū ex cæcitate, quia de visualitate cæcitas accidat: nec iuuentam

rursus de senecta reuiuiscere, quia ex iuuenta senecta marcescat: nec insipientia ex sapientia denuo obtendi, quia ex insipientia sapientia acuat. ³⁷¹ Hæc & Albinus Platoni suo veritus subtiliter quærit contrarietatum genera distinguere, quasi non & hæc tam absolute in contrarietatibus posita sint, quam & illa quæ ad sententiam magistri sui interpretantur, vitam dico & mortem. Nec tamen ex morte vita reddatur, quia ex vita mors defertur. ³⁷² Quid autem ad cætera respondebimus? Primum enim si ex mortuis viui, sicut mortui ex viuis, vnus omnino & idem numerus semper hæssisset omnium hominum, ille scilicet numerus qui primus vitam introisset. Priores enim ex mortuis viui, dehinc mortui ex viuis, & rursus ex mortuis viui. Et dum hoc semper ex iisdem, ita toridè semper qui ex iisdem. Nam neque plures aut pauciores existant, quam redirent. Inuenimus autem apud Commætarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberante, ³⁷³ dum aborigines, vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, vt Scythæ Parthicas, vt Menidæ Peloponnesum, vt Athenienses Asiam, vt Phryges Italiam, vt Phœnices Africam, dum solennes etiam migrationes, ³⁷⁴ quas *μετοικίας* appellat, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines nunc in suis sedibus permanent, & alibi amplius gentilitatè cœnerauerunt. Certè quidem ipse orbis in promptu est cultior de die, & instructior pristino. Omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retrò fundi amœnissimi oblitterauerunt, syluas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, harenæ seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur, tantæ vrbes quantæ non casæ quondam. Iam nec insulæ horrent, nec scopuli Eterrent; vbique domus, vbique populus, vbique respublica, vbique vita. Summum testimonium frequentia humanæ. Onerosi sumus mundo, vix nobis elementa sufficiunt, & necessitates arctiores, & querelæ apud omnes, dum iam nos natura non sustinet. ³⁷⁵ Reuera lues, & fames, & bella, & voragine ciuitatum pro remedio deputanda, tanquam tonsura insolescentis generis humani: & tamen quum eiusmodi secures maximam mortalium vim semel cadant, nunquam restitutionem eius viuos ex mortuis reducentem ³⁷⁶ post mille annos semel orbis expauit. Et hoc enim sensibile fecisset æqua vis amissionis & restitutionis, si viui ex mortuis fierent. Cur autem mille annis post, & nõ statim ex mortuis viui, quum si nõ statim suppæretur quod erogatum in totum absumi periclitetur præueniente restitutione defectio: quia nec paria esset cōmeatus hic vitæ militatio temporis longè scilicet breuior, & idcirco facilior antè extingui quam redaccendi. Igitur quæ hoc modo intercidisset, si viui ex mortuis fierent, quando non intercidit, non erit credendum viuos ex mortuis fieri. ³⁷⁷ Iam verò si ex mortuis viui, vtique singuli ex singulis. Singulorum ergo corporum animas, vt singulas in singula corpora reuerti oportuerat. ³⁷⁸ Porro si & binæ & trinæ & quinæ vsque vno vtero resumuntur, non erunt ex mortuis viui, quia non singuli ex singulis. ³⁷⁹ Et hoc autem modo primordij forma signatur, quum & nunc plures animæ de vna proferuntur. Item quum varia ætate decedant animæ, cur vna reuertuntur? Omnes enim ab infantia imbuuntur, qua infans reuertatur. quale est autem vt senex defunctus infans reuertatur? si decrescit foris anima retrograda ætate, quãto magis erat vt progressior reuertetur mille post annis? Certè vel cœtanea suæ mortis, vt æuum quod reliquisset, iterum recepisset. Sed & si eadè semper reuolueretur, licet non corporum quoque formas easdem, licet non flatorum: tamen quoque fortes casam vel ingeniorum & studiorum & adiectionum pristinas proprietates secū referre deberet, quoniam temere eadem haberentur, carentes his per quæ eadem probarentur. Vnde scias (inquis) an ita quidem fiat occultè, sed conditio militarij æui interimat facultatem recensendi, qua ignorata & ibi reuertuntur. Atquin scio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum mihi opponis, ecce enim Euphorbum militarem & bellicam animam satis constat vel de ipsa gloria clypeorum consecratorum: Pythagoram verò tam residem & imbellem, vt prælia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem Geometriæ & Astrologiæ & Musicæ deuotus, alienus studio & affectu Euphorbi. Sed & Pyrrhus ille fallèdis piscibus agebat, ³⁸⁰ Pythagoras contra nec edendis, vt animalibus abstinentes. Æthalides autem & Hermotimus ³⁸¹ fabam quoque in pabulis communibus inruerat: Pythagoras verò ne per fabalia quidem trāsēundum discipulis suis tradidit. Quomodo ergo eadem animæ recuperantur, quæ nec ingenii, nec institutis iam, nec victibus eadem probabuntur. Iam nunc de tanto Græciæ censu quatuor solæ animæ recensentur. Sed & quid vtique de solo Græciæ censu, vt non ex omni gente, ex omni ætate

A ætate ac dignitate, ex omni denique sexu, ³⁸² & *μεταμύχρισ* & *μετενομήτοις* quotidie existat, cur solus Pythagoras alium atque alium se recognoscat, non & ego? aut si priuilegium Philosophorum est, & vtique Græcorum, ³⁸³ quasi non & Scythæ & Indi philosophentur, cur neminem se retrò meminit Epicurus, neminem Chrysiptus, neminem Zenon, ne ipse quidem Plato, quem forsitan Nestorem credidissimus ob mella facundia. ³⁸⁴ Sed enim Empedocles ³⁸⁵ quia se Deum delirarat, idcirco opinor dedignatus aliquem se heroum recordari, ³⁸⁶ Thamnus & piscis fui, inquit, ³⁸⁷ cur non magis & pepo tam insulfus, & chamæleon tam inflatus: Planè vt piscis, ne aliqua sepulturæ cōditio reputesceret, aslum se maluit in Æternam præcipitando. Atque exinde in illo finita sit merensomatosis, vt æstiuæ cœna post assu. Perinde igitur & hic dimicemus necesse est aduersus portentiosam præsumptionem, bestias ex hominibus & homines ex bestiis reuoluentem. ³⁸⁸ Viderint thani, licebit, & lapathi, ne plus ridere quam docere cogamur. Dicimus animam humanam nullo modo in bestias posse transferri, ³⁸⁹ etiam si secūdem Philosophos ex elementariis substantiis censeretur. Siue enim ignis anima, siue aqua, siue sanguis, siue spiritus, siue aër, siue lumen, recogitare debemus cōtraria quæque singulis speciebus animalia: ³⁹⁰ igni quidem ea quæ rigent, colubros, stelliones, salamandras, etiam quæcunque de æmulo producentur elemento, de aqua scilicet, perinde cōtraria, atque illa quæ arida & exucida: denique siccitatibus gaudent locustæ, papiliunculi, chamæleotes. ³⁹¹ Itè contraria sanguini quæ carent purpura eius, cochleas, vermiculos, & maiorem piscium censum. ³⁹² Spiritui verò contraria quæ spirare non videntur, carentia pulmonibus & arteriis, culices, formicas, tineas, & hoc genus minutalia. ³⁹³ Item aëri contraria, quæ semper subterraneum & subaquaneum viuencia carèt haustu eius. Res magis quam nomina noueris. ³⁹⁴ Item contraria lumini, quæ cæca in totum, vel solis tenebris habent oculos, talpas, vesperugines, noctuas. Hæc vt ex apparentibus & manifestis substantiis doceam. ³⁹⁵ Ceterum si & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, & Idæas Platonis offenderem, ³⁹⁶ & entelechias Aristotelis occuparem, inuenirem fors his quoque speciebus animalia, quæ nomine contrarietatis opponerem. Contendo enim, ex quacunque substantia supradicta constitisset humana anima, non potuisse eam in tam cōtraria vnicuique substantiæ animalia reformari, & censum eis de sua translatione cōferre, à quibus excludi ac respui magis haberet, quam admitti & capi nomine huius primæ cōtrarietatis, quæ substantiæ status diuersitatem committit, tunc & reliquæ per cōsequentem ordinem cuiusque naturæ. Nam & sedes alias humana anima fortita est, & victus, & instructus, & sensus, & adfectus, & cōcubitus, & fetus. itè ingenia, tum opéra, gaudia, tædia, vitia, cupidines, voluptates, valetudines, medicinas, sutos postremò & vitæ modos, & exitus mortis. ³⁹⁷ Quomodo igitur illa anima quæ terris inhærebat, nullius sublimitatis, nullius profunditatis intrepida, ascensu etiam scalarum fatigabilis, submersu etiã piscinarum strangulabilis, aëri postea insultabit in aquila, aut mari postea desultabit in anguilla? Quomodo itè pabulis liberalibus & delicatis atque curatis educata, nõ dico paleas, sed spinas, & agrestes amaritudines frondiū, & bestias sterquiliniorum, vermiū etiã venena ruminabit, si in caprâ trāsierit, vel in coturnicè, immò & cadauerinã, immò & humanã, sui vtique memor in vfo & leone? Sic & cetera ad incongruentiam rediges, ne singulis peroradis immoremur. ³⁹⁸ Ipsius animæ humanæ quisquis modus, quæcūque mēsurā, quid faciet in amplioribus longè vel minoribus animalibus? Necesse est enī & corp^o omne anima cōpleri, & animam omnem corpore obducere. Quomodo ergo anima hominis cōplebit elephatum? quomodo item obducetur in culice? si tãtū extēderetur aut cōtraheretur, profecto periclitabitur. Et ideò aditio, quod nulla ratione capax est huiusmodi translationis in animalia, nec modulis corporum, nec ceteris naturæ suæ legibus adæquãtia. ³⁹⁹ Nunquid ergo demutabitur secundum qualitates generum, & vitæ eorum cōtrariã humanæ vitæ, facta & ipsa cōtraria humanæ per demutationem? Enimverò si demutationem capit amittēs quod fuit, non erit quæ fuit, & si quæ fuit, nõ erit, soluta est ⁴⁰⁰ *μετενομήτοις*, non adscribenda scilicet ei animæ quæ si demutabitur, nõ erit. Illius enim *μετενομήτοις* dicitur, quæcūque eam in suo statu permanēdo pateretur. Igitur si nec mutari potest, ne non sit ipsa, nec permanere in statu, quia cōtraria nõ capit, quæro adhuc causã aliquã fide dignã huiusmodi translationis. ⁴⁰¹ Nã et si quidã homines bestiis adæquãtur, pro qualitatibus morum, & ingeniorum, & adfectuum, quia & Deus, ⁴⁰² Adsimilatus est, inquit, homo irrationabilibus iumentis: nõ ideò milui ex rapacibus fiet, & canes ex spurcis, & pãtheræ ex acerbis, aut oues ex probis, & hirudines ex gar-

rulis & columbæ ex pudicis, quasi eadē substantia animæ ubique naturā suā in animalū **D**
 proprietatibus repetat. Aliud est autem substantia, aliud natura substantiæ. Si quidē sub-
 stantia propria est rei cuiusque, natura verò potest esse communis. Suscipe exemplum.
 Substantia est lapis, ferrum: duritia lapidis & ferri, natura substantiæ est. Duritia commu-
 nicat, substantia discordat. Mollitia lanæ, mollitia plumæ, pariant naturalia earum, sub-
 stantiva non pariant. Sic & si saua bestia vel proba vocetur homo, sed non eadem anima.
 Nam & tunc naturæ similitudo notatur, cum substantiæ dissimilitudo conspicitur. Ipsū
 enim quod hominem similem bestiæ iudicas, confiteris animam non eandem similem, si-
 milem dicendo non ipsam. sic & diuina pronuntiatio sapit, pecudibus adæquās hominē
 natura, non substantia. Ceterum nec Deus hominem hoc modo norasset, si pecudem de
 substantia nosset. [493] Etiam quum iudicii nomine vindicatur hoc dogma, quod animæ
 humanæ pro vita & meritis genera animalium fortiantur, iugulandæ quæque in occifo-
 riis, & subigendæ quæque in famulatoriis, & fatigandæ in operariis, & fœdandæ in im-
 mundis, proinde honorandæ, & diligendæ, & curandæ, & adpetendæ in speciosissimis,
 & probissimis, & utilissimis, & delicatissimis: & hîc dicam: si demutantur, non ipsæ dis-
 pungentur quæ merebuntur. Et euacuabitur ratio iudicij, si meritorum deerit sensus.
 Deerit autem sensus meritorum, si status verterit animarum. Verit autē status animarū,
 si non eadē perseuerauerint. Æquē si perseuerauerint in iudicium, 494 quod & Mercu-
 rius Ægyptius nouit, dicēs animam digressam à corpore nō refundi in animam vniuersi,
 sed manere determinatam, vti rationem (inquit) patri reddat eorum quæ in corpore gesse-
 rit. Volo iudicij vtique diuini iustitiam, grauitatem, maiestatem, dignitatem recensere, si **E**
 non sublimiore fastigio præsidet humana censura, plenior vtriusque sententiæ honore
 pœnarum & gratiarum, seuerior in vlciscendo, & liberalior in largiendo. Quid putas fu-
 turam animam homicidæ? aliud credo pecus lanienæ & macello destinatū, vt perinde
 iuguletur, quia & ipsa iugulauerit; perinde decorietur, quia & ipsa despoliauerit; perinde
 in pabulū proponatur, quia & ipsa bestiis infecerit os, quas in syluis & aruis trucidauerit.
 Si ita iudicabitur, nōnne illa anima plus solatij quàm supplicij relatura est? quod funus in-
 ter coccos pretiosissimos inuenit, 495 quod condimentis Apicianis & lurconianis huma-
 tur, quod mensis Ciceronianis infertur, quod lancibus splendidissimis Syllanis effertur,
 quod exequias conuiuium patitur, quod à cœqualibus deuoratur potius quàm à miluis,
 & lupis, vt in hominis corpore tumulata, & in suum genus regressa resurrexisset videatur:
 exultans aduersus humana iudicia, si ea experta est. 496 Namque illa sicarium variis & ex-
 quisitis, etiam præter naturam eruditis feris dissipant, & quidem viuentem, immo nec faci-
 lè morientem, curata mora finis ad plenitudinem pœnæ. Sed etsi anima præfugerit, vl-
 timo gladio, ne corpus quoque euaserit ferrum, nihilominus iugulo vtroque cōfossis co-
 stisque transfixis, compensatio proprij facinoris exigitur. Inde in ignem datur, vt & se-
 pultura puniatur. Aliter denique non licet, nec tamen tanta est rogi cura vt reliquias alię
 bestiæ inueniant: certè nec ossibus parcitur, nec cineribus indulgetur, nuditate plectēdis. **F**
 Tanta est apud homines homicidij vindicta, quāta ipsa quæ vindicatur natura. Quis non
 præferat seculi iustitiā, quā & Apostolus non frustra gladio armata contestatur, quæ pro
 homine sæuēdo religiosa est? Si ceterorum quoque scelerum mercedem cogitemus, pa-
 tibula, viuicomburia, & culleos, & vncos, & scopulos, cui non expediat apud Pythagorā
 & Empedoclem sententiam pati? Nam & qui laboribus atque seruitiis puniēdi, in afinos
 vtique & mulos recorporabuntur, quantum sibi de pistrinis & aquilegis rotis gratulabū-
 tur, si metallorum, & ergastulorum, & operum publicorum, ipsorumque carcerum licet
 otiosorum, recordentur. Perinde qui integrè morati commendauerint iudici vitam, quæ-
 ro præmia, sed potius inuenio supplicia. Nimirum magna merces bonis in animalia quæ-
 cunque restitui. 497 Pauum se meminit Homerus Ennio somniāte: sed Poëtis nec vigilā-
 tibus credam, etsi pulcherrimus pauus, & quo velit colore cultissimus, sed tacent pinnæ,
 sed displicet vox. Et Poëtæ nihil aliud quàm cantare malunt. Dānatus est igitur Home-
 rus in pauum, non honoratus. Plus de seculi remuneratione gaudebit, pater habitus libe-
 raliū disciplinarum, vt malit famæ suæ ornamenta, quàm gaudeat. Age nunc, vt Poëtæ
 in pauos vel in cynos transeant, si vel cynis decora vox est; 498 quod animal indues vi-
 ro iusto Deiocæ; quam bestiam integræ fœminæ Didoniæ; quam volucrem patientia, quā
 pecudē sanctimonia, quæ piscē innocētia fortientur? Omnia famula sunt hominis, omnia
 subiecta, omnia mācipata. Si quid horū futurus est, diminoratur illic ille cui ob merita
 vitæ

xxxiii.

Rom. 13.

A vitæ imagines, statuae, & tituli, honores publici, priuilegia rependuntur, cui curia, cui po-
 pulus suffragiis immolat. O iudicia diuina post mortem humanis mendiciora, contem-
 ptibilia de pœnis, fastidibilia de gratiis, quæ nec pessimi metuant, nec optimi cupiant:
 atque magis scelesti, quàm sancti quique, properabunt illi, vt iustitiam seculi citius eua-
 dant, isti vt tardiùs eam capiant. Benè Philosophi docetis, vtiliter suadetis, leuiora post
 mortem supplicia vel præmia. Cum si quod iudicium animas manet, grauius debeat credi
 in disputatione vitæ, quàm in administratione: quia nihil plenius, quàm quod extremus:
 nihil autem plenius, quàm quod diuinius. 499 Deus itaque iudicabit plenius, quia extre-
 mus per sententiā aternam tam supplicij quàm refrigerij, nec in bestias, sed in sua cor-
 pora reuertentibus animabus. Et hoc semel & in eum diem quem solus pater nouit, vt
 pendula expectatione sollicitudo fidei probeatur, semper diem obseruans dum semper
 ignorat, quotidie timens quod quotidie sperat. [499] Nulla quidem ad hodiernum de-
 mentia huiusmodi sententia erupit sub nomine heretico, quæ humanas animas refingat
 in bestias. Sed necessariè hâc quoque speciem intulimus & exclusimus, vt superioribus
 cohærentem, quo perinde in pauone tunderetur Homerus, sicut in Pythagora Euphor-
 bus: atque ita hac etiam metempsychosi siue metesomatosi repercussa, illa rursus cædere-
 tur quæ aliquid hereticis subministravit. 499 Nam & Simō Samarites in Aëtis Apostolo-
 rum redemptor spiritus sancti, posteaquam damnatus ab ipso cum pecunia sua, interitū
 frustra fleuit, cōuersus ad veritatis expugnationem, quasi pro solatio vltionis, fultus etiā
B artis suę viribus, ad præstigias virtutis alicuius 499 Helenem quandam Tyriam de loco li-
 bidinis publicæ eadem pecunia redemit, dignam sibi mercedem pro spiritu sancto: & se
 quidem fingit summum patrem, 499 illam verò iniectionem suam primam qua iniecerat
 angelos & archangelos condere: huius eam propositi compotem exilisse de patre, & in
 inferiora desultasse: atque illic præuento patris proposito, angelicas potestates genuisse
 ignaras patris artificis mundi huius, ab his perinde animo retentam, ne digressa ea alte-
 rius genimina viderentur. Et idcirco omni contumeliæ addictam, vt nusquam discedere
 depreciatam liberet, humanæ quoque formæ succidisse, velut vinculis carnis coercendā,
 ita multis æuis per alios atque alios habitus fœmininos volutatam etiam illam He-
 lenam fuisse 499 exitiosissimam Priamo, & Stesichori postea oculis, quæ & excæcasset ob
 conuitium carminis, dehinc reluminasset ob satisfactionem laudis. Proinde migrantem
 eam de corporibus in corpora, postrema dedecoratione sub titulo prostitisse Helenā vi-
 liorem. Hanc igitur esse ouem perditam, ad quam descenderit pater summus, Simon sci-
 licet, & primum recuperata ea & reuēta nescio humeris an feminibus, exinde ad homi-
 num respexit salutem, quasi per vindictam liberandorum ex illis angelicis potestatibus,
 quibus fallendis & ipse configuratus æquè hominibus & hominem ementitus, in Iudæa
 quidem filium, in Samaria verò patrem gesserit. O Helenam inter poëtās & hereticos la-
 borantem, tunc adulterio, nunc stupro infamem, nisi quod de Troia gloriosius eruitur
C quàm de lupanari, mille nauibus de Troia, nec mille denariis forsitan de lupanari. Erū-
 besce Simon tardior in requirendo, inconstantior in retrahendo. At Menelaus statim in-
 sequitur amissam, statim repetit creptam, decennij prælio extorquet, non latens, non fal-
 lens, non cauillabundus. Vereor ne ille magis pater fuerit, qui circa Helenæ recuperatio-
 nem & vigilantius & audentiùs & diutiùs laborauerit. [499] Sed non tibi soli metem-
 psychosis hâc fabulam instruxit, inde etiam Carpocrates vititur 499 pariter Magus, 499 pa-
 riter fornicarius, etsi Helena minus, quid nisi cum propter omnimodam diuinæ & huma-
 næ disciplinæ euerfionem constituendam recorporari animas adseuerauerit. Nulli enim
 vitam istam ratō fieri, nisi vniuersis, quæ arguunt eam, expunctis: quia nō natura quid ma-
 lum habeatur, sed opinione. Itaque metempsychosin necessariè imminere, si nō in primo
 quoque vitæ huius cōmētu omnibus illicitis satisfiat. scilicet facinora tributa sunt vitæ.
 Ceterum totiens animam reuocari habere, quotiēs minus quid intulerit, reliquaticō deli-
 ctorum 499 donec exoluat nouissimum quadrantem, detrusa idēdem in carcerem cor-
 poris. Huc enim temperat totam illam allegoriā Domini certis interpretationibus relu-
 centem, & primò quidē simpliciter intelligendā. 499 Nam & ethnicus homo aduersarius
 noster est, incedens in eadem via vitæ cōmunis. Ceterum oportebat nos de mūdo exire, 1. Cor. 5.
 si cum illis conuersari non liceret. Huic ergo bonum animi præstes iubet. Diligite enim
 inimicos vestros (inquit) 499 orate pro maledicentibus vos, ne aliquo commercio ne-
 gotiorum iniuria prouocatus, abstrahat te ad suum iudicem, & in custodiam delegatus
 DD ij

xxxiii.

Luc. 16.

xxxv.

Matth. 5.

1. Cor. 5.

Luc. 6.

Matth. 5.

ad exsolutionem totius debiti arteris. ⁴²¹ Tum si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex obseruatione comitante, cum illo quoque moneris eam inire cōcordiam, quæ deputetur ex fidei conuentione: pactus es enim renuntiare ipsi, & pompæ, & angelis eius. Conuenit inter vos de isto. Hæc erit amicitia obseruatio sponfionis, ne quid eius postea resumatur, ex his quæ ei cieraſti, quæ illi reddidisti, ne te ut fraudatorem, ut pacti transgressorem iudici Deo obiiciat, ⁴²² (sicuti eum legimus alibi sanctorum criminatorem, ⁴²³ & de ipso etiam nomine diaboli delatorem) & iudex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, unde non dimittaris, ⁴²⁴ nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expēso. Quid his sensibus aptius? quid his interpretationibus uerius? Ceterum apud Carpocratem si omnium facinorum debitor anima est, quis erit inimicus & aduersarius eius intelligendus? credo mens melior, quæ illam in aliquid innocentiae impegerit, adigendam rursus, ac rursus in corpus, donec in nullo rea deprehendatur bonæ uitæ. ⁴²⁵ Hoc est ex malis fructibus bonam arborem intelligi, id est, ex pessimis præceptis doctrinam ueritatis agnosci. Spero huiusmodi hæreticos Helias quoque inuadere exemplum, tanquam in Ioanne sic representati, ut metempsychosis patrocinetur pronuntiatio Domini: Helias iam uenit, & non cognouerunt eum. Et alibi: ⁴²⁶ Et si uultis audire, hic est Helias qui uenturus est. Nunquid ergo & Iudæi ex opinione Pythagorica consulebāt Ioannem, Tu es Helias, & non ex prædicatione diuina: ⁴²⁷ Et ecce mittam uobis Heliam Thesbiten. Sed enim metempsychosis illorum reuocatio est animæ iam pridē morte functæ, & in aliud corpus iteratæ. Helias autem non ex decessione uitæ, sed ex translatione uenturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non ex postliminio uitæ, sed ex supplemento Prophetiæ, idem & ipse & sui nominis & sui hominis. ⁴²⁸ Sed quomodo Helias Ioannes? habes angeli uocem: Et ipse (inquit) præcedet coram populo in uirtute & in spiritu Helias, non in anima eius, nec in carne. Hæc enim substantiæ sui cuiusque sunt hominis. Spiritus uero & uirtus extrinsecus conferuntur ex Dei gratia, ita & transferri in alterum possunt ex Dei uoluntate, ut factum est retrò de Moysi spiritu. [⁴²⁹ In has quæstiones inde opinor excessimus, quòd nunc reuertendum est. Constitueramus animam in ipso, & ex ipso fieri homine, & unum esse à primordio semen, sicut & carnis in totum generis examen, ⁴³⁰ propter æmulas scilicet opiniones Philosophorum & hæreticorum, & illum sermonem Platonis ueterinosum. Nunc ordinem sequentium exinde tractatum teximus. Anima in utero seminata pariter cum carne, pariter cum ipsa fortitur & sexum, ita pariter ut in causa sexus neutra substantia teneatur. Si enim in feminibus utriusque substantiæ aliquam intercapedinem eorum conceptus admitteret, ut aut caro, aut anima prior seminaretur, esset etiam sexus proprietatem alteri substantiæ ascribere per temporalem intercapedinem seminum: ut aut caro animæ, aut anima carni inculperet sexum: ⁴³¹ quoniam & Apelles, non pictor, sed hæreticus, ante corpora constituens animas uiriles ac muliebres, sicut à Philomena didicit, utique carnem ut posteriorem ab anima facit accipere sexum. Et qui animam post partum carni superducit, utique antè formatæ marem aut fœminam de carne sexum præiudicant animæ. Utriusque autem substantiæ indiscreta semina & uita suffusio eorum communem subeunt generis euentum, ⁴³² qua lineas duxerit quæcunque illa est ratio naturæ. Certè & hinc se primordiorum forma testatur, quum masculus temporius effingitur, prior enim Adam: fœmina aliquanto serius, posterior enim Eua. Ita diu caro informis est, qualis ex Adæ latere decerpta est, animal tamen & ipsa iam, quia & illam tunc Adæ portionem animal agnoscam. ⁴³³ Ceterum & ipsam Dei adflatus animas fœt, si non ut carnis, ita & animæ ex Adam tradux fuisset in fœmina. [⁴³⁴ Omnem autem hominis in utero ferendi, struendi, fingendi paraturam, ⁴³⁵ aliqua utique potestas diuinæ uoluntatis ministra modulatur, quamcunque illam rationem agitare sortita. Hæc æstimando ⁴³⁶ etiam superstitio Romana Deam finxit Alemonam alendi in utero fœtus. Et Nonam & Decimam à sollicitioribus mensibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina angelos credimus. Ex eo igitur fœtus in utero homo, à quo forma completa est. ⁴³⁷ Nam & Moyſi lex tunc abortus reum talionibus iudicat, quum iam hominis est causa, quum iam illi uitæ & mortis status deputatur, quum & fato iam inscribitur, & si adhuc in matre uiuendo, cum matre plurimum communicat sortem. Dicam aliquid & de temporibus animæ nascantis, ut ordinem decurram: ⁴³⁸ legitima natiuitas fœmæ decimi mensis

A
 sis ingressus est. Qui numeros ratio cinantur, & ⁴³⁹ decuriam numerum, ut exinde reliquorum parentum colunt, denique perfectorem natiuitatis humanæ. Ego ad Deum potius argumentabor hunc modum temporis, ut decem menses decalogo magis inauguret *Exod. 10.* hominem, ut tanto temporis numero nascamur, quanto disciplinæ numero renascimur. Sed & cum septimo mense natiuitas plena est, facilius quàm octauo; honorem sabbati *Gen. 2.* agnoscam, ut quoto die dedicata Dei conditio, toto mense interdum producatur Dei imago. Concessum est properare natiuitati, & tamen idoneè occurrere in hebdomadem, in auspicia resurrectionis, & requieris, & regni: idè ogdoas nos non creat, tunc enim natiuitatis non erunt. Societatem carnis atque animæ iam dudum commendauimus à concrecione seminum ipsorum usque ad figmēti perfectionem. Proinde nunc & à natiuitate defendimus, imprimis quòd simul crescunt, sed diuersa ratione pro generum conditione, caro modulo, anima ingenio, caro habitu, anima sensu. Ceterum animam substantia crescere negandum est, ne etiam decretere substantia dicatur, atque ita & defectura credatur. ⁴⁴⁰ Sed uis eius in qua naturalia peculia consista retinentur, saluo substantiæ modulo, quo à primordio inflata est, paulatim cū carne producit. Constitue certū pondus auri vel argenti rudem adhuc massam, collectus habitus est illi, & futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura est auri vel argenti. Dehinc cum in laminam massa laxatur, maior efficitur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non dum augetur. Et si sic quoque augetur dum extenditur: licet enim habitu augeri, cum statu nō licet. Tunc & splendor ipse prouehitur auri vel argenti, qui fuerat quidem & in massa, sed obscurior, non tamen nullus. Tūc & alij atque alij habitus accedunt pro facilitate materiæ, qua duxerit eam qui agit, nihil conferēs modulo, nisi effigiem. Ita & animæ crementa reputanda, non substantiua, sed prouocatiua. [⁴⁴¹ Quæquam autè & retrò præstruxerimus omnia naturalia animæ ipsi substantiæ inesse *xxxviii.* pertinentia ad sensum & intellectum, & ex ingenito animæ cœsu, sed paulatim per ætatis spatia procedere, & uariè per accidentia euadere, pro artibus, pro institutis, pro locis, pro dominatricibus potestatibus: quod tamen faciat ad carnis animæque propositam nunc societatem, pubertatem quoque animalem cum carnali dicimus conuenire, pariterque & illam suggestu sensuum, & istam processu mēbrorum exurgere à quarto decimo ferè anno: ⁴⁴² non quia Aselepiades inde sapientiam supputat, nec quia iura ciuilia abhinc agendis rebus adtemperant, sed quòd & hæc de primordio ratio est. Si enim Adā & Eua *Gen. 3.* ex agnitione boni & mali pudenda tegere senserunt, ex quo id ipsum sentimus, agnitionem boni & mali profitemur. Ab his autem annis & suffusior & uestitior sexus est, & concupiscentia oculis arbitris utitur, & communicat placitum, & intelligit quæ sint, & fines suos adinstar sculneæ contagionis prurigne accingit: & hominem de paradiso integritatis educit, exinde scabida etiam in ceteras culpas & delinquendi nō naturales, cum iam non ex instituto naturæ, sed ex uitio. Ceterum propriè naturalis concupiscentia unica est alimentorum solummodò, quam Deus in primordio contulit. ⁴⁴³ Ex omni ligno, in *Gen. 2.* quit, edetis. Et secundæ post diluuium genituræ supermensus est, Ecce dedi uobis omnia *Gen. 9.* in escam tanquam olera fœni. prospectum non tam animæ quàm carni, etsi propter animam. ⁴⁴⁴ Auferenda est enim argumentatoris occasio, qui quòd anima desiderare uideatur alimēta, hinc quoque mortalem eam intelligi cupit, quæ cibis sustineatur, denique derogatis eis euigescat, postremò subtractis intercidat. Porro non solum proponendum est quisnam ea desideret, sed & cui, & si propter se, sed & cur, & quando, & quonam usque: tum quòd aliud est, natura desiderare, aliud necessitate, aliud secundum proprietatem, aliud in causam. Desiderabit igitur cibos anima, sibi quidem ex causa necessitatis, carni uero ex natura proprietatis. Certè enim domus animæ caro est, & inquilinus carnis anima. Desiderabit itaque inquilinus ex causa, & necessitate huius nominis profutura domui, toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus, nec ut ipse gloriandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodò continendus: quia non aliter contineri possit quàm domo fulta. Alioquin licebit animæ dilapsa domo ex destitutione priorum subsidiorum incolumi abire, habenti sua firmamenta & propriæ conditionis alimenta, immortalitatem, rationalitatem, sensualitatem, intellectualitatem, arbitrij libertatem. [⁴⁴⁵ Quæ omnia natiuitus animæ conlata idem qui in primordio inuidit, nunc *xxxix.* quoque obumbrat atque deprauat, quo minus aut uirtrò prospiciantur, aut quæ oportet administrantur. Cui enim hominum non adhærebit spiritus nequam, ab ipsa etiam ianua

natiuitatis animas aucupabundus, vel quâ inuitatus, ⁴⁴⁶ tota illa puerperij superstitione? Ita omnes idololatria obstetrice nascuntur, dū ipsi adhuc vteri infulis apud idola cōfectis redimunt, genimina sua dæmoniorum candidata profitentur, ⁴⁴⁷ dum in partu Lucinae & Dianae ciulatur, ⁴⁴⁸ dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur, ⁴⁴⁹ dum vltima die fata scribunda aduocantur, dum prima etiam constitutio infantis super terram ⁴⁵⁰ Statinae Deae sacrum est. Quis non exinde aut totum filij caput reatui vouet, aut aliquem excipit crinem, aut tota nouacula profecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obfignat, pro gētica, pro auita, pro publica, aut priuata deuotione? Sic igitur & Socratē puerū adhuc spiritus dæmonicus inuenit. Sic & omnibus genij deputantur ⁴⁵¹ quod dæmonum nomen est, ad eò nulla ferimè natiuitas mūda est, utique ethnicorum. Hinc enim & Apostolus ex sanctificatione alterutro sexu sanctos prōcreari ait, tā ex feminis prārogatiua quā ex institutionis disciplina. ⁴⁵² Ceterum (inquit) immundi nascerentur, quasi designatos tamen sanctitatis, ac per hoc etiam salutis, intelligi volens fidelium filios: ut huius spei pignora matrimonii quæ retinenda censuerat patrocinarerentur. Alioquin meminerat Dominicæ definitionis, Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei, id est non erit sanctus. [⁴⁵³ Ita omnis anima eousque in Adam censetur, donec in Christo recensatur: tam diu immunda, quam diu recensatur. Peccatrix autem, quia immūda recipiens ignominiam suam ex carnis societate. Nam etsi caro peccatrix, ⁴⁵⁴ secundum quam incedere prohibemur, cuius opera damnantur concupiscentis aduersus spiritum, ob quam carnales notantur infamia, ⁴⁵⁵ non tamen suo nomine caro infamis. Neque enim de proprio sapit quid, aut sentit, ad suadendam vel imperandam peccatela: quidni quæ ministerium est? Et ministerium, non quale seruus vel minor amicus animalis nomine, sed quale calix vel quid aliud eiusmodi corpus, non anima. Nam & calix ministerium sitientis est; nisi tamen qui sitit, calicem sibi accommodarit, nihil calix ministrabit. ⁴⁵⁶ Ad eò nulla proprietates hominis in choico, nec ita caro homo tanquam alia vis animæ, & alia persona, sed res est alterius planè substantiæ, & alterius conditionis, addicta tamen animæ ut suppellex, ut instrumētum in officina vitæ. Caro igitur increpatur in scripturis, quia nihil anima sine carne in operatione libidinis, gula, vinolentiæ, sæuitiæ, idololatriæ, ceterisque carnalibus non sensibus, sed effectibus. ⁴⁵⁷ Denique sensus delictorum, etiam sine effectibus imputari solent animæ. Qui viderit mulierem ad concupiscentiam, iam adulterauit in corde. Ceterum quid caro sine anima, perinde in operatione prohiberis, iustitiæ, tolerantia, pudicitia. Porro quale est, ut cui nec bona documenta propria subscribas, ei crimina adpingas? sed ea per quam delinquitur, conuenitur, ut illa à qua delinquitur, oneretur, etiam in ministerij accusationem. Grauior inuidia est in præsidem, cum officia pulsantur: plus cæditur qui iubet, quando nec qui obsequitur, excusatur. [⁴⁵⁸ Malum igitur animæ, præter quod ex obuentu spiritus nequam superstruitur, ex originis vitio antecedit, ⁴⁵⁹ naturale quodam modo. Nam, ut diximus, naturæ corruptio alia natura est, habens suum Deum & patrem, ipsum scilicet corruptionis auctorem: ut tamen insit & bonum animæ, illud principale, illud diuinum atque germanum, & propriè naturale. Quod enim à Deo est, non tam extinguitur, quam obumbratur. Potest enim obumbrari, quia non est Deus; extingui non potest, quia à Deo est. Itaque sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet, sed non comparat, si tanta densitas obstaculi fuerit: Ita & bonum in anima à malo oppressum pro qualitate eius, aut in totum vacat occulta salute, aut qua datur radiat inuenta libertate. Sic pessimi & optimi quidam, & nihilominus vnum omnes animæ genus: sic & in pessimis aliquid boni, & in optimis non nihil pessimi. Solus enim Deus sine peccato, ⁴⁶⁰ & solus homo sine peccato Christus, quia & Deus Christus. Sic & diuinitas animæ in præfagia erumpit ex bono priore, & conscientia Dei in testimonium prodit. ⁴⁶¹ Deus bonus est, Deus videt, & Deo commendo: propterea nulla anima sine crimine, quia nulla sine boni femine. Proinde cum ad fidem peruenit reformata ⁴⁶² per secundam natiuitatem ex aqua & superna virtute, detracto corruptionis pristinae aulæ totam lucem suam conspiciat. Excipitur etiam à spiritu sancto, sicut in pristina natiuitate à spiritu profano. Sequitur animam nubentem spiritui caro, ut dotale mancipium, & iam non animæ famula, sed spiritus. O beatum connubium, si non admiserit adulterium! [⁴⁶³ De morte iam superest, ut illic materia ponat, vbi ipsa anima consummat. ⁴⁶⁴ quanquam Epicurus vulgaris fati opinione negarit mortem ad nos pertinere. Quod enim dissoluitur (inquit)

sensu

A sensu caret, & quod sensu caret, nihil ad nos. Dissoluitur autem & caret sensu, non ipsa mors, sed homo, qui eam patitur. At ille ei dedit passionem, cuius est actio. Quod si hominis est pati mortem dissolutricem corporis, & peremptricem sensus, quā ineptum ut tanta vis ad hominem non pertinere dicatur. ⁴⁶⁵ Multo coactius Seneca: Post mortem (ait) omnia finiuntur, etiam ipsa. Hoc si ita est, iam & mors ad semetipsam pertinebit, si & ipsa finitur. Eo magis ad hominem, in quo inter omnia finiendo, & ipsa finitur. Mors nihil ad nos, ergo & vita nihil ad nos. Si enim quo dissoluimur præter nos, etiam quo cōpingimur extra nos. Si ademptio sensus nihil ad nos, nec adeptio sensus quicquam ad nos: sed mortem quoque interimat, quia & animam in nobis ut depositum habitat. & ut de alia prouincia animæ, ita de morte tractabitur, ad quam vel ipsi pertinemus, si ad nos illa non pertinet. ⁴⁶⁶ Deniq; nec speculū eius somnus, aliena materia est. [⁴⁶⁷ De somno prius **XLIIT.** disputemus, post mortem qualiter anima decurrat. ⁴⁶⁸ Non utique extranaturale est somnus, ut quibusdam Philosophis placet, cum ex his eum deputat causis, quæ præter naturā haberi videntur. ⁴⁶⁹ Stoici somnum resolutionem sensus affirmant, ⁴⁷⁰ Epicuri diminutionem spiritus animalis, ⁴⁷¹ Anaxagoras cum Xenophane defetiscentiam, ⁴⁷² Empedocles & Parmenides refrigerationem, Strato segregationem consati spiritus, Democritus indigentiam spiritus, ⁴⁷³ Aristoteles marcorem circumcordialis caloris. Ego me nunquam ita dormisse præsumo, ut ex his aliquid agnoscam. Neque enim credendum est, defetiscentiam esse somnum, contrarium potius defetiscentiæ, quam scilicet tollit. Si quidem homo somno magis reficitur quā fatigatur. Porro nec semper ex fatigatione concipitur somnus, & tamen cum ex illa est, illa iam non est. Sed nec refrigescitiam admittam, aut marcorem aliquem caloris, cum ad eò corpora somno concalescant: & dispensatio ciborum per somnum nō facillè procederet calore properabili, & rigore tardabili, si somno refrigeraremur. Plus est, quod etiam sudor digestionis æstuantis est index. Deniq; concoquere dicimur, quod caloris non frigoris operatio est. Proinde deminutionem animalis spiritus, aut indigentiam spiritus, aut segregationem consati spiritus; immortalis anima non sinit credi. Perit anima si minoratur. Superest si fortè cum Stoicis resolutionē sensus vigoris somnum determinemus, quia corporis solius quietem procuret, non & animæ. Animam enim ut semper mobilē & semper exercitam, nūquam succedere quieti, alienæ scilicet à statu immortalitatis: nihil enim immortale finem operis sui admittit. somnus autem finis est operis. Denique corpori cui mortalitas competit, ei soli quies finē operis adulat. Qui ergo de somni naturalitate dubitabit, habet quidem Dialecticos in dubium deducentes totam naturalium & extranaturalium discretionem, ut & quæ putauerit citra naturam esse naturæ vindicari sciat posse, à qua ita esse sortita sunt, ut citra eā haberi videantur, & utique aut natura omnia, aut nulla natura. Apud nos autē id poterit audiri, quod Dei contemplatio suggerit auctoris omnium de quibus quæritur. Credimus enim si quid est natura, rationale aliquod opus Dei esse. ⁴⁷⁴ Porro somnum ratio præter, tam aptum, tam vtilem, tam necessarium, ut absque illo nulla anima sufficiat, recreatorē corporum, redintegratorē virium, probatorem valetudinum, pacatorem operū, medicum laborum, cui legitime fruēdo dies cedit, nox legem facit, auferēs rerum etiam colorem. Quod si vitale, salutare, auxiliare somnus, nihil eiusmodi nō rationale, nihil nō naturale. Sic & Medici omne contrariū vitali, salutari, auxiliari extra naturæ cardines relegant. ⁴⁷⁵ Nam & æmulas somno valetudines, phreneticam atque cardiacam, præter naturam iudicando, naturalem somnum præiudicauerunt: ⁴⁷⁶ etiam in lethargo non naturalem notantes, testimonio naturali respondēt, cum in suo temperamento est. Omnis enim natura, aut defraudatione, aut enormitate rescinditur, proprietate mensuræ cōseruatur. Ita naturale erit statu, quod nō naturale effici potest decessu vel excessu. Quid si esum & potum de naturæ sortibus eximas? ⁴⁷⁷ nam & in his plurima somni paratura est. Certè his à primordio naturæ suæ homo imbutus est: si apud Deum discas, ⁴⁷⁸ ille fons generis Adæ **Gen. 2.** antè ebibit soporē, quā sitit quietē. Antè dormit quā laborauit, immò quā & edit, immò quā & profatus est, ut videant naturalem indicem somnū omnibus naturalibus principialem. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recensere. ⁴⁷⁹ Si enim Adam de Christo figurabat, somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, **Joan. 19.** ut de iniuria perinde lateris eius vera mater viuientium figuraretur Ecclesia. Id eò & somnus tam salutaris, tam rationalis etiam in publicæ & cōmunis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus & aliās nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus, ⁴⁸⁰ pa-

DD iij

radigmate Platonico plenius humani vel maximè inijt ac finis lineas quotidie agere nobiscum, manū porrigens fidei facilius adiuuandæ per imagines & parabolas, sicut sermo- num, ita & rerum. Proponit igitur tibi corpus amica vi soporis elisum, blanda quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante vitam iacuit, & quale post vitā iacebit, vt testationem plasticæ & sepulturæ, expectans animam quasi nondum conlatam, & quasi iam ereptā. Sed & illa sic patitur vt alibi agere videatur dissimulatione præsentia futurā absentiam ediscens: & tamen interim somniat, nec quiescit, nec ignauescit omnino, nec naturam immortalitatis feruam soporis addicit. Probat se mobilē semper; terra, mari peregrinatur, negotiatur, agitur, laborat, ludit, dolet, gaudet, licita atque illicita persequitur, ostendit quod sine corpore etiā plurimum possit, quod & suis instructa sit mēbris, sed nihilominus necessitatē habeat rursus corporis agitando. Ita cum euigilauerit corpus redditum officii eius, ⁴⁸¹ resurrectionem mortuorū tibi adfirmat. Hæc erit somni & ratio naturalis, & natura rationalis. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris, spē meditaris, discis mori & viuere, discis vigilare dū dormis. [⁴⁸² Ceterum de Hermotimo, Anima (vt ajunt) in somno carebat, quasi per occasionem vagaturi hominis proficiscente de corpore, vxor hoc prodidit. inimici dormientem nacti pro defuncto cremauerunt. Regressa anima, tardiùs credo, homicidium sibi imputauit. Ciues Clazomenij Hermotimū templo consolantur. Mulier non adit, ob notā vxoris, quorsum istud? vt quia non facile est vulgo existimare ⁴⁸³ secessionem animæ esse somnum, hoc quoque Hermotimi argumento credulitas suborneretur: genus fuerat grauioris aliquanto soporis, ⁴⁸⁴ vt de incubone præsumptio est, vel de ea valetudinis labe quam Soranus opponit, excludēs incubonē, aut tale quid vitij, ⁴⁸⁵ quod etiam Epimenidem in fabulam impegit quinquaginta penē annos somniculosum. Sed & Neronem Suetonius, & Thrasimedem ⁴⁸⁶ Theopōpus, negant vnquam somniasse: nisi vix Neronem in vltimo exitu post pauores suos. Quid si & Hermotimus ita fuit, vt otium animæ nihil operantis in somnis diuortium crederetur, omnia magis cōiectes, quàm istam licētiam animæ sine morte fugitiuā, & quidem ex forma cōtinuam. Si enim tale quid semel accidere dicatur, vt deliquim solis aut lunæ, ita & animæ, sanē persuaderet diuinitus factum. Congruere enim hominē seu moneri, seu terri, adeo velut fulgure rapido momentaneæ mortis ictu: si non magis in proximo esset, somnium credi, quod vigilanti potius accidere deberet, si non somniū magis credi oporteret. [⁴⁸⁷ Tenemur hīc de somniis quoque Christianam sententiā expromere, vt de accidentibus somni, sed non modicis iactationibus animæ, quam ediximus negotiosam, & exercitā semper ex perpetuitate motationis, quod diuinitatis & immortalitatis est ratio. Igitur cum quies corporibus euenit, quorum solatium proprium est, vacans illa à solatio alieno non quiescit, & si caret opera membrorum corporalium, suis vitur. Concipe gladiatorem sine armis, vel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnē habitū artis suæ atq; conatum: pugnatur, certatur, sed vacua iactatio est, nihilominus tamē fieri videntur, quæ fieri tamen non videntur. Actū enim fiunt, effectu verò non fiunt. ⁴⁸⁸ Hanc vim extasin dicimus, excessum sensus, & amentia: instar: sic & in primordio somnus cum extasi deditur. Et misit Deus extasin in Adam, & obdormiuit: somnus enim corpori prouenit in quietem, extasis animæ accessit aduersus quietem, & inde iam forma somnum extasi miscēs, & naturā de forma. Denique & oblectamur, & cōtristamur, & conterremur in somniis, quàm adfectē & anxietē & passibiliter: cum in nullo permoueremur à vacuis scilicet imaginibus, ⁴⁸⁹ si compotes somniaremur. Denique & bona facta gratuita sunt in somnis, & delicta secunda: ⁴⁹⁰ non magis enim ob stupri visionē dānabimur, quàm ob martyrii coronabimur. Et quomodo, inquis, memor, est somniorum anima, scilicet quam compotē esse non licet: hoc erit proprietas amentia: huius: quia non fit ex corruptela bonæ valetudinis, sed ex ratione naturæ: nec enim exterminat, sed auocat mentem. Aliud est cōcutere, aliud mouere, aliud euertere, aliud agitare. Igitur quod memoria suppetit, sanitas mētis est: quod sanitas mentis, salua memoria stupet, amentia: genus est. Ideò non dicimur furere, sed somniare: ideò & prudentes, si quando sumus: sapere enim nostrum licet obūbrētur, non tamen extinguuntur, nisi quod & ipsum potest videri vacare tunc. Extasin autē hoc quoque operari de suo proprio, vt sic nobis sapientia: imagines inferat, quemadmodum & erroris. [⁴⁹¹ Ecce rursus vrgemur etiam de ipsorum somniorū retractatu, quibus anima iactatur, exprimere: & quādo perueniemus ad mortem: & hīc dixerim, cum Deus dederit: nullæ longæ moræ eius quod eueniet. ⁴⁹² Vana in totū somnia Epicurus iudicauit,

XLIII.

XLV.

Genes. 2.

XLVI.

A uit, liberans à negotiis diuinitatem, & dissoluens ordinem rerum, & in passivitate omnia spargens, vt euentui exposita, & fortuita. Porro si ita est, ergo erit aliquis & veritatis euentus, quia nō capit solam eam euentui omnibus debito eximi. ⁴⁹³ Homerus duas portas diuinitatis, corneam veritatis, fallacię burneam. Respicere est enim, inquit, per cornu, ebur autem cæcum est. ⁴⁹⁴ Aristoteles maiore sententiā mēdacio recitans, agnoscit & verum. ⁴⁹⁵ Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. ⁴⁹⁶ Quis autem tam extraneus humanitatis, vt non aliquam aliquādo visionem fidelem senserit: pauca de insignioribus perstringens, Epicuro pudorem imperabo. ⁴⁹⁷ Astyages Medorum regnator quod filia Mandanę adhuc virginis vesicam in diluuium Asię fluxisse somnio viderit, Herodotus refert. Item anno post nuptias eius ex hisdem locis vitam exortam toti Asię incubasse. ⁴⁹⁸ Hoc etiam Charon Lampfacenus Herodoto prior tradit, qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non sefellerunt. Siquidem Asiā Cyrus & merfit & pressit. ⁴⁹⁹ Philippus Macedo nondum pater, Olympiadis vxoris naturam obsignasse viderat anulo, leo erat signū, crediderat præclusam genituram, opinor ⁵⁰⁰ quia leo semel pater est. ⁵⁰¹ Aristodemus vel Aristophon coniectans, immò nihil vacuum obsignari, filium & quidem maximū impetus portendi. Alexandrum qui sciunt, leonem anuli recognoscunt: ⁵⁰² Ephorus scribit. ⁵⁰³ Sed & Dionysij Sicilia: tyrannidem Himeræa quædam somniavit, ⁵⁰⁴ Heraclides prodidit. ⁵⁰⁵ Et Seleuco regnum Asiæ Laodice mater nōdum eum enixa præuidit, Euphorion prouulgauit. ⁵⁰⁶ Mithridatem quoque ex somnio Ponti potitum à Strabone cognosco. ⁵⁰⁷ Et Balaridē Illyricū à Molossis vique Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco. Nouerunt & Romani veritatis huiusmodi somnia. ⁵⁰⁸ Reformatorum imperij, puerulum adhuc & priuatum loci, & Iulium Octauium tātū, & sibi ignotum Marcus Tullius iam & Augustum & ciuiliū turbinū sepulchrum de somnio norant. In Vitelliis commentariis conditum est. Nec hæc sola species erit summæ prædicatrix potestatum, sed & periculorum & exitiorū: ⁵⁰⁹ vt quum Cæsar in prælium perduellium Bruti & Cassij Philippis æger aliās maiestatem, aliās discrimen ab hostibus relaturus, Artorij visione destituto tabernaculo euadit: ⁵¹⁰ vt quum Polycreti Samio filia crucem prospicit ⁵¹¹ de solis vnguinē ⁵¹² & lauacro Iouis. Reuelantur & honores & ingenia per quietem: præstantur & medelæ, produntur & furta, conferuntur & thesauri. ⁵¹³ Ciceronis denique dignitatem, paruuli etiā nunc, gerula iam sua inspexerat. ⁵¹⁴ Cycnus de sinu Socratis demulcens homines, discipulus Plato est. ⁵¹⁵ Cleonymus Pythes ab Achille curatur in somniis. ⁵¹⁶ Coronam auream quum ex arce Athenæ perdidisset, Sophocles tragicus somniado redinuenit. ⁵¹⁷ Neoptolemus tragicædus, apud Rheum Troiæ sepulchrum A iacis, monitus in somnis, ab ipsa ruina liberatur; & quum lapidum senia deponit, diues inde auro redit. ⁵¹⁸ Quanti autem Commentatores & adfirmatores in hanc rem, ⁵¹⁹ Artemon, ⁵²⁰ Antiphon, ⁵²¹ Strato, ⁵²² Philochorus, ⁵²³ Epicharmus, ⁵²⁴ Serapion, ⁵²⁵ Cratippus, & ⁵²⁶ Dionysius Rhodius, ⁵²⁷ Hermippus, tota sæculi literatura. Solum si fortè ridebo, qui se existimauit persuasurū quod prior omnibus Saturnus somniarit: nisi si & prior omnibus vixit. Aristoteles, ignosce ridenti. Ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. ⁵²⁸ Nam & oraculis hoc genus stipatus est orbis, ⁵²⁹ vt Amphiaraj apud Oropum, ⁵³⁰ Amphilochei apud Mallum, ⁵³¹ Sarpedonis in Troade, ⁵³² Trophonij in Bœotia, ⁵³³ Mopsi in Cilicia, ⁵³⁴ Hermione in Macedonia, ⁵³⁵ Pasiphææ in Laconica. Cetera cū suis & originibus & ritibus & relatoribus eum omni deinceps historia somniorū Hermippus Beritensis quinione voluminum satiatissimè exhibebit. ⁵³⁶ Sed & Stoici Deū malūt prouidentissimum humanæ institutioni inter cetera præsidia diuinaticum artū & disciplinarum, somnia quoque nobis indidisse, peculiare solatium naturalis oraculi. Hæc quātū ad fidem somniorum à nobis quoque consignandam, & aliter interpretandam. ⁵³⁷ Nā de oraculis etiā ceteris, apud quæ nemo dormitat, quid aliud pronūtiabimus, quàm demoniam esse rationem eorū spirituum, qui iam tūc in ipsis hominibus habitauerint, vel ad memorias eorum affectauerint ad omnem malitia: suæ scenā, in ista æquē specie diuinitatem mentientes, eademque industria ⁵³⁸ etiam per beneficia fallentes medicinatum, & admonitionum, & prænuuntiationum, quæ magis lædant iuuando, dum per ea quæ iuuant, ab inquisitione veræ diuinitatis abducunt ex insinuatione falsæ. & vtrique non clausa vis est, nec sacrariorum circumscribitur terminis: vaga & peruolatrica, & interim libera est: Quo nemo dubitauerit domus quoque dæmoniis patere, nec tantū in adytis, sed in

XLVII. cubiculis homines imaginibus circūuenire. [¹³⁹ Definimus enim à dæmoniis plurimū D
incuti somnia, etsi interdum vera & gratiosa, sed de qua industria diximus, affectiua atq;
captantia; quanto magis vana & frustratoria, & turbida, & ludibriosa, & immunda. Nec
mirum si eorum sunt imagines, quorū & res. ¹⁴⁰ A Deo autem, ¹⁴¹ pollicito scilicet & gra-
tiam spiritus sancti in omnem carnem, & sicut prophetaturos, ita & somniaturos seruos
suos & ancillas suas, ea deputabuntur quæ ipsi gratiæ comparabuntur, si qua honesta, san-
cta, prophetica, reuelatoria, edificatoria, vocatoria: quorum liberalitas soleat & in pro-
phanos destillare, imbres etiam & soles suos peræquante Deo iustis & iniustis. Siquidem
Dan. 2. & Nabuchodonosor diuinitus somniat: & maior penè vis hominū ¹⁴² ex visionibus Deū
discunt. Sicut ergo dignatio Dei & in ethnicos, ¹⁴³ ita & tentatio mali in sanctos, à quibus
nec interdiu absistit, vt vel dormientibus obrepat quæ potest, si vigilantibus non potest.
Tertia species erunt somnia, quæ sibi met ipsa anima videtur inducere ex intentione cir-
cūstantiarum. Porro quam non est ex arbitrio somniare (nam & Epicarmus ita sentit)
quomodo ipsa erit sibi causa alicuius visionis. Num ergo hæc species naturali formæ re-
linquenda est, seruans animæ etiam in ecstasi res suas perpeti? Ea autē quæ neque à Deo,
neque à dæmonio, neque ab anima videbuntur accidere, & præter opinionem, & præter
interpretationem, & præter enarrationem facultatis ipsi propriè ecstasi & rationi eius se-
XLVIII. parabuntur. [¹⁴⁴ Certiora & coliora somnari affirmant sub extimis noctibus, quasi
iam emergente animarum vigore producto sopore. ¹⁴⁵ Ex temporibus autem anni verno
magis quietata est, quod dissoluat animas, & hyems quodammodo obduret, & autumnus E
tentator aliàs valitudinum succis pomorum vinosissimis diluat. Itē ex ipsius quietis situ,
si neque resupina, neque dextero latere decumbat, neque cōresupinatis internis, quasi re-
fusus loculis statio sensuum fluitet, aut compressu iecoris angina sit mētis. Sed hæc inge-
niose æstimari, potius quàm constanter probari putem, etsi Plato est qui ea æstimauit, &
fortassē an casu procedant. Alioquin ex arbitrio erunt somnia, si dirigi poterunt. Nam
quod & de cibis distinguendis vel derogandis, nunc præsumptio, nunc supersticio disci-
plinam somniis præscribit, examinanda est. ¹⁴⁶ Supersticio, vt cum apud oracula incubatu-
ris ieiunium indicitur, vt castimoniam inducat: præsumptio, vt cum Pythagorici ob hæc
quoque speciem fabam respuunt, onerosum & inflatum pabulum. ¹⁴⁷ Atquin trina illa cū
Dan. 2. Daniele fraternitas legumine solo contenti, ne regis ferculis contaminarentur, præter sa-
pientiam reliquam somniorum præcipuè gratiam à Deo redemerunt & impetrandorum
& differendorum. Ieiuniis autem nescio an ego solus plurimum ita somniem, vt me som-
niasse non sentiam. Nihil ergo sobrietas, inquis, ad hanc partem: immò tanto magis ad
hanc, quantum & ad omnem; si & ad superstitionem, multo amplius ad religionem. Sic
enim & dæmonia expostulant eam à suis somnatoribus, ad lenocinium scilicet diuinita-
Dan. 9. tis, quia familiarem Dei norunt: quia & Daniel rursus ¹⁴⁸ triū hebdomadū statione aruit
victu. Sed vt Deū inliceret humiliationis officiis, nō vt animæ somniaturæ sensum & sa-
piētiam strueret, quasi non in ecstasi acturæ, ita non ad ecstasin submouēdā sobrietas pro-
ficiet, sed ad ipsam ecstasin commendandam, vt in Deo fiat. [¹⁴⁹ Infantes qui non put-
XLIX. tant somnare, cum omnia animæ pro modo ætatis expungantur in vita, animaduertant
succussus, & nutus, & renidentias eorum per quietem, vt ex re comprehendant motus ani-
mæ somniantis facillè per carnis teneritatem erumpere in superficiem. ¹⁵⁰ Sed & quod Li-
byca gens Atlantes cæco somno noctem transigere dicuntur, animæ vtrique natura taxa-
tur. Porro aut Herodoto fama mentita est, nonnunquam in Barbaros calūniosa, aut ma-
gna vis eiusmodi dæmonum in illo climate dominatur. Si enim & Aristoteles heroem
quendam Sardinæ notat, incubatores fani sui visionibus priuantē, erit & hoc in dæmo-
num libidinibus tā auferre somnia quàm inferre, ¹⁵¹ vt Neronis quoque seri somnatoris,
¹⁵² & Thrasimedis insigne inde processerit. Sed & à Deo deducimus somnia. Quid ergo
nec à Deo Atlantes somniarent, vel ¹⁵³ quia nulla iam gens Dei extranea est, in omnem
terram & in terminos orbis Euangelio coruscante. Num ergo aut fama mentita est Ari-
stoteli, aut dæmonū adhuc ratio est, dum ne aliqua natura credatur immunis somniorū?
L. [¹⁵⁴ Satis de speculo mortis, id est de somno, cum etiam de negotiis somni, id est de som-
niis: nunc ad originem huius excessus, id est, ordinem mortis: quia nec ipsa sine quæstio-
nibus, licet ¹⁵⁵ finem omnium quæstionum. Publica totius generis humani sentētia mor-
tē naturę debitum pronuntiamus. Hoc stipulata est Dei vox, hoc spondit omne quod
nascitur, vt iam hinc non Epicuri stupor suffundatur, negantis debitum istud ad nos per-
tine-

A tinere: ¹⁵⁶ sed hæretici Magi Menandri Samaritani furor conspuatur, dicentis mortem
ad suos non modò non pertinere, verum nec peruenire. In hoc scilicet se à superna & ar-
cana potestate legatum, vt immortales & incorruptibiles & statim resurrectionis cōpo-
tes fiant qui baptisma eius induerint. Legimus quidem pleraque aquarum genera mirā-
da. ¹⁵⁷ Sed aut ebriosos reddit Lyncestarū vena vinosa, ¹⁵⁸ aut lymphaticos efficit Colo-
phonis scaturigo dæmonica, ¹⁵⁹ aut Alexādri accidit Nonacris Arcadiæ venenata: ¹⁶⁰ fuit
& Iudææ lacus medicus ante Christum. ¹⁶¹ Planè Stygias paludes poëta tradidit mortem
diluentes. Sed & Thetis filium planxit. Quanquam si & Menander in Stygē mergit,
moriendum erit nihilominus, vt ad Stygē venias. Apud inferos enim dicitur: Quæ-
nā & vbinam ista scelicitas aquarū, quas nec Ioannes baptizator præministravit, nec Chri-
stus ipse discipulis demonstravit? ¹⁶² Quod hoc Menādri balneū, Comicum credo, sed cur
tam infrequens, tā occultū, quo paucissimi lauant? Suspectā enim faciā tantā raritatem se-
curissimi atque tutissimi sacramēti, ¹⁶³ apud quod nec pro Deo ipso mori lex est, cum cō-
tra omnes iam nationes ascendant in montem Domini, & in ædem Dei Iacob, mortem
per martyrium quoque flagitatis, quam de Christo etiam suo exegit: nec Magiæ tantum
dabit quisquam, vt eximat mortē aut repastinet vitis modo vitam ætate renouata. Hoc
enim ne Medea quidem licuit in hominem, etsi licuit in veruecem. ¹⁶⁴ Translatus est *Genes. 5.*
Enoch & Helias, nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. ¹⁶⁵ Ceterum morituri refer- *4. Reg. 2.*
uantur, vt Antichristum sanguine suo extinguant. ¹⁶⁶ Obiit & Ioannes, quem in aduen- *Apocal. 11.*
rum Domini remansurum frustra fuerat spes. Ferè enim hæreses ad nostra exempla pro- *10. 2 1.*
siliunt, inde fumentes præsidia quò pugnant: postremò compenditū est, vbi sunt illi quos
Menander ipse perfudit, quos in Stygē suam merisit? Apostoli perennes veniant, assistāt,
videat illos meus Thomas, audiat, contrectet, & credat. [¹⁶⁷ Opus autem mortis in me-
dio est, ¹⁶⁸ discretio corporis animæque, sed quidam ad immortalitatem animæ, quam
quidam non à Deo edocti infirmè tuentur, ita argumentationes emendicant, vt velint
credi etiam post mortem quasdam animas adhærere corporibus. ¹⁶⁹ Ad hoc enim & Pla-
to, etsi, quas vult animas ad cælum statim expedit, in Politia tamē cuiusdam insepulti ca-
daver opponit, longo tempore sine vlla labe, præ animæ scilicet indiuiduitate, seruatum.
¹⁷⁰ Ad hoc & Democritus crementa vnguium, & comarum in sepulturis aliquanti tem-
poris denotat. Porro & æris qualitas corpori illi potuit tutela fuisse; quid si aridiōr aër, &
solum salius? quid si & ipsius corporis substantia exsuccior? quid si & genus mortis antè
iam corruptrices materias erogarat? Vngues autem cum exordia neruorum sint, meritò
neruis resolutione porrectis prouectiores, & quotidie deficiente carne expelli videntur.
Comæ quoque alimenta de cerebro, quod aliquādiu durare præstat secreta munitio. De-
nique in viuētibz etiam pro cerebri vbertatē, vel affluit capillago, vel deserit. Habes
Medicos, si nec modicum quid animæ subsidere in corpore est decessurum quādoque &
ipsum, cum totam corporis scenam tempus aboleuerit. Et hoc enim in opinione quorū-
dam est: ¹⁷¹ propterea nec ignibus funerandum aiunt, parcētes superfluo animæ. Alia est
autem ratio pietatis istius, non reliquis animæ adulatrix, sed crudelitatis etiā corporis
nomine auerfatrix, quod & ipsum homo non vtrique mereatur pœnali exitu impendi.
¹⁷² Ceterum anima indiuisibilis vt immortalis etiam mortem indiuisibilem exigit credi:
non quasi immortali, sed quasi indiuisibili animæ indiuisibiliter accidentem. Diuidetur
autem & mors si & anima, superfluo scilicet animæ quādoque morituræ: ita portio mor-
tis cum animæ portione remanebit. Nec ignoro aliquod esse vestigium opinionis istius.
De meo didici. Scio scēminam quandam vernaculā Ecclesiæ, forma & ætate integra sū-
ctam: post vnicū & breue matrimonium, cum in pace dormisset, ¹⁷³ & morante adhuc
sepultura, interim oratione presbyteri componeretur, ad primum habitū orationis ma-
nus à lateribus dimotas in habitum supplicem cōformasse, rursūque cōdita pace, situi
suo reddidisse. ¹⁷⁴ Est & alia relatio apud nostros, in cœmeterio corpus corpori iuxta col-
locando spatium recessu cōmunicasse. Si & apud ethnicos tale quid traditur, vtiq; Deus
potestatis suę signa proponit, suis in solatium, extraneis in testimonium. Magis enim cre-
dam in testimonium ex Deo factum, quàm ex vllis animæ reliquiis: quæ si inessent, alia
quoque membra mouissent, & si manus tantum, sed nō in causam orationis: corpus etiā
illud non modò fratri cessisset, verum & alias mutatione situs ¹⁷⁵ sibi met ipsi refrigerasset.
Certè vnde sunt ista, ¹⁷⁶ signis potius & ostentis deputanda, naturam facere non possunt:
mors si non semel tota est, non est; si quid animæ remanserit, vita est: non magis vite mi-

L I I . scēbitur mors, quā̄m diei nox. [177 Hoc igitur opus mortis, separationē carnis atque animæ, sēposita quæstione factorum & foruitorum, bifariam distinxit humanus adfectus, in ordinariam & extraordinariam formam. Ordinariam quidem naturæ deputans placidæ cuiusque mortis: extraordinariam verò præter naturam iudicans, violenti cuiusque finis. Qui autem primordia hominis nouimus, audenter determinamus mortem nō ex natura secutam hominem, sed ex culpa, ne ipsa quidem naturali. Facile autem vsurpari naturæ nomen in ea quæ videntur à natiuitate ex accidentia adhæsisse. Nam si homo in mortem directò institutus fuisset, tunc demum mors naturæ ascriberetur. Porro non in mortem institutum eum probat ipsa lex, conditionali comminatione suspendens, [178 & arbitrio hominis addicens mortis euentū. Denique si non deliquisset, nequaquā obisset. Ita nō erat natura quod ex oblationis potestate accidit per voluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem. Proinde etsi variis exitus mortis, vt est multimoda conditio causarum, nullum ita dicimus lenem, vt non vi agatur. Ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex licet, vis est, quid enim? quæ tantam animæ & carnis societatem, tantam à conceptu concretionem fororum substantiarum diuellit ac dirimit. [179 Nam etsi præ gaudium spiritum exhalet, vt Chilon Spartanus, dum victorem Olympiæ filiū amplectitur; [180 etsi præ gloria, vt Clidemus Atheniensis, dum ab histrionibus ob præstantiam auro coronatur; [181 etsi per somnium, vt Plato; [182 etsi per risum, vt P. Crassus: multò violentior mors, quæ per aliena graffatur, quæ animam per commoda expellit, quæ tūc mori adfert, cum iocundius viuere est in exultatione, in honore, in requie, in voluptate. Vis est & illa nauigijs, cum [183 Ion- E gē à Caphareis faxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, intestino repētē percussu, cum tota securitate desidunt: non secus naufragia sunt vitæ, etiam tranquillæ mortis euentus. nihil refert integram abire corporis nauem, an dissipatam, dū animæ nauigatio euertatur. [184 Sed quò deinde anima nuda & explosa diuertet, sine dubio prosequemur ex ordine: prius tamen quod est loci huius explebimus, ne quia varios exitus mortis ediximus, expectet quis à nobis rationes singulorū, [185 Medicis potius relinquendas proprijs arbitris omnium lethaliū rerum siue causarum, & ipsarum corporalium cōditionum. Planè ad immortalitatem animæ hīc quoque protegendam in mētionē mortis aliquid de eiusmodi exitu interstruam, in quo paulatim ac minutatim anima dilabitur: habitū enim sustinens defectio- nis, abducitur dum absumi videtur, & coniecturam præstat interitus de excessus tēperatura. Tota autem in corpore & ex corpore est ratio. nam quisquis ille exitus mortis, sine dubio aut materiarum, aut regionum, aut viarū vitalium euerfio est: materiarum, vt fel- lis, vt sanguinis: regionum, vt cordis, vt iccoris: viarum, vt venarum, vt arteriarum. Dum igitur hæc ex propria quaque iniuriæ causa vastantur in corpore, ad usque vltimam euerfionem, & recessionem vitalium, id est, naturalium finium, situum, officiorum, necessario & anima, dilabentibus paulatim instrumētis, & domicilijs, & spatijs suis: paulatim & ipsa migrare compulsā deducitur in diminutionis effigiem: [186 non alio modo quā̄m quo & aurigam ipsum quoque defecisse præsumitur, cum vires equorum defatigatio dēcēgaur, F quantum de dispositione destituti hominis, nō de passionis veritate. Perinde auriga corporis spiritus animalis deficientis vectaculi nomine non suo deficit, opere decedens non vigore, actu languens non statu, constantiam non substantiam decoquens, quia cōpare- re cessat, non quia esse. [187 Sic & rapida quæque mors, vt ceruicum messis semel tātā ianuam pandēs, vt ruinæ vis semel omnia vitalia elidens, vt apoplexis interior ruina, nullā animæ moram præstat, nec discessū eius in momēta discruciat. At vbi longa mors, prout deseritur anima, ita & deserit: non tamen conciditur hac facie, sed extrahitur; & dum extrahitur, postrematē suam partem videri facit. Nō omnis autē pars statim & abscissa est, quia postera est: nec quia exigua est, statim & ipsa peritura est. Sequitur seriem suus finis, & mediocritas trahitur ad summa, & reliquiæ vniuersitati coherentēs expectātur ab illa, non derelinquūtur. atque ita ausim dicere totius vltimū totum est: quia licet minus atque posterius sit, ipse est. [188 Hinc denique euenit, sæpē animā in ipso diuortio potē- tius agitari, sollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu, iā in libero constituta, per superfluum quod adhuc cūctatur in corpore, enuntiat quæ videt, quæ audit, quæ incipit nosse. [189 Si enim corpus istud Platonica sentētia carcer, ceterum Apostolica Dei templum cum in Christo est: sed interim animam consēpto suo obstruit, & obscurat, & concretione carnis infæcat. Vnde illi, velut per cornū specular, obsole- E

A tior lux rerum est. Proculdubio cum vi mortis exprimitur de concretione carnis, & ipsa expressione colatur, certè de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram & puram & suam lucem, statim semetipsam in expeditione substantiæ recognoscit, & in diuinitatem ipsa libertate respicit, vt de somno emergens ab imaginibus ad veritates: tūc & enuntiat quæ videt, tunc exultat aut trepidat, [190 prout paraturam deuersorij sui sentit, [191 de ipsius statim angeli facie, [192 euocatoris animarum, Mercurij poetarum. [193 Quò L I I I I . igitur deducetur anima, iam hinc reddimus. [194 Omnes ferè Philosophi, qui immortalitatem animæ, qualiter volunt, tantum vindicant, vt Pythagoras, vt Empedocles, vt Plato, [195 quique aliquod illi tempus indulgent, ab excessu vsque in conflagrationem vniuersitatis, vt Stoici, luas solas, id est, sapientum animas, in supernis mansionibus collocant. [196 Plato quidem non temerè Philosophorum animabus hoc præstat, sed eorum qui Philosophiam scilicet exornauerint amore puerorum. Ad eò etiam inter Philosophos magnum habet priuilegium imputitas: itaque apud illum in ætherem sublimantur animæ sapientes: [197 apud Arium, in aërem; [198 apud Stoicos, sub lunam. Quos quidem miror, quòd imprudentes animas circa terram prosternant, cum illas à sapientibus multo superioribus erudiri adfirmant. Vbi erit Scholæ regio in tanta distantia deuersoriorū? qua ratione discipulæ ad magistras conuentabunt, tanto discrimine inuicem absentes? quis autem illis postumæ eruditionis vsus ac fructus, iam iam conflagratione perituris? Reliquas animas ad inferos deiciunt. [199 Hos Plato velut gremium terræ describit in Phædone, quò omnes labe mundialium sordium confluendo, & ibidem desidendo exhalent, & B quasi ceno immunditiarum suarum crassiorē haustum & priuatum illic aërem stipent. [200 Nobis inferi, nō nuda cauositas, nec subdualis aliqua mūdi sentina creduntur: [201 sed L V . in fossa terræ & in alto vastitas, & in ipsi visceribus eius abstrusa profunditas. [202 Siquidē Christum in corde terræ triduum mortis legimus expunctū, id est, in recessu intimo, & in- Math. 12 . terno, & in ipsa terra operto, & intra ipsam cauato, & inferiorib⁹ adhuc abyssis superstru- cto. Quòd si Christus Deus, quia & homo, mortuus secundū scripturas, & sepultus secundum eandem, hic quoque legi satisfecit, [203 forma humanæ mortis apud inferos functus, [204 nec antè ascendit in sublimiora celorum, quā̄m descendit in inferiora terrarū, vt illic Ephef. 4 . Patriarchas, & Prophetas compotes sui faceret: [205 habes, & regionem inferūm subterraneā credere, & illos cubito pellere, qui satis superbe non putent animas fidelium inferis dignas: serui super dominum, & discipuli super magistrum, [206 aspernati si fortè in Abrahæ Math. 12 . sinu, expectadæ resurrectionis solatium carpere. [207 Sed in hoc, inquiunt, Christus inferos adit, ne nos adiremus. Ceterum quod discrimen ethnicorum & Christianorum, si carcer mortuis idem: [208 quomodo ergo anima exhalabit in cælum, Christo illic adhuc sedente ad dexteram patris, [209 nondum Dei iussu per tubam archangeli audito, nondum illis quos Domini aduerus in seculo inuenerit obuiam ei raptis in aërem, cum his qui mortui in Christo primi resurgent? Nulli patet cælum, terra adhuc salua, ne dixerim clausa. Cum transactione enim mundi referabuntur regna celorum. Sed in æthere dormitio nostra, cum pueris Platonis: aut in aëre, cum Ario: aut circa lunam, cum Endymionibus Stoico- rum. [210 Immo, inquis, in paradiso, quò iam tunc & Patriarchæ & Prophætæ appendices Dominicę resurrectionis, ab inferis migrauerint. [211 Et, quomodo Ioāni in spiritu, paradisi regio reuelata, quæ subiicitur altari, nullas alias animas apud se præter martyrū ostendit? [212 Quomodo Perpetua fortissima martyr sub die passionis in reuelatione paradisi, solos illic cōmartyres suos vidit, nisi quia nullis rōphæa paradisi ianitrix cædit, nisi qui in Chri- sto decesserint? [213 Non in Adam noua mors pro Deo, & extraordinaria pro Chrtisto; alio & priuato excipitur hospitio? Agnosce itaque differentiam ethnici & fidelis in morte, si pro Deo occumbas vt Paracletus monet, non in mollibus febribus & in lectulis, sed in martyrijs: si crucem tuam tollas, & sequaris Dominū, vt ipse præcepit. Tota paradisi cla- Math. 10 . uis tuus sanguis est. Habes etiam de paradiso à nobis libellum, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini, [214 Occurrit disceptatio, an hoc L V I . ab excessu statim fiat, an quasdam animas aliqua ratio detineat hīc interim, an etiam receptas liceat postea ab inferis ex arbitrio vel ex imperio interuenire; nec harum enim opinionum suarioræ defunt. [215 Creditum est infepultos non antè ad inferos redigi quā̄m iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum, funus in somnis de Achille flagitantem, quòd non aliās adire portas inferūm possēt, arcenibus eum longè animabus sepulcorum. Nouimus autem præter poetica iura, pietatis quoque E E

Homericæ industriam. Tanto magis enim curam sepulturæ collocavit, quanto etiam D moram eius iniuri osam animabus incusavit, simul & ne quis defunctum domi detinēs ipse amplius cum illo maceretur enormitate solatij dolore nutriti. Ita querelas animæ insēpultæ ad utrumque confinxit, ut instantia funeris & honor corporum seruetur, & mœror adfectuum temperetur. Ceterum quàm vanum ut anima corporis iusta sustineat, quasi aliquid ex illis ad inferos auehat? Multo vanius si iniuria deputabitur animæ, cessatio sepulturæ, quam pro gratia deberet amplecti. Vtique enim tardiùs ad inferos abstrahi mallet, quæ nec mori voluit. Amabit impium hæredem, per quem adhuc pascitur luce: aut si qua pro certo iniuria est tardiùs sub terram detrudi, titulus autem iniuriæ cessatio est sepulturæ, per quàm iniquum eam iniuria adfici, cui non imputabitur cessatio sepulturæ, ad proximos scilicet pertinens.⁶¹⁶ Aiunt & immatura morte præuentas eousque vagari⁶¹⁷ isthic,⁶¹⁸ donec reliquatio compleatur ætatis, qua cum peruixissent, si non intempēstiuè obiissent. Porro aut constituta sunt tempora unicuique,⁶¹⁹ & constituta præripipi posse non credam. Aut si constituta sunt quidem, Dei tamē voluntate vel aliqua potestate mutilantur: frustra mutilantur, si iam impleri sustinent. Aut si nō sunt constituta, nulla erit reliquatio temporum non constitutorum. Adhuc addam: Ecce obiit (verbi gratia) infans sub vberum fontibus, putà nunc puer inuēctis, putà vesticeps,⁶²⁰ qui tamen octoginta annos victurus fuisset, hos præreptos, ut anima eius hīc post mortem transigat, quale est? ætatem enim non potest capere sine corpore, quia per corpora operantur ætates.⁶²¹ Nostri autem illud quoque recogitent, corpora eadem recepturas in resurrectione animas, in quibus decesserunt. Idem ergo sperantur & corporum moduli, & eadem E ætates quæ corporum modos faciunt. Quo ergo pacto potest infantis anima hīc transigere prærepta tempora, ut octogenaria resurgat in corpore mens vnus? Aut si hīc necesse erit ea tempora impleri quæ fuerant destinata, num & ordinem vitæ, quem sortita sunt tempora pariter cum illis hīc destinatum, pariter hīc anima decurret, ut & studeat⁶²² ab infantia pueritiæ delegata, & militet ab adolescentia iuuenta excitata, & censeat à iuuenta senectæ ponderata, & fœnus exprimat, & agrum vrgeat, nauiget, litiget, nubat, laboret, ægritudines obeat, & quæcumque illam cum temporibus manebant tristitia ac læta? Sed hæc sine corpore quomodo transigentur? vita sine vita. Sed vacua erunt tempora solo decursu adimplēda. Quid ergo prohibet apud inferos ea impleri, vbi perinde nullus est vsus illorum? Ita dicimus omnem animam quaqua ætate decesserit, in ea stare ad eum diem, vsquequò perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.⁶²³ Proinde extorres inferum habebuntur, quas vi ereptas arbitrantur, præcipuè per atrocitates suppliciorum, crucis dico, & securis, & gladij, & feræ. Nec isti porro exitus violenti, quos iustitia decernit violentiæ vindex. Et idē, iniquis, scelestæ quæque animæ inferis exulant. Alterum ergo cōstituas compello, aut bonos inferos, aut malos. Si malos, placet: & iam præcipitati illuc animæ pessimæ debent. Si bonos, cur idem animas immaturas, & innuptas, & pro cōditione ætatis puras, & innocuas interim, dignas inferis non iudicas? [⁶²⁴ Aut optimum est hīc retineri, ⁶²⁵ secundum ahoros: aut pessimum, secundum biæothanatos, ut ipsis iam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum istarū ⁶²⁶ Magica sonat, ⁶²⁷ Hoftanes, ⁶²⁸ & Typhon, ⁶²⁹ & Dardanus, & ⁶³⁰ Damigeron, ⁶³¹ & Necta- F bis, ⁶³² & Berenice. ⁶³³ publica iam litteratura est, quæ animas etiam iusta ætate sopitas etiā proba morte disūctas, etiam prompta humatione dispunctas, euocaturam se ab inferum incolatu pollicetur. Quid ergo dicemus Magiā? quod omnes penè, fallaciā, sed ratio fallaciæ solos nō fugit Christianos, qui spiritalia nequitæ, non quidē socia cōscientia, sed inimica sciētia nouimus, nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus multiformē luem mētis humanæ, totius erroris artificem, salutis pariter animæq; vastatorē. Sic etiam Magiæ, secūde scilicet Idololatriæ, in qua se dæmones perinde mortuos fingunt, quemadmodū in illa deos, quidnī? cū & dij mortui. Itaque inuocantur quidem ahori & biæothanati sub illo fidei argumēto, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim & iniuriā facere, quas per vim & iniuriam sæuus & immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ: sed dæmones operantur sub obtētu earum: & hi vel maximè, qui in ipsis tūc fuerunt cū adiuerent, qui que illas in huiusmodi impegant exitus.⁶³⁴ Nā & suggestimus nullum penè hominem carere dæmonio: & pluribus notum est dæmoniorum quoque opera & immaturas & atroces effici mortes, quas incurfibus deputant. Hæc quoque fallaciam spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam

LVII.

A etiam rebus probamus, ⁶³⁵ quum in exorcismis interdum aliquē se ex parentibus hominem sui affirmat, interdum gladiatorem vel bestiarium, sicut & alibi Deum, nihil magis curans, quàm hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne facile credamus animas vniuersas ad inferos redigi, ut & iudicij & resurrectionis fidem turbent. Et tamen ille demō postquam circumstantes circumuenire tentauit, instantia diuinæ gratiæ victus, id quod in vero est inuitus confitetur. Sic & in illa alia specie Magiæ, quæ iam quiescētes animas euellere ab inferis creditur, & conspectui exhibere, non alia fallaciæ vis est: operatio planè, quia & phantasma præstat, quia & corpus ad fingitur: nec magnum illi exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excæcare per facile est. ⁶³⁶ Corpora denique videbantur Pharaoni & Ægyptiis Magicarum virgarum dracones: sed Mosei veritas mendacium deuorauit. Multa vtiq; & aduersus Apostolos ⁶³⁷ Simon de- Exod. 7. Act. 13. dit, & Elimas Magi: sed plaga cæcitatatis de præstigiis non fuit. quid noui, æmulatio veritatis à spiritu immundo? Ecce hodie eiusdem Simonis hæreticos tanta præsumptio artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis mouere se spondeant. Et credo quia mendacio possunt: ⁶³⁸ nec enim pythonico tunc spiritui minus licuit animam Samuelis effingere, post Deum mortuos consulente Saule. Absit alioquin ut animam cuiuslibet sancti, nedum Prophetæ, à dæmonio credamus extractam, edocti quod ipse Sathanas trāsfiguretur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam Deum se adseueraturus ^{2. Cor. 11. 2. Thess. 2. 1. Reg. 28.} signaque portentosiora æditurus, ad euertendos, si fieri possit, electos. Dubitauit si forte tunc Prophetam se Dei asseuerare, & vtiq; Sauli, in quo iam ipse morabatur: ne putes ^{Math. 24. 1. Reg. 28.} alium fuisse qui phantasma administrabat, alium qui commendabat, sed eundem spiritum & in pseudoprophete, & in apostata facile mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis thesaurus illic erat, vbi & cor ipsius, vbi scilicet Deus non erat. Et idē per quem visurum se credidit, vidit: quia per quem vidit, & credidit. Si & de nocturnis imaginibus opponitur, sæpè non frustrari mortuos viuos: nam & ⁶³⁹ Nafammonas propria oracula apud parentum sepulcra mansitando captare, ut Heraclides scribit, ⁶⁴⁰ vel Nymphodorus, vel Herodotus: ⁶⁴¹ & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare, ⁶⁴² ut Nicæder adfirmat: non magis mortuos verè patimur in somnis quàm viuos, sed eadem ratione mortuos qua & viuos. At somnia quæ vidētur vera sunt. Non enim quia videntur vera sunt, sed quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiat. ⁶⁴³ Nulli autem animæ omninō inferos patere, satis Dominus in argumento illo pauperis requiescentis & diuitis ingemiscentis ex persona Abraham sanxit, non posse relegari renuntiatorem dispositionis infernæ: quod vel tunc licere potuisset, ut Moyse & Prophetis crederetur. Sed etsi quasdam reuocauit in corpora Dei virtus, in documenta iuris sui, non idcirco communicabitur fidei, & audaciæ Magorum, & fallaciæ somniorum, & licentiæ poetarum. Atquin in resurrectionis exemplis, cū Dei virtus, siue per Prophetas, siue per Christum, siue per Apostolos in corpora animas repræsentat, solida, & contrectabili, & satiata veritate, præiudicatum est hanc esse formam veritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem in corporalem præstigiis iudices. [⁶⁴⁴ Om- L VII I: nes ergo animæ penes inferos, inquis, Velis ac nolis & supplicia iam illic & refrigeria, habes pauperem & diuitem: & quia distuli nescio quid ad hanc partem, iam opportunè in clausulam reddam. ⁶⁴⁵ Cur enim non putes animam & puniti & foueri in inferis interim sub expectatione vtriusque iudicij in quadam vsurpatione & candida eius? quia saluum debet esse, inquis, in iudicio diuino negotium suum sine vlla prælibatione sententiæ: tum quia & carnis operienda est restitutio, ut consortis operarum atque mercedum. Quid ergo fiet in tempore isto? dormiemus? A tenim animæ nec in viuentibus dormiūt: corporum enim est somnus, quorum & ipsa mors cum speculo suo somno. aut nihil vis agi illic, quod vniuersa humanitas trahitur, quod spes omnis sequestratur. Delibari putas iudicium, an incipi? præcipitari, an præministrari? Iam verò quàm iniquissimum etiam apud inferos, si & nocentibus adhuc illic benè est, & innocentibus nondum. Quid amplius vis esse post mortem, confusa spe & incerta expectatione ludentem, an vitæ recensum iam & ordinationem iudicij inhorrentem? semper autem expectat anima corpus, ut doleat aut gaudeat: nōne & de suo sufficit sibi ad vtrumque titulum passionis, ⁶⁴⁶ quotiens illæso corpore anima sola torquetur bile, ira, & radio plerumque nec sibi noto, quotiens item corpore adfecto furtiuum sibi anima gaudium exquirat, & à corporis importuna tunc societate secedit? Mentior si non de ipsis cruciatibus corporis & glo-

riari & gaudere sola consuevit.⁶⁷ Respice ad Mutij animam, cum dexteram suam ignibus soluit. Respice ad Zenonis, cum illam Dionysij tormenta pratererent. Morsus ferarum ornamenta sunt iuuentutis,⁶⁸ vt in Cyro vrsu cicatrices. Aded nouit & apud inferos Anima & dolere & gaudere sine carne, quia & in carne illaesa si velit dolet, & laesa si velit gaudet. Hoc si ex arbitrio suo in vita, quanto magis ex iudicio Dei post mortem?⁶⁹ Sed nec omnia opera cum carnis ministerio Anima partitur; nam & solos cogitatus & nudas voluntates censura diuina persequitur: Qui viderit ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. Ergo propter hoc congruentissimum est animam, licet non exspectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. Sic & ob eogitatus pios & beneuolos, in quibus carne non eguit, sine carne recreabitur. Quid nunc, si & in carnalibus prior est, quae concipit, quae disponit, quae mandat, quae impellit? Et si quando inuita, prior tamen tractat, quod per corpus actura est; numquam denique conscientia posterior erit facta; ita huic quoque ordini competit etiam priorem pensare mercedes; cui priori debeantur.⁷⁰ In summa, quum carcerem illum, quod Euangelium demonstrat, inferos intelligimus, & nouissimum quadrantem, modicum quoque delictum mora reseruationis illic luendum interpretatur; nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos salua resurrectionis plenitudine, per carnem quoque.⁷¹ Hoc etiam Paracletus frequentissime commendauit, si quis sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. Ad omnem, vt arbitror, humanam super anima opinionem ex doctrina fidei congressi, iustae dumtaxat ac necessariae curiositatis satisfaciemus; Enormi autem & otiosa tantum deerit discere, quantum liberit inquirere.

Matth. 5.

Matth. 5.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRUM DE ANIMA.

DE ANIMA.] Animae definitionem habes infra cap. 2. 1. & vnde dicitur, cap. 25. Multa etiam hoc libro latius tractantur, quae supra adigit Tom. 1. lib. de Testimon. Anima, adu. Idol. De Anima vero iam ante Tertullianum etiam scripsit (Hieronymo teste Catal. Script. Eccl.) B. Iustinus Martyr; aliquid etiam de eadem re tractant B. Irenaeus, Clemens denique Alexandrinus locis infra citatis, quos imitatus est Tertullianus. Post eum plures de eadem scripserunt, & imprimis eum imitatur non vno in loco Lactantius, peculiariter vero lib. de opificio Dei, cap. 15, 16, 17, 18. & 19. & lib. 7. diuin. Institut. a ca. 8. vsque ad 23. Scripsit etiam complures huius argumenti libros B. Augustin. Contra Paganos quidem, De immortalitate Anima, Contra Manicheos, de quantitate Anima, de duabus Animabus, & lib. 83. qu. 1. An anima a seipsa sit, quae 1. Quae proprie in animante anima dicitur, quae 7. Primum per se anima moueatur, quae 8. Quomodo virtutes anima a Cicerone diuise ac definita sint, quae 31. Aduersus Pelagianos, de Anima & eius origine, lib. 4. & Epistolam ad Optatum 55. Denique Epistol. 28. ad B. Hieronym. Eodem pertinent Epistol. B. Hieronymi ad eundem, ac Epistol. ad Marcellinum & Anapsychiam, de origine Anima, & ab aliquo eorum successore, fortassis Orosio, sub viriusque persona editus Dialogus de origine Anima, qui existat Tom. 4. operum B. Hieronymi. Qui omnes ad intellectum huius libri faciunt, vti etiam quae contra Metempsychosin scribit idem B. Augustin. lib. 12. de Trinitate, cap. 15. & quae de Anima incorporea, contra ipsum Tertullianum, lib. 10. de Gen. ad liter. Verissimiliorum autem, quae etiam hodie in scholis maxime obtinet, de Anima sententiam, sic explicat Auctor, quisquis est, libri Ecclesiasticorum dogmatum, qui reperitur Tom.

A. operum B. Augustin. Credimus (inquit) Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas simul creatas (sicut Origenes fingit) neque cum corporibus per coitum seminari (sicut Luciferiani, & Cyrillus, & aliqui Latinorum praesumptores, inter quos etiam hic Tertullianus, adfirmant) sed dicimus, creationem Anima solum Creatorem omnium nosse, & corpus tantum per coniugij copulam seminari, ac formato iam corpore Animam creari & infundi. Quibus addit Auctor lib. de Spiritu & Anima, inter Opera August. Tom. 3. (iuxta quosdam Hugo de S. Pictore) cap. 48. Nec duas esse animas in vno corpore, sicut multi scribunt, nam animalem, alteram spirituales, sed vnam eandemque habentem in se libertatem arbitrij. Ceterum, vti manifestum fiat contra quos Liber ab Auctore conscriptus sit, Titulo addidimus: ADVERSVS PHILOSOPHOS ET HAERETICOS.

CAP. I.

2. DE SOLO CENSV ANIMAE CONGRESSVS HERMOGENI, &c.] Caput hoc primum inscripsimus: Quod de immortalitate Anima non a Socrate, sed a Deo discendum sit. Atqui de Libro Auctoris de censu Anima aduersus Hermogenem, in quo tradit Anima censum (id est) originem (sicut vocem: censum intelligendam supra docuimus lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 32. num. 184.) ex statu Dei, infra latius Tom. sequent. Vbi de eius libri Fragmentis & argumento. Hoc hic sufficiat, quod eiusdem rursus fiat mentio infra cap. 3. 21. 22. & 24. Quae aded citatione etiam confirmatur liber hic esse Tertulliani germanus, vti etiam ex stylo & vocibus Tertulliano peculiaribus, qualis hic: census.

3. sug-

3. suggestu.] Etiam haec vox Tertullianica, pro: ornatus, sicut indicat illud supra Tom. 2. lib. de Vel. Virg. cap. 12. vno habitu negantes, quod toto suggestu profitentur. Item illud lib. de Idolol. cap. 18. de solo suggestu & apparatu honoris. Vt autem eadem voce infra non semel. Omnisim autem; &, superfluum, ante illud: plurimum videbor.

4. Etiam in carcere Socratis de Anima statu velitarum est.] Adhuc proculdubio ad Platonis Phaedonem, seu de Anima Dialogum, in quo lausimè prosequitur: velitationem de Anima statu factam in carcere Socratis. quam tamen ipsam, excepto eo quod de immortalitate Anima disputatur, plerisque locis huius libri impugnat.

5. iam sacro nauigio regresso.] Huius, praeterquam quod idem Plato meminit in Critone, vbi interrogat Socrates: Numquid nauis ex Delo iam rediit, quae redulta mihi moriedum? cur sacrum nauigium dicitur, explicat latius in Phaedone: Pridie (inquit) quam iudicaretur, ornari contigit puppim nauis eius, quam mittunt Athenienses in Delum. Id vero quidnam sibi vult: Haec est illa nauis, vti aiunt Athenienses, in qua Theseus olim bis septem illos secum tulit in Cretam, seruauitque illos, & ipse seruatus est. Vocatur autem (vbi ferunt) Apollini, si seruarentur, quotannis in Delum spectaculum quoddam mittere. Quod quidem nunc etiam, ac semper ex illo tempore, singulis ad Delum (sic enim lego, pro: Deum) mittuntur annis. Quum igitur spectaculi principium agitur, ex lege interim lustrant urbem, neminemque eo tempore publice necant, donec Delum perueniat nauis, rursusque ex Delo reuertatur Athenas. Id vero nonnumquam longo peragitur tempore, quando eas occupant venti. Idem itaque vult hic Auctor, quod paulo post ibidem dicitur: Pridie namque eius dici vespere nauem ex Delo audiuimus redisse.

6. iam cicuris damnationis exhaustis.] Istud per praecupationem dicitur ab Auctore; neque enim nisi post dictam velitationem de statu Anima, cicuras exhaustisse legitur ibidem Socrates. Legimus autem cum Latino: ad aliquem motum, pro: modum, eo quod sequatur mox: vel in hoc tamen motu, ne moueretur.

7. quam nec coniugis fletus statim vidua, &c.] Istud ibidem etiam recitatur: Xantippe (inquit) iuxta sedens, puerumque in manibus tenens, qui nos vidisset, euiulare cepit, & qualia solent mulieres, exclamare: O Socrates, numquam amplius te adfuerunt tui familiares, neque tu illos. At Socrates Critonem intuitus; O Crito (inquit) deducat quis hanc domum.

8. Denique post sententiam, &c.] Istud Socratis Apophthegma quidam male repetunt, scribentes ipsam haec verba protulisse, damnatum vti ex superiori aliquo loco precipitaretur: quin potius damnatus fuit, sicut prius indicatum est n. 6. vt cicutam biberet.

9. lemniscatas Anyti & Meliti palmas gestiens infringere.] Ita ex Latino, pro: inuiscatas. Similiter enim lemniscatam palmam (adludens ad triumphum auream coronam lemniscatam, de qua supra Tom. 2. libro de Coron. milit. cap. 12. num. 157. 158. ac 159.) dixit Cicero Orat. pro Roscio. Nam vere dici poterat palma lemniscata, id est, praecipuo quodam splendore illustis palma, quae contra tam rarum virtutis exemplum a viris improbis relata est. Erant enim tales eius

accusatores Anytus & Melitus, sicut ex Apologia Socratis & Critone apud Platonem patet; quare & postea, vti dixit supra Auctor Apolog. c. 14. ab Atheniensibus adflicti sunt.

10. ipsa morte coram, immortalitatem vindicat Anima.] Sic etiam ex eodem Latino, pro: vindicatis. Atqui immortalitatem Anima non hic modo ex Socrate, sed etiam infra non semel adserit Auctor hoc libro; ex sententia quidem Philosophorum iterum c. 3. 51. ac 54. ex sua vera cap. 2. 2. 4. 51. ac 53. & lib. de Resurr. carn. non vno in loco, in eo imitatus B. Iustinum Martyr. lib. aduers. Tryphonem, & Apologetic. ad Antonin. Pium, Clementem Alexandrin. lib. 4. Stromat. & Fren. lib. 2. cap. 64. vbi ostendit quomodo Anima, quum sint generabiles, immortales tamen sint in futurum. Ipsa vero Auctorem Lactant. lib. 7. diuin. Institut. cap. 8. 9. 10. & eiusdem argumenti librum scripsit B. August. & Chrysostomus duos. Atqui siue legas illud: immortalitatem Anima, siue cum Gagneo: immortale animam, non refert. Aequanimitatem vero iterum pro tolerantia accipit, sicut supra Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 2. num. 6.

11. cui enim veritas comperta sine Deo, &c.] Istud paulo mitius repetit de Platone, seu potius Socrate apud Platonem, Lactantius vbi supra. Nam licet verum de immortalitate Anima sentiret, tamen non ita de illa tamquam de summo diserebat. Nos igitur certioribus signis elicere possumus veritatem, qui eam non accipit suspitione collegimus, sed diuina traditione cognouimus.

12. Siquidem aiunt daemionium illi a puero adhaesisse, &c.] Praeterquam quod istud etiam supra dixerit Auctor Apolog. cap. 22. & 46. iterum id repetit his verbis infra cap. 39. Sic igitur & Socratem, puerum adhuc, spiritus daemionicus inuenit. Certè ipse id Socrates testatur his verbis Apologiae suae apud Platonem: Diuinum scilicet quiddam (inquit) atque daemionium in voce quadam mihi adesse audivissis. Quod quidem Melius in accusatione derisit; sed mihi quidem ab ipsa pueritia hoc adest, vix scilicet quadam, quae quoties sit, me prohibet agere quod acturus eram, prouocat vero numquam. Plura haec de re vide ad dict. 22. cap. Apolog. num. 340. & ad B. Cyprian. lib. Quod idol. non sint Dii, num. 52.

13. etsi post Deos & cum Deis daemonia deputantur.] Hoc ipsum sic expressit in Apolog. Socrates: Omnino autem, vt consistis, Daemonia ego adsero. Daemones autem numquid aut Deos existimamas, aut Deorum filios? Atqui legimus cum Latino: antiqui erroris artificem, pro: antiqui hominis erroris, eo quod infra cap. 57. vocet: totius erroris artificem.

14. Quod si dicere sapientiss. Socrates secundum Pythij quoque daemionis suffragium, &c.] Similiter supra c. 46. Apolog. Auctor. Socratem Apollo sapientiss. omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum; sapientie testimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos esse. Certè Socrates ipse de se id recenset sepe dicta Apolog. Respondit (inquit) Pythia sapientiorum esse neminem; at aliam causam ipse inuenit eius appellationis: Quia (inquit) quae nescio, neque scire me arbitror. quod expressit clarius Lactant. lib. 3. diuin. Institut. c. 25. quod se nihil scire dixit, nisi hoc vnum quod nihil sciret.

EE iij

15. cuius adflatui tota vis demonum cedit. De Christiana constantia his viribus in demonis, supra Latini Tom. 1. Apolog. c. 23. n. 370. hoc Tomo lib. de Baptistis. n. 1. ubi de Exorcismis agit.

16. quæ nullum Esculapio gallinaceum reddi iubens præuaricaretur. Etiam hoc ex Platone, qui in Phædone sub finem scribit, Socrati vocem extremam fuisse: O Crito, Esculapio gallum debemus, quem reddere, neque negligatis. Cui addit iocans Tertull. supra Apolog. cap. 46. Credo ob honorem patris eius, nempe Apollinis.

17. nec noua inferens demonia, &c. Vna pars erat hæc accusationis Socratis (vel ipso teste in Apolog.) quod Deos quos ciuitas putat, ipse non estimans, alia quadam noua adfereret demonia. Quod etiam confessum esse, paulo ante patet num. 12. Perium alio id refert Auctor Apolog. cap. 14. quum dicit: qui in contumeliam Deorum quercum & hircum & canem deierabat, ad quem locum num. 211. similes Patrum locos adduximus, quam sanè iuramenti formulam factam: per canem, frequentiss. reperire est apud Platonem vbiicumque serè Socratis persona introduciunt.

18. nec adulescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans. Etiam hic ad ipsius Socratis in Apolog. Verba hæc adludit: Me (inquit) corruptorem iuuentutis accusasti, ergo age iam dic qui meliores efficit, & quisnam sit ostende; ubi plus satis significat, corruptelam adulescentia non aliam obiectam, quam quod eos doceret noua quadam demonia. Quo magis admiror, quod Auctor supra dict. cap. 46. Apolog. Ceterum (inquit) si de pudicitia prouocemus, lego partem sententia Atticæ in Socratem corruptorem adulescentium pronuntiatam; idque eo magis, quum & cap. 14. & paulo ante dixisset: condemnatum Socratem quia Deos destruebat. Interim non solum Auctorem in ea fuisse sententia, patet ex Comment. Martij Picini in Platonis conuiuium, siue de Amore, cap. 2. disertis verbis de Socrate contrarium probantis.

19. inter suos Cebetas & suos Phædonas. Ita loquitur Auctor, quod in colloquio illo de immortalitate Anima, cum Socrate Phædo & Cebes præcipuas serè partes agerent; quid? quod etiam inter Philosophos præcipuos enumerantur à Diogene Laërtio lib. 2. Phædon Hæliensis, & Cebes Thebanus, Socratis discipuli. Cuius postremi Pinacis siue Tabula (utpotè Dialogi ita inscripti) præter Laërtium meminit etiam Auctor supra lib. de Prescript. aduers. hæret. cap. 39. num. 233. Atqui lego prorsus dirigit, pro diriget, quia præcedit: absquebeat, & sequitur mox: discat.

C A P. II.

20. Planè non negabimus aliquando Philosophos, &c. Capiti huic titulum dedimus: Quod etfi quædam rectè iuxta nostra senserint Philosophi, aut natura, aut ex nostris litteris; ea tamen suis argumentationibus contrariis fidei regulæ vestiant. Peruinent autem ad phrasin Tertullianicam: inuentus pro: inuentio, aliqui portus, pro: aliquis; item: cæca fœlicitate, & compos naturæ.

21. nihil diuinæ licentiæ seruat. Licentiam, pro licentia potestatis, hic accipi rectè adnotauit Latinus: adlegans similes locos Arnobij lib. 1. sed maioris licentia potestatis; & lib. 2. neque vlli hominum tan-

tum potestatis adtribui licentiæque censemus; item post aliquot Paginas: Vt enim Dii certè certas habent apud vos tutelæ, licentias, potestates: subindicans etiam apud B. Cyprianum alicubi sic vsurpari.

22. ex factis quas putant litteris. Rationem reddit, cur ita dicerentur, quia plerisque Auctores etiam Deos existimauit antiquitas. Sacrum enim dicebatur antiquitatis, quicquid Diu deputabatur.

23. vt Mercurium Egyptianum. Citat hunc etiam infra cap. 33. & supra lib. Aduers. Valent. cap. 15. Quod nec (inquit) Mercurius ille Trismegistus magister omnium Physicorum recogitauit. De eodem B. Cyprian. lib. Quod idola non sint Dii: Hermes quoque Trismegistus vnum Deum loquitur; ubi & B. Augustinum citauimus num. 55. Vide item de eo Feu-ardentium ad B. Iren. libro 1. cap. 3. num. 4. Propius ad institutum huius loci facit, quod habet Lactant. libro 1. cap. 6. Apud Ciceronem (nempe libro 3. de natura Deor.) C. Cotta Pontifex, & c. quintum Mercurium ait fuisse, à quo Argus occisus sit, ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptii leges & litteras tradidisse. Hunc Aegyptij Theoth nuncupant, à quo apud eos primus anni sui mensis, id est, Septembris nomen accepit; etiam & Saty seruauit & colunt eum religiosiss. Qui tamen homo fuerit antiquiss. tamen instruitur, omni genere doctrinæ, aded vt ei ob multarum rerum & artium scientiam, Trismegisto cognomen imponerent.

24. cui præcipuè Plato adfucit. Similiter B. August. lib. de Ciuitate Dei, à Trismegisto partim ea didicisse Platonem scribit, quæ de Deo rectè sensit. De eodem sic Clemens Alexandrin. libro 1. Stromatum: Plato in Phædro, Regem Aegyptium & Theut (seu potius Theut) nobis ostendit sapienterem, quem quidem nouit esse Mercurium. Reperiuntur etiam quædam in Phædro Platonis de Theut, scuti & in Philebo, ubi sic legitur: Siue Deus aliquis, siue diuinus homo, qualis apud Aegyptios Theut fuisse ferunt.

25. vt Silenum Phrygem, cui à pastoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit. Posterioris huius intellectum habes supra libro de Pallio, cap. 2. vt Silenus penes aures Midæ blattit: sic quodammodo fabulam de Midæ auribus explicans, quod ob hebetudinem ingenij Midæ aures ingentes adfixerunt, quas aded Sileno tradidisse dicitur, dum ab illo à pastoribus ad se perducto de variis rebus instituta ferunt. Quod ipsum repetit supra Auctor lib. aduersus Hermogenem cap. 25. Atqui pro Deo habitum à Phrygibus, testantur Poëta, qui Patrem Silenum vocant, immò ab illo Silenos nuncupant Veteres prouocatoriis atatis Satyros. Quandoquidem autem Silenum inter Auctores librorum Auctor numerat; fortassis illius liber est, qui citatur à Laërtio histor. lib. 1. & lib. 2. Aethiæ à Stephano. Citat etiam glossus Sileni Aetheniæ.

26. vt Hermotimum, &c. Sic omnino legendum, pro eo quod erat: Hermippum, rectè adnotauit Paulus Leopardus Emendat. lib. 8. cap. 3. nam iisdem penè verbis infra c. 44. legitur: Ciues Glazomenij Hermotimum templo consolantur. Vbi de eo Latinus.

27. vt Orpheum, vt Musæum. De vtroque B. Iustinus Martyr Apolog. 1. siue Orat. adu. Gentiles: Orpheus sanè (inquit) multitudinis Deorum primus auctor, qualia posterius ad filium suum Musæum, ac reliquos

reliquos germanos vtròque auditores, de vno eodemque solo Deo predicauerit, necessarium est vobis exponere.

Solis tanto piis, omnes procul esse prophanis: Tu Musæe audi, Lunæ fate stirpe silentis.

Quos ipsos versus iterum repetit Apolog. 2. ad Antoninū Pium, & Clemens quoque Alexandrin. adhort. aduers. Gentem. Eodem etiam adludunt Theophyl. lib. 3. ad Autolyrum, & Cyrill. lib. 1. contra Iulian. Propterea fortassis postea in Orgis libri sacris, quæ ipse antea instituerat, dilaceratus & discerpis feruit, quem admodum scribit Laërt. lib. 1. cap. 2. addens fuisse eum per eadem tempora quibus Faunus. quare etiam Anaxagoras Apologia pro Christ. coactaneum scribit fuisse Diis, quos primitus celebrabat: cui etiam consentit Lactant. eiusdem lib. cap. 5. Qui autem eum, aut Musæum, inter Deos numeret, hæcenus non repperi; fortassis id ei accidit postquam discerpis est. Citat eiusdem quosdam versus etiam Arnobius, ubi vocatur Calliopes filius, quantum apparet, quod Poëtarum primus, vt iustinus adferit. Aliquot etiam eius carmina apud Proclum leguntur, & Clement. Alexandr. lib. 6. Strom. & eius tituli versus quidam infra cap. 15. Porro Orphei Hymni, Argonautica, & de lapidibus libellus, Græcè iam olim exstant, quos ipsos libros citat Suidas; sed quod ille alium faciat Auctorem Hymnorum, alii Argonauticam, non probosnam illum vnà cum Argonautis profectum tradit Lactant. Vbi supra. Illis autem etiam est additum Muxæi carmen de amore Erus & Leandri, quamquam interim Lyl. Gyraldus & Suidas tres Muxæos faciunt.

28. vt Pherecydem Pythagoræ magistrum. De eodem item Auctor infra cap. 28. Vbi de arte diuinandi eius agit. Eundem etiam citauit supra lib. de Cornilijs. cap. 7. quo loco de eius Theogonia aliquid diximus. Diogenes verò Laërtius lib. de rerum principio illi adscribit, Suidas præterea Theocrasiam. De eodem sic Lactant. lib. 7. cap. 8. Præceptor Pythagoræ Pherecydes, quæ Cicero tradit primus de æternitate Animarum disputauisse. Habet id ille Tuscul. quæst. lib. 1. Vbi & addit: Antiquus sanè: fuit enim regnante meo gentili. Vbi Seruius Tullium intelligit. Verum neque de hoc quisquam præterea scribit, quod pro Deo sit habitus.

29. & ipso iam auro pronatæ prophetica paraturæ. Eo quod addat ipso auro, videtur adludere ad sui Paracleti Montani Prophetiam, de qua infra c. 4. auctoritate Prophetiæ quoque. & c. 9. post Ioannem quoque Prophetiam meruimus & consequi. Sunt autem rursus phrasæ Tertullianicæ, Paratura, de qua mox latius, & subornant, cuius explicatio supra lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 7. num. 8. commiserit nos & Philosophos, de qua Tom. 2. lib. ad Martyr. num. 11. regulæ nostræ, de qua rursus lib. de Prescript. aduers. hæret. cap. 13. num. 81.

30. exceptis planè, quæ sine laqueo, &c. Hæc verbis explicat, quomodo non in totum reiicienda Philosophia, sed vbi subiungit: ex æmulis nonnumquam sit testimonium necessarium. Est verò referendum in Prolegomena inter Prouerbiales formulas illud: quanta sit sylua materiæ istius.

31. Sed & Medicinam inspexi sororem Philosophiæ, &c. Hinc infra non semel ex Medicis Auctoribus de Anima tractat: utpotè quum, vbi subiungit: ad Medicinam magis Animæ ratio pertinere videatur.

32. Heraclitus ille tenebrosus. Haud absimiliter B. Hieronymus initio lib. 1. adu. Iouinian. Heraclitum

συντηκὸν ὀνοματὶ 2. quæz sudantes Philosophi vix intelligunt. Ipse enim, Laërtio teste, de industria librum suum de Natura obscurius scripsit, vt soli illum eruditius legent: Vnde & Craten quendam, qui illum librum Græcis inueberet, dixisse: Delio aliquo natatore opus esse, qui in illo non suffocaretur. Cur autem Heraclito moror adscribatur, dicemus cap. sequ. num. 49. & de morte eius vide supra lib. ad Mart. num. 49.

33. terminos Animæ nequaquam inuenisse omnem viam ingrediendo. Jstud Heracliti pronuntiatum sic clarius explicat Laërtius. Dicitur & id de Anima sensisse natura: nunquam illum reperiri posse, quantalibet quis viæ conficiat spatia, aded profundam eius esse rationem. Effinxisse interim illum Animam ex igne, infra dicitur cap. 5. non aliter atque Deum quoque ignem asseruisse supra diximus lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 7. num. 44. Quod etiam vnitatem Animæ tueatur quæ in totum corpus diffusa sit, vide infra cap. 14. num. 176.

34. Infinitas enim quæstiones Apostolus prohibet. Quod sæpius alibi adnotauit, vel hinc patet: Metaphrasticos sæpe ab Auctore scripturas citari. Nusquam enim expresse Apostolus prohibet quæstiones infinitas, sed 1. Tim. 1. fabulas indeterminatas, quæ quæstiones præstant magis quam adificationem. Fortassis autem quum alibi legat: indereterminatas, legi hic debet: indefinitas. Verum nihil immutare volui.

C A P. III.

35. Arque vtrinatam nullas hæreses, &c. Inscripturam huic capiti damus: Quod à Philosophis de Anima dissentientibus etiam hæretici suas hæreses de Anima mutuarint. Seu potius: Totius libri huius argumentum. Atqui quod Philosophi hæreticorum Patriarchæ, habes etiam supra lib. adu. Hermogenem, cap. 8. de quo latius lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 7. in Adnot. nostris num. 36. Hæc hanc esse causam indicat, cur aduersus Philosophos etiam scribat.

36. Siquidem & ab Apostolo, &c. Nullam hic certam scripturam citat, sed adludit ad illud Coloss. 2. Ne quis vos depradetur seu concusiat per Philosophiam. Sine autem legas: præuideatur cum Harrisso, siue: prouideatur, vbi hæcenus, perinde est.

37. caupones, &c. miscentes aquam vino, &c. Locum hunc imitatur B. Hieron. initio lib. adu. Vigilant. his verbis: Iste caupo Calagurritanus miscet aquam vino. Adludit verò vterque ad illud Isai. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Quod quum etiam B. Hieron. in Comment. de hæreticis interpretetur, varia quæ sequuntur sententia, ad hæreticos magis pertinent quam Philosophos quibus aded velut aliud agens, Argumentum totius huius libri prosequitur.

38. alij immortalem negant Animam. De hac opinione habes supra Tom. 1. Apolog. cap. 47. alij dissolubilem contendunt, & lib. de Testim. Anima, c. 1. seu minimè diuina & æterna res es, vt scholæ Epicuri (sic enim lego, pro: soli Epicuro) videtur. Item cap. 4. Opinio Christiana, etfi Epicuræ gravior, quia te ab interitu defendit. Adtribuit autem istud Auctor non solum Philosophis, sed etiam Sadducæi ex Iudaismo hæreticis, infra lib. de Resurr. car. cap. 1. Nihil (inquit) esse post mortem, Epicuri scholæ est. At & Sæcæ: omnia post mortem finire, etiam ipsam. Si verò & apud Deum aliqua secta est, Epicureis magis adfinis quam Prophetis; sciemus quid audiant à Christo Sadducæi. Ad quos etiam adluditur.

supra lib. de Prescript. adu. heret. cap. 7. quem admodum ibi latius num. 41. A qua heresi non abhorruisse etiam Valentinianos, indicat Auctor huius Verbis, c. 32. & Anima mortalis apud illos, nisi quæ salutem fide inuenierit. Eadem aut adhuc uiuo Tertull. aut saltem paulopost renouarunt, quos Euseb. lib. 6. hist. Eccl. cap. 26. & B. August. her. 83. Arabicos vocat, qui ex Origenis disputatione resipuerunt. Contra hos autem agit Auctor tum hoc cap. tum infra c. 51. & sequentibus, & propterea c. 22. definit Animam immortalem.

39. alij plura quam immortalem adfirmant. Hic haud dubie eos notat hereticos, qui Animam ex substantia Dei adsercbant, immo Dei partem dicebant, in hoc Zenonem secutus Epiphano creditur her. 5. & reliquos Stoicos, qui unam Deitatem in multas partiebantur substantias, solem, lunam, Animam, sidera, & alia. Quod pertinet etiam illud supra Tom. 1. lib. de Testim. Anima, cap. 1. seu diuina & æterna res est secundum plures Philosophos, & illud Apolog. cap. 47. de animæ statu, quam alij diuinam & æternam. Contra quam heresim quum Manichæorum esset, frequentissimè disputat B. August. etiam Priscilliani suam adscribens, quomodo etiam predictis omnibus B. Hier. epist. ad Marcell. & Anapsychiam. Sunt & qui Carpocrati adscribunt, verum de eo latius infra cap. 24. Gnosticos certe, quorum ipse caput, plerique omnes adscribunt. Contra hos agit c. proximo, dum docet, & cap. 22. definit, non innatam esse, sed natam Animam ex flatu Dei.

40. alij de substantia. Eos intelligit, qui disceptant de substantia Animæ, an (Vt etiam est dicto i. cap. lib. de Testim. Anima) numeris, seu atomis concinnetur, an vero iuxta alios: ex igni, aqua, ære, sanguine, lumine, aut quinq. quadam substantiis; denique: corporalis, an incorporealis. Nam de omnibus his agit cap. 5. 6. 7. & 8. & in definitione Anima c. 22. addit, quamquam non recte: corporalem.

41. alij de forma. Hic eos qui de effigie Animæ disceptant, & longitudine, non latitudine eius, sublimitate, & colore; de quibus tractatur infra c. 9. & in definitione Anima, cap. 22. cum etiam perperam addit: effigiatam.

42. alij de vnaquaque dispositione Animæ disceptant. Hi erant tum qui dicerent: Animam & Spiritum vnum esse; contra quos cap. 10. & 11. aut non separari animum & animam, vt cap. 12. & 13. tum qui in plures Animam partes, non solum vires ac potentias distinguebant, de quibus cap. 14. aut qui Hegemonicon in Anima negabant, contra quos cap. 15. aut in plura quam rationale & irrationale Animam partiebantur, de quibus cap. 16. Item qui quinque sensibus fidè abrogabāt, & proinde Animæ solum intellectum, non etiam sensum adtribuiebant, aut intellectum, non semper Animæ inesse dicebant, de quibus cap. 17. 18. 19. denique etiam eos qui aut pro varietate ingeniorum, non verò liberi arbitrij, contra quos cap. 20. aut pro materia diuersa, animali, materiali, & spirituali, sicuti Valentiniani, non vniformem, sed multiformem Animam audebant adserere. Aduersum quos omnes Auctor definit cap. 22. Animam substantia simplicem, de suo patientem, variè procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem.

43. hi statum eius aliundè ducunt. Huc pertinet illud dict. lib. de Testim. Anima, cap. 1. seu de cælo

excipietis, seu de terra concipietis, seu cum corpore incæperis, seu post corpus induceris. intelligit itaque eos, contra quos agit infra c. 23. & 24. Saturninum, Carpocratem, Apellem, ac Valentinianos hereticos, quorum (inquit) omnium Plato condimentarium, qui de cælis Animam deserbant; item eos, de quare sententiam suam exprimens, quamquam minus verisimilem, definit Animam cap. 22. ex vna redudantem, sicuti latius explicat cap. 27.

44. hi exitum aliorum abducunt. Eos denique hic subindicat, qui cū Platone ex mortuis viuos fieri dicebant, contra quos c. 28. 29. 30. atque aded Metempsychosin Pythagoricā introducebāt, aut Metempsychosin Empedoclis; aduersum quos apertius c. 31. 32. 33. De qua postrema supra quoque lib. de Testim. Anima, c. 4. Opinio Christiana verò sententiā concludens, postquam quadam alia aliquot capitibus ad Animam pertinentia interseruit c. 51. ac sequ. ad finē vsque late tractat, quod paucis dixerat, loco iam citato Animam adloquens: Adfirmamus te manere post vitæ dispersionem, & expectare diū iudicij; proque meritis aut cruciatu destinari, aut refrigerio, vtique sempiterno.

45. prout aut Platonis honor. Ad hunc potissimum penultimus error pertinet de Anima è cælis deducta. Cui autem honor ei adscribitur, non aliam rationem scio, quam quod diuinus à plerisque appellatur, ob diuinitatis cognitionem. De cuius variis opinionibus infra frequentissimè tum hoc libro, tum libris aduers. Marcionem: Cuius etiam sententiā de mundo videtur esse supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 2. num. 19. & de Deo, in Apolog. cap. 46. num. 577. Vt etiam quod angelos non negauerit, Apolog. cap. 22. num. 343. Item de eius fastu, atque aded superbis Platonis thoris, lib. de Pall. cap. 4. n. 83. & Apolog. c. 46. n. 582. Ibidem etiam quod à Dionysio sit venditum, num. 586. Denique de nouis insulis à Platone celebratis, quæ nunc Americæ dicuntur, lib. de Pallio, c. 2. n. 25. & Apolog. cap. 40. num. 528.

46. paut Zenonis vigor. Ex huius, atque aded Stoicorum scholis desumpta erat eorum sententiā, quæ plus quam immortalem Animā dicebant. Cui vigor adtribui videtur ob ingenij subtilitatē, nisi quæ malis rigor legi debere; nam præ ceteris Stoici rigidiores. Atqui de his cap. 5. latius.

47. aut Aristotelis tenor. Ex hoc haussisse videtur qui de vnaquaque dispositione Animæ disceptasse iam dicti sunt. Cui tenor competit ob æquabilitatem inscribendo, quæ ubique eandem seruat. Atqui huius dogmata varia infra non semel etiam explicantur.

48. aut Epicuri stupor. Ab hoc mutati sunt sicuti errorem, vt iam dictum est, qui immortalem Animā negant. Et proinde rectè stupor eidem adscribitur, ob eius sententiā, aliamque eius opinionum summam stupiditatem: vsque aded vt etiam Deum hebetem faceret, vt supra adnotatum est lib. aduers. Valentin. cap. 7. num. 61. Cuius variis etiam alias opiniones infra reperire est. Aliquid etiam de illo aduigimus Tom. 1. cap. 45. num. 569. Apologetic.

49. aut Heracliti mæror. Heracliti Lucrymæ perpetua omnibus nota sunt, atque aded & mæror. Atqui ab hoc

ab hoc puto mutatos suam sententiam, qui de substantia Animæ disceptant, quippe qui sibi non constet, modo docens Animam ex igne, vt infra cap. 5. modo ex aère secundum Auctorem cap. 9. denique nihil certi definiens, vt supra cap. 2. num. 33.

50. aut furor Empedoclis. De furore Empedoclis, quo se in Æthnam, Vt Deus haberetur, præcipit, supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. nu. 83. Apolog. cap. 50. num. 621. & Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 4. num. 50. quod adludit etiam infra Auctor cap. 32. his verbis: Empedocles quia se Deum delirarat. Vbi habes eius errorem de Animam in bestias μετανομαζώσας, quem hic postremo loco paulo ante commemorauit; & aliis etiam pluribus locis varias reperire est eius sententias.

51. diuina doctrina ex Iudæa, &c.] Adludit ad illud Jfai. 2. Ex Sion exiit lex, & Verbum Domini de Hierusalē.

52. Errauit & Christus piscatores, &c. ad præconium emittens. Hic verò ad illud: Venite, faciam vos fieri piscatores hominum, Matth. 4.

C A P. III.

53. Post definitionem census, quæstionem statum patitur, &c.] Caput hoc antea secundum in adit. excusis (quod nunc distinximus in IIII. V. VI. VII. & VIII. ad maiorem distinctionem) intulabatur hoc vnicò titulo: DE SUBSTANTIA ANIMÆ, & an corporalis; pro quo in textu omisso (nam sufficit hic mentionem fieri) singulis capitibus nouos titulos: hinc verò hinc damus: Quod innata non sit Anima; idque eo magis, quod Gargæus haberet similem: De innata Anima. Quam suam adserentem pluribus non probat Auctor, quod ex Dei flatu Animam professi (de quo librum peculiariter scriptum ab eo supra diximus num. 2.) initium ei deputamus.

54. Hoc Plato excludit, &c.] Initium nempe Animæ. Jpse enim in Phædro, de immortalitate Animæ disputans, quem admodum à Cicerone translatus est Tuscul. quæst. lib. 1. & de Rep. lib. 6. sic inquit: Si vna est ex omnibus Anima que seipsam moueat, (atque aded principium motus sibi ipsi sit) neque nata certe est, & æterna est. Neque enim esset id principium, quod oriretur aliundè.

55. Et natam autem docemus, & factam, &c.] Non alio argumento quam fidei nostræ depellit hanc Philosophi opinionem Auctor, quippe que ex verbis scripturæ paulo ante citatis, & aliis infra adductis cap. 11. Animam factam pronunciet. Ne forte autem aliquis Platonius replicet: factam quidem dici, non natam docet (vt paulopost loquitur) & facturam pro nasci poni. Ita enim prorsus lego, pro eo quod erat: pro inesse. Id enim conuincunt verba sequentia: siquidem omne quod quoquo modo accipit esse, generatur.

56. habentaliquando & passiuatatis commercia. Passiuatatis hic paulo aliter accipitur quam supra lib. aduers. Hermog. cap. 41. Vtpote pro: communionem; ac si dicat, Differentia aliquando suis locis & temporibus ita inter se communicant, vt nihil inter se differant: eadem significatione, qua passiuum ceteris, infra dixit sub finem lib. de Car. Christi, vbi de eo latius.

57. Sic & Plato vtitur. Videtur adludere ad illud Platonis in Sophista, siue de Ente: Quoties quod antea non erat, in esse quis deinde producit; quod agit, facere; quod agitur, fieri dicimus. Summatim itaque effectricem facultatem denominemus.

C A P. V.

58. Accerscit Eubulum aliquem, &c.] Titulū

huic capiti damus: Quod plures Philosophi corpus Animæ vindicant. Atqui Eubuli nulla in Philosophorum Catalogo mentio apud Diogenem Laërtium; memorat interim quendam Eubulum, cuius seruus fuerit Hermias ille, postmodum tyrannus, ab Aristotele interfectus. Sed magis ad institutum est, quod sub finem libri 9. scribit: Pyrrhonis Hæliensis Philosophi discipulum fuisse inter reliquos Euphranorem Seleucium, quem Eubulus Alexandrinus audierit, cuius auditor Ptolomæus. Eum verò Sarpedo & Heraclides audiuere, porro Heraclidem Anesidemus.

59. & Critolaum. Critolai meminit Cicero Tuscul. quæst. lib. 5. quem vnum fuisse adnotauit ibi Beroaldus ex tribus Philosophis vna legatione ab Atheniensibus Romam missis, etiam addens Peripateticū illum fuisse. Fit etiam hic paulopost mentio Critolai Peripateticū. Quum autem ibi de illis loquatur qui animæ corpus vindicabant, hic verò de iis qui animæ corpulentiam auferunt; ego de duobus diuersis loqui Auctorem existimo. Quod vel hinc fit verisimile, quod quendam Critolaum scribat Marsil. Ficinus (ni fallor, Theolog. sua de immort. Anima) sensisse Animā esse instar puncti incorpoream; alter verò ille Critolaus Peripateticus, Tertull. teste, illam effingit ex quinta nescio qua substantia: de quo ibi latius.

60. & Xenocratem. Xenocrati Chalcedonio Platonis discipulo adscribitur Aristoteles lib. 1. de Anima, cap. 2. & 4. & Plutarch. li. de Procreat. quod Animam numerum dixerit, figuram & corpus esse negans; quorum prius impugnat, posterius adprobat Aristoteles. Cicero verò Academ. quæstion. lib. 4. apertius de illo sic scribit: An vt Xenocrates nullo corpore. Sed de eo plura infra num. 189. Et verò argumentum eius adfert Nemesius, seu potius B. Gregor. Nyssen. lib. Philos. 2. qui est de Anima, cap. 1. id enim opus Nysseno adscribendum, vel inde patet, quod ex eo ad verbum multa desumpsit B. Basilii in Hexamero, Helias Cretensis & Damasceus; & nominatim etiam illi adtribuunt iam olim B. Thomas Aquinas in Summa Theologica, & Albertus Magn. libris de mirabili scientia Dei & de homine; maxime quæ non modò Trithemius, sed & nos multis in locis volumin hoc de imagine & conditione hominis inscriptum Nysseno repererimus.

61. Et isto in loco amicum Platonis. Quum in multis aliis dissentiant Plato & Aristoteles; certe consentiunt de Anima incorporea. De locis Aristotelis mox dicitur. Platonis verò, præter alios complures manifestiores videntur in Timæo, lib. 10. de l. Epinomide sub med. & Axiocho, aliis de morte, siue ipsius sit, siue vt alij volunt, predicti Xenocratis, cuius verba compendij gratia omittimus, quum partim eius, partim Platoniorum aliorum argumenta recensentur sequ. & 8. cap. quibus probat, non modò immortalem & incorruptibilem, sed etiam incorporealem; vt etiam repetit denuò cap. 24. & idipsum adtribuunt Platoni omnes. Nominatim Claudianus lib. 2. de Statu Anima contra Faustum, cap. 8. vbi Platonem dicit id adserere in Phædro, Hipparcho, Lachete, Protagora, Symposio, Alcibiade, Gorgia, Critone, & Timæo.

62. Aristotelem fortasse. Loci Aristotelis sunt lib. 1. de Anima, cap. 3. & 4. sed apertius, c. 5. Nam quum Anima (inquit) sit in omnibus que sentiunt, necesse est in eodem duo esse corpora, si Anima quoddam corpus; quod argumentum Chrysippi nomine etiam Auctor commemorat sequent. cap. Quod ipsum repetit Aristoteles lib. 2.

cap. 1. & 2. Cur autem addat fortasse, in causa est, quod iuxta quod Cicero etiam commemorat Tuscul. quæst. li. 1. & B. Gregor. Nyssen. ubi supra) Animam, quintam quandam naturam, quam Entelechiam vocabat, faceret; de quo latius partim paulopost num. 72. partim infra c. 32. ad illud: & Entelechias Aristotelis.

63. An extruenter magis ad auferendam Animæ corpulentiam? Præter iam numeratos, qui corpulentiam Animæ auferunt, enumerantur ab Aristotele, Cicerone, Plutarcho, & B. Gregor. Nyssen. ubi supra, Thales, qui Animam irrequietam seu semper mobilem dixit; Pythagoras, qui numerum; Diocarchus, qui harmoniam; & Asclepiades, qui sensuum exercitamentum. His addendus Heraclides Ponticus, qui iuxta quod Auctor etiam agnoscit cap. 9. lumen Animam dixit. Alij item, qui iuxta Iustinum Martyr. Apologet. 1. & Lactant. de Opific. Dei, cap. 17. Animam ventum dixerunt; de quibus infra cap. 11.

64. qui eam de manifestis corporalibus effingunt. Præter eos qui hic recitantur, etiam habes infra, cap. 9. Anaximandrum, Anaximenem, & secundum quosdam Heraclitum: iuxta quos sit aer substantia Animæ. Quibus addunt Macrob. & Aristoteles li. 1. de Anima, cap. 2. etiam Diogenem, & Plutarchus Anaxagoreos. Item Aristoteles, Plutarchus & Nemesius Democritum; & Cicero Tuscul. quæst. li. 1. Zenonem cum alijs Stoicis, qui ignem Animam dixerunt. Apud Plutarchum idem sensisse etiam dicitur Parmenides, qui ex terra & igne; Xenophanes, qui ex terra & aqua; denique Empedocles, qui ex quatuor elementis eam effingit; qui etiam plerique recensentur à Macrobio in Somnium Scipion. li. 1. cap. 4. Qui interim, contra quam Auctor hic noster, concludit, Obiunt tamen de Anima incorporea sententia.

65. ut Hipparchus. Hipparcho ex igne Animam adtribuit etiam Macrob. ubi supra, & Beroaldus in Cicer. Tuscul. quæst. Dissentit nonnihil Plinius libro 2. nat. hist. cap. 26. Hipparchus (inquit) nunquam satis laudatus, de quo nemo magis adprobauerit cognati onem cum homine siderum, animisque nostris partem esse cæli dixit.

66. & Heraclitus ex igni. Eidem, uti modo dictum est, infra cap. 9. ex aere Animam adtribuit secundum quosdam. Auctor hic videtur secutus regulam illam Aristotelis ubi supra: Alij (inquit) de principijs senserunt, ita & de Anima sentiunt; quum itaque principium omnium & Deum ipsum (ut etiam Auctor supra Apolog. cap. 47. adseruit, & infra lib. 1. aduers. Marc.) ignem dixerit, etiam id ipsum de Anima illi adtribuit. Videtur accedere quamproximè Macrobium, iuxta quem Animam scintillam stellaris essentia dixit. Quid? quod etiam aliorum sententia in id ipsum recidet, si euaporationem, quam alij illi adtribuant, calidam & siccam intellexerimus. Vide rursum de Heraclito aliquid infra num. 119. & 189.

67. ut Hippon. Hipponi ex aqua Animam, adscribunt etiam Aristoteles, Macrobium, B. Gregorius Nyssen. & Beroaldus ubi supra.

68. & Thales ex aqua. Iterum hic regulam illam Aristotelicam secutus est Auctor, quod omnium rerum principium & Deum aqua diceret Thales, ut etiam est infra aduers. Marc. li. 1. Alij planè contrariam sententiam de Anima incorporea (ut supra dictum est n. 63.) illi adtribuant, & nominatim Aristoteles Hipponi impertinenter dicit esse Thaletis opinione. Coniunctiari possunt interim aliquo modo hi Auctores, quod quo argumento

Hippon colligit Animam esse aquam, eodem Thales aquam omnium rerum principium, apud Aristot. lib. 1. metaphys. cap. 3.

69. Empedocles. De Empedocle, quod ex sanguine Animam dixerit, solus consentit nominatim Macrobium: Aristoteles verò ex quatuor elementis eius impugnat sententiam. Verum etiam illorum non discrepat sententia, qui, ut infra legitur c. 15. Versum illi adscribunt de sanguine circumcordiali, ubi de hac opinione latius.

70. & Critias ex sanguine. Id ipsum adserunt Aristoteles, Plutarchus, Macrobium, Gregorius Nyssen. sue Nemesius, & Beroaldus.

71. Epicurus ex atomis. In hoc consentiunt scriptores omnes; habuisse autem suam sententiam à Democrito & Leucippo, patet ex Aristotele & Cicerone. Adscribit id ipsum Lucretio B. Auguſt. lib. de Vilit. credend. cap. 1.

72. Critolaus & Peripatetici eius, ex quinta nescio qua substantia, &c.] solus de Critolao consentit Macrobium: Critolaus (inquit) Peripateticus ex quinta quadam essentia: quandoquidem interim Aristoteles, Cicerone teste, quintam quandam naturam Animam dixerit, cuius discipuli Peripatetici rectè isdem adscribitur. Quia tamen etiam nunc disputatur (ut supra num. 62. & infra latius cap. 32. num. 396.) an Entelechia Aristotelis, atque adeo etiam Critolai, corporea fuerit, rectè addit Auctor: si & illa corpus, quia corpora includit.

73. Sed etiam Stoicos adlego, qui spiritum prædicantes animam penè nobiscum, &c. tamen corpus Animam, &c.] Haud absimiliter Gregorius Nyssen. ubi supra: Omnis Stoicorum verba corpus Animam enuntiant, spiritum calidum & igneum esse dicentes; quorum posterius hoc etiam alij plerique illis adtribuant. Facit pro eadem sententia quod Auctor supra Apolog. cap. 47. dicit: Stoicos Deum corporale adfirmasse, atque adeo etiam Animam.

74. Denique Zeno constituit spiritum definitens Animam, &c.] A Laërtio inſtitus sue ingenitus spiritus, adtribuitur Zenoni; ab alijs apertius spiritus corpori concretus. Vide plura de isto Zenone Critico, nempe Apolog. cap. 21. num. 311. & lib. de Pallio, cap. 5. num. 99. de Zenone Eleate, Apol. cap. 50. num. 625. Meminit etiam Apolog. cap. 46. num. 383. Zenonis, qui tyrannidem adſectatus apud Prienses: sed ad Virium referatur, incertum est. Ad Criticum verò etiam pertinet, quod habet Auctor supra li. de Prescript. adu. heret. c. 7. num. 43. & infra lib. adu. Marcion. 1. ubi Zenoni adtribuit, quod Deum aërem & etherem dixerit.

75. Vult & Cleanthes. Similiter infra Auctor cap. 25. Vnde oro te, similitudine Animæ quoque parentibus de ingenijs respondemus, secundum Cleanthis testimonium. Verum refutatur istud, quia ex particularibus vniuersalia non probantur à Gregor. Nysseno lib. 2. de Philosoph. cap. 2. isdem penè Auctoris verbis. Ex quo adeo supplendum est, quod subintelligens omisit Tertullianus: Corporis autem est similitudo & dissimilitudo, non incorporei; corpus igitur est Anima. Eodem verò etiam argumento vsus fuit Panætius Clearchis confectaneus; verum refellit Marcilius Ficinus Theol. Plato. lib. 10. cap. 8. Atqui de Cleanthe supra aliquid diximus Tom. 1. Apolog. c. 21. num. 312. cuius etiam meminit Lactantius li. 1. c. 5. & li. 3. c. 18. & Clemens Alexand. li. 6. Strom. Zenonis discipulum scitiprout etiam Laërtius, apud quem plura de eo inueniet Lector.

76. Item

76. Item corporalium & incorporeum, &c.] Haec quoque argumentum Cleanthis adtribuit, & refellit ubi supra Gregor. Nyss. dicens: Ita adsumpto alteram partem falsitatem ipse continere, quæ corpori nullum incorporeum comparati dicit.

77. Sed & Chryſippus manū ei porrigit, &c.] Etiam istud Chryſippi argumentum adducit, & confutat ibidem Gregor. Nyss. Alterum eiusdem argumentum sub finem c. sequi citat Auctor, de quo ibi: & quiddam etiam ex eodem c. 13. Fit eiusdem mentio tamquam insignis Philosophi, c. 31. De altera Chryſippi sententia, qua de æmonia illudebat, vide Adnot. nostras Tomo 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 3. num. 11. De eodem scribit ex Cicerone Lactantius lib. 7. cap. 23. quod fulierit porticum Stoicorum. Dialēcticum interim potius, quam Philosophi fuisse, indicat Clemens Alexand. Strom. lib. 7. quod confirmat Laërtius, qui Zenonis & Clearchis discipulum faciens, libros Logicos eius enumerat 310. alibi interim citans Physicorum, seu Naturaliū questionum libros. Porro de Chryſippo medico vide infra num. 203.

78. Vnde & Lucretius, &c.] Versus est Lucretij lib. 1. de rerum natura (ubi etiam ante me adnotauit Lactantius) pag. 10. linea 2. 4. quem rursum citat Auctor infra lib. 4. aduersus Marc. Hinc B. Auguſt. lib. de Vilit. credend. cap. 1. adtribuit, quod ex atomis, sicut Epicurus, Animam constare dixerit. Nec mirum. Epicuri enim sunt omnia (inquit Lactant. li. de Opific. Dei, cap. 6.) que delirant Lucretius; qui etiam latius, contra Lucretij de Anima corporea sententiam disputat lib. 7. diuinar. Instit. cap. 12. Legimus autem omnino: quæ nisi corporalis corpus non derelinqueret, pro: derelinquet.

CAP. VI.

79. Hæc Platonici subtilitate, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De argumentis Platoniorum, quibus incorpoream Animam probant, que in alteram partem propensior Auctor, soluere nititur; sed frustra, quum plerique ex illis omnino conſudere, etiam ante nos adnotauerit Gregor. Nyss. ubi supra cap. 1.

80. Omne, inquitur, corpus, &c.] Argumentum hoc Ammonio Plotini ac Niumeny præceptoris adscribit Nyssen. dissentit Plotinus Ennead. 4. lib. 7. cap. 2. quamquam paulò alij verbis. Eodem serè pertinet quod ex Platone in Phædro ad hanc sententiam citat Claudianus li. 2. de Status Animæ, cap. 87. contra Eufistum: Anima semper à seipsa mouetur, corpus autem per se nō mouetur, ergo Anima non est corpus.

81. Ostēdimus autē supra moueri Animā, &c.] Nescio ad quem locum aditit, nisi ad id quod obscurius dixit c. 1. ad aliquem motum secundum naturam, aut externum, si non secundum naturam; apertè alioqui non recitauit, quod Anima vaticinatur aut futit. Lego autem etiam hic: singillatio motu, quem admodum supra lib. adu. Valent. c. 18. nu. 225.

82. Corporalium, aiunt, rerum qualitates, ut terra, &c.] Provisus sic legendum, pro: ut terra: & mox: per corporales renuntiant sensus, pro: census, quod erat in adit. Lugdunensi; quia præcedit, corporalibus sensibus renuntiant. Hoc autem etiam elegantiss. habetur apud Plotinum lib. 7. Ennead. 4. cap. 8. Vnde desumptiss. videtur Tertullianus. Possit etiam idem argumentum colligi ex Aristot. lib. 1. de Anima, cap. 5. Atqui de prouerbiali formula: Gradum definitionis excludere, vide nostra Prolegomena; sicuti etiam de illa, que paulopost subiungitur: Sed nec hic gradus stabit.

83. De insignioribus argumentationibus, &c.]

Habet etiam hanc argumentationem Gregor. Nyssen. pro Anima incorporea, ex Ammonio. Haud absimiliter Marcilius Ficinus Theol. Platon. lib. 8. cap. 2. Animam passim incorporea & æterna veritate, & proinde incorpoream esse. Quod ipsum iam olim ex Gregorio Nazianzeno citauit Claudian. lib. 2. de Stat. Animæ, cap. 9.

84. Sorano Methodicæ medicinæ instructiss. auctore. Sorani iterum meminit Auctor infra c. 8. & 14. 15. 25. ac 44. Hic autem addit, quod plenissimè super Anima commentatus sit quatuor voluminibus. Meminit eiusdem B. Cypr. epist. 76. ad Magnum; Ephesum verò medicum fuisse scribit Suidas; qui Roma claruerit Traiani & Adriani temporibus: qui etiam recenset alterum Soranum medicum iuniorum.

85. sed nemo unquam cunctanti de exitu Animæ, &c.] Idem est ac si dicat: quod nemo Sorano dubitanti de immortalitate Animæ, argumentis ex Platone aut Aristotele sumptis, id illi persuadere nisus sit; quamquam interim de sententia Aristotelis ipse Auctor, sicut & alij plerique, variè sentiant, ut latius sub initium lib. de Resurr. carnis, num. 23. De ipsis prouerbialibus formulis: aquam nullam infundere, & nicas infarcire, latius in Prolegomenis. Legimus autem cum Latiniis: de minutiloquio Aristotelis inferfit, pro: interfit. Rectius etiam Gelenius: de minutiloquio Aristotelis, quam Gagneus: multiloquio; qui opponit illud eloquio, id est, eloquentia Platonis.

86. rupicum & barbarorum, quibus alimenta sapientiæ defunt. Sequentibus verbis, quid rupicum nomine intelligat, Auctor explicat; sicuti etiam supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. Chironem appellat: rupicem & tylicolam; ac Apolog. cap. 21. rupices, & adhuc feros homines. Haud dubie inde dictos, quod in rupibus habitarent.

87. quia nec opimior animam efficiunt, &c.] Marsilius Ficinus li. 8. Philos. Platon. cap. 2. istud reitorquet contra eos, qui dicebant Animam alijs sibus corporalibus; quia alioqui (inquit) scilicet corpus, ita & Anima opimior redderetur.

88. & artes Stoici corporales adfirmant. Quærat curiosus Lector Auctores, qui istud stoicè adscribunt.

89. Sic Thales in puteum, &c.] De Thalese supra vide Adnot. nostras Apolog. cap. 46. num. 576. & huius lib. c. præced. num. 68. Verum tamen tum de hoc prouerbio, tum de illo: Chryſippus ad elleborum, latius in Prolegomenis.

90. quum duo in vnum corpora negauit. Eodem argumento vitur Aristoteles, ut Animam incorpoream probet lib. 1. de Anima, cap. 25. aduersus Empedoclem, qui eam ex elementis componebat; & similiter Plotinus loco citato. Legimus autem cum Gagneo (secundum quod etiam Latiniis admonuit) sed & bina & ternaria; pro eo quod irrepperat mendosiss. terrena; item: perferunt, pro: præferunt.

91. Inuenitur etiam in iure ciuili Græca quædam quinionem enixa filiorum. Sicuti hic: quinionem filiorum, sic infra cap. 46. quinionem voluminum dixit Auctor. Atqui de hoc sic legitur (ut me admodauerunt Franciscus Balduinus & Latiniis) Tit. si pars hered. petatur, Digest. l. 5. lege 3. Tradidit non leues Auctores, quinque quaternos enixam Peloponnesem. Ad quem quidem locum adluisse Auctor non videtur, quum nondum in ius ciuile relatis esset illud Pauli Iureconsulti Auctori coætanei responsum; non tamen prouerbium omitti debet (ut ille censuit) illud in iure ciuili,

Nam, pr. et quàm quòd notum est ex Caio Jureconsulto D. l. 1. Tit. 2. leg. 1. ius civile iam multis seculis ante Tertullianum eam nuncupationem sortitum fuisse. (Unde Ius civile Pappianum & Elianum, etiam ante leges xy. Tabularum, & illud quod Q. Mucio tribuitur, qui primus illud in libros 18. digessit) etiam responsa prudentum Jus civile nuncupabantur; & verò illud Iulij Pauli responsum modò citatum, de sumptibus constat ex l. 17. ad Laurentium, siue ex Plautio: qui Tertullianum haud dubie præcessit, ut potè sub Adriano Imperatore. Neque verò notum esse Antiori, Jus civile citare, patet supra l. om. 2. lib. 2. ad Vxoriam, num. 51. 52. & 62. libro de Pelandis virginibus, cap. 11. num. 100. & hoc ipso libro infra c. 38. num. 4. 42. Porro ibi: vniuersa conditio restabitur: accipitur more Tertulliano conditio, pro creatura. Ceterum ex hoc Tertull. loco putarim castigandam dictam legem, ut legatur: quinos quater, pro: quinquies quater; & similiter apud Plin. l. 7. cap. 3. pro eo, quod vulgò legitur: binos quater.

CAP. VII.

92. Quantum ad Philosophos, satis hæc, &c.] Titulum huic capiti datus: Quòd etiam apud Christianos Anima corporalis esse videatur. Verum etiã hoc caput ad paradoxa Tertulliani pertinet, de quibus inter Prolegomena.

93. Dolet apud inferos Anima cuiusdam, &c.] Hunc locum citat Auctor infra lib. de Resurr. carnis: cap. 17. Nos autem (inquit) animam corporalem & hæc profitemur, & in suo volumine probamus, habentem proprium genus substantiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torquenti, fouenti que penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probauit Lazari exemplum. Id ipsum verò repetit infra cap. 9. Sic & diuiti (inquit) apud inferos lingua est, & pauperi digitus, & sinus Abrahæ. Verum ex hac scriptura Luc. 16. de Lazaro, non concludi Animam esse corpoream, latè deducit B. August. lib. 4. de Anima & eius origine ad Vincennium Victorium, qui in eodem quod auctum luto hærebat, & post eum Claudianus lib. 3. de statu Anima cap. 9. adu. Faustum; adferentes, membra hæc Anima, non corporaliter, sed spiritaliter intelligenda. Quomodo etiam illa membra interpretatur B. Gregor. Nyssen. lib. de Anima & resurr.

94. & quid illic Lazari nomen, si non in veritate res est? Isto argumento vtuntur, qui historiam hæc esse putant, non parabolam, inter quos Euthymius etiam nomen diuinitatis adlegat ex traditione Hebræorum; verum potest vera esse historia, nec propterea proprie debent accipi oculi, lingua, digitus. Hinc & Epiphani. modò parabolam, modò historiam nuncupat. At B. Justinus Martyr lib. quæst. & respons. qu. 9. neque parabolam esse, neque historiam, sed mixtum quid.

95. Ad quod & Christus moriendo descendit, &c.] De hoc etiam Latius infra cap. 55. Est autem obsecrum illud: si nihil Anima detinet sub terris; & legendum quidem videretur prima facie: Animam, nisi aduiceretur: Nihil enim si non corpus, atque adeò magis videtur legendum, detinetur; sed neurum adhuc satisfacit.

96. Nihil enim si non corpus.] Ad hunc locum adludit B. August. lib. 10. de Gen. ad lit. Tertullianus (inquit) non ob aliud corpus esse Animam credidit, nisi quod eam incorpoream credere non potuit; & ideo timuit ne nihil esset, si corpus non esset. Et rursus sub finem

eiusdem libri: Quis hunc crederet cum isto corde tam discretum esse potuisse; sed tremenda sunt ista, non ridenda; ad hoc enim nunquam cogitur, si aliquid cogitare posset, quod sit, & quod corpus non sit.

97. Reddã de isto plenius & opportunius, &c.] Adludit ad cap. infra 51. 52. 53. 54. & 58. Vbi agit tum de excessu & receptu Animarum post hanc vitam, tum de tormento siue solatio earundem in diuersorio inferi, vel in igne, aut in sinu Abrahæ.

98. In quantum enim omne corporale passibile est, &c.] Istud egregie refutat B. August. loco si præcitato statim post Verba præcedentia. Qui sanè (inquit) quoniam acutus est, interdum contra opinionem suam visã veritate superatur. Quid enim verius dicere potuit, quàm id quod ait quodam loco: omne (sic enim lego, pro: esse) corporale, passibile est: Debit ergo mutare sententiam, qua alibi dixerat: etiam Deum corpus esse. Neque enim arbitror eum ita desipuisse, ut etiam Dei naturam passibilem crederet.

CAP. VIII.

99. Abruptum alioquin & absurdum, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: De aliis argumentis, quibus Animam probabant incorpoream; quæ quamquam pleraque minus efficacia non tamè satis aptè refellere ea potuit Auctor, qui ex proposito videtur omisisse alia quæ magis conuincunt.

100. quia ceteris corporalibus exemplis non adæquet. Huc pertinet quod Plotinus vbi supra, & Aristot. lib. 1. de Anima cap. 5. Animam de corporaliu censu adimunt (vbi Verbis Auctoris vtar) quòd ab affectionibus corporum elementarium exempta sit, & in parte non raris, vel densa, calida, frigida, alba, nigra, leuis, aspera.

101. Siquidem & ipsi Philosophi, &c.] Ad eandem Empedoclis amicitiam & inimicitiam adludit Athenagor. Orat. pro Christ. qui dicit: Non quòd opinari possint contrarium quidquam esse Deo, velut amicitia contentionem secundum Empedoclem. De qua eius opinione vide Laërtium.

102. quia digressa ea, grauiora efficiantur corpora defunctorum, &c.] Istud argumentum hactenus apud Platonicos reperire non licuit, sed neque magni momenti est.

103. Ceterum etsi inuisibilis Anima, &c.] Hanc argumentationem ipse suggerit Plato, tum in Epinomide, tum maxime in Phædone, siue de Anima: quoniam corpus dicit visibile, Animam inuisibilem.

104. Solem noctuæ oculis nesciunt.] Eodem pertinet quod infra legitur Tom. 5. Epist. de cibus Iudæis: quando noctuam interdicitur lucifugis veritatis; vbi de differentia noctuæ, bubonis, & nicturacis, ex Levit. cap. 11. & Deuterom. 14.

105. aquilæ ita sustinent, &c.] De hoc Plinius in hæc verba lib. 10. cap. 7. Nat. hist. Halietus (Aquilæ genus) implumes etiamnum pullos suos percussis subinde cogit aduersos intueri solis radios; & si silentem conuincit, etiamque animaduertit, præcipitat è nido velut adulterium & degenerè. Ad quæ, more suo, adludit hic Auctor.

106. Sic Ioannes in spiritu Dei factus, Animas Martyrum conspicit.] Similiter dixit c. sequ. Per has lineas & Animæ Martyrum sub altari intelliguntur. Nihil tamen faciunt loci Apocal. pro anima corporea. Sic etiam supra Tom. 1. lib. de Orat. cap. 5. Clamant ad Dominum in visu Animæ Martyrum. Probique autem

autem vnica voce, Martyrum vertit, pro eo quod ex Graeco Latine legitur Apocal. 6. Interfectorum propter Verbum Dei, & propter testimonium quod habebant; & Apocal. 20. Docollatorum propter testimonium Iesu, & propter Verbum Dei, proprie Martyras accipiens. Verum de alia etiam eius vocis significatione, videat Lector Adnot. nostras supra Tom. 2. lib. ad Martyras, num. 1.

CAP. IX.

107. Quom Animæ corpus adserimus, &c.] Titulum hic retinimus antea excusum, qui ex margine in textum irreperat: De effigie Animæ. Pertinet interim etiam hoc caput ad paradoxa Auctoris inter Prolegomena. Huc autem adludit B. August. ad Quod vult Deum, his verbis: Animæ corpus tribuit Tertullianus, sed sui generis. Quod aliquo sensu Verum esse posse ibidem indicat, Verbis vbi supra à nobis citatis, ne hic prolissiores simus. Atqui lego: vt hæc adesse, quæ corpus ostendamus, pro: quàm corpus.

108. & omnimodò debita corpulentia, adesse Animæ, &c.] Huc rursus respicit loco postremò citato B. August. dum inquit: Quamuis res de Anima tale quid sentiat, nempe qualia sunt omnia quæ proprie dicimus corpora. Eodem pertinet quòd Tertulliano etiam adscribat Animæ extensionem. Quantitate tamen carere docet idem lib. de Anima quant. cap. 7. Pulcrè etiam istud quæst aliud agens refutat Nyssen. lib. 2. Philosoph. qui est de Anima, cap. 1. Essentialiter ipsi Animæ, & secundum seipsam tres non adesse dimensiones (longitudinem dico & latitudinem & sublimitatem cum Tertulliano) sed secundum accidens dumtaxat, quia videlicet in corpore sit dimensio.

109. Quid nunc quòd & effigiem Animæ damus, &c.] Istud etiam Tertulliano adscribit B. August. quòd Animam effigiatam dixerit. Hinc autem videre est, quàm verum illud Philosophi, vno inconuenienti dato, multa sequi.

110. Platone nolente, quasi periclitetur de Animæ immortalitate, &c.] Vide Platonem in Phædro, vbi dicitur Verbis effigiei expertem & coloris Animam facit, verbis citatis à Clement. Alex. lib. 5. Stromatum.

111. Est hodie foror apud nos reuelationum charismata sortita, &c.] Quamquam (vbi supra adnotauimus Tom. 2. lib. de Idololat. cap. 15. num. 121.) frequentes fuerint in primordio Ecclesiæ reuelationes apud orthodoxos; quia hic præcedit: post Ioannem quoque Prophetiam meruimus & consequi; certum est hic Auctorem de Priscilla loqui, Montani socia: non enim verisimile est, diuina aliqua reuelatione comprobatum esse, Animam modò corpoream, sed & aërei esse coloris; Deinde illud peculiare Priscilla de extasi in spiritu conuersatione cum angelis & Domino, & quòd quorundam corda dignoscere crederetur, vti Latius in Vita Auctoris. Contra eandem enim dixit ipse ante heresin Auctor; lib. de Prescript. aduers. hæret. cap. 41. quòd curationes repromitteret, pro quo hic: medicinas desiderantibus sumit, aut potius (sicut legendum conuicio) submittit. Neque interim propterea Montano etiam adscribenda, quæ hic recenset, Ecclesiastica ceremonia, quia, vti mox subiungitur, etiam alius libris eandem meminit ante omnem errorem conscriptis.

112. in Ecclesia.] Quòd Ecclesia iam tum Christianis fuerit in vsu, supra à nobis comprobatum est Tomo 2. lib. de Orat. num. 1. & dicto lib. de Idololat. cap. 7. num. 29.

113. inter Dominica sollempnia.] Similiter mox: post transacta sollempnia. De qua & aliis sacrificij Christiani periphraasibus à Tertull. vtitur, dicitis nostris adnotat. in lib. de Orat. immediate post Tractatum de Ecclesiis.

114. prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur.] De his quatuor, quæ etiamnum in Ecclesiæ sacrificio vtitur sunt, vide ibidem paulo post Adnotat. nostras; & præterea de lectione scripturarum, Apolog. cap. 39. num. 501. de Psalmorum cantu ibidè, num. 520. De petitionibus quæ Deo delegantur, n. 499. & 500. Denique ad Adlocutiones quæ proferuntur pertinet, quòd frequenter in Missa iteratur à sacerdote: Dominus vobiscum; & ab Episcopo: Pax vobis; item ab viroque frequentissimè: Oremus; & in Præfationis initio: Sursum corda; ac: Gratias agamus Domino Deo nostro; de quibus ibidem lib. de Orat. num. 1. & adnot. nostris in B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica, num. 85. ac lib. de Exhortat. Mart. num. 32.

115. Post transacta sollempnia dimissa plebe.] De dimissione plebis post Missæ finem, quæ dicitur: Ite, Missa est; puto me etiam nonnihil ibidem adnotasse; certè eodem adludit B. Cypri. lib. de Spect. nu. 7. cum dicitur: Dimissus, & adhuc gerens secum, vt affolet, Eucharistiam.

116. tenera & lucida & aërei coloris.] Sic omnimò legendum, pro: aëtherici coloris, patet ex B. Augustino sub finem lib. 10. de Gen. ad lit. qui de Tertulliano dicit: Fieri quum Anima etiam colorem diceret aëreum ac lucidum. idque eo magis, quòd mox etiam sequatur: Quem igitur alium estimabis Anima colorem quàm aëreum (sic lego, pro: aërium) ac lucidum? Facit etiam paradoxo adscribit Origeni B. Hieron. alicubi. Quid autem respondeat August. vide infra num. 124.

117. non vt aër sit ipsa substantia eius, etsi hoc Anaximandro visum est.] Anaximandi iterum si mentio infra cap. 14. vbi ipsi quoque adscribit, quòd Animæ vnitatem tueatur. Et cap. 25. de Anima origine ex rigore aëris, num. 327. Suprà etiam ex Laërtio diximus, num. 58. quòd Heraclidis fuerit discipulus ex Pyrrhonis schola; quibus adde, quòd Pyrrhonicarum rationum libros octo ab eo conscriptos dicit.

118. & Anaximeni.] Huic adtribuunt, quòd aër sit substantia animæ; Macrobius in Somnium Scipionis; Marsyl. Ficin. Theol. Plat. lib. 6. cap. 1. & Franciscus Pius lib. de Vanitate gentium, & Viues in B. August. lib. 11. cap. 10. vbi quorundam Philosophorum eandem recenset sententiam. Quò adludit etiam quòd infra habet auctor lib. 1. aduers. Marc. Deum aërem dixit Anaximenes. Anaximandri hunc discipulum facit Suidas, etiam ipsum Milesium; cuius duo epistola ad Pythagoram, reperiuntur apud Laërtium.

119. puto secundum quosdam & Heraclito.] Suprà cap. 5. dixit Heraclitum ex igni Animam effinxisse; quàm opinionem præter alios Auctores ibi citatos num. 66. etiam sequitur Aristot. lib. 1. Metaphys. cap. 1. Qui interim etiam cap. 2. lib. 1. de Anima, cum Greg. Nyssen. & Plutarcho, locis supra citatis, adtribuit illi, quòd exhalationem Animam dixerit; quæ si pro respiratione accipitur, vti à Lud. Vase loco mox citato, ad hanc opinionem magis accedit. Nec mirum est de eius sententia differre Auctores, quum ob obscuritatem Scotticum dictum supra adnotauerim cap. 2. num. 32.

120. nec vt lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidis.] Ex hoc loco restituendum Macrobius in Som-

nium Scipionis cap. 4. (nam id ipsum narrat) & scribendum: Ponticus Heraclides, non: Heraclitus; neque enim ipsam mentio inuenitur Heracliti Pontici, sed Heraclides Ponticus Philosophus, Spensippi primum, deinde Aristotelis auditor, commemoratur à Lactantio; qui nominatim de Mente, de Anima, & de Natura libros ediderunt, maximè quum consensit etiam Marcellus Ficinus Theol. Plat. lib. 6. cap. 1.

121. Nam & cerauneis gemmis, &c.] De his vide supra Tom. 2. lib. de Etab. mulieb. cap. 1. num. 13. Hic autem solum de eo agit genere, quod teste Isidoro Eymol. lib. 16. cap. 13.) Hispania in Lusitania litioribus gignit, cui color ut propo rubenti, & qualitas, ut ignis.

122. nec beryllis idè aquosa materia, &c.] De Beryllis vide Plinium in Natur. histor. lib. 37. cap. 5. Videtur interim de postremo illorum hic loqui genere, qui crystallis ferè sunt similes, ex verbis illis: quod fluctuante colato nitore, id est, purgatissimo nitore, per Metaphoram.

123. & velut in forma gelasse.] Vide latius infra sub finem cap. 23. de hoc paradoxo.

124. Hic erit homo interior, &c.] Etiam hunc locum citat B. Augustinus ubi supra, lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 25. ex quo reposuimus: & in somnis fungitur, pro: in somniis, maximè quum ibidem subiungat: Ecce (inquit) quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deum populus, quibus Anima in somnis fungitur; quum si ipsum Tertullianum quisquæ videret in somnis, numquam se diceret ab eo visum, & cum eo locutum, quem visum ipse non vidisset. Postremo si Anima seipsum videt in somnis, quum iacentibus utique uno in loco membri corporis sui, ipsa per varias imagines evagatur quas videt; quis eam aliquando vidit in somnis (ita tacitè redarguens paradoxum, de quo supra num. 116.) aërei coloris aut lucidi, nisi forte ut cetera, quæ similiter falsè videt? nam & hoc potest videre. Sed abste, ut eam talem, quum cuiquam crederet, alioquin, quando se aliter videt, quod magis crebrum est, aut mutata erit Anima eius; aut nec tunc Anima videtur substantia, sed imago corporis incorporea, quæ miro modo sicut in cogitatione formatur. Quis enim Ethiops non penè semper nigrities se dicit in somnis; aut si in alio colore se vidit, non magis miratus est, si fuit cum illo memoria: aëreum tamen colore aut lucido, nescio utrum se nunquam vidisset, si istum nunquam legisset vel audisset.

C A P. X.

125. Pertinet ad statum fidei, simplicem Animam determinare, &c.] Etiam hic veterem titulum retinendum putavi: Vnum esse Animam & spiritum. In quo Auctori consentit B. August. lib. de fide & symb. cap. 10. & apertius Auctor lib. de Dogm. Eccl. inter illius opera, cap. 19. & 20. Non est (inquit) tertius in substantia hominis spiritus, sicut Didymus contendit sed spiritus ipsa est Anima; quæ (id enim haud dubiè addi debet) pro spiritali natura, vel pro eo quod spiritus in corpore, spiritus appellatur; Anima verò, ex eo, quod ad vivendum & ad vivificandum animet corpus. Deinde ad tacitam illius objectionem respondens: Tertium verò (inquit) qui ab Apostolo (quomodo etiam intelligendus venit D. Fren. lib. 5. cap. 6.) cum corpore & anima induitur, spiritum, gratiam s. spiritus intelligimus. Quæ ipsa verba quum repetat Auctor libri de spiritu & Anima cap. 9. vel inde constat, Augustini non esse, sed potius, ut Tribemius censet, Hugonis à S. Victor. Atqui: ad statum fidei pertinere istud dicit, eo quod ad confirmandam si-

dem nostram pertineat; nam & ex Genesi cap. sequi probat: Spiritum & Animam eadem esse.

126. secundum Platonem.] Ita istud intelligendum, quod Plato simplicem Animam determinavit, eo quod senserit, non compositam ex spiritu & Anima. Vni enim ex Timæo clare constat, confundit respirationem cum perspiratione.

127. Quidam enim volunt, &c.] Agit contra Aristotelem lib. de Respiratione. cap. 1. Hippocratem, & alios, qui non omnibus animalibus respirationem concedunt; quorum proinde sententiâ, diversa erant spiritus & Anima.

128. eo quod non habeant organa spiritus, pulmones, & arterias.] Prius, de non habentibus pulmones, refert Aristoteles cap. 4. lib. de Respiratione. & lib. 3. de part. animal. cap. 6. Vt & Galenus de partium usu, lib. 6. cap. 9. ad insecta; quæ hic, & rursum ca. 32. enumerantur: culices, formicæ, & tineæ; posterius ad pisces, quibus arterias deesse vult, id est, interiores illas fistulas (vbi Plinius describit lib. 11. cap. 37.) ad pulmonem & cor pertinentes. Cui etiam satis ibidem Plinius consentit, dicens pauca pulmonem habere aquatilia; & ibidem sub finem ca. deesse arterias molli piscium generi. Cui tamen contrarium tuetur ipse idem Plinius de Piscibus, lib. 9. cap. 7.

129. neque formica, si membris huiusmodi caret, idcirco negabitur spirare.] Videtur istud Auctor mutuatus ex postremo illo Plinii loco: Sine pulmone (inquit) nullum animal putatur spirare. In qua sententiâ fuisse Aristotelem video, & multis persuasisse doctrinæ indagibus. Nec me tamen protinus huic opinioni coram accedere haud distimulo; quoniam pulmonum vice aliis possunt alia spirabilia inesse viscera, ita volente natura, sicut & pro sanguine multis aliis humor. Quod ipsum repetit lib. 11. cap. 3. latius; unde videtur multa mutuatus auctor: Imitatus Democritum, Anaxagoram, & Diogenem, qui (ipso Aristotele teste) omnia animalia spirare dixerunt.

130. Herophilus ille Medicus, &c.] De hoc Herophilo Plinius lib. 20. cap. 2. lib. 25. cap. 1. lib. 26. cap. 2. ac 3. & lib. 29. cap. 1. quorum postremo loco ait: Omnes eas (nempe Medicorum factiones) damnavit Herophilus, in Medicos pedes venarum pulsu discreto per atatum gradus; deserta deinde & hæc secta est, quoniam necesse erat in ea literas scire. Item lib. 11. cap. 37. quod propius ad institutum accedit. Arteriarum (inquit) pulsus, in cacumine maximè membrorum, evidens index ferè morborum, in modulos certos legesque metricas, per ætates, stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo (sic enim lego, pro: descriptus ab Etiphylo) medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus; quem librum eius de Pulsibus citat Galenus alicubi. Meminit eiusdem Plutarchus de modo respirandi agens, li. 4. de placito Philos. cap. 2. 2. & lib. 5. cap. 2. ex cuius verbis etiam liquet, Anatomicum fuisse. Mentio etiam eius fit (iuxta quod Latinius adnotavit) apud Celsum in Proem. lib. 1. & Cicer. lib. 2. Academ. Qui quum nihil ea de re tradant, quam hic habet Auctor, parum referre puto, siue legas: qui sexcentos exsecuit, cum Gelenio siue cum Cagnæo: septingentos. Infra cap. 25. maiorem profector, vocatur. Citatur eiusdem sententiâ de Hegemonico circa cerebri fundamentum, infra cap. 15.

131. designa oculos, denota pupillas.] Loquitur de culicibus & formicis & tineis: est verò oculos Plinius loco iam citato adtribuere videatur: sicuti insectis omnibus

omnibus, pupillas negat. Sed sufficit ad Auctoris intentionem, quod non appareant eorum oculi, est habeant.

132. Sed & excedunt tineæ; demonstra mandibulas, deprime genuinos.] Conforme est illud Plinii eodem loco: Dentium vice aculei insectis; qui addit: homini novissimos dentes, genuinos dicit.

133. Sed & personant culices, &c.] Etiam hoc ex Plinio sumpsit lib. 11. cap. 2. & 51.

134. exhibeas pabuli transfundendi, &c.] Huc pertinet illud eiusdem lib. cap. 37. Sanguine carentibus venter nullus; intestinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem refectitur.

135. quemadmodum & incidunt quædam sine pedibus, &c.] Pulchra distinctio inter incessum quorundam sine pedibus; ut potè, manante impetu, quod angues; insurgente linatu, quod vermes: spumante reptatu, quod lomaces.

136. ergo duo non erunt quæ diuidi non possunt concreta.] Ita Gelenius, quantum apparet, ex Britannico Lalandi codice; pro eo quod pluribus verbis Gagnæus: quæ diuidi non possent, & fuissent, sed licet duo esse concreta, sed non erunt concreta. Neutrum placet, nec mederi licuit, quod non esset ad manum MS. cod.

C A P. XI.

137. Sed ut Animam spiritum dicam, &c.] Inscriptionem huic capiti datus. Quomodo Anima spiritus, nempe quia spirat, non quia proprie spiritus est. Verum etiam hoc ad paradoxam eius pertinet, de quibus in Prolegomenis: alioqui enim si spiritus proprie esset, corpus non esset. Atque hoc est quod cap. preced. dixit: Erunt & alia spiritus species, ut ex Deo, ut ex diabolo. Proprie interim videtur sumpsisse lib. de Penit. cap. 3. quum spiritum dicit afflatu Dei consummatum.

138. Ceterum aduersus Hermogenem, &c.] Videtur rursum adludere ad librum De censu Animæ aduersus Hermogenem, ex quo infra Tom. 4. istud inter fragmenta eiusdem collocauimus; ubi de hæsententiâ latius.

139. Nisi propter hæreticos, qui nescio quod spiritale semen infulciunt Animæ, &c.] Aduersus Valentinianos agit, & ex scripturis hanc eorum hæresin (de qua supra lib. aduers. eosdem cap. 25.) confutat.

140. Deum flantem in faciem hominis flatum vitæ, &c.] Adludit ad illud Gen. 2. Supracitatum cap. 3. & lib. aduers. Hermog. cap. 31. Et flauit Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus est homo in Animam viuam; flatum vitæ, Animam utrobique interpretatus; quam explicationem veram esse supra ostendimus, lib. de Baptis. cap. 5. num. 43. Quibus addere visum est illud Theodorici in Epit. diuin. dogm. Nomine flatus non intelligimus partem aliquam essentia diuinæ, secundum Cerdonius & Marcionis rabiens; sed Animæ naturam per id denotari, quod Anima spiritus strationalis & intellectus. Cui consentit etiam Prudent. in Hamartig. & ante Tertullianum B. Iræneus lib. 5. cap. 7. Quare malè inter hæreses recenset Philastrius, Animam Dei flatu dicere.

141. Spiritus ex me produit, & flatum omnem ego feci.] supra lib. aduers. Hermog. cap. 32. nullam facit, citans hanc scripturam Isai. 57. Spiritus & flatus differentiam; immò eam spiritum intelligi dicit, de quo etiam veni consulerunt: hic verò spiritum pro

Spiritu sancto, flatum pro Anima; imitatus Frenæum lib. 5. aduers. hæret. cap. 12. ferè de verbo ad verbum, per citationem non solum huius, sed & sequentium scripturarum. Aliud enim est (inquit) ad flatum vitæ, qui & animalem efficit hominem; aliud spiritus viuificans, qui & spiritalem efficit eum. Propter quod ipse Isaias, distinguens ea quæ prædicta sunt, ait: Spiritus enim à me exiet, & c. ne prolixiores simus. Et verò, uti rectè adnotauit B. August. lib. 13. De ciuit. Dei, cap. 24. differentia vocabulorum Græcorum id indicat; nam priori loco πνεύμα est, quomodo semper in scripturis spiritus sanctus appellatur; posteriori πνομή, quod variè (inquit ille) nostri interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem vel aspirationem, aliquando etiam Animam. Vide plura huc pertinentia in doctiss. illo Commentario in Isaiam Viri eruditiss. Dn. Leonis à Castro. Mirum est interim illud, quum omnes aditiones tam Hebraica quàm 70. & Chaldaica, item Patres omnes hunc locum citantes, legant in Euturo: exiet, quod solum Tertull. legat: produit; quod tamen ipsius germanum esse patet ex eo, quod haud absimiliter legatur lib. aduers. Hermog. ubi supra: Spiritus à me exiit.

142. Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam, &c.] Etiam hic ferè ad verbum imitatur B. Iræne. ubi supra, qui post recitata eadem Isai. 42. Verba addit: Ad flatum quidem communiter omni qui super terram est populo dicens aurum, spiritum autem his qui conculant terrenas concupiscentias. Consentit etiam B. Basilus lib. de S. Spiritu, cap. 21.

143. quia & Apostolus non primùm quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale.] Istud quoque ad verbum ex eodem B. Irænei loco.

144. Nam, et si Adam statim prophetauit magnum illud Sacramentum, &c.] Etiam hic locus aduici poterat supra lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 40. num. 248. ad confirmationem Ecclesiastici dogmatis, quod Matrimonium Sacramentum sit, item & similis locus infra cap. 21. ubi de tota hac scriptura Gen. 2. & Adæ extat latius.

C A P. XII.

145. Proinde & animum, &c.] Capiti huius inscriptionem Gelenij retinimus: Non separari animam & animum. De quo in hac Verba Lactantius lib. de Opific. Dei, cap. 18. Sequitur alia, & ipsa inextricabilis quæstio: Idemne sit anima & animus, an verò (en exceptionem Auctori conformem, quid animus & anima proprie dicantur) aliud sit illud quo viuimus, aliud autem quo sentimus & sapimus. Non desunt argumenta in utramque partem. Qui enim vnum esse dicunt, hanc rationem sequuntur (quæ haud dubiè ad intellectum loci huius facit) quod neque viu sine sensu possit, nec sentiri sine vita, ideoque esse non posse diuersum id, quod non potest separari; sed quicquid est illud, & viuendi officium, & sentiendi habere rationem; idcirco animum & animam indifferenter appellant duo Epicurei Poëta. Vbi imprimis adludit ad illud Lucretij lib. 3.

Nunc animū atque animā dico cōiuncta tenēti Inter se, atque vnam naturam conficere ex se. Reliqua omittimus, quia sunt pro contrariâ Auctari sententiâ, quam etiam magis amplectitur Lactantius, ubi patet lib. 7. diuinar. Institut. cap. 12. Tertulliano verò consentit Hugo de S. Victor. seu quisquis auctor

est libri de Spiritu & Anima, cap. 34. Item (inquit) Animam & animum idem dicimus, sed anima vitæ, animus est consilij. Ego verò, quandoquidem ad fidem non pertinet, alius discutiendum relinquo, viri verisimilior. Certè B. Augustin. & alij Patres indifferenter etiam nunc animam, nunc animum appellant. Auctor etiam non hic agit, ut doceat idem esse omnino animum & animam, sed, ut in Argumento huius capituli, non separari à se mutuo, & mutua prestare officia.

146. siue mens est, vñ apud Græcos.] Quum animus Græcè (ut rectè hic Tertull.) vñ apud Græcos dicatur, anima verò ψυχή; non possum illis adferre (ut hoc obiter adnotem) qui libris Aristotelis τῆς ψυχῆς, titulum dant: De animo, non de Anima, ut vulgatum est. Quod confirmatur etiam infra num. 150. & 156.

147. qui etiam vniuersitatis motatorem animum decernunt.] Intelligere videtur Thaletem, qui Aristot. teste lib. 1. de Anima, cap. 5. totum vniuersum dicebat animatum, & animam eius Deum. Item ad Zenonem, qui (ut ipse Auctor inquit Apolog. cap. 21.) Factitatorem vniuersitatis determinabat, & Deū vocari, & Animum Iouis. A quibus etiam non distentabat Pythagoras, qui Laëtant. teste libro 1. cap. 5. Deum animum dicebat, qui per vniuersas mundi partes, omnemque naturam commens atque diffusus; ex quo omnia quæ nascuntur animalia, vitam capiant. Et verò Aristoteles, Thaletis, Anaxagoræ, Diogenis, Heracliti, Alcmaonis similes opiniones recenset, lib. 1. de Anima, cap. 2.

148. illum Deum Socratis.] Quod Plato de Deo ex sententia Socratis scripsit, non modo Auctor, sed etiam B. Iustinus Apolog. 2. Socrati tribuit; at ille in Timæo, Iouis animam per vniuersum mundum diffusam etiam sensit; quem ipsum parentem & opificem vniuersorum inuenit diffitemur pronunciauit; quemadmodum B. Augustin. citat lib. 13. de ciuit. Dei, cap. 17. Quod etiam pertinet illud Auctoris supra Tom. 1. Apolog. cap. 47. Platonici Deum intra mundum collocant, qui gubernatoris exemplo intra illud maneat quod regat. Neque est quod obset Anima mundi appellatio apud Platonem; quia certum est, apud eum vñ ψυχὴν frequenter pro ipsa accipi.

149. illum Valentini Monogenem ex Patre & matre ἐνοία.] Quum me admonuisset Earijus locum hunc corruptum esse, & ego id cerò deprehendissem, eo quod lib. adu. Valentini, cap. 7. (ubi de his laudis) Monogenis mater appellatur aut τῆς, aut ἡ ἐνοία; aut ἐνοία, nusquam verò etiam apud aliquem alium Auctorem ἐνοία, quod hic legebatur, omnino substitui ἐνοία, vocem quæ maximè affinis sit.

150. Quamuis Anaxagoræ turbata sententia est, &c.] Anaxagoras (inquit loco iam citato Laëtant.) Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per se ipsa moueatur. Nec ab similitur B. Augustin. lib. 8. de ciuit. Dei: Anaxagoras (inquit) Anaximenes auditor, harum rerum omnium quas videmus, effectorem diuinum animum sensit. Idem est quod hic Auctor de illo: Initium omnium commentatus animum; cui addit: & tamen eundem alibi animam edicit. Anaxagoræ autem etiam supra sit mentio Tom. 1. Apolog. cap. 46. & infra cap. 43. de quo vide Laëtrium.

151. & vniuersitatis oscillum de illius axe su-

spendens.] De hac phrasî vide supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 1. num. 18. ad illud: in oscillum penduli impetus.

152. Hoc etiam Aristoteles denotauit, &c.] Adhuc haud dubiè ad Aristot. lib. 1. de Anim. cap. 2. ubi ipsam penè verbis Anaxagoræ sententiam deducit, inter cetera his verbis: Anaxagoras autem minus de his sententiam suam explanat; multis enim locis boni recteque mentem causam esse dicit, alibi autem animam ipsam mentem esse dicit, &c. quod rursum non ita multo post repetit; hoc vno addito, quod ibi non possit transferri animum, quia animum & mentem pro eodem haberi patet huius capituli initio. Siue autem legas: nescio an sua paratior implere, quam aliena inanire, cum Gelenio, siue damnare, cum Gagnæo, perinde est.

153. Denique & ipse definitionem Animi quum differret, &c.] Locus iste Aristotelis inuenitur eiusdem libri cap. 4. in hac verba: Mens autem diuinum quid est, passionèque vacat; & proinde rectè addit Auctor: abstulit & ipse eum à consortio Animæ. Per vniuersum vniuersitatis eam sententiam confutat.

154. Nam & sensus passiones facit Aristoteles, &c.] Habet istud idem Aristoteles lib. 2. de Anima, cap. 5. Fit itaque (inquit) sensus, quum mouetur atque patitur aliquid; nam ipse sensus alterat quædam esse videtur. Quod si verum est, inquit Auctor, quum nihil istorum Anima patitur sine animo, iam ergo passibilis est animus, contra quam sentit Aristoteles.

155. & Democritus obtinebit, differentiam tollens, &c.] Rectè id quidem; nam (vel ipse Aristotele teste lib. 1. de Anima, cap. 2.) Democritus animam mentemque idem esse dixit. Atqui Democriti sententiam de somno, infra videre est cap. 43. & supra Tom. 1. Apolog. cap. 46. Cur seipsum excacauerit, diximus num. 581. ex Laëtrio: apud quem & Suidam plura de eodem videre est. Hoc hic addemus dumtaxat, quod libros scripserit De mente, de sensibus, & de Anima, Democritus iste Abderites. Infra eidem etiam adscribitur capite 15. assertio Hege-

CAP. XIII.

156. Ad hoc dispicere superest, &c.] Caput hoc à precedenti dissectum inscripsimus: Quod circa animam, non animum, sit principalitas. Per hoc enim confirmatam vult priorè sententiam contra Anaxagoræ & Aristotelem; ut quandoquidem in Anima inuenitur principalitas, quam illi in animo constituebant, non habeantur proinde pro ipsa; immò, ut iam dixit, animus sit animæ officium, & sicuti infra cap. 18. anima sit animi suggestus & structus. Alij, ut Hugo de s. Pictore lib. de spir. & Anim. cap. 11. dum mentem in anima emineere dicunt, eò respiciunt, quod animi sit sapere, anima viuere; e contrario cum Auctore Anima principalitatem tribuere licet, quod nisi viuat, sapere anima non possit. Ipse interim alius adfert rationes: nempe, quod animæ nomine totius hominis mentio titulata sit, & quod Animam Deus semper adloquitur.

157. Quantas animas pasco, ait diues.] Istud ex Plauti Pluto, aut alio quopiam Comico, desumptum est. In eo autem quod addit: animam agere, videtur im-

tari Ciceronem lib. 1. Tuscul. quæst. ubi ait: Animam autem, etiam animum ferè nostri declarant nominari; nam & agere animam dicimus. Ipse autem animus ab anima dictus est.

158. Faciem tamen operis frontemque materiæ de Anima vnusquisque proscriptit.] Si hoc verum sit de Philosophis & Medicis, ergo necessariò titulus librorum Aristotelis De Anima verti debet, non de Animo, uti supra quoque diximus num. 145. & 146.

159. Animam Deus semper adloquitur, &c.] Adhuc ad eas scripturas frequentiss. in libris Leuitici & Numeri, ac alibi: Anima quæ peccauerit; & similes. Item ad illud Psalm. 34. Dic anima mea, salus tua ego sum.

160. Illam saluam venit facere Christus, &c.] Reliquæ scripturæ, quas hic citat, satis notæ sunt, Luc. 9. Matth. 10. & Ioan. 10. Illud verò: illam pluri fieri vetat, paraphrasticos verit, pro eo quod Luc. 14. iubetur Christianus odisse animam suam, hoc est non pluri facere quam Deum.

CAP. XIII.

161. Singularis alioquin & simplex, & de suo tota est, &c.] Inscriptionem huic capiti, quod etiam à precedentibus separandum putauimus, dedimus: Quod Anima sit indiuisibilis præterquam in potentias diuersas. Quod ipsum repetit infra cap. 51. Ceterum (inquit) anima indiuisibilis ut immortalis. Et verò eandem esse sententiam non modo communem omnium Philosophorum, sed etiam B. Augustini constat lib. 6. de Trinit. cap. 3.

162. Si enim structilis & dissolubilis, &c.] Hic quoadmodò Tertull. seipsum conuincit; quum non structilem neque dissolubilem consuetur, atque adeò immortalis, cui opponitur.

163. Diuiditur autem in partes, &c.] seipsum explicat paulopost Auctor, quum dicit: Huiusmodi autem non tam partes Animæ habebuntur, quam vires, & efficaciam, & operæ. Pnde & Nyssen. lib. 4. Philos. cap. 8. Animam (inquit) in virtutes vel species vel partes diuidunt.

164. nunc in duas à Platone.] Platoni & Pythagoræ idipsum tribuit Plutarichus lib. de Placit. Philos. 4. cap. 4. in Commentario de Virtute Morali, nempe λογικόν, & λόγον, quod quomodo constet cum eo, quod plerisque in locis tres partes Animæ faciat Plato, infra dicemus latius cap. 16. Vbi ex proposito de sententia Platonis disputat, num. 268.

165. nunc in tres à Zenone.] Quum Zeno Stoicorum princeps fuerit, & illis mox octo partes tribuantur; videtur aliquid aliud substituendum, pro Zenone: fortassis Varrone. Nam Varro (inquit B. August. lib. 7. de ciuit. Dei, cap. 23.) in libro de Diis selectis, tres esse affirmat Animæ gradus, vegetatiuum nempe (ut in compendium verba eius contrahamus) sensitiuum, & rationale; verum codicibus MS. destitutus immutare noluit. Certè triplitem hanc animæ potentiam agnoscit B. Gregor. Nyssen. lib. de Creat. hom. cap. 15. & plerique omnes; etiam Aristoteles, uti paulopost dicitur, quodam in loco.

166. nunc in quinque & in sex à Panætio.] De quinque partibus Animæ apud Panætium, hætenus nihil reperi; quare fortassis desideratur nomen Auctoris qui quinque adseruerit, nempe Aristotelis, de quo mox, aut alterius. De sex enim consensit Gregor. Nyss.

lib. 4. Philos. cap. 8. quum post enumeratas octo partes, quas adseriebant Stoici, addit: Panætius verò Philosophus vocalem quidem vim, voluntarij motus partem esse censet, rectissime dicens, per spermaticam virtutem (sic enim lego) non esse animæ partem, sed naturæ. Vbi quum duas reuicere illum dicit, agnoscere eum sex satis constat. Cicero, eius frequentiss. omnium Panætij meminerit, nusquam tamen tale quid illi adtribuit, neque Plutarichus. Fortassis fuit Panætius Rhodius senior, quum illi de iuniore loquantur.

167. & in septem à Sorano.] Quum Soranus à pauciss. citetur Auctoribus, penes Auctorem huius rei fides esto.

168. etiam in octo penes Chrysippum.] Quum Chrysippus, uti supra num. 77. diximus, Stoicus fuerit, huc pertinet haud dubiè, quod in hæc verba habet Nyssen. loco mox citato, Zeno Stoicus octuplicem ait esse animam; diuisens eam, in principalem vim, & quinque sensus, & in vocalem, & in virtutem spermaticam.

169. etiam in nouem partes Apollonem.] Apollonem medicum citat Plin. lib. 22. cap. 21. Comicum Suidas. Verum Auctor intelligere videtur Apollonem Stoicum Philosophum, cuius meminit Stephanus, & Physica citantur à Laëtrio; quibus omnibus recentior videtur Apollonem Sophista, quicum Dionysio Areopagita, tempore passionis Dominice, in Heliopti Aegyptiaca Philosophia studiosus versabatur.

170. sed & in decem apud quosdam Stoicorum.] Quos hic intelligat, hætenus reperire non licuit.

171. & in duas amplius apud Posidonium, &c.] Quum duo amplius quam decem, xii. faciunt dumtaxat, & de eodem loqui pergat; prorsum lego: in duodecim exinde prosecuit, pro eo quod erat: in decem & septem, facillimè enim in numeris error committitur. De ἡγεμονίῳ verò cap. sequi. & de λογικῷ cap. 16. Atqui Suidas Posidonium recenset & Alexandrinum, & Apamensem, utrumque Stoicum Philosophum; quorum ille Zetonis Cistrici discipulus, hic Panætij successor. De vtro Auctor loquitur, nescio.

172. ita in alias ex aliis species diuidunt Animam.] Plures eiusmodi subdivisiones reperire est apud Nyssen. dict. lib. 4. cap. 8. 9. & 10. quod compendij gratiâ Lectorem remitto.

173. sicut de quibusdam & Aristoteles iudicauit.] De huius sententia sic Nyssen. ubi supra: Ceterum Aristoteles in Physicis, (nempe lib. 1. de Anima, cap. 5. lib. 2. cap. 2. 3. 4. & ferè integro libro tertio) quinque dicit esse partes Animæ (seu potius, ut Aristoteles loquitur, vires, & potentias) vegetatiuam; sensitiuam; motiuam secundum locum, concupiscentiam; & exco-gitatiuam. At in Ethica (inquit idem paulopost) in duo prima & generalissima diuidit naturam; in irrationale & rationale: subdividit autem irrationale in obediens rationi, & non obediens. Rursum obediens rationi in duas secatur; in appetitiuam vim, & irascibilem. Qui plura desiderat, ipsum Aristotelem consulat. Porro paulopost omittentes cum Gagnæo particulam: in, legimus: ut & ipsi illi quinque notissimi sensus.

174. Specta portentosiss. Archimedis munificentiam, organum hydraulicum, & cæt.] Archimedis instrumenti sphericæ meminerunt Plin. lib. 7. cap. 37. Cic. lib. 1. Tuscul. qu. Solinus cap. 11. & Claudianus poeta; denique Laëtant. lib. 2. cap. 5. At (eodem Plinio ibidem teste) Ctesibius pneumatica ratio-

ne & hydraulicis organis repertis, claruit. Simile organum hydraulicum Archimedi peculiariter adtribuit Auctor; ita dictum, quod scivi ratione pneumatica, id est spiritu incluso, pleraque sonum edunt organa, ita illi generi aqua inclusa; Graecis enim ὑδροπνευματικόν dicitur, ubi in aqua meris canere doctus. Unde & paulopost addit: Sic & spiritus qui illic de tormento aquae anhelat.

175. Non longè hoc exemplum est à Stratone, &c.] Stratoni Physici rursus meminit Auctor sequ. cap. tum quod hegemonicon aduersus Dicæarchum adseruerit, tum quod in superciliorum meditullio illud statuerit. Vbi quia etiam alterius Stratoni meminit, de vtroque latius.

176. nam & ipsi unitatem Animæ tuentur, &c.] Imprimis non modò Stratoni, Ænclidem & Heracliti hanc fuisse sententiam, sed etiam Aristotelis, docent Commentatores in lib. 2. de Anima, cap. 2. etiam B. Thomas Aquinas diffuit. de Anima, arg. 10. & li. 2. contra Gent. cap. 72. In eadem esse etiam B. August. ex compluribus eius locis patet, nominatim loco supracitato 148. Item lib. aduers. Epist. Fundam. contra Manich. cap. 16. Vbi adsimilat Deum in mundo Animæ per totum corpus diffusa; denique etiam Epist. 28. ad B. Hieron. vbi hinc incorpoream Animam probat, quod per totum corpus, quod animat quadam vitali intentione, porrigitur, in omnibus simul & in singulis particulis corporis tota. Quod ipsum etiam videre est apud B. Gregor. Nyss. lib. de creat. homin. cap. 16. Quid? quod ipse etiam Tertullianus infra cap. 32. hac ratione Metempsychosin impugnat, quod necesse sit corpus omne anima completi. Atqui de Metaphorica illa voce metationibus, supra non semel dictum est.

C A P. XV.

177. Imprimis an sit aliquis, &c.] Peterem titulum huius capituli retinimus: De hegemonico, an sit, & vbi sit. Quod ipsum imprimis ita describitur ab Auctore, ut pluribus non sit opus; nempe: summus aliquis in Anima gradus vitalis & sapietialis, quod ἡγεμονικὸν appellant, id est, principale. Eodem pertinet etiam illud infra lib. de Resurr. carn. quod paulopost citabitur num. 185. & illud B. Augustin. lib. de fid. & symb. cap. 10. Principale nostrum, nempe partem Animæ rationalem, spiritum dici.

178. Messenius aliquis Dicæarchus.] Dicæarchus (inquit Cicero Tuscul. quæst. lib. 1.) in eo sermone, quem Corinthi habuit, tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit; duobus, Phæacem quendam Phiotam senem, quem ait à Deuotione ortum, differenter inducit: nihil omnino esse Animum, & hoc esse totum nomen inane, frustra que animantia & animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, neque in bestia. Et verò eius eandem fuisse sententiam paulopost indicat ibidem Cicero: Quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omnino animum dicat esse? Messenium autem hunc fuisse etiam Suidas testatur, Aristotelis discipulum; cuius Plutarchus, Quintilianus, Muscia citant; Gellius Pythagoram; Athenæus libros complures; B. Hieronym. lib. 2. aduers. Iovin. ex Antiquitatum libris descriptionem Græciæ; denique Cicero alibi Librum de diuinat. & Somniis.

179. ex Medicis autem Andreas.] Andreas Medicus frequenter citatur à Plinio, non modò inter Auctorum nomina, & quibus multa desumpsit, sed etiam lib. 22. cap. 23. & lib. 32. cap. 5. vbi in quibusdam tamen

exemplaribus perperam legitur Andrias, pro: Andreas. Nam etiam à Dioscoride & Galeno citatur liber eius de Plantis.

180. & Asclepiades.] De Asclepiade Medico Prusienis, præterquam quod ex eo multa se desumpsisse testatur inter Auctorum nomina, peculiariter agit Plin. lib. 26. cap. 3. Citantur etiam quadam eius scripta ab Aëtio & Galeno, qui interim duos eius nomina commemorat. Ridet autem eum his verbis paulopost Auctor: ut vel (inquit) ab istis retusus Asclepiades, capras suas querat sine corde balantes, & muscas suas abigat sine capite volitantes; tacite significans absurditatem, qui illarum exemplo etiam homine hegemonicon asserere voluerit. Meminit iterum Auctor Asclepiadis, cap. 25. infra. De eodem Asclepiade multa refert etiam Apul. lib. 4. de asin. aur. Distinguit autem paulopost, vii sensus constat, periodum quandam in hunc modum: Quod, nempe principale Anima, si fuisset amissus cum suis sedibus vigor Animæ, non perseueraret.

181. Sed plures & Philosophi aduersus Dicæarchum, &c.] Non quod aduersus Dicæarchum Philosophi hic recensiti, aut aduersus Andream & Asclepiadem Medici isti, peculiariter scripserint, sed quod contrariam sententiam iurati sint; scilicet paulopost de eorum singulis demonstrabitur; exceptis quibusdam, de quibus hic; omnium interim Philosophorum Volumina de Hegemonico referta sunt.

182. Socrates.] Quicquid habet Plato, ex Socratis ferè sententia loquitur; quare de eo nihil aliud addiendum.

183. Aristoteles.] Imprimis Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 13. nominatim τὸ ἡγεμονικὸν mentionem facit. Eodem etiam pertinent, quæ habet ille lib. 3. de Anima, cap. 4. & 5.

184. Diocles.] Diocles Caristius Medicus, secundus ab Hippocrate ætate famaque, Plinio celebratur lib. 26. cap. 2. qui præterea ab eodem citatur lib. 20. cap. 3. & 5. & lib. 21. cap. 1. & in Catalogo Medicorum, quorum opera vsus est; item à Galeno, Plutarcho, Scholiaste Nicandri, Athenæo, Paulo Ægineta, & Hierocle Hippiatro.

185. Iamque omnibus plures Christiani, &c.] Non hic dumtaxat, sed etiam lib. de Resurr. carn. cap. 15. ex scripturis compluribus probat: Hegemonicon Animæ in corde consecratum esse. Sic enim ibi: Hanc denique carnis speciem, arcem Animæ, etiam Dominus in suggestione cogitatum taxat. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam? Et: Qui conspexerit mulierem ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. Sed et in cerebro, vel in medio superciliorum discrimine, vel vbi vbi Philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est; quod Hegemonicon appellatur, care erit omne Anima cogitatorium. Consentium autem Auctori Philo Iudæus opuscul. De eo quod deterius posteriori insidietur, B. Hieronym. lib. 2. super Matth. cap. 14. ad illud Matth. 23. A corde exeunt cogitationes prauæ, Theodor. ferm. 3. de providentia; Gregor. Nyssen. Orat. 1. de Resurr. Christi, & lib. Philos. 4. cap. 1. Solus Lactant. in dubio ponit, lib. de Opific. Dei, cap. 16. an in corde an in cerebro. Verum posterior hoc nominatim impugnat vbi supra B. Hieron. & scriptura sacra contrarium probant.

186. Si enim scrutatorem & dispectorem cordis Deum

Deum legimus.] Adludit ad scripturas 1. Paral. 28. Psal. 7. Hierem. 17. ac 10. & Roman. 8. Maximè autem ad illud sapient. 1. Cordis illius scrutator est verus; & illud Prouerb. 24. qui inspecor est cordis.

187. si etiam Prophetes eius occulta cordis traducendo probatur.] Videtur adludere ad illud Hier. 12. Et tu domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum, aut potius ad illud Psal. 138. Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas (scilicet, sicut in Hebræo legitur, cogitationes) meas.

188. Quid cogitatis in cordibus vestris nequæ.] Tam hic quàm infra lib. de Resurr. carn. sic hinc locum verberat, vsurpat: nequam plurali numero neutro, pro eo quod noster Interpret. mala. Ego autem omnino: Si & Dauid, &c. pro: Sic, quia & antea & postea si legitur, non Sic.

189. vt neque extrinsecus agitari putes principale itud secundum Heraclitum.] Pertinere huc videtur quod de Heraclito habet Aristot. li. 1. de Anima, cap. 2. vbi Heraclito adscribit Animam semper moueri.

190. neque per totum corpus ventilari secundum Moschionem.] Rectè istud Auctor improbat, quia sicuti supra ostendimus num. 176. est per totum corpus diffusa sit anima, in omnibus & singulis partibus totam esse; atque adeo per corpus totum ventilari, non rectè sentit Moschion. De quo an idem sit qui citatur secundum emendationes codicum à Plinio (pro eo quod alij Moschion) Moschion Græcus lib. 19. cap. 5. cuius quædam existant scripta, an Moschion Comicus, qui adlegatur à Clemente Alexandrino lib. 6. Stromat. nescio. Istud interim Lactantius non Moschioni, sed Xenocrati tribuit, lib. de Opific. Dei, cap. 16.

191. neque in capite concludi secundum Platonem.] Habet istud Plato in Timæo, quamquam satis obscure, vbi postquam dixit: Animam in summo corporis nostri (sic enim lego, pro: corpore nostro) mox subiungit: Illinc enim vnde primus anima ortus produit, caput & radicem nostram, diuina species suspendit, & totum eò corpus erigit. Qui interim ibidem multo antè videtur potius in cerebro, quod ἑγχεσφαιδρον vocat, collocare. quare non male B. Hieronym. illi adtribuit vbi supra, quod in cerebro collocari. Nec mirum, quum etiam Lactant. lib. de Opific. Dei, cap. 16. confundere videatur in capite, in summo capite, in cerebro, & in medulla cerebri.

192. neque in vertice potius præsidere secundum Xenocratem.] Istam & sequentes aliquot horum opiniones videtur ad verbum desumpsisse ex Plutarcho lib. 4. de placit. Philos. cap. 4. quas etiam videre est apud Theodoretum lib. 4. de curand. Græc. affect. scripsit autem Xenocrates Philosophus libros de Anima duos, tum de his quæ circa mentem sunt, prim. um 8. deinde 4. demum 2. ex quibus haud dubie tum hoc, tum illud, de quo supra num. 60. desumptum est.

193. neque in cerebro cubare secundum Hippocratem.] Ad hanc non dubito adludere (præter Plutarcho, qui id illi expresse tribuit) Ciceron. lib. 1. Tuscul. quæst. & Lactant. loco mox citato. Cuius etiam sententia Plinius fuit lib. 11. cap. 37. quum in cerebro mentis regimen ponit. Atqui Plin. lib. 26. cap. 2. Hippocratem scribit primum medendi præcepta tradidisse multis Voluminibus, addens lib. 19. cap. 1. ab ætate Æsculapij ad illum vsque medicinam in nocte densissima latuisse, donec ille in Peloponesiaco bello eam in lucem reuocaret, genitum in insula Coo Æsculapio sacra.

194. sed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus.] Etiam hoc ex Plutarcho, fortassis cerebri

fundamentum, medullam cerebri, in qua etiam Plato cõstitueret videtur, & cuius opinionis meminit Lactant. & Cicero, dum inquit Tuscul. quæst. lib. 1. Alis pars quadam cerebri videtur mentis principatum tenere.

195. nec in membranulis vt Strato.] Hoc quoque ex Plutarcho. Loquitur autem de Stratone Medico Erasistrati, de quo mox, discipulos qui subinde citatur à Galeno lib. contra Erasistratos.

196. & Erasistratus.] Erasistratum quinto loco inter Medicos ponit Plinius, vbi supra, ante Herophilum & Asclepiadem; item li. 14. c. 7. Dixisse scribit CCCCL. anno Urbis Romæ, & scholæ eiusdem meminit lib. 20. cap. 9. denique lib. 29. cap. 2. Chrystippi (cuius mox mentio) discipulum facit, Aristotelis filia genitum, qui Rege Antiocho curato centum talentis donatus sit à Ptolomæo eius filio. Cuius rei meminit etiam Suidas, & plures eius libros citat libro citato Galenus. Citatur iterum ab Auctore cap. 25.

197. nec in superciliorum meditullio vt Strato Physicus.] Istud etiam ex Plutarcho. Vocatur autè Strato Physicus, tum ad distinctionem superioris Stratoni Medici, tum quod, Suidas teste, præ ceteris naturæ cõtemporari de diis fuerit, qui Lampjacentum facit Theophrasti discipulum, & multos libros scripsisse tradit. Inter quos recensentur à Lærtio De spiritu & de natura humana, & quibus desumptum videtur quod illius citatur ab Auctore nostro, supra cap. præcedent. num. 175. Item De celo; in quo, vbi est infra lib. 1. aduers. Marc. cœlum & terram Deum dixit. Denique de somno, vnde citatur eius fragmentum infra cap. 43. quod somnum segregationem consati spiritus affirmet, & de infomniis, iuxta quod etiam Auctor illi tribuit, cap. 45.

198. nec in tota lorica pectoris vt Epicurus.] Græcè conformiter apud Plutarcho legitur: ἐν δὲ τῷ ὀστέῳ. Quod pertinet etiam illud Lactantij vbi supra: Quisdam sedem mentis in pectore esse voluerunt. Addit verò Plutarchus, (quod magis ad sententiam Tertulliani Christianam accedit, de qua supra num. 185.) Stoici ad vnum toto in corde, vel in cordi obuersante spiritum, Diogenes in arterio cordis ventriculo, qui spiritabilis est. Quod pertinet etiam illud Lactantij lib. 3.

Consilium, quod nos animum mentemque vocamus,

Idque situm media regione in pectoris hæret. In qua sententia etiam eos fuisse significat Cicero Tuscul. quæst. lib. 1. qui prudentes cordatos vocabant, ex quo etiam (inquit) excordes, recordes, concordesque dicuntur. Quam etiam sententiam potius sequitur Aristot. lib. de sens. & sensib. & lib. de Respiratione.

199. Sed & quod (sic enim lego, pro: quod &) Aegyptij renuntiauerunt ei; &c.] Renuntiare ei, nempe Hegemonico, pro adtribuere, accipere hic videtur Auctor eadem significatione, de qua infra latius lib. de Carne Christi, cap. 1. Intelligere autem videtur Mercurium Trismegistum, Anebonem, & Abamonem, Aegyptios diuinarum commentatores; quos plerumque secuti sunt Plotinus, Iamblicus, & ipse Plato. Certè Mercurius ille, Pimandri Dialogo II. & 12. Latissimè disputat de Mente, quæ Deus sit in hominibus, atque adeo Hegemonicon ab illo agnosci patet.

200. & ille versus Orphei vel Empedoclis. Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus.] In locum hunc rectè commentatus est Theodorus Cauterus Variar. Lect. lib. 1. cap. 6. Quum (inquit) Empedoclis scripta iam vetustate & negligentia perierint, FF iiiij

non inuicendum fore arbitror, si Græci eius versum, quo hanc sententiam expressit, inuentum à me apud Etymologi-
gici Auctorem apposerim, qui ibi sic legitur:

Αἴμα δὲ ἐνδεδυμένον τῶν ὀφθαλμῶν ἐστὶ νόημα. Cui addit ibidem duos alios versus prædicentes ex Porphy-
rij loco adducto à Stobæo in Ilysiis; Verum quod ad in-
stitutum non faciant, omisimus, eo contenti quod ex Cice-
rone adnotat T. usul. qu. li. i. Empedocles animum esse
centet cordi circumfusum sanguinem. Adludat eod-
dem Laët. ubi supra, his verbis: Vt sensus ille in omprehen-
sibilis aut in medulla cerebri hæreat, aut in illo sanguine
bipartito, qui est inclusus in corde. Et eodem pertinet quod
suprà c. 5. n. 69. Empedocli tribuit Auctor, quod Ani-
mam ex sanguine dixerit. Quare etiam verisimilis est
Empedocli versus hunc tribui debere quàm Orpheo
(de quo supra c. 2.) maximè quum inter carmina que cir-
cumscribuntur eius nomine, non reperitur hic versus. De
Empedocle autem plura partim supra c. 3. partim infra
c. 17. & 32. Atqui pulcrè docet Lactant. dict. lib. de
Opific. Dei, cap. 17. Animam non propterea sanguinem
dicendam, quod sanguine effuso vel consumpto extingui,
seu potius à corpore dissolui videatur. Et Epiphani. aduers.
Bardesianis hæc. 56. animam sanguinem negat, sed se-
dem habere in sanguine non diffidet. Neque verò id-
circo quia per sanguinem in scripturis anima significatur,
propterea animam sanguinem dicendam, non semel tra-
dunt B. B. Chrysost. & August. contra aduers. Leg. &
Prophet. lib. 2. cap. 6. & lib. quæst. in Leuitic. c. 36. Vro-
bique dicens illud Leuitici 17. Anima omnis carnis
sanguis est, eodem modo interpretari debere, sicut illud: Pe-
tra erat Christus, quia per sanguinem anima significatur.
Et hoc quidem, si de Anima etiam homini locus ille in-
telligatur, alioqui dicens non laborandum an anima
pecoris sit sanguis, sunt in eum locum adnotauit Ori-
genes.

201. Etiam Protagoras.] Et si apud Laërtium re-
peritur Protagoras Philosophus Abderitis auditor
Democriti, quia tamen inter libros eius de Anima nullus
recensetur, hic videtur verum Medicos alios comittere
cum Asclepiade, censeo quidem legi debere: Praxagoras,
sed sine codicum MS. ope id in contextu mutare nolui. Cer-
tè Praxagoras Medicus à Plinio celebratur tertio loco di-
cti lib. 26. cap. 2. & præterea citatur ab eodem lib. 20. cap.
4. & 7. ut omittam catalogum Medicorum, de quibus sus
desumpsi dict. lib. 20. & sequentibus.

202. etià Apollodorus.] Similiter & hic, quam-
uis à Laërtio recensetur Apollodorus Atheniensis Epi-
cureus Philosophus; puto tamen potius loqui Auctorem
de Apollodoro, altero illorum Medicorum, de quibus
Plin. lib. 20. cap. 4. Apollodori (inquit) duo, Scyllæus
& Tarentinus, quorum prior tamen in eius libri Auctori
Catalogo Citiensis vocatur. Item lib. 14. cap. 7. Apollo-
dori Medici volumem recenset, quo iussit Ptolomæo Regi
qua vna biberet. Et verque etiam citatur à Galeno, Diosco-
ride, & Alexandro.

203. & Chrysiippus.] Hic quoque de Chrysiippo
Medico potius loqui censeo Auctorem, quàm de Philoso-
pho, cuius supra facta est mentio n. 77. Nam citatur in
ipso à Plinio frequenter lib. 20. & septem sequentibus, tum
in contextu, tum in Auctorum Catalogo, & quarto loco
Chrysiippum inter Medicos collocat li. 26. c. 2.

C A P. XVI.

204. Est & illud ad fidem pertinens, &c.] Ca-

put hoc inscribitur: De Anima rationali & irratio-
nali. Cui similia prorsus habet Greg. Nyss. lib. de Anima.
& Resurr.

205. quod Plato bifariam partitur Animam, &c.]
Similiter supra dixit c. 14. Diuiditur autem in partes,
nunc in duas à Platone. Habet autem istud Plato Dial.
4. de Rep. Nō itaque absurdè (inquit) duplices has partes,
& inter se diuersas esse, ita ut altera qua ratiocinatur (ut
potè qua sit ratiocini gubernatrix, & tanquam benigna
& studiosa mater viam vite rectam commonstrans) rati-
onalem animæ partem appellemus; alteram, qua
amat & esurit, & sinit, & circa alias cupiditates velut
conseruata adscitur, irrationalem.

206. led non ut naturæ deputetur vtrumque,
&c.] Irrationale rationali posterius esse, & ex trā-
gressione, etiam latiss. profequitur B. Greg. Nyss. lib. de
Anima. & Resurr. ad Marinam sororem, ubi loquitur
de duobus generibus irrationalis, de quibus mox latius:
Hanc (inquit) rationem tam à multis etiam aliis quæsi-
tam consequenter ipse quoque requisisti, quidnam tan-
dem hæc esse oporteat, simulne inista in Anima natu-
ra, & quasi coëssentia & consubstantia, & ab in-
itio cum ea sint, atque à principio statim vna cum creatio-
ne & constitutione eius existerint; an etiā aliquid aliud
atque ipsa sint, & posterius nobis accesserint. Respondet
autem inprimis: Ergo quoniam eiusmodi nihil cum diu-
na cernitur natura, ne Anima quidem hæc inista rectè
quis existimauerit. Deinde id ipsum probat, tum ex defi-
nitione hominis, quem etiam qui à ratione fidei nostræ
alieni sunt, definiunt rationis particeps animal; (vnde
etiam sentiendi, augendi, & nutriendi vis in hominū de-
finitione poni non solent) tum quod pugna quedam rati-
oni aduersus hæc sit, tum denique quod que ex aduerso
Anima posita videntur, veluti timiditas, audacia, dolor,
voluptas, metus & contemptus, cognata sint cum ira-
scendi atque concupiscendi vi. Quare in hunc modum
concludit: Omnia ergo hæc, quum circa Animam sint,
tum Anima non sunt, sed veluti quedam verruca ex
cogitatrice Anima parte enascentes; quæ partes quidem
ipsius esse, eo quod agnata sint, non tamen id esse existi-
mantur, quod Anima ex sui natura atque essentia est.
Atqui hoc ipsum est quod hic dicit Auctor: quod irra-
tionale inoleuerit & coadoleuerit in Anima adin-
star iam naturalitatis; quia statim in primordio
naturæ accidit. Facit autem iste locus inprimis ad af-
ferentem peccati originalis, de quo alibi latius.

207. Ceterum quum idem Plato solum ratio-
nale dicat, ut in anima Dei ipsius.] Id ipsum mox re-
petit his verbis: Plato soli Deo segregans rationale.

208. duo genera subdiuidit ex irrationali, &c.]
Quamquam non disertis verbis id habeat Plato, tamen eo
pertinere videtur quod habet in Phædro, (vel citante
etiam B. Gregorio Nysseno ubi supra) de biuugis pullis
equorum, non eadem inter se affectione & impetu prædi-
tis, isque præfecto auriga. Equorum enim formam (inquit
Plato) due quedam species anima habent, auriga verò
tertia species. Noster enim princeps (ratio nempe) bigas,
id est, duo irrationalis genera moderatur. Atque ad eod-
hoc pacto conciliandum est, quod alibi vbiq; Plato tres
animæ partes faciat, nempe in Phædone, in Phædro, lib. 4.
& 9. de Repub. quod est tres sint, tamen vna sit vniuersalis
pars rationalis, reliqua verò irrationalis in duas diuida-
tur. B. Iustin. Martyr Apolog. 1. & alibi B. August.
& Hieron. in tres alunt diuidere, rationalem, irascibili-
lem, & concupiscibilem.

209. indi-

209. indignatiuum quod appellant θυμὸν, &
concupiscentiuum quod vocant ἐπιθυμητικόν.]
Haud absimiliter ibidè Nyssenus: τὸ ἐπιθυμητικόν (pro
quo malè aditio Lugdunensis ἐπιθυμητικόν) vim concupi-
scendi appellat, verum vim iræ concitatricem τὸ θυμὸν
δὲ, qua etiam voce vii potius Plato solet; verum θυμὸν
eiusdem est significationis.

210. Igitur apud nos non semper ex irrationali
censenda sunt, &c.] Similiter Nyssenus: Quod si hæc ita
sunt, neque virtutem, neque vitium per se esse, pronuntia-
bimus; quæ quum Anima motus sint, in potestate & ar-
bitrio videntur situm esse, recte an prauis sint. Sed quan-
do motus eorum ad bonum inclinatur, laudum materia exi-
stunt, ut Danieli cupiditas ad desiderium (ut potè qui vir
desideriorum appellatur) & ira Phineeso; sin autem ad
deterius propendunt, tunc hæc perturbaciones & sunt &
nominantur.

211. Indignabitur Deus rationabiliter, &c.] si
intelligatur istud hypotheticòs, sicut scriptura loquitur,
quod indignatio Dei pro vindicta Dei sumatur; nihil ob-
stat eam Deo adtribui. Aliubi tamen adnotauimus in-
ter Paradoxa Tertulliani collocandum, quod iram proprie
Deo videtur adtribuere.

212. At quum dicit: Fuimus aliquando natura
filij iræ, &c.] Pulchrè explicat naturam, hoc Apostoli lo-
co, de natura quam diabolus induxit, id est, vii supra
dixit, ex transgressionis admissio, quod accidit ex
serpentis instinctu; à diabolo enim (inquit ibidem)
immissio delicti, quam proinde etiam mox rectè vocat:
posteriorem & adulteram. Quamquam interim Me-
taphrasticòs eum locum citet.

213. quem legus auenarum superfeminatorem,
&c.] Rursum hic auenas verius, quod Græcè est ἔλκων,
de quo supra lib. de Præscript. aduersus hæret. cap. 31.
num. 181.

C A P. XVII.

214. Contingit nos illorum etiam, &c.] Retinui-
mus veterem huius capitis titulum: De quinque sensibi-
bus, legentes: Contingit, pro: Contigit. De phrasi au-
tem Tertullianica: hæreticis procuratur, vide supra T.
1. li. ad Scapulam, n. 34. Aliqui de tota hac materia vide
lib. 4. de Philosoph. Nyss. & Aristotelis librum de Sensu
& sensib.

215. Horum fidem Academici durius damnât.]
Perspicuum est Academicos nihil adserere solere, cuius
rei causam reddebant, quod sensuum iudicium sit incer-
tum, & plerumque fallax: quod quum adludat Auctor,
illud: secundum quosdam, sequenti commati adiunxi-
mus; maximè quum sub finem huius capitis sic inuehatur
Auctor: Quid agis Academicæ procacissime, &c.

216. secundum quosdam & Heraclitus & Dio-
cles.] Quum horum opera non essent, maximè Heracli-
ti, & Dioclis (de quibus supra latius) non licuit eorum-
dem verbâ adlegare, qua fortassis nec ipse Auctor sua æta-
te vidit, atque ad eod addidit; secundum quosdam.

217. & Empedocles.] Multas Empedoclis opinio-
nes, quibus diuini de quinque sensibus loquitur, videre est
apud Aristotelem in Comment. lib. 2. de Anima, cap. 5.
pag. 12. Huc magis spectat quod dicit lib. 3. cap. 3. Em-
pedoclem & alios veteres idem facere: sapere & senti-
re; atque ad eod, que sensibus insunt, intellectus tribuere.

218. Certè Plato in Timæo irrationalem pron-
untiat sensualitatem.] In Timæo Platonis non
aliud inuenio, quàm quod dicat sensus principatum Ani-
mæ cohibere. Verum magis hæc pertinet illud eiusdem in

Phædone, siue de Anima, quod ab ipso Auctore etiam ci-
tatur cap. sequ. initio, de quo infra num. 235.

219. Itaque mendacium visui obicitur, &c.]
Causa, quod remi in aqua infracti videantur, turris
quadrangulata de longinquo rotunda, æqualiff.
porticus angustior in vltimo, cælum mari iungi;
explicatur ab Opticis, & ab Aristotele in 3. Meteoron.
Reddit etiam Varias rationes paulopost Auctor.

220. Perinde auditus fallaciæ reus, &c.] Hæc ita
de auditu, quàm de odoratu, gustu & tactu, etiam lu-
dicra sunt apud Philosophos; non enim sensus errat in pro-
prio sensu percipiendo, sed vis cogitativa in iudicando;
iuxta Aristot. li. 2. de Anima, cap. 6. Et verò paulopost,
Auctor erroris causas profequitur de singulis.

221. Moderantius Stoici, &c.] Vide hæc de re lib.
4. Academ. quæst. Ciceronis, vii & de præcedentibus at
sequentibus nonnihil interim dissensire videtur Lactant.
lib. 3. cap. 4. ubi Stoicis adtribuit, quod Auctor Epicu-
reis, quod nempe opinionem repudiari.

222. Nam vt in aqua remus inflexus.] Faciunt ad
huius loci intellectum magnopere que habet Nyss. lib. Phi-
losoph. 4. cap. 3. Insuper fallitur (inquit) visus, quum per
aquam agitata intuemur; etenim remum in mari vt fra-
ctum videt; similiter quum per transparentem aliquam
materiam afficit, quod in speculo, vitro, & id genus aliis
accidere solitum est: aut quado à longè videt; turris enim
quadrangulam vt rotundam eminus intuetur. Neque est
hic error visus, sed intellectus. Nam hic quidem vidit &
annunciavit, intellectus autem representatis non intendit.
Postremò visus ad manifestam discretionem quatuor opus
habet: illo oculo, moderato motu, in suo spatio, & aëre pu-
ro atque claro. Vbi pulcherrimè tractat, quicquid ad sensum
& organum visus pertinet.

223. Auditum verò quid aliud decipiet, quàm
sonorum similitudo? Rectè id Auctor. Nam auditus
(eodem Nyss. teste eiusdem lib. cap. 5.) sonorum & Vocum
est adprehensiuus; dinoscit itaque acuitatem grauitatem-
que, leuitatem & asperitatem atque magnitudinem. Vbi
etiam organa auditus explicat.

224. Et, si postea minus spirat vnguentum, &c.]
Etiam hoc pulchrè Tertull. nam & Philosophia ritium est,
quod in omnibus prima vis tota est, atque ad eod in se-
cunda perceptione vtiliora omnia iudicatur. De organo ve-
rò odoratus & gustus, vide ibidem Nyssen.

225. Ceterum de scabro ac læui, &c.] Nec minus
aptè etiam istud Auctor. Atqui de organo tactus in vni-
uerso animalis corpore, item quod certissimum hunc sen-
sum homo possideat, aliæque hæc pertinentia, vide ibidem
Nyssen. cap. 4.

226. vt Orestes matrem in sorore.] Iphigeniam
intelligit, quam Orestes furis scelerum aggratus ob in-
terfectam matrem, etsi suam sororem, matrem redimnam
credidit, si confectis de eo Tragædiis creditur.

227. Aiæ Vlysses in armento.] Aiæcem quoque
fabulantur, quum arma Achillis occisi Vlysses impetras-
set, præ ira insanum armenta occidisse, credentem Vlysses
cum sociis se interfecisse.

228. vt Athamas & Agaue in filiis bestias.] De
Athamante, vide Plutarch. in Superstitioso. Ab Agaue
secundum Poetas matre cum reliquis Maenadibus à Baccho
in furorem conuersa, filius Pentheus membrarum dilania-
tus est, quum se putaret aprum interficere. Atqui de elo-
gio vide supra Tomum 1. Apolog. cap. 2. num. 22. &
alibi.

229. Sed enim Plato, &c. in Phædro ex persona

Socratis, &c.] Verba Socratis in Phædro Platonis paulo post initium hæc sunt: Non possum adhuc, iuxta Delphicum oraculū (nempe γὰρ ἡ σεαυτῶν, de quo supra alicubi) nosse me ipsum. Rectius interim verum: Delphicam inscriptionem Auctorid, quod Græcè est Δελφικὸν γέγραμμεν.

230. Et in Theæteto adimit sibi scire atque sentire. Neque scientiam, neque sensum esse, quamquam factis obscurè, his verbis indicat Socrates Platonis Theæteto. Neque igitur videre magis quam non videre quid dicendum est, neque alii magis sensum quam non. Atqui sensus est scientia. Nihil igitur scientiam, magis quam non scientiam, respondimus, dum quid sit scientia, interrogaverimur.

231. Et in Phædro, post mortem differt sententiam veritatis, &c.] Peculiaris quidem verba apud Platonem in Phædro reperire non potui, sed eò pertinere mihi videtur, quod ibi philosophatur de animabus, quæ post hanc vitam in supercaelesti loco id quod reuera est (sive ipsam veritatem) intueri merentur, & his quæ reuera sunt, inspectis, rursus apud internam celi partem reuertuntur, & quidem multo studio omnes teneri, videndi campum veritatis, binam sit.

232. quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. Est obscurius hic loquatur, interim suam sententiam explicat, quum dicit infra lib. 4. aduers. Mar. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit. Vbi nō modo memoriam sanguinis sui, sed sanguinem suū propria locutione consecratum dicit.

233. Quod vidimus (inquit) quod audiimus, oculis nostris vidimus, &c.] Paulo aliter fortassis, ut sensuum visus & auditus ordinem seruaret, & clarius citat Auctor hunc locum, quam Græcè aut Latine aut Syriacè legitur, nempe: Quod audiimus, quod vidimus oculis nostris, quod perperamus.

C A P. XVIII.

234. Conuertor ad intellectualium partem, &c.] Etiam hic veterem titulum capitis retinere quis possit: Quod Philosophi & hæretici distinguant inter sensualia & intellectualia. verum clarior est: Quod est sensualia & intellectualia re separatur, apud animam tamen non ita; quippe quæ etiam sentiat, dum intelligit, & contraud.

235. Ait in Phædone, &c.] Omnino ita legendum, proin Phædro, patet: nam quæcumque hic verba citat, leguntur in Phædone; idque iuxta vulgatam versionem sic. Quid verò circa ipsam sapientie adoptionem (sive ut Auctor κλησὶν commodius transtulit, possessionem) num impedimento (pro quo ad verbum ex Græco ἐμπόδιον: Auctor impedimentum) est corpus aut non, si quis ipsum in inquisitione simul socium adsumat; Tale verò est quod dico. Num veritatem aliquam habet visus & auditus in hominibus? Aut (seu potius, ut vertit illud Auctor, An non) talia etiam Poëtæ semper nobis occurrunt (Græcè θεῶν ἄλλοθεν) quod neque audimus quid ex ætère neque videmus? Et quidem si hi circa corpus sensus non exacti sunt neque certi, multo minus alij: Omnes enim hiu deteriores sunt. An tibi non videntur? Maximè, inquit.

236. Meminerat scilicet & Epicharmi Comici. Animus cernit, animus audit, reliqua surda & cæca sunt.] Adhuc ad id Auctor quod Laërtio teste, Epicharmus Siculus (quem Comicum vocat ad distinctionem Epicharmi Medici Cori) præfegerit, quod aliquis (nempe Plato) quæ ille metro conscripserat, mira verborum venustate, in solutam orationem verteret. Eundem

cum Phorceo Comediam inuenisse tradunt Suidas & Stephanus, & dicit fabulū 52. aut, ut Lyon ait, 35: quarum aliquot nomen super sunt apud Athenæum, & citantur etiā apud Stobæum quædam eius carmina.

237. Itaque rursus: illum ergo ait super sapere, &c.] Nempe Plato. Ex eodem enim Phædone (non autem Phædro) hæc etiam verba desumpta sunt: Nōne (inquit iuxta vulgatam versionem) igitur purissimè hoc fecerit, qui ipsa cogitatione ad unumquodque progressus fuerit, (pro quo Auctor, qui mente maximè sapiat) neque visum adhibens, neque illum alium sensum (proinde & hic legi debet: neque vllū eiusmodi sensum) cum ratiocinatione adhibens; sed ipsa per se ipsam sincera cogitatione (συναγωγῆς Græcè) vrens, vnamquamque rem per se ipsam sinceram venari conatur, separatim quantum eius fieri poterit (pro qua sua phrasi Auctor: si egressus potissimum) ab oculis & auribus, & vitiā dicam (pro quo hic: & quo dicendum sit) ab vniuerso corpore; ut quod conturbet, & non sinat animam adipisci veritatem ac sapientiam, si ad communionem admittatur? Porro de voce Tertullianica: paratūra, alicubi supra, & infra frequenter.

238. Vult enim Plato esse substantias quasdam, &c. quas appellat Idæas, &c.] Eodem pertinet quod infra cap. 32. legitur, & Platonis Idæas offenderem. Atqui de Idæis Plato dialogum Parmenidem inscripsit, vbi interim nō aliud habere videtur huc pertinens, quam: Idæas, id est (vii rectè interpretatur Auctor) formas exemplares, rerum, nobis ignotas esse. In Timæo verò addit: incorporales & æternas esse, sine oriū & interitū experies, sed nec visui nec aliis sensibus expositas, id est, vii Auctor: inuisibiles. Quò pertinet etiā illud ipsius Timæi lib. de Anima mundi, vbi Idæam dicit esse ingenitam, immobilem, permanentem, & de Dei natura (quæ diuinam dicit Auctor) intelligentiæ soli subiectum exemplar eorum quæ generantur. Hinc & Apuleius in Dogmat. Platonis illi adtribuit, quod dixerit: Idæas omnium, simplices & æternas esse & incorporales. Ad illud autem, vbi: supermundiales vocat Auctor, spectat quod habet Apologetic. 1. B. Insinuat Martyr. Plato (inquit) principia vniuersi esse adfirmat Deum, materiam, & Idæam; Deum quidem conditorem omnium, materiam, causam Deo creationis præbentem: Idæam porro, creaturæ eiusque exemplar. Qui etiam Principem Deum & Idæas in primo supremi celi, neque immobili orbe collocat.

239. Relucētne iam hæretica semina Gnosticorum & Valentianorum? simile est illud supra lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 7. Inde Eones & formæ nescio quæ apud Valentinum; Platonice fuerat. Vbi de Valentianorum cū Platone consensu latius, ex Quintino Heduo, n. 39. Vnde & hic subiicit: Idæarum hæreticarum sacramenta: hoc enim sunt & ceteræ, & Genealogiæ illorum. Atqui de Gnosticis, infra Scorpiaeo adu. Gnostic. de Valentianis supra, lib. aduers. eosdem, num. 1.

240. quam etiam parabola decem virginum adtemperant, &c.] Peculiare hic aliquid Valentianis adtribuit, cuius supra lib. aduers. eosdem conscripto nulla mentio: neque verò etiam apud B. Irenæum.

241. & apud Pletoma constituram.] De Pletomate vide supra lib. aduers. Valent. cap. 7. num. 70. de Eonum verò appellatione, lib. de Prescript. aduers. hæret. cap. 7. num. 39. Atqui, neque etiam id quod sequitur: Itaque & sensum diuidunt, &c. supra inuenitur, nisi quod

quod obscurè ex reliquis quæ tractantur cap. 25. & 29. lib. adu. Valent. colligi possint; vbiitur de spiritali semine agit, tum de animalis homine.

242. Ob hæc ergo præstruximus, neque Animum aliud quid esse, &c.] Adhuc ad cap. 12. supra, sicuti etiam illis verbis: neque spiritum extraneum quid, &c. ad cap. 10.

243. quia alibi fuerit animus, &c.] Huc pertinet ex parte illud B. Gregorij Nyss. lib. 4. Philos. cap. 3. Vel quæ mens aliis intendit; ut dum proposuit quis amicum conuenire, & iam allocuturus præterit eum, eo quod mens aliis distrahatur; neque hic est error visus, sed intellectus.

244. Ceterum Animæ principaliter casus est.] Verba hæc ex eorum sententiâ adferre videtur, qui ab Anima Animum distinguabant; sicuti etiam illa: quod Anima digressa, &c. Verum etiam illud argumentum suæ opinionis accomodat sequentibus verbis: Quum verò sequitur, &c.

245. Sed de Deo s v o q v o q v e c a m p o e x p e r i e m v r c v m h æ r e t i c i s, &c.] Videtur indicare libros suos aduers. Marc. quos iam meditabatur, qui infra habentur. Nam primus & secundus peculiariter de Deo differunt. Vide infra cap. 21. num. 279.

246. Inuisibilia enim eius à conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur.] rectè & aperte transtulit: à conditione mundi, quod Græcè est: ἄπὸ κτιστικῆς ὁμοιότητος. item: factitamentis, vnica voce Latina etiam vocem Græcam: τοῖς ποιηταῖσι.

247. & Plato hæreticis: Facies occultorum ea quæ apparent.] Adfert similes Platonis locos, quos relinquendo inquirendos curioso Lectori, vii ad alia pergamus citius.

C A P. XIX.

248. Sed nec illi quidem prætereundi, &c.] Hic veterem titulum retinendum duximus; Intellectum semper Animæ inesse. Nam eorum argumentum refutat, qui Infantiam sola Anima putabant contineri qua viuat, non qua sapiat; id ipsum Metaphoricè etiam in arboribus probans; quod est non proprie, scientiam tamè quandam etiam ex infantia sua adiunctam habebant.

249. Denique arbores viuere, nec tamen sapere, secundum Aristotelem.] Habet id Aristoteles li. 2. de Anima, cap. 2. Nulla (inquit) prorsus in plantis alia præter eam, qua viuunt animæ potentia; & c. 3. Et plantis quidem nutritiuum est dumtaxat; denique ibidem sub finem: At à sensitiuo vegetatiuum in plantis seiuungitur.

250. & si quis alius substantiam animalem in vniuersa communicat.] Substantiam animalem pro potentia animæ seu vegetatiua accipit. Nam ea (vii Aristoteles ibidem cap. 4. quem sequuntur in hoc etiam alij Philosophi) maximè communis animæ vis est & potentia, qua cuncta viuentia viuunt.

251. sed vt Dei flatus.] De hoc supra cap. 11. Atqui quod hic dicit: cum omni instructu suo, mox bis: omnem paraturam vocat; & paulopost (vii etiam adnotauit Latin.) simili accipit, pro simulac; de qua phrasi infra & supra alicubi.

252. Aut vnde mox illis & frutices in oculantur, &c.] Pulcherrima fruticum iam germinare incipientium descriptio.

253. Video enim & vitem adhuc teneram, &c.] Similis etiam viti adhuc teneræ & impuberis adnotatus dignissima consideratio.

254. sine cornu.] Gagnei editio habebat: orno, pro quo puto substitutum fuisse cornu à Geleio, ex codice Britannico; Verum Typographorum incuria subrepsisset: cerno: quod quem planè absurdum sit, iterum reposui cornu, nisi quis malit etiam orno retinere. Nam inter arbores; quas vitis amat (vii verbis Auctoris Mar) vtramque recenseri à Plinio existimo lib. 17. nat. hist. cap. 23. vbi postquam vnum & populium nigram tamquam amicas recensuisset, in hæc verba subiungit: Transpadanâ Italia, præter supra dicta, cornu, populo, tilia, acere, orno (neque enim repetenda cornus) carpino, quercu, arbutu, stat ægros.

255. & quidem viriosus amplexabitur, &c.] Vt statam esse Auctori vocem viriosa, pro viribus efficacia suæ potentia, supra adnotauimus lib. adu. Valent. cap. 16. n. 210. & Tomo 1. li. de Pallio cap. 4. n. 77. De phrasi etiam illa ad superna conari, li. adu. Valent. c. 9. n. 100. & Apologet. cap. 40. numero 534. Lego verò cum Di. Latimio: ramos aliorum destinatos, pro: destinatum item: timentis etiam ruinam; pro: timens, quia præcedit fruticis.

256. cuius anima velut furculus quidam ex matrice Adam, &c.] Similiter cap. sequent. illius scilicet quam Deus in Adam contulit; & matricem omnium fecit. Verum vtramque ad paradoxon, de redundantia Animarum ex vna, pertinet; de quo latius infra cap. 25. & in Prolegomenis. Placet autem magis lectio vulgata: pullulabit, quam Gagnei pullulauit.

257. Mentior, si non statim infans, &c.] Paulo aliter B. Nyssen. lib. 2. Philosoph. de Anima, cap. 8. Ceterum (inquit) quamuis infantibus in primis vite rudimentis solus irrationali motus adest; Animam tamen rationalem habere eos dicimus, quoniam adulti rationis ætatem demonstrat. Tertullianus verò hic, etiam motus quosdam rationales ab ipsa primâ infantia in eis agnosci vult. At qui de voce: dedicans, vide supra Tom. 2. li. de Penitent. cap. 2. num. 8.

258. Non enim exindè & matrem spiritu probat, &c.] sic iterum legimus ex Gagneo, pro eo quod legatur dumtaxat: Exinde & matrem; vbi Non, more Tertullianico, pro: Nōne, accipitur.

259. At enim Christus, ex ore lactentium & paruulorum expediendo laudem, &c.] Adhuc ad illud Matth. 21. Numquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem; quod ex Psalmo 8. desumpsit Christus; significat enim vox Græca κρηγεῖσθαι, nō solum perficere, sed etiam expedire. Item illud: quarum altera cum suffragio occurrens, pertinet ad pueros clamantes, Hosanna filio Dauid; sicut illud: altera pro ipso trucidata, ad Innocentes pro Christo occisos, sicut legitur Matth. 2.

C A P. XX.

260. Et hæc itaque concludimus, &c.] Titulum antiquum huius capitis sic locupletauimus: De ceteris naturalibus Animæ, quod etiam semper adsint.

261. Sicut & Seneca sæpè nos ter: Instat sunt, &c.] Sæpè nostrum Senecam appellat Auctor, quod in multis cum Christianis consentiat. Quò pertinet illud Apolog. cap. 12. Idem estis qui Senecam aliquè pluribus & maioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis; vbi vide Adnot. nostras num. 183. Certè etiā verbis hic citatis magister Deus ab illo agnoscitur. Ponit ad eundem B. Hier. in Catalogo scriptorū Ecclesiasticorū, eo quod legantur (inquit) à multis Epistolæ Pauli ad Senecā, & Senecæ ad Paulum; cui potius ere-

denitum, quam Ludou. Viti, qui eas ab illis scriptis negat. Atqui mox legimus: Porro ut frugum feminibus, &c. pro: Porro & quia postea sequitur: Ita & Animam licebit (quod sicut alibi non semel, proliquetur accipitur) semine vniformem, &c.

262. Thebis hebetes & brutos nasci relatum est. Thebas Bæotia intelligit. Vnde ad eam id verum est, ut ex pinguedine ingenij quidam Bæotos dictos putent, & in Prouerbum abierint, Sus Bæotica, Auriæ Bæotica, & quod propius huc accedit, Bæoticum ingenium; de quibus latè Erasmi in Chiliadibus, qui etiam inde derivatum putat, quod hebetes & brutos homines, Germanica & Britannica lingua, Botos id est, Bæotos appellemus.

263. Athenis sapiendi dicendique acutiff. &c.] Huc pertinet illud Ciceronis in Orat. pro Flacco: Adsum Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges orta, atque in omnes terras distributa putantur. Item quod à Platone in Protagora: Athene prytaneum sapientie appellantur. Denique quod idem Dial. i. de Legibus, vocet civitatem eloquentie, & multi sermonis studiosam. Est autè peculiare Auctori quod addit: penes Colyrum pueros mense citius eloqui.

264. Siquidem & Plato in Timæo Mineruam, &c.] Videtur aliud exemplar habuisse Auctorem Platonis, quum veritè nihil aliud Mineruam quàm regionis naturam prospexisset, talia ingenia pollicita; nã hodie loquē aliud habet Latinus Platonis Interpres: Dea (inquit) vobis habitationem designauit delecto loco in quo geniti estis, temporum anni temperiem in eo consecrata, quod sapientissimos viros producturus esset. Aut saltem Græcæ voces τὸ θεῖον ἔργον ἐν αὐτῷ κατὰ δόξαν, aliter vertit, ac si diceret: naturam, id est, habitudinem bonam regionis prospiciens; nec male. Vpon enim Regionis fines siue limites significant magis proprie, quàm anni tempora.

265. Vnde & ipse in Legibus, Megillo & Clinias precipit, &c.] Sunt 6. Dialogorum Platonis de Legibus interlocutores: Megillus Lacedæmonius, Clinias Cretensis, & Atheniensis hospes; nihil tamen eiusmodi hæcenus in illis reperire potui. Quærat curiosus Lector, si tunc etiam de sententia Empedoclis, ne sim prolixior; & loco apud Comicos, qui timidos Phrygas illudunt.

266. Sallustius vanos Maurōs, & Scroces Dalmatas pulsat.] suspicor istud sumptum ex historicarum libris Sallustij; nam in libris hæcenus aditus non reperitur. Atqui illud, Cretenses mendaces, reperitur apud Apollonium, ad Titum 1. cap.

267. ET NOS SECVNDVM FIDEM DISSERENDA SVO IAM NOVIMVS TITVLO.] Adhuc haud dubie ad librum de Fato, cuius fragmentum habetur infra Tom. 4. Atqui de Arbitrij libertate, paulo post latius cap. sequenti.

C A P. XXI.

268. Quod si vniformis natura Animæ, &c.] Titulum huic capiti, à precedenti separato, damus: Quod est vniformis, conuertibilis tamen sit Animæ natura, id est, liberi Arbitrij.

269. ut adhuc Trinitas Valentiniæ cadatur.] Adhuc haud dubie ad Trinitatem hominis, quam supra lib. præced. Valentiniæ adscripsit, cap. 26. de qua ibi latius num. 281. Quum enim dicat, ut adhuc cadatur, videtur omnino indicare, quod etiam iam prius ab eo cæsa fuerit, id est, impugnata Trinitas Valentini; atque adeo vel hinc colligitur scriptum ante hunc, dictum li-

brum aduers. Valentiniæ.

270. si quia prophetauit magnum illud Sacramentum, &c.] Etiam iste locus facit ad adserionem, quod matrimonium sit Sacramentum, adludens ad illud Apostoli Ephes. cap. 5. sicut etiam supra cap. 11. & alibi frequenter; quem admodum latè adnotauimus supra ad lib. de Prescript. heret. cap. 40. num. 248. & lib. adu. Valentini. cap. 30. num. 328. & infra rursus cap. 26. lib. 5. adu. Marcion.

271. quum in illum Deus amentiam immisit, &c.] De hac latius Tom. sequent. inter fragmenta lib. de Extasi.

272. quia & materia fidem iam exclusimus.] Manifestè hic adludit rursus ad librum adu. Hermogenem, c. 13. Atque adeo constat illum librum hoc priorem.

273. Iidem enim conuertibilem negant naturam, ut Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant.] Istud quum libri aduersus Valent. cap. 29. adscripsit eis Auctor, dicens: naturificatæ (nempe animæ) iam spiritualis conditionis, germinatæ, certam obtinebunt salutem, immò omnimodò debitam; hic præterea argumentum adiicit, quo vtebantur ex scriptura, Matth. 7. de arbore bona & mala; quod ipsum aliis scripturis eludit, & egregie confutat.

274. & nemo de spinis metat ficus, & de tribulis vuas.] Haud dubie istud citat ex Luc. cap. 6. nam ibi legitur: neque de spinis colligunt ficus, neque de rubo vuam; pro eo quod Matth. 7. Nūquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Quum autem vtrouique Græcè legatur οὐκ ἐπιτίθεισιν, quod rectè vertit Interpres Vulgatus, colligunt; mirum est quod metat legatur ab Auctore.

275. Et errauit Apostolus scribens: Eratis & vos aliquando, &c.] Haud absimiliter B. August. vnde scripturam ex altera interpretatus, lib. contra Adimant. cap. 26. Fuisit enim aliquando tenebræ (inquit Apostolus) nunc autem lux in Domino. Tamquam si diceret: Fuisit aliquando arboris mala, & idè non poterat tunc nisi fructus malos facere; nunc autem lux in Domino, id est, etiam facti estis arboris bonæ.

276. Sed numquam discordabunt sententiæ sanctæ.] Elegans locus & Regula interpretandi scripturas sacras per se mutuo.

277. Non dabit enim arbor mala bonos fructus, &c.] Similiter ferè respondet B. Hieronym. Iouiniæno, lib. 2. adu. eundem, qui eadem hac scriptura nitentur probare, quicumque baptizati essent, tentari, & peccare non posse; atque adeo (sicut hic loquitur Auctor) negabat conuertibilem naturam in homine baptizato. Arbor (inquit) mala fructus bonos non facit, nec mala bonos. Si hoc ita est, responde mihi, quomodo Paulus, quum esset arbor mala, persequens Ecclesiam Dei, postea fecit fructus bonos? Iudas, quum esset arbor bona, signa faciens cum Apostolis, postea versus in proditorem fecerit fructus malos? Quæ ipsa & multo plura in eandem rem exempla adfert idem B. Hieronym. Comment. in Matth. concludens: Tamdiu ergo bona arbor fructus non facit malos, quamdiu in bonitatis studio perseverat: & mala arbor tamdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad penitentiam non conuertitur. Quæ locum hic adducimus, quod etiam hodie quidam eandem heresim velut ex orco resuscitare non vereantur.

278. Et gemina viperarum fructum penitentia facient.] Sic etiam paulo prius: nec gemina viperarum (poterunt) facere penitentia fructum; & supra ad lib. aduers. Hermogen. c. 12. n. 47. quod adludit verbis mox

mox sequentibus, iam ostendimus & Hermogeni) similitur: Ergo de lapidibus filij Abraham non suscipiantur, & gemina viperarum non facient penitentia fructum, si de malo in bonum natura demutari non poterit. Vertens etiam apud Matth. gemina, eo quod eadem vox Græca γεννίμαται tam apud illum quam apud Lucam inueniatur. Hoc interim mirum quod non legat: dignos fructus, quum tamen Græcè vtrouique legatur: κατὰ τὸ ἀξιόστον.

279. habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, &c.] Quomodo libera arbitrij potestas subiacet diuinæ gratiæ, infra latius lib. 2. adu. Marc. ubi ex professo de Libero arbitrio disputat, quod haud dubie respicit, quum dicit: Inesse autem nobis τὸ ἀξιόστον naturaliter, iam & Marcioni ostendimus. Etsi enim posterius prodierint libri aduersus Marcionem, eodem certe tempore saltem primum & secundum librum scripsisse videtur, quo hunc librum; sicuti supra etiam adnotauimus cap. 18. num. 245. Atqui ἀξιόστον etiam Nazianzeno alicubi visitatum est, quum homo scribitur τὸ ἀξιόστον τιμῆς, id est, liberi arbitrij facultate donatus. Sic etiam Epiphani. contra Arioman. τὸ ἀξιόστον Deus Adā dedit, & vnusquisque sibi ipse sit peccati Auctor; & Macarius Aegyptius homil. 15. τὸ ἀξιόστον, quod primitus homini dedit Deus. Item illud Clementis Alexandrini lib. 5. Strommat. τὸ ἀξιόστον etiam Plato per hæc ostendit: Virtus autem non parat alterius dominio, quàm prout vnusquisque honorauerit vel deprexerit, erit eius particeps. Eius qui elegerit culpam, non potest in Deum causa conferri. Deus enim nunquam est causa malorum. O Troiani bellicosi (inquit Lycius) Iupiter regnator superum, quia omnium aspexit, non est mortalibus causa malorum. Sed omnibus hominibus in medio est propositum, ut adprehendant iustitiam castam. Quæ verba eò huc adlegauimus, ut si non ex scripturis, vel ex Ethnicis ipsis conuincatur Caluinus, Deum faciens causam malorum. Verum de hoc paulo latius Tom. sequent. inter fragmenta libri Tertulliani de Fato.

280. Quod quum soli Deo competat, &c.] Nempe: in natum infectumque esse; quo sit ut supra cap. 4. Animam natam factamque adseruerit, quod tacite adludit hoc loco.

C A P. XXII.

281. Cetera anithæ naturalia, &c.] Caput hoc, etiam diuisum à duobus precedentibus, inscribimus: De Animæ definitione. Nam postquam mentionem fecit denuò eorum quæ tractauit in libro de Anima a censu adu. Hermogenem, cuius fragmenta habentur Tomo sequenti, Animam definit verbis sequentibus; quibus adeo etiam paucis insinuat quæcumque toto hoc libro tractata sunt, & tractabuntur.

282. Definimus Animam Dei flatu natam.] De Anima nata habet supra ca. 4. quod ex Dei flatu, ca. 11.

283. immortalē.] Etsi istud ex professo non tractet, quod esset tunc temporis extra controuersiam, frequens tamen eius hoc libro mentio, nempe c. 2. 3. 6. 9. 14. & infra c. 24. 38. 45. 51. 53. & 54. ubi de opinionibus Philosophorum eam agnoscentium diximus, differentes Aristoteli hæc de re opiniones usque ad initium lib. de Resurr. carn.

284. corporalem.] De Anima, quod corporalis sit, quamquam ad paradoxa eius istud pertinet, tractauit latè supra cap. 5. 6. 7. & 8.

285. effigiata.] Quod effigiata sit, alterum paradoxon tractatum etiam habet supra cap. 9.

286. substantia simplicem.] Istud tractatur cap. 10. quod vniformis & simplex sit.

287. de suo patientem.] Quod passibilis, atque adeo de suo patiens sit Anima, tractatum fuit cap. 12.

288. variè procedentem.] De variis Animæ partibus siue Viribus & efficacis, quibus variè procedit, vide supra 13. cap.

289. liberam arbitrij.] De hoc cap. 20. ac 21.

290. accidentis obnoxiam.] Adludit ad id, quod paulatim profuat Anima in sapientia.

291. per ingenia mutabilem.] Hoc tractatur cap. 20.

292. rationalem, dominatricem.] Cap. 16. de rationali Anima tractatum est, quæ indignatio & concupiscentia dominatur.

293. diuinatricem.] Huc pertinet istud quod supra dixit cap. 19. ubi agit de voce flebili infantum augere incommodorum, tum infra ubi de somnis tractatur cap. 45.

294. ex vna redundantem.] Deinceps istud tractatur cap. 23. 24. 25. 26. 27. sicuti immediate sequitur: nunc (inquit) ut quomodo ex vna redudat, cõsideremus, id est, vnde, & quando, & qua ratione fumatur.

C A P. XXIII.

295. Quidam de cœlis deuenisse se credunt, &c.] Titulum hic antiquum retinimus: Vnde Anima, aduersus hæreticos qui eam de cœlis deferunt. Atque etiam contra hanc heresim (quippe quam & Origenes lib. 1. Periar. c. 7. tuebatur) B. Hier. non modò Epist. ad Marcell. & Anapsychiam, quæ extat etiam inter Epist. B. August. n. 27. Verum etiam Epist. ad Demetriad. iuxta adit. Rom. mu. 8. in Epitaphio Paula. Epist. 59. ad Animum, & 61. ad Pammachum. Similiter etiam Epiph. Epist. aduers. Ioan. Hierosol. Eodem pertinet quod habet B. Grego. Nyssen. lib. de Anima & Resurr. de iis qui nationes quasdam animarum ponunt, in peculiari quadam ciuitate, antequàm ad corpoream vitam veniant, viuentes, cui similia recenset lib. de Hom. cap. 29. & quod habet idem Philo. lib. 2. qui de Anima inscribitur, cap. 18. Gradus verò animarum & ascensiones & descensiones, quas Origenista inducunt, nihil diuinis scripturis conuenientes, neque Christianorum dogmatibus concordantes, relinquenda sunt.

296. ut Saturninus Menandri Simoniani discipulus, &c.] De hoc eiusdem hæc heresi latè supra lib. de Prescript. adu. heret. cap. 46. her. 3. num. 303.

297. Sed & Carpocrates.] De hoc ibidem cap. 48. her. 9. num. 310. & infra latius cap. 35. Priori loco de virtute sublimi despectrice mundipotentium principatum, quippe ex qua dicebat prolato angelos qui mundum condidissent, hic addens, quod Animas ex illa virtute conceperint; infra verò de Metempsychosi animarum. Atqui ad intellectum illius: ut discipuli eius animas suas, iam & Christo nedum Apostolis, & peræquent, & quum volunt præferant; videatur Epiph. her. 27. adu. Carpocratem, ubi latè id profecutur.

298. Apelles sollicitas refert Animas, &c.] Huius etiam libro iam dicto facta est mentio ca. 51. her. 19. n. 324 & infra Tomo sequ. inter fragmenta Tertull. aduersus Apellem. Huc autem propius accedit quod illi adtribuit Epiph. her. 44. quamquam paulo obscurius: de animabus ex supernis progressis, & in mundum dimissis à superno Deo, quo ubi venerunt, delapsa sint ad malum. Item quod addit ibidem de animabus, quod non ex volun-

tate superioris Dei venerint, sed per tyrannidem raptoris. Huc etiam respicit ipse Auctor infra lib. de Resurrectione. carnis, cap. 5. quum dicit: Futile & stultum istud corpusculum, quod malum denique appellare non horrent, etsi ignei alicuius exstructio æque angeli, ut Apelles docet: sufficeret ad auctoritatem carnis.

299. Examen Valentini semen Sophiæ infulcit Animæ, &c.] Istud habes latius supra lib. adu. Valent. toto cap. 25.

300. Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.] Huc pertinet quod supra lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 7. docet Auctor, originem hæreleon esse ex Philosophia, ubi de hoc latius, num. 36. Et illud li. adu. Hermog. cap. 8. num. 32. Hæreticorum Patriarchæ Philosophi. Peculiariter autem non solum Pythagoræ ac Platonis, sed & reliquis Platonis, hunc errorem adscribit B. Hieronymus. Epist. ad Marcell. Et Anaphth. ac ad Pammachium supracitatis; inamò verò etiam ipsa verba Platonis, quibus id adserit, subiiciuntur ab Auctore.

301. Illius est enim ut in Phædone, &c.] Videtur respicere ad illa verba Socratis in Phædone Platonis: Vetus equidem sermo quisquam hic est, cuius nunc mentionem facimus, quod hinc abeuntes illuc (sic enim lego ex Tertull. pro: illic, eo quod virumque vox Græca ἐκεῖ significet) sint, & rursus huc redeant. Et rursus: Fuerunt ergo, ò Simmia, Anima nostra etiam prius quam in hominis specie essent, absque corporibus, & sapientiam habuerunt. Huc autem adlusit Saturninus hæret.

302. Item in Timæo, quod germina, &c.] Germina Dei vocat Auctor, quos, Dei filios, Plato. Sic enim habet in Timæo, ipsis hic citatis verbis: Mortalium autem productionem filii sui absolvendam demandavit. Hi verò illum imitantes, accepto immortalis animæ principio, postea mortale corpus ei circumdederunt, &c. ne prolixiores simus. Istud autem ad hæresin Apellii proxime accedit, & ad Carpocratii, quæptum ad mundi facturam adinet.

303. mortale ei circumgelauerint corpus.] Verba illa loco mox citato Platonis, de influxu & defluxu animarum in corporibus cum conglutinatione, tribus his verbis metaphorice expressit; tamquam si circumgelati essent illi fluctus seu defluxus, ad separationem usque Anima & corporis; maxime quum eodem libro diu postea etiam ipse Plato humores in corporibus grandiores congelari dicat. Neque verò istud hic duntaxat, sed etiam supra, nimirum sua opinioni tribuens de Anima corporea, cap. 9. quum dicit: Flatum illum Dei (id est, Animam) in interiora transmissum, & per vniuersa spatia corporis diffusum, simulque diuina aspiratione densatum, omni intrus linea expressum esse, quam densatum impleuerat, & velut in forma gelasse. Inde igitur & corpulentiam Animæ ex densatione solidatam esse.

304. Tum, quod mundus hic imago sit alterius.] Istud ita expressit ubi supra Plato: His autem ita se habentibus, etiam necesse est mundum imaginem alicuius esse. Hinc verò videntur Valentini suas mutuatim imagines.

305. Et: Animam retrò in superioribus, &c.] Nò potius aliud reperire in Timæo Platonis huc pertinens, quam quod Deus summus opifex constituto vniuerso diuisit animas, equali cum sideribus numero, & singulas singulis assignauit, & velut in vehiculum impoſitis vniuersi na-

uram ostendit, & leges fatales ipsis exposuit, quodque origo prima quidem futura esset ordinata vna omnibus, oporteret autem ipsas feminatas in singula conuenientia singulis temporibus instrumenta (corpore nempè) producere animal diuino cultu deditissimum. Quo libro quum nupquam dicit, Animam hic quæ retrò norit de exemplaribus recensere, magis puto istud ad Phædonem referri, cuius etiam paulo prius meministi, ubi vtrumque reperire est.

306. Μεδίσεις ἀναμνήσεις, id est, discentias reminiscencias esse.] Locus iste haud dubie ex Phædone, nò ex Timæo, Platonis desumptus est. Sic enim ibi legitur: sed secundum illum sermonem (inquit Cebe) si verus est, ò Socrates, quem tu frequenter referre soles, ὅτι ἡμῶν ἢ μολῶσις οὐκ ἔσθ' ἢ ἀμῶσις ἢ ἀναμνήσεις τυγχάνει εὖσε; id est, si ad verbum cum Tertulliano vertamus: quod nobis discentia non aliud sit quam reminiscencia (pro quo Interpres Platonis vertit; quod discere nihil aliud sit nobis quam recordari) & secundum hunc (inquam) necesse est nos in priore quodam tempore didicisse ea quæ nunc recordamur. Hoc autem fieri non posset, si non fuisset alicubi Anima nostra, prius quam in hanc speciem deueniret. Atqui mox & Simmias id ipsum ibidem confutatur, & multis rationibus, non modo Cebe, sed & Socrates ipse paradoxon hoc confirmare nituntur; Verum egregie confutat Auctor cap. proximo.

307. Venientes enim inde huc Animas obliuisci, &c.] Etiam hoc ibidem paulo posterius adserit & probat Socrates; Verum hoc imprimis impugnat dicta sequenti capite Auctor.

CAP. XXXIII.

308. Primò quidem obliuionis capacem Animam non cadam, &c.] Vterem titulum huius capituli reuincimus: Aduersus Platonis argumentum, quod discentias reminiscencias vocat. Quod ipsum Platonis paradoxon, etiam ante Tertull. impugnavit Frenæus lib. 2. aduers. hæret. cap. 29. & B. Gregor. Nyssenus Philosoph. lib. 4. cap. 7. ac etiam B. Augustinus lib. 7. de Gen. ad lit. cap. 9. 10. 11. ac lib. 10. cap. 4. Item lib. 12. de Trinit. cap. 15. & lib. 1. Retract. cap. 4.

309. quia tantam illi concessit diuinitatem, ut Deo adæquetur, &c.] Pulcrè ex ipso Phædone consutationem aufpicatur, vti quum ibi legatur isdem penè verbis quibus hic Auctor vtiur: Aut non videtur tibi (inquit) diuinum quidem tale natura esse, ut imperet & principatum gerat; mortale verò, ut seruiat & subiectum sit? Mihi sanè. Vtri igitur Anima similis est? Nimirum, ò Socrates, Anima diuino, corpus mortali. Considera (inquit) itaque, ò Cebe, an ex omnibus rebus hæc nobis efficiantur. Diuino quidem, & immortalis, ἢ νοῦτος (pro quo intellectualem vertit Auctor) & vniuersi formi, ἢ ἁπλοῦς (quod alibi ad verbum indissolubilem, hic verò: incorruptibilem transulit) & semper similiter & secundum eadem se habent; ὁμοίωτον, id est, ita similem ut adæquetur, esse Animam. Et paulo post: ἢ δὲ ψυχὴ ἀεὶ τὸ αἰετὸν, id est, Anima verò quæ inuisibilis est. Atqui quibus locis innatam dicat, vide supra num. 54. ubi incorporealem, nu. 61. ubi ineffigibilem, nu. 110. ubi principalem, n. 191. ubi denique rationalem, num. 207. 208.

310. quod natam eam agnoscimus, &c.] De hoc habes supra cap. 4.

311. SATIS DE ISTO CVM HERMOGENE.]

GENE.] Iterum adludit ad librum De Censu Animæ aduersus Hermogenem, cuius fragmenta habes Tomo sequenti.

312. memoria scilicet, quam & ipse Plato sensuum & intellectualem salutem.] Iterum ex Platonis Philebo in Platonem argumentatur, quod non modo obliuionem, iniuriam, seu potius ἐξοδὸν Memoriz dicat, verum etiam disertè αἰσθητικὰς σωματικὰς, pro quo plurali numero verit Auctor salutem sensuum & intellectuum, eo quod Græca vox & sensum, & intellectum significet.

313. & Cicero thesaurum omnium studiorum prædicauit.] Adludit opinor ad lib. 1. de Oratore Ciceronis, ubi thesaurum rerum omnium memoriam vocat. Citatus autem fuit etiam supra Cicero in Tusculanis ab Auctore Tom. 1. cap. vlt. Apolog. & de Ciceronianis mensis infra loquitur, cap. 33. & supra lib. de Pal. cap. 5. num. 101. ubi M. Tullium vocat.

314. Natura compotem Animam facis Idæarum illarum, an non?] Respondet ex Platonis sententia: Immodè natura, inquis. Et rectè; nam cap. præced. citatus fuit locus eiusdem, ubi dixit: Animam retrò in superioribus cum Deo egisse in commercio Idæarum. Porro de Idæis vide supra cap. 18. num. 238.

315. quia ut præmissimus, & pro locis, &c.] supra nempè cap. 19.

316. cum toto suggestu iubarum, delictum fiet Berenices alicuius reginæ.] Non semel adnotauimus suggestum pro ornatu accipi ab Auctore. Atqui quod alicuius Berenices Reginæ mansuetudine eruditius Leo delictum fuerit, tradit Alianus lib. 5. de Animal. cap. 39. Addit autem alicuius, tum pro more loquendi suo, tum quod plures eius nominis fuerint. Præterquam enim quod, Plinio teste lib. 7. cap. 40. fama celeberrima fuerit Berenice, & filia, & soror, & mater Olympionicarum; celebratur etiam Berenice mater Philadelphæ, & eiusdem filia; item apud Iosephum Berenice Herodis filia, & altera Salomes sororis eiusdem filia Fortassis autem eodem pertinet, quod ait Plinius lib. 8. cap. 16. mulierum alloquens mulieri solere leones.

317. & si languenti theriacam composuerit, simiam Leo requirit.] Adludit ad illud Plinij loco citato: Agritudinem fastidij tantum sentit; in qua medetur ei coniuncta, in rabiem agente annexarum lasciuia simiarum.

318. gallum tamen formidabit.] Etiam hoc ex Plinio ibidem: Atque hoc (inquit) tale, tamque satium animal, rotarum orbem circumacti, curruque manes, & gallinaccorum cristæ, cantusque etiam magis terrent.

319. memor semper manducandi, &c. & oculis videndum, &c.] Variat casus in Gerundius; nam memor, & meministi, non modo ut communiter, cum Gerundio, sed & cum Accusatiuo construuntur. Atqui de eo quod sensus Philosophia deprecatur, vide supra cap. 13.

320. Ex multitudine, ait, temporis.] Adludit ad verba illa Platonis in Phædone: Nōne recordatio est, maxime ubi alicui acciderit circa illa, quorum per tempus, & eo quod diu non conspexit? pro quo transulit Auctor: ex multitudine temporis. Verum etiam istud pulcrè Auctor refutat, ex eo quod innatam Plato Animam dixerit, & proinde æternam. Suetem poris inuio.

321. Sed rursus Plato causam demutat in corpus, &c.] Esti non omninò disertis verbis istud in Phædone Platonis reperitur, satis tamen id indicat, ex eo quod dicit corpus impedire Animam quo minus sapientius, tum inde, quod, non ex quo nati sumus, sed diu postea, recordari, & proinde scire, incipiamus.

322. Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinationem Animæ probauerunt.] Inter alios venit hic adnotandus locus ille Platonis in Phædone: Etiam Anima vaticinandi quendam vim habet. Eodem pertinent quæ infra dicuntur cap. 45. de Somnis.

323. QUÆ PROPOSVIMVS IAM HERMOGENI.] Rursum adludit ad librum de Censu Anima aduersus Hermogenem, cuius fragmenta de diuinatione Anima habes Tom. sequenti.

324. Plato scilicet solus, &c. Idæarum & oblitus & recordatus est.] Locus est in Platone, qui primus Idæarum somnia in lucem emisit, scripto eius argumenti Dialogo, quem Parmenidem inscripsit, & frequentissima alibi earum mentione iniecta, quemadmodum etiam supra adnotauimus cap. 18. num. 238.

CAP. XXV.

325. Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, &c.] Vterem titulum huius capituli completauimus: De conceptu Animæ, aduersus eos, qui post partum corpori eam inducunt, ex respiratione infantis aut frigido aère circumfuso. Atqui Animam corpore non esse posteriorem multis argumentis probat etiam B. Nyss. lib. de Creat. homin. cap. 29. & sequent. ac lib. de Anim. & Resurrect. Id enim hic proprie tractatur; illud verò paradoxon quod hic tractandum etiam proponit: quomodo omnes Animæ ex vna redundent, tractatur infra cap. 27.

326. sed & effuso iam partu, nondum viuo infanti, extrinsecus imprimi, &c.] Eandem hanc opinionem impugnat alicubi Plutarchus; & pulcherrime Lactant. lib. de Opific. Dei, cap. 17. Parro (inquit) ita desinit: Anima est aër conceptus ore, deseruetus in pulmone, tepesactus in corde, diffusus in corpus. Hæc apertissime falsa sunt. Anima non est aër ore conceptus, quia multo prius gignitur Anima, quam concepti aër ore possit. Non enim post partum insinuat in corpus, ut quibusdam Philosophis placet: sed post conceptum protinus cum foetus in vtero necessitas diuina formatur; quia adeo vivit in visceribus genitricis, ut & incremento augetur, & crebris pulsibus gestiat emicare. Denique abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum.

327. Hoc Stoici cum Ænesidem.] Nempè (sicuti etiam infra Auctor reperit cap. sequ.) quod de aëris rigore vim animalem anima rapiat. De Ænesidemo verò vide supra cap. 9. num. 117. Stoicorum autem hanc opinionem vide apud Plutarch. lib. 5. de Plac. Philosoph. cap. 15.

328. & ipse interdum Plato, quum dicit perinde animam extraneam, &c.] Sic omninò legitimus, pro eo quod incongrue legebatur: anima. Atqui Platonis locus, ad quem adludit (habemus à me non inuentum) interpretatur Carpentarius in Alcinoi cap. 17. Instituit. Platon. non de animatione, sed de GG ij

perspiratione, idque ex Platino, cap. 19. ac 33. lib. 1. de du-
bus Animæ, & Mars. Sicin. Theol. Platon. lib. 18. cap. 3.
Repetitur tamen idipsum ab Auctore cap. sequi. qui dicit:
Etsi ipse Animam de prima spiratione potabat
Platonico more.

329. Ne ex Medicis quidem defuit Hicelius,
&c.] *Spertius huius sententiam infra hoc ipso capite sic
explicat: Hicelius iam natis Animam superducens,
ex frigidi pulsu. Atqui vocatur Hicelius non
paræ auctoritatis Medicus à Plinio lib. 27. cap. 4. & ab
eodem citatur lib. 20. & septem sequent. in Catalo-
go Auctorum, & in contextu lib. 14. cap. 19. ac lib. 22.
cap. 16. Denique etiam ab Athenæo non procul ab initio
lib. 7.*

330. At quanto roborator exitus, à fœminis
reuinci, &c.] *Sic iterum lego cum Gagneo, pro eo quod
Gelenius subsistit: Aut. Eleganter autem consuât ho-
rum sententiam per experimenta ipsa seminarum, in qui-
bus ita viuacitas sentitur infantis, ut palpente illa,
micent, id est, quodam modo ludant, latera: tota ven-
tris ambitio pulsetur. Legimus autem etiam omnino, &c.
cum Gagneo: an & audiat iam in vobis.*

331. Atquin & in ipso adhuc vtero infans truci-
datur necessaria crudelitate, &c.] *Hic tanquam Me-
dicus, adfert arma Medicorum peremptoria viu-
entis infantis, quibus infans (inquit) trucidatur neces-
saria crudelitate, ne matricida sit iamiam moritur-
us. Quæ interim verba ita sunt intelligenda, ut ex Me-
dicorum illorum Veterum Ethnicorum loquatur senten-
tia, non sua: Si enim iuxta Archidiac. & alios Sum-
marum Auctores, non liceat pregnantibus potionem
dare, ut abortiant ad præferendum eam mortem: cer-
te multo minus infantem in vtero per instrumenta illa,
quorum hic fit mentio, licebit trucidare; maxime verò,
quod mori Animæ, nempe partus sine baptismo morien-
tis, multo magis sit vitanda, quam mors corporis matris
pregnantis.*

332. cum hebere vno quo totum pecus ad-
trahitur, &c.] *Non hæc vterque pecus, pro factu in ve-
ro mortuo, seu caduere infantis, pro quo quidem Ga-
gneus legebat: facinus: sed non placet; eo quod infra
lib. de Resurrect. carn. cap. 34. dicit: quod pecus to-
tum est, loquens de homine compositio ex anima, &
carne.*

333. Est etiam æneum spiculum, &c.] *De huius
vsi & ministerio vide Corn. Celsum, lib. 7. cap. 2: Vnus
est medicinalis ad educendos fœtus, mortuos præsertim.
Quibusdam videtur esse instrumentum; & ovæ sue rive-
500 dicitur ab Hippocrate lib. de Superf. & lib. nepi
vovæcivæ quod Gelenus et Epiph. dicitur expo-
nit.*

334. quia & ipsum vocabulum Animæ penes
Græcos, &c.] *Adhuc ad Platonem in Cratilo, quem
sequitur etiam Origenes in libris Periarethos: Arbitror
(inquit Plato) illos qui sic Λυξίον vocantur, hoc potissi-
mum cogitasse, quod hæc, quoties adest corpori, causa est
illi vivendi, respirandi, & refrigerandi; τὰ ἀνα Λυξίον
vix exhibens; & quum primum deserit, quod refrig-
erat; dissoluit corpus & interit: Certè etiam Λυξίον
& refrigerare significat: Impugnat autem etiam in-
frâ Auctor cap. 27. Etsi (inquit) frigidum nomen
est Anima Græcorum; quare & corpus exempta
ca friget?*

335. quia Animam aliud quid, &c. cognomina-

uerunt?] *Confirmat hic eorum sententiam Auctor, qui
Animam, non ἀνὸ τῆ ἀνέμω, id est, vento (nam con-
cordaret parum præcedenti etymologiae vocis Græcæ) sed
Latina colonie faciunt, Vni ipse Cicero in Tuscul. suis indi-
cat. Quare rectè, post Lactant. loco supra citato num. 326.
eam definitionem impugnant ffidor. Etymol. lib. 11. cap.
1. subiungit: Sed Anima dicta propterea quod vivit, quod
pertinet etiam illud Nonij Marcelli: Anima quæ vivi-
mus; ut nempe ab animando dicatur.*

336. Quantæ verò nationes sub feruentissimo
axe, &c.] *Intelligit nationes quæ sub Zona media vivere
censetur, quam iuxta Pompon. Melam lib. 1. cap. 1. æstus
infestat, cuius situs ob ardorem intercedentis plagæ in-
cognitus.*

337. extra Germanias, & Scythas & Alpes, &
Argæos, &c.] *De Germanis & Scythis & Sarmat-
is vide supra Adnotat. nostras Tom. 1. lib. adversus
Jud. cap. 7. num. 44. Alpes omnibus notæ sunt. Argæos
verò quos nuncupet, hætenus reperire non licuit, neque
apud Plinium; neque apud Ptolomæum, Melam, aut
Solinum; quare suspicor mendum esse, aut antiquius ita
vocatos, quos Ptolomæus Sarmaticos montes vocat, Geo-
graph. lib. 2. cap. 11. Tabul. A. Europa, qui supra caput
Danubij sunt, idem etiam cum Alpibus nomen ha-
bentes.*

338. qui ex cæto matris vtero viui aërem haufe-
runt, Liberi aliqui, & Scipiones.] *De his ita Plinius
quem imitari solet, lib. 7. cap. 9. Auspicatus enecia pa-
rente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior natus,
primisque Cæsar à cæso matris vtero dicitur. Quæ de cau-
sa & Cæsones appellati. Addeus autem Liberi aliqui,
adludat ad fabulam cuius meminit etiam Plinius lib. 6.
cap. 11. quæ creditur ex Iouis semine natus, atque adeo
exfectus Liber.*

339. Quod si qui, ut Plato, perinde non pu-
tat duas Animas in vnum conuenire, &c.] *Supra
cap. 6. Chrysippo adscribit, non Platoni, quod duo in
vnum corpora negarit, Vbi vide num. 90. In Pla-
tone autem, quod duæ animæ in vnum conuenire
non possint, hætenus reperire nequimus, relinquens id
curioso Lectori inquirendum.*

340. dæmonis scilicet, nec vnus, ut in Socra-
te.] *De hoc vide supra cap. 1. num. 12.*

341. verum & septenarij spiritus, ut in Magda-
lena, &c.] *Adludat ad illud Marci 16. Maria Magda-
lenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. Item id quod
habetur Marc. 5. de dæmone Geraseno respondente:
Legio mihi nomen est. Sive autem leges conferretur, cum
Gagneo, sive conferretur; perinde mihi videtur.*

342. At idem in sexto Legum, &c.] *Platonem ite-
rum intelligit. Videtur autem ad illum locum sexti Le-
gum libri eiusdem adludere, Vbi dicit: Per hoc maxime
tempus, quo quis generat, vereri oportet, & non facere
vltro quæ morbosa sunt, neque ea quæ cum contumelia
aut iniuria coniuncta sunt. Nam in Animas, & cor-
pora eorum qui generantur, imprimi ac efformari neces-
se est, & penitus deteriora gignere.*

343. secundum Cleanthis testimonium.] *Vide de
hoc etiam supra cap. 5. num. 75. Atqui supparare verbum
Auctori vltimissimum, quo etiam vitur infra cap. 30.*

344. Cur autem & veteres Astrologi genituram
hominis, &c.] *Supra etiam aliquid de Astrologis di-
ctum est Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 9. num. 45. & in-
frâ latius de geniturarum digestionem, lib. 1. adversus
Marc.*

345. Sed omnis inæqualitas sententiæ humanæ,
&c.] *Caput hoc, maioris elucidationis gratia separatim,
eiusdem est argumenti cū præcedenti, nisi quod ex scripturis
sacris suam probet Auctor sententiam. Atqui de Prouer-
bialis formula: in nostras iam lineas gradum colligā,
vide nostra Prolegomena. Malo autē legere cum Gagneo:
De tuo frater (id est, Christiane) fundamento, fidem
ædificem, quam cum Gelenio: ædifica, eo quod præcedit:
prohem.*

346. Ecce viscera Rebecca, &c.] *Latè prosequitur
historiam Gen. 20. de Rebecca & duobus eius filiis, tum
in vtero, tum in partu, qui nisi iam animati non potuissent
pugnare illes intentare.*

347. Aspice etiam singulares conceptus, &c.] *Similiter etiam hic conceptus Ioannis Baptistæ &
Christi, ac mutuam agnitionem infantium adhuc in
vtero, de quibus Luc. 2. Pulch. verò: Exultat (inquit) Eli-
zabeth, Ioanes in utero impulerat; glorificat Domi-
num Maria, Christus intus instinxerat.*

348. Sic & ad Hieremiam, &c.] *Ad eiusdem rei
comprobationem, etiam Hieremiæ Prophetæ ex cap. 1.
testimonium adfert; diuisum conferens cum sepius citato
loco Gen. 1.*

349. Quomodo igitur animal conceptum, &c.] *In-
scriptionem huic capiti, etiam à præcedentibus duobus di-
stincto, damus: Animam simul cum corpore concipi,
confici, & perfici. Quod ipsum repetitum ab Auctore
tum supra, tum infra c. 36. quæ ad paradoxam Tertulliani per-
tinet, longè remota de re tractatis ad Prolegomena differi-
mus, hic adduxisse contenti illam Gennady seu alcerius cu-
iuspiam definitionem Ecclesiasticam: Animas hominum
non cum corporibus seminari, sicut Luciferiani, Cyrillus, &
aliqui Latinorum (inter quos haud dubiè Tertullianus) præ-
sumentes affirmant: sed formati à corpore Animæ creari
& insundi à Deo. Verum hoc de Anima rationali intelli-
gendum; nam quod Anima vegetatiua in Animalibus
omnibus simul cum corpore seminatur, nemo dubitat.*

350. Si mors non aliud determinatur, quam di-
finitio corporis Animæque, &c.] *Latius hoc infra
deducit c. 42. Sed inde non colligitur simul cum corpore A-
nimam seminari: sed sufficit, quod Deo Animas crean-
te, fiat eodem momento vita hominis per coniunctionem cor-
poris & Animæ. Est enim falsissimum quod addit Au-
ctor: Porro vitam à conceptu agnoscimus, quia se-
cundum Physicorum Medicorumque sententiam, non nisi
40. die animatur masculus, femina verò die 80.*

351. Tunc si alteri primatum damus, alteri se-
cundatum, &c.] *Addimus iterum: Tunc, ex Gagneo,
quia Tertullianicum est, sicut etiam voces primatus &
secundatus. Atqui consutatur hoc argumentum per sui
absurditatem, à B. August. Epist. 157. ad Optatum, de Ori-
gine Animæ: Nam (inquit) & illi qui Animas ex illa
vna propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit,
atque ita ex parentibus eas trahi dicunt; si Tertulliani opi-
nionem sequuntur, profectò eas non spiritus, sed corpora esse
contendunt, & corpulentis seminibus exortiri. Quo
peruersus quid dici potest? Quare etiam ipse Aristoteles
lib. 2. de gen. animal. cap. 3. propostia sibi questione, an om-*

nis Anima producat a virtute seminis? respondit omnè
produci, præter intellectiuam.

352. Concubitus libido, non conditio scæda-
uit, &c.] *Pulcherrimus locus (sed qui nihil facias ad con-
firmandum Tertulliani paradoxon) de matrimonio statu
benedicto apud Deum, adversus Marcionem, de quo
latius infra sub finem lib. 1. aduer. Marcionem.*

353. In hoc itaque sollempni sexuum officio, &c.] *Istud disertis verbis impugnat Lactant. libro de Opific.
Dei, c. 19. Illud quoque (inquit) venire in questionem
potest, & trivine Anima ex patre, an potius ex matre; an
verò ex utroque generetur. Sed ego id meo iure ab ancipiti
vendico. Nihil enim ex his tribus verum est: quia neque ex
viroque, neque ex alterutro feruntur Anima corporibus.
Corpus enim ex corporibus nasci potest, quoniam confertur
aliquid ex utroque; de Animis Anima non potest, quia ex
re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Ita-
que ferendarum Animarum ratio vni ac soli Deo subia-
cet. Nam de mortalibus non potest quicquam, nisi mortale
generari. Nec putari debet pater, qui transfudisse aut in-
spirasse de suo (directè contra Tertull. paradoxon) nullo
modo sentit, nec si sentiat, quando, aut quomodo id fiat,
animo comprehendit. Ex quo apparet, non à parentibus
dari animas, sed ab vno eodemque patre omnium Deo,
qui legem rationemque nascendi tenet solus, siquidem so-
lus efficit.*

354. Denique ut adhuc verecundia magis peri-
cliter quam probatione.] *De hac phrasi vide supra li.
aduer. Hermogen. cap. 21. num. 74. Vtitur eadem etiam
infra cap. 30.*

355. ex adflatu Dei Anima.] *Sicuti veritas nun-
quam superari potest, sibi ipsi contradicit Auctor supra
cap. 3. ac 11. dum ex adflatu Dei animam probat; quip-
pe quum ibi adflatum Dei spiritum interpretetur, hic
verò non aliud absurdissimum profectò quam vaporem
spiritus. Atqui de voce effruticare, Auctori etiam
usitata, vide supra li. aduers. Valentin. Et adiciamus ite-
rum vocem agitur, legentes cum Gagneo: tota hæc Ani-
marum redundancia igitur.*

356. Et præsent piscibus maris.] *Pluraliter veritas
præsent, ex Græco apud 70. ἀπὸ τῶν ὀσίων; quum He-
brai singulari id legant numero, & etiam B. Augustin.
si modo emendati sint codices, lib. 1. de Gen. contra Ma-
nich. cap. 17. & 18. Verum prorsus id est ad rem quæ hic
tractatur, impertinens.*

357. Quis ille nunc vetus sermo, &c.] *Veterem
titulum retinimus huius capitis: Adversus Platonem,
non ex mortuis fieri viuos. Locus Platonis in Phædone
est iste: Vetus equidem sermo quispian hic est, quod hinc
abeuntes illic sint: & rursus huc redeunt, & ex
mortuis fiunt viuentes.*

358. Pythagoricus, ut voluit, quidam diuinus,
&c.] *Interpretatur Auctor cuiusnam fuerit ille ve-
tus sermo, dicens secundum quosdam Pythagoricum
putari, de quo mox latius, at sua sententia Albino, de quo
latius infra cap. 29. num. 371. adtribendum, aut Mer-
curio Ægyptio. Addens: forsit, quod non nisi obscu-
re tale quid indicet; quum Pimandri cap. 13. dicat Ani-
mas males in alia corpora, sed humana transire. Id enim
est ex mortuis viuos fieri. Loquor de Herm. Trismegis-
to, quem Mercurium Ægyptium non semel vocari ab
G G iij*

Auctore supra adnotauimus, cap. 2. num. 23. ubi habet quod huc etiam facit: vt Mercurium Ægyptium, cui Plato adfuevit, qui etiam infra citatur cap. 33. num. 404.

359. Multo antiquior Moyses etiam Saturno, nongentis circiter annis.] Siquis consideret quod habet Tertullianus Tomo 1. Apologet. cap. 19. non mirabitur quod hic Mosen Saturno 900. circiter annis antiquiorem dicat (ibi enim habet: Mosen mille circiter annis cladem Priami antecessisse.) Nam (vix iam olim respondi ad Epistolam hac de re Francisci Balduini l. c.) Eusebio, Beda, ac Hermanno Contracto testibus, non nisi 150. annis ante Æneam in Italiam aduentum Saturnus regnasse legitur. Si itaque mille annis cladem Priami antecessit Moyses, Saturno profecto antiquior est 900. circiter annis. Scio quidem alios in alia esse sententia, verum à Iosepho hac sumpsisse nostrum Auctorem, ut supra adnotauimus num. 280. disti. Apologetici.

360. Si verò Samius Sophista, &c.] Quis iste, Auctor indicat mox subiiciens. Certè ille Pythagoras, ut potè qui Samius fuisse educatione & studio scribatur à Suida, est Tyrrenus natiuitate. Atqui descensum eius ad inferos etiam Suidas credidit, quum (vt verbis Auctoris vtar) narret eum inferi vidisse, quæ de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse; Hesioidi nempe animam aeneæ columenæ alligatam stridentem, Homeri verò de arbore pendentem serpentibus circumdatam, propter ea (scilicet) quæ de Diis dixissent. Mendacij etiam & vanitatis, quodque semper vanas fabulas tamquam infantibus credulas sinxerit, notat Pythagoram Lactant. libro 3. cap. 18. & lib. 7. cap. 23. Verum Auctori nostro peculiare est, quod Mortem simularit, subterraneo latitarit, septenni illic se patientia damnans, vnica matre conscia, & ubi satis visus est corpulentiam interpolasse (hoc est corpori. præ macilentia horrorem quandam conciliasse) de adytis fallaciæ emeruisse, vt ab inferis redditum.

361. quomodo mihi persuadebit Æthalidem.] Omnino sic lego ex restitutione Pauli Leopardi, Emendat. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat corruptissimè: Ephalidem, & similiter aded etiam infra cap. 31. Æthalides autem, pro: Ephalides. Nam Pythagoras se dicens ex mortuis viuum, & ex inferis redemptum, vt μετεμύχασιν (de qua cap. 31. latius) statueret, iuxta Laërtium & Interpretem Apollonij, Æthalidem, non Ephalidem, Mercurij filium, primum se fuisse adseribat; qui & præo fuit Argonautarum, Apollonio teste.

362. & Euphorbum.] Vt se ex Æthalide in Euphorbum transmutatum persuaderet (iuxta quod etiam Suida & Philostratus scribunt) Vt mox sequitur: clypeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognouit, & suum dixit, & de signis vulgo ignotis probauit. De quo etiam sic Lactant. libro 3. cap. 18. Nisi forte credamus inepto illi seni, qui se in priori vita Euphorbum fuisse mentius est. Hic credo, quod ignobili genere natus, familiam sibi ex Homeri carmine adaptauerit; quippè qui Euphorbum à Menelao occisum scribat Iliad. 10. Verum id hic verbis refutat Auctor infra cap. 31. Atquin scio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum militarem & bellicam Animam satis constat, vel de ipsa gloria

clypeorum consecratorum; Pythagoram verò tam residem & imbellem, vt prælia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem, Geometriæ & Astrologiæ & Musicæ deuotus, alienus studio & adfectu Euphorbi. Constat etiam hic eundem paulopost: Denique (inquit) qui se Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Troianorum commilitonum æquè recognouit? Nam & illiam reuixissent, si viui ex mortuis fierent. Meminit iterum his verbis cap. 34. Sicutin Pythagora Euphorbus, & rursum lib. de Resurrect. carn. cap. 1. num. 7. vt Euphorbus in Pythagoram, pauus in Homerum; Vbi de his latius ex Rhenano.

363. & Pyrrhum piscatorem.] Istud etiam sic infra cap. 31. refellit: Sed & Pyrrhus ille fallendis piscibus agebat: Pythagoras contra nec ededis, vt animalibus abstinentes. Delium autem illum piscatorem fuisse scribit Laërtius.

364. & Hermotimum.] Rursum hanc castigatione Leopardi acceptam debeo, vt supra cap. 2. Vt hic legitur: Hermotimum, pro eo quod legebatur mendosiss. Hermippum. Atque aded etiam infra legendum c. 31. Æthalides autem & Hermotimus fabam quoque in pabulis cõmunibus intruerat; Pythagoras verò ne per fabalia quidem transeundum tradidit. Comprobat autem id ipsum Leopardus non modo ex Laërtio & Luciano, qui Dialogum titulo Hermotimi inscripsit, sed ipsius Tertull. infra cap. 4. Vbi de eo latius.

365. Respice ad Hypogeum, &c.] Ὑπόγειον subterraneum significat: atque aded videtur accipere Hypogeum pro sepulcro, ac si dicat: si idem sepulchrum capax sit corpori Pythagoræ, quod olim fuit Euphorbi, credendum esse, quod idem fuerit Pythagoras, qui iam dudum Euphorbus.

366. Scimus etiam Magos elicere explorandis occultis.] Propterea Magorum meminisse hic videtur, quod Plin. teste lib. 30. cap. 1. Pythagoras, Empedocles, Democritus ac Plato, ad Magiam addiscendam nauigauerint, reuersi prædicauerint, ac in arcana habuerint. Atqui de Magia infra latius cap. 56. & 57.

367. per catabolicos.] Sic cum Gagneo iterum lego, pro eo quod Gelenius subiunxerat: procatabolicos, in hoc secutus Turnebum Aduers. lib. 26. cap. 21. ubi ab eo citatur ex Fulgentio Campespe Magus in Catabolicis, & additur: catabolicos spiritus infames dici, infausisq;ue genios, qui cum in quo sunt sapius prosternunt, deiciuntque per furorem. Quod verò, si sic dicantur tamquam calumniatores; quum χεῖραβολῶν à Tamblichio inter versus Cleobuli pro calumnia usurpetur?

368. & Paredros.] Paredros spiritus ab assidendo dici ibidem Turnebus adnotat; eosque dici, qui perpetuo alicui assident, & familiares sunt.

369. & Pythonicos spiritus.] Pythonis, seu Pythonici spiritus mali, frequentiss. est in scripturis mentio, Deuter. 18. Leuit. 20. 4. Reg. 21. 1. Paral. 10. Esai. 8. & Act. 16. Hoc interim notandum, quod Interpretes noster Latinus, Mulier Pythonem habens vertit. Reg. 29. quod Græcè est: ἑγχαρσπιμβος γυνή: ac si dicat, in ventre demonem habens, qui per os eius diuinare solet. Et rectè; nam etiam Plutarichus alicubi adnotauit πύθωνα suo tempore vocatum, quem olim ἑγχαρσπιμβον dicebant. Atqui de Pherecyde Pythagoræ magistro vide supra cap. 2. num. 28.

C A P.

C A P. XXIX.

370. Mortuos quidem ex viuis effici constat, &c.] Titulum huius capiti, maioris elucidationis gratia, à priori disincto, damus: Ad argumenta Platonis responsio. Atqui refellit imprimis argumentum illud Platonis: Mortuos ex viuis effici, ergo & ex mortuis viuos; quod ille in Phadone probare nititur ex regula illa Philosophica: contrarium ex contrario fieri. Verum etiam eam impugnat exemplis manifestis Auctor. Sunt autem voces Tertullianicæ: alternant, visualitatis, obtrudi.

371. Hæc & Albinus Platoni suo veritus, &c.] Mira est hæc phrasis, veritus cum Datio, Ciceroni tamen visitata, quum 4. Academ dixit: Vos autè mihi Teremini. Atqui Albinus, cuius etiam meminit cap. præced. Platonis magistri sui, ut loquitur Auctor, scripta interpretatus; scripsit Ilogocicum Dogmatum Platonis, & alterum librum de Ordine librorum eiusdem; qui Græcè existant Roma in Patricano, & Venetiis ad S. Antonium.

C A P. XXX.

372. Quid autem ad cetera respõdebimus, &c.] Caput hoc, quum sit eiusdem argumenti cum precedenti, nouo titulo opus non habet; attamen hunc addimus: Quod alioqui semper vnum fuisse oporteat hominum numerum. Cuius tamen contrarium multum argumentis probat Auctor.

373. dum aborigines, vel vagi, vel extortes, vel gloriosi quique occupant terras, &c.] Aborigines vocari, qui primi in quaque regione sunt orti, notum est; de reliquis, similiter Auctor supra Tom. 1. li. de Pallio, cap. 2. Tranfluolauere redundantium gentium examina; Scythæ exuberant in Persas (pro quo hic Parthicas; nam eosdem esse ibi diximus n. 34.) Phœnices in Africanam eructant; Romano Phryges pariunt: Sic & Hercules posteritas (Menidæ nempe) qui Temeno pariter. Peloponnesum occupado producunt. Sic & Iones Nilei comites (quos rectè hic Athenienses vocat) Asiam nouis vrbibus instruunt. De quibus omnibus ibi latius num. 34. 35. 38. & 39.

374. quas μετεμύχασιν appellant.] Sine μετεμύχασιν legas cum vulgatis excusis, siue ὀκτομύχασιν cum Gagneo in margine, perinde est: nam vtraque vox pro migrationibus, seu colonis, clasticis Auctoribus visitata est. Atqui facit etiam huc illud dict. li. de Pall. vt inde velut ex furculis & propaginibus populi de populis, vrbes de vrribus, per vbique orbis pangerentur.

375. Reuera lucis, & fames, & bella, & voragine ciuitatum, &c. tamquam tonsura insolescentis generis humani.] Simili phrasi vbi supra dixit: Denique si quid mare diluit, cœlum texit, terra subduxit, gladius detondit. Vbi voragine ciuitatum & insularum multas recenset Auctor, quem admodum etiam Apolog. cap. 40.

376. post mille annos.] Alludit ad mille annorum iter, quod Plato recenset post hanc vitam, Dialogo 10. de Repub. & in Phadone; quos quum hic tamquam fabulas refutat Auctor, mirum est quomodo postea in Millenariorum paradoxon incidit, de quo inter Prolegomena latius. Atqui sunt hic voces rursum & phrasis Tertullianicæ, supparetur, erogatum, absumi periclitetur, pariasset, & commeatus; de quibus alibi superius latius. Hic dumtaxat adiciam locos similes lib. adu. Praxæan: in isto commeatu, & lib. adu. Gnosticos: nec per hunc commeatu vitam; nouè etiam di-

xit: miliatio tempoti, pro mille annorum, sicut etiam cap. sequ. miliarij æui,

C A P. XXXI.

377. Iam verò si ex mortuis viui, &c.] Idem etiam hoc capite constitatur Platonis paradoxon, hoc argumento: Quod alioqui oporteret singulas Animas in singula corpora reuerti, eadem ætate, in eadem corporis aut ingeniorum proprietate. Cuius tamè contrarium ipse Pythagoras in se cominuit, per μετεμύχασιν tot variorum ingeniorum.

378. Porro si binæ & trinæ & quinz vsque vno vtero resumentur, &c.] Vel hinc patet supra nos rectè emendasse cap. 6. num. 90. sed bina & trina, vbi etiam quinionis filiorum meminit, num. 91.

379. Et hoc autem modo primordij forma fingatur, &c.] Gagneus in prima aditione: singularis; quæ fortassis vox retineri posset, quum similiter supra alicubi dixerit: singularis motus; ac si velit dicere, singularis id est, vna, monstratur. Est autem paulopost locus corruptus, cui sine MS. cod. mederi non licuit: Sed etsi eadem semper reuoluerentur, licet non corporum quoque formas eadem, licet non flatorum (quid hic quæso: flatorum, nisi forte accipiatur pro flatibus, id est, animarum?) tamen quoque, fortes calam (neque hic quid sibi velit intelligo, nisi forte casuum legendum sit, sed nec hoc satisfacit) vel ingeniorum & studiorum, & adiectionum (forte: actionum) pristinas proprietates secum referre deberent. Lego autem mox: qua ignorata & ibi reuertuntur, pro: quia.

380. Pythagoras contra nec edendis vt animalibus abstinet.] Cur ab animalibus abstineret Pythagoras, alibi causam reddit Auctor supra Tom. 1. Apol. cap. 48. ne fortè bubulam quis de aliquo proauo suo obsonet. Huc pertinet etiam illud B. Hieronymi lib. 2. aduers. Iouinian. Et probabo, non Empedocles & Pythagoras nos dogma sectari, qui propter μετεμύχασιν, omne quod mouetur & viuunt, edendum non putant. Quod Lactant. lib. 3. cap. 19. mitius interpretatus, dicit hanc animarum in corpora transmigrationem ab eo inueniam, vt videret homines animalibus vesci. Ex quo proinde constat à Pythagora non solum introductam μετεμύχασιν, de qua mox, sed etiam μετεμύχασιν, de qua cap. sequ. latius. Porro etiam hic castigauimus: Æthalides, pro: Ephalides, ut supra num. 361. & Hermotimus, pro: Hermippus, sicut supra n. 364.

381. Fabam quoque in pabulis communibus intruerat.] Causa reddit Suidas, cur fabis non vteretur Pythagoras, quod flatuose sint, & facultatis animalis maxime participes; quæ certè aliis verisimilior est, quas reddunt alijs, rationibus. Addit præterea Auctor: quod ne per fabalia quidè transeundum discipulis suis tradidit. Quod vsque aded verum esse adstruit Suidas, vt quum incensa domo persequerentur eum sui hostes, vbi ad agrum fabis plenum venisset, quiescens iugulatus sit.

382. & μετεμύχασιν.] Castigari haud dubiè debet μετεμύχασιν, quum præter Græcam etymologiam, etiam infra semel cap. 34. & cap. 35. ter legatur: Μετεμψυχosis, voce Græca in Latinam translata coloniam. Vbi pulchrè Auctor: Sed enim Metempsychosis illorum reuocatio est Animæ iam pridem morte functæ, & in aliud corpus iteratæ. B. Augustinus vnica voce: transmigrationem dicere maluit. Impugnatur autem hæc absurditas vel à Plutarcho lib. 2. de esu carn. quare nihil mirum si & ab Auctore, & ab alijs Patribus: nec per hunc commeatu vitam; nouè etiam di-

GG iij

lib. 3. cap. 18. ac 19. & lib. 7. cap. 23. Gregor. Nyssen. lib. de Homine, Philos. lib. 2. cap. 8. & lib. de An. ac resurr. Hieron. epist. 59. ad Avitum. August. de Civit. Dei, lib. 10. cap. 30. Epiphani. advers. Manich. her. 66. & Chrysof. hom. quadam in 12. cap. 10. Item a Tatiano advers. Gentes, Origen. lib. contra Celsum, Ambros. lib. contra Platonem, citato ab August. lib. 2. contra Julian. & Cyrill. contra Julian. lib. 7.

383. quasi non & Scythæ & Indi philosophetur. De Scythis ita supra Tomo 1. lib. de Pallio, cap. 5. An aliter mutavit Anacharsis, quum regno Scythiæ philosophiam prævertit? Vbi vide Adnot. nostrarum num. 65. De Indorum verò Gymnosophistis infra lib. 1. adu. Marc. Celebrem autem sacundia fuisse significat mox Auctor & Platonem, & Nestorem.

C A P. XXXII.

384. Sed enim Empedocles, &c.] Capiti huius titulum veterem retinimus, omisa Metempsychosi, de qua hic non tractat. Adversus Pythagoræ & Empedoclis opiniones de Metempsychosi. Quam rectè Pythagoræ etiã adscribi ab Auctore, præterquam quod mox adnotari num. 380. manifestum sit supra Tomo 1. Apolog. cap. 48. vbi dicit: Age iam, siqui Philosophus admitteret, ut ait Laberius, de leventia Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere. Sic etiam Aristoteles lib. 1. de Anim. cap. 3. sub finem fabulas Pythagoricas vocat, ut dicatur quævis anima sine ulla discrimine quodvis corpus ingredi. Nec absimiliter B. Hieron. locis modò citatis, & ipse Diogenes Laertius. Vnde & eundem errorem desumpsit Plato, tum in Phaedro, tum lib. vi. de Republ. quare rectè etiam illi adscribitur à B. Gregor. Nysseno, lib. 2. Philos. cap. 7. In quibus dissensisse addit cap. sequi Iamblicum, & B. August. Porphyrium; quippe qui non nisi homines ex hominibus fieri voluerint. Adversus istam scripsisse censentur iude Patres, qui supra, & insuper B. Justinus Martyr lib. adu. Tryphonem.

385. quia se Deum delirarat, &c.] Huc pertinet illud Suida in Pythagoram & Empedoclem: Empedoclem quoque Agrigentinum, hanc complexum fuisse iradunt sapientiam (aut potius insipientiam.) Nam illud: Valere, ego verò sum Deus immortalis, non iam mortalis; & iam aliquando fui puella & puer, & bis Olympia è bellariis immolatus: eius sunt qui Pythagoram disciplinam probet. Quinetiam Clem. Alexandr. Strom. lib. 3. eiusdem farinae versus Empedoclis citat.

Mortua nam ex viuis fecit, mutansque vicissim. 386. thamnus & piscis fui, inquit, &c.] Vox thamnus in Latinam hic ab Auctore transfertur coloniam, ex Græca θάμνος, quæ fructum significat. Atque adeò ad Empedoclem rectè refert Scholiastes illud B. Gregor. Nyssen. lib. de An. & resurr. Alij verò etiam ad fructus huiusmodi deliramentum extendunt, ut etiam arborem, ac ligneam Animæ vitam convenientem atque accommodatam esse putent. Addit B. Hieron. epist. ad Avitum non solum quadrupedum, sed & piscium corpora esse immenda.

387. cur non magis & pepo tam infusus.] Similiter infra lib. 4. adu. Marcion. & non magis pepo, quem cordis loco Marcion habuit: vbi de hoc latius, sicuti de chameleonte supra Tomo 1. lib. de Pallio, cap. 3. num. 49. & de Empedocle in Æthnam præcipitato, ibidem cap. 4. num. 83. ac hoc ipso lib. cap. 3. num. 50. atque de proverbiale formula: æstiva cœna post assum, in Prolegomenis nostris.

388. Viderint thamni licebit, & lapathi.] Sic ex coniectura Latini, pro: lapri, ut videat Auctor Empedoclis stultitiam hinc nominibus, qui eiusmodi fructicè credi se maluerit olim fuisse, quam vel animal, vel plantam aliquam nobiliorem. Thamnus enim non modò fructum in genere, sed rubum vilissimum significat succulaceum, qui vestimentiis heret; sicuti etiam handdubie lapathus omnibus plus satis notus.

389. etiam si secundum Philosophos ex elementariis substantiis censeretur, &c.] De his Philosophorum sententiis vide supra num. 64. usque ad 70. & 117. 118. 119. ac 120. Constat autem imprimis hanc opinionem ex contrariis corporibus, in qua animas transmigrare volunt.

390. Igni quidem ea quæ riget: colubros, stelliones, salamandras.] Rectè id Auctor; quia Jsidoro teste lib. 12. Etymol. cap. 4. omnes serpentes natura frigidi sunt. Inter serpentum autem genera enumerat ipse ibidem colubros, stelliones, salamandras, quorum salamandra, etiam Plinio consentiens lib. 10. cap. 67. contactu ignem extinguunt, & proinde rectè igni contraria hic dicuntur. Chameleontem autem, cum locustis & papiliunculis, siccitatis gaudere, vel versus Pacuvianus indicat, qui terrigenam vocat, & quod mirum est ab Auctore non adnotatum, etiam sanguine cassam.

391. Item contraria sanguini, &c.] Insecta omnia sanguine carere, & pisces plerisque, etiam Plinius statuit lib. 11. cap. 3. Atqui phrasîs est Tertullianica: maiorem piscium centum, sicuti & paulopost: & centum eis de sua translatione conferre.

392. Spiritui verò contraria, &c.] De his supra cap. 10. num. 127. 128. 129.

393. Item aëri contraria, &c.] Sub terra & sub aqua viventium, res (inquit Auctor) magis quam nomina noueris. Si enim lego cum Gagneo, pro eo quod Gelenius substituit: nouerim. Neque enim aliqua eiusmodi Plinius nominat.

394. Item contraria lumini, &c. ut talpas, vesperuginem noctuas.] Vesperuginem vocat, quem Plinius non semel vesperilionem.

395. Ceterum si & atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, &c.] De opinione Epicuri constituentis animam ex Atomis, vide supra num. 71. Numeros Pythagoræ rectè adtribuit. Nam, vbi scribit Nyssen. lib. Philos. 2. c. 1. Pythagoras Animam definiuit, seipsum mouentem numerum; contra quam opinionem ibidem latè disputat cap. 4. Etinc & Iren. lib. 1. cap. 1. & Auctor supra lib. adu. Valent. c. 7. & 8. Terradem illam Valentinianorum Æonum, Pythagoricam vocat. Atqui de Idæis Platonis vide supra num. 238.

396. & Entelechias Aristotelis.] De Entelechia Aristotelis supra aliquid adigimus num. 62. & 72. De eadem sic Nyssen. dicti lib. cap. 1. Aristoteles primam corporis organici naturalis potestatem vitam habentis, ἐντελέχειαν dixit: quam etiam latius impugnat cap. 4. Locus ad quem alludit, habetur lib. 2. de Anima, cap. 2. in fine: Animam igitur ἐντελέχειαν quandam esse, ex hisce quæ diximus innotescit. Quam vocem Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. continuatam & perennem motionem vertit, plerique, perfectionem. Etiam Epiphani. interpres in Compend. fid. cath. vitumque verò Lanqu in Apol. 1. Iust. Mart. Vnde magna est orta controversia inter doctos, an ἐντελέχειαν scripserit Aristoteles, quæ perfectionem proprie sonat, an verò ἐνδράχειαν, quæ vox magis perennem

rennem motionem significat. Primum autem legatur, & apud Aristotelem, & apud Ciceronem, perinde esse, iam dudum adnotauit Beroaldus, cui & ego consentio; maxime quum perennitas, quod ἐνδράχειαν significat, non sit aliud, quam quædam perfectio; & Virumque vocabulum aequè nouum sit, ab Aristotele recens compositum, utraque etiam interpretatio cum sententiâ Aristotelis constet. Porro sunt etiam hic phrasæ Vocesque Tertullianicæ: respui haberet, substantiui status, & diuersitatem committit, de quibus omnibus alicubi supra.

397. Quomodo igitur illa Anima, &c.] Pulcherrime absurditatem huius paradoxii Auctor prosequitur ex diuersitate ciborum; si dicatur homo mutari in aquilam, anguillam, capram, coturnicem, vltum, aut leonem, quantum apparet, nominatim adludens ad locum Platonis lib. vi. de Republ. Vbi dicit, & amemnonis Animam elegisse aquilam, Atiacis verò leonem cooptasse.

398. Ipsius Animæ humanæ quisquis modus, &c.] Ter tido constat huius errorem ex absurditate de mensura corporum diuersa in amplioribus, & longè minoribus corporibus: si dicamus hominem transmutari in elephantum, aut in culicem. Huc pertinet illud Iustini Martyris li. Quæst. respons. cap. 20. vbi ridens; Adeò (inquit) ut qui olim Athenis aduenit Plato, postea formica pertulerit laborem.

399. Numquid ergo demutabitur, &c.] Quarta rationem addit: quod nec demutari possit anima, ne non sit ipsa; nec permanere in statu, quia contraria non capit.

400. μετασώματ' ὄντος.] Græcam vocem hic retinuit, quæ initio huius capituli, tamquam Latina esset, Metempsychosis ponitur: quæ quum corporum transmigratiōnem significet, ipse hic verbis eam ibidem circumscript: præsumptionem, bestias ex hominibus, & homines ex bestiis, reuoluentem.

401. Nam et si quidam homines bestiis adæquantur, &c.] Etiam quidam adfert rationem, quod et si adæquerentur bestis homines, per quam similitudinem fuerunt Philosophi quæ Pythagoram excusarent, non tamen propterea ex rapacibus miluos fieri; & sic de ceteris, vix censet Plato. Aliud enim esse substantiam, aliud naturam substantiæ.

402. Ad similitudinem est (inquit) homo irrationalibus iumentis.] Prorsus lego: Ad similitudinem, nam Græcè est ἰσαλ. 48. ἰσομοίωσι. Noster autem Interpres ad verbum potius transtulit, insipientibus, quum Auctor: irrationalibus; nam Græcè est τοῖς ἀνοήτοις. Atqui rursum vox est Tertullianica: patiære. C A P. XXXIII.

403. Etiam quum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, &c.] Huius capituli, a precedenti separato ob prolixitatem, hanc inscriptionem damus: Quod frustra iudicij nomine vindicetur hoc dogma. Adludit autem omnino hic ad Platonem, qui in Phædone & alibi non semel, ob merita bona vel mala adfirmat de mundi animas in corpora fæda aut proba. Quem admodum etiam Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. in hæc verba: Animam enim quæ est diuina, in hunc mundum deducunt tamquam in locum supplicij. Oportet autem animas in corpore immixtas expiari, ex eorum sententiâ B. Hieronymus etiam epist. ad Avitum, similem Origenis sententiâ ex Platone desumptam dicit. Quam latius 23. argumētis impugnat B. Cyrill. Alexandr. lib. 1. Comment. in illud Ioann. 1. Illuminat omnes homines venientes in hunc mun-

dum; quod ille ad dictam suam sententiã detorquebat. Rursum autem voces Tertullianicæ: occisoris; famulatiois; dispungentur; & verterit, ac vertit, absoluit.

404. quod & Mercurius Ægyptius nouit, dicens, &c.] Videtur alludere ad hæc verba, Asclepij Dial. 10. Hermis Trismegisti: Quum fuerit Anima à corpore facta discessio, tunc arbitrium ex amene meriti eius transiet in summi demonis potestatem; isque eam, quum piam iustamque præuiderit in sui competentibus locis manere permittet. Sin autem delictorum illam maculis vitijque oblitã viderit, de super ad ima deturbat, &c. Vt in hoc oblitã anima eternitas, quod sit immortalis sententiã eterno iudicio subiungata. Atqui iterum legimus cum Gagneo: volo iudicij vtique diuini iustitiã, &c. recensere; pro eo quod substitutum fuit: recense.

405. quod condimentis Apicianis.] Intelligit pecus macello destinatum, in quod illi homicidam transmutari volunt. Atqui de hisce vide supra Adnot. nostras Tomo 1. lib. de Pallio, cap. 5. de Apicio, num. 110. de mensis Ciceronianis, num. 101. & de lancibus Syllanis, num. 102.

406. Namque illa sicarium, &c.] Varia exprimit sicariorum supplicia, quibus vsuntur aduersus eos humana iudicia; quippe quæ eos damnant ad feras, vltimum gladium, ignem, patibula, viuicomburia (eis rursus vocem Tertullianicam) culleos, vncos, scopulos; & insuper sepultura puniunt, id est: priuant. Sine autem legas: Perinde qui, cum vulgatis; siue cum Gagneo: Proinde, non refert.

407. Pauum se meminerat Homerus Ennio somniante.] Quum non essent Ennij poemata, fides sit penes Auctorem. Reperit id ipsum cap. sequi. his verbis: quo perinde in pauone tunderetur Homerus; & rursus infra li. de Resurr. car. cap. 1. Homerus in pauu. Vbi vide Adnotationes nostras, num. 7. Sapientissimus autem ab illo celebratum Homerum testis est Suida.

408. quod animal indues viro iusto Deioce, &c.] Ita hunc locum castigauimus, ex Pauli Leopardi emendat. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat: De loco, qui citat in hanc rem Herodotum li. 1. De Didone autè vide supra Tomo 1. Apolog. cap. 3. num. 622. Rursum autem reperitur hic dispanctio vitæ, pro morte, sicuti etiam lib. de Testim. Animæ, cap. 4. Atqui lego paulopost: 6 iudicia, &c. mendiciora, pro: mendaciora; ex castigatione Ioann. Harrisij Angli, tum quod sensus totius loci antecedentis id exigat, tum quod eadem voce aduerbialiter vtriusque supra Tomo 1. li. de Pall. cap. 5. credo ne mendicius patre cenasset.

409. Deus itaque iudicabit pleniùs, &c.] Similis prorsus locus est supra Apolog. cap. 48. De reuerfione autem animarum in sua corpora, latè tractatur lib. de Resurr. carnis.

C A P. XXXIII.

410. Nulla quidem ad hodiernum, &c.] Titulum huius capituli sic adauximus: Aduersus opinionem similem Simonis hæretici de sua Helena. De cuius reliquiis hæresibus vide supra lib. de Præscrip. adu. her. c. 46. her. 1. num. 301.

411. Nam & Simon Samarites, &c.] Ad verbum ferè hæc omnia desumpta sunt ex B. Iren. lib. 1. c. 20. quod Lectorem remitto, prolixitatis vitandæ gratiã; exceptis iis quæ ad explicationem huius loci faciunt.

412. Helenen quandam Tytiam, &c.] Tum hic, tum c. sequi Helenen, siue Helenam retinimus; tum quod Simon ille magis hanc eandem fuisse diceret Hele-

nam Troianam illam; tum quod etiam sic appelletur à B. Iustino Martyre Apolog. 2. & post eum ab Euf. Græco hist. Eccl. lib. 2. cap. 12. Iren. 13. B. Hieron. epist. ad Ctesiphontem advers. Pelag. Epiph. her. 21. non semel, Theodor. heret. fabul. lib. 1. & Damasc. lib. de heres. Apud Iren. variant codices, quamquam plures Selenen legat, quomodo etià B. August. li. de heres. Rufinus versione sua Eusebii, Cyrillus alibi, & ante omnes hos Clemens Papa in Recognitioni vbi à Luna, quæ Græcè σελήνη dicitur, appellatam dicit. Verisimile itaque est, utroque nomine appellatam.

413. illam verò iniectionem suam primam, &c.] Clarus B. Justin. Martyr. primam quandam mentem seu intelligentiam, Irenæi conceptionem matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere & archangelos. Sicni vicissim illud: huius eam propositi compotem; &c. facit ad Iren. intellectum. Ex illo autem, omissa negandi particula: non; lego: Ab his perinde animo retentam; vbi animo, dixit Auctor, quod ille: per invidiam.

414. exitiosiff. Priamo & Stesichori postea oculis, &c.] De Helena Troiani belli face Priamo exitiosiff. scribunt historici omnes. Stesichori fabulâ verò (quam etiam ex Iren. desumpsit Auctor) adiungunt (vbi ante me adnotavit Fev. ardentius) Horat. Ode 17. Lucian. li. Ver. hist. & Philostratus li. 6. de vita Apollon. Atqui illud quod paulo prius Iren. habet, & hic Auctor: in Samaria verò partem gesserit; ad id pertinet, quod, quum in Iudæa quasi filius apparuisset, (vtpote se eundem cum filio Dei faciens) in Samaria se summum patrem dixerit. Reliqua de mille navibus ante Troiam, Menelao Helenam repetente, de decennij prælio; omnibus nota sunt.

C A P. XXXV.

415. Sed non tibi foli Metempsychosis, &c.] Etiam hic ad titulum veterem huius capituli: Aduersus Carpocratis hæresin; adiecit: de Animarum re- corporatione. Est autem etiam hic ad verbum imitatus Irenæum lib. 1. cap. 24. & virumque postea Epiph. her. 27. Atqui de reliquis eius erroribus vide supra li. de Prescript. advers. heret. cap. 48. her. 9. num. 311. & apud dictos Auctores ac Euseb. nefanda eorum sacrificia.

416. pariter Magus.] Pro verbo dixit quod latius Iren. de Carpocrate & eius discipulis, ac post eum Euseb. hist. Eccl. lib. 4. cap. 7. & Epiph. Artes enim (inquit) magicæ operantur ipsi & incantationes, philtro quoque χαροτήσια (id est, amatoria, vti Interpretes Eusebii vertunt) & paredros (sue assessores) & ontropompos (id est, somnia emittentes) & reliquas malignationes, seu, sicuti interpretes Epiphani, præstigias: Quod hic adiecit: magis ad maiorem Irenæi intellectum.

417. pariter fornicarius, &c.] Hoc addit Auctor: quoniam, iuxta Irenæum, Marcellina quæ Romam sub Aniceto venit, quum esset huius doctrinæ, multos exterminavit. Quod ipsum repetit Epiphanius addens, eos in luxu, deperere, & omnia ad corporis voluptatem operari solere; usque adeo ut Euseb. istius potissimum discipulis Gnosticus imputet suspitionem illam, quam de Christianis omnibus ipsorum causa conceperant ethnici, de stupris promissivis, & execrando infanticidio; à quibus criminibus latiss. supra in Apologetico sese defendit Tertullianus. Sunt autem hic etiam voces Tertullianicæ: rato fieri, expunctis, vitæ huius commeatu.

418. donec exsoluat novissimū quadrantē, &c.] Carpocratianos hac scriptura Matth. 5. abusus etiam Iren. & Epiph. scribunt. Cuius posterioris Interpretes, signifi-

cantius reddidit vocem Græcam ἀποδοῦς, exsoluere, quam alij: reddere; quomodo etiam non hic modo, sed etià supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 7. Tertullian. Cyprianus ac B. Hieronymus locis infra citatis num. 424. Vbi de hoc paulo latius.

419. Nam & ethnicus homo, &c.] Hanc primam interpretationem de aduersario, cuius ibidem fit mentio, ethnico homine, longè aliam quam Carpocratis, habet etiam Auctor supra lib. de Orat.

420. orate pro maledicentibus vos.] Sive Matth. 5. sive Luc. 6. hanc scripturam inspiciamus, hic etiam pro suo more non diligenter animaduertit ad verba ipsa, quia legitur utrobique, orate pro calumniantibus vos, & apud Luc. additur: benedicite maledicentibus vos; quod ipsum etiam supra citauit Tom. 2. lib. de Spect. cap. 16. ac lib. de Patientia, cap. 6. legens ibidem quod habet partim etiam Matthæus: orate pro persecutoribus vestris.

421. Tum si in niabolum transfertur aduersarij mentio, &c.] Ad verbum ferè hunc locum transcripsit B. Hieron. epist. ad Demetriad. de virgin. seruanda: Quia (inquit) secundo post baptismum gradu, iniusti pactum cum aduersario tuo, dicens ei: Renuntio tibi diabole & sæculo tuo, & pompæ eius, & operibus tuis; serua sædus quod pepigisti, & esto consentiens, pactumque custodiens (pro quo Auctor: hæc crit amicitia, obseruatio sponsonis; sic enim lego cum Gagneo, pro: obseruatione) cum aduersario tuo, dum es in via huius sæculi, ne forte tradat te iudici, & te de suo aliquid vtrpasse conuincat, tradarisque ministro, qui & ipse est inimicus & vindex, & mittaris in carcerem & in tenebras exteriores, & nō inde exeat, nisi soluas novissimum quadrantem, id est, minimum quodque delictum, quia & pro otioso verbo rationem reddituri sumus in die iudicij. Quorum vterque rectè interpretatur illud: Esto consentiens, pactum custodi cum illo iniust. Atqui facit hic locus contra eos, qui nullas volunt in baptismo admittere renuntiationis ceremonias; de quarum antiquitate vide Adnotat. nostras in dictum lib. de Orat. supra num. 1.

422. sicuti cum legimus sanctorum criminatorem.] Locus ad quem adludit, videtur ille Apoc. 12. Hic est accusator, κατηγόρος, fratrum nostrorum; pro quo paraphrasticos: sanctorum criminatorem vertit, quia & fratres & sancti Christiani dicuntur. De fratribus id supra ostensum est Tom. 1. Apolog. cap. 39. De sanctis patet ex Apostolo Paulo, 1. Cor. 14. Ephes. 1. 3. 4. & 1. Thess. 3.

423. & de ipso etiam nomine diaboli delatore.] Similiter infra lib. 5. aduers. Marc. Ipsum diaboli nomen quero, ex qua delatura competat creatori; fortassis detulit aliquam Dei superioris intentionem. Et rectè δὲ ὁ βολός enim Græcè delatorem, accusatorem, calumniatorem significat.

424. nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.] Si modicum quodque delictum mora resurrectionis expendatur, id est, exsoluatur (quod ipsum repetitur. infra cap. 76.) certè facit hæc interpretatio pro purgatione animarum post hanc vitam, à modicis quibusvisque delictis, atque adeo etiam pro Purgatorio; cui similes sunt loci apud B. Cyprian. epist. 52. ad Antonian. & lib. de laude Mari. ac apertius lib. Testim. 3. cap. 57. dum fidelem emendari & referuari; ex hac ipsa scriptura probat, ac Psal. 88. ac 116. & Malach. 3. Locos etiam expressos B. Hieron. & Ambrosij in hac sententiam

sentiam adnotauimus, ad dictam epist. 52. n. 59. Vbi etiam late de igne purgante tractauimus.

425. Hoc est ex malis fructibus bonam arborum intelligi, &c.] Ironia est, quæ ridet interpretationem Harpocratij; & etià accipitur vox: Spero, pro timeo: sicuti supra non semel; tamquam si timeret ne posset respondere argumentis propositis.

426. Et si vultis audire, &c.] Rursum hic paraphrasticos transiit adire, pro eo quod Græcè est ἀκούειν, quod est, recipere.

427. Et ecce ego mittam vobis Heliam Thebiten.] Quum etiam B. Cyrill. Alexandr. in Ioan. lib. 1. cap. 24. de Thebite loqui dicit Malachiam Prophetam, videtur alim in adit. 70. etiam lecta fuisse vox: Thebiten, fuisse autem Thebiten Heliam, patet non vno scripturæ loco. Sive legas Heliam cum aspiratione, sive ut quidam Eliam, tum hinc tum vbiq; perinde est; hoc vnum animaduertit, in veteri Testamento vbiq; & Græcè & Latine cum aspiratione legi, sicut in nouo. Atque de Helix translatione infra latius cap. 50. num. 564.

428. Sed quomodo Helias Ioannes? &c.] Similiter pro suis locis hos scripturæ interpretatur B. August. Tract. 4. in Ioan. cap. 1. & lib. 5. de Trinit. cap. 14. Qui interim ne vbi legit illud: eorum populo, quod Auctori proinde peculiare est. Posteriori vero loco etiam interpretatur spiritum Heliaz, pro: spiritum Mosæ, sicut hic Auctor, qui vna voce translatum spiritum Mosæ dicit, eo quod Num. 11. dicitur auferri à Moise, & dari 70. senioribus.

C A P. XXXVI.

429. In has quæstiones inde opinor excessimus, &c.] Partem veteris tituli huius capituli retinimus: De sexu Animæ & carnis. Atqui etiam hoc pertinet ad paradoxon Auctoris, quasi dependens ab altero quod supra profectus est cap. 25. 26. & 27. de Anima in vtero seminata pariter cum carne. Certè huius argumenti contrarium bis adfirmat B. August. lib. 1. de Anima, & eius origines, aduers. Pincen. cap. 18. & Cyrill. quoque Hierosol. Catechesi secunda.

430. propter æmulas scilicet opiniones, &c. & illum sermonem Platonis veterinosum.] Videtur respicere ad illas opiniones Philosophorum & hæreticorum, de quibus supra cap. 23. & 25. ac Platonis veterinosum sermonem, quo dixit discentias reminiscenias, veluti ex veterino somno profectas; de quo c. 25. aut veterem sermonem apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu; ut veterinosum pro veteri accipiat.

431. quoniam & Apelles, non pictor, sed hæreticus, &c.] Istud eiusdem farinae est cum eo quod supra cap. 23. dixit Apellem referre, sollicitas Animas de supercælestibus, de quo ibi latius num. 298. quia si id verum est, consequitur etiam ante corpora constitutas Animas, & proinde tam viriles quam muliebres. De Philomene verò eius sorto, vide supra, sicuti & de aliis eius hæresibus, lib. de Prescript. adu. her. cap. 51. heres. 19. num. 324. De illis denique qui Animâ post partum carni superducunt, vide supra cap. 25.

432. qua lineas duxerit.] Quia pictoris mentionem pauloprius fecit, etiam hanc proverbialem formulam ab illis desumpsit, de qua inter nostra Prolegomena latius.

433. Ceterum & ipsam Dei adflatu animafect, &c.] Ad hunc locum videtur respondere B. August.

loco paulo prius citato, quum ait: Qui propaginem adferunt Animarum, hinc se putant inuictius suam minuire sententiam; quia, quum scriptum sit detraxisse Deum costam de latere viri, eamque edificasse in mulierem, non est additum, quod in eius faciem sufflauerit spiritum vitæ; idè (inquunt) quia de viro iam fuerat animata, pro quo dixit Auctor: animaliam & ipsa. Verum responderet, nihil per hoc eorum sententiam adiuuari. Si enim (inquit) scriptum esset, Insufflauerit spiritum vitæ in faciem mulieris, nec sic esset consequens, ut non propagaretur ex parentibus Anima nisi etiam de filio hoc scriptum reperiretur. Quia verò tacitum est, occultatum est, non negatum neque adfirmatum.

C A P. XXXVII.

434. Omnem autem hominis, &c.] Caput hoc titulum habebat: De ætate carnis & Animæ; nos verò putamus substituendum: De incremento Animæ. Nō de hoc Auctoris paradoxo sic loquitur B. August. lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 11. Noluit tamen Tertullianus Animam crescere substantia sicut corpus; adserens etiam timoris sui causam, ne etiam substantia decrescere dicatur (inquit) atque ita & defectura credatur. Et tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius, quam vult de semine exiguo aquari corporis quantitatem.

435. aliqua utique potestas diuinæ voluntatis ministratur, &c.] Quæ sit hæc potestas, paulopost explicat, quum dicit: nos officia diuina (id est, phrasi Jurisconsultorum, ministros Dei) angelos credimus. Facit itaque locus iste ad confirmationem dogmatis Catholici, de angelis peculiaribus homini cuique deputatis, de quibus est elegans B. Hieron. sententia in illud Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem patris mei. Magna (inquit) dignitas Animarum, ut inaque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum deputatum. De istis existat qu. 30. apud Iustin. Mart. lib. Quæst. & respons. & id ipsum adfirmant B. Hieron. in Psal. 133. Basil. in Psal. 48. & alibi; August. Soliloqui. cap. 27. Eodem pertinet quod inter opera B. Cypriani, Prologo Operis de Caridin. Christi operibus, dicitur angelis salutis nostre ministrare, & quod Rufinus in expos. Symboli scribit, ab initio præfectas quasdam virtutum cælestium potestates, quibus regetur & dispensaretur mortalium genus. Vide etiam Orig. hom. 13. ac 35. in Luc. & hom. 11. in Numeros.

436. etiam Romana superstitione Deam finxit Alemonam.] De Alemona vide Gyraldum de Diis gentium. De aliis tribus (sicuti etiam ante me adnotauit Twineb. Aduers. lib. 18. cap. 34.) in hæc verba Gellius: Dux Parca à Latinis, vna à partu noni mensis, Nona, ab exitu decimi mensis, Decima dicebatur. Accedebat tertia, quæ Parca dicebatur, quasi parca, mutato t; in c. Eam hic Auctor Parrulam vocat, quod partum gubernet, Porro de Lucina infra latius cap. 39. n. 447. sicuti etiam de factorum inscriptione, ibidem num. 449.

437. Nam & Moyse lex, &c.] Adludit ad Exod. cap. 21. iuxta lectionem 70. Si percusserint mulierem in ventre habentem, & egressus fuerit infans eius non figuratus; damno damnatus erit, secundum quod composuerit vir mulieris, & dabit eam possessionem. Si autem figuratus fuerit, dabit animam pro anima. Auctor interim vocem illam: ἐξελθὼν τοῦ ὕδρου, aliter circumloquendo interpretatur quam figuratum, nempe cui iam vitæ & mortis status deputatur, idque conformiter Theologis Doctoribus, qui homicidium in abortu non adscribunt, nisi

postquam animatus fuerit fetus. Regle autem abortum vocat Auctor, quia (teste Nomo) abortus dicitur in prima illi mensibus, abortus prope tempus parandi.

438. Legitima natiuitas termē decimi mensis ingressus est, &c.] Videtur istud Auctor desumpsisse ex Gell. lib. 3. c. 16. Vbi tradit: Decimivros in 12. tabulis tradidisse, hominem in 10. nō in 11. mensibus nasci. Quod ipsum ante me adnotauit Renardus noster ad leg. 12. Tab. cap. 11. De mensium partium numero a mense septimo vsque ad undecimum, vide Plin. lib. 7. cap. 5. Quorum septimum dicitur in honore haberi Auctor propter Sabbathum, decimum propter Decalogum; octauum vitalem non esse, quod in octaua futura vita nuptiæ non erunt.

439. & decuriam numerum, vt exinde reliquorum parentum, &c.] Decurialis, sunt ab Auctore, pro denario numero accipitur. Huc autem pertinet quod Athenag. Orat. pro Christianis. decuriam numerum maximum dicat, secundum Pythagoricos, qui & quaternarius sit, & tum arithmeticum numerum, tum musica harmonia & concentus rationes complectatur. Coninet enim (vt etiam ante me adnotauit Calius Rhodig. lib. 12. cap. 14.) numerandi genera vniuersa; numerorum est fons & principium; ex vno, duobus, tribus & quaternario constans.

440. Sed vis eius in qua naturalia peculia, &c.] Locū hunc reperire est apud B. August. loco citato n. 434. Vbi castigandus ille, & cum Auctore legendum: Sed vis eius, &c. producitur, pro: Si, &c. producatur Item Et si sic, pro: & sic. Pius enim etiam ex illo legendum in Tertulliano ad finem huius capituli: qua duxerit eam qui agit, pro eo quod erat: aget. Sive autem legatur cum illo: Tunc & splendor ipse perhibetur, sive cum excusis hic codicibus: prouehitur, perinde est. Atqui de hoc loco sic Augustinus: Quis hunc crederet, cum isto corde tam distertum esse potuisse? Sed tremenda sunt ista, non videnda, ad hoc enim nunquam cogitur, si aliquid cogitare potuisset, quod sit, & corpus non sit. Quid autem absurdius, quam putare, massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse, dum tunditur, nisi detrahitur ex altera vel augetur latitudine, nisi crescit minuitur? Aut vltimum esse corpus manente natura sue quantitate, quod vndique crescat, nisi rarefat? Quomodo igitur implebitur Anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo (inquam) implebitur carnem quam viuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius quod animaduertit? Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo, si cresceret, & non timuit, vt deficeret rarefando, cum non cresceret.

C A P. XXXVIII.

441. Quamquam autem & retrō præstruxerimus, &c.] Titulum veterem hoc modo auximus: De pubertate & cibis, quomodo ad Animam pertinere videantur. Adhuc autem ad cap. 20. supra, Vbi docuit omnia naturalia Animæ ipsi substantiæ inesse, id est, semper adesse, & tamen per gratias spatia procedere. Sunt autem rursus voces & phrasæ Tertullianicæ, præstruere, Animæ census, & suggestus sensuum.

442. non quia Aesclepiades inde sapientiam supputat, &c. quia Iura ciuilia, &c.] Quia Aesclepiadis opera non exstant, locum designare non licuit. Atqui quod Iura ciuilia a quatuordecimo anno agendis rebus adtemperant, etiam supra dixit Auctor lib. de vel. virgin. cap. 11. num. 100. Fæminas (inquit) à 11. annis, masculum verò à duobus amplius ad nego-

tia mittunt. Reperitur autem similis citatio Iuris ciuilibis supra cap. 6. num. 91. & Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, cap. 8. & 9. num. 51. 52. & 62.

443. Ex omni ligno, inquit, edetis, &c.] Plurali expressit numero, quod Gen. 2. aditiones Latinæ omnes, & iam Græcæ quàm Hebrææ, & Chaldaica, singulari legunt numero. Deinde Gen. 9. sanum transferunt ab Auctore x̄c̄ḡlog, pro eo quod vetus Interpres 70. herbam, quia vitrumque ea vox significat.

444. A uferenda est enim argumentatoris occasio, &c.] Videtur respicere ad id quod supra dixit c. 6. de Sorano medico, quod mortalem Animam intellexerit, quia cibis sustineatur. Legimus autem iterum cum Gagnæo: tum quod aliud est, natura desiderare, pro: tum quod aliud natura desideret. Sunt etiam rursus voces Tertullianicæ: substruendus, gloriandus, tibicinandus. Item: rationalitatem, sensualitatem, intellectualitatem; de quibus, sicuti etiam de immortalitate Animæ, & Arbitrii libertate, vide supra cap. 22.

C A P. XXXIX.

445. Quæ omnia natiuitus animæ cōlata, &c.] Retinimus veterem huius capituli, quod passio prius auspiciamus, titulum, Nullam penè Animam sine dæmonio esse, vtique ethnicorum. Tractauit idipsum Auctor supra Tom. 1. Apolog. cap. 22. ac 46. & huius lib. cap. 1. num. 12. de Socratis dæmonio, & reperitur iterum infra cap. 57.

446. vota illa puerperij superstitione, &c.] De hac partim supra cap. 37. num. 436. partim in sequentibus; phrasæ verò iterum Tertullianicæ: dæmoniorum candidata.

447. dum in partu Lucinæ & Dianæ ciulatur, &c.] Lucina in dicta (vt supra c. 37. dixit Auctor) quod producat in lucem. Huc pertinet quod habet D. August. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 12. Lucina quæ à parturientibus invocetur, & illud Terentij in Andria: Iuno Lucina fer opem. Cicero enim (si Pius creditur) & Junonem & Dianam fuisse Lucinam appellatam scribit alicubi; pro quo facit coniunctio, & hic intermedia.

448. dum per totā hebdomadam Iunoni mēsa proponitur, &c.] Tibullus: de Natali Iunone: Nalis Iuno lanctos cape thuris aceros.

Videtur itaque, sicuti Genio, ita etiam Iunoni, mensa proponi solere. Sicuti enim (vti mox adiungit Auctor) omnibus Genij deputabantur, ita etiam Iunones; contra quàm sentiunt quidam, qui Viri Genios, mulieribus Iunones adtribui volunt. Pro nobis certè facit illud Plinij lib. 1. Quum singuli ex semetipsis totidem Deos faciant, Genias Iunonēque adoptando sibi. Et illud Seneca alicubi: Singulis enim & Genium & Iunonem dederunt.

449. dum vltima die fata scribunda aduocantur.] De hoc sic etiam supra cap. 37. quum & fato iam inscribitur. Ad hanc consuetudinem aduocare Virgillum etiam adnotauit Turneb. Adul. lib. 18. cap. 34. dum nato Salomino;

Talia secla suis dixerunt currite fufis, Concorde stabili fatorum numine Parcæ. Quæ autem fata scriberentur, indicat his verbis B. August. de Ciuit. Dei li. 5. c. 9. Omnia enim (inquit) fato fieri non dicimus, immò nulla fato fieri dicimus; quoniam fati nomen vbi solet à loquentibus poni, id est, in constitutione siderum, quæ quisque conceptus aut natus est; quoniam res ipsa inanimata adferunt, nihil valere monstramus.

450. Sta-

450. Statinæ Deæ sacrum est.] Quam hic Auctor Statinam Deam vocat, cui sacrabatur prima cōstitutio infantis super terram; B. August. lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 21. Statilinum Deum vocat huius verbis; quibus tota puerperij superstitione egregiè explicatur. Quid opus (inquit) erat parturientibus invocare Lucinam? quid necesse erat Opi Deæ commendare nascentes? Deo Vagiano (sic enim lego, pro Vagiano) vagientes; Deæ Cimina iacentes, Deæ Rumina sugentes, Deo Statilino stantes? Deæ Adeona adeuntes, Abeona abeuntes, Dea Menti, vt bonam haberent mentem; Deo Volumno & Dea Volumnæ, vt bona vellent; Diis nuptialibus, vt bene coniugarentur; Diis agrestibus, vt fructus vberimos caperent; & maxime ipsi Dea Fructifera: Marti & Bellonæ, vt bene belligerarent, Dea Victoria vt vincerent, Deo Honorino vt honorarentur, Dea Pecunia vt pecuniosi essent; Deo Esculano & filio eius Argentino, vt haberent ercam argentamque pecuniā; Et hæc genus ille. Quæ hic sequuntur, ad varia sacrificiorum idolorum genera pertinent.

451. quod dæmonium nomen est.] Genios non aliud esse quàm dæmonas, supra latè deduxit Auctor Tom. 1. Apolog. c. 32. Vbi vide Adnotat. nostras nu. 451. De Geniis autem qui singulis pueris adtribuebantur, præter Auctores citatos paulo ante n. 448. Videantur Censorinus de die natali, Plutarchus in Problem. & li. de Animis tranquillis. Marcellinus Ammianus hist. lib. 21. Empedocles denique & Menander singulis duos adtribuebant, bonum & malum.

452. Ceterum (inquit) immundi nasceretur.] Ceterum, pro aliquo, etiam Tertullianicum est. Est autem pulchra expositio verborum Apostoli Pauli 1. Cor. 7. Nunc autem sancti sunt, id est, vt loquitur Auctor, designati sanctitatis, & per hoc etiam salutis; alioquin (inquit) meminerat Dominicæ definitionis (Ioan. 3.) Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei, id est, non erit sanctus. Pulcherrimè sic vtique locum concordare faciès, vsque adeo vt nihil contra baptismum paruulorum iuxta quod calumniantur Anabaptistæ sed potius pro illo faciat; vt etiam adnotauimus supra lib. de Bapt. cap. 18. num. 126. Vbi etiam necessitatem baptismi comprobata videre est cap. 12. num. 89. & cap. 13. num. 96. ac 97. Similis est etiam huius loci Paulini expositio apud B. August. lib. 3. De peccatoribus, & remiss. contra Pelag. cap. 12. illud (inquit) sine dubitatione tenendum, quæcumque illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata; nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & Sacramentis efficiantur fideles.

C A P. XLI.

453. Ita omnis Anima cōsque in Adam censeatur, &c.] Titulum veterem ita locupletauimus: Quomodo caro & Anima peccatrix dicatur.

454. secundum quā incidere prohibemur, &c.] Adhuc ad illud Gal. 5. Desideria carnis non perferietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. Manifesta sunt autem opera carnis, &c. Atqui carnales notantur infamia, 1. Corin. 3. Vbi dicitur: Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

455. non tamē suo nomine caro infamis, &c.] Ad hunc locum respiciendū videtur Petrus Lombardus Sentent. lib. 2. cap. 31. Putauerunt (inquit) quidam secundum Animam trahi originale peccatum, non solum secundum carnem, quia nō solum carnem, sed & Animam ex

traduce esse arbitrati sunt. Fideoque sunt de corrupta carne caro seminatur; ita etiam de Anima peccatrice Animam peccatricem corruptione originali infectam à genitibus trahi. Hoc autem (addit idem) fides catholica respuit, & tamquam veritati aduersum damnat; quæ non Animas, sed carnē solum, ex traduce esse admittit. Quare id quidem verum est, quod paulo prius dixit Auctor, quod Anima recipiat ignominiam suam ex carnis societate; at hic fallitur, dum Animam potius quàm carnem peccatricem nititur ostendere. Certè contrarium docent BB. Ambrosius in cap. 7. ad Romanos, & August. lib. 4. contra Julian. cap. 4. & 9. verbis ibidem à Lombardo citatis. Atqui noua vox Tertull. peccatela, pro peccato.

456. Aded nulla proprietas hominis in Choico, &c.] De Choico, id est, terrene homine, quem illi à Psychico & Spirituali homine distinguebant, vide supra li. adu. Valentin. c. 26. 29. & 32. Legimus autem cum Latino: vt instrumentū in officina vitæ, pro: in officia.

457. Denique sensus delictorum, etiam sine effectibus, imputari solent Animæ, &c.] Nihil hoc facit vt peccatum originale Animæ imputetur; quia (inquit Apost. Rom. 7.) iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, hoc est, in carne mea, peccatum. Quum autem supra c. 15. & infra li. Exhort. ad castit. legat conformiter Evangelio: Qui viderit mulierem ad concupiscendum, etiam hic addidimus: mulierem, hic interim habet ad concupiscentiam, sensum, non vocem transferens.

C A P. XLII.

458. Malum igitur Animæ, &c.] Titulum hic veterem retinimus: De malo & bono Animæ. Atqui etiam hoc ad prius paradoxon pertinet, quod dicat malum Animæ ex originis vitio antecedere.

459. naturale quodam modo, &c.] Distinguit naturale quodam modo, à naturæ corruptione sic dictis, & naturale propriè; cuius adhuc reliquias agnoscat, nēpe boni illius quod principale erat in Anima ante lapsum hominis in homine iam corrupto, & non tam extinctum illud quàm obumbratum. Qui locus contra eos facit, qui Liberum Arbitrium, per peccatum illud originale in homine, non modo corruptum aut imminutum, sed extinctum volunt, atque adeo nullam agnoscent Arbitrii libertatem. Verum de eo latius infra lib. 2. aduers. Marc.

460. & solus homo sine peccato Christus, &c.] Exipit non vno loco B. Augustin. B. Virginem Mariam Deiparam.

461. Deus bonus est, Deus videt, & Deo commēdo, &c.] scripsit de hoc Argumento libri integrum Auct. de Testim. Animæ, quem habes supra Tomo primo.

462. per secundam natiuitatem ex aqua & superna virtute, &c.] Quam hic: supernam virtutem, mox: Spiritum sanctum vocat, de quo latius supra lib. de Bapt. cap. 5. num. 43.

C A P. XLIII.

463. De morte iam superest, &c.] Veterem titulum retinimus: De Morte. Interim nihil adhuc certi de ea determinat, nisi infra c. 50. & 51.

464. quamquam Epicurus, &c.] Istud ibi etiam repetitur, quum dicit: vt iam hinc non Epicuri stupor suffundatur, negantis debitum istud ad nos pertinere. Verba similia Epicuri, quæ ab Auctore citantur, reperiuntur apud Lactant. inter reliqua eius

HH

dogmata, lib. 3. cap. 17. Quando nos (inquit) sumus, mors non est, quando nos non sumus, mors est: mors ergo nihil ad nos. Respondet autem: Quam argute nos se fecerit: Quasi verò transacta mors timeatur, quia iam sensus ereptus est; ac non ipsum mori, quo sensus eripitur. Est enim tempus aliquod, quo & nos iam non sumus, & mors tamen nondum est; idque ipsum videtur miser esse, quum & mors esse incipit, & nos esse desinimus. Porro in eadem epistola, nēpe ad Menecēum, reperitur etiā verba hac à Terulliano in Latinum versa: ὁ θάνατος ἔστιν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀναίδουτος, τὸ δὲ ἀναίδουτος ἔστιν πρὸς ἡμᾶς. Quae citantur à Plutarcho, lib. de Tranquill. animi; & ex illo tanquam Plutarcho libro 2. de Homero, à Gell. Noct. Attic. lib. 2. c. 8.

465. Multò coactius Seneca: Post mortē omnia finiuntur, etiam ipsa. Bis eandem sententiam repetit Auctor, infra à lib. de Resurr. car. cap. 1. & 3. Reperitur autem li. de Remed. foriuit.

466. Denique nec speculū eius somnus, &c.] Adudit ad illud Ovidii: Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

C A P. XLIII.

467. De somno prius disputemus, &c.] Titulū huius capitis eundem servauimus: De somno pertinēte ad tractatum mortis. Est autem sic necessariò distinguendus locus iste: De somno prius disputemus; post, id est postea, mortem qualiter Anima decurrat.

468. Non utique extranaturale est somnus, ut quibusdam Philoſophis placet, &c.] Mox eos Philoſophos recenset, contra quorum singulorum opinionem singularim disputat Auctor.

469. Stoici, somnum resolutionem sensuā vigoris adfirmant.] Idipsum sic explicat Plutarcho lib. 5. de Plac. Philoſ. cap. 24. Plato (inquit) Stoici somnum fieri putant sensuā quidem spiritus remissione, & tanquam laxatione; quem admodum & super terram sedente fluit, eodem verò se recipiente ad superciliorum interstitium, id est, animae principatum. Quorum sententiā latius explicat Auctor paulo post: Superest si fortè cum Stoicis, &c.

470. Epicurei diminutionē spiritus animalis.] Cum hac opinione satis conuenire sententiam Democriti & Stratonis patet ex his infra verbis Auctoris: Proinde diminutionem animalis spiritus, aut indigentiam spiritus, aut segregationem confati spiritus; immortalis anima non finit credi. Perit anima si minoratur. Ad posteriorem autem etiā illud pertinet quod Plutarcho cap. 2. 5. eiusdem libri Empedocli tribuit: Somnum verò alij ignis interni segregationem esse.

471. Anaxagoras cum Xenophane, defetiscentiam.] De Anaxagora paulò aliter Plutarcho: Anaxagoras (inquit) somnum corporalis functionis esse; corporalem enim esse, non animale. Disputat contra hanc opinionem, non modò Auctor eo loco: Neque enim credendum est, defetiscentiam esse somnum, &c. sed etiam Aristoteles lib. de Somn. & Vigil. cap. 3. Porro Xenophanes, qui inter alia, teste Suida, Elegiam scripsit de transitu animarum in alia corpora, Colophonius, Anaximandri etate dixit.

472. Empedocles & Parmenides, refrigerationem.] De Empedocle sic vbi supra Plutarcho: Empedocles somnum sanguinariū caloris refrigerationem esse. Parmenidis verò eandem fuisse opinionem non mirum est, quum discipulum eius fuisse Empedoclem scribat Suida.

473. Aristoteles, marcorem circumcordialis caloris.] Consutat hoc paulo post Auctor, eandem faciens Empedoclis de refrigeratione sententiam, quum dicit: Sed nec refrigerationem admittam, &c. Quae haud dubiè clariùs deducit Aristoteles loco mox citato, & etiā refrigerationem pro marcore vertunt Interpretes. Quam proinde etiam Plutarcho illi adtribuit dict. lib. cap. 25. Aristoteles (inquit) communem somnum corporis & Animae autumat. Est enim eius functio, humor à pectore ad capitalia loca suffusus, subiectoque alimento feruor cordis refrigeratus. Verba eius sunt ista: Somnum esse concursum quendam caloris, ad interiores (cordis nempe) partes, & ἔστὶν ἡρεστικὴν naturā conuenientem: siue vinculum cordis, in quo est fons sensuum, quo minus munere suo fungi possit.

474. Porro somnum ratio praeit, tam aptum, tam vtilem, &c.] Istud praeter ceteris agnoscit ibidem Aristoteles, quum immediatè subiungit: Atque ille quidem necessariò fit, & salutis gratia. Conseruat enim requies animantia. Post illud autem: nihil eiusmodi nõ rationale, addidimus iterum ex Gagneo: nihil non naturale; nam sequitur eius contrarium: extra naturae cardines.

475. Nam & emulas somno valetudines, phreneticam atque cardiacam, &c.] Ad Phreneticos pertinet, quod habet loco citato Aristoteles: Melancholicos haud somno indulgere, propterea quòd refrigeratus est locus interior, ut non magna in eis alitum copia oriatur. Et cardiacos cum phreneticis coniungit etiā Cicero lib. de Diuin. eo quod (Celfo teste li. 3. c. 19.) saepius ad phreneticos transeant: in hoc differentes, quod in his mens labat, in illis constat: est autem ἡρεστικὸν, morbi genus in ore ventriculi stomachi. Ad quem adeò pertinere puto illud quod ibidem subiungit Aristoteles: Porro atra bilis quae naturā frigida est, altricem officinam refrigerat; & proinde somnum impedit.

476. etiam in lethargo, &c.] Lethargi ibidem meminit Aristoteles; qui non aliud est, quàm inexpressibilis somni necessitas cum mentis alienatione; atque adeò ad eum pertinet, quod de enormitate subiungit Auctor.

477. Nam & in his plurima somni paratura est.] Somnum conciliari cibo & potu, ibidem adnotauit Aristoteles. Est verò etiā hic vox Tertullianica: paratura.

478. ille fons generis Adam, &c.] Quum dicit antè dormiuisse Adam quàm laborauit, quàm & edidit, immò quàm & profatus est: subindicat illud Gen. 2. Inmisitque Dominus Deus soporem in Adam, &c. est posterioris postum, prius tamen multò contigisse; nempe antè illud Gen. 1. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, &c. quippè quod non ad Adam solum, sed & ad mulierem dixit Deus. Atqui quod hic de somno naturali, supra cap. 11. de Existenti interpretatus est; verum de eo latius Tom. sequi. ad fragmenta libri de Existenti.

479. Si enim Adā de Christo figurabat, &c.] Magis propria est hac lectio Tertull. quam illa Gagnei figuram dabat. Similiter autem & Rufinus in Exposit. Symboli, inter opera B. Cypriani Tom. 3. interpretatur hunc Gen. locum, ut per Euam de latere Adam, intelligatur vera mater viucentium Ecclesia.

480. paradigmate Platonico plenius.] Quod hic mox ostendit, paulo antè exemplar dicit. Donatus & alij, exemplum, malum vertere. Ad quod verò paradigma Platonium adducat, nescio; nisi forte ad Phaedonem eius, vbi somnum & vigiliam vitae & mortis comparat, aut ad Dialog. 9. de Rep. cuius initio docet modum, quo suauis somnus possit contingere. Quod postremum confirmare videtur tota sequens & longa de sopore Adam narratio Auctoris. Atqui de Proserbio: lineas agere, vide nostra Prolegomena.

481. resurrectionem mortuorum tibi adfirmat, &c.] De hoc latius lib. sequi. de Resurr. carnis.

C A P. XLIIII.

482. Ceterum de Hermetimo, &c.] Verba haec ipsa Auctoris veterem titulum huius comprobant: De Hermetimi Anima. Huc pertinet quod supra cap. 2. habet Auctor: ut Hermetimum, cui Clazomenij mortuo templum contulerunt; fecit etiam Hermetimi mentionem, qui postea in Pythagora reuixerit, c. 28. & 31. Scripsit etiam Lucianus Dialogum Hermetimi titulo. Historiam autem seu fabulā desumpsit Auctor ex Plinio nat. hist. lib. 7. c. 52. Reperimus (inquit) inter exempla Hermetimi Clazomeni Animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa denuntiare, quae nisi à praesenti nos non possent, corpore interit seminanini; donec cremato eo inimici, qui Cantariae vocabantur, remeanti Anima velut vaginam ademerit.

483. secessionem Animae esse somnum, &c.] Ita prorsus legendum, pro eo quod erat: somnium. Quis autem hanc Somni definitionem primus somniaris, disquirat curiosus Lector. Est verò rursum vox Tertullianica: subornetur, de qua supra lib. de Praescript. adu. her. num. 38.

484. vt de incubone praesumptio est, &c.] Morbus incubonis etiam vulgo satis notus est, quam verò Soranus opponat valetudinis labè, nescio an apud Medicos reperiat, quum illius operum ferè nihil exstet.

485. quod etiam Epimenidem in fabulam impiegit, &c.] Etiam hoc ex Plinio desumpsit vbi supra: Et in Gnosio (inquit) Epimenide similiter accipio, puerum estu & itinere seorsum in specu vii. & dormisse annis; rerum faciem mutationemque miratam, velut postero expperctum die. Atqui de Nerone & Thrasimede infra latius c. 49. n. 551. ac 552.

486. Theopompus.] Verisimiliter loquitur, non de Theopompo Atheniensis antiquae Comediae Poeta, sed de Theopompo Chio, qui variis scripsit historias, Socrati discipulo.

C A P. XLV.

487. Tenemur hinc de somniis quoque, &c.] Retinuimus hic etiam veterem titulum: De somniis, quomodo ea pariatur Anima, & vnde eueniant. Atqui ea de re vide vum Aristotelem lib. de Insomniis, tum Platonem initio Dialogi 5. de Republica, Laetanium lib. de Opific. Dei, cap. 18. & Nyssen. lib. de creat. homin. cap. 14. Macrobinum denique lib. 3. in Som. Scip. qui quinque ibi somniorum genera prosequitur.

488. Hanc vim existanti dicimus, &c.] De Existenti tractatum differimus ad Tomum sequi. in Praefat. ad Fragmenta librorum Tertulliani de Existenti.

489. si compotes somniaremus.] Quod hic dubiè, mox clarè dicit: quam compotem esse non licet, nempe Visionis in somnis bonorum aut malorum.

490. non magis enim ob stupri visionem dantur nabitur, &c.] Huc pertinet quod respondet B. Gregor. Augustino, Anglorum Episcop. cap. 11. de pollutione nocturna, quando celebrationem & communionem impedit.

C A P. XLVI.

491. Ecce rursum vrgemur, &c.] Capiti huius, quod à priori ob prolixitatem cum aliquot sequentibus distinctimus, titulum dedimus: Quod vana non sint somnia.

492. Vana in totum somnia Epicurus iudicauit, &c.] Facile est credere quod Epicuri fuerit haec opinio, quippè qui etiā, vbi subiungit, liberarit à negotiis diuinitatem, de quo supra Apolog. cap. 45. nu. 569. & lib. aduers. Valentin. cap. 7. num. 61. & dissoluerit ordinem rerum, utpotè qui providentiam Dei tollat: & in passiuitate, id est, licetia vitae, omnia spargat, quippè qui voluptatem somnium bonum constituerit; & alia eiusmodi diceret, quae ad vitia prouum alioqui populū allicerent, sicuti latè prosequitur Laëtant. lib. 3. cap. 17. & Cicer. lib. 1. de Diuinat.

493. Homerus duas portas diuinitatis, &c.] Reperitur hoc apud Homerum Odyss. T. cuius versus Graecos Virgilius Aeneid. 6. sic vertit:

Sunt geminae somni portae, quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbis: Altera, candenti perfecta nitens elephanto: (eburnea, nempe)

Sed falsa ad caelum mitruntia somnia maties. Citatur enim in hanc sententiam Virgilius etiam à Laëtantio lib. de Opific. Dei, cap. 18. Desumpsit autem Homerus istud ex Platone in Charmide.

494. Aristoteles maiore sententiam mendacio recitans, agnoscit & verum.] Hoc vult dicere de Aristotele Auctor; quod quamquam putet maiorem partem somniorum mendacium esse, tamen etiam veram subinde in illis agnoscat. Ipse enim lib. de Diuinat. per somni: neque contemnendam esse eam docet, nec ei fidem habendam: de quibusdam tamen ex somniis diuinationem esse; non fieri incredibile. Quod autem ex Deo neget immittis contra eos id dicit, qui omnium somniorum causam Deum faciunt.

495. Telmessenses nulla somnia euacuant.] Euacuare videtur sumere Auctor, pro vacua, id est, vana facere; quia, teste Cicerone vbi supra, Telmessenses, à Telmessio vrbe Cariae sic dicti, erant admodum diuinationibus & Aruspicum responsis dediti, & proinde etiam verisimiliter diuinationi quae fit per somnia.

496. Quis autem tam extraneus humanitatis, &c.] Huc pertinet illud quod infra habet Auctor cap. 57. At (inquit aliquis) somnia quae videntur vera sunt. Respondet Auctor: Non enim quia videntur vera sunt, sed quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiat.

497. Atyages Medorum regnator, &c.] Hac suè prosequitur Herodotus, qui etiam ab Auctore citatur, hist. lib. 1.

498. Hoc etiam Charon Lampſacenus Herodotoprior.] Eloruisse enim scribit Suides Persicis temporibus Olympiade 75. Qui quum Persica inter cetera multa historica scripsisset, verisimile est in illis contineri

quod hic citat Auctor. Adlegatur idē subinde ab Aibemao & Plutarcho recte autē addit meo iudicio Auctori Qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fecerunt.

499. Philippus Macedo nondum pater, &c.] Adnotat Latinius istud etiam à Plutarcho recenseri in Alexandro, sed paulo aliter in iis.

500. quia leo semel pater est.] Videtur id sensisse, de quo Plin. lib. 8. cap. 16. Semel (inquit) edi partum (& proinde semel dumtaxat Leonem patrem esse) lacerato unguinum acie vero in enixu, vulgū credidisse video. Aristoteles diuersa tradit. l. de Animal. sicuti etiam ipse Plinius.

501. Aristodemus vel Aristophon.] Quis sit iste Aristodemus, nescio, an ille qui, teste Suida, compendium diuersae Herodiane doctrine scripsit, an vero qui collectarum fabularum, Plutarcho teste, aliquot libros edidit. A quo etiam citatur Aristophon Comicus, vii etiam à Laërtio.

502. Ephorus scribit.] Quum Ephorum Cumanum seniore Theopompo aequalem faciat Suidas (quem ait Alexandrum laudibus ornasse) videtur non approbanda eorum sententia, qui hunc Philippum Macedonem antecepsisse scribunt: sua seculi, poterit de Ephoro Cumanio iuniori Tertullian. intelligi.

503. Sed & Dionysij Siciliae tyrannidē Himeræa quædam somniauit.] Rectius sic Basilienis editio, quam Gagnei: Himeræa. Hinc autem castigandus est Valerius Max. l. 1. c. 7. de somniis, & legendum Himeræa, pro eo quod est: Himeræ. Neque enim proprium nomen esse Himeræ, recte adnotauit Leopard. Emend. l. 8. cap. 7. sed gentile potius, ab Himeræ urbe Siciliae, Stesichori patria. Addens præterea, quod apud Suidam reperitur i μερογαο ενπνιον. De quo penes eum fides esto, quia in illo reperire non potui.

504. Heraclides prodidit.] Idem citatur etiā infra c. 57 de Oraculis. Verisimile est eundem esse, qui vtrobiusque citatur, quis autem ille fuerit inter tot eius nominis scriptores, disputat Lector curiosus.

505. Et Seleuco regnum Asiae, &c. Euphorion prouulgauit.] Euphorionē intelligit, qui teste Suida) Bibliotheca præfuit apud Magnam Antiochi Syria Regē, & libros sex de Oraculis edidit. Euerunt enim Seleuci duo Antiochi eius prædecessores; de quorum primo loqui videtur Auctor, qui iuxta Eusebii Chronicon, capto Demetrio, destructo Asia regno, ex vtroque vnum faciens, Syria & Asiae pariter imperauit.

506. Mithridatem quoque, ex somnio Ponti potitū, à Strabone cognosco.] Habet id Strabo l. 7.

507. Et Balaridem Illyricum, &c. de Callisthenē, &c.] Callisthenem illum intelligit haud dubie, cuius Rerum Macedonicarum libros citat Plutarcho, in Parallelis minoribus, c. 15. An idem sit qui ab Alexandro interfectus sit, nescio; qui quum non exisset, de Balaride historiam alibi querat Lector.

508. Reformatorem Imperij, &c. Iulii Octauium tantum, &c. Marcus Tullius iam & Augustum, &c. de somnio norant. In Vitelliis Commentariis conditum est.] Quum non exstent Vitelliis Commentarij, penes nostrū Auctorem fides esto: sufficit quod id ipsum reperitur in Vita Ciceronis apud Plutarchum.

509. ut quum Cæsar, &c. aliās maiestatem, aliās discrimen ab hostibus relaturus.] Ex castigatione Harrisij: discrimen legitimus, pro: crimen, eo quod de bello Cassij & Bruti in hunc modum scribat L. Florus

lib. 4. cap. 6. Primum aded anceps fuit, & par vtrique certamine discrimen, ut exitus præly docuit. Capta sunt hinc Cæsar's castra, inde Cassij. Atqui ad intellectum huius loci facit, quod habet Luc. lib. 2. cap. 8. Illud quoque (inquit) somnium non minoris fuit admirationis, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus. Nam, quum bello civili Bruttiano, implicatus graui morbo, abstinere prælio statuisset: medico eius Artorio Minerva species obseruata est, monens ne propter corporis imbecillitatem, castris se contineret Cæsar. Itaque in aciem perlatus est, & eodem die à Bruto castra capta sunt. Atque hoc est quod dicit Auctor de struto tabernaculo: de quo vide Suetonium Octauij cap. 91.

510. ut quum Polycrati Samio filia crucem prospicit, &c.] Quo tempore hic vixerit, explicat Plinius lib. 33. cap. 1. Polycrati (inquit) Sami tyranno, dilectus ille annulus in mare abiectus, capto relatus est pisce; ipso circiter 230. annis vrbis nostræ, interfecto.

511. de solis unguine.] Explicat istud lib. 3. Herodotus, scribens dictam Polycrati filia vidisse per somnium patrem sublimem in aëre, qui à sole vingeretur; quo prospexit in crucem actum solis ardore effuscandum.

512. & lauacro Iouis.] Istud est quod ibidem Herodotus illam somniasse scribit, quod pater à loue laureretur; hoc est, pluuio, & imbribus, quæ Ioui æterni tribuebant, perfunderetur.

513. Cicero nis denique dignitatem paruuli etiā nunc, gerula iam sua, inlplexerat.] Legimus iterum ex Gagneo: gerula iam sua, pro quo irrepserat: suam. Vide vero istud apud Plutarchum. Vita Ciceronis.

514. Cynus de sinu Socratis demulcens homines, discipulus Plato est.] De hoc ita Laërtius in vita Platonis: Dicitur Socrates per somnium vidisse, se Cyni pullum inter genua habere, qui etiam euestigido productis alis euolarit, iucundo clangore edito; & postmodum Platonem ipsi commendatum esse, & ipsum dixisse hunc illam auem esse.

515. Cleonum Pyætes ab Achille curatur in somniis.] Vide Homerum. Cleonymum etiam quendam insectatur Aristophanes in Nubibus, tamquā fugacem & timidum Pyætes autem pro pugil, vox nota est.

516. Coronam auream, &c. Sophocles Tragicus redinuenit.] Vocat eundem Plinius l. 7. c. 27. Tragicus cothurni principem: Atheniensem facit Suidas, qui exhibuerit fabulas 122. Victorias 29. reportauerit. Ipsum autem somnium eius habet Fulgios lib. 1.

517. Neoptolemus Tragædus apud Rhetem Troi sepulchrum Aiæcis, &c.] Sic restitui hunc locum cum Leopardo Emend. l. 3. cap. 15. ac l. 6. pro eo quod erat: apud Erythreum. Nā id in hac verba confirmat Plinius l. 5. c. 30. Extra sinum sumi (inquit) Rhetæ littora, Rhetæ & Dardanio oppidis habitata. Ac paulopost: In sigæo fuit & Antion Rhodius conditum, in altero cornu Aiæcis ibi sepulchrum.

518. Quanti autem Commentatores, &c.] Paruos hic Commentatores citat, qui de somniis scripserunt. Atqui interpretationis somnij Auctor primus Amphitryon ponitur à Plinio lib. 7. cap. 56.

519. Artemon.] Ex Artemone quantum apparet Medico, quædam descripsit Plinius lib. 28. cap. 1. Citatur etiam Artemon Clazomenus à Suida & Aliano.

520. Antiphon.] De hoc ita Suidas: Antiphon Atheniensis coniector sine aruspex (ut alibi idem loquitur) de interpretatione somniorum scripsit.

521. Strato

521. Strato.] Hunc idem de Somno & de Infomniis scripsisse testatur Laërtius, nepē Stratorem Lampiscerum.

522. Philochorus.] Eū hic, Atheniensis Pates & Aruspex, de diuinatione partim libros 4. scripsit; atqui etiam ex somniis sebat diuinatione. De hoc iterum paulopost Auctor: cum Philochoro Atheniensi.

523. Epicharmus.] Epicharmi carmina quædam habes supra & infra. Laërtius vero scripsisse etiam eum tradit Commentarios de Natura & de Medicina. In illis itaque verisimile est eum etiam de somniis aliquid scripsisse. Videantur Roma in Bibliotheca Vaticana. Certè Auctor paulopost: Ceterum Epicharmus (inquit) etiā summum apicē inter diuinationes somniis excolit.

524. Serapion.] Ex Serapione quodam Plinius se quædam sumpsisse adnotat ad lib. 2. & iterū ad l. 4. ubi eum Antiochenum vocat. Euerunt vero etiam alij Serapiones.

525. Cratippus.] Cratippus Phalophus Peripateticus, scripsit libros de diuinatione & Somniis.

526. Dionysius Rhodius.] Dionysium Musonij filium Rhodium à quibusdam dicit, adnotauit Suidas, qui fuerit historicus, & fani Solis sacerdos.

527. Hermippus.] De hoc sic paulopost Auctor: Cetera cū suis & originibus & ritibus & relatoribus, cū omni deinceps historia Somniorum Hermippus, Berentis quinione voluminum fatiatissimè exhibebit. Hunc autem discipulū Philonis Biblij sub Adriano Imperatore, multa scripsisse tradit Suidas.

528. Nā & oraculis hoc genus stipatus est orbis.] Oracula Dary generis adfert, & conuincit mendacij, Euseb. l. 5. De præpar. Euang. c. 10. & præstigias appellat Lactant. l. 2. cap. 17. Plura autē diuinationis oraculorum genera enumerat Clemens Alexandr. Orat. ad Gentēs, nempe lebetem Theoprotium, tripodem Cyrrheum, & Dodonæum, Gyranayon, fontem Castalion, fontem Colophonis, Clarium, Pythium, Didymæum, & Apollineum; præter ea, de quibus mox latius.

529. ut Amphiarai apud Oropum.] Sic legitimus cum Leopardo, loco mox citando, pro: Horopum; quia Oropus oppidum in confinio Boetia legitur apud Plin. l. 4. c. 7. qui etiam Amphiarai meminit, quod apud Thebas obierit vna ætate ante bellum Iliacum, cuius filio Tiburte vetustiores existunt ilices tres in agro Tiburtino, apud quas inauguratus traditur. Certè oraculum Amphiarai nomen addit vbi supra Clemens Alexandrinus.

530. Amphilocho apud Mallū.] Legimus Amphilocho cum eodem Leopardo, pro: Amphilocho. Nam etiam Clemens Alex. Amphilocum oraculū celebrat, sicuti etiam B. Iulianus Mart. Apolog. 2. Mallum verò oppidum Cilicie propinquum, cuius meminit Plin. libro 5. cap. 27. subintelligit.

531. Sarpedonis in Troade.] De hoc ita Plinius lib. 13. cap. 13. Præterea Mutianus ter Consul prodidit, se legisse, quum præsideret Lyciæ. Sarpedonis à Troia scriptam in quodam templo chartam. De oraculo autem eius, vide Philostratum in Heroicis.

532. Trophonij in Bœotia.] Idem Plinius lib. 34. laudat opus Eurycratis simulacrum Trophonij, ad oraculū, de quo sic latius lib. 31. cap. 2. In Bœotia ad Trophonium Deum, iuxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes; quorum alter memoriā, alter obliuionem adfert, inde numinibus inuentis. Abiit autem hinc in Prouer-

bium: In antro Trophonij Vaticinari, de quo latè Erasmus in Chiliadibus. Atqui ad istud oraculū etiam respexit Plutarcho l. de Deficiē. oraculū citatus ab Euseb. lib. 5. De præpar. Euang. cap. 8. Nullibi nunc quā in Lebada Bœotia oraculum in illis partibus inuenitur. Sic enim omnino ibi legendum est, pro eo quod erat corrupte: Boetia.

533. Mopfi in Cilicia.] Mopfi cuiusdam Paris meminit Mela, qui in sinibus Pamphylia Phaselis urbem condiderit; an idem sit cum Apollinis filio, cum quo Calchas de peritia diuinationis certasse scribitur, Lectori iudicandum relinquo. Valerius Argonau. libro 1. Sacrum Mopsum quendam commemorat, de quo hic Auctor loquitur.

534. Hermionæ in Macedonia.] De oraculo Hermionæ sic habet Suidas: Hermione, Peloponnesi oppidum est, Cereris, & Proserpinae asylum. Ibi itaque verisimile est oracula pronuntiari solita.

535. Palsiphæ in Laconica.] Sic legendum omnino, pro: Palsiphæ, recte adnotauit Leopardus Emend. libro 8. cap. 4. Nam consentiunt Cicero libro 1. De diuin. ac Plutarcho in Vita Agidis & Cleomenis. Qui præerat (inquit Cicero) Lacedæmonis (hinc in Laconica addit Auctor) non contenti vigilantibus curis in Palsiphæ sano, quod est in agro propter orbem, somniantis causis excubabant, quia vera quietis oracula dicebant. Consentit etiam cum Plutarcho Pausanias in sine Laconic. scribens: In Thalamis (quam Stephanus dicit fuisse Messenia urbem) fuisse Iouis oraculum, Græcè Ιουυτιου, & sanum, in quo futura diuinationes prouiderent, erectaque esse ex ære signa in ea sani parte que sub dio est, Palsiphæ (sic enim recte etiam illum locum restituit, pro: Paphiæ) vnum, solis alterum. Nec mirum, quum Solis fuerit filia Palsiphæ uxor Minos Crete Regis.

536. Sed & Stoici Deum malunt, &c.] Hac desumpta videntur ex lib. 1. de Nat. Deorum Ciceronis, ubi similia videtur esse, sicuti etiam apud Plutarch. lib. 5. de Plac. Philosoph. cap. 1.

537. Nam de oraculis etiam ceteris, &c.] Similiter supra Auctor Tom. 1. Apolog. cap. 22. de dæmonica virtute: Emulantur (inquit) diuinitatem, dum furantur diuinationem. In oraculis autem, quo ingenio ambiguitates temperent in euentus, sciūt Cræsi, sciunt Pyrrhi, &c. ne prolixior sim, remittens Lectorem ad Adnotat. illic nostræ num. 349. 350. 351. 353. Eodem pertinet illud cap. 23. de Magis: si pueros in eloquium Oraculi eliciunt.

538. etiam per beneficia fallentes medicinarum, &c.] Similiter Auctor loco iam citato: Benefici (inquit) planē & circa curas valetudinum. Lædunt enim primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua siue contraria; post quæ desinunt lædēt, & curasse creduntur.

C A P. XLVII.

539. Definimus enim à Dæmonis plurimum incuti somnia, &c.] Titulum huic capiti, à præcedentibus recens distincto, dedimus: Quæ sit de somniis Christiana sententia, quod nempe plerumque à Dæmonio aut Deo immittantur, aut ad Existens pertineant. Atqui prius illud etiam supra adseruit Auctor dicti Apolog. cap. 23. de Magis: si & somnia immittunt.

540. A Deo autem, &c.] Latius habes tractatum H H iij

talitate donatum putat, aut Gregorij Nazianzeni dubia hac de re opinio.

566. Obiit & Ioannes, &c. frustra fuerat spes, &c.] Idem habet B. Hieronym. Catal. scripti. Eccl. addens insuper obiisse Ioannem sub Traiano, anno post passionem Domini 68. item Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 25. adiciens quod Ephepsi obierit, ex Epistola Polycrati, cuius ipsa verba etiam postea in suam historiam transfudit Nicephor. Nec dissentit B. August. Serm. de ser. 4. Pascha, ubi tractat illud, ad quod hic Auctor adluit: Exiit ergo sermo ille inter fratres, quod discipulus ille non moritur; & ipse interpretatus verba Christi: Si eum volo manere donec veniam, de Ioanne, quod non esset cruenta. morte moriturus, ac si mortuum fateatur; cui in hoc aspiantur etiam Beata & Smaragdus sermon. in Euangel. in festo B. Ioannis Euangelista. Consentium Martyrologia omnia, & usus Ecclesie, quae festum Natalis eius, id est obiit, obseruat 3. post Natalem Domini feria. Atqui illis verbis, quem in aduentu Domini remansurum frustra fuerat spes; ostendit se illis non adseruiri, qui eum cum Enoch & Hebra translatum fuisse, & rediturum putant ad aduentum Domini; quod videntur sentire Erculphus Chron. Tom. 2. lib. 2. cap. 9. & Metaphrastes in Vita B. Ioannis. Verum cum Auctore faciunt dicta verba Apocal. de duobus dumtaxat Prophetis, & ipsa verba Ioannis: Et non dixit Dominus: Non moritur. Ceterum omnino legimus paulopost: videat illos meus Thomas, ubi adluit ad B. Thomae Apostoli incredulitatem Ioan. 20. audiat, contrectet, & credat: pro eo quod erat: & credidit.

C A P. L I.

567. Opus autem mortis in medio est, &c.] Veterem hic titulum retinuimus: Nihil animae in corpore subremanere post mortem. Accipit autem Auctor: in medio esse, pro: in manifesto; iuxta illud Virgil. Aeneid. 2. interprete Seruio:

-medios dilapsus in hostes.

568. discretio corporis Animaeque.] Similiter supra Auctor cap. 27. Si mors non aliud determinatur quam disunctio corporis animaeque. & cap. sequ. Hoc igitur opus mortis, separationem carnis atque animae. Quomodo etiam eandem definiunt B. August. lib. 13. de Ciuit. Dei cap. 6. & Gregor. Nyss. lib. de creat. homin. cap. 30. ac Philosoph. lib. 2. cap. 2. ex sententia Chrysippi.

569. Ad hoc enim & Plato, etsi, quas vult, &c.] De animabus quibusdam ad caelum expeditis iuxta sententiam Platonis, latius infra cap. 54. Aliter autem locus in Politia, id est, Republ. lib. 10. habetur: At non referam tibi (inquit) Alcinoi Apologum, sed fortis Viri Eris Aegyptij genere Pamphyli, qui aliquando in bello occisus, quum decimo die mortui iam patefacti tollerentur, sanus quidem & integer corpore sublatus est; domum vero delatus; ubi 12. die sepeliendus esset, in pyra postus reuixit. Quod ita interpretatur Tertull. ac si dixerit: Logo tempore sine vlla labe, praeter animae scilicet indiuiduitate, seruatum Vide de eodem Valerium Max. lib. 1. cap. 8. & Mar. obium in Somn. Scip.

570. Ad hoc & Democritus, &c.] Democritum eius fuisse sententiam, quod post mortem animae adhaereant corporibus; sortitus ex eo colligit Auctor, quod vel Plinio teste lib. 7. cap. 55. asseruari voluerit corpora hominum, eo quod reuiuiscenda promitteret. Argumentum autem eius ad hanc rem de crematis comarum & vnguium in sepulturis, pulcre refellit Auctor, causas naturales adferens.

571. propterea nec ignibus funerandum aiunt.] Hunc morem non prolat Auctor, sed causam qua quidam eum improbant, immo crudelitatis accusat, non hic modo, sed etiam lib. de Resurr. carnis, cap. 1.

572. Ceterum anima indiuisibilis, &c.] Hoc supra late docuit Auctor cap. 14. ex quo proinde concludit: etiam mortem indiuisibilem credi.

573. & morante adhuc sepultura, interim oratione Presbyteri componeretur, &c.] Facit etiam hoc ad vetustatem Orationis pro defunctis comprobendam; cui similes locos vident supra Lector in Adnot. nostris Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. ac lib. de Coron. milit. cap. 3. num. 36. Eic certe proprie de Oratione Presbyteri, id est, iuxta usum Tertullian. sacrificio in sepultura mortuorum; nam & illa verba: ad primum habitum orationis, & rursumque condita pace, ad sacrificium magis quam ad orationem pertinere dignoscuntur; maxime quum etiam foeminam mortuam manus in habitum supplicem (quali presbyteri potius in sacrificio quam alia oratione supplicii vii solent) conformasse, addat.

574. Est & alia relatio apud nostros, &c.] En alterum, vii vocat Auctor, ostentum, quo in caemeterio corpus corpori iuxta collocando spatium recessu communicauit. Atqui de Caemeteriis Christianorum (quae extra portam fuisse olim constructa, supra adnotauimus Tom. 1. lib. de Testim. Animae, cap. 4. n. 19.) Vide Adnotationes nostras in B. Cyprian. Epist. 68. ad Stephan. num. 25. Atqui an etiam apud ethnicos tale quid tradatur; inquirendum relinquo Lectori curioso.

575. sibi metipsum refrigerasset.] Simili phrasi supra Tom. 1. lib. ad Scapulam dixit Auctor, cap. 4. indigentibus refrigeramus, id est, refrigerium adferimus.

576. signis porius & ostentis.] Ostentum Labeo definit (inquit Pliniam) ostentum, ff. de verb. & rerum signific. omne contra naturam cuiusque rei factum. Atqui Cicero lib. 2. de Natur. Deor. ab ostendendo, monstrando, portendendo, dicta scribit ostentum, monstrum, portentum.

C A P. L I I.

577. Hoc igitur opus mortis, &c.] Huic capiti, & praecedenti distincto, huc titulum dedimus: Quod omnis mors ex culpa sit, non ordinata aut naturalis; quam tamen naturalis ex accidentia dicatur. Eiusdem itaque penè argumenti est cum cap. 41. supra, praeterquam quod hic exempla quaedam adferat mortis violentae, quam ethnici extraordinariam vocabant.

578. & arbitrio hominis addicens mortis euentum, &c.] Locus hic iterum facit pro hominis libero arbitrio, quod ipsum vocat mox satis nouè oblationis potestatem, eo quod posset acceptare per voluntatem vitam aut mortem sibi a Deo oblatam.

579. Nam, etsi praeter gaudio quis spiritum exhalet, ut Chilon Spartanus, &c.] Sumpsit hoc, sicut alia multa, Auctor ex Plinio lib. 7. cap. 32. ubi sic ait: Quin & funus Chilonis Lacedaemonij, quum, victore filio Olympie, expirasset gaudio; tota Graecia profecuta est. Quod ipsum non illi modo, sed & Sophocli ac Dionysio Sicilia tyranno accidisse, accepto Tragica victoria signo, idem scribit cap. 53.

580. etsi praeter gloria, ut Clidemus Atheniensis, &c.] Clidemi cuiusdam scripta adlegant Athenaeus & Plutarchus in Aristide. An idem sit nescio; neque enim apud alium reperire hoc exemplum mortis licuit.

581. etsi per somnium, ut Plato.] Id ipsum confirmat

mat Suidas: Epulatus (inquit) Plato in festo, & dormiens, vita excessit.

582. etsi per risum, ut P. Crassus.] Peculiare hoc est Auctori, si modo idem sit P. Crassus Lucij Crassi Oratoris frater, quem scribit Volaterr. li. 12. cap. 2. sibi ipsi vim iniussit.

583. longè à Caphareis faxis, &c.] De his ita Propertius lib. 3. Eleg. 7. adludens (sicut & Auctor) ad classem Graecorum, quae apud Promontorium Eubaeae, versus Hellepontum, valde afflictata fuit:

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga quum valta Graecia tracta solo est.
Atqui de Decumanis vide supra Tom. 1. lib. de Pallio, c. 2. num. 22. Denique pro: naufraga sortitus non male Gagneus naufrangia, voce obsoleta.

C A P. L I I I.

584. Sed quò deinde Anima nuda & explosa deueret, &c.] Titulum hic veterem retinuimus: De excessu Animarum, id est, de modo seu causis excessus animarum è corpore.

585. Medicis potius relinquendas.] Hoc per praecipuum Auctorem verum paulopost non paucas causas defectionis corporis in mortem explicat, & ipse quae sit euerfio (inquit) aut materiarum, ut fellis & sanguinis; aut regionum, ut cordis & iecoris; aut viarum vitalium, ut venarum & arteriarum.

586. Non alio modo quam quo & aurigam, &c.] Animam facit aurigam corporis, sicuti alicubi Plato sine autem legat: aetu languens, siue, elanguens, perinde est.

587. Sic & rapida quaeque mors, &c.] Enarrantur hic aliquot perquam eleganter rapidae mortis genera, ut ceruicum messis semel tantam ianuam pandens (ubi omitto: ac) ut ruinae vis semel omnia vitalia (ad id iterum ex Gagneo) elidès; ut apoplexia interior ruina. Atqui paulopost legimus iterum cum Gagneo: nec quia exigua est, statim & ipsa peritura est. Pulcre denique describit mortem, totius vltimum torum.

588. Hinc denique euenit, saepe animam, &c.] Egregie explicat unde sollicitor obtutus & extraordinaria loquacitas, subinde moriturus contingat. Est Verò rursus vox Tertullianica: suggestu.

589. Si enim corpus istud Platonica sententia carcer.] Similiter supra ex sententia Carpocratis cap. 35. corporis carcerem dixit. Verum ait, e contrario ab Apostolo Dei templum dici; quamquam interim fateatur (sicuti etiam supra cap. 40. docuimus) Animam concretionem carnis inficari & obscurari. Similis est autem locus apud B. August. lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 16. ubi docet non corpus, sed corpus corruptibile esse Animae onerosum. Hinc etiam B. Hier. cum sibi obiectum esset à Rufino, quòd in Commentario epist. ad Eph. dixisset corpus animae carcer; respondit se id ex Orig. sententia dixisse, quippe qui, vii in multis, etiam in hoc Plat. sit imitatus. Porro corneum speculari dicitur etiam caro à Platone, in Charmide.

590. prout paratarum deuerforij sui sentit.] Ex Gagneo repositimus: deuerforij, & cap. sequent. deuerforiorum, pro: diuerforij, ac: diuerforiorum, eo quòd initio huius capitis omnes cod. legat: deuerret, quod Tertulliano est frequentissimum.

591. de ipsius statim angeli facie, &c.] Sicuti supra cap. 37. indicauit, à naturate statim singulis hominibus unum angelum deputari; sic hic quoque in fine vi-

tae unicuique apparere angelum, de cuius facie paratarum sui deuerforij sentit Anima, siue in caelum, siue in infernum.

592. euocatoris animarum Mercurij Poëtarum.] Adluit imprimis ad Platonem in Phaedone. Sic narrat (inquit) quòd unumquemque mortuum cuiusque demon, qui diuum sorte obiuuit, ad quendam locum ducere aggreditur, ubi, congregatos iudicari oportet, &c. ne prolixiores simus. Deinde ad Mercurium Poëtarum, quem illi animarum caduceatorem faciebant.

C A P. L I I I I.

593. Quò igitur deducetur Anima, iam hinc reddimus, &c.] Etiam hic rursum inscriptionem huius capitis antiquam retinuimus: De receptu Animarum addentes: & de inferis secundum Philosophos. ut potè quorum hic sententiam dumtaxat adferat, Christianorum verò, cap. sequi.

594. Omnes ferè Philosophi, qui immortalitatem Animae, &c.] Vide B. August. lib. de Immortalitate Animae, ubi & Pythagorae & Platonis, aliorumque de eadem Philosophorum testimonia adfert. Rectè autem addit Auctor: qualiter volunt, tantum vindicant; quia, B. Gregor. Nyss. teste, Philos. lib. 2. cap. 7. Ethnici omnes, qui animam immortalem dixerunt, Animarum transmigrationem unanimitè adstruunt, circa formas Animarum diuersas. Quod ipsum de Pythagora supra satis deduxit Auctor, & item de Platone, cap. 28. 29. 31. & de Empedocle, ac iterum de Pythagora, cap. 32. Platonis item aliquot locos adnotatos habes supra non vno in loco, inter quos praecipuus est, ubi rem ex professo tractat, in Phaedone, siue de Anima libro. Atqui Cicero Tuscul. lib. 1. Pherecydem Syrum primum dixisse Animas sempiternas, ait.

595. quique aliquod illi tempus indulgent, &c.] ut Stoici. De his in hac verba Cicero Tuscul. 1. Stoici usuram nobis largiuntur tamquam cornicibus; diu mansuras Animas aiunt, semper negant. Quorum interim de conflagratione vniuersitatis, id est, mundi, opinio Christianis satis conformis est.

596. Plato quidem non temerè, &c.] Habes hoc Platonis paradoxon partim in Phaedone, partim in Phaedro, denique & in Timaeo; ubi docet (quod etiam cap. sequent. repetit Auctor) in aethere (siue, vii loquitur, puram habitationem seu caelum) sublimati Animas sapientes cum pueris; quod etsi Auctor aliter interpretatur, Marsilius tamen manuè referre ad eos, qui Philosophiae institutionem puerorum coniunxerant.

597. apud Arium, in aërem.] Id ipsum repetit cap. sequi. aut in aëre (inquit) cum Ario. Quid autem aër ab aethere differat, omnibus notum est; nempe quòd aër vni sit ex quatuor elementis, aether plerumque pro caelo accipitur. Quis autem iste Arius, discipulat diligens Lector. Huius sententiam sequi mihi videtur Cicero lib. de Republ. 6. & alij quidam; qui in circulo Lacteo Animas Virorum sortium collocant.

598. apud Stoicos sub lunam.] De hoc iterum cap. sequi. aut circa lunam, cum Endymionibus Stoicorum. Horum verò sententiam, praeterquam quòd sequi videatur Cicero Tuscul. 1. (vi ante me adnotauit Turneb. Aduersar. lib. 26. cap. 28.) Lucanus his amplexus est versibus:

Quòdque patet terras inter, Lunaeque meatus,
Semidei manes habitant; quos ignea virtus
Innocuos vita patientes aetheris imi
Fecit, & aeternos animum collegit in orbis.

599. Hos(inferos nempe) Plato velut gremium terræ describit in Phadone, &c.] Paraphrasticos magis istud, quam ad verbum ex Phadone citat Auctor, quippe qui ibidem non aliud habeat de Tarraro, quam quod in eum hiatum consulant omnes flumini, & ex hoc rursus effluant; sicut autem tales, qualis est terra, per quam fluxerint. Atqui rursus phrasus est Terullianica: aërem stipare, pro: obstipare.

C A P. LV.

600. Nobis inferi, non nuda cauositas, &c.] Titulum huius capituli auctiorem hoc modo reddidimus: Inferi quid Christianis, & an illuc omnes Animæ cōueniant.

601. sed in fossa terræ, &c.] Paulo claris istud paulopost: Habes(inquit) & regionem inferum subterraneam credere; & supra Tomo I. Apolog. cap. 47. Vbi gehenna ab eo definitur: ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus. Hæc autem scripturis tum iis que hic habemus, tum aliis confirmat B. Frenæus libro 5. adu. heres. contra eos agens, qui mundum hunc Inferos adserbant. Nec absimiliter B. Hieron. in Epist. ad Ephes. cap. 4. adducens in eandem rem, præter Verba Apostoli ibidem, que mox citat Auctor, scripturas Num. 16. Psal. 54. & 105. Item B. August. lib. 2. Retract. cap. 24. retractans dubiam suam sententiam lib. 12. de Genesi ad litt. cap. 34. De inferis(inquit) magis mihi videor dicere debuisse, quod sub terris sint; quam rationem reddere de terra esse credantur sine dicantur, quasi non ita sit.

602. Siquidem Christum in corde terræ, &c.] Adhuc ad illud Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ per triduum; quod ipsum citat etiam Frenæus ibi supra. Est autem etiam illa vox: expunctum, Terullianica.

603. forma humanæ mortis apud inferos funtus, &c.] De Christi descensu & functione apud inferos, supra Auctor: Ad quod & Christus moriendo descendit, puto ad animas Patriarcharum; pro quo hic paulo apertius: ut illic Patriarchas & Prophetas composites sui faceret. De quo videat etiam Lector Adnotat. nostras in cap. 12. lib. de Prescript. adu. her. num. 86.

604. nec antè ascendit, &c.] Adlegat hic præter scripturas ibi citatas (quemadmodum & B. Hieron. & Iren. ac Ambros.) illud Ephes. 4. Quod autem ascendit (cui addit Auctor explanationis gratia: in sublimiora cœlorum) quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ, pro quo apud Iren. & hic in inferiora terrarum; qui non videntur legisse vocem μέγην qua hodie in omnibus codicibus Græcis, & ex translatione in Latinis legitur. Adlegari præterea solent ad huius articuli confirmationem scripturarum testimonia Zachar. 9. Ecdes. 24. Act. 2. Of. 13. Denique illud Hierem. quod Iustinus Martyr aduers. Tryphon. Iudæos reseruisse dicit: Recordatus est Dominus Deus mortuorum suorum ex Israël, qui obdormierunt in terra aggeris sine sepelitione; & descendit ad eos ut euangelizaret, & lato eis significaret nuncio salutare suum. Quod ipsum quum citetur ab Irenæo loco iam citato; omnino ibi legendum: in terra sepelitionis, pro stipulationis. Patrum Verò testimonio hæc citat Eusebius in Irenæum: Thaddæi apud Eusebium lib. 1. cap. 11. Dionys. Areop. lib. de cœl. Hier. c. 4. Irenæus Epist. ad Trall. Clement. Alexandr. lib. 2. & 6. Strom. Origen. in cap. 5. Roman. Basil. in Psal. 48. Gregor. Nazianz. Orat. de Paschate, Epiphani. her. 64. ac 77. & in Anchor. de-

nique & Arnob. in Psal. 15. 87. ac 137. Quibus adde præter Iren. Cypri. & Hieron. locum citatis, alterum B. Hieron. locum in Osee cap. 13. & Nazianz. Orat. 3. Theolog. August. Epist. 57. ad Dardan. & ad Enoch. 99. Gregor. Nyss. Orat. 2. de Resurr. Fortium. Hymno de Pascha, qui perperam Lactantio adscribitur; ipsum Lactant. lib. 4. cap. 19. & German. Constantinop. versu de Cruce Christi. Quid? quod Augustin. etiam idiplum adstruat, ubi quintum articulum symboli tractat, lib. 4. de Symb. ad Catechum. cap. 6. & disertis verbis B. Cyrillus Hierosol. Catech. 4. inter sepulturæ mentionem & resurrectionis interponit (sicuti nos etiam nunc) illud: Descendit ad inferos. Immo & causam eandem cum Auctore addens, ut & iustos liberaret, subiungit quasi cum somacho quoddam: Cur enim vellet viuentes quidem frui gratia, quamuis ex his sancti non essent: qui Verò cum Adam à longo tempore conclusi erant, non potiri libertate? &c. ne prolixiores simus; hoc addito, quod in confirmationem addeget etiam illud Matth. 11. Tu es qui venturus es: Ipsi interim magis videntur conuinxisse hunc articulum cum præcedenti: Et sepultus est; unde & Rufinus in Symbolo dicit, Vim verbi eandem videri esse in eo, quod sepultus dicitur. Valeat itaque Erasmus cum suis Catechesibus, ubi non veretur dubitare, an Thomas Aquinas primus hanc clausulam Symbolo fidei Apostolico addiderit; maxime quum manifestè tria hæc coniungat Auctor: mortuus secundum scripturas, sepultus, ac descendit ad inferiora terrarum.

605. habes & regionem inferum subterraneam credere, &c.] Nescio quid hic in mentem Gelenio venerit, quod substituerit originem inferum, pro: regionem, quod habebat Gagnæus; qui etiam rectius legebat: & illos cubito pellere (de quo Proterbio inter Prolegomena latius) qui satis superbè, quam ille: quia satis superbè.

606. aspernati si fortè in sinu Abraham, expectadæ resurrectionis solatium carpere, &c.] Etiam hoc Gagnæi magis placet quam alterius: capere. Accipitur Verò, sicuti alibi frequenter: si fortè, pro: fortè. Atqui paradoxon Auctoris de Abraham sinu, sine de Paradiso (quod iterum repetit cap. sequenti; cap. 57. ac cap. 11. huius libri, & lib. 4. aduers. Marcionem) quo ipse constituebat omnem animam sequestrari vique in diem Domini (ubi loquitur in fine huius capituli) latius infra inter Fragmenta libri de Paradiso, ac in Prolegomenis. Possunt interim aliquo modo commodam interpretationem huius loci accipere; si dicamus Auctorem sentire, quod nondum perfecta cœli fruuntur beatitudine, quam post corporis resurrectionem pleniorē expectant Animæ.

607. Sed in hoc(inquit) Christus inferos adiit, &c.] Istud argumentum, quod tacitè sibi obiicit, non solum ab Auctore, sed nec à nobis probatur; alioqui enim inde concluderetur, eum qui semel Christianus factus fuerit, inferos promereri non posse.

608. Quomodo ergo Anima exhalabit, &c.] Nec tamen etiam istud e contrario quicquam facit pro paradoxo Auctoris, quippe quum nihil obstat Christum adhuc sedere ad dexteram patris, & tamen aliquos in cœlum recipi: nam 1. Petri 3. legitur de Christo: Qui est in dextera Dei deglutiens mortem, ut vita aeterna hæredes efficeremur, profectus in cœlum. si autem hæredes, & coheredes Christi, simul cum illo glorificabimur, atque ad eum in cœlum recipiemur. Alioqui certè frustra diceret Apostolus Gal. 2. Cupio dissolui, & esse cum Christo.

609. nondum Dei iussu per tubam Archangelii au-

li auditio, &c.] Quum hæc ad tempus resurrectionis corporum pertinere constet; facit hoc pro sana illa interpretatione, de qua paulo ante num. 607. Sunt autem rursus verba illa ex persona Philo sophorum & aliorum ironicè dicta: sed in æthere dormitio nostra, &c. Ridens autem Stoicos, vocat Animas eorum: Endymiones circa Lunam; eo quod Endymion ille Poëtiuis, longissimi temporis somniator, à Luna ad amatum fertur; quod, teste Plinio lib. 2. cap. 7. multa ad Lunæ cursum peruentia primusprehenderit.

610. Immo(inquis) in paradiso, &c.] sed neque hoc probatur, quod credamus ex Ecclesiæ præscripto: Patriarchas & Prophetas appendices dominicæ resurrectionis, id est, qui cum illo resurrexerunt, ab inferis migrasse in cœlum, non in paradysum secundum quosdam, aut in sinum Abraham, qualem Auctor somniat. Alioqui enim verum non esset illud Psal. 67. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem; quod explicans Apostolus Ephes. 4. interpretatur illud in altum, supra omnes cœlos.

611. Et quomodo Ioannim in spiritu, paradisi regio reuelata, &c.] Hic altare illud, cuius fit mentio Apocal. 6. paradysum interpretatur; in quo solos videtur collocare Martyras; reliquis non concedens nisi sinu Abraham. Nos Verò & B. Cyprian. Epist. 52. ad Antonianum, Martyrium cœlum, reliquis Purgatorij locum tribuimus; ubi videtur est Adnotat. nostris in eadem Epist. num. 59. & de hoc Apoc. loco latius in Prolegomenis, & infra Tom. 4. ad Fragmenta lib. de Paradiso. Interrogandi autem notæ, isti & duabus sequentibus periodis addenda sunt.

612. Quomodo Perpetua fortissima Martyr, &c.] Loquitur de Perpetua, qua in Mauritania, (ubi legitur in Martyrol. 7. Martij) ciuitate Thuburitanorum cum Felicitate passa est sub Senero Principe; de quibus indicat Possidius in Indiculo tres sermones B. August. nunc in postrema Planini additione, num. 103. 104. ac 105. recens additos, qui etiam eiusdem meminit lib. 3. de Anim. orig. cap. 9. & in Psal. 47. Versus finem, ac Vtriusque libri de temp. barbar. cap. 5. sicuti ante me adnotauit Dn. iohannes Molanus Louaniensis Theologus. In quorum 1. serm. hic illud pertinet: Exhortationes earum in reuelationibus triumphifque passionum audiuiimus. Porro adnotadus hic locus, quod in materia grati & fidei, etiam Passio Sanctorum auctoritate valet, contra eos qui illam modis omnibus eleuare non verentur.

613. Non in Adam noua mors pro Deo, &c.] Non, rursus hic accipitur ab Auctore, pro: Nonne. Pulchra autem Martyri periphrasis: noua mors pro Deo, & extraordinaria pro Christo. Quum autem hic rursus Paracleti meminerit, patet conscriptum hunc librum, quum iam Montanizaret.

C A P. LVI.

614. Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu statim fiat, &c.] Veteris tituli retinimus priorem partem: An commorentur hic Animæ post mortem; & alteram partem sequenti capiti adposuimus. Desinit autem, quod hic non detineatur.

615. Creditum est, insepultos non antè ad inferos redigi, quam iusta perceperint, &c.] Locus ad quem addidit, de Homericis Patrolo reperitur Iliad. φ. Δόμῳ μὲ ὄντι τοῖσι καὶ πύλας ἀείδειν πύλας Τῆλέμαχος ἔειπεν ἰὺ χεὶ ἐδάλακα χαλκόντων, &c. Legimus autem paulopost iterum cum Gagnæo: cui non imputabitur, pro: imputatur, quia præcedit: Amabit.

616. Aut & immatura morte præuentas, &c.] Nescio an simile quid insinuet Homerus ubi supra, his verbis:

ἀλλ' αὐτὰς ἀλάλημαι ἐν θέρπυλλες ἄϊδος ἄω. 617. isthic, &c.] Vox est Terullianica: isthic, pro hic; quam etiam B. Cypriano vsitatam, adnotauimus ad Epist. eius 42. num. 5.

618. donec reliquatio compleatur ætatis. Similiter paulopost: nulla erit reliquatio temporum. Eleganter admodum vocem illam Iureconsultorum transfudit ad ætatis residuum, quod desideratur in immatura morte præuentis. Nam à Paulo l. qui nominibus. D. de admin. & peric. tur. accipitur reliquatio, pro eo quod rationibus deductus est reliquum; & eadem significatione ab eodem reliquari accipitur l. L. Titius. D. de administr. tutor. ac ab Pliniano, l. rescripto. D. de muner. ac honor. denique etiam reliquator, qui reliquum debiti non soluit, & Scauola, l. creditor. D. de solut. & liber.

619. & constituta præcipi posse non credam, &c.] Omnino sic legendum, pro: præcipi, vel ex eo patet, quod paulopost sequatur: hos præceptos, ac deinde præcepta tempora, & vi ereptas; quum etiam sensus id necessario requiratur. Atqui de vocibus inuictis, pro pubere, & vesticeps, pro impubere; vide supra Tom. 2. lib. de Feland. Virgin. cap. 8. num. 60.

620. qui tamen octoginta annos victurus fuisset, &c.] Videtur respicere ad illud Psal. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potestibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

621. Nostrum autem illud quoque recogitant, &c.] Ad Christianorum adhuc sententiam, de qua libro post hunc secunda latius, de Resurrectione carnis.

622. ab infantia pueritiæ delegata, &c.] Quingue hic enumerat hominis ætates, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, (quibus adde Virilem) & senectam; de quibus vide Cebetis Tabulam.

623. Proinde extores inferum habebuntur, quas vi ereptas arbitrantur, &c.] Absurditatem huius opinionis vel inde probat, quod alioqui cœlestæ quæque animæ inferis exulabunt; & potè que præcipua atrocitates suppliciorum (ubi Gelenius) eripiantur; crucis dico, & securis, & gladij, & ferræ. De quibus supra Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 4. num. 46. Ite autem paulopost: dignas inferis non iudicas? addita negandi particula; quia id sensus omnino requiritur.

C A P. LVII.

624. Aut optimum est hic retineri, &c.] Caput hoc à precedenti separatim, posteriori parte tituli antiqui inscriptuimus, nempe: An huc animæ ab inferis commencent, hoc addito: imperio demonum per Magicam.

625. secundum Achoros, aut pessimum secundum Bizothanatos, &c.] Similiter paulopost: Itaque inuocantur quidem Achori & Bizothanati. Achori dicuntur, præcoci morte præuenti, Bizothanati, violenta morte necati. Bizothanatos enim à βιάσθαι θανάτου, id est, violenta morte dicitur, quam illi iudicabant optimam.

626. Magica. Quam hic Magicam, mox non semel Magiam vocat. Quam etiam supra impugnat Tom. 1. Apolog. cap. 23. & Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 9. maxime autem hoc loco, dum paulopost subiungit: Quid ergo dicemus Magiam? Quod omnes penè (ipse etiam)

Plinius cum alibi, tum maximè li. 30. c. 1. fallaciam; & postea iterum fallaciã spiritus nequam, sub personis defunctorum delitescens. Similiter autem aduersus eandem scribunt Clemens Alexandrinus Orat. ad Gracos, B. August. li. 8. de Ciuitate Dei, c. 19. & Lactant. libro 2. c. 17. Quid? quod etiam Apuleius crimen huius artis duabus Apologiis à se alienum esse defendit.

627. Hostanes.] sic omnino legendum, non Ostantes, præterquam quod celsissimum legendum Adnot. nostris in li. 8. Cypriani de idolol. vanit. n. 53. confirmatur ex Plinio ubi supra, apud quem duo Hostanes leguntur. Ita enim de prioribus: Primus, quod exisset, ut equidem inuenio, commentatus de Magia est Hostanes; qui ad rabiem nõ audiatem modo scientia eius, Græcorum populos egit. Deinde de altero: Non leuem & Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit, professione secundus Hostanes. De primo autem loqui, Auctorem patet, ex eo quod alij quos hic cõmemorat, plerique ante secundum illum vixisse, ex eodem Plinij loco deprehendantur.

628. & Typhon.] Fortassis idem est, qui Osridu frater, actus inuidia terrarum & maria turbauit, quem Plutarichus alicubi (si Puii creditur in B. August. lib. de Ciuit. Dei) demonem dicit. Typhonis etiam cuiusdam fati mentionem Herodotus in Euterpe.

629. & Dardanus.] De hoc, & aliis aliquot, ita Plinius loco modo citato: Democritus Apollonem, Capridenem & Dardanum è Phœnicè illustrauit, voluminibus Dardani è sepulcro eius petiit, suis vero ex disciplina eorum aditis. Vnde & Dardanus, artes Magicas à Columella appellari, adnotauit hunc locum citans Turnebium Aduers. li. 9. cap. 17. Sic etiam usurpat Stephanus. An idem fuerit qui (Clem. Alexandr. teste, Orat. aduers. Gracos) matris Deum ostendit mysteria, iudicent alij.

630. & Damigeron.] Qui hic Damigeron, si Puyero creditur, ab aliis Demogorion appellatur.

631. & Nectabis.] Apud quosdam legitur Nectanebus Rex Aegypti temporibus Platonis. An idem appellatus fuerit Nectabis, disquirat Lector curiosus.

632. & Berenice.] De Nectabis & Berenices scriptis Magicis nihil hactenus reperire potui; nescio an eadem sit illa Berenice Ptolomæi mater & vxor, cuius topasium insignem celebrat Plinius lib. 37. cap. 8.

633. Publica iam litteratura est, quæ Animas etiam iusta ætate sopitas, &c.] De hac etiam supra sic Auctor Tom. 1. Apolog. cap. 23. Porro si & Magi phantasmata adunt, & iam defunctorum inclamant Animas. Verum hic latissimè hanc Magia speciem impugnat; idque potissimum ex eo, quod dæmones se mortuos fingant, & hi vel maximè qui in ipsis tunc fuerunt, vel præfuerunt, quum adiuuerent, (id est, adhuc uiuerent.) Idque etiam rebus probari, quum in exorcismis, primum, se ex parentibus alicuius esse adfirmans dæmon, instantia tamen diuinæ gratiæ victus, id quod verum est, inuitus confitetur. Similiter autem etiam Lactant. li. 2. cap. 17. hanc Magia speciem, quam Necromantiam vocant, dæmonibus adscribit, quemadmodum etiam B. August. lib. 7. cap. 35. Quam ad eò rectè etiam Auctor secundam Idololatriam vocat, addès etiam phantasma præstari, quia & corpus adfingitur.

634. Nam & suggestissimus, nullum penè hominem carere dæmonio.] Suprà, nempe integro cap. 39.

635. quum in exorcismis, &c.] Ad eosdem spectat quod pauloprius dixit: nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus. Verum de

his latius supra Tom. 1. Apolog. cap. 23. num. 370. & cap. 27. ad num. 426. ac cap. 32. ad num. 453. & cap. 43. num. 561.

636. Corpora denique videbantur Pharaoni, &c.] Præstigiis fuisse, non vera miracula dracones magicarum virgarum, Exod. 7. cum Auctore sentiant etiam Philo Iudæus, B. Gregor. Nyss. alicubi, Auctor quidam Græcus, & Rupertus verbis à Lippomanno citatis Cathena in Exod. & ipse quoque Lippomannus, eo quod addatur per incarnationes Aegyptias, Græcè τοῖς φαρμακείοις. Item B. Justin. Mart. aduers. Tryphonè duobus locis, & Auctor Quæst. & respons. lib. adu. eundem quæst. 26. Quorum Rupertus etiam consentit Auctori, quod exteriores oculos circumscripterint. Lippomannus vero putat subtraçtas virgas, & dracones suppositos; sicut de cerua pro Iphigenia factum commemorat B. Augustin. lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 18. Vbi etiam magis videtur in hanc propendere sententiam, alicubi dubians; adferens interim nullo modo creationem dæmonibus adtribui posse.

637. Simoñ dedit & Elimas Magi.] De his Act. 8. & 13. De Simone vero hæretico latius supra lib. de Præscription. aduers. hæret. cap. 46. her. i. num. 301. & supra cap. 34.

638. Nec enim Pythonico tunc spiritu minus licuit Animam Samuelis effingere.] Samuelis Animam, i. Reg. 28. non verè à dæmonio extractam, sed phantasma duntaxat; adfirmat Tertull. Item Auctor dictarum Quæst. quæst. 52. B. August. lib. 2. ad Simplic. qu. 3. Contra sentit B. Justin. Mart. adu. Tryphon. ex quo confirmatur eorum sententia, qui dictum librum Quæst. & respons. illius esse negant; quamquam interim antiqui etiã alicuius sit Auctoris; pro quo facere videtur Eccles. 46. In summa adhuc sub iudice liti est.

639. Nalammonas, &c.] Nalammonas collocat Plin. lib. 5. cap. 5. in ora Syrtis, quos Græci Μελαμμονες appellauerunt, ab argumento loci, medios inter harenas sitos. Ab his addit idem lib. 7. cap. 2. gentem Pysyllorum propè interemptione sublatam.

640. vel Nymphodorus.] Verisimile est citari hic Nymphodorum Syracusanum, cuius liber de Sicilia (cui Nalammones vicini) mirabilibus citatur ab Athenæo. Fortassis idem qui citatur etiam à Plinio inter Auctores, lib. 3. cap. 5.

641. & Celtas apud virorum fortium busta eadem de causa abnoctare.] Celtas tradit Plinius lib. 3. cap. 1. à Celtiberis ex Lusitania in Hispaniam aduenisse, eosque Hispanensis conuentus facit; quamquam tamen ab alijs magis Celtiberi illi vocentur, à Celtis Gallis in Iberiam profectis. Nam (eodem Plinio teste lib. 4. cap. 17.) Gallia Comata tertia pars Celtica appellatur, ea quæ est inter Sequanam & Garunnam, quæ & Lugdunensis dicitur.

642. vt Nicander adfirmat.] Nicandrum Colophonum Medicum intelligit, qui testibus Athenæo & Suida, scripsit de Oraculis libros tres. Citatur eiusdem liber quintus ἠὲ ὄρασεις à stephano. Atqui de alio Nicandro, quantum apparet, pictore & hæretico, infra sub initium Scorpiaci adu. Gnosticos.

643. Nulli autem animæ, &c.] Istud etiã pertinet ad paradoxon Tertulliani, quo videtur sensisse omnè mortuorum exhibitionem incorporalem, præstigiis esse; de quo latius in Prolegomenis. Hic duntaxat remittimus Lectorem ad B. August. lib. de Cura pro mortuis, ubi quamquam raras, quasdam tamen admittit mortuorum apparitiones.

E

Et verum quidem esse nulli animæ patere inferos, ita vt exire possit proprio arbitrio; sed non negat speciali Dei priuilegio id fieri posse; quum agnoscat etiam hoc loco quasdam animas in corpora Dei virtute reuocari. quidam ergo etiam extra corpus, sicuti vel ipse scripture attestantur de Hieremia & alijs qui apparuisse leguntur?

CAP. LVIII.

644. Omnes ergo Animæ penes inferos, inquis; &c.] Postremi huius capituli titulum veterem retinimus: An aliquid interim patiantur apud inferos Animæ. Quod ipsum definiens, de supplicijs, concordat cum reliquis Patribus; at de refrigerio post Christi ad inferos descensum, aliter sentiunt. Verum etiam istud ad paradoxon de Paradiso quum pertineat, de eo latius in Prolegomenis; nam etiam Auctor supra cap. 7. ad tractatum pleniorẽ Lectorem remittit.

645. Cur enim non putes animam & puniri & foueri, &c.] Auctor quæst. & resp. apud B. Justin. Mart. qu. 75. in hoc differt ab Auctore, quod hic vtraque ad infernum migrare putet, ille verò in inferos animas in Paradisum statim post exitum è corpore transferri tradat; ubi visione etiam Christi persuadentur iuxta illud Apostoli 2. Cor. 5. Peregrè absumus à corpore, & præsentis sumus apud Dominum; in inferos vero in ipsius Orbi loco. Nec absimiliter B. August. li. 13. de Ciuitate Dei, cap. 8. Animas piorum in requie esse, impiorum vero penas luere. Atqui quomodo anima puniri possit, quum sit immortalis, tractat Lactantius li. 7. ca. 20. primum quidem ex sententia Stoicorum, qui animas iustorum ad cœlestem sedem reme-

re dicebant, impios verò puniri ob labem quandam terrenã ex contagione carnis contractam; deinde verò ex sua, quod licet spiritus sit Anima, & sua tenuitate incomprehensibilis, Deo tamen sit comprehensibilis, B. August. etiam lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 9. & 10. postquam permisisset vnicuique libertatem sentiendi de igne animarum quod vellet, tandem tamen definit, quamuis miris, tamen veris modis, posse etiam spiritus incorporeos dæmones, & proinde etiam animas, pœna corporalis ignis adfligi.

646. quotiens illæto corpore anima sola torquetur bile, &c.] Hic Auctor aliam rationem similitudinis adfert; quod non secus post hanc vitam anima sola torquetur igne, sicuti hic bile, ira, tædio.

647. Respice ad Mutij Animam, &c.] Vide supra Tom. 1. Apolog. cap. vli. num. 621. ac Tom. 2. lib. ad Martyras, cap. 4. num. 48.

648. Respice ad Zenonis, &c.] De hoc etiam iam dicto loco priori, num. 625.

649. vt in Cyro vtri cicatrices.] Vide Xenophontem in vita Cyri.

650. Sed nec omnia opera cum carnis ministerio Anima partitur, &c.] Pulcrè reddit causam; cur anima sine corpore patiatur; quod etiam quædam solo cogitatu peccata committit, (sicuti etiam supra docuit, cap. 40.) & quod in carnalibus etiam prior Anima peccatuum quam corpus concipiat, mandet & impellat.

651. In summa, quum carcerem illum, &c.] De hoc supra latius cap. 35. num. 421. & 424.

652. Hoc etiam Paracletus, &c.] Rursum hic cum Paracletico suo Montani, de quo in Prolegomenis latius.

ARGUMENTVM LIBRI DE CARNE CHRISTI, PER IACOBVM PAMELIVM.

DE Carnis Christi veritate disputaturus Tertullianus, imprimis scripti occasionem significat; quod; qui resurrectionis fidem inquietarent, etiam carnem Christi quæstionibus distraherent.

Ad institutum autem veniens, aduersus Marcionem, qui eius historiam i. i. ex Euangelio auferebat; traditionis Apostolicæ præscriptione Christi natiuitatem probat.

Deinde neque impossibilem fuisse aut inconuenientem Deo.

III.

Neque etiam Deo indignam, neque stultam.

III.

Non itaque in phantasmate, sed verè crucifixum & mortuum (quantumuis v. etiam id negaret Marcion) verè quoque natum Christum.

Iam aduersus Apellem deducit; Christum de sideribus & substantiis superioris mundi carnem non esse mutuatum.

VI.

Interferens, nihil pro illis facere illud Christi: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres.

VII.

Addens, angelum illum igneum Apellecianorum; secundum eos etiam cœlestia ex penitentia delicti instituisse; atque ad eò si de sideribus structa, peccatricem fuisse carnem Christi.

VIII.

Est verò, omnia veræ carnis signa in Christo fuisse.

IX.

FF

- x. *Rursum, aduersus alios quosdam, neque animale[m] fuisse Christi carnem ducit.*
- xI. *Neque etiam carnalem.*
- xII. *Venisse etiam Christum; non ut anima seipsam cognosceret, sed ut ipsam saluam faceret.*
- xIII. *Fuisse item in Christo diuersas substantias, carnem, & animam.*
- xIII. *Solum etiam Christum fuisse saluificatorem, non angelum.*
- xV. *Aduersus autem Valentinum, Christi carnem spiritalem non fuisse, prosequitur.*
- xVI. *Sicuti etiam aduersus Alexandrum quendam, peccatricem non fuisse carnem Christi, & etiamsi non ex semine, veram tamen.*
- xVII. *Obiter probans ex scripturis Christum de Virgine nasciturum.*
- xVII. *Non competere etiam ex semine humano Dei filium nasci; ne si esset totus filius hominis, iuxta Hebionis opinionem, non crederetur Dei filius.*
- xIX. *Neque tamen Valentino fauere illud ab eo adulteratum: Non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est.*
- xx. xxi. *Porrò aduersus eosdem non per Virginem, sed ex Virgine natum Christum, latissime ex scripturis demonstrat.*
- xxII. *Proinde adimpleri in his omnibus Prophetica[m] vocem Simeonis de Christo: Ecce hic positus est in signum cui contradicetur.*
- xxIII. *Et suggillatos esse hæreticos illos omnes, prædictosque in scripturis.*
- xxv. *Denique Epilogi vice repetens quid hoc libro probauerit, ad sequentem DE RESURRECTIONE CARNIS LIBRUM transitum facit.*

Ceterum Tertullianus præterquam quòd librum iam dictum de Resurrectione carnis citat infra lib. 5. adu. Marcionem, in illo etiam argumenti & tituli huius fit mentio: Propterea (inquit cap. 2.) & nos volumus præmissimus DE CARNE CHRISTI, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis natiuitatem, & humanam vindicamus aduersus qualitatis proprietatem. Et rursum: Igitur quantum ad hæreticos, demonstrauimus, quo cuneo occurrendum sit à nobis, & occursum est iam suo quoque titulo DE CARNE DOMINI ADVERSVS QVATVOR HÆRESES; ad hanc maximè quæstionem præstruendam. Præterquam autem, quòd MS. viderunt olim hunc librum Trithemius Abbas & Politianus locis sæpè citatis; adidit primus in lucem ex Hirsangensi & Paterniacensi Rhenanus cum Scholiis, deinde & Adnotationibus illustratum castigauit ex Gorziensi codice. Interea verò, quod desideraretur in Lelandi Britannico codice, quum à Gelenio non sit recognitus; operæpretium fuit conferre cum tribus MS. Vaticanis Codicibus, è quibus non paucos locos restitimus; additis etiam Argumento nono, & Adnotationibus nostris.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI DE CARNE
CHRISTI ADVERSVS QVATVOR
Hæreses, Liber.



VI² FIDEM resurrectionis¹ ante istos Sadducæorum propinquos sine CAP. I. controuersia⁴ moratam; student inquietare, ut eam spem negent etiam ad carnem pertinere, meritò quoque carnem Christi quæstionibus distrahunt, tanquam aut nullam omninò, aut quoquo modo aliam præter humanam: ne si humanam constiterit fuisse, præiudicatum sit aduersus illos eam resurgere omni modo, quæ in Christum resurrexerit. Igitur vnde illi destruunt carnis vota, inde nobis erunt præstruenda. Examinemus corporalem substantiam Domini: de spiritali enim certum est. Carnis quæritur veritas, & qualitas eius retractatur, an fuerit, & vnde, & cuiusmodi fuerit.⁷ Renuntiatio eius dabit legem nostræ resurrectioni.⁸ Marcion ut carnem Christi negaret, negauit etiam natiuitatem: aut ut natiuitatem negaret, negauit & carnem: scilicet ne inuicem sibi testimonium redderent & responderent natiuitas & caro. quia nec natiuitas sine carne, nec caro sine natiuitate: quasi non eadem licentia hæretica & ipse potuisset, aut admittenda carne natiuitatem negare, ut Apelles discipulus, & postea desertor ipsius: aut & carnem & natiuitatem confessus, aliter illas interpretari, ut cõdiscipulus & condesertor eius Valentinus.¹² Sed & qui carnem Christi putatiuam introduxit, æquè potuit natiuitatis quoque phantasmata fingere, ut & cõceptus, & prægnatus, & partus virginis, & ipsius exinde infantis ordo¹³ ad dõm habetur. Eosdè oculos, eosdèmq; sensus fefellissent, quos carnis opinio inludit. [14 Planè natiuitas à Gabriele annunciat. Quid illi cum angelo creatoris & virginis vtero? Conceptus inducitur, quid illi cum essentia creatoris? Odit moras, qui subito Christum de cælis deferbat.¹⁵ Aufer hinc, inquit, molestos semper, Cæsaribus census, & diuerforia angusta, & fordidos pannos, & dura præsepia.¹⁶ Viderit angelica multitudo Dominum suum noctibus honorans. Seruèt potius pecora pastores: & Magi ne fatigentur de longinquo, dono illis aurum suum.¹⁷ Melior sit & Herodes, ne Hieremias gloriectur. Sed nec circuncidatur infans, ne doleat: nec ad templum deferatur, ne parentes suos oneret sumptu oblationis: nec in manus tradatur Simeonis, ne senem mortuum exinde contristeret. Taceat & anus illa, ne fascinet puerum.¹⁸ His opinor consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro eius probaretur.¹⁹ Ex qua, oro te, auctoritate: si Propheta es, prænuntia aliquid: si Apostolus, prædica publice: si Apostolicus, cum Apostolis senti: si tantummodò Christianus es, crede quod traditum est: si nihil istorum es, meritò dixerim morere: nam & mortuus es, qui non es Christianus, non credendo quod creditum Christianos facit. Et eo magis mortuus es, quo magis non es Christianus: qui cum fuisses, excidisti, rescindendo quod retrò credidisti: sicuti & ipse cõfiteris in quadam epistola, & tui non negant, & nostri probant. Igitur rescindens quod credidisti, iam non credēs rescidisti: nō tamen quia credere desisti, rectè rescidisti. Atquin rescindendo quod credidisti, probas, antequam rescinderes aliter fuisse quod credidisti aliter. Illud ita erat traditum, porrò quod traditum erat, id erat verum, ut ab eis traditum, quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum rescindens, quod erat verum rescidisti. Nullo iure fecisti. Sed plenius eiusmodi præscriptionibus aduersus omnes hæreses, alibi iam vsi sumus. Post quas nunc ex abundantia retractamus, desiderantes rationem qua non putaueris natum esse Christum. [20 Necessè est quatenus hoc putas arbitrio tuo licuisse, ut aut impossibilem, aut inconuenientem Deo existimaueris natiuitatem. Sed Deo nihil impossibile, nisi quod non vult. An ergo voluerit nasci (quia si voluit, potuit, & natus est) consideremus. Ad compendium decurro. Si enim nasci se Deus noluisse, quacumque de causa, nec hominem se videri præstitisset. Nam quis hominem videns, eum negaret natum? Itaque quod noluisse esse, nec videri omninò voluisse. Omnis rei displicentis etiam opinio reprobatur. Quia nihil interest, utrū sit quid, an non sit: si cum non sit, esse præsumitur. Planè interest illud, ut falsum non patiat, quod verè non est. Sed satis erat illi, inquis, conscientia sua. Viderint

homines, si natum putabant, quia hominem videbant. Quam ergo dignius, quantoque constantius humanam sustinisset existimationem verè natus, eandem existimationem etiã non natus subiturus cum iniuria conscientie suae, quam tu ad fiduciam reputas, ut natus aduersus conscientiam suam natum se existimari sustineret? ²⁴ Quid tanti fuit, edoce, ut consciens Christus quid esset, esse se quod non erat, exhiberet. non potes dicere, si natus fuisset, & hominem verè induisset, deus esse desisset, amittens quod erat, dum assumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. Sed ideò, inquis, nego Deum in hominem verè conuersum, ita ut & nasceretur, & carne corporaretur: quia qui sine fine est, etiam inconvertibilis sit, necesse est. Conuertere enim in aliud, finis est pristini. Non competit ergo conuersio, cui non competit finis. ²⁵ Planè natura conuertibilium ea lege est, ne permaneant in eo quod conuertitur in eis: & ita non permanendo pereant, dum perdunt conuertendo quod fuerunt. sed nihil ²⁶ Deo par est, natura eius ab omnium rerum conditione distat. Si ergo quae à Deo distat, à quibus Deus distat, cum conuertuntur, amittunt quod fuerunt: ubi erit diuersitas diuinitatis à ceteris rebus, nisi ut contrariū contineat, id est, ut Deus & in omnia conuertere possit, & qualis est, perseverare: alioquin par erit eorum quae conuersa amittunt quod fuerunt: quorum utique Deus in omnibus par non est, si nec in exitu conuersionis. ²⁷ Angelos creatoris conuersos in effigiem humanam aliquando legisti, & credidisti, & tantam corporis gestasse veritatem, ut & pedes eis lauerit Abraham, & manibus ipsorum ereptus sit Sodomitis Loth: cõluctatus quoque homini angelus toto corporis pondere dimittere desiderauit, ab eo à quo detinebatur. Quod ergo angelis inferioribus Deo licuit, ut conuersi in corpulentiam humanam, angeli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori Deo auferas, quasi non valuerit Christus verè hominem indutus, Deus perseverare? Aut nõ quid & angeli illi phantasma carnis apparuerunt: sed nõ audebis hoc dicere. nam si sic apud te angeli creatoris, sicut & Christus: eiusdem substantie erit Christus, cuius angeli: angeli tales qualis & Christus. Si scripturas opinioni tue resistentes, nõ de industria alias reiecisses, alias corrupisses, confudisses te hinc Euangelium Ioannis, prædicans ²⁸ spiritum columbae corpore lapsum descendisse super Dominum. Qui spiritus cum hoc esset, ²⁹ tam verè erat & columba, quàm & spiritus: nec interfecerat substantiam propriam, assumpta substantia extranea. Sed queris corpus columbae ubi sit refumptum spiritum in cœlum. eque & angelorum, & eadem ratione interceptum est: quia & editum fuerat, si vidisses cum de nihilo proferebatur, scisses cum in nihilum subducebatur. Si nõ fuit initium visibile, nec finis. Tamè corporis soliditas erat, quo momento corpus videbatur. Non potest non fuisse quod scriptum est. ³⁰ Igitur si neque ut impossibilem, neque ut periculofam Deo repudias corporationem, superest ut quasi indignam reicias & accuses. Ab ipsa quidem exorsus odio habita natiuitate, ³¹ perora age iam spurcitiis genitalium in vtero clementorum, humoris & sanguinis foeda coagula carnis ex eodem cœno alende per nouem menses: describe vterum de die in diem insolescentem, graue, ³² anxium, nexum, ³³ totum incertum libidinibus fastidij & gulae. Inuehere iam & in ipsum mulieris enitētis pudorem, vel pro periculo honorandum, vel pro natura religiosum. Horres utique & infantem ³⁴ cum suis impedimentis profusum utique & oblitum. Deditur quod pannis dirigitur, quod vinctiõibus formatur, quod bladiis deridetur. ³⁵ Hanc venerationem o Marcion, naturae despicias: & quo modo natus es? odisti nascentem hominem: & quo modo diligis aliquem? te quidem planè non amasti, cum ab Ecclesia & fide Christi recessisti. Sed videris, si tibi displices, aut si aliter natus es. Certè Christus dilexit hominem illum in immundicitiis, in vtero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nutritum. Propter eum descendit: propter eum predicauit: propter eum omni se humilitate deiecit usque ad mortem, & mortem crucis: amauit utique ³⁶ quem magno pretio redemit. ³⁷ Si Christus creator eius est, suum meritum amauit: si ab alio Deo est, magis adamauit, quãdo alienum redemit. Amauit ergo cum homine etiã natiuitatem, etiam carnem eius. Nihil amari potest sine eo per quod est, id quod est. Aut aufer natiuitatem, & exhibe hominem. adime carnem, & presta quem Deus redemit. Si hæc sunt homo quem Deus redemit, tu hæc erubescenda illi facis, quae redemit, & indigna, quae nisi dilexisset, non redemisset? ³⁸ Natiuitate reformata regeneratione caelesti, carnem ab omni vexatione restituit, leprosam emaculat, cæcam perluminat, paralyticam redintegrat, demoniacam expiat, mortuam resuscitat, & nasci in illam erubescit? Si reuera de lupa, aut sue, aut vacca prodire voluisset, & feræ aut pecoris corpore indutus, regnum cœlorum prædicaret, tua opinor, illi censura præscriberet?

Genes. 18.

Gen. 19.

Gen. 32.

Ioan. 1.

I I I I.

Philipp. 2.

I. Cor. 6.

Matth. 11.

A ret? Turpe hoc Deo, & indignum hoc Dei filio, & stultum propterea qui ita credat. Sit planè stultum, si de nostro sensu iudicemus Deum. Sed circumspecte Marcion, si tamen non delecti: ¹ Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam. Quenam hæc stulta sunt? conuersio hominis ad cultum veri Dei, reiectio erroris, disciplina iustitiae, pudicitiae, patientiae, misericordiae, innocentiae: omnia hæc quidem stulta non sunt. Quare ergo de quibus dixerit. Et si te præsumptis inuenisse, non erit iam stultum credere in Deum, natum & quidem ex virgine: & quidem carneum, qui per illas naturae contumelias volutatus sit. Dicat hæc aliquis stulta non esse: & alia sint, quae Deus in æmulationem elegerit sapientie secularis: & tamè apud illam facilis creditur, ² Iupiter taurus factus aut cygnus, quàm verè homo Christus penes Marcionem. ³ Sunt planè & alia tam stulta, quae pertinent ad contumelias & passiones Dei. ⁴ Aut prudentiam dicant Deum crucifixum. Aufer hæc quoque Marcion, immò hoc potius. Quid enim indignius Deo? quid magis erubescendum, nasci, an mori? carnem gestare, an crucem? circumcidi, an suffigi? educari, an sepeliri? in præsepe deponi, an in monumentum recondi? Sapientior eris, si nec ista credideris. ⁵ Sed non eris sapiens, nisi stultus seculo fueris, Dei stulta credendo: an ideò passiones à Christo non rescidisti, ⁶ quia ut phantasma vacabat à sensu earum. Diximus retrò æquè illi & natiuitatis & infantie imaginaria & vacua ludibria subire potuisse. Sed iam hic responde ⁷ interfectorem veritatis. ⁸ Nonne verè crucifixus est Deus: nonne verè mortuus, ut verè crucifixus: nonne verè resuscitatus, ut verè scilicet mortuus? Falsò ergo statuit inter nos scire Paulus tantum crucifixum: falsò sepultum ingessit, falsò resuscitatum inculcauit. Falsa est igitur & fides nostra, & phantasma est totum quod speramus à Christo. Scelestissime hominum, qui interemptores excusas Dei. Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil verè est passus. Parce vnicuique spei totius orbis, qui destruis necessariam decus fidei. Quodcumque Deo indignum est, mihi expedit. Saluus sum, si non confundar de Domino meo. ⁹ Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eum. Alias non inuenio materias confusionis, quae me per contemptum ruboris probent, benè impudentem, & feliciter stultum. Natus est Dei filius: non pudet, quia pudendum est, & mortuus est Dei filius: propter hoc credibile est, quia ineptum est. & sepultus, resurrexit: certum est, quia impossibile est. Sed hæc quomodo in illo vera erunt, si ipse non fuit verus, si non verè habuit in se quod figeretur, quod moreretur, quod sepeliretur & resuscitaretur? ¹⁰ carnem scilicet hanc sanguine suffusam, ossibus substructam, neruis intextam, venis implexam, quae nasci & mori nouit, humanam sine dubio, ut natam de homine: Ideoque mortalis hæc est in Christo, quia Christus homo & filius hominis. Aut cur homo Christus & filius hominis, si nihil hominis & nihil ex homine: nisi si aut aliud est homo quàm caro, aut aliunde caro hominis quàm ex homine, aut aliud est Maria quàm homo. Deus, Marcion, hæud aliter non diceretur homo Christus sine carne: nec hominis filius sine aliquo parente homine: sicut nec Deus sine spiritu Dei, nec Dei filius sine Deo patre. ¹¹ Ita vtriusque substantiae census hominem & Deum exhibuit: hinc natum, inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde viuentem. Quae proprietates conditionum diuinae & humanae, æqua utique naturae veritate cuiusque dispensata est, eadem si de spiritu & carnis: virtutes spiritum Dei, passiones carnem hominis probauerunt. Si virtutes non sine spiritu, proinde & passiones non sine carne. Si caro cum passionibus ficta, & spiritus ergo cum virtutibus falsus. Quid dimidias mendacio Christum? totus veritas fuit. Maluit, crede, nasci, quàm ex aliqua se parte mentiri, & quidem in semetipsum: ut carnem gestaret, sine ossibus duram, sine musculis solidam, sine sanguine cruentam, ¹² sine tunica vestitam, sine fame esurientem, sine dentibus edentem, sine lingua loquentem, ut phantasma auribus fuerit sermo eius per imaginem vocis. Fuit itaque phantasma etiam post resurrectionem, cum manus & pedes suos discipulis inspiciendos offerret. Aspice, dicens, quod ego sum, quia spiritus ossa non habet, sicut me habentem videtis, sine dubio manus & pedes & ossa quae spiritus non habet, sed caro. Quomodo hæc vocem interpretaris Marcion, qui à Deo optimo, & simplici, & bono tantum infers Iesum? Ecce fallit & decipit, & circumuenit omnium oculos, omnium sensus, omnium accessus & contactus. Ergo iam Christum non de cœlo deferre debueras, sed de aliquo ¹³ circulatorio cœtu, nec Deum præter hominem, sed Magum hominem, nec salutis potestatem, sed spectaculi artificem, nec mortuorum suscitatorē, sed viuorum auocatorē. Nisi quod etsi Magus fuit, natus est. ¹⁴ Sed quid iam discentes Pontici illius, supra magistrum sapere compulsi, concedunt Christo carnis

I. Cor. 1.

I. Cor. 3.

Marc. 8.

Luc. 9.

I. Cor. 12.

Luc. 24.

VI.

veritatem, sine præiudicio tamen renuendæ natiuitatis. Habuerit, inquit, carnē, dum omninò non natam. Peruenimus igitur de calcaria (quod dici solet) in carbonariam, à Marcione ¹³ ad Apellem, qui posteaquā à disciplina Marcionis in mulierem carne lapsus est, & dehinc in virgine Philumene spiritu euersus est, solidū Christi corpus, & sine natiuitate suscepit ab ea, prædicās ¹⁴ ut angelus quidem illius Philumenes. Eadem voce Apostolus respondebit, quia ipsum illum iam tunc præcinebat, dicens: ¹⁵ Etiam si angelus de cælo aliter euangelizauerit vobis, quàm nos euangelizauimus, anathema sit. His verò qui in super argumentantur, nos resistemus, confidentes verè corpus habuisse Christū. Vnde materia, si non ex ea qualitate, in qua videbatur? Vnde corpus, si non caro corpus? Vnde caro, si non nata? quia nasci haberet ea futura quæ nascitur. ¹⁶ De sideribus, inquit, & de substantiis superioris mundi mutuatus est carnem. Et utique proponunt, non esse mirandum corpus sine natiuitate, cum & apud nos angelis licuerit, nulla vteri opera in carnem processisse. Agnoscimus quidem ita relatum, sed tamen quale est, ut alterius regulæ fides, ab ea fide quam impugnat, instrumentū argumentationibus suis mutuatur? ¹⁷ Quid illi cum Moyse, qui Deum Moyse reicit? Si alius Deus est, aliter sint res eius. Sed vtantur hæretici omnes scripturis eius, cuius vtuntur etiam mūdo. Erit illis hoc quoque in testimonium iudicij, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt. Facile est veritati etiam nihil tale aduersus eos præscribenti obtinere. Igitur qui carnē Christi ad exemplū proponunt angelorum, non natam dicentes scilicet carneam, comparent velim & causas tam Christi quàm & angelorum, ob quas in carnem venerunt. Nullus vnquam angelus idè descendit ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut à morte resuscitaretur. Si nunquam eiusmodi fuit causa angelorum corporandorum, habes causam cur non nascendo acceperint carnē. Non venerant mori, idè nec nasci. At verò Christus mori missus, nasci quoque necessariò habuit, ut mori posset. Non enim mori solet, nisi quod nascitur. Mutuum debitum est inter se natiuitati cum mortalitate. Forma moriendi, causa nascendi est. Si propter id quod moritur, mortuus est Christus, id autem moritur quod & nascitur, cōsequens item erat, immò præcedens, ut æquè nasceretur propter id quod nascitur (quia propter id ipsum mori habebat) quod, quia id quod nascitur, moritur, non competeat non nasci, pro quo mori competeat. ¹⁸ Atquin tūc quoque inter illos angelos ipse Dominus apparuit Abraham sine natiuitate, cum carne scilicet, cum eadem causæ diuersitate. ¹⁹ Sed vos hoc non recipitis, non eum Christum recipientes, qui iam tunc & adloqui, & liberare, & iudicare humanum genus ediscebat in carnis habitu non natæ adhuc, quia nondum morituræ, nisi prius & natiuitas eius & mortalitas adnunciarentur. Igitur probent angelos illos de sideribus accepisse substantiam carnis, si non probant, quia nec scriptum est, nec Christi caro inde erit, cui angelorum accommodant exemplum. ²⁰ Cōstat alicuius carnē non propriam gestasse, vtputa naturæ substantiæ spiritualis, & si corporis alicuius, sui tamen generis: in carnem autem humanam transfigurabiles ad tempus, vt videri & congregari cum hominibus possent. Igitur cum relatum non sit, vnde sumpserint carnem, relinquatur intellectui nostro non dubitare, hoc esse proprium angelicæ potestatis ex nulla materia corpus sibi sumere, quanto magis, inquis, ex aliqua certum est. ²¹ sed nihil de eo constat, quia scriptura non exhibet. Ceterū qui valent facere semetipsos quod natura non sunt, cur non valeant etiam ex nulla substantia facere? si fiunt quod non sunt, cur non ex eo fiat quod non est? Quod autem nō est, cum sit, ex nihilo est. Propterea nec requiritur, nec ostenditur, ²² quid postea factum sit corporibus illorum. Quod de nihilo fuit, nihil factum est. Possunt nihil ipsum conuertere in carnem, qui semetipsos potuerūt cōvertere in carnem. Plus est naturam demutare, quàm facere materiam. Sed si de materia necesse fuisset angelos sumpsisse carnē, credibilis utiq; est de terrena materia, quàm de vilo genere cœlestium substantiarum: cum adèd terrena qualitatē extiterit, vt terrenis pabulis pasta sit. Fuerit nunc quoque siderea, eodem modo terrenis pabulis pasta, quādo terrena non esset, quo terrena cœlestibus pasta est, quādo cœlestis nō esset (legimus enim manna esui populo fuisse. Panem, inquit, angelorum edit homo) non tamen infringitur semel separata cōditio Dominicæ carnis, ex causa alterius dispositionis. Homo verè futurus vsque ad mortem, eam carnem oportebat vt indueret, cuius est mors. Eam porrò carnē, cuius est mors, natiuitas antecedit. [²³ Sed quotiens de natiuitate contenditur, omnes qui respuunt eam vt præiudicantem de carnis in Christo veritate, ipsum Deum volunt negare esse natum, quòd dixerit: ²⁴ Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Audiatur

Gen. 18.

Gen. 18.

psal. 77.

VII.
Math. 13.
Luc. 8.

A Audiatur igitur & Apelles ²⁵ quid iam RESPONSVM SIT à nobis MARCIONI, EO LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS, considerandam scilicet materiam pronuntiationis istius. Primò quidem nunquam quisquam adnuntiasset illi matrem & fratres eius foris stare, qui non certus esset habere illum matrem & fratres, & ipsos esse quos tunc nuntiabat, vel retrò cognitos, vel tunc ibidem compertos. ²⁶ Licet propterea abstulerint hæreses ista de Evangelio, ²⁷ quod & creditum patrem eius Ioseph fabrum, & matrem Mariam, & fratres, & sorores eius optimè notos sibi esse dicebant, qui mirabantur doctrinam eius. Sed tentandi gratia nuntiauerant ei matrem & fratres, quos non habebat. Hoc quidem scriptura non dicit, aliàs non tacens, quum quid tentationis gratia factum est circa eum: Ecce, inquit, surrexit legis doctor, retans eum. Et alibi: Et accesserunt ad eū Pharisei, tentantes. Quod nemo prohibebat hinc quoque significari tentandi gratia factum. Non recipio, quod extra scripturam de tuo inferis. Dehinc materia tentationis debet subesse, quid tentandū putauerunt in illo, utique natūne esset, an non? Si enim hoc negauit responsio eius, hoc captauit nuntiatio tentatoris. Sed nulla tentatio tēdens ad agnitionē eius, de quo dubitādo tentat, ita subitò processit, vt non antè præcedat quæstio, quæ dubitationem inferens cogat tentationem. Porrò si nusquam de natiuitate Christi volutarum est, quid tu argumentaris, voluisse illos per tentationem sciscitari quod nunquam prodixerunt in quæstionem? Eò adiecimus, etiam si tentandus esset de natiuitate, non utique hoc modo tentaretur, earum personarum adnuntiatione, quæ poterant etiam nato Christo non fuisse. Omnes nascimur, & tamen non omnes aut fratres habemus aut matrē. Adhuc potest & patrem magis habere quàm matrem, & auunculos magis quàm fratres: adèd non competit tentatio natiuitatis, quàm licebat & sine matris, & sine fratrum nominatione constare. Facilius planè est, vt certi illum & matrem & fratres habere, diuinitatem potius tentauerint eius quàm natiuitatem, an intus agent, sciret quid foris esset, mendacio petitis præsentia eorum, qui in præsentia non erant, nisi quod et si vacuisset tentationis ingenium, poterat euenire vt quos illi nuntiabant foris stare, ille eos sciret absentes esse, vel valetudinis, vel negotij, vel peregrinationis nota iam necessitate. Nemo tentat eo modo, quo posse se sciat ruborem tentationis referre. Nulla igitur materia tentationis competente, liberatur simplicitas nuntiatoris, quòd verè mater & fratres eius superuenissent. Sed quæ ratio responsi matrem & fratres ad præsens negantis, discat etiam Apelles. Fratres Domini non crediderunt in illum, ²⁸ sicut & in Evangelio ante Marcionem ædito continetur. ²⁹ Mater æquè non demonstratur adhæsisse illi, cum Martha & Maria alia in commercio eius frequententur. Hoc denique in loco apparet incredulitas eorum, cum is doceret viam vitæ, cum Dei regnum prædicaret, cum languoribus & vitij mendendis operaretur, extraneis defixis in illum, ³⁰ tam proximi aberant. Denique superueniunt, & foris subsistunt, nec introeunt, non computantes scilicet quid intus ageretur, nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid adferrent eo quod ille tum maximè agebat, sed amplius interpellant, & à tanto opere reuocatum volunt. Oro te Apelles, vel tu Marcion, ³¹ si fortè tabula ludens, ³² vel de histrionibus, aut aurigis contendens, tali nuntio auocareris, nonne dixisses, quæ mihi mater, aut qui fratres? Deum prædicans & probans Christus, Legem & Prophetas adimplens, tanti retrò æui caliginem dispargens, indignè vsus est hoc dicto ad percutiendam incredulitatem foris stantium, vel ad excutiendam importunitatem ab opere reuocantium? Ceterum ad negandam natiuitatem, alius necessarius fuisset ei locus, & tempus & ordo sermonis, non eius qui possit pronuntiarī etiam ab eo, cui & mater esset & fratres, ³³ quum indignatio parentes nō negat, sed obiurgat. Denique potiores fecit alios, & meritum prælationis ostendēs, audientiam scilicet verbi, demonstrat qua conditione negauerit matrem & fratres. Qua enim alios sibi adoptauit, qui ei adhærebant, ea abnegauit illos, qui ab eo abstant. Solet etiam adimplere Christus quod alios docet. Quale ergo erat, si docēs ³⁴ non tanti facere matrem aut fratres, quanti Dei verbum, ipse Dei verbum nuntiata matre & fraternitate desereret? Negauit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere. ³⁵ Sed aliàs figura est synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorū in fratribus incredulis. Foris erat in illis Israël, discipuli autem noui intus audientes, & credentes, & coherentes Christo, Ecclesiam deliniabant, quam potiore matrem, & digniorem fraternitatem, recusato carnali genere nuncupat. Eodè sensu denique & illi exclamationi respondit, non matris vterum & vbera negans, ³⁶ sed sceliciores designans, qui verbum Dei audiunt. ³⁷

Math. 13.

Math. 22.
Math. 19.

Joan. 7.

Luc. 10.

Math. 11.

Luc. 8.

Math. 10.

Luc. 11.

viii.

[⁷⁷ Solis istis capitulis, quibus maximè instructi videntur sibi Marcion & Apelles, secundum veritatem integri & incorrupti Euangelij interpretatis, satis esse debuerat, ad probationem carnis humanæ in Christo, per defensionem natiuitatis. Sed quoniam & isti Appelleciani carnis ignominiam præcedunt maximè, ⁷⁸ quam volunt ab igneo illo ⁷⁹ præfide mali sollicitatis animabus adstructâ, & idcirco indignam Christo, & idcirco de fide-ribus illi substantiam competisse, debeo illos de sua ⁸⁰ paratura repercutere. Angelû quædam inclytum nominant, qui mundum hunc instituerit, & instituto eo ⁸¹ pœnitentiam admiserit. Et hoc suo loco tractauimus. ⁸² Nam est nobis **ADVERSUS ILLOS LIBEL-
LVS**, an qui spiritum & volûtatem & virtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum ali-

Luc. 15.

quid pœnitentia fecerit, cum angelum etiam de figura erraticæ ouis interpretentur. Teste igitur pœnitentia institutoris sui delictum erit mundus, ⁸³ siquidem omnis pœnitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. Si mundus delictum est, quia corpus: & membra, delictum: erit proinde & cœlum, & cœlestia cum cœlo. Si cœlestia, & quicquid inde cœceptum prolatumque est, mala arbor malos fructus ædat, necesse est. Caro igitur Christi de cœlestibus structa, de peccati constitit elementis, peccatrix de peccatorio censu, & par erit eius substantiæ, id est, nostræ, quam vt peccatricem Christus dedignatur induere. Ita si nihil de ignominia interest, aut aliam purioris notæ materiam excogitent Christo, quibus displicet nostra, aut eam cognoscant, qua etiam cœlestis melior esse non potuit. Legimus planè, ⁸⁴ Primus homo de terræ limo, secundus homo de cœlo.

Matth. 7.

Non tamen ad materiæ differentiam spectat, sed tantum terrenæ retrò substantiæ carnis, primi hominis, id est, Adæ, cœlestem de spiritu substantiam opponit, secundi hominis, id est, Christi. Et aded ad spiritum, non ad carnem cœlestem hominem refert, vt quos sic comparat, constet in hac carne terrena, cœlestes fieri, spiritu scilicet. Quod si secundum carnem quoque cœlestis Christus, non compararentur illi non secundum carnem cœlestes. Si ergo qui fiunt cœlestes qualis est Christus, terrenam carnis substantiam gestant: hinc quoque confirmatur ipsum etiam Christum in carne terrena fuisse cœlestem, sicut sunt qui ei adæquantur. [⁸⁵ Præcedimus adhuc, nihil quod ex alio acceptum sit, vt aliud sit, quam id de quo sit acceptum, ita in totum aliud est, cui non suggerat vnde sit acceptum. Omnis materia sine testimonio originis suæ non est, etsi demutetur in nouam proprietatem. Ipsum certè corpus hoc nostrum, ⁸⁶ quod de limo figuratum etiam ad fabulas Nationum veritas transmisit, vtrunque originis elementum consistetur. Carne terrenam, sanguine aquanam, licet alia sit facies qualitaris. Hoc est quod ex alio aliud sit. Ceterum quid est sanguis, quam rubens humor? quid caro, quam terra conuersa in figuras suas? Considera singulas qualitates, musculos vt glebas, ossa vt saxa, etiam circum papillas calculos quosdam. Aspice neruorum tenaces connexus, vt traduces radicum, & venarum ramosos discursus, vt ambages riuorum. Et lanugines vt muscos, & comam vt cespitem, & ipsos medullarum in abdito thesauros, vt metalla carnis. Hæc omnia terrenæ originis signa & in Christo fuerunt, hæc sunt quæ illum Dei filium cœlauere, non aliàs tantummodo hominem existimatum, quam ex humani substantia corporis. Aut ædite aliquid in illo cœleste ⁸⁷ de Septentrionibus ⁸⁸ & Vergiliis ⁸⁹ & Suculis emendicatum. Nam quæ enumerauimus, aded terrenæ testimonia carnis sunt, vt & nostræ. Sed nihil nouum, nihil peregrinum deprehendo. Denique verbis tantummodo & factis, doctrina & virtute sola Christi, homines obstupecebant. Notaretur etiã carnis in illo nouitas miraculo habita. Sed carnis terrenæ non mira conditio, ipsa erat quæ cetera eius miranda faciebat, cum dicerent: ⁹⁰

I. Cor. 15.

Vnde huic doctrina & signa ista: etiam despicientium formam eius, hæc erat vox. Aded nec ⁹¹ humanæ honestatis corpus fuit, nedum cœlestis claritatis. Tacentibus apud nos quoque Prophetis ⁹² de ignobili aspectu eius, ipsæ passiones, ipsæq; contumeliæ loquuntur. Passiones quidem humanam carnem, contumeliæ verò inhonestam probauerunt. An ausus esset aliquis vngue summo perstringere corpus nouum, vllam sputaminibus contaminare faciem nisi merentem? Quid dicis cœlestem carnem, quam vnde cœlestem intelligas, non habes? Quid terrenam negas, quam vnde terrenam agnoscas, habes? Esuriit sub diabolo, sitiit sub Samaritide, lacrymatur super Lazarum, trepidat ad mortem. Caro enim, inquit, infirma. Sanguinem fudit postremò. Hæc sunt, opinor, signa cœlestia. Sed quomodo, inquam, contemni & pati posset, sicut & dixi, si quid in illa carne de cœlesti generositate radiasset? Ex hoc ergo conuincimus nihil in illa de cœlesti fuisse, propterea vt contemni & pati posset. [⁹³ Conuertor ad alios eoque sibi prudentes, qui carnem Christi

IX.

animalem

Matth. 13.

Isai. 53.

Matth. 26.

C. 27.

Matth. 4.

Joan. 4.

II.

Matth. 26.

x.

A animalè affirmant, quod anima caro sit facta, ergo & caro anima. Et sicut caro animalis, ita & anima carnalis. Et hinc itaque causas requiro. ⁹⁴ Si vt animam saluam faceret in semetipso suscepit animam Christus, quia salua non esset nisi per ipsum, dum in ipso, non video cur eam carnem fecerit animale, induendo carnem, quasi aliter animam saluam facere non posset, nisi carnem factam. Cum enim nostras animas non tantum non carneas, sed etiam à carne disunctas saluas præstet: quanto magis illam, quam ipse suscepit, etiam non carnem redigere potuit in salutem? Item cum præsumant ⁹⁵ non carnis, sed animæ nostræ solius liberandæ causâ processisse Christum: primò quàm absurdum est, vt animam solam liberaturus, id genus corporis eam fecerit, quod non erat liberaturus. Deinde si animas nostras per illam quem gestauit, liberare suscepit, illam quoque quam gestauit, nostram gestasse debuerat, id est, nostræ formæ, cuiuscunque formæ est in occulto anima nostra, non tamen carneæ. Ceterum non nostram animam liberauit, si carnem habuit; nostra enim carnea non est. ⁹⁶ Porro si non nostram liberauit, quia carnem liberauit, nihil ad nos, quia non nostram liberauit. Sed nec liberanda erat, quæ non erat nostra, vt scilicet carnea: non enim periclitabatur, si non erat nostra, id est, non carnea. Sed liberatâ constat illam. Ergo non fuit carnea, & fuit nostra, si ea fuit quæ liberaretur, quoniam periclitabatur. Iam ergo si anima non fuit carnalis in Christo, nec caro potest animalis fuisse. [⁹⁷ Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, exigentes ⁹⁸ cur animale carnem subeundo Christus, animam carnalem videatur habuisse. Deus enim, inquit, gestauit animam visibilem hominibus exhibere, faciendo eam corpus, quæ retrò inuisibilis existerit, natura nihil, nec semetipsam videns, præ impedimento carnis huius, vt etiam disceptaretur nata anima, an non, mortalisne sit, an non? Itaque animam corpus effectam in Christo, vt eam & nascentem & morientem, & quod sit amplius, resurgentem videremus. Ex hoc autem quale erit, vt per carnem demonstraretur anima sibi aut nobis, quæ per carnem non poterat agnosci, vt sic ostenderetur, dum id sit cui latebat, id est, caro: tenebras videlicet accepit, vt lucere possit. Denique adhuc prius retractemus, an isto modo ostendenda fuerit anima, dehinc in totum inuisibile eam retrò allegent, vtrum quasi incorporalè, an etiã habentè aliquod genus corporis proprii? & tamen cum inuisibile dicant, corporalem eam constituunt, habentè quod inuisibile sit. Nihil enim habes inuisibile, quomodo potest inuisibilis dici? sed ne esse quidè potest, nisi habes per quod sit. Cum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est. Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. ⁹⁹ Omne quod est, corpus est sui generis, nihil est incorporale, nisi quod non est. Habente igitur anima inuisibile corpus, qui visibile eam facere suscepit, vtrique dignius id eius visibile fecisset, quod inuisibile habebatur. Quia nec hic mendaciû, aut infirmitas, Deo competit? Mendaciû, si aliud animam quàm quod erat demonstrauit; Infirmitas, si id quod erat demonstrare non valuit. Nemo ostendere volens hominem, ¹⁰⁰ cassidem aut personam ei inducit. Hoc autem factum est animæ, ¹⁰¹ si in carne conuersam, alienam induit superficiem. Sed etsi incorporalis anima deputetur, vt aliqua vi rationis occulta sit quidè anima, corpus tamen non sit, quicquid est anima: proinde impossibile Deo non erat, & proposito eius congruentius cõpetebat, noua aliqua corporis specie eam demonstrare, quàm ista communi omnium, ¹⁰² alterius iam notitiæ, ne sine causa visibilem ex inuisibili facere gestisset animam, istis scilicet quæstionibus opportunam, per carnis in illam humanæ defensionem. Sed non poterat Christus inter homines, nisi homo videri. Redde igitur Christo fidem suam, vt qui homo voluerit incedere, animam quoque humanæ conditionis ostenderit, non faciens eam carnem, sed induens eam carnem. [¹⁰³ Ostensa sit nunc anima per carnem, si constiterit illam ostendendam quoquo modo fuisse, id est, incognitam sibi & nobis. Quamquam in hoc vana distinctio est, quasi nos seorsum ab anima sumus, cum totum quod sumus, anima sit. Denique sine anima nihil sumus, ne hominis quidem, sed cadaveris nomen. Si ergo ignoramus animam, ipsa se ignorat. Itaque superest hoc solummodo inspicere, an se anima hinc ignorarit, vt nota quoquo modo fieret. Opinor sensualem est animæ natura. Aded nihil animale sine sensu, nihil sensuale sine anima. ¹⁰⁴ Et vt impressiù dixerim, ¹⁰⁵ animæ anima sensus est. Igitur cum omnibus anima sentire præstet, & ipsa sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates, cui verisimile est, vt ipsa sensu sui ab initio sortita non sit? Vnde illi scire quod interdum sibi sit necessarium, ex naturali necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid necessarium est? Hoc quidem in omni anima recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua notitia

sui nulla anima à se ministrare potuisset. Puto autem magis hominem, animal solū rationale, compotem & animam esse sortitum, quæ illum facit animal rationale, ipsa in primis rationalis. Porro quomodo rationalis quæ efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suam nescit, ignorans semetipsam? Sed ad eò non ignorat, ut auctorem & arbitrum & statum suum norit. Nihil adhuc de Deo discens, Deum nominat. Nihil adhuc de iudicio eius admittens, Deo commendare se dicit. Nihil magis audiens, quàm spem nullam esse post mortem, & bene & male defuncto cuique imprecatur.¹⁰⁶ Plenius hæc profequitur **LIBELLYS QVEM SCRIPSIMVS DE TESTIMONIO ANIMÆ.** Alioquin si anima semetipsa ignoras erat ab initio, nihil à Christo cognouisse debuerat, nisi qualis esset. Nunc autem non effigiem suam didicit à Christo, sed salutem. Propterea filius Dei descendit, & animam subiit: non ut ipsa se anima cognosceret in Christo, sed ut Christum in semetipsa. Non enim se ignorando de salute periclitatur, sed Dei verbum. Vita, inquit, manifestata est, non anima. Et veni, inquit, animam saluam facere. Non dixit, ostendere. Ignorabamus nimirum animam, licet inuisibilem, nasci & mori, nisi corporaliter exhiberetur. Ignorauim⁹ planè resurrecturam cum carne: hoc erit quod Christus manifestauit. Sed & hoc non aliter in se, quàm in Lazaro aliquo, cuius caro non erat animalis, ita nec anima carnalis. Quid ergo amplius innotuit nobis, de anime ignoratè retrò dispositione? Quid inuisibile eius fuit, quod visibilitatem per carnem desideraret? [¹⁰⁶ Caro facta est anima, ut anima ostenderetur. Nunquid ergo & caro anima facta est, ut caro manifestaretur? Si caro anima est, iam non anima est, sed caro. Si anima caro est, ià non caro est, sed anima. Vbi ergo caro, & vbi anima est, alterutrum facta est. Immo si neutrum sunt, dum alterutrum alterum fiunt, certè peruersissimum, ut carnem nominantes, animam intelligamus: & animam significantes, carnem interpretemur. Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm sunt, & amittere quod sunt, dum aliter accipiuntur, si aliter quàm sunt cognominantur. Fides nominum, salus est proprietatum.¹⁰⁷ Etiam quum demutantur qualitates, accipiunt vocabulorum possessiones. Verbi gratia: Argilla excocta, testem vocabulū suscipit. Nec communicat vocabulo pristini generis, quia nec cum ipso genere. Proinde & anima Christi caro facta, non potest non id esse quod facta est, & id non esse quod fuerit, aliud scilicet facta. Et quoniam proximum adhibuimus exemplum, plenius eo vtemur. Certè enim testa ex argilla vnum est corpus, vnumque vocabulū vnus scilicet corporis. nec potest dici testa & argilla, quia quod fuit non est: quod autem non est, & nō adhæret, & anima non adheret. Ergo & anima caro facta vniformis, solidata; sed singularitas tuta est, & indiscreta substantia. In Christo verò inuenimus animam, & carnem simplicibus & nudis vocabulis æditas, id est, animam animam, & carnem carnem: nusquam animam carnem, aut carnem animam, quando ita nominari debuissent, si ita fuissent. Sed etiam sibi quaque substantiam diuise pronuntiata sub ipso, utique pro duarum qualitarum distinctione seorsum animam, & seorsum carnem. Quid ¹⁰⁸ anxia est, inquit, anima mea vsque ad mortem? Et, ¹⁰⁹ Panis quem ego dederò pro salute mudi, caro mea est. Porro si anima caro fuisset, vnum esset in Christo carnea anima, aut caro animalis. at quum diuidit speciem, carnem & animam, duo ostendit. Si duo, iam non vnum: si non vnum, iam nec anima carnalis, nec caro animalis. Vnum enim est anima caro, aut caro anima. Nisi & seorsum aliam gestabat animam, præter eam quæ caro erat, & aliam circumfererebatur carnem, præter illam quæ anima erat. Quod si vna caro, & vna anima, illa tristis vsque ad mortem, & illa panis pro mundi salute, saluus est numerus duarum substantiarum, in suo genere distatium, excludens carnem animæ vnica speciem. [¹¹⁰ Sed angelum, aiunt, gestauit Christus. Quæ ratione? qua & hominem. Eadem ergo est & causa, ut hominem gestaret, Christus salus hominis fuit, causa scilicet ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oportuerat. ut angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est. nam etsi angelis perditio reputatur, ¹¹¹ in ignem præparatum diabolo & angelis eius, nunquam tamen illis restitutio repromissa est. Nullum mandatum de salute angelorum suscepit Christus à patre. Quod pater neque repromisit, neque mandauit, Christus administrare non potuit. Cui igitur rei angelum quoque gestauit, nisi ut satellitem fortem, cum quo salutem hominis operaretur? ¹¹² Idoneus enim non erat Dei filius, qui solus hominem liberaret à solo & singulari serpente deiectum. Ergo iam non vnus Deus, nec vnus ¹¹³ saluator, si duo salutis artifices, & utique alter altero indigens. An verò ut per angelum liberaret hominem? cur ergo descendit ad id quod per angelum erat expediturus? Si per angelum, quid & ipse?

A & ipse? Si per se, quid & angelus? ¹¹⁴ Dicitur est quidem magni consilij angelus, id est, nuntius: officij, non nature vocabulo. Magnum enim cogitatum patris, super hominis scilicet restitutione, annuntiaturus seculo erat. Non ideò tamen sic angelus intelligendus, ¹¹⁵ ut aliqui Gabriel aut Michael. Nam & filius à Domino vineæ mittitur ad cultores, sicut & famuli, de fructibus petunt. Sed non propterea vnus ex famulis deputabitur filius, quia famulorum successit officio. Facilius ergo dicam si fortè ipsum filium angelum, id est, nuntium patris quàm angelum in filio. Sed quum de filio ipso sit pronuntiatum; ¹¹⁶ Minuisti eum modicum quid citra angelos, quomodo videbitur angelum induisse, sic infra angelos diminutus, dum homo fit, quàm caro & anima & filius hominis? quàm autè spiritus Dei & virtus altissimi, nō potest infra angelos haberi, Deus scilicet & Dei filius. quanto ergo dum hominem gestat, minor angelis factus est, tanto nondum angelum gestat. ¹¹⁷ Poterit hæc opinio Hebioni conuenire, qui nudum hominem, & tantum ex semine Dauid natum, non item & Dei filium, constituit Iesum; ¹¹⁸ planè Prophetis aliquo gloriosorem, ut ita in nonnullis angelum fuisse dicatur, quemadmodum in aliquo Zacharia, nisi quod à Christo nunquam est dictum: ¹¹⁹ & ait mihi angelus qui in me loquebatur. Sed nec quotidiana illud omnium Prophetarum: Hæc dicit Dominus. Ipse enim erat Dominus coram, & sua auctoritate pronuntians: Ego autem dico vobis. Quid vltra? ad hæc Esaiam exclamantem audi. ¹²⁰ Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus saluos eos fecit. [¹²¹ Li. cuit & Valentino ex priuilegio hæretico carnem Christi spiritalem comminisci. Quid uis eam fingere potuit, quisquis humanam credere noluit. Quædo quod ad omnes dictum est, si humana non fuit, nec ex homine, non video ex qua substantia se Christus hominem & filium hominis pronuntiarit. Nunc autem vultis occidere hominem, veritatem ad vos loquutum. Et, ¹²² Dominus est sabbati filius hominis. De ipso enim Esaias, ¹²³ Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. Et Hieremias, ¹²⁴ Et homo est, & quis cognosceret illum? Et Daniel, ¹²⁵ Et super nubes tanquam filius hominis. Etiam Paulus Apostolus, Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Item Petrus in Actis Apostolorum, ¹²⁶ Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum, utique hominem. Hæc sola sufficere vice præscriptionis debuerunt ad testimonium carnis humanæ & ex homine sumptæ, & non spiritualis, sicut nec animalis, nec sideræ, nec imaginariæ, si sine studio & artificio contentionis hæreses esse potuissent. ¹²⁷ Nam ut penes quendam ex Valentini factione legi, primò non putant terrenam & humanam Christo substantiam informatam, ne deterior angelis Dominus deprehendatur, qui non terrenæ carnis extiterunt. Dehinc quod oporteret similem nostri carnem similiter nasci, non de spiritu, nec de Deo, sed ex viri voluntate. Et cur non de corruptela, sed de incorruptela? Et quare non, sic ut & illa resurrexit, & in cælo resumpta est, ita & nostra par eius statim assumitur, aut cur illa par nostræ non æquè in terram dissoluta est? Talia & ethnici voluabant. Ergo Dei filius in tantum humilitatis exhaustus, etsi resurrexit in exemplum spei nostræ, cur nihil tale de nobis probatum est? Meritò ethnici talia, sed meritò & hæretici. Numquid enim inter illos distat? nisi quod ethnici non credendo credunt, at hæretici credendo non credunt. Legunt denique, Minorasti eum modico citra angelos, & negant inferiorem substantiam Christi, nec hominem se, sed vermem pronuntiantis, qui nec formam habuit, nec speciem, sed forma eius ignobilis, ¹²⁸ defecta citra omnes homines. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem. ¹²⁹ Agnoscunt hominem Deo mixtum, & negant hominem. Mortuum credunt, & quod est mortuum, ex incorruptela natum esse contendunt, quasi corruptela aliud sit à morte. Sed & nostra caro statim resurgere debebat. Expecta, nondum inimicos suos Christus oppressit, ut cum amicis de inimicis triumphet. [¹³⁰ Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæretici locum sibi fecit. Alexander ille, quasi nos affirmemus idcirco Christum terreni cæsus induisse carnem, ut euacuaret in semetipso carnem peccati. Quod etsi diceremus, quacunque ratione, muniremus sententiã nostram, dum ne tanta amentia qua putauit, tãquam ipsam carnem Christi opinemur, ut peccatricem, euacuatam in ipso, cum illam & ad dexteram patris in cælis præsidere meminimus, & venturam inde suggestu paternæ claritatis prædicemus. Ad eò, ut euacuatã non possumus dicere, ita nec peccatricem. Nec euacuatam in qua dolus non fuit. Defendimus autem, non carnem peccati euacuatam esse in Christo, sed peccatum carnis: non materiam, sed naturam: nec substantiam, sed culpam: secundum Apostoli auctoritatem dicentis: ¹³¹ Euacuauit peccatum in carne. Nam & alibi, In similitudinem, inquit,

carnis peccati fuisse Christum: non quod similitudinem carnis acceperit, quasi imaginē D corporis, & non veritatem, sed similitudinem peccatricis carnis vult intelligi. Quod ipsa non peccatrix caro Christi eius fuit par, cuius erat peccatū, genere, non vitio Adē, quādo hinc etiam confirmamus eam fuisse carnem in Christo, cuius natura est in homine peccatrix. Et sic in illa peccatum euacuatum, quod in Christo sine peccato habeatur, quē in homine sine peccato non habebatur. Nam neque ad propositum Christi faceret euacuantis peccatum carnis, non in ea carne euacuare illud, in qua erat natura peccati. Neque ad gloriā: quid enim magnum, si in carne meliore & alterius, id est, nō peccatricis nature, neuum, peccati redemit? Ergo, in quis, si nostram induit, peccatrix fuit caro Christi. Noli constringere explicabilem sensum: nostram enim induens, suam fecit: suam faciens, non peccatricem eam fecit. Ceterum quod ad omnes dictum sit, qui idē non putant carnem nostram in Christo fuisse, quia non fuit ex viri semine, recordentur Adam ipsum in hanc carnē, non ex semine viri factum. Sicut terra cōuersa est in hanc carnem sine viri nomine, ita & Dei verbum potuit sine coagulo in eiusdem carnis transire materiam. [13] Sed remisso Alexandro cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet, etiam 134 cum psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius auctoris interferit, 135 ad vnam iam lineam congressionem dirigamus: An carnem Christus ex virgine acceperit, vt hoc præcipuē modo humanam eam constet, si ex humana matrice substantiam traxit. 136 Quanquam liquit iam & de nomine hominis, & de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis humanā cōstitisse. Ante omnia autem cōmendanda erit ratio quæ præfuit, vt Dei filius de virgine nasceretur. Nouē nasci debebat, nouē natiuitatis dedicator. De qua signū daturus Dominus, ab Esaia prædicabatur: Quod est istud signum? Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium. Concepit igitur virgo & peperit 137 Emmanuel, nobiscum Deum. Hęc est natiuitas noua, dum homo nascitur in Deo. In quo homine Deus natus est, carne antiqui seminis suscepta, sine femine antiquo, vt illā nouo femine, id est, spiritaliter reformaret, exclusis antiquitatis sordibus expiata. Sed tota nouitas ista, sicut & in omnibus, de veteri figurata est, rationali per virginē dispositione homine Domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta: ex ea hominem factum accipimus à Deo in animā viuam. Igitur si primus Adam de terra, traditur meritō sequens, vel nouissimus Adā, vt Apostolus dixit, proinde de terra, id est, carne nōdum generationi resignata in spiritum viuificātem à Deo est prolatus. 138 Et tamen nā mihi vacet incursum in Christum (A. Jam ab Apostolo dictus est) si terreni non fuit census homo eius. Sed & hęc ratio defen. „quod Deus 139 imaginem & similitudinem suam à diabolo captam æmula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc Euam irreperat verbum ædificatorium mortis. In virginē æquē introducendum erat Dei verbum extruitorium vite, vt quod per eiusmodi sexum abierat in perditionem, per eundem sexum redigeretur in salutem. Crediderat Eua serpenti, credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hęc credendo deleuit. Sed Eua nihil tunc concepit in vtero ex diaboli verbo. 140 Immo concepit. Nam exinde vt abiecta pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli semen illi fuit. Enixa est denique diabolus fratricidam. Contra Maria cum ædidit, qui carnalem fratrem Israël interemptorem suum saluum quādoque præstaret. In vuluam ergo Deus verbum suum detulit, bonum fratrem, vt memoriā mali fratris eraderet. Inde prodeundum fuit Christo, ad salutem hominis, quō homo iā damnatus intrauerat. [14] Nunc vt simplicius respondeamus, non competebar ex femine humano Dei filium nasci, ne si totus esset filius hominis, non esset & Dei filius, 142 nihilque haberet amplius Salomōne, & amplius Iona, & de Hebionis opinione credendus erat. Ergo iā Dei filius ex patris Dei femine, id est, spiritu, vt esset hominis fili⁹, caro ei sola erat ex hominis carne sumenda, sine viri semine. Vacabat enim viri semen, apud habentē Dei semen. Itaque sicut nondum natus ex virgine, patrem Deum habere potuit sine homine matre: æquē cū de virgine nasceretur, potuit matrē habere hominem sine homine patre. Sic denique homo cū Deo, dū caro hominis cū spiritu Dei. Caro sine femine, ex homine: spiritus cū femine, ex Deo. Igitur si fuit dispositio rationis super filiū Dei ex virgine proferēdum, cur non ex virginē acceperit corpus, quod de virgine protulit? Quia aliud est quod à Deo sumpsit: quoniam, inquit, verbum caro factum est. Vox ista quid caro factum sit contestatur: nec tamen periclitatur, quasi statim aliud sit factum caro, & non verbum, Si ex carne factum est verbum caro, 143 aut si ex semine ipso factum est, scriptura dicat.

Gen. 2.

xvii.

Isai. 7.

Gen. 2.

1. Cor. 15.

Gen. 3.

Luc. 1.

Gen. 3.

xviii.

Ioan. 1.

A dicat. Quum scriptura non dicat nisi quod sit factum, non & vnde sit factum: ergo ex alio, non ex semine ipso suggerit factum. Si non ex semine ipso, sed ex alio, iam hinc tracta, ex quo magis credere congruat, carnem factum verbum, nisi ex carne, in qua & factum est: vel quia ipse Dominus sententialiter & definitiuē pronuntiauit: 144 Quod in carne natum 145 est, caro est: quia ex carne natum est. Sed si de homine tantummodo dixit, non & de semetipso: planē nega hominem Christum, & ita defende non & in ipsum competisse. Atquin subiicit: Et quod de spiritu natum est, spiritus est. Quia Deus spiritus est, & de Deo 146 natus est. Hoc vtique vel eo magis in ipsum tendit, si & in credentes eius. Si ergo & hoc ad ipsum, cur non & illud supra? neque enim diuidere potes hoc ad ipsum, illud supra ad ceteros homines, qui vtramque substantiam Christi, & carnis & spiritus non negas. Ceterum si tam carnem habuit quā spiritum, cū de duarum substantiarum cōditione pronuntiat, quas & ipse gestat, non potest videri de spiritu quidem suo, de carne verò non sua determinasse. Ita cū ipse sit de spiritu Dei, & spiritus Deus est, ex Deo natus ipse est, & ex carne hominis, homo in carne generatus. [14] Quid est ergo: Non ex sanguine, neque 147 ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est? Hoc quidem capitulo 148 ego potius vtar, quum 149 adulteratores eius 150 obduxero. Sic enim scriptum esse cōtendunt: Non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est. Quasi supra dictos credentes in nomine eius designet, 151 vt ostendat esse semen illud arcanum electorum, & spiritualium, quod sibi imbuunt. Quomodo autem ita erit, quum omnes 152 qui credunt in nomine Domini, communi lege generis humani ex sanguine, & ex carnis, & ex viri voluntate nascantur: etiam Valentinus ipse: Adē singulariter, 153 vt de Domino scriptum est: Et ex Deo natus est. Merito, quia verbum Dei, & cum verbo Dei spiritus, & in spiritu Dei virtus, & quicquid Dei est Christus. Quā caro autem, non ex sanguine nec ex carnis & viri voluntate: quia ex Dei voluntate verbum caro factum est. Ad carnē enim non ad verbum pertinet negatio formalis nostræ natiuitatis, quia caro sic habebat nasci, non verbum. Negans autem ex carnis quoque voluntate natum, cur non negauit etiam ex substantia carnis: neque enim quia ex sanguine negauit, substantiam carnis tenuit, sed materiam seminis, quam constat sanguinis esse calorem: vt despumatione mutatum in coagulum sanguinis feminæ. Nam ex coagulo in caseo vis est substantiæ, quam medicando constringit, id est, lactis. Intelligimus ergo ex concubitu natiuitatem Domini negatam, quod sapit voluntas viri, & carnis, non ex vuluæ participatione. Et quid vtique tam exaggeranter inculcauit, non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, aut viri natum: nisi quia ea erat caro, quam ex concubitu natam nemo dubitaret? Negans potro ex concubitu, non negauit ex carne, immo confirmauit ex carne: quia non proinde negauit ex carne, sicut ex concubitu negauit. 154 Oro vos, si Dei filius non de vulua carnem participaturus descendit in vuluam, cur descendit in vuluam? potuit enim extra eam fieri caro spiritalis simplicius multo quā intra vuluam fieret. Sine causa eō se intulit, vnde mihi extulit. Sed non sine causa descendit in vuluam, ergo ex illa accepit. Quia si non ex illa accepit, sine causa in illam descendit, maximē eius qualitatis caro futurus, quæ non erat vuluæ, id est, spiritalis. [15] Qualis est autem tortuositas vestra, vt ipsam Ex syllabam Præpositionis officio adscriptam auferre quæritis: & alia magis vti quæ in hac specie non inuenitur, penes scripturas sanctas. Per virginem dicitis natum, nō ex virgine: & in vulua, nō ex vulua. quia 155 & angelus in somnis ad Ioseph: Nam quod in ea natum est, inquit, de spiritu sancto est. nō dixit ex ea. Nempē tamē, et si ex ea dixisset, in ea dixerat: In ea enim erat quod ex ea erat. tantundē ergo & cū dicit, in ea, & ex ea, cōsonat: quia ex ea erat, quod in ea erat. Sed benē, quod idem dicit Matthæus, originē Domini decurrēs ab Abrahā vsque ad Mariam: Iacob, inquit, generauit Ioseph, virum Mariæ, ex qua nascitur Christus. Sed & Paulus Grammaticis istis silentium imponit. Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Nunquid per mulierem, aut in mulierem? Hoc quidem impressius, quod factum potius dicit, quā natum: simplicitus enim enuntiaffer natum. Factum autem dicendo, & verbum caro factum est, consignauit, & carnis veritatem ex virgine factam adseuerauit. Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocina buntur, non quidem apostatæ & hæretici, & 156 Platonici Valentini, sed sanctissimi & receptissimi Prophetæ. Dauid ille apud nos canit Christum, per quem se cecinit ipse Christus. Accipe Christum, & audi Dominum patris Deo colloquentem: 157 Quia tu es qui aulisti me ex vtero matris meæ. ecce vnum. 158 Et spes mea ab vberibus matris meæ, super te sum proiectus ex vulua. ecce aliud. K K

CAP. XIX.

Ioan. 1.

CAP. XX.

Matth. 1.

Ibidem.

Psal. 21.

& ab utero matris meae Deus meus es tu. ecce aliud. Nunc ad sensus ipsos decertemus. **D** Auulisti, inquit, ex utero. Quid auellitur, nisi quod inhaeret, quod infixum, innexum est ei à quo ut auferatur, auellitur? Si non adhæsit utero, quomodo auulsus est? si adhæsit qui auulsius est, quomodo adhæsisset, nisi dum ex utero est? per illum neruum umbilicarem quasi folliculi sui traducem adnexus origini vuluae? Etiam cum quid extrancum extranco agglutinatur, ita concarnatur & conuisceratur cum eo cui agglutinatur. ut cum auellitur, rapiat secum ex corpore aliquid à quo auellitur, quasi sequelam quandam abruptæ unitatis, & traducis mutui coitus. Ceterum quæ vbera matris suæ nominat? sine dubio quæ hauit. Respondeant obstetrices, medici & phyfici de vberum natura, an aliter manare soleant sine vuluae genitali passione? pendentibus exinde venis sentinam illâ interni sanguinis in mamillam, & ipsa translatione decoquentibus in materiam lactis lætiorem. Inde adeo fit, ut vberum tempore, menses sanguinum vacent. Quod si verbû caro ex se factum est, non ex vuluae communicatione, nihil operata vulua, nihil functa, nihil passa, quomodo fontem suum transfudit in vbera, quæ nisi habendo non mutat? Habere autem sanguinem non potuit lacti subministrando, si non haberet causas sanguinis ipsius, auulsionem scilicet suæ carnis. Quid fuerit nouitatis in Christo ex virgine nascendi, palam est: scilicet solummodo hoc quod ex virgine, secundum rationem quam ædidimus: & uti virgo esset ¹⁵⁷ regeneratio nostra spiritualiter ab omnibus inquinamentis sanctificata per Christum virginem, & ipsum etiam carnaliter ut ex virginis carne. ¹⁵⁸ Si ergo contendunt hoc competisse nouitati, ut quemadmodum non ex viri semine, ita nec ex virginis carne caro fieret Dei verbum: quare non hoc si tota nouitas, ut caro non ex semine nata, carne processerit: accedant adhuc communiùs ad congressum: Ecce, inquit, virgo concipiet in utero. Quidnam? utique Dei verbum, non viri semen: certè ut pareret filium. Nam & pariet, inquit, filium. Ergo ut ipsius fuit concepisse, ita ipsius est quod peperit: licet non ipsius fuerit quod concepit. Contrà, si verbum ex se caro factum est, iam ipsum se concepit & peperit, & vacat Prophetia. Non enim virgo concepit, neque peperit, si non quicquid peperit ex verbo concepto caro ipsius est sola. Hæc autem Prophetæ vox euacuabitur? ¹⁵⁹ an & angeli conceptum & partum virginis adnuntiantes? ¹⁶⁰ an & omnis iam scriptura quæcunque matrem pronuntiat Christi? Quomodo enim mater, nisi quia in utero eius fuit? Sed nihil ex utero eius accepit, quod matrem eam faceret, in cuius utero fuit. Hoc nomen non debet caro extranea. Matris utrum non appellat, nisi filia uteri, caro. Filia uteri potè non est, si sibi nata est. Tacebit igitur & Elizabeth Prophetam portans, iam Domini sui conscium infantem, & insuper spiritu sancto adimpleta. Sine causa enim dicit: Et vnde mihi ut mater Domini mei ad me veniat? Si Maria nõ filium, sed hospitem in utero gestabat Iesum, quomodo dicit: ¹⁶¹ Benedictus fructus uteri tui? Quis hic fructus uteri, qui non ex utero germinavit, cui nõ in utero radicè egit? Qui nõ eius est, cuius est uterus? Et qui utique fructus uteri? Christus. ¹⁶² An quia ipse est flos de virga profecta ex radice Iesse: radix autem Iesse, genus David: virga ex radice, Maria ex David: flos ex virga, filius Mariæ, qui dicitur Iesus Christus, ipse erit & fructus? Flos enim fructus: quia per florè & ex flore omnis fructus eruditur in fructû. Quid ergo negat & fructui suû florem, & flori suam virgã, & virgã suã radicem, quo minus suam radicem sibi vendicet per virgã proprietatem eius quod ex virga est floris & fructus. Siquidem omnis gradus generis ab ultimo ad principalem recensetur, ut iam nunc carnem Christi, nõ tantum Mariæ, sed & David per Mariam, ¹⁶³ & Iesse per David, sciât adhærere. Ideo hunc fructû ¹⁶⁴ ex lumbis David, id est, ex posteritate carnis eius iurat illi Deus confessurû in throno ipsius. Si ex lumbis David, quanto magis ex lumbis Mariæ, ob quam in lumbis David. ¹⁶⁵ Deleant igitur & testimonia dæmonû, ¹⁶⁶ filium David proclamantia Iesum: sed testimonia Apostolorû delere non poterunt, si dæmonum indigna sunt. Ipse in primis ¹⁶⁷ Matthæus fidelissimus Euangelij commentator, ut comes Domini: non aliam ob causam, quàm ut nos originis Christi carnalis compotes faceret, ita exorsus est: ¹⁶⁸ Liber genituræ Iesu Christi filij David, filij Abraham. His originis fontibus genere manante cum gradatim ordo deducitur ad Christi natiuitatem, quid aliud quàm caro ipsa Abraham & David, per singulos traducem sui faciens in virginem vsque describitur inferens Christum: immo ipse Christus producitur de virgine? Sed & Paulus, utpotè eiusdem Euangelij & discipulus, & magister, & testis, quæ eiusdem ipsius Christi Apostolus, confirmat Christum ex semine David secundum carnem, utique ipsius. Ergo ex semine David caro Christi. Sed secundum Mariæ carnem ex semine David: ergo ex Mariæ carne

xxi.
Isai. 7.
Math. 1.
Luc. 2.
Luc. 1.
Isai. 11.
Math. 1.
Luc. 3.
Psal. 131.
xxii.
Math. 1.
Rom. 1.

A carne est, dum ex semine est David. Quocunque detorseris dictum, aut ex carne est Maria, quod ex semine est David: aut ex David semine est, quod ex carne est Maria. Totam hanc controuersiam dirimit idem Apostolus, ipsum definiens esse Abrahamæ semen. Cum Abraham, utique multo magis David, quasi recentioris. Retexes enim promissionem benedictionis nationum in nomine Abraham. ¹⁶⁹ Et in semine tuo benedicentur omnes nationes: non, inquit, dixit seminibus tanquã de pluribus, sed semini, tanquam de vno; quod est Christus. Qui hæc legimus & credimus, quã debemus & possumus agnoscere in Christo carnis qualitatem? utique non aliam quàm Abraham, si quidem semen Abraham Christus: nec aliam quàm Iesse, siquidem ex radice Iesse flos Christus. Nec aliam quàm David, siquidem fructus ex lumbis David Christus. Nec aliam quàm ex Maria, siquidè ex Mariæ utero Christus. Et adhuc superius: nec aliam quàm Adam, siquidè secundus Adam Christus. Consequens ergo est, ut aut illos spiritalem carnem habuisse contendant, quo eadem conditio substantiæ deducatur in Christo: aut concedant carnem Christi spiritalem non fuisse, quæ non de spiritali stirpe censetur. ¹⁷⁰ Sed agnoscimus adimpleri Prophetiam vocem Simonis, super adhuc recetem infantem Dominum pronuntiatam: Ecce hic positus est in ruinam & suscitationem multorum in Israël, ¹⁷¹ & in signum cui contradicetur. ¹⁷² Signum enim natiuitatis Christi, secundum Esaiam, ¹⁷³ Propterea dabit vobis Dominus ipse signum, Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium. Agnoscimus ergo signum contradicibile, conceptum & partû virginis Mariæ: de quo ¹⁷⁴ Academici isti, Peperit, & non peperit: Virgo, & non virgo: quasi non etsi ita dicendum esset, à nobis magis dici conueniret. Peperit enim, quæ ex sua carne, & non peperit, quæ non ex viri semine. Et virgo quantum à viro, ¹⁷⁴ non virgo quantum à partu. Non tamen ut idè non peperit: & idè virgo, quæ non virgo, quia non de visceribus suis mater. Sed apud nos nihil dubium, nec retortum in ancipitem defensionem: Lux, lux: & tenebræ, tenebræ. & est, est: & non, non. Quod amplius, hoc à malo est. Peperit, quæ peperit. Etsi virgo concepit, in partu suo nupsit, ipsa patefacti corporis lege: in quo nihil interfuit de vi masculi admitti, an emitti, id est, illud sexus resignauit. Hæc denique vulua est, propter quam & de aliis scriptum est: ¹⁷⁵ Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum vocabitur Domino. Quis verè sanctus, quàm Dei filius? Quis propriè vuluam adaperuit, quàm qui clausam patefecit? Ceterum omnibus nuptiæ patefaciunt. Itaque magis patefacta est, quia magis erat clausa. Utique magis non virgo dicenda est quàm virgo, saltu quodam mater antequàm nupta. Et quid ultra de hoc retractandum est? cum hac ratione Apostolus nõ ex virgine, sed ex muliere æditum filium Dei pronuntiauit, agnouit adaperitæ vuluæ nuptialem passionem. ¹⁷⁶ Legimus quidem apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit, & nõ peperit. Sed videte ne vos iam tunc prouidens spiritus sanctus notarit hac voce, disceptaturos super vterum Mariæ. Ceterum non contra illam suam simplicitatem pronuntiauerat dubitatiuè, Esaias dicente, Concipiet & pariet. ¹⁷⁷ Quod enim Esaias iaculatur in suggillatione hæreticorum ipsorum, & in primis, ¹⁷⁸ Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem: istos scilicet notat, qui nec vocabula ista in luce proprietatum suarû conseruant: ut anima non alia sit, quàm quæ vocatur, & caro non alia sit quàm videtur, & Deus nõ alius, quàm qui prædicatur. Ideo etiam Marcionem prospiciens, ¹⁷⁹ Ego sum, inquit, Deus: & alius, absque me non est. Et cum aliàs id ipsum eodem modo dicit: ¹⁸⁰ Ante me Deus non fuit, nescio quas illas Valentinianorum Æonum genealogias pulsat. Et, Non ex sanguine, neque ex carnis & viri voluntate, sed ex Deo natus est, Hebioni respondit. Equè: Etiam si Angelus de caelo aliter euangelizauerit vobis quàm nos, anathema sit: ad energema Apelliacæ virginis Philumenes filium dirigit. certè ¹⁸¹ qui negat Christum in carne venisse, hic Antichristus est: Nudam & absolutam & simplici nomine naturæ suæ pronuntians carnem, omnes disceptatores eius ferit: ¹⁸² Sicut & definiens ipsum quoque Christum vnum, multiformis Christi argumentatores quatit, qui alium faciunt Christum, alium Iesum: alium elapsum de mediis turbis, alium detentum: alium in secessu montis, in ambitu nubis sub tribus arbitris clarum, ¹⁸³ alium ceteris passuum, ignobilem: alium magnanimum, alium verò trepidantem: nouissimè alium passum, alium resuscitatum: ¹⁸⁴ per quod suam quoque in alia carne resurrectionem adseuerant. ¹⁸⁵ Sed bene quod idem veniet de cœlis, qui est passus: idem omnibus apparebit, qui est resuscitatus. ¹⁸⁶ Et videbunt & agnoscant, qui eum confixerunt: utique ipsam carnem in quam sauiuerunt: sine qua, nec ipse esse poterit nec agnosci. Ut & illi erubescant, ¹⁸⁷ qui adfirmant carnem in cœlis vacuã sensu,

Gen. 22. at
Gal. 3.
Isai. 11.
Psal. 131.
1. Cor. 15.
xxii. 1.
Luc. 2.
Ibidem.
Isai. 7.
Math. 5.
Ezech. 13.
Luc. 2.
Isai. 7.
xxiii.
Isai. 5.
Isai. 45.
46.
Joan. 1.
Gal. 1.
Joan. 4.
Afl. 1.
Joan. 19.

vt vaginam exempto Christo sedere: aut qui carnem & animam tantumdem, aut tantummodo animam, carnem verò non iam. [108 Sed hætenus de materia præfenti satis. Iam enim arbitror instructam esse carnis in Christo, & ex virgine natæ & humanæ probationem. Quod & solum discussum sufficere potuisset citra singularum ex diuerso opinionum congressionem, quam & argumentationibus earum, & scripturis quibus vtuntur prouocauimus ex abundanti, vt eo quod probauimus quid, & vnde fuerit Christi caro, quid non fuerit aduersus omnes præiudicauerimus. 109 Vt autem clausulam de præfatione communi faciat RESURRECTIO CARNIS NOSTRÆ ALIO LIBELLO DEFENDENDA, hic habebit præstructionem; 190 manifesto iam, quale fuerit quod in Christo resurrexit.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRUM DE CARNE CHRISTI.

I. ADVERSUS QUATUOR HÆRESSES] *Stud adiecit ex libro sequenti de Resurrectione carnis, ubi verbis sub sine Argumēti citatis iste titulus reperitur. Maxime quum in 1. cap. (de quibus n. 7. 8. 9. & 10. latius) quatuor hæreses de carne Christi recensentur ab Auctore; nempe Marcionis, Apellis, Valentini, & eius qui carnem Christi putatiuam introduxit, ipse Saturnini.*

CAP. I.

1. Qui fidem resurrectionis, &c.] Primum hoc caput inscribitur à nobis: De libri huius scribendi occasione.

3. ante istos Sadducæorum propinquos.] Sadducæi (inquit Rhenanus suis in hunc librum Adnotationibus) qui iusti interpretantur, Auctore D. Hieronymo in Mattheum, nec angelum, nec spiritum, nec resurrectionem corporum consistentes, etiam animarum interitum prædicabant; recipiebantque tantum quinque libros Moysis, & veteris Prophetarum reiectis à Pharisæis dissentientes, quæ duæ erant in Iudeis hæreses. Itaque Sadducæorum propinquos, hoc est, cognatos, esse dicit hæreticos resurrectione carnis pernegantes, veluti qui hunc errorem ab illis sumpserunt. Sadducæorum ipse Tertull. meminit li. de Præscript. adu. hæc. Paulus (inquit) in 1. ad Cor. epistola notat negatores & dubitatores resurrectionis. Hæc opinio prima Sadducæorum. Partem eius vsurpat Marcio, & Apelles, & Valentinus, & si qui alij resurrectionem carnis infingunt. Vide etiam Adnot. nostras in dicti li. c. 33. n. 192. & in c. 45. n. 297.

4. moratam.] Moratam (inquit idem) fidem vocat stabilem ac firmam, atque inconcussam. Sic lib. de Patientia. c. 15. In nobis morabitur semper, hoc est, stabilis confitetur. Vide ibi etiam Adn. nostras num. 105.

5. quæ in Christu resurrexit.] Accusatiuum (inquit idem) in hoc genus locutionibus, sapè pro Ablatiuo ponit, & hinc rursum pro Accusatiuo. Vt: Et in caelo re-fumpta est. Et li. de Patientia. c. 7. ipse ferru in corpore suo ducit. Et alibi in carcere introiit.

6. & qualitas eius retractatur.] Retractare, pro tractare, præterquam alibi, etiam hoc libro non semel vsurpat Auctor. Sic infra cap. 2. Post quas nunc ex abundanti retractamus; & cap. 11. Denique adhuc prius retractemus. Item cap. 23. Et quid vltra de hoc retractandum est?

7. Renuntiatio.] Renuntiantur (inquit Rhenan.) Magistratus, quum eliguntur; renuntiantur amicitia, quæ dissoluitur. Hic renuntiatio, demonstratio est & definitio. Sic in lib. de Resurr. carnis, cap. 18. Vt exinde à ca-

dendo cadaver renuntietur, id est, denominetur.

8. Marcion vt carnem Christi negaret, negauit etiam natiuitatem, &c.] Adtribuit etiam hunc errorem Cerdoni Marcionis magistro Auctori supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 51. her. 17. num. 322. & ipsi Marcioni infra lib. 3. adu. Marcionem. Est autem hæc prima hæresis, aduersus quam disputat infra cap. 2. 3. 4. & 5. Atqui legimus ex MS. Vatic. 2. addita Coniunctione: redderet & responderent. Atque adeo non est opus figura Synthetico, quam hic adnotat Rhenanus.

9. aut admitta carne natiuitatem negare, vt Apelles.] Est hæc secunda hæresis, aduersus quam hunc librum conscripsit; nominatim autem contra Apellem & Apelletianos agit infra cap. 6. 7. 8. & 9. Cui etiam eandem impingit Auctor dicti li. de Præscript. eodem c. her. 19. num. 324.

10. aliter illas interpretari, vt condiscipulus, & condesertor eius Valentinus.] En tertiã, contra quam agit hæresim, Valentinus nempe; contra quam potissimè agit infra cap. 15. 16. 17. & sequentibus; meminit etiam Auctor lib. supradicto cap. 49. heres. 12. num. 315. Atqui condiscipulum & condesertorem Apellis Valentinum vocat Auctor, quod Marcionis discipulus fuerit, sicuti Apelles, & quod eodem tempore eiusdè hæreses condiscipulus & Ecclesie catholice condesertor fuerit, sicuti patet eiusdem li. cap. 30. num. 167.

11. Sed & qui carnem Christi putatiuam introduxit, &c.] Quartam denique hic adingit hæresim, quæ introducta fuit à Saturnino, sicuti patet ex sepedit. li. c. 46. her. 3. n. 303. quam interim etiam sectatum eius discipulum Basilidem, eiusque sectatores Gnosticos omnes, ibidem videre est her. 4. n. 304. Aduersus hanc ex proposito hic nõ disputat Auctor, sed adingit cap. 3. 5. ac 9. & magis impugnat infra aduersus Marc. li. 3. quippe qui etiam illam hæresim secutus sit.

12. prægnatus & partus.] Prægnatum (inquit Rhenanus) sub forma quarta inflexionis vsurpat pro impregnatione, gaudens huius terminationis vocabulis, vt docuimus, & adhuc docebimus. Similis locus est supra Tomo 1. li. adu. Iudeos, cap. 9. num. 101.

13. τὸ δὸν εἶν synecdochica (inquit idem) locutio est. Subauditur præpositio τῆς. τῆς δὸν εἶν, hoc est, secundum existimationem; vt videlicet ita videretur, licet re ipsa non esset.

CAP. II.

14. Planè natiuitas à Gabriele adnuntiatur, &c.] Capituli 2. titulum dedimus: Aduersus Marcionem, natiuitatis Christi ex traditione comprobatio. De Deo

Deo autem creatore, infra latius li. x. adu. eundem.

15. Aufer hinc, inquit, &c.] Verba hæc ex persona Marcionis effert, rectè adnotauit Rhenanus (quasi finitur ibi: his opinor, &c.) Nam ille ex Euangelio Lucae, quod solum agnoscebat, capita illa prima, quibus hæc continentur, rescindebat vti mox num. 18. & infra lib. 4. adu. Marc. dicimus alicubi latius. Omnia autem hæc Ironicos dicta sunt.

16. Viderit angelica multitudo, &c.] Festiue inquit Rhen. dictum etiam hoc per Ironiam, quod nocturnu tempus aptum sit ad fallendum, quasi & angeli decipi poterint. Commemorata Luca res est in initio historia sue Euangelica, alioqui legi quoque poterat: vocibus honorans. Sed respexit ad illud Euangelicu: ἡ ἄγγελος φωνήεντες φωνήεντες τῆς νεκρῶν ἐπὶ τῷ ποίμνῳ αὐτοῦ. Sic & paulopost loquitur cap. 3. Viderint homines si natum putabant, quia hominem videbant; & in li. de Patientia cap. 1. Sed viderint illi, quos mox sapientie suæ cum seculo destructæ ac dedecoratæ pudebit. Rursum in fine eiusdem opusculi: Sed viderint suam sui præfides. Similes phrasæ etiam apud B. Cyprian. per me adnotatæ sunt ad epist. 2. num. 53. ad epist. 34. num. 18. ad epist. 63. n. 54. & in Tertulliano alicubi. Et aud aliter etiã dixit infra cap. 4. Sed videris si tibi displices.

17. Melior sit & Herodes, ne Hieremias gloriatur.] Ac si dicat: Non interfecerit Herodes paruulos in Bethleem, ne Hieremias de sua Prophetia, quæ citatur etiam Matth. 2. gloriatur tanquam iam completæ. Est autem etiam illud Ironicos dictum: ne fascinet pueru; nõ fascinare, ad incantamenti genus spectare (suprà alicubi diximus).

18. His opinor consilii tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est.] Similes sunt loci infra, non solum de his Euangelij Luca capitibus, sed & alijs, infra cap. sequi. Si scripturas opinioni tuæ resistentes, non de industria alias reiectis, alias corruptis; confundit te hinc Euangelium Ioannis. & c. 4. Sed circumspice Marcion, si tamen non delecti: Stulta mudi, &c. & c. 5. Aufer hæc quoque Marcion. item c. 22. Deleant igitur, & testimonia demonum, filium Dauid proclamantia Iesum. De alijs similiter hæreticis, cap. 7. Licet propterea abstulerint hæreses ista de Euangelio, &c. Addere vero etiam solere, ibidem docet, quu dixit: Non recipio quod extra scripturam de tuo inferis. Et verò etiam adulterare, c. 19. his verbis: Hoc quidem capitulo ego potius vtar, quum adulteratores eius obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt, &c. Atque adeo rectè dixit supra li. de Præscript. adu. her. c. 17. Ista hæresis non recipit quædam scripturas, &c. Vbi de hoc latius, num. 105. & in cap. 22. num. 136.

19. Ex qua, oro te, auctoritate, &c. Rectè infra subiungit: Sed plenius eiusmodi præscriptionibus aduersus omnes hæreses, alibi ita vti sumus; aduadens nempe ad eius tituli librum mox citatum, præferimus. c. 20. 21. 31. 32. 35. & 36.

20. si tantummodò Christianus es, crede quod traditū est.] Pulcher locus contra eos, qui quu neque Apostoli sunt, neque Apostolici, perpetuo tamen de fide ex scripturis disputant; quum sufficere eis debeat traditio, de qua latissime tractauimus supra Tom. 2. lib. de Corona milit. c. 3. num. 27. Atqui tantummodò, pro tantum, legimus ex tribus Vatic. MS. cod.

21. non es Christianus, qui quum fuisses, excidisti, &c.] Adnotandus etiam hic locus, contra eos qui

hæreticos Christianos dicere non verentur; quum eo nomine nolit Auctor appellari, qui resciderunt quod retrò crediderant, & (vti infra de eodem Marcione loquitur) ab Ecclesia & fide recesserunt. Quò perinet etiam illud infra cap. 15. hæretici credendo non credunt. Atqui de hoc Marcionis à fide & Ecclesia recessit, vide supra li. de Præscript. aduers. heret. cap. 30. num. 166. & 167.

22. sicuti & ipse confiteris in quadã Epistola.] De Epistolis, aliisque scriptis Marcionis, infra latius li. 1. aduers. Marcionem. n. 1. Legimus autem ex MS. 3. Vatic. cod. Atquin, pro: Atqui; nam præterquam quod illa vox sit Tertullianica, etiam infra legitur in excus. cod. cap. 18. Atquin subiicit.

CAP. III.

23. Necessè est quatenus hoc putas, &c.] Tuum huic capiti adposuimus: Aduersus eundem, quod neque impossibilis neque inconueniens Deo. Atqui paulopost vbi legitur: Planè interest illud, vt fallum non patiatur, quod verè non est, videretur conuenientior lectio vnius Vatic. MS. cod. non putetur; verum quod reliquæ duo illud legant, nihil immutari, maxime quum videar mihi alicubi similem phrasin legisse in Tertulliano. Omnino autem legimus cum 3. illis & Rhenano: Viderint homines, pro: Viderunt.

24. Quid tanti fuit, edoce, vt consciens Christianus quid esset, &c.] Stud iterum lego ex Adnotationibus Rhenani, pro eo quod substitutum erat: quum sciens, nam sensus id exposcit vt sit consciens (inquit ille) versum Latine, quod Græcis est σκευδαίος. Dicebat autem Marcion sufficere Christo conscientiam suam.

25. Planè natura conuertibilem, &c. Locus adnotatu dignus pro transsubstantiatione panis Eucharistia in corpus Domini; quod ad eam comprobendam, sufficiant testimonia Patrum varia, qui conuerti dicunt panem in corpus Domini, etiam si non vtantur transsubstantiationis voce; quia: natura (inquit Auctor) conuertibilem est ea lege, ne permancant in eo quod conuertitur in eis. Cui similes loci reperiuntur etiam supra lib. adu. Hermog. c. 34. sed mutari, perire est pristino statui, què dum mutantur, amittunt; & etiam infra cap. 13. vbi ex similitudine resta ex argilla facta, quæ non est amplius argilla, docet quum demittantur qualitates, etiam mutari vocabulorum possessiones. Denique lib. aduers. Præxcan: Transfiguratio (inquit) interemptio est prioris. Omne autem quod transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat.

26. Deo par.] Præter locos Tertulliani, quibus par cum Genitino construitur supra li. de Patientia, Tomo 1. c. 16. n. 109. adnotandi veniunt, qui frequentes sunt in hoc libro. Ita paulopost legitur: par erit eorum, & quorum, &c. par non est; ac cap. 8. par erit eius substantiæ; cap. 15. par eius, ac: par nostræ; denique cap. 16. eius fuit par.

27. Angelos creatoris conuersos in effigie humanã, &c.] Idem latius tractatur infra ab Auctore c. 6. & li. 3. adu. Marc. quò Lectorem remittimus; hic duntaxat addit tertium testimonium Gen. 31. quod colluctatus sit homini (nempe Jacob) Angelus.

28. Spiritum columbæ corpore lapsum descendisse super Dominum, &c.] Sic ex Vatic. 3. MS. cod. pro: descendisse; nam Ioan. 1. illud legitur & Græcè & Latine. Admiranda est autem illa lectio Auctoris hoc loco: columbæ corpore; quum non

modo exemplaria omnia tam Græca ac Syriaca leguntur. quasi columbam, & Joann. 1. & Matth. ac Luc. 3. sed ipse etiam Auctor supra li. de Bapt. c. 8. columbæ figuræ; atque adeo putarim, etiam sic legendum hoc loco, sed nihil immutare volui, tum quod conformiter ita legantur Vatic. MS. 3. cod. tum quod illam lectionem explicare videatur Verbis illis: Sed quæris corpus columbæ, &c.

29. tam verè erat & columba, quàm & Spiritus, &c.] Consentit in hac huius loci expositione Tertulliano, Auctor lib. de Agone Christiano inter opera B. Augustini, c. 22. sed ipse Augustinus Epistola 102. ad Euodium, & li. 2. de Trinitate, c. 5. contra sentit: columbam illam non veram fuisse creaturam, sed speciem creaturæ; cui consentiunt etiam BB. Ambros. lib. 1. de Sacrament. c. 5. Chrysostr. hom. 12. in Matth. & Procop. in c. 18. Gen. id colligentes ex Verbis illis: quasi columba, & in specie columbæ. At qui legitur ex 3. Vatic. MS. cod. adsumpta substantia extranea, pro contrariis; neque enim esse columbæ contrariâ substantiam Spiritui sancto, sed convenientem, Auctor loco citato lib. de Bapt. in his Verbis indicat: ut natura Spiritus sancti declararetur, per animal simplicitatis & innocentia.

CAP. XIII.

30. Igitur si neque ut impossibilem, &c.] In- scriptionem damus huic capiti: Aduersus eundem, quèd neque indigna fuerit Deo, neque stulta, Christi corporatio. Cui similis est planè locus infra li. 4. adu. Marc. Quemadmodum verò hic corporacionem Auctori sic infra c. 6. corporandorum dixit, idque ut magis explicaret veram corporis adsumptionem.

31. perora ageiam [purcitas, &c.] Marcionem iterum adloquitur. Perorate autem (inquit Rhenanus) etiam cum Accusatio constructa lib. de Resurr. carn. Ultimaque dispersionis exitum perorant. Cum præpositione In, li. adu. Marc. 2. Hæc dignissimè peroraturus in creationem; & li. 3. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera naturæ. Inuhere in totum quod es; Vbi totus hic locus reperitur.

32. anxium, nexum.] Nexum dicit (inquit idem) propter colligantiam nervi vmbilicaris et in matrice. Exponunt enim quod hic significat, Verba quæ infra leguntur huiusmodi c. 20. Quid auellitur (inquit) nisi quod inhareret, quod infixum, innexum est ei, à quo ut auferatur, auellitur? si non adhæsit vtero, quomodo auulsus est? si adhæsit qui auulsus est; quomodo adhæsit, nisi dum ex vtero est per illum neruum vmbilicarium quasi folliculi sui traducem adnexâ originis vuluæ: Rursus lib. 4. adu. Marc. Et primò (inquit) retinaculi sui vulnere nec multum ablutus. Pertinet interim istud ad paradoxon Auctoris, quod Christus natus sit aperto vtero Virginis; de quo latius in Prolegomena.

33. totum incertum libidinibus fastidii & gulæ.] Libidines etiam alibi accipi ab Auctore pro appetitibus & inclinationibus. adnotauimus supra li. aduers. Hermog. cap. 36. num. 128.

34. cum suis impedimentis.] Involucra illa (inquit Rhenanus) factus significat. Mox autem prorsus cum Latino legendum: quod panis dirigitur, quod vincionibus formatur, pro: vnctionibus.

35. Hanc venerationem, ò Marcio, naturæ, &c.] Scripsimus (inquit Rhenan.) venerationem, pro: venerationem, consentientibus exemplaribus antiquis. Intelligit venerationem quæ natura debetur. Sensus est, Quod ve-

nerati debueris, in despectis. Sic lib. 3. aduersus Marcionem: Sanctissima (inquit) & reuerenda opera naturæ. Latinius quidem ex coniectura legit: Hanc ne rationem, quæ fortassis melius conueniret cum proposito materia; Verum nolui immutare, quod Rhenani lectioni consentiant Vatic. 3. MS. cod. Maxime quum videatur ex proposito venerationem naturæ vocare, quam heretici contumeliam vocabant; contra quos isdem penè Verbis B. Hieron. haud dubiè hunc locum imitatus, lib. adu. Heluid. Iunge, si libet, & alias naturæ contumelias, nouem mensibus Veris infolentem, fastidia, partum, sanguinem, pannos. Ipse tibi describatur infans, tegmine membranarum solito conuoluitus.

36. quem magno pretio redemit.] Addidimus: pretio, ex isdem Vatic. 3. cod. MS. conformiter Apostolo, quem citat 1. Cor. 6. qui habet: Empti, seu redempti (iti legit Auctor) estis pretio magno; maxime quum id ubique legit B. Cyrilian. Pox Græca ὑποκόσμιε, & redimere & emere significat. Quamquam autem magno Græcè non legitur hodie, quum etiam B. August. id legitur Epist. 66. videtur plerique Latini id non omisisse.

37. Si Christus creator eius est, &c.] Adhuc hic, tum capit. præcedentibus & sequenti, ad errorem Marcionis de duplici Deo, altero creatore, id est, nostro, altero Deo suo, quem latè consutat li. 1. adu. Marc. Auctor.

38. Natiuitate reformata regeneratione cælesti.] Agit de Natiuitate Christi ita reformata, ut peccati expers fuerit. Miraculorum autem, de quibus hic fit mentio Matth. 11.

39. Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam.] Quum supra li. de Bapt. c. 2. n. 13. adnotauerimus veram hanc esse lectionem Tertulliani, substitui- mus sapientiam, pro eo quod erat: sapientes; maxime quum sequatur, quæ Deus in emulationem elegerit (non sapientum, sed) sapientia secularis; & tamen apud illam.

40. Iupiter Taurus factus aut Cygnus.] De Ioue (inquit Rhenanus) in Taurum mutato, fabulam habes apud Ouidium Metamorph. lib. 2. in Cygnum, lib. 6.

CAP. V.

41. Sunt planè & alia tam stulta, &c.] Titulum damus huic capiti: Aduersus eundem & alios quosdâ, quod non phantasma, sed veræ fuerint Christi & Natiuitas & passiones.

42. Aut prudentiam dicant Deum crucifixum.] Adhuc ad illud eiusdem 1. Cor. 1. à contrario sensu: Nos autem predicamus Christum crucifixum, Gemibus stultitiam.

43. Sed non eris sapiens, nisi stultus seculo fueris.] Hic similiter ad illud 1. Cor. 3. Stultus fiat ut sit sapiens.

44. quia ut phantasma vacabat à sensu earum.] Hoc est (inquit Rhenanus) carebat sensu earum passionum. Similiter autem dixit infra c. 17. Et tamen næ mihi vacet incurtus; & c. 18. Vacabat enim viri semen; & c. 20. menses sanguinum vacent; item c. 21. & vacat Prophetia. Plures similes locutiones vide supra li. adu. Valentini. c. 10. n. 112. Sine autem legas: & infantia imaginaria & vacua ludibria cum exc. sine cum MS. 3. Vatic. imaginaria, perinde est.

45. interfectores veritatis.] Haud absimiliter paulopost: qui destruis necessariû decus fidei; & rursus: Quid dimidias mendacio Christum? Loci adnotandi

tandi contra eos, qui non nisi blandis verbis compellari volunt hereticos; certe occurrunt adhuc atrociora longè aduersus hereticos Verba apud Auctorem, maxime in iustio li. 1. adu. Marc. quòd lectorem remittimus.

46. Nōne verè crucifixus est Deus, &c.] Ex Vatic. 3. MS. cod. sequentia sic distinguimus & immutamus: nōne verè mortuus, ut (pro: &) verè crucifixus? nōne verè resuscitatus, ut verè scilicet mortuus? Falso ergo statuit, & c. Paulus.

47. Qui me, inquit, confusus fuerit, confundar & ego eum.] Sic ex vno Vatic. cod. pro: eius, quæ lectio magis placet, tum quòd Marc. 8. Græcè legitur: ἐπιτι- σθῆναι ἡμετέροις ἀδελφοῖς, tū quòd etiam sic legit B. Cypri. li. de lapsis, & Epist. 63. Vbi vide Adnotationes nostras n. 47. Neque verò etiam confundi pro erubescere alicubi quum cum Accusatio constructum reperitur. Denique si: eius legeretur, etiam: mei legendum foret; at: me habent MS. 3. Vatic. cod. Est interim adnotanda varia Auctoris à Cypri. & Vulgatis codicibus lectio: confundar & ego; pro: confundetur enim filius hominû. Atqui figi, pro: crucifigi, Auctori vstitutum esse etiam alicubi diximus.

48. carnem scilicet hanc sanguine suffusam, &c.] Per a carnis has qualitates latius repetit Auctor infra c. 9. Lego autem omnino: Ideòque mortalis, pro: Ideò quia, & cum Rhenano paulopost: Deus Marcion (ut Vocatiui sit casus) haud aliter, pro: Deus Marcionis.

49. Ita vtriusque substantiæ census.] Varias huius Vocis significationes apud Auctorem supra adnotauimus lib. de Præscript. adu. har. c. 32. n. 184. nempe ut accipiat pro recensu, diuinitis & auctoritate. Hic certè medio modo accipi videtur, infra verò c. 8. Vbi legitur de peccatoris censu, pro recensu seu origine. Similiter etiam infra c. 17. quum dicitur: si terreni non fuit census hominû. Sunt verò etiam Tertullianica: dispuncta est, pro absoluta, ac dimidiare mendacio.

50. sine tunica.] Tunica vocabulo (inquit Rhenanus) cuiem intelligit. Sic in libro sequenti de Resurrect. carnis: Carnem (inquit) quam postea pelliceæ tunicæ, id est, cutes superduetæ vestierint; & mox: Hinc (inquit) & Apostolus circumcisionem, despoliationis carnis appellans, tunicam cutem adfirmavit.

51. circulatorio cœtu.] Istud per id quod sequitur, explicatur: sed magum hominem; nam etiam supra Tom. 1. Apolog. c. 23. multa miracula circulatoris præstigiis ludere Magos dixit, Vbi vide Adnotat. nostras num. 356.

CAP. VI.

52. Sed quid iam discentes Pontici illius, &c.] In scriptionem huic capiti dedimus: Aduersus Apellem, quòd Christus non sit mutuatus carnem ex sideribus. Discentes autem pro discipulis, Auctori frequen- tiss. De Pontico Marcione nempe, infra latius li. 1. adu. eundem. Proverbum de calcaria in carbonariam, tra- habimus inter Prolegomena.

53. ad Apellem.] De Appelle latius infra Tom. 5. ad fragmentum lib. adu. Apellem, & remittimus etiam lectorem ad ea quæ diximus lib. supra de Præscript. adu. har. c. 51. har. 19. n. 324. Atque lego cum MS. 3. Vatic. cod. in virgine Philumene.

54. ut angelus quidem illius Philumenes.] Sic lego prorsus, pro: illi. De hoc verò sic supra li. iam dicto c. 6. Prouiderat iam tunc Spiritus sanctus futurum in virgine quadam Philumene angelum seductionis, transfigurantem se in angelum lucis, cuius signis

& præstigiis Apelles inductus nouam hæresim induxit, Vbi vide Adn. nostras n. 35. & infra c. 24. Equè (inquit) etiam angelus, &c. ad energema Apellia- cæ virginis Philumenes filium dirigit.

55. Etiam angelus de cœlo.] Legimus cum 3. Vatic. MS. cod. de cœlo, tū hic, tum infra c. 24. & similiter lib. de Præscript. adu. har. c. 6. pro eo quod erant de cœlo, tum quòd etiam Græcè legitur ἐξ οὐρανῶν, tum etiam quòd infra sic legitur li. 5. adu. Marc. de Epist. ad Galat. Irrepererat etiam mendum in editione Lugdunensi, ut legeretur nobis, quum legendum sit: vobis.

56. De sideribus, inquit, & de substantiis, &c.] Istud his verbis repetit infra li. 3. adu. Marc. Nam & Philumene illa persuasit Apelli, ceterisque defertoribus Marcionis, ex fide quidem Christum circumtulisse carnem; nullius tamè natiuitatis, ut- porè de elementis eam mutuatum. Quod ibidem etiam consutat, maxime scripturis illis quibus infra c. sequenti.

57. Quid illi cum Moyse, qui Deum Moyse reit- cit.] De hoc latius infra li. 1. adu. Marc. Sine autem legat cum excus. cod. reicit, siue cum Vatic. 3. MS. cod. reicit, parum referit; quomodo etiam si paulopost legas: ob quas in carnem venerunt, aut processerunt. Atqui pulcrè diuersitatis reddit causam, cur Christus nasci debuisset, angeli non item, infra li. 3. adu. Marc. Angeli (inquit) neque ad moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum non debuerunt nascendo sum- pisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerunt.

58. Atquin, tunc quoque inter illos angelos ipse Dominus apparuit Abraham, &c.] Haud aliter etiam ibidem Auctor: Ideòque & ipse cum angelis tunc apud Abraham in veritate quidè carnis apparuit; sed nondum natæ, quia nondum moritura, sed dis- scētis iam inter homines conuerfari. Quamquam in- terim hæc interpretatio, quæ ortum inde habere videtur, quòd legitur Gen. 8. Tres vidit, unum adorauit; à B. Augustino non probetur, quem adeò videat lector li. 2. de Trinit. c. 10. Porro legitur iterum ex MS. Vatic. 3. cod. At- quin, pro: Atqui.

59. Sed vos hoc nō recipitis, &c.] Similiter etiam loco citato: Primò non admitteris ab eius Dei exem- plo quem destruis.

60. Constat angelos carnem non propria ge- stasse, &c.] Etiam hoc repetitur ubi supra: In ista quæ- stione quum putaueras opponēdos esse nobis an- gelos creatoris, quasi & illi in phantasmate putati- uæ vtiq; carnis egerint apud Abraham, & Loth, & tamen verè congressi (id est, cum hominibus conuer- sati) & pasti, & operari quod eis mandatum fuerat. Scito nec illud tibi cōcedi, ut putatiua fuerit in an- gelis caro, sed veræ & solidæ substantiæ humanæ. Si enim difficile non fuit illi putatiuæ carnis veros & sensus & actus exhibere; multo facilius habuit, veris & sensibus & actibus verâ dedisse substantiâ carnis, vel quæ proprius auctor & artifex eius, & c. ne proliciores simus. Porro B. Augustinus quæstionem hæc perplexam reperiens li. 3. de Trinit. c. 1. fatetur excedere vi- res intentionis suæ; quem secutus & B. Bernardus hom. 5. in Cantic. Cantic. hanc controuersâ indiscussam reliquisse videtur, ita concludens: Ceterum (inquit) verum ipsi spi- ritibus naturalia corpora sunt sicut hominibus sua, an verò ipsi spiritus corpora, cui opus est, sumant, rursusque exple- to opere ponant in eandem, de qua sumpta sunt, materia dissoluenda; nolo ut à me requiratur. Videtur Patres de hu- iusmodi diuersa sensisse; nec mihi perspicuum est unde al-

terutrum doceam, & nescire me fateor, sed & nostris profectibus non nullum conferre arbitror harum rerum notitiam. Hactenus ille, nec aliter etiam P. Lombardus Sentent. li. 2. dist. 8. §. 4. Quid? quod etiam Auctor neutri ubi aliquid certi definit.

61. Sed nihil de eo constat, quia scriptura non exhibet, &c.] Ne forte quis istud detorqueat contra traditiones Ecclesiasticas; meminerint Auctorem docuisse supra Tom. 2. li. de Coron. milit. c. 3. etiam traditionem non scriptam debere recipi; quod adeo Lectori remittimus. Legimus autem mox: etiam ex nulla substantia, pro: & ex 3. Vatic. MS. cod.

62. quid postea factum sit corporibus illorum.] Latissime dictum (inquit Rhenanus) id est, quod pervenerint. Subaudiatur De, Prepositio. Sic Cicero in Verrè: Quid te futurum est? quod confugies? Plautus: Quid argento factum est quod dedit? Rursum Cicero pro Cluent. Quid hoc homine factum est?

C A P. VII.

63. Sed quotiens de natiuitate, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Responso ad illud Christi Matth. 12. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres. Quippe ex quo Marcion & Apelles veram natiuitatem Christi negandam comprobare nitebantur, sed falso; quemadmodum etiam pulchre eundem locum interpretatur B. August. contra Manicheum eodem errore lapsum, Epist. 18. & li. de fide contra Manicheos, c. 22. item Epiph. her. 42. contra Marcion. Consultat. 12. Auctor etiam quest. & Respons. inter opera B. Iustini Mart. qu. 136.

64. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Eodè modo citatur hæc scriptura infra li. 4. adu. Marc. quum interpretes alij malint ex Græco τῆς ἑστῆς ἢ πατρὸς μῆς, Vertere, quæ est mater mea, & ἀδελφοὶ μῆς fratres mei.

65. quid iam RESPONSVM SIT à nobis MARCIONE O LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS.] Intelligit haud dubie 4. lib. adu. Marc. Ibi enim etiam isdem penè, sed paulo paucioribus hæc scripturam explicat verbis, paulopost adlegandis. Proinde etiam hinc constat verum esse quod adnotauimus supra Præfatione nostra in hunc Tomum 3. eodem penè tempore scriptos hunc & sequentem de Resurr. carn. libros, ac libros quatuor primos adu. Marc. his verò absolutis, tum demum esse conscriptum quintum librum aduersus eundem.

66. Licet propterea abstulerint hæreses ista de Euangelio.] Quomodo hunc Luca 8. locum mutilauerint, indicat Epiph. ubi supra Schol. 12. Non habet (inquit) mater ipsius & fratres ipsius, sed solum: mater tua, & fratres tui. Cuius rationem addens: Etiam si (inquit) superiora rescideris, o Marcion, Euagelij verba, quo facies Euangelistam non suffragari dictioni à quibusdam relata nempe: mater tua & fratres tui; non potes transgredi veritatem; cur enim non frustra dixit matrem?

67. quod & creditu patrem eius Ioseph fabri.] Istud desumpsit, præcipue eodè ex Matth. c. 13. & Marc. 3. partim tam è etià ex Luca 4. c. Nam ibi legitur: Nonne hic est filius Ioseph? quum alij duo habeant: nonne hic est fabri filius? Atqui cum Vatic. 3. MS. cod. omittimus paulopost particulam: est, ubi legitur: Sed nulla tentatio tendens, &c. procedit; & omnino legimus deinceps: nisi quod etsi vacuisset tenerationis ingenium; quia, præter alios locos supra citatos n. 44. similiter dixit Auctor supra Tom. 1. lib. de Pallio c. 4. Vacuerat ab vberum gustu, vii etiam adnotauimus supra lib. adu. Valent. n. 112.

68. sicut & in Euangelio ante Marcionem edito

continetur.] Euangelium Ioannis intelligit c. 7. quod non agnoscebat Marcion.

69. Mater æquè non demonstratur adhæsisse illi, &c.] Istud potest intelligi de adhesionem perpetua in Christi concionibus; quas frequentabant Martha & Maria. Deinde id quod sequitur incredulitas eorum ad fratres Domini, non ad Mariam referri debet. Quare calumniatur Rhenanus in argumento huius libri, dum non modo Tertullianum dicit hic dissentire à placitis recentiorum Theologorum de B. Mariae impeccantia, sed etiam pro se Originem citat, Augustinum & Chrysostomum. Nam imprimis Origenes semper Mariam immaculatam vocat, & iubet nos respondere hæreticis, si quid aduersus illam obijciat, B. August. li. de natura & grat. c. 36. postquam dixisset, nullum sanctorum esse sine peccato, subicit; excepta sancta Virgine Maria, de qua, propter honorem Domini, nullam proripit, cum de peccatis agitur, haberi volo questionem. Chrysostomi denique loci quomodo sanè intelligi possint, vide Sixtum Senensem Biblioth. Sanctæ li. 5. Adnot. 104. & lib. 6. Adnot. 58. & 138. ubi etiam, & Adnot. 139. ac 140. explicat; quomodo intelligi possint quidam loci Originis & Augustini ac Euthymii, qui Rhenano fauere videntur. Quæ omnia latius, vt iuxta Expurgatorium Librum expungatur, in omnibus libris hactenus excusis Rhenani calumnia.

70. tam proximi.] Tam (inquit Rhenan.) iungit cum superlatiuo proximi, vt etiam infra li. 4. adu. Marc. Deinde quum dicitur: necessarius aliquid, comparatiuè hic etiam accipitur, vt adnotauimus supra Tom. 2. li. de Patient. c. 11. n. 69.

71. si forte tabula ludens.] Campum (inquit Cælius Calpurnius tract. de reserarium ludo) in quo reseraria pugna iam olim exercebatur, ab antiquis, nunc abacum, nunc aluolum sive alueum, nunc tabulam lusoria, modo πλῆθρον, sed & fribillum appellatum video; reclamationibus licet Grammaticis, qui ex auctoritate Porphyronis, non ad reseraria, sed ad talos fribillum pertinere arbitrabantur. Campus ligneus etiam appellatur in enigmate Diomedis. Quo loco latissime tractat quicquid ad hæc lusus generâ pertinet. De alca interim tabula ludo, vide tractatum de Aleatoribus inter opera B. Cypriani Tom. 3. quam sit perniciofa eius consuetudo.

72. vel de histrionibus aut aurigis contendens.] Adluit (inquit Rhenanus) ad spectacula & factiones aurigarum. Nam suo quisque fauebat. Ideo dicit contendens. De quo nos latius supra Tom. 2. lib. de Spectaculis, potissimum c. 15. n. 138. & 139. ac c. 16. n. 141.

73. quum indignatio parètes non neget, sed obiuget.] Similiter infra li. 4. adu. Marc. Tam proximas enim personas foris stare, extraneis intus defixis ad sermones eius, amplius & auocare eum à sollèni opere querentes, merito indignatus est; non tam negauit quàm abdicauit. Epiph. manulit hæc obiuagationem referre ad eum, qui nuntiabat foris stare matrem & fratres.

74. non tanti facere matrem aut fratres, quanti verbum Dei.] Adluit ad illud Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus, cuius ipsa verba citauit supra, lib. de Baptis. cap. 12. hic verò sensum duntaxat.

75. Sed aliàs figura est synagoga, &c.] Alium hunc mysticum sensum reperire est apud B. Hieronymum & Hieron. in Matth. c. 12. Ambros. & Bedam in Luca c. 8. Ibi autem: nuncupat, rectè à Rhenano intelligitur Christus.

76. Sed feliciores &c. qui verbum Dei audiuit.]

Jn

infra li. 4. adu. Marcion. additur, sicut etiam in Euangelio Lucae & facium, quod verissimiliter etiam hic addi debet, sed nolui id facere, repugnantis MS. 3. Vatic. cod.

C A P. VIII.

77. Solis istis capitulis, &c.] Titulum huius capiti dedimus: Aduersus Apellecianorum angelu igneu carnis creatorem. Omnino enim lego: Apelleciani, pro eo quod erat: Apellaciani; neque enim ab Appella, sed ab Appelle hæretico nomen habent. quare neque placet adlusio quam adfert Rhenanus, vt dicantur Apelleciani, quasi Appella, quum ipse etiam fateatur potius appellari Apellitas, & Apelliacos; nam & infra cap. 24. Apellia virgo Philomena nuncupatur. Eodèdem Apellecianos vocat Epiph. her. 44. B. Verò Cyprianus epist. 73. Apellecianos.

78. quam volunt ab igneo illo, &c.] Huius ipsorum erroris mentionem habes supra li. de Præscript. adu. hæret. cap. 51. her. 19. num. 324. & latiore tractatum li. de Anima, cap. 23. num. 298. ubi etiam similem Tertulliani locum citatum habes ex li. de Resurr. carnis. Facium interim ad locum huius intellectum maxime illa verba dist. cap. 23. Apelles sollicitas refert animas terrenis ecclis de supercælestibus sedibus, ab igneo angelo Deo Israëlis & nostro; qui exinde illis peccatricem circumfixerit carnem. Ibi enim habes quid significet illud: sollicitas animabus; quòdque ibi circumfingere, hic adstruere dixit; & de peccatrice carne hic multo latius.

79. præside mali.] Hoc delirium (inquit Rhenan.) etiam notat in lib. de Præscript. adu. her. cap. 34. Nemo alterum Deum ausus est suspicari (facilius de filio quàm de patre hæsitabatur) donec Marcio præter creatorem alium Deum solius bonitatis induceret. Apelles creatorem angelum nescio quem gloriosum superioris Dei, faceret Deu legis & Israël, illum igneum adfirmans. hæc illic. Quando verò dicit, præside mali, id est, seu Dei, videtur loqui de Appelle & Apelleciani, antequàm à Marcione separati sint. Nam post eam diuisionem, vnum tantum Deum adseruit Apelles.

80. paratura.] Paraturam vocat (inquit idem) id quod præstat materiam. Sic in lib. de Pallio, cap. 3. lanam vocat paraturam materiari. Tantam igitur paraturam materiari (inquit) ingenia quoque vestificinæ profecuta. Ergo: de sua paratura, hoc est, de sideribus & celo, quæ corporis materiam Christo subministrarint.

81. penitentiam admisit.] De hoc ita loco supra scripto de Præscript. lib. adu. her. Tertulliani cap. 51. Cui mundo permisit penitentiam; quia non illum tam perfecte fecisset, quàm ille superior mundus institutus fuisset.

82. Nam est nobis ADVERSVS ILLOS LIBELLVS.] De hoc LIBELLO, an idem sit qui à Rhenano & alijs ADVERSVS APPELLITAS inscribitur, an alius, infra latius Tomo quarto ad fragmenta eiusdem libri.

83. siquidem omnis penitentia confessio est delicti.] Non ergo sufficit Lutheranorum definitio: Penitentia, noua vita. Verum de Penitentia tribus partibus, contritione, confessione, & satisfactione, late supra Tom. 2. integro libro de Penitentia. Rectè autem supplet Rhenanus in hunc modum: & membra delictum, subaudi erunt. Erit proinde & cælum, subaudi: delictum. Et cælestia cum cælo, delictum erunt. Manulit esse breuis & obscurus quàm perspicuus. Legimus verò ex Vatic. 3.

MS. cod. de peccati constitit elementis, pro: de peccatis; & cum Basil. cod. de peccatorio censu, pro eo quod in additionem Lugdunensem irrepserat: sensu.

84. Primus homo de terræ limo, secundus homo de cælo.] Etiam hic à communi lectione Apostoli 1. Cor. 15. Variat; transferens: terræ limo, pro: terra, quod etiam Græcè dumtaxat legitur; & omittens: terrenus, ac deinde: cælestis.

C A P. IX.

85. Prætendimus adhuc, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quòd constat veram carnem fuisse in Christo.

86. quod de limo figulatum etiam ad fabulas Nationum veritas tranfmisit, &c.] Sic legimus ex 3. Vatic. MS. cod. omissa vocula: est. Significat autem (inquit Rhenan.) Promethei fabulam, qui primus è limo hominem finxit, Iapeti filium. Ouidius lib. 1. Metamorphoseon:

Sanctius his animal, mentisque capacius altæ Deerat adhuc, & quod dominari in cetera poteret,

Natus homo est. Siue hunc diuino semine fecit Ille opifex rerum mundi melioris origo; Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere, cognati retinebat femina cæli; Quam satius Iapeto mixtam fluuiialibus vndis Finxit in effigiem moderantū cuncta Deorum, Huc adluit etiam Iuuenalis Satyra 13.

--Vnus & alter

Forfitan hæc spernant iuuenes, quibus arte benigna

Et meliore luto finxit præcordia Tiran. Id verò Ethnici sunt à nostris mutuati, videlicet de libris Moïsis. Porro Tertullianus noster li. 1. adu. Marc. eleganter Deum creatorem appellat, verum Prometheum. Atqui noua vox est: aquana, pro: aqua, ubi legitur: sanguine aquanam. Habent denique Vatic. 3. MS. panlopost: Hæc sunt quæ illum filium Dei cælauerunt, pro: cælauere, sed perinde est.

87. de Septentrionibus.] Hoc stans (inquit Rhen.) quod à figura posturæque ipsa, quia simile plausri videtur, antiqui Græcorum ἀπασσων dixerunt, nostri quoque veteres à habubus iunctis Septentriones appellauerunt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iunctis triones figurantur. Sunt autem Triones rustico vocabulo bones, quasi teriones, à terendis terra, id est, aranda colendaque. hæc ex Aulo Gellio.

88. & Vergiliis.] Vergiliæ (inquit idem) circa æquinoctium oriuntur, vnde nomen habent à vere. Græcis πλειάδες sunt, quod ex compluribus stellis constat.

89. & Suculis.] Quæ stella Græcis (inquit idem) ὤαδες, à nobis primò Syades, deinde Suculæ sunt dictæ. Auctor Gellius. Sunt autem in capite Tauri. Porro vsurpat emendatum pro perfecto siue illustrato, atque nitente. Atqui quum secundum posteriores editiones legatur: emendatum, non opus est cum Rhenano explicare quid hic significet emendatum.

90. Vnde huic doctrina & signa ista? Vox Græca: σφία, vertitur ab Auctore Matth. 13. doctrina; nam etiam Plato pro scientia vsurpat, quum dixit 2. de Repub. σφίαν ἀνιμυρογικίαν, & Aristophan. in Pluto, σφίαν μελετῶν. Addit autem: etiam despicientium vox erat, quia sequitur ibidem: & scandalizabantur in eo.

91. humanæ honestatis.] Honestatem (inquit Rhenan.) hic accipit pro pulchritudine, sicut mox: Contumeliaz verò inhonestam probauere, id est, deformem. Ita Virgilius:

Et quocunque Deus circum caput egit honestum.

Hor. tuius satyra 2. lib. 1.

- Neque siquid honesti est, Iactat habetque palam.-

92. de ignobili aspectu eius, &c.] Quod transulit ex Greco τὸ εἶδος ἄτιμον, Tertull. supra lib. aduers. Iud. c. 14. & infra lib. 3. adu. Marc. speciem inhonoratam; hic aspectum ignobilem; quamquam primo loco etiam dicat: nec aspectu quidem honestus. De Prouerbio: vngue summo perstringere, Prolegomena nostra videat. Lector. Quod autem sibi veli illud: nisi merentem, nescio. Legit demique sanguinem fudit cum excussis, aut: fundit, cum 3. Vatic. MS. cod. perinde est. In sequentibus verò imitatur B. Irenaeum lib. 3. cap. 32.

C A P. X.

93. Conuertor ad alios aequè sibi prudentes, &c.] Titulum huius capituli ipse Auctor indicat: Aduersus alios qui carnem Christi animalè adfirmat; quive salutis animæ solius causa Christum procefferunt volunt. Regitè autem: sibi prudentes appellat hereticos; quia hæreses de arbitrio suo sibi inducunt, ut habet Auctor supra lib. de Prescript. aduers. hæret. c. 6. & nos ibidem in Adn. latius n. 32. & 34.

94. si vt animam saluam faceret, &c.] Adludit haud dubiè ad illud Luc. 9. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare; sicut etiam infra c. 12. his verbis: Et veni (inquit) animam saluam facere.

95. non carnis, sed animæ nostræ solius liberanda causa.] Hunc errorem adscripsit supra lib. de Praescript. aduers. hæret. Basilid. c. 46. her. 4. n. 304.

96. Porro si non nostram liberauit, quia carnem, &c.] Ex Latino legimus: carnem, pro: carnem; id reuolvente sensu. Variam autem hic lectionem habet Vatic. 1. Porro si non nostram liberauit, nihil ad nos, quia carnea non est; sed aliorum lectio vulgata magis placet.

C A P. XI.

97. Sed aliam argumentationem eorum conuenimus, &c.] Capiti huic inscriptionem datus: Aduersus eosdem, quod anima Christi carnalis non sit. Atqui Vatic. 3. MS. cod. omittunt quidem illud: mortalitatisne fit an non; sed retinere malimus. Sine autem cum isdem leg. 10: Sed nec esse quidem potest, siue cum excussis: ne esse, non refert.

98. Omne quod est, corpus est sui generis, &c.] Pertinet istud ad paradoxon de Anima corporea Tertulliani; de qua partim supra lib. de Anima, cap. 5. 6. 7. 8. & 9. partim in Prolegomenis; quamquam hic videatur adhuc suam suspendere sententiam; ut fortassis scriptus sit iste liber ante librum de Anima, sed quia ille ante librum de Resurr. carnis est aditus, & iste cum illo quasi coniunctus est, oportuit illum premittere. Interim rursus effigietur anima tribuit cap. sequenti.

99. eandem aut personam ei inducit.] Adnotauit Rhenanus ad marginem: Istud oppositum esse illi, quod est: detrahere personam, verum de his latius in Prolegomenis inter Prouerbia.

100. si in carne conuersam alienam induit superficie.] Intelligit (inquit Rhenanus) si Christus induit alienam superficiem, conuersam supple animam in carne. Sic dicimus: Induo teunicam.

101. alterius iam notitix.] Alterius (inquit idem) dixit, pro alius, id est, diuersæ. Sic infra cap. 16. Si in carne meliore & alterius, id est, non peccatricis natu-

ra nauum peccati redemit. Similes sunt etiam infra loci lib. de Resurr. carnis: alterius diuinitatis, &c.: ad alterius spei auctorem.

C A P. XII.

102. Ostensa sit nunc anima per carnem, &c.] Inscrubimus caput istud: Quod Christus uenerit, non ut seipsam, sed ut Christum anima cognosceret. Legimus autem cum Vatic. 1. cod. Itaque superest.

103. Et ut impressius dixerim.] Similiter infra c. 20. hoc quidem impressius, & lib. 3. aduers. Marc. Impresè Apostolus mandat. Quæ accipit pro: explicatè dicere.

104. animæ anima sensus est.] Vide de hac re latius dictum librum de Anima cap. 18.

105. Plenius hæc prosequitur LIBELLVS QVEM SCRIPSIMVS DE TESTIMONIO ANIMÆ.] Habentur hæc eadem Anima adhuc Deum ignorantis testimonia, dicto lib. c. 2. & 4.

C A P. XIII.

106. Cato facta est anima vt anima ostenderetur.] Titulum huic capituli datus: Quod & anima & caro in Christo diuersæ sint substantiæ, cuius etiam meminuit infra Auctor c. 18. quum duas substantias in Christo pronuntiat. Hæc interim prima uerba non Auctoris sunt, sed aliorum contra quos disputat, quibus respodet: Numquid ergo, &c. Eadem latius lib. adu. Praxean, ubi etiam easdem plerisque scripturas citat.

107. Etiam quum demutantur qualitates, &c.] Vide supra cap. 3. num. 25. Legimus autem ex 3. Vatic. MS. cod. nec potest dici testa & argilla, addita uoce: testa.

108. Anxia est, inquit, anima mea vique ad mortem.] Ad uerbum expressit uocem Græcam ἀνίσχυτος, quia illud πῆξι excessum tristitiæ significat, idque non hinc modò, sed etiam infra Tomo 5. lib. de Eug. in perfec. Pro quo uerit: trepidat, li. de Resurr. carn. c. 18.

109. Panis quem ego dederò pro salute mundi, caro mea est.] Videtur ex proposito transposuisse Auctor uoces illas: pro salute mundi, quæ alioqui in Latinis exemplaribus postponuntur, & in Græcis necessariò postponi debent, quia additur: ἕν ἐνὸ δέστω, idque ut tanto significantius intelligatur, Christum ueram carnem habuisse. Quod quum ex eo loco comprobet, certè excluditur eorum interpretatio, qui etiam eo loco apud Ioannem spiritaliter carnem intelligi uolunt, eo quod sciant, si quem alium locum, certè istum, facere pro ueritate corporis Christi in Eucharistia. Ego nihilominus putarem transmutandam dictam lectionem, nisi sequeretur paulopost: & illa, nempe caro, panis pro mundi salute: ubi etiam salutem dedit Græcam uocem ζῶν παραφραστικῶς, neque enim aliud uita, quàm salus seculi.

C A P. XIII.

110. Sed angelum (aiunt) gestauit Christus, &c.] Caput hoc inscripsimus: Aduersus alios quosdam, quod solus Christus sit saluator noster, non angelus quem induerit.

111. in ignem preparatum diabolo & angelis eius.] Omittit quidem: æternum hic Auctor, sed quod eum subintelligat, uerbis hisce subsequenibus indicat: numquam tamen illis restitutio repromissa est. Quæ sententia adnotanda contra demoniacos quosdam nostri temporis hereticos, qui restitutionem etiam demonibus pollicentur, qui error iam olim in Origenis damnatus est.

112. Idoneus enim non erat Dei filius, &c.] Romanus

notat Rhenanus aliquo accipi, pro: in aliquo.]

113. salutificator.] Hanc uocem explicat, quum subdit: in duo salutis artifices. Utiur uero eadem uoce infra lib. 5. aduers. Marc. in translatione uerborum Apostoli 1. Thess. 5. in aduentu Domini & salutificatoris nostri.

114. Dicitur est quidem magni consilij angelus, id est, nuntius, &c.] Eodem modo hunc locum explicat, ut ἀγγελος propriè accipiatur pro nuntio, infra Tomo 5. Nonatianus lib. de Trinitate, B. Cyprian. Test. lib. 2. cap. 21. Hieron. in Comment. Hilar. li. 4. de Trinit. August. de Trinit. li. 2. c. 13. li. 1. 8. de Ciuitate Dei, cap. 35. & alibi, Athanas. lib. de beatit. Filij, Justinus Apol. 2. pro Christian. & adu. Tryphonem, Dionys. Areop. lib. de Cælesti Hierar. cap. 4. Epiphani. in Arrianos, & B. Ambros. in cap. 10. ad Rom. Alique complures, quorum ingentem copiam citat in hunc locum Isai. 9. Leo de Castro; aduersum modernos quosdam Typographos, a quibus omittitur: angelus, quam tamen uocem habent Patres omnes, quotquot secundum edit. 70. locum hunc citant; pro quo ex Hebræo admirabili consiliarius rectè à B. Hieronymo uertitur; nam illud: θεομαχεὸς ὁ ἄγγελος, ex margine uariæ lectionis A. quile, in textum 70. irrepisset, patet ex Eusebio lib. 9. Demonstr. Euang. cap. 8.

115. ut aliqui Gabriel aut Michael.] Adieciimus: aliqui, ex Vatic. 3. MS. cod. Sunt enim similes phrasæ supra cap. 12. in Lazaro aliquos; & hoc cap. paulopost: in aliquo Zacharia; & alibi frequentissimè. Sine autem legas paulopost: de familiis cum 2. Vatic. MS. cod. siue: ex cum reliquis, perinde est.

116. Minuisti eum modicum quid citra angelos.] Sic castigauimus ex 3. MS. cod. pro: modico quid. Legitur quidem cap. sequent. Minorasti eum modico; sed etiam ea lectio bona est, omisso: quid. Interim prius illud habet Auctor, eundem locum citans & supra Tomo 1. lib. adu. Iudæos, cap. 14. ac Tomo 2. lib. de Corona milit. cap. 14. & infra lib. 3. aduers. Marcion. quare etiam infra sic legendum conferens, nisi obstarent ibi MS. Vatic. 3. cod. Accipi autem ab Auctore pro isdem: citra, & infra, & circa, & supra, priori loco adnotauimus num. 162. Tertullianus item phrasæ sunt: si fortè, & quæ caro, quæ autem spiritus.

117. Poterit hæc opinio Hebion conuenire, qui nudum hominem, & tantum ex semine Dauid natum, non item & Dei filium constituit Iesum.] Sic omninò lego, addens: natum, ex 2. Vatic. MS. cod. & cū isdem legens: non item; pro eo quod proximè accedens 1. edit. non idem; pro quo coniecerat quidem legendum: id est non, Rhenanus; sed illud magis placet. Plura uerò de Hebione supra adnotauimus lib. de Prescr. adu. hæret. cap. 33. num. 192. & 48. hæret. 11. num. 313. Quibus hic addo, quod eiusdem hæreseos etiam meminerint: de Christo nudo homine, B. Ignatius Epist. ad Trallian. Irenæus, quamquam tacitè satis, lib. 1. cap. 26. lib. 3. cap. 1. & aperte lib. 4. cap. 59. Eusebius Eccles. histor. lib. 3. cap. 21. aliàs 27. Hilar. lib. 1. de Trinit. Epiphani. hæret. 30. Philastrius, August. Theodor. Damasc. Honor. Jsid. ac Irenæus lib. de hæres. Contra alteram eius hæresin, quod Christus ex semine uiri natus sit; disputat Auctor infra cap. 16. 17. ac 18. Aduersus uerò utramque facit illud quod habet infra cap. 24. Et: Non ex sanguine, neque ex carnis & uiri uoluntate, sed ex Deo natus est; Hebion respondit, nempe scriptura.

118. planè Prophetis aliquo gloriosiorum.] Ad-

notat Rhenanus aliquo accipi, pro: in aliquo.]

119. & ait mihi angelus qui in me loquebatur.] Rectè prius Zachariæ mentionem fecit, quia legitur istud Zachar. 1. 2. & sequi: cuius etiam est frequens quotidianum illud omnium Prophetarum: Hæc dicit Dominus. Ubi interim ad marginem adnotauimus Isai. 1. & sic de aliis. Legimus autem cum Vatic. 3. MS. cod. eo quod sit significatiua: coram, & sua auctoritate, pro: ex.

120. Non angelus neque legatus, sed ipse Dominus saluos eos fecit.] Inuenitur hic locus Isai. 63. iuxta 70. pro eo quod ex Hebræo uertit B. Hieron. Non est tribulatus, & angelus facies eius saluauit eos in dilectione sua, & indulgentia sua ipse redemit eos; nus ex illis locis quibus possimum solent ueteres probare Christi diuinitatem, uti rectè ante me adnotauit iam dictus Leo de Castro doctiss. suo in Isaiam Comment. citans non modò Tertullian. infra lib. 4. aduers. Marc. ac B. Cyprian. lib. 2. Testimon. aduers. Iud. cap. 7. sed præterea B. Iren. lib. 3. cap. 32. Higin. Pap. Epist. 1. decretali, Hilar. in Psal. 52. Athanas. lib. 1. de fid. unit. & trinit. & lib. 2. de Spiritu sancto contra Apollin. in fine. Ambros. de fide, lib. 2. cap. 9. Cyrill. contra hæret. lib. 5. cap. 7. ac lib. 12. cap. 10. Epiph. in Actio, Chrysost. hom. 7. ad popul. Antioch. & lib. de Cognit. Dei, citato ab Euthym. Panopl. part. 1. lit. 8. Pelagium Papæ Epist. ad Vigil. Episc. denique & Synod. Nic. 2. act. 6. Quibus adde etiam B. August. tract. 24. in cap. 6. Ioannis: ubi concordiam docet, quomodo alibi magni consilij angelus dicatur, & hic tamen non angelus nos saluos fecisse, sed ipse Dominus. Transposita sunt autem hic uoces angelus & legatus, eo quod hic de angelo agat; infra legitur, sicuti apud alios Patres: Non legatus neque angelus, seu nuntius. Peculiare est etiam B. Cyprian. ubi supra, ut transferat senior, pro: legatus; uox interpretatur.

C A P. XV.

121. Licuit & Valentino, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: Aduersus Valentinum, quod caro Christi spiritalis non sit, ex scripturis probari. De hoc enim errore Valentini sic supra lib. de Praescript. aduers. hæret. cap. 49. Hunc autem (nempe Christum) in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de cælo deferentem. Contra eundem sic Polycarpus Epist. ad Philipp. Omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, hic Antichristus est, qualis fuit Valentinus. Similiter Epiph. her. 31. ac alij qui de hæres. scripserunt, Philastr. August. Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, & Irenæus.

122. Dominus est Sabbati filius hominis.] Videtur legendum: etiam Sabbati, quia sic habetur Matth. 12. Verum refragantibus exemplaribus Vaticanis, nolui quid immutare.

123. Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem.] Etiam hic desideratur uox: positus; nam non Græcè modò & Latine Isai. 53. secundum 70. sed etiam supra Tomo 1. lib. aduers. Iud. cap. 9. legitur: Homo in plaga positus. Verum non habent MS. cod. Vatican. neque Ambros. in Psalms. 61. Ubi ad idem institutum hæc scriptura citatur, neque etiam B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 13. neque ipse Auctor paulopost eandem scripturam repetens, neque etiam dicto lib. aduers. Iud. cap. 14. aut infra lib. 3. adu. Marc.

124. Et homo est, & quis cognoscerit illum? Omnino castigari: cognosceret, pro: cognouit; quia præter quæ quod Græcè est illud & in Hebræis, Chaldaicis, ac Latinis

nis exemplaribus, etiam Auctor id legit infra li. 3. adu. Marc. & supra dicto lib. adu. Jud. cap. 14. ubi vide Adn. nostr. 11. num. 163. Eodem vero modo etiam Epiphanius legit her. 30. contra Hebronem agens.

125. Et super nubes tamquam filius hominis.] Super nubes paraphrasticos transiit Auctor, pro eo quod Græcè & Latine est Dan. 7. & ipse Auctor legit supra lib. aduers. Jud. cap. 14. & infra lib. 4. aduers. Marc. cum nubibus. Desiderantur hic etiam voces: ecce, & cæli, quæ alibi habentur.

126. Iesum Nazarenum virum vobis à Deo destinatum.] Quum destinatum vertit Auctor, debuit legisse Græcè sicuti exemplaria quedam Græca moderna ἐπιδοθέντων, id est, demonstratum, declaratum, siue exhibitum; quod etiam legit haud dubie qui in Syriacam linguam vertit, ex qua Latinus interpret: qui à Deo apparuit apud vos. Alij codices legunt: ἐπιδοθέντων, quod rectè vertit vulgatus interpret, approbatum. Accipit itaque destinatum Auctor, pro, velut ad iclum propositum, id est, demonstratum; non secus atque dixit supra lib. aduers. Valent. cap. 1. num. 10. quos nunc destinamus hæreticos. Interpretatur autem virum Auctor, vtique hominem.

127. Nam vt penes quendam ex Valentini factione legi, &c.] Videtur intelligere Alexandrum, de quo cap. sequ. eo quod addat: ille, tamquam de quo prius sit locutus. Legimus autem cum 2. Vatic. cod. Talia & ethnici volutabāt, addita Coniunctione.

128. defecta citra filios hominum.] Rectè sic legunt Vatic. 3. MS. cod. pro: defecta; more Tertulliano, qui passim pro actiuo vsi solet; nam & supra lib. aduers. Jud. cap. 14. & infra lib. 3. adu. Marc. legitur apud Auctorem: deficiens citra filios hominum; cui correspondet vox Græca ἐν ἄλλοις apud 70. & veterum Græcorum lectio; immò & ea quæ hodie existit ad verbum ex Hebræo translatio.

129. Agnoscunt hominem Deo mixtum.] Hunc locum imitatus videtur B. Cyprian. lib. de Idol. Vanit. quum dixit: Deus cum homine miscetur: Quod quomodo intelligatur, explicat Auctor supra c. 3. dicit: Nō potes dicere: si natus fuisset, & hominem verè induisset, Deus esse desisset, amittens quod erat, dum adsumit quod non erat. Periculum enim status sui Deo nullum est. Non accipitur itaque illa mixtio, vt vna fuerit natura; sed duæ secundum orthodoxos Patres natura in Christo agnoscenda sunt, diuina & humana, itaque dumtaxat eo loquendi genere significare volebat, licet Deus sit & homo, tamen non duos, sed vnum esse Christum. Non tamen conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

C A P. XVI.

130. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæretici.] Titulum huic capiti datus: Quod Christus carnem veram adsumpserit, etiam si neque peccatricem, neque ex femine; contra Alexandrum hæreticum. Est autem adnotanda argumentandi libido in hæreticis, quam hic adtingit, de qua latius supra lib. de Præscript. aduers. her. cap. 7.

131. Alexander ille.] Quin iste Valentianus fuerit, non est dubium; colligitur enim id tum ex verbis supra indicatis n. 127. tum etiam ex his verbis sequenti capiti. Sed remisso Alexandro, cum suis syllogismis, quos in argumentationibus torquet; etiam cum Psalmis Valentini, quos magna impudentia quasi idonei alicuius Auctoris interferit. Nescio an fortassis idem

sit cum Alexandro Hierapoli Episcopo, quem scribit Suidas 9. capitibus conscripsisse, quid noui Christus in mundum intulerit, addens eam orationem recedens (forte ita obscurus vt deprehendi error facile non posset) sententia referat esse. Pro quo facit, quod subinde in sequent. Auctor nouitatis nascendi Christi meminerit, præsertim cap. 20. & 21. ita tacite, quantum apparet, ad titulum libri Alexandri aduers. Est autem paulopost vox Tertullianica: iuggestu, pro ornatu seu maiestate.

132. Euacuauit peccatum in carne, &c.] Preponit instituta materia gratia, quod Epistolus postponit Rom. 8. ibi enim sic legitur: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit, (siue, vt Auctor, euacuauit) peccatum in carne. Quia voce euacuauit, videtur exprimere voluisse Auctor energiam vocis Græcæ κενώσας, quæ nō tam damnare quam ad mortē damnare, atque adeo euacuare quodammodo significat. Atqui in similitudine legitur ex 2. Vatic. MS. cod. cum vulgata additione Latina, pro: in similitudine.

C A P. XVII.

133. Sed remisso Alexandro, &c.] Hoc caput inscripsimus: Quod carnem Christus ex virgine sumptur. Quod ipsum Argumentum late etiam tractatum habes supra, ex iisdem penè scripturis, lib. adu. Iud. c. 9. & infra aduers. Marc. lib. 3.

134. cum Psalmis Valentini.] Eorundem infra sit mentio iterum cap. 20. Nobis quoque ad hanc speciem Psalmi patrocinauntur, non quidem Apostata & hæretici, & Platonici Valentini, &c. Videtur autem ex posteriori loco, Valentini vna cum Nicolaitis & Gnosticis quibus eum errorem adscribit Philastrius non agnouisse: Psalmos David. Quos postea imitatus Paulus Samosatenus (Euseb. teste Eccles. hist. li. 7. cap. 24.) Psalmos qui in Dominum Iesum dicebantur, cessare fecit, velut neotericos & nuper inuentos; à se verò compositos, diebus Pascha, in medio Ecclesia, mulieres canere iussit; ita vt horresceret si quis audiret. Quæ verba idem in medium adducta, vt agnoscant quos Auctores imitentur nostri moderni Maroticorum potius quam Christi Psalmorum cantores, & cantatrices, idque talium boatus, vt animus audientium perhorrescat.

135. ad vnam iam lineam confessionem dirigamus.] De hac prouerbiali formula inter Prolegomena.

136. Quamquam liquit iam.] Præteritum liquit (inquit Rhen.) vsurpat à verbo liquere, pro, claruit. Vide lib. de Penit. n. 34. & de dedicandi verbo ibidem, n. 8.

137. Emmanuelem nobiscum Deum.] Sic restitutus ex li. 3. adu. Marc. Vti etiam supra lib. aduers. Iud. n. 97. adnotauimus. Item paulopost cum prima additione. Igitur si primus Adā de terra traditur, pro eo quod Rhenanus substituerat: Adam ita traditur. Atqui verbis illis: Virgo erat adhuc terra, &c. imitatus est Auctor Iren. li. 3. cap. 31. ac 32. sicuti & in sequentibus.

138. Et tamen nā mihi vacet (id est, frustraneus fuerit) incurfus in Christum (Adam ab Apostolo dictus est.) Sic iterum lego ex Vatic. 3. MS. cod. cum Rhenano, pro eo quod irrepserat: incurfus Adā (vnde Christus Adam ab Apostolo dictus est:) quod quidē paulo significantius est, sed illud Tertullianicum est. Nā autem (inquit idem Rhenan.) id est, certè, profectō, quasi dicat: Sanè vacaret mihi. Sic rursum lib. de Resurr. carnis, c. 8. Nā illa beatissima & gloriosissima, loquitur de carne resurrectura. Vtitur etiam alibi frequenter. Secundum hanc nostram sententiam & istud interpretatur Latinus: Quasi dicat, Patiar primi & nouissimi Adā similitu-

similitu-

similitudinem tanquā inanem mihi eripi; si terreni non fuit census homo eius. Solet enim quadam ironia quasi aduersario concedere, id quod causa sua maxime fauet; vt aduersarium debilem ostendat.

139. imaginem & similitudinem suam, &c.] Hic hæc duo coniungit, quum alibi separare solet; de quo vide supra lib. de Bap. cap. 5. num. 4. 2.

140. Immò concepit, &c. verbum diaboli semen illi fuit, &c.] Cautè hæc legenda, sicut & illud: Enixa est denique diabolus fratricidam. Vehementia enim distinatione aliquando in eiusmodi phrasibus erumpunt veteres, priusquam animaduertant. Nam non verè diabolus fuisse Cain fratricidam patet vel ex eo, quod paulopost eundem malum fratrem vocet; neque enim Cain verè frater Abel dici potuit; si ille ex diaboli, hic verò ex Adā femine natus fuit.

C A P. XVIII.

141. Nunc vt simplicius respondeamus, &c.] Inscripsimus caput istud: Quod Christus, quū esset Dei filius, non compererat ei ex femine nasci.

142. Nihilque haberet amplius Salomone, & amplius Iona.] Tacite opinionem Hebronis, quod Christus non esset Dei filius, his scripturis Math. 12. refutat: Ecce plus quā Iona hic, &c. Ecce plus quā Salomon hic; iterum transponens verba textus.

143. aut si ex femine ipso factum est; dicat scriptura, &c.] Adnotatu digna est etiam ista ex cod. MS. Vatic. 3. restitutio, pro eo quod erat mendosissimè: ex semetipso; neque hic modo, sed & bis postea, ubi legitur: non ex femine ipso suggerit factum; &: Si non ex femine ipso, sed ex alio. Quæ aduersaria fortassis occasione dedit errore lectionis; sed etiam illa constat cum nostra lectione.

144. Quod in carne natum est, caro est, &c.] Ad eundem modum loquitur Auctor infra lib. adu. Præcean: Dilce igitur cum Nicodemus: Quia quod in carne natū est, caro est; & quod de spiritu, spiritus est. Est igitur peculiaris hæc Auctori lectio: in carne, pro eo quod codices omnes tam Græci quā Latini & Syriaci, Ioan. 3. & veterum Commentarij tam Græcorum quā Latinorum: ex carne. (inter quos B. Chryso. nominatim etiam ex hoc loco incarnationem Christi probat, hom. 25. in Ioan.) Quamquam interim c. 10. infra docet: in ea, &: ex ea, pro iisdem in scripturis haberi.

C A P. XIX.

145. Quid est ergo: Non ex sanguine, &c.] Capiti huic inscriptionem datus: De loco scripturæ à Valentianis adulterata: Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. Est autem hoc peculiare hic etiam Tertulliano ipsi cum Valentianis, quod legit singulari numero: ex sanguine, pro eo quod vocem Græcā ἐκ τοῦ αἵματος vertit vulgatus interpret: sanguinibus; quomodo etiam veteres quos vidi hæc tenent.

146. adulteratores eius.] Rectè vocat: adulteratores scripturæ hæreticos hoc loco; quia, pro eo quod omnia exemplaria Græca, Latina, Syriaca, & Patres omnes constanter legunt, vti etiam haud dubie Euangelista Ioannes: ex Deo nati sunt; ipsi singulari numero legunt: natus est. Hoc interim mirum, quod eodem modo citet illam scripturam aduersus Hebronem, infra cap. 24.

147. obduxero.] Obducere (inquit Rhenan.) pro: conuincere, prostigare, atque delere. Cui similes loci libro sequenti de Resurr. carnis, cap. 2. proinde & obducimus, ac: Obducti dehinc de Deo. Vide plures eiusse-

modi locos supra Apolog. num. 57. 2. ac 618. & lib. aduers. Hermog. num. 134.

148. vt ostendat esse semen illud arcanum electorum & spiritualium.] Vide de hoc supra lib. aduers. Valentian. cap. 25.

149. qui credunt in nomine Domini.] Hic, etsi Græcè habeatur εἰς ὄνομα, id est, in nomen, tamen Latinorum versionem sequitur. Auctor: in nomine; idque non hic modo, sed & paulo ante, quum dixit: credentes in nomine eius.

150. vt de Domino scriptū est: & ex Deo natus est.] Istud Auctor, ex sententia, non sum, sed secundum prædictam lectionem adulterat Valentini; quia nusquā in scripturis alibi legitur illud de Christo: & ex Deo natus est.

151. Oro vos, si Dei spiritus non de vulua, &c.] Quum sic habuerint MS. cod. Rhenani & consentiant Vatic. 3. MS. cod. non placet quod substituit Rhenanus ex coniectura: Dei filius; quia estis impropria sit illa locutio, non tamen propterea immutanda germana lectio, maxime quum veteribus etiam aliis visitata sit ea loquendi forma, vti adnotauimus ex B. Hieronymo ad lib. B. Cypriani de Idol. Vanit. num. 71. Et verò aliquo modo dicitur Christus Dei spiritus, quia Deus; sed propriè id non dicit Auctor ipse indicat infra sub finem lib. aduers. Præcean, quum disertis verbis spiritum sanctum vocat tertium nomen diuinitatis, & tertium nomen maiestatis. Omnino autem omisit paulopost superfluum illud; & quod in se contradictionem continebat: extra vuluam, quum immediatè præcedat: intra vuluam fieret.

C A P. XX.

152. Qualis est autem tortuositas vestra, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Aduersus eisdem, quod non ex virgine, sed per virginem natum Christum agnoscerent. Valentianum enim scribit apertius Auctor supra lib. de Præscr. adu. her. c. 49. asseruisse: Christū quasi aquam per fistulam, sic per Asiam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuātem. Item lib. adu. Valent. c. 27. Christum (inquit) in præpositionum questionibus positum, id est, per virginem, non ex virgine actum; quia deserta in virginem transmeatorio potius quā generatorio more processerit; per ipsam, non ex ipsa, non matrem carnem, sed viam passus. Eundem etiam errorem illis adscribit B. B. Iren. li. 1. c. 1. eundem confutans li. 3. c. 18. 31. ac 32. (quomodo etiam Vigilius lib. 3. contra Eutychem) Epiphanius, her. 31. Augustinus, Theodor. Damasc. Honorius, Isidorus, Frabanus, & Gratianus, tractantes de hæresibus.

153. Platonicus Valentini.] Similiter supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 7. de eodem: Platonicus fuerat, & cap. 30. Platonicæ sectator. In omnibus autem Platonem secutum Valentianum; tum ibidem num. 39. tum pluribus locis lib. adu. Valent. ostendimus. De Psalmis autem eius vide supra num. 134.

154. Quia tu es qui auulstisti me ex vtero matris meæ, &c.] Vocè ἐκ τῆς μήτρας translulit auellere, quum alij extrahere; addens illud matris meæ ex sequentibus verbis, ad maiorem emphasim. Deinde vocem γαστήρ, veterum, pro qua alij: ventrem; & μήτρα, vuluam vertit; sunt enim omnia hæc synonyma. Legimus autem etiam secundo loco: Ecce aliud, ex 2. Vatic. cod. MS. pro: Ecce aliter.

155. per illum neruum umbilicarem.] Etia hoc ad paradoxo pertinet Auctoris, de aperto vtero virginis Adæ in Christi natiuitate; de quo inter Prolegomena.

156. pendentibus exinde venis sentinam illam, &c.] Vox: pendentibus, à pendō derivari hic debet, non

pendeo; ac si dicat. Venis natura quodam debito persolventibus sententiam illam, non secus atque pendere nauulum dicimus.

157. regeneratio nostra spiritualiter ab omnibus inquinamentis sanctificata. Locus adnotandus contra eos, qui per baptismum negant omnia inquinamenta nostra sanctificari, sed reatum manere; de quo vide Adnot. nostras supra lib. de Bapif. cap. 1. num. 4.

C A P. XXI.

158. Si ergo contendunt hoc competisse nouitati, &c. Hoc caput inscriptum, Quod verè ex virgine natus sit Christus, per scripturas probari. In quo Auctorem imitatur multis iisdem scripturis adductis B. Cypri. Test. adu. Iud. li. 2. c. 8. 9. 10. & 11. Atqui ibi: accedant adhuc comminatus ad cōgressum, nouè comparatiuum deducit à cominus, sive comminus.

159. an & angeli conceptum & partum virginis adnuntiantes? Intellegit tum angelum, qui in somnis apparuit Ioseph, Matth. 1. tum Gabrielem angelum, qui missus ad Mariam, Virginem, Christi cōceptum & partum adnuntiauit.

160. an & omnis iam scriptura quæcunque matrem pronuntiat Christi? Reperiuntur hæc scripturæ. Matth. 1. 2. 12. Marc. 3. Luc. 1. 2. 8. Io. 2. 6. 19. & Act. 1.

161. Benedictus fructus vteri tui. Sic omnino restitutum ex V. atic. 2. M. S. cod. pro: Beatus; quia & Græcè est βίολογικὸς, & non modò B. Cyprian. sed & Patres omnes ita vertere solent.

162. An quia ipse est flos de virgo profecta ex radice Iesse, &c. Omnino lego: profecta, pro eo quod erat nullo sensu bono: proiecta; nam Isaia 11. legitur ἐξ ἑλδοσσοῦ, id est, egredietur, seu, vti legit Auctor infra libro 5. adu. Marc. Prodibit virga de radice Iesse; pro quo interim paraphrasticus supra lib. adu. Iud. c. 9. nascetur; Vbi & li. adu. Marc. 3. locum hunc eodem modo explicatū videre est. Atqui legunt quidam M. S. 3. V. atic. cod. eruitur in fructum; sed: eruditur, Tertullianicum est.

163. & Iesse per Dauid sciant adherere. Ideò hunc fructum, &c. Etiam hic locus ita restituendus, pro eo quod erat: & Iesse per Dauid sciant adherere Deo. Hunc fructum; nihil enim ad institutum faciebat illud: Deo, & sensum obscurabat.

164. ex lumbis Dauid, &c. More suo adludit ad duas scripturas Auctori, Psalm. nempe 131. & Act. 2. aut saltem, sicuti Lucas ibidem, ita etiam vteris nomine lumbos intelligit hic Auctor. Nam pro eo quod legitur Psal. 131. secundum omnes, & ipsum Auctore infra li. aduers. Marc. 3. iurauit Dominus Dauid, &c. de fructu ventris tui (Græcè τὸ κοιλάκος) ponam super thronū tuum; Act. 2. sic interpretatur Petrus: Prophecia igitur quum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus; de fructu lumbi eius (Græcè τὸ ὀσφύος) sedere super sedem eius.

C A P. XXII.

165. Deleant igitur & testimonia dæmonum, &c. Quum eiusdem sit argumenti hoc caput cum precedenti, nouo titulo non est opus.

166. Filium Dauid proclamantia Iesum. Etiam hunc locum restitui ex V. atic. 3. M. S. cod. omiffa Præpositio-ne: Ad, planè superflua. Porro mirum est, ad quem locum hic adludat Auctor, quum nusquam legantur apud aliquem Euangelistarum dæmonia filium Dauid proclamantia Iesum; sed dumtaxat ab iis dicitur Marc. 1. & Luc. 4. Quid nobis & tibi Iesu Nazarenæ? & Luc. 4. Quia tu es filius Dei; item Matth. 8. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei; nusquam verò fili Dauid, nisi fortè ipsi

codices ita legerint; verum, quòd illud magis miraculo cōueniat. Videtur etiam hic memoria lapsus, vti alibi non semel, qui illud Chananæe matris, Matth. 15. Misere mei fili Dauid, filie eius à Damonio vexate adscripserit, aut putauerit matrem id ex ore filie dixisse. Certè ipse Auctor infra li. 4. adu. Marc. tractans 4. cap. Lucæ, legit & pulcherrimè explicat illud: Iesu Nazarenæ; & rursus: Tu es filius Dei.

167. Matthæus fideliss. Euangelij commentator, &c. Magna (inquit Rhenan.) laus Matthæi Euangelistæ.

168. Liber genituræ Iesu Christi, &c. More suo genituram dixit Auctor, pro generatione; sicuti etiam lib. sequenti de Resurrect. carn. à conditione genituræ.

169. & in femine tuo benedicentur omnes nationes, &c. Etiam istud partim sumpsit ex Veteri Testamento, Gen. 22. ac 26. partim ex nouo, Gal. 3. quia pro illo quod illic legitur: in semine tuo, legit Apostolus: in te; qui tamen etiam, verbū non multo post sequentibus hic citatis, illud explicat: Non dixit feminibus, tamquam de pluribus, sed femini, tamquam de vno, quod est Christus. Omnino enim lego: femini, pro eo quod erat: semine, & addo secundò: tamquam, quia sic legitur Apostoli exemplaria Græca, Latina, & Syriaca. Addeò videtur etiam Apostolus respexisse, nō solum ad illum locum Gen. 22. sed & ad alias promissiones, quæ Abraham dicitæ sunt, & semini eius, Gen. 12. 13. 15. & 17. aut fortassis etiā (si hic in sensu abundare liceat) respexit Apostolus ad illud Cantici Marie, Luc. 1. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius. Atqui cū Apostolo omittit hic Auctor terræ; quod habetur additum in Genesi, & etiam supra reperitur li. adu. Iud. c. 1. Dissimulauit autem in hoc à vulgato interprete, quòd d' veritat: de feminibus, ac: de vno, quod ille: in, vtrouique; vox Græca ἐνί vtrumque significat, Syriaca translatio neutrum habet.

C A P. XXIII.

170. Sed agnoscimus adimpleri, &c. Titulum huius capituli ipse Tertullianus indicat: Quòd in illis adimpleatur Prophecia Simeonis, de signo cui cōtradiceretur.

171. & in signū cui cōtradiceretur. Sic legitur partim ex 1. editione, partim ex 1. V. atic. M. S. cod. pro: quod contradiceretur, tum quòd appellatur paulo post: signum contradicibile, tum quòd Græcè sit Luc. 2. ἀντιλεγόμενον, quòd denique etiam sic legant B. August. in Psal. 88. & Origenes in homiliis aliis.

172. Propterea dabit vobis Dominus ipse signū. Omnino sic legendum patet, tum ex voce Græca: κύριος, tum ex voce Hebræa Adonai, Isai. 7. quare etiam supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. & apud B. Cypri. Testim. li. 2. c. 9. vbi hætenus: Deus legitur.

173. Academici isti, &c. Propterea Academicos vocat hos hæreticos, quòd, sicuti illi, nihil certi adfirmarēt.

174. non virgo quantum à partu. De hoc paradoxo Auctoris, quod pro se etiam Heluidius citabat (quod repetitur infra Tom. 5. lib. de Monogam.) inter Prolegomena nostra latius. Omittimus autem cum 3. V. atic. cod. M. S. particulam: hoc, bis repetitam, legentes cum Euangelista Matth. 5. Quod amplius, hoc à malo est, & illud, non nupsit, superfluum, vbi legitur: in partu suo nupsit, ipsa patrefacti corporis lege, de quo altero paradoxo etiam inter Prolegomena latius, hic dumtaxat, sanum aliquem sensum scripturæ sequentis adferemus.

175. Omne masculinū adaperiens vuluam, &c. Hanc

Hanc scripturam citat Auctor, sicuti est Luc. 2. Nihil interim hæc scriptura facit pro opinione Auctoris; quia sic potest intelligi, vt Christus quidem naturalis virginis Mariae membra aperuerit, sicut tamen vt pudicitie virginitalis claustra non conuelleret. Proinde elegit inter quidam Græcos (à Reuerend. Domino Iansseno citatus Comment. Concord. Euang. cap. 10.) solus (inquit) Christus nondum apertam supernaturaliter aperuit, & clausam naturaliter seruauit. Et B. Hieronym. libro 2. aduersus Pelagian. solus Christus clausas portas vuluæ virginalis aperuit: quæ tamen clausa iugiter permanferunt. Hæc est enim porta Orientalis clausæ, per quam solus Pontifex ingreditur & egreditur, & nihilominus semper clausa est. Sine autem leges cum excus. Dei filius, sive cum V. atic. 3. M. S. cod. sancti filius, perinde est: sicuti etiā legendo: clausam patrefecit, aut: clusam.

176. Legimus quidem apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit, & non peperit, &c. Addimus ex 3. V. atic. M. S. cod. &c. quærat autem diligens Lector, vbi hæc scriptura reperiri possit. Reperitur quidem Iob 21. iuxta translationem Hieronym. Vaca peperit, & non est priuata fructu suo; pro quo quis possit conicere lectum esse: & est priuata fructu suo, nisi longè aliter Græcè esset, & hic Ezechiel citaretur. Ex iisdem legitur: ne vos iam tunc prouidens (aut peruidens) spiritus sanctus; pro eo quod erat: ne nos iam nunc, corruptiss.

C A P. XXIII.

177. Quod enim Efaias iaculatur, &c. Caput hoc inscriptum: Quòd eisdem hæreticos etiam alia scripturæ suggillent.

178. Væ qui faciunt dulce amarum, & tenebras lucem. Juxta hæud ab similitur Scorpiato adu. Gnosticos, cap. 1. Væ qui dulce in amarū, & lumen in tenebras conuertunt; vtrouique sensum potius quàm verba Isai. 2. citans; nam ibi legitur verbum transpositum etiam secundū 70. Væ ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes aniarum dulce, & dulce amarum. Lego autem ex 3. V. atic. M. S. cod. & caro non alia sic quàm videtur.

179. Ego sum (inquit) Deus; & alius absque me non est. Videtur hoc sumptum ex Isai. 45. cap. vbi legitur: Ego Dominus Deus, & non alius; & rursus: & non est Deus præter me, vti etiam supra adnotauimus lib. aduers. Hermogen. cap. 6. num. 26. Simile est etiam illud Isai. 46. Ego sum Deus, & non est Deus præter me; & Deuter. 32. Videte quòd ego sum, & non est Deus præter me. Lego autem ex dictis 3. V. atic. M. S. cod. Et cum aliàs (id est, sicuti loqui solet, alio loco) pro: alio.

180. Ante me Deus non fuit. Etiam hoc ex Isai. sumptum cap. 46. vbi secundum 70. legitur: Ante me non fuit alius Deus; quod quum alij quidam ad filium, Auctor potius ad patrem Deum refert, dum addit: nescio quas illas Æonum Valentinianorum Genealogias pulsas; de quibus vide supra integrum librum aduers. Valentin. cum Genealogia dictorum Æonum à nobis restituta. De scriptura verò qua Hebionii respondeatur, supra cap. 19. secundum quod omittimus: & cum 3. V. atic. M. S. cod. legentes vtrouique: de cælo, pro: de cælis. Quid denique ennergema, lib. de Præscript. adu. hæ. cap. 30. num. 175. & de prouerbio: signum dirigit, vide nostra Prolegomena.

181. Qui negat Christum in carne venisse, hic Antichristus est. Quum istud reperitur in 2. Epist.

Ioan. patet Auctorem epistolam illam non minus quàm primà pro authentica habuisse; de qua dicubi supra latius. quàm etiam Ioannis Apostoli Epistolam vocat Aurelius à Chullabi Episcopus in Synodo Africana sub Cypriano.

182. Sicut & definiens ipsum quoque Christum vnium. Intellegit Apostolum Paulum, apud quem 1. Cor. 8. legitur: & vnus Dominus Iesus Christus. Valentiniani autem sunt, qui alium faciunt Christum, alium Iesum. De quibus vide supra lib. aduers. Valentin. cap. 27. Sive autem legas: sub tribus arbitris, cum excusis, sive cum M. S. 3. V. atic. cod. testibus, perinde est.

183. alium ceteris passiuum. Passiuum ceteris (inquit Rhen.) vocat communem ceteris, hoc est, non differentem à ceteris, nec excimium, sed vulgarem, vilemque. Sic passiuum nomen Dei dicit, & passiuum conuictum adu. Marcion. lib. 1. pro communi & promissiuo. Item passiuos discipulos adu. Valentin. hoc est, inconstantes atque passim vagos, nec vni magistro addictos. Rursus licentiam passiuam lib. 1. ad vnozem, & passiuū censum lib. de Monogam. Porro videtur hoc vocabulum Apis fuisse peculiare. Nam quum Decretorum ingens illud volumen, quod Burchardus Vornhaiensis Antistes congregit ante Gratianum, aliquando euoluere; reperi illud in tertia constit. Caribaginiensis Concilij, quæ sic habet: Martyrium dignitatem nemo prophanus infamet, nec passiuia corpora, quæ sepultura tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendari mandatum est, redigant; vt aut infamia precipitatos, aut alio peccato delictos non ratione vel tempore competentis, quo martyria celebrantur, martyrum nomine appellent. Ceterum eius Synodi constitutiones perscripisse ferunt Aurelius Carthaginensis Episcopus. Passiuia corpora, vocat qualibet. Passiuitatem etiam vsurpat Tertullianus plus semel in sequentibus opusculis, pro libertate in malam partem, quæ homo sit inconstans, & nunc ad hoc, nunc ad illud versabilis. Addit Latinius esse illum Canonem à Rhenano citatum 1. Carthag. concilij cap. 2. & quòd eiusdem Concilij cap. 7. legatur: communiō passiuia, id est, indifferens, cuius nullo habito discrimine passim permittitur.

184. per quod suā quoque in alia carne resurrectionē adseuerant. Vide de hoc errore Valentinianorū supra lib. de Præscript. adu. heret. cap. 49. num. 31. ad illud: Resurrectionem huius carnis negat, sed alterius. Videtur enim aliam carnem, id est, non eandem, resuscitandam adfirmasse.

185. Sed benè, quòd idem veniet de cælis, qui est passus, &c. Adludere mihi videtur ad illud Act. 1. Hic Iesus qui adsumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in cælum.

186. Et videbunt & agnoscent qui eum confixerunt. Citat hanc scripturam, non tam sicuti Zachar. 12. atque Ioan. 19. reperitur, quamquam etiam in hoc diuersus sit, quòd explanationis gratia addat: & agnoscent, deinde legat: qui eum confixerunt, pro eo quod Euangelista, in quem transfixerunt, Græcè; Latine, & Syriacè. Quomodo interim etiam legit V. at. 3. M. S. cod. infra lib. de Resurr. carn. cap. 26.

187. qui adfirmant carnem in cælis vacuum sensu, vt vaginam exempto Christo sedere. Hunc absurdissimum errorem qui adfirmauerint, quærat diligens Lector. Illam autem, quo Christum sine carne cælos ascendisse dicebant, adtribuit Philastrius Passionistis, & Seleucianis, ac Hermianis, quòd carnem expoliata, quum in

caelum ascenderet, in sole posuerit Christus, iuxta illud: In sole posuit tabernaculum suum; ad quem posset videri ad- ludere Auctor, si legeret: in sole vacuum, ubi legitur: in caelis; sed ea castigatio nimis foret libera, maxime cum Tertulliano illi posteriores videantur.

C A P. XXV.

188. Sed haec de materia praesenti, &c. Titulum Epilogi huic capiti dedimus. Lego autem omnino: aduersus omnes praedicaucimus, pro eo quod erat: praedicaucimus.

189. Vt autem clausulam de Praefatione communi faciat RESURRECTIO CARNIS NOSTRAE ALIO LIBRO DEFENDENDA. Sic hunc locum distinximus & correximus ex 1. Vatic. MS. cod. pro eo quod erat: Vt autem clausula de Praefatione communi faciat, resurrectione, &c. Vult enim Praefationem communem sequenti libri de Resurrectione carnis, facere clausulam huius libri.

190. manifesto iam.] Subauditur (inquit Rhenan.) existente, ut Graeci οὐκ ἔστιν ὄντος.

ARGUMENTVM LIBRI DE RESVRRECTIONE CARNIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **D**E Resurrectione carnis scripturus Auctor, imprimis tradit eam etiam saeculo, & praesertim Platonicis ac Pythagoricis non ignotam fuisse.
- II. Haereticos vero, etsi cum Sadducais non agnoscant, reuinci tamen tum libro praemisso DE CARNE CHRISTI, tum DE DEO CARNIS AVCTORE, ET CHRISTO CARNIS REDEMPTORE, libris ADVERS. MARCIONEM scriptis; quod Anima resurrectionem non negent, praeter solum Luca- num; contra quem Anima immortalitatem libro DE ANIMA tutatus sit.
- III. Proinde haereticos non debere vulgi in ea deneganda ignorantiam sequi.
- IIII. Neque enim ob stare, carnis quam praetendunt ignobilitatem.
- V. Primum, quod a Deo facta sit.
- VI. Item, quod Dei manu extracta.
- VII. Quod iam limus in carnem reformatus & immutatus sit.
- VIII. Quod apud Christianos caro abluatur, unguatur, signetur, manu impositione adhibe- tur, corpore & sanguine Christi vescatur; denique post conflictationes anima, ieiunia, virginitatem, viduitatem, pro nominis Christi fide moriatur.
- IX. Quod Christus, carnem etsi infirmam, & peccatricem, dilexerit.
- X. Quod denique scripturis caro illustretur.
- XI. Neque vero, Dei potentiam excedere Resurrectionem carnis.
- XII. Diuina enim potentia exemplum esse; diei ac noctis; hyemis & aestatis; veris ac autu- ni, vicissitudines.
- XIII. Phoenicem etiam Orientis alitem, qui semetipsum funerans renouat.
- XIIII. Atqui, & causam restitutionis carnis idoneam subesse, Dei in bono remunerando & malo puniendo iudicium.
- XV. Quum enim operarum inter se anima & caro societatem habeant; oportere etiam, aut poena aut gratia communicare mercedem.
- XVI. Etsi enim vas anima caro appelletur, non tamen propterea, non & meritis anima communicare.
- XVII. Atque adeo, quum Anima facta per carnem administrentur, non sufficere, animam fo- ueri aut cruciari sine carne, pro operibus carnis.
- XVIII. Deinde apud omnes edictum Dei pendere: Resurrectionem mortuorum.
- XIX. Quam quidam male in imaginariam significationem distorquent.
- XX. Non omnia enim Prophetas per imagines concionatos; tum quod, si omnia figura, quid erit

erit illud cuius figura; tum quod in ipsum Christum insigniora quaque luce clarius, vere non figurate, adimpleta sint.

Tot quoque esse instrumenta diuina ita aperte corporalem contestantia resurrectionem; ut nullam admittant figurata significantia suspensionem.

Respicendum esse denique ad illas scripturas, quae non sinunt credere, resurrectionem aut iam factam, aut ab excessu statim vitae fieri.

Etsi autem Apostolus ad Colossenses, spiritualiter nos resuscitados dicat; non negare ta- men, etiam corporaliter resurrecturos.

Quippe, quum ipse Epistolis suis ad Thessalonicenses, resurrectionem aperte confirmet.

In Apocalypsi similiter Joannis, ipsa tempora resurrectionis indicari.

Quid: quod liceat etiam corporalem resurrectionem de patrocinio figurati eloquij Pro- phetici vindicare; tum terra, tum vestimentorum nomine.

Immo, sicut vocibus, ita & rebus ac factis prophetatam resurrectionem.

Manifestissimam denique esse de eadem Ezechielis determinationem.

Eamque talem, ut figurate aut allegorice non possit intelligi.

Quum aliis quoque manifestis Prophetarum probetur testimoniis.

Isque eiusmodi, quibus praedicatur etiam corporum insepulorum resurrectio.

Porro etiam in Euangelis, non omnia in parabolis a Domino pronuntiata.

Immo in omni Resurrectionis mentione, corporalitatem carnis a Domino proprie si- gnificari.

Quamquam adeo carnem Christus dicat nihil prodesse; ex materia dicti, sensum esse dirigendum.

Maxime, quum etiam factis mortuos resuscitando, futuram resurrectionem signi- ficarit.

Resurrectionem quoque Apostolicorum Actorum instrumenta testari.

Perperam proinde, suo etiam more haereses pro se interpretari, interiorem & exterio- rem hominem; quasi per corruptionem, exterioris carnis corruptelam intelligat.

Sicuti etiam illud de domo tabernaculi nostri quae dissoluitur.

Sed demutari dumtaxat cadauera, non morte deuorari; quum Gigantum antiquis- simorum crates adhuc supersint, sicuti etiam dixerit Auctor alibi.

Neque vero etiam peregrinationem a corpore pro ipsis facere; quod addat Apostolus, reportare debere per corpus secundum quae gessit quis, bonum siue malum.

Item etiam inde quod dicat: Vitam Iesu manifestandam in corpore.

Alia etiam caecitate eos impingere, in veterem & nouum hominem.

Sicuti idem Apostolus carnem damnare videatur; carnis opera damnare.

Carni enim salutem repromittere.

Apertissime denique 1. Cor. 15. Resurrectionem carnis ab illo confirmari.

Atque adeo ex antecedentibus disci; quali conditione exheredauerit a regno Dei carne & sanguinem, nempe carnis opera.

Immo, omnis eiusmodi interpretationibus, ipsas quoque substantias carnis & san- guinis, non aliter quam sunt, intellectas, licere resurrectione vindicare.

Vel per Christum idipsum probari, qui carnem & sanguinem secum vexerit in ca- lum.

Et vero, etiam eodem corpore venturos mortuos, disputare Apostolum.

Neque enim corpus animale, posse animam intelligi, sed carnem.

- LIII. Nec etiam, ut supra adtigit, carnem à vita deuorari, sed id quod in ea mortale est.
 LV. Aliud insuper esse demutationem, aliud perditionem carnis.
 LVI. Alioqui absurdum esse, aliam substantiam, nempe carnis, operari; aliam nempe animæ, mercede disungi.
 LVII. LVIII. Oportere etiam resurrectionem integram credere, scripturis id adfirmantibus.
 LIX. Et carnem itaque & animam, sententiam salutis aut pænæ subituram.
 LX. Sexu etiam & membris saluum hominem resurrecturum; etsi vacent à solitis officiis vitæ necessariis.
 LXI. Præsertim quum quedam illorum officia, quibus Deum laudamus & prophetamus, remansura sint; & etiam in hac vita vacent cibis ieiunio functi; & sexum à genitura subducant spadones voluntarij, & Christo maritate virgines.
 LXII. Futuros denique nos, non angelos, sed sicut angelos Dei.
 LXIII. Quocirca concludi, Resurrecturam carnem, & quidem omnem, & quidem ipsam, & quidem integram.

Ceterum, præterquam quod dicto II. cap. citetur Libri de Anima, de Carne Christi, & aduersus Marcionem Libri secundus & tertius; sicut horum alter iterum cap. XIII. ac denuò Liber de Anima, cap. XVII. & XLV. qui omnes absque controuersia Tertulliani sunt; etiã nominatim fit huius Libri mētio (unde colligitur, quod in huius Tomi Præfatione diximus eodē fere hos cōscriptos tempore) tū supra sub finem libri de Carn. Christi, tum infra lib. 5. aduers. Marcionē, cap. x. Prioris loci hæc sunt verba: RESURRECTIO NOSTRÆ CARNIS, alio libello defendenda; hinc habebit præstructionem, manifesto iam, quale fuerit quod in Christo resurrexit. Posterioris, ubi Epistolā I. ad Corinthios explicat: Reuertamur (inquit) nunc ad RESURRECTIONEM, cui & aliàs quidem proprio volumine satisfacimus, omnibus hæreticis resistētes, sed nec hinc desumus, propter eos qui illud opusculum ignorant. Atqui Librum hunc MS. viderunt Tribemius & Politianus. In lucem primus edidit Rhennanus ex Paterniacensi & Hirsaugiensi codicibus, cū Scholiis, deinde castigatiorē ex Gorziensi, cū Adnotationibus, castigauit deinde Gelenius ex Britanico codice Laladi. Nos denique iterum recognouimus ex Vaticanis tribus, & Anglico Ioannis Clementis MS. exemplaribus, ac Latini coniecturis, & nouo Argumēto ac Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE RESURRE- CTIONE CARNIS LIBER.

I. **I**DVCIAM Christianorum, resurrectio mortuorum: illam credentes sumus, hoc credere veritas cogit. Veritatem Deus aperit. Sed vulgus irridet, existimans nihil superesse post mortem: Et tamen defunctis parētant, & quidem impensissimo officio pro moribus eorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negant sentire quicquam, etiam desiderare præsumant. At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque quum ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodum gulossimè nutrit, iisdem ignibus & promerens & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem: sacrificat, an insultat, quum crematis cremat? Planè cum vulgo interdum & sapientes sententiam suam

A suam iungunt. Nihil esse post mortem, Epicuri schola est. Ait & Seneca, omnia post mortem finire, etiam ipsam. Satis est autem, si non minor Philosophia Pythagoræ & Empedocli. Sed Platonici immortalem animam econtrariò reclamant: immò adhuc proximè etiam in corpora remeabilem affirmant, etsi non in eadem, & etsi non in humana tantummodò, ut Euphorbus in Pythagoram, Homerus in pauum redeascentur. Certè recidiuatum animæ corporalem pronuntiauerunt, tolerabilius mutata quàm negata qualitate: pulsata salute, licet nò adita veritate. Ita seculum resurrectionem mortuorum, nec quum errat, ignorat. [10. Si verò & apud Deum aliqua secta est, Epicuris magis adfinis quàm Prophetis, sciemus quid audiant à Christo: Sadduceis Christo enim seruabatur omnia retrò occulta nudare, dubitata dirigere, prælibata supple, prædicata repræsentare: mortuorum certè resurrectionem, non modò per femetipsum, verum etiam in femetipso probare. Nunc autem ad alios Sadduceos præparamur, partiaros sententiæ illorum. Ita dimidiam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animæ, aspernati carnem sicut & ipsum dominum carnis. Nulli denique alij salutem corporali substantiæ inuidet, quàm alterius diuinitatis hæretici. Ideoque & Christum aliter disponere, coacti ne creator carnis habeatur in ipsa prius carne eius errauerunt, aut nullius veritatis contendentes eam secundum Marcionem, & Basilidem, aut propriæ qualitatis, secundum hæreses Valentini, & Apellem. Atque ita sequitur, ut salutem eius substantiæ excludant, cuius Christum consortem negant, certi illam summo præiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexit caro. Propterea & nos volumus præmissis: DE CARNE CHRISTI, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis naturam: rem, & humanam vindicamus aduersum qualitatis proprietatem, cuius conditio Christum & hominem & filium hominis inscripserit. Carnem enim atque corporeum probantes eum, proinde & obducimus, præscribendo nullum alium credendum: Deum præter creatorem, dum talem ostēdimus Christum, in quo dignoscitur Deus; qualis promittitur à creatore. Obducti dehinc de Deo carnis auctore, & de Christo carnis redemptore, iam & de resurrectione carnis reuincuntur, congruenter scilicet & de Deo carnis auctore, & de Christo carnis redemptore. Hoc fermè modo dicimus ineundam cum hæreticis disceptionē. Nam & ordo semper à principalibus deduci exposcit, ut de ipso prius constet à quo dicatur, dispositū esse quod queritur. Atque aded & hæretici ex conscientia infirmitatis, nunquam ordinariè tractant. Certi enim quàm laborent in alterius diuinitatis insinuatione, aduersus Deum mundi omnibus naturaliter notum de testimoniis operum, certè & in sacramentis priorem, & in prædicationibus manifestiorem, sub obtentu quasi vrgentioris causæ, id est, ipsius humanæ salutis ante omnia requirenda, à quaestionibus resurrectionis incipiunt: quia durius creditur resurrectio carnis, quàm vna diuinitas: atq; ita tractatum viribus ordinis sui destitutum, & serupulis potius oneratum depreciantibus carnem, paulatim ad alterius diuinitatis temperant sensum, ex ipsa spei concussione & demutatione. Deiectus enim vnusquisque vel motus de gradu eius spei quem susceperat apud creatorem, facile iam declinat ad alterius spei auctorem, etiam ultra suspicandum. Per diuersitatem enim promissionum, diuersitas insinuat Deorum. Sic multos inretitos videmus, dum antè de resurrectione carnis eliduntur, quàm de vnioe diuinitatis elidunt. Igitur quantum ad hæreticos, demonstrauimus quo cuneo occurrendum sit à nobis: & occursum est iam suo quoque titulo de DEO quidem VNICO, ET CHRISTO EIVS ADVERSUS MARCIONEM: de CARNE verò DOMINI, etiam ADVERSUS QUATVOR HAERESIS: ad hanc maximè quaestionem præstruendam, uti nunc de sola carnis resurrectione ita digerendum sit, tãquam penes nos quoque incerta, id est, penes creatorem. Nam & multi rudes, & plerique sua fide dubij & simplices: plures quos instrui, dirigi, muniri oportebit, quia & hoc latere vnio diuinitatis defendetur: sicuti enim negata carnis resurrectione concutitur, ita vindicata constabitur: Animæ autem salutem credo retractatu carere. Omnes enim ferè hæretici eam quoquo modo volunt, tamen non negant. Viderit vnus alioqui Lucanus, nec huic quidem substantiæ parcens, quàm secundum Aristotelem dissoluens, aliud quid pro ea subiicit, tertium quiddam resurrecturus, neque anima, neque caro, id est, non homo, sed vnus forsitan, quæ Lucanus. Habet & iste à nobis plenissimū DE OMNI STATV ANIMAE stylum, quam in primis immortalem tuentes, solius carnis & defectionem agnoscimus, & refectionem, cum maximè adferimus, redactis in ordinarium materiæ corpus, si qua &

alibi pro causarum incurfione perfructa distulimus. Nam vt quædam prælibari solenne est, ita & differri necesse est, dummodò & prælibata suppleatur suo corpore, & dilata redantur suo nomine. [16] Est quidem & de communibus sensibus sapere in Dei rebus, sed in testimonium veri, non in adiutorium falsi: quod sit secundum diuinam, non contra diuinam dispositionem. Quædam enim & natura nota sunt, vt immortalitas animæ penes plurcis, vt Deus noster penes omnes. [17] Vtar ergo & sententia Platonis alicuius pronuntiantis, Omnis anima immortalis. [18] Vtar & conscientia populi, contestantis Deum Deorum, vtat & reliquis communibus sensibus, qui Deum iudicem prædicat: Deus videt. Et Deo commendo. At cum aiunt, Mortuum quod mortuum: &, Viue dum viuus: &, Post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa: tunc meminero [19] & cor vulgi cinerem à Deo deputatum, & ipsam sapientiam seculi, stultitiam pronuntiatam. Tunc si & hæreticus ad vulgi vitia, vel seculi ingenia confugerit, discede dicam ab ethnico hæretice; etsi vnum estis omnes, [20] qui Deum fingitis, dum hoc tamen in Christi nomine facis, dum Christianus tibi videris, alius ab ethnico es: redde illi suos sensus, quia nec ille de tuis instruitur.

[21] Quid cæco duci inuiteris, si vides? Quid vestiris à nudo, si Christum induisti? Quid alieno vteris clypeo, si ab Apostolo armatus es? Ille potius à te discat carnis resurrectionem confiteri, quam tu ab illo diffiteri. Quia si à Christianis negari eam oporteret, sufficeret illis de sua scientia, non de vulgi ignorantia instrui. Aded non erit Christianus, qui eam negabit, quam confitentur Christiani, & his argumentis negabit, quibus vitur non Christianus. Aufer denique hæreticis, quæ cum ethnicis sapiunt, vt de scripturis solis quæstiones suas sistant, & stare non poterunt. Communes enim sensus simplicitas ipsa commendat, & [22] compassio sententiarum, & familiaritas opinionum, eoque fideiores existimantur, quia nuda & aperta & omnibus nota definiunt. Ratio autem diuina in medulla est, non in superficie, & plerunque æmula manifestis. [23] Itaque hæretici inde statim incipiunt, [24] & inde præstruunt, dehinc interstruunt vnde sciunt facile capi mentes, de communiione fauorabili sensuum. An aliud prius vel magis audias ab hæretico quam ab ethnico? & non protinus, & non vbiq; cõuicium carnis, in originem, in materiã, in casum, in omnem exitum eius, immundæ à primordio ex facibus terræ, immundioris deinceps ex feminis sui limo, friuolæ, infirmæ, criminosæ, onerosæ, molestæ, & [25] post totum ignobilitatis elogium, caducæ in originem terram, & cadaueris nomen, & de isto quoque nomine perituræ in nullum inde iam nomen, in omnis iam vocabuli mortem? Hancne ergo vir sapiens & visui & cõtactui [26] & recordatui tuo creptam persuadere? quod se receptura quandoque sit in integrum de corrupto, in solidum de casto, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihilo? [27] Et vtique redhibentibus eam ignibus & vñdis, & aluis ferarum, [28] & rumis alitum, [29] & lactibus piscium, [30] & ipsorum temporum propria gula, [31] Adeone autè eadè sperabitur quæ intercidit, vt claudus, & luscus, & cæcus, & leprosus, & paralyticus reuertantur, vt redisse non libeat ad pristinum? an integri, vt iterum talia pati timeant? Quid tum de consequentiis carnis? Rursusne omnia necessaria illi, & in primis pabula atque potacula, & pulmonibus natandum; & intestinis æstuandum, & pudendis non pudendum, & omnibus membris laborandum? Rursus vlcera, & vulnera, & febris, & podagra, & mors redoptanda? Nimirum hæc erunt vota carnis recuperandæ, iterum cupere de ea euadere. Et nos quidem hæc aliquantò honestiùs pro styli pudore. [32] Ceterum quæram etiam spurciloquio liceat illorum in cõgressibus experiri, tam ethnicorum quam hæreticorum. [33] Igitur quoniam & rudes quique de communibus adhuc sensibus sapiunt, & dubij, & simplices per eosdem sensus denuò inquietantur: & vbiq; primus iste in nos aries temperatur, quo carnis cõditio quassatur, necessariò & à nobis carnis primùm conditio muniatur. Viruperationem laudatione depellas. Ita nos rhetoricari quoque prouocant hæretici, sicut etiam philosophari. Futile & friuolum istud [34] corpusculum, quod malum denique appellare non horret, [35] etsi angelorum fuisset operatio, vt Menandro & Marco placet, [36] etsi ignei alicuius exstructio equè angeli, vt Apelles docet, sufficeret ad auctoritatem carnis, secundæ diuinitatis patrocinium. Angelos post Deum nouimus. Iam nunc quisquis ille summus Deus hæretici cuiusque est, non immeritò ab ipso quoque deducere carnis dignitatem, à quo voluntas producendæ ei adfuisse. Vtique enim prohibuisset fieri, quam fieri scisset, si fieri noluisse. Ita & secundum illos æquè caro, Dei res. Nihil operis, non eius est, qui passus est esse. Benè autem quòd plures [37] & duriores quæque doctrinæ totam hominis figulationem Deo nostro cedunt. Quantus hic sit,

A sit, satis nosti, qui vnicum credidisti. Incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus est. [38] Sed & mundus, inquis, Dei opus est, & tamen præterit habitus huius mundi, Apostolo quoque auctore: nec idcirco restitutio mundi præiudicabitur, quia Dei opus est; & vtique si vniuersitas irreformabilis post decessum, quid portio? Planè, si portio vniuersitati adæquatur. [39] Ad distantiam enim prouocamus: primò quidem, quòd omnia sermone Dei facta sunt, [40] & sine illo nihil. Caro autem & sermone Dei constitit propter formam, ne quid sine sermone. Faciamus enim hominem, antè præmisit: Et amplius, manu propter prælationem, ne vniuersitati compararetur. Et finxit, inquit, Deus hominem. Magnæ sine dubio differentia ratio, pro conditione scilicet rerum. Minora enim quæ fiebant, eo cui fiebāt. Siquidem homini fiebāt, cui mox à Deo addicta sunt. Meritò igitur vt famula, iussu & imperio, & sola vocali potestate vniuersa processerāt. Contrà, homo vt dominus eorum, in hoc ab ipso Deo exstructus est, vt dominus esse posset, dum sit à Domino. Hominem autem memento carnem propriè dici, quæ prior vocabulum hominis occupauit: [41] Et finxit Deus hominem, limum de terra. Iam homo, qui adhuc limus. [42] Et insufflauerit in faciem eius, flatum vitæ, & factus est homo, id est, limus, in animam viuam. [43] Et posuit Deus hominem quem finxit, in paradiso. Aded homo figmentum primò, dehinc totus. Hoc eò commendari, vt quicquid omnino homini à Deo prospectum atque promissum est, non solum animæ, verum & carni scias debitum: vt si non ex consortio generis, certè vel ex priuilegio nominis. [44] Persequar itaque propositum, si tamen tantum possim carni vindicare, quantum contulit ille qui eam fecit, iam tunc gloriantem quòd illa pusillitas, limus, in manus Dei, quæcunque sunt, peruenit, satis beatus etsi solummodò contactus. Quid enim si nullo amplius opere, statim figmentum de contactu Dei constitisset: Aded magna res agebatur, qua ista materia exstruebatur. Itaque totiens honoratur, quotiens manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. [45] Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis adfectione, quæ lineamenta ductabat. Quodcunque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur homo futurus, quod & limus, & Sermo caro, quod & terra tunc. Sic enim præfatio patris ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit hominem Deus, id vtique quod finxit, ad imaginem Dei fecit illum, scilicet Christi. Et sermo enim Deus, [46] qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit pariari Deo. Ita limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne, non tantum Dei opus erat, sed & pignus. Quòd nunc facit, ad infuscandam originem carnis, nomen terræ ventilare, vt fordentis, vt iacentis elementi: cum etsi alia materia excudendo homini competisset, [47] artificis fastidium recogitari oporteret, qui illam & elegendo dignam iudicasset, & tractando fecisset. [48] Phidias manus Iouem Olympium ex ebore molitur, & adoratur: nec iam [49] bestia & quidem infulsissimè dens est, sed summum seculi numè, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus: Deus viuus & Deus verus, quamcunque materiæ vilitatem non de sua operatione purgasset, & ab omni infirmitate sanasset? An hoc supererit, vt honestiùs homo Deum, quam hominem Deus finxerit? Nunc etsi scandalum limus, alia iam res est. Carnem iam teneo, non terram: licet & caro audiat, Terra es, & in terram ibis: origo recensetur, non substantia reuocatur. Datum est esse aliquid origine generosius, & demutatione scelicus. Nã & aurum terra, quia de terra: hæc tamen terra: ex quo aurum, longè alia materia, splendidior atque nobilior [50] de obsoletiore matrice. Ita & Deo licuit carnis aurum, de limi, quibus putas, sordibus excusato censu eliquasse. [51] Sed dilutior videatur auctoritas carnis, quia non & ipsam propriè manus diuina tractauit, sicuti limum. Quando in hoc tractauit limum, vt postmodum caro fieret ex limo, carnis vtique negotium gessit. Sed adhuc velim discas, quando & quomodo caro floruerit ex limo. [52] Neque enim, vt quidam volunt, illæ pellicæ tunicæ, quas Adam & Eua paradysum exuti induerunt, ipse erunt carnis ex limo reformatio; [53] quum aliquantò prius & Adam, substantiæ suæ traducem, in foemina iam carnem recognouerit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea; & ipsa delibatio masculi in foeminam carne suppleta sit; limo opinor suppleta, si Adam adhuc limus. Oblitteratus igitur & deuoratus est limus in carnem. Quado? quum factus est homo in animam viuam, de Dei flatu, vapore scilicet, idoneo torrere quodammodò limum in aliam qualitatem; quasi in testam, ita in carnem. Sic & figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robustiorè recorporare, & aliam ex alia fingere speciè,

apertorem pristina, & sui iam generis ac nominis. Nam etsi scriptum est, ⁶⁴ Nūquid argilla dicitur figulo, id est, homo Deo: etsi Apostolus in testaceis ait vasculis, tamen & argilla homo, quia limus antè, & testa caro, quia ex limo per adflatus diuini vaporem, quam postea pellicæ tunicæ, id est, cutes superductæ vestierunt. Vsq̄ue ad eò, si detraxeris cutem, nudaueris carnè: Ita quod hodie spoliū efficitur, si detrahatur, hoc fuit indumētum cūm superstruebatur. ⁶⁵ Hinc & Apostolus circumcisionem, despoliationem carnis appellans, tunicam cutem confirmauit. Hæc cūm ita sint, habes & limum de manu Dei gloriosum, & carnem de afflatu Dei gloriosorem, quo pariter caro & limi rudimenta deposuit, & animæ ornamenta suscepit. Non es diligentior Deo, vti tu quidem Scythicas & Indicas gemmas, & rubentis maris grana candentia, non plumbo, non ære, non ferro, ⁶⁶ ne argento quoque oblaquees, sed electissimo & insuper operosissimo descrobes auro: vinis item, & vnguentis preciosissimis quibusque vasculorum prius congruentiam cures: proinde perspectæ ferroginis gladiis vaginarum adæques dignitatem: Deus verò animæ suæ vmbra, spiritus sui auram, oris sui operam vilissimo ⁶⁷ alicui commiserit capulo, & indignè collocando vti que damnauerit. Collocauit autem an potius inseruit & immiscuit carni tanta quidem concretione, vti incertum haberi possit, vtrumne caro animam, an carnem anima circumferat: vtrumne animæ caro, ⁶⁸ an anima appareat carni: sed etsi magis animam inuehi atque dominari credendum est, vti magis Deo proximā, hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quod proximam Deo & continet, & ipsius dominationis compotem præstat. Quem enim naturæ vsum, quem mundi fructum, quem elementorum saporem, non per carnem anima depascitur? quidni? per quam omni instrumento sensuum sulca est, visu, auditu, gustu, odoratu, tactu: per quam diuina potestate respersa est, nihil non sermone perficiens, vel tacitè præmissio. Et sermo enim de organo carnis est, Artes per carnem: studia, ingenia, per carnem: opera, negotia, officia, per carnem: atque ad eò totum viuere animæ carnis est, vti non viuere animæ nil aliud sit, ⁶⁹ quàm à carne devertere. Sic etiā ipsum mori carnis est, cuius & viuere. Porro si vniuersa per carnem subiacent animæ, carni quoque subiacent, per quod vtaris, cum eo vtaris necesse est: ita caro dum ministra & famula animæ deputatur, consors, & cohæres inuenitur: si temporalium, cur non & æternorum? [⁷⁰ Et hæc quidem velut de publica forma humanæ conditionis in suffragium carni procurauerim: videamus nunc de propria etiam Christiani nominis forma, quanta huic substantiæ friuolæ ac sordidæ, apud Deum prærogatiua sit: & si sufficeret illi quod nulla omninò anima salutem possit adipisci, nisi dum est in carne, crediderit: ad eò caro salutis est cardo, de qua ⁷¹ quum anima Deo allegitur, ipsa est quæ efficit, vti anima allegi possit. ⁷² Sed & caro abluitur, vti anima emaculetur. ⁷³ Caro vnguitur, vti anima consecratur. ⁷⁴ Caro signatur, vti & anima muniatur. ⁷⁵ Caro manus impositione adumbratur, vti & anima spiritu illuminetur. ⁷⁶ Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vti & anima de Deo saginetur. ⁷⁷ Non possunt ergo separari in mercede, quas opera coniungit, Nam & sacrificia Deo grata, conflictationes dico animæ, ⁷⁸ ieiunia, & feras, & aridas escas, ⁷⁹ & adpendices huius officij sordes, caro de proprio suo incommodo instaurat. ⁸⁰ Virginitas quoque & viduitas, ⁸¹ & modesta in occulto matrimonij dissimulatio, ⁸² & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur. Age iam, quid de ea sentis, quum ⁸³ pro nominis fide in medium extracta, & odio publico exposita decertat, quum in carceribus maceratur, terribili lucis exilio, penuria mundi, squalore, pædore, contumelia victus, ne somno quidem libera, quippè ipsis etiam cubilibus vincita, ipsisque stramentis lancinata, quum iam & in luce omni tormentorum machinatione laniatur, quum denique suppliciiis erogatur enisa reddere Christo vicè moriēdo pro ipso, & quidem per eandem crucem sepè, nedum per atrociora quoque ingenia pœnarum. Næ illa beatissima & gloriosissima, quæ potest apud Christum Dominum parère debito tanto, vti hoc solum debeat ei, quod ei debere deserit: hoc magis vincita, quod absoluta. [⁸⁴ Igitur, vti retexam, quam Deus manibus suis ad imaginem Dei struxit, quam de suo adflatu ad similitudinem suæ viuacitatis animauit: quam incolatui, fructui, dominatui, rotius suæ operationis preposuit: quam de Sacramentis suis disciplinisque vestiuit, cuius mundicias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adprecia, hæccine non resurget totiens Dei? Absit absit vti Deus manuum suarum operam, ingenij sui curam, ad flatus sui vaginam, molitionis suæ reginam, liberalitatis suæ hæredem, religionis suæ sacerdotem, testimonij sui militem, Christi sui sororem, in æternum destituat interitum.

Bonum

A Bonum Deum nouimus: ⁸⁵ solum optimum à Christo eius addiscimus, qui dilectionem mandans post suam in proximum, faciet & ipse quod præcepit: diliget carnem tot modis sibi proximam: & si infirmam, sed virtus in infirmitate perficitur: & si imbecillam, sed ⁸⁶ medicum non desiderant, nisi malè habentes: & si inhonestam, sed ⁸⁷ inhonestioribus maiorem circundamus honorem: & si perditam, sed ⁸⁸ ego, inquit, veni, vti quod periit, saluum faciam: & si peccatricem, sed ⁸⁹ malo mihi, inquit, salutem peccatoris, quam mortem: & si damnatam, sed ego, inquit, percutiam, & sanabo. Quid ea exprobras carni, quæ Deum expectant, quæ in Deum sperant, quæ honorantur ab illo, quibus subuenit? Ausim dicere, si hæc carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, ⁹⁰ omnis vis Dei benefica vacuisset. [⁹¹ Tenes scripturas, quibus caro infuscatur? tene etiam quibus illustratur. Legis tum quando deprimitur: adige oculos, & tum quando releuatur. Omnis caro fenem, non solum pronuntiauit Esaias, sed &: ⁹² Omnis caro videbit salutare Dei. ⁹³ Notatur in Genesi, dicens Deus: Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Sed & auditur per Iohelem: Effundam de spiritu meo in omnem carnem. Apostolum quoque ne de vno stylo noris, quo carnem plerumque compungit. Nam etsi negat habitare boni quicquam in carne sua: etsi adfirmat eos qui in carne sunt, Deo placere non posse, quia concupiscat aduersus spiritum: etsi qua alia ita ponit, vti carnis non tamē substantia, sed actus inhonoretur: dicemus quidem alibi nihil propriè carni exprobrari oportere, nisi in animæ suggillationem, quæ carnem ministerio sibi subigit. Verum interrim & in illis litteris Paulus est, ⁹⁴ quum stigmata Christi in corpore suo portat: ⁹⁵ quum nostrum vti Dei templum vitari vetat: quum corpora nostra, mēbra Christi facie: ⁹⁶ quum monet: tollere & magnificare Deum in corpore nostro. Itaque si ignominie carnis resurrectionem eius expellunt, cur nō dignitates potius inducent? Quoniam Deo magis congruit in salutem redigere, quod reprobarit interdum, quàm in perditionem dedere, quod etiam aliquando probauit. [⁹⁷ Hucusque de præconio carnis aduersus inimicos, & nihilominus amicissimos eius. Nemo enim tam carnaliter viuit, quàm qui negant carnis resurrectionem. Negates enim eius pœnam, despiciunt & disciplinam. ⁹⁸ De quibus luculler & Paracletus per prophetidum Priscam, Carnes sunt, & carnem oderunt. Quam si tanta auctoritas munit, quanta illi ad meritum salutis patrocinari possit, numquid etiam Dei ipsius potentiam, & potestatem, & licentiam recensere debemus, an tantus sit qui valeat dilapsam & deuoratum, & quibuscūque modis ereptum tabernaculum carnis reedificare, atque restituere? an & aliqua nobis exempla huius sui iuris in publico naturæ promulgari, ne qui fortè adhuc sciant Deum nosse, qui non alia lege credendus est, quàm vti omnia posse credatur? Planè apud Philosophos habes, qui mūdum hunc innatum infectumque defendat: sed multò melius quod omnes ferè hæreses natum & factum mundum annuentes, conditionem Deo nostro adscribunt. Igitur confide illum totum hoc ex nihilo protulisse, & Deum nosti fidendo quod tantum Deus valeat. Nam & quidam infirmiores, hoc prius credere de materia potius subiacenti volunt ab illo vniuersitatem dedicatam secundum Philosophos. Porro etsi ita in vero haberetur, quum tamen longè alias substantias, longèque alias species ex reformatione materiæ diceretur protulisse, quàm fuisset ipsa materia, non minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea protulerat, quæ omninò non fuerant. Quo enim interest ex nihilo proferri, an ex aliquo, dum quod non fuit, fiat: quādo etiam non fuisse, nihil sit fuisse. Sic & fuisse econtrario, nō nihil est fuisse. Nunc etsi interest, tamen ⁹⁹ vtrumque mihi adplaudit. Siue enim ex nihilo Deus molitus est cuncta, poterit & carnem in nihilum productam exprimere de nihilo. Siue de materia modulatus est alia, poterit & carnem quocunque dehaustam euocare de alio. Et vti que idoneus est reficere, qui fecit: quanto plus est fecisse, quàm refecisse: initiū dedisse, quàm reddidisse. Ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione. [¹⁰⁰ Aspice nunc ad ipsa quoque exēpla diuinæ potestatis. Dies moritur in noctem, & tenebris vsquequaque sepelitur. Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta: ¹⁰¹ vbique iustitium est, quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadē & integra & tota vniuerso orbi reuiuiscit, interficiēs mortem suam noctem, rescindens sepulturam suam tenebras, hæres sibimet existens, donec & nox reuiuiscat cum suo & illa suggestu. Redaccenduntur enim & stellarum radij, quos matutina succensio extinxerat. Reducuntur & siderum absentia, quas temporalis distinctio exemerat. Redornantur & specula lunæ, quæ menstruus numerus adtriuerat.

Reuoluuntur hyemes & aestates, & ¹⁰² uerna, & autumnus, cum suis viribus, moribus, fructibus. Quippe etiam terrae de caelo disciplina est, arbores vestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quae absumpta sunt semina: nec prius exhibere, quam absumpta. Mira ratio: de fraudatrice seruatrice: ut reddat, intercipit: ut custodiat, perdit: ut integret, vitiat: ut etiam ampliet, prius decoquit. Siquidem vberiora & cultiora restituit quam exterminauit. Re vera saenore interitu, & iniuria usura, & lucro damno semel dixerim vniuersa conditio recidiua est. Quodcunque conuenis, fuit: quodcunque amiseris, nihil non iterum est. Omnia in statum redeunt, quum abcesserint: omnia incipiunt, quum deserint. Ideo finiuntur, ut fiant. Nihil deperit, nisi in salutem. Totus igitur hic ordo reuolubilis rerum, testatio est resurrectionis mortuorum. Operibus eam praescripsit Deus ante, quam litteris: viribus praedicauit ante, quam uocibus. Praemisit tibi naturam magistratam, submissurus & Prophetiam, quod facilius credas Prophetiae, discipulus naturae: quod statim admittas, quum audieris, quod ubique iam uideris: nec dubites Deum carnis etiam resuscitatore, quem omnium noris restitutore. Et utique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt, porro non homini, nisi & carni, quale est ut ipsa deperat in totum, propter quam & cui nihil deperit? [¹⁰³ Si parum vniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quam desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenissimum atque firmissimum huius spei specimen. Siquidem animalis est res & vitae obnoxia & morti, ¹⁰⁴ illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum lubenter funerans renouat, natali sine decedens atque succedens iterum Phoenix. ¹⁰⁵ Vbi iam nemo, iterum ipse: qui non iam, nisi idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam, aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam scripturis suis: ¹⁰⁶ Et florebit enim, inquit, velut phoenix, id est, de morte, de funere: uti credas, de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. ¹⁰⁷ Multis passeribus antistare nos Dominus pronuntiauit: si non & phoenicibus, nihil magnum: sed homines semel interibunt, a uibus Arabiae de resurrectione securis. [¹⁰⁸ Talia interim diuinarum uirium liniamenta, non minus parabolis operato Deo, quam locuto, veniamus & ad ipsa edicta atque decreta eius, quo quum maxime diuisione istam materiae ordinamus. Exorsus enim sumus ab auctoritate carnis, an ea sit cui dilapsa salus competat: dehinc profecturi de potentia Dei, an tanta sit quae salutem conferre dilapsae rei soleat: nunc si probauimus utrumque, uelim etiam de causa requiras: an sit aliqua tam digna quae resurrectionem carnis necessariam, & rationi certe omni modo debitam vindicet: quia subest dicere, etsi caro capax restitui, etsi diuinitas idonea restituendi, sed causa restitutionis praesse debeat. Accipe igitur & causam, qui apud Deum meum discis tam optimam, quam & iustam: de suo optimum, de nostro iustum. Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodo Deum nosset, ex naturae proprietate, at nunc etiam iustum eum patitur, ex causae necessitate: tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iustitiam exhibens, utranque sententiam bono praestat: hinc vindicans istud, inde remunerans illud. ¹⁰⁹ Sed cum MARCIONE PLENIVS DISCES, an hoc sit Dei totum. Interim talis est noster, merito iudex, quia Dominus: merito Dominus, quia auctor: merito auctor, quia Deus. Hinc & ille, nescio quis, haereticorum: Merito non iudex, non enim Deus. Merito non Dominus, non enim auctor. ¹¹⁰ nescio iam si Deus, qui nec auctor quod Deus, nec Dominus quod auctor. Igitur si Deo & Domino & auctori congruentissimum est, iudicium in hominem destinare, de hoc ipso an Dominum & auctorem suum agnoscere & obseruare curarit: an non id quoque iudicium resurrectio expunget? Hec erit tota causa immo necessitas resurrectionis, ¹¹¹ congruentissima scilicet Deo destinatio iudicij: de cuius dispositione dispicias, an utriusque substantiae humanae diiudicandae caesura diuina praesideat, tam animam quam & carni. Quod enim congruet iudicari, hoc competet etiam resuscitari. Dicimus plenum primum perfectumque credendum iudicium Dei, ut ultimum iam atque exinde perpetuum: ut sic quoque iustum, dum non in aliquo minus: ut sic quoque Deo dignum, dum pro tanta eius patientia, plenum atque perfectum: itaque perfectam plenitudinem perfectionemque iudicij, non nisi ¹¹² de totius hominis representatione constare: Totum porro hominem ex utriusque substantiae concretionem parere: idcircoque in utraque exhibendum, quem totum oporteat iudicari: qui nisi totus, utique non uixerit: Qualis ergo uixerit, tale iudicari: quia de eo quod uixerit, habeat iudicari. Vita est enim causa iudicij:

per

A per tot substantias dispungenda, per quot & functa est. [¹¹³ Age iam, scindant aduersarij nostri carnis animaeque contextum, prius in vitae administratione, ut ita audeant scindere illud etiam ¹¹⁴ in vitae remuneratione. ¹¹⁵ Negent operarum societatem, ut merito possint etiam mercedem negare. Non sit particeps in sententia caro, si non fuerit & in causa. Sola anima reuocetur, si sola decedit. At enim non magis sola decedit, ¹¹⁶ quam sola decucurrit illud unde decedit: vitam hanc dico. Adde autem non sola anima transigit vitam, ut nec cogitatus, licet solos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus a collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis speciem, ¹¹⁷ arcem animae, etiam Dominus in suggillatione cogitatum taxat. Quid cogitatis in cordibus uestris nequam? Et, ¹¹⁸ Qui conspexerit ^{Matth. 9.} mulierem ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. Adde & sine opere & sine effectu ^{Matth. 5.} actu, cogitatus carnis est actus. Sed etsi in cerebro, vel in medio superciliorum discrimine vel ubi ubi Philosophis placet, principalitas sensuum consecrata est, quod Hegemonico appellatur, caro erit omne animae cogitatorium. Nunquam anima sine carne est, quandiu in carne est. Nihil non cum illa agit, sine qua non est. Quare adhuc an cogitatus quoque per carnem administratur, qui per carnem dinoscuntur extrinsecus. Voluerit aliquid animae, uultus operatur indicium: facies intentionum omnium speculum est. Negent factorum societatem, cui negare non possunt cogitatorum. Et illi quidem delinquentias carnis enumerant: ergo peccatrix tenebitur supplicio. Nos uero etiam uirtutes carnis opponimus: ergo & bene operata tenebitur praemio. Et si anima est, quae agit & impellit in omnia, carnis obsequium est: Deum non licet aut iniustum iudicem credi, aut inertem: iniustum, si sociam bonorum operum a premiis arceat; inertem, si sociam malorum a supplicij secerat: quum humana caesura eo perfectior habeatur, quo etiam ministros facti cuiusque deposcit, nec parcens, nec inuidens illis, quod minus cum auctoribus, aut poenae, aut gratiae communicent fructum. [¹¹⁹ Sed quum imperium animae, obsequium carni distribuimus, prospiciendum est, ne & hoc alia argumentatione subuertant; ut uelint carnem sic in officio animae collocare, non quasi ministram; ne ex hoc sociam cogantur agnoscere. Dicent enim ministros & socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi, & potestatem suae uoluntatis in utrumque, homines scilicet & ipsos; ¹²⁰ idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte accommodant. Carnem autem nihil sapientem, nihil sentientem per semetipsam, non uelle, non nolle de suo habentem, uice potius uasculi apparere animae, ut instrumentum, non ut ministerium. Itaque animae solius iudicium praesidere, qualiter uis sit uasculo carnis: uasculum uero ipsum non esse sententiae obnoxium: quia nec calicem damnari, si quis eum ueneno temperarit: nec gladium ad bestias pronuntari, si quis eo latrocinium fuerit operatus. Iam ergo innocens caro, ex parte qua non reputabuntur illi operae malae: & nihil prohibet innocentiae nomine saluam carni fieri. Licet enim nec bonae operae reputentur illi, sicut nec malae; diuinae tamen benignitati magis competat innocentes liberare: beneficis enim debet. Optimi est autem etiam quod non debetur offerre. Et tamen calicem; ¹²¹ non dico uenenarium, in quem mors aliqua ructarit, sed fricticis, ¹²² vel archigalli, ¹²³ vel gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum, quareo an minus damnes, quam oscula ipsorum? nostris quoque sordibus nubilum, vel non pro animo temperatum, elidere solemus, quo magis puero irascamur, gladium uero latrocinij ebrum quis non a domo tota, nedum a cubiculo, nedum a capitis sui officio relegarit: praesumens scilicet, nihil aliud se quam ¹²⁴ in ludia animarum somniaturum, uirguentium & inquietantium sanguinis sui concubinum? At enim & calix bene sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, ¹²⁵ de coronis quoque potatoris sui inorabitur, aut aspergine florum honorabitur: & gladius bene de bello cruentus, & melior homicida, ¹²⁶ laudem suam consecratione praesabit. Est ergo & in uascula & in instrumenta sententia figere; ut minorum & auctorum meritis & ipsa comunicentur: ut huic quoque, argumentationi satisfecerim, licet ab exemplo uacet diuersitas rerum. Omne enim uas vel instrumentum aliunde in usus uenit, extranea omnino materia a substantia hominis. Caro autem ab exordio ueteri confata, conformata, congenita animae etiam in omni operatione miscetur illi. ¹²⁷ Na etsi uas uocatur apud Apostolum, quam iubet in honore tractari, eadem tamen ab eodem homo exterior appellatur: ille scilicet limus, qui prior titulo hominis incisus est, non calicis, aut gladij, aut uasculi uilius. ¹²⁸ Uas enim capacitatis nomine dicta est, quae animam capit & continet: homo uero de comunione naturae, quae eam non instrumentum in operationibus praestat, sed mini-

M M

sterium. Ita & ministerium tenebitur iudicio, etsi de suo nihil sapiat: quia portio est eius, quæ sapit, non supellex. Hoc & Apostolus sciens, nihil carnè agere per semetipsam, quod non animæ deputetur, nihilominus peccatricem iudicat carnem: ne eo quod ab anima videtur impelli, iudicio liberata credatur. Sic & cum aliquas laudis operas carni indicit, Glorificate, inquit, & tollite Deum in corpore vestro, certus & hos conatus ab anima agi, idcirco tamen & carni eos mandat, quia & illi fructum repromittit. Alioquin nec exprobratio competisset in alienam culpæ, nec adhortatio in extraneam gloriæ: & exprobratio enim, & exhortatio vacaret erga carnem, si vacaret & merces, quæ in resurrectione captatur. [¹³⁹ Simplicior quisque fautor sententiæ nostræ putabit, carnem etiam idcirco representandam esse iudicio: quia aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerij: utpote in corporalis; hoc enim vulgus existimat. ¹⁴⁰ Nos autem ANIMAM corporalem, & hic profitemur, & in SVO VOLVMINE PROBAMVS, habentem proprium genus substantiæ, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, foueri que penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probauit Lazari exemplum. ¹⁴¹ Dedim igitur aduersario dicere: Ergo quæ habet corpulentiā propriam, de suo sufficit ad facultatem passionis & sensus, ut non egeat representatione carnis: Immo eatenus egebit, non quæ sentire quid sine carne non possit, sed quæ necesse est illam etiam cum carne sentire. Quantum enim ad agendum de suo sufficit, tantum & ad patiendum. Ad agendum autem minus de suo sufficit. Habet enim de suo solummodo cogitare, velle, cupere, disponere: ad perficiendum autem operam carnis expectat. Sic itaque & ad patiendum societatem carnis expostulat, ut tamen plenè per eam pati possit, quam sine ea plenè agere non potuit. Et idcirco in quæ de suo sufficit, ¹⁴² eorum interim sententiā pendit, concupiscentiæ, & cogitatus, & voluntatis. Porro si hæc satis essent ad plenitudinem meritorum, ut non requirerentur & facta, sufficeret in totum anima ad perfectionem iudicij, de his iudicanda, in quæ agenda sola suffecerat. Quum verò etiam facta deuincta sint meritis, facta autem per carnem administrantur, iam non sufficit animam sine carne foueri, siue cruciari, pro operibus etiam carnis, etsi habet corpus, etsi habet membra, quæ proinde illi non sufficiunt ad sentiendum plenè, quemadmodum nec ad agendum perfectè. Idcirco pro quoquo modo egit, pro eo & patitur apud inferos, prior degustans iudicium, sicut prior induxit admissum: expectans tamen & carnem, ut per illam etiam facta compenferet, cui cogitata mādauit. Denique hæc erit ratio in vltimum finem destinati iudicij, ut exhibitione carnis omnino diuina censura perfici possit. Alioquin non sustineretur in finem, quod & nunc animæ decerpunt apud inferos, si solis animabus destinaretur.] ¹⁴³ Hucusque præstructionibus egerim ad muniendos sensus omnium scripturarum, quæ carnis reciduiatum pollicentur. ¹⁴⁴ Cui quum tot auctoritates iustorum patrociniarum procurent, honores dico substantiæ ipsius, tum vires Dei, tum exempla earum, tum rationes iudicij & necessitates ipsius: utique secundum præiudicia tot auctoritatum, scripturas intellegi oportebit, non secundum ingenia hæreticorum, de sola incredulitate venientia: quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam, non quia aut substantiæ ipsi inemeribile sit, aut Deo impossibile, aut iudicio inhabile: planè incredibile, si nec prædicatum diuinitus fuerit: nisi quod etsi prædicatum id à Deo non fuisset, vltro præsumi debuisset, ut propterea non prædicatum, quia tot auctoritatibus prædicatum. At cum diuinis quoque vocibus personat, tanto abest ut aliter intellegatur quam desiderat illa, à quibus etiam sine diuinis vocibus persuaderetur. Videamus igitur hoc primū, ¹⁴⁵ quoniam titulo spēs ista per scripta sit. Vnum opinor apud omnes edictum Dei pender, resurrectione mortuorum. Duo verba expedita, decisa, deterfa: ipsa conueniam, ipsa discutiam, cui se substantiæ addicant. Quum audio resurrectionem homini imminere, quæram necesse est quid eius cadere sortitum sit. Siquidem nihil resurgere expectabit nisi quod antè succiderit. Qui ignorat carnem cadere per mortem, potest eam nec stantem nosse per vitam. Sententiam Dei natura pronuntiat: Terra es, & in terram ibis. Et qui non audit, videt. Nulla mors non ruina membrorum est. Hanc corporis fortem Dominus quoque expressit, quum ipsa substantia indutus: ¹⁴⁶ Diruite, inquit, templum istud, & ego illud triduo resuscitabo. Ostendit enim cuius sit dirui, cuius elidi, cuius iacere, eius & releuari, & resuscitari: quamquam & animam circumferret, trepidantem vsque ad mortem, sed non cadentem per mortem. Quia & scriptura, de corpore inquit suo dixerat. Atque adeo caro est, quæ morte subruitur, ut exinde à cadendo cadauer renuntietur.

A tur. Anima porro nec vocabulo cadit, quia nec habitu ruit. Atquin ipsa est quæ ruinā corpori infert, quæ efflata est: sicut ipsa est, quæ illud de terra suscitabit ingressa. Non potest cadere, quæ suscitabit ingressa. Non potest ruere, quæ elidit egressa. Artius dicam, ne in somnum quidē cadit anima cum corpore, ne tum quidē sternitur cum carne; etenim agitur in somnis & iactatur; quiesceret autem si iaceret, & iaceret si caderet. Ita nec in veritatem mortis cadit, quæ nec in imaginem eius ruit. Sequens nunc vocabulū mortuorū æquè dispice cui substantiæ insidat: quāquam in hac materia admittamus, interdū mortalitatem animæ assignari ab hæreticis: ut si anima mortalis resurrectionem cōsecutura est, præiudicium sit & carni non minus mortali resurrectione cōmunicaturæ. Sed nunc proprietates vocabuli vindicanda est suæ sorti. Iam quidē eo ipso quod resurrectio caducæ rei est, id est carnis, eadem erit & in nomine mortui: quia caducæ rei est resurrectio, quæ dicitur mortuorum. Sic & per Abraham patrem fidei; diuinæ familiaritatis virum discimus. ¹⁴⁷ Postulans enim Saræ humanæ locum de filiis Chet: Date ergo, inquit, mihi possessio- *Gen. 23.* nem sepulchri vobiscum, & humabo mortuam meam, carnē scilicet. Neque enim animæ humanæ spatium desiderasset, etsi anima mortalis crederetur, etsi mortuus dici mereretur. Quod si mortuus corpus est, corporum erit resurrectio, quum dicitur mortuorum. [¹⁴⁸ Et hæc itaque dispectio tituli, & præconij ipsius, fidem utique defendens vocabulorum, illuc proficere debet, ut si quid pars diuersa turbat obtentu figurarum & ænigmatum, manifestiora quæque præualeant, & de incertis certiora præscribāt. Nacti enim quidam solenniſſimam eloquij prophetici formā, allegorici & figurati plerunque, non tamē semper, resurrectionem quoque mortuorum manifestè annuntiatam, in imaginariam significationem distorquent, alleuerantes ipsam etiam mortem spiritualiter intelligendā. Non enim hanc esse in vero, quæ sit in medio, ¹⁴⁹ discidium carnis atque animæ, sed ignorantiam Dei, per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit quam in sepulchro. ¹⁵⁰ Itaque & resurrectionem eam vindicandam, qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo, ignorantia morte discussa, velut de sepulchro veteris hominis eruperit: quia & ¹⁵¹ Dominus Scribas & Phariseos sepulchris dealbatis adæquauerit. Exinde ergo resurrectionem fide consecutos cum Domino esse, quum eum in baptisate induerint. Hoc denique ingenio etiam in colloquiis sæpè nostros decipere cōsueuerunt: quasi & ipsi resurrectionem carnis admittant, Væ, inquit, qui non in hac carne resurrexerunt: ne statim illos percutiam, si resurrectionem statim abnuerint. Tacitè autem secundum conscientiam suam hoc sentiunt: Væ qui non, dum in hac carne est, cognouerit ¹⁵² arcana hæretica: hoc est enim apud illos resurrectio. Sed & plerique ab excessu animæ resurrectionē vindicantes, de sepulchro exire, de seculo euadere interpretantur, quia & seculum mortuorum sit habitaculum, id est, ignorantium Deum: Vel etiam de ipso corpore, quia & corpus vice sepulchri conclusam animam, in secularis vitæ morte detineat. [¹⁵³ Ob huiusmodi igitur coniecturas primam præstructionem eorum depellam, ¹⁵⁴ qua volunt omnia Prophetas per imagines concionatos: quando si ita esset, ne ipsæ quidem imagines distingui potuissent, si non & veritates prædicatæ fuissent, ex quibus imagines deliniarentur. ¹⁵⁵ Atque adeo si omnia figuræ, quid erit illud cuius figuræ? quomodo speculum obtendes, si nusquam est facies? Adeo autem non omnia imagines, sed & veritates: nec omnia vmbra, sed & corpora: ut in ipsum quoque Dominum insigniora quæque luce clariùs prædicarentur. Nam & virgo concepit in vtero, non figuratè; & peperit Emmanuelem, ¹⁵⁶ nobiscum Deum Iesum, non obliquè: ¹⁵⁷ Et, si obliquè; Accpturum virtutem Damasci & spolia Samariæ; ¹⁵⁸ sed manifestè: Venturum in iudicium cum Presbyteris & Archontibus populi. Nam & tumultuatæ sunt gentes in persona Pilati, & populi meditati sunt inania, in persona Israëlis. Astiterunt reges terræ, Herodes: & Archontes congregati sunt in vnum, Annas & Caiphas aduersus Dominum & aduersus Christum eius. ¹⁵⁹ Qui & tanquam ouis ad victimam adductus est, & tanquam agnus ante tondentem, scilicet Herodem, sine voce, sic non aperuit os suum: ¹⁶⁰ dorsum suum ponens ad flagella, & maxillas ad palmas, & faciem non auertens à sceditate sputaminum: deputatus etiam inter iniquos, ¹⁶¹ perfoſſus manus & pedes: sortem passus in vestimento, ¹⁶² & potus amarus, ¹⁶³ & caput iridentium nutus, ¹⁶⁴ triginta argenteis adpreciatus à proditore. Quæ hic figuræ apud Esaiam? quæ imagines apud David? quæ ænigmata apud Hieremiam? ne virtutes quidem eius per parabolas profatos. Aut nunquid nec oculi patefacti sunt cæcorum, ¹⁶⁵ nec inclaruit lingua mutorum, ¹⁶⁶ nec *Math. 27.*

manus aridæ & genua dissoluta reualuerunt, nec clodi salierūt vt ceruus: quæ etsi ipsi spiritaliter quoque interpretari solemus secundum comparationem animalium vitiorum à Domino remediatorum, quum tamen & carnaliter adimpleta sunt, ostēdunt Prophetas in vtramque speciem prædicasse, saluo eo quod plures voces eorum nudæ & simplices, & ab omni allegoriæ nubilo puræ defendi possint: ¹⁵⁸ vt quum exitus gentium & vrbium resonant, Tyri & Ægypti, & Babylonis, & Idumææ, & Carthaginiensiu nauiu: ¹⁵⁹ vt quum ipsius Israël plagas, aut venias, captiuitates, restitutiones, vltimæque dispersionis exitū perorant. Quis hæc interpretabitur magis quàm recognosceret res in litteris tenentur, vt litteræ in rebus legantur. Ita nõ semper, nec in omnibus allegorica forma est Prophetici eloquij, sed interdum & in quibusdam. [¹⁶⁰ Si ergo interdum & in quibusdam, inquis, cur non & in edicto resurrectionis spiritaliter intelligendæ? quoniam quidē plurima ratio intercedit. Primò enim quid facient tot ac talia instrumenta diuina, ita apertè corporalem contestantia resurrectionē, vt nullā admittant figuratæ significantiæ suspensionem? Et vtiq; æquum sit, quod & supra demādauius, incerta de certis, & obscura de manifestis præiudicari: vel ne inter discordiam certorum & incertorū, manifestorū & obscurorum, fides dissipetur, veritas periclitetur, ipsa diuinitas vt inconstās denotetur: ¹⁶¹ Tum quod verisimile non est, vt ea species sacramenti, in quam fides tota committitur, in quā disciplina tota conicitur, ambigūē annuntiata, & obscurè propofita videatur: quando spes resurrectionis nisi manifesta de periculo & præmio, neminem ad eiusmodi præsertim religionem publico odio & hostili elogio obnoxiam persuaderet. Nullum opus certum, est mercedis incertæ. Nullus timor iustus, est periculi dubij. Et merces autem & periculum, in resurrectionis pendet euentu. ¹⁶² Sed etsi temporalia & localia & personalia Dei decreta atque iudicia in vrbes & gentes, & reges, tam aperta Prophetia iaculata est, quale est, vt æternæ dispositiones eius & vniuersales in omne hominum genus lucem sui fugerint: quæ quanto maiora, tanto clariora esse deberent, vt maiora crederentur? ¹⁶³ Et puto Deo nec liuorem nec dolum, nec inconstantiam, nec lenocinium ascribi posse, per quæ ferè promulgatio maiorum cauillatur. [¹⁶⁴ Post hæc ad illas etiam scripturas respiciendum est, quæ non sinunt resurrectionem secundum animales istos, ne dixerim spiritales, aut hinc iam in veritatis agnitione præsumi, aut ab excessu statim vitæ vindicari. Quum enim & tempora totius spei fixa sint sacro sancto stylo, nec liceat eā antè constitui, ¹⁶⁵ quàm in aduentum (opinor) Christi, vota nostra suspirant in seculi huius occasum, in transitum mundi quoque ¹⁶⁶ ad diem Domini magnum; diem iræ & retributionis; diem vltimum; & occultum, nec vlli præterquam patri notum; & tamen signis atque portentis, & concussionibus elementorum, & cōsistationibus nationum prænotatum. Euoluerē Prophetias, si Dominus ipse tacuisset, nisi quod & Prophetiæ vox erant Domini: sed plus est quod illas suo ore consignat. ¹⁶⁷ Interrogatus à discipulis quando euentura essent, quæ interim de templi exitu eruperant, ordinem temporum primò Iudæorum vsque ad excidium Hierusalem, dehinc communiū vsque ad conclusionē seculi ¹⁶⁸ dirigit. Nam posteaquam edixit, ¹⁶⁹ & tunc erit Hierusalē conculcatu nationibus, donec adimpleatur tempora nationū allegandarū scilicet à Deo, & congregandarum cum reliquiis Israël: inde iam in orbem & in seculum prædicat ¹⁷⁰ secundum Ioëlem & Danielē ¹⁷¹ & vniuersum concilium Prophetarum, futura signa in sole & in luna & in stellis, ¹⁷² conclusionem nationum, cum stupore sonitus maris, ¹⁷³ & motus refrigerentium hominum, præ metu & expectatione eorum, quæ immineant orbi terræ. Virtutes enim, inquit, cœlorum cōmouebuntur, & tunc videbunt filiū hominis venientem in nubibus cū plurimo potentatu & gloria. Vbi autem cœperint ista fieri, emergetis & eleuabitis capita vestra, quod redēptio vestra adpropinquarit. Et tamen adpropinquare eam dixit, non adesse iam: & quū cœperint ista fieri, non quū facta fuerint: quia quum facta fuerint, tunc aderit redēptio nostra, quæ eò vsque adpropinquare dicitur: erigens interim & excitās animos ad proximum iam spei fructū. Cuius etiam parabola subtexitur ¹⁷⁴ tenerescantium arborū in caulē floris, & dehinc florē frugis antecurforē: Ita & vos quū videritis omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnū Dei. Vigilate ergo omni tēpore, ¹⁷⁵ vt digni habeamini effugere omnia ista, & stetis ante filiū hominis: vtiq; per resurrectionē omnibus antè trāfactis. Ita etsi in agnitione sacramēti fruticat, sed in Domini representatione florescit atq; frugescit. Quis ergo Dominū tā intēpestiue, tā acerbè excitauit iā ad dexterā Dei ¹⁷⁶ ad cōfringendā terram secundum Esaiam, quæ puto adhuc integra est? Quis inimicos Christi

A Christi iā subiecit pedibus eius secundū Dauid, quasi velocior patre, omni adhuc popularium cœtu clamante, ¹⁷⁷ Christianos ad leonem: Quis cœlo descendente Iesum talem cōspexit, qualē ascendente Apostoli viderant, ¹⁷⁸ secundū angelorū constitutū? ¹⁷⁹ Nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora cæciderunt, agnoscentes quæ pupugerūt. Nemo adhuc excepit Heliam, ¹⁸⁰ nemo adhuc fugit Antichristū; nemo adhuc Babylonis exitum fleuit; & est iam qui resurrexerit nisi hæreticus? ¹⁸¹ Exiit planè iam de corporis sepulcro etiam nunc febribus & hulceribus obnoxius, & conculcauit iam inimicos, etiam nūc luctari habens cum mundi potentibus. Et vtiq; iam regnat, etiam nunc Cæsari quæ sunt Cæsaris debens. [¹⁸² Docet quidem Apostolus Colossensibus scribens; mortuos fuisse nos aliquādo alienatos & inimicos sensus Domini, quū in operibus pessimis agebamus; ¹⁸³ dehinc: consepultos Christo in baptisate, & conresuscitados in eo per fidem efficaciam Dei, qui illum suscitauit à mortuis. Et vos quū mortui essetis in delictis & præputiatione carnis vestræ, viuificauit cum eo, donatis vobis omnibus delictis. Et rursus: ¹⁸⁴ Si cū Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo quasi quidam viuentes in mundo sententiam fertis? Sed quum ita nos mortuos faciat spiritaliter, vt tamē & corporaliter quādoque mortuos agnoscat, vtiq; & resuscitados proinde spiritaliter deputans, æquē non negat etiam corporaliter resurreduros. ¹⁸⁵ Denique: Si resurrexistis, inquit, cum Christo, ea quæ sursum sunt capite, vbi est Christus in dextera Dei residēs: ea quæ sursum sunt sapite, nõ quæ deorsum. Ita animo ostendit resurgere, quo solo adhuc possumus cœlestia attingere: quæ non quæreremus, nec saperemus, si possideremus. Subiicit etiam: Mortui enim estis, scilicet delictis non vobis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Nõdum ergo apprehensa est, quæ abscondita est. Sic & Ioannes: Et nondum ait manifestatum est, quid futuri simus. ¹⁸⁶ Scimus quia si manifestauerit, similes eius erimus. Tanto abest vt simus iam quod nescimus: vtiq; scituri si iam essemus. Ad eò cōtemplatio est spei in hoc spatio per fidem, nõ repræsentatio: nec possessio, sed expectatio. De qua spe & expectatione Paulus ad Galatas; Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus: non ait tenemus. Iustitiæ autem Dei dicit ex iudicio quo iudicabimur de mercede. Ad quam pēdens & ipse, quum Philippensibus scribit, ¹⁸⁷ Si quā, inquit, concurram in resurrectionem quæ est à mortuis, nõ quia iā accepi aut cōsummatum sum. Et vtiq; crediderat, & omnia sacramenta cognouerat, vas electionis, doctor Nationum, & tamē adiicit: Persequor autem si adprehendam in quo sum adprehensus à Christo. Eo amplius: ego me, fratres, non puto adprehendisse, vnum planè, oblitus posteriorum ¹⁸⁸ in priora me extendens, secundum scopum persequor ad palmam incriminationis per quam cōcurrerem: vtiq; in resuscitationem à mortuis, suo tamē tempore: sicut ad Galatas: Benè autem faciētes ne tædeat: tempore enim suo metemur. Sicut & ad Timotheū de Onesiphoro: ¹⁸⁹ Det illi Dominus inuenire misericordiam in illo die. In quem diem ac tempus & ipsi præcipit ¹⁹⁰ custodire mandatum immaculatum, in reprehensibile, in apparentiam Domini Iesu Christi, quam suis temporibus ostendet, beatus & solus potentator, & rex regnantium, & dominus dominantium, de Deo dicens. De quibus temporibus & Petrus in Actis: ¹⁹¹ Pœniteat itaque vos, & respicite ad abolendā delicta vestra, vt tempora vobis superueniāt refrigerij ex persona Dei, & mittat prædesignatum vobis Christum, quem oportet accipere cœlos adusque tempora exhibitionis omnium, quæ locutus est Deus, ore sanctorū Prophetarum. [¹⁹² Quæ hæc tēpora, cum Thessalonicensibus disce. Legimus enim, ¹⁹³ qualiter conuersi sitis ab idolis, ad seruiendum viuo & vero Deo, & expectandū e cœlis filiū eius, quem suscitauit ex mortuis, Iesum. Et rursus: Quæ enim spes nostra vel gaudiū vel exultationis corona, ¹⁹⁴ quàm & vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu ipsius? ¹⁹⁵ Item: Coram Deo & patre nostro in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum vniuersis sanctis eius. ¹⁹⁶ De quorum dormitione minus mœrenda docens, simul & tempora resurrectionis exponit, dicens: Si enim credimus quod Iesus mortuus sit & resurrexerit, sic & Deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cū ipso. Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quod nos qui viuimus, qui remanemus in aduentum Domini nostri, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo primi resurgent; deinde nos qui viuimus, simul cum illis tollemur in nubibus obuiā Domino in aërem, & ita semper cum Domino erimus. Quæ vox archangeli, quæ tuba Dei audita iam, nisi fortè in cubiculis hæreticorum? Nam etsi tuba Dei Euangelicus sermo dici potest, qui illos

iam vocaret, sed aut mortui erunt iam corporaliter, ¹⁹⁷ vt resurrexerint, & quomodo viuunt aut in nubes erepti, & quomodo hic sunt? miserrimi reuera, vt Apostolus pronuntiauit, ¹⁹² qui in ista tantum vita sperantes habebuntur, excludendi, dum praeiungunt quod post illam reponitur, ¹⁹⁹ frustrati circa veritatem, non minus quam Phygellus & Hermogenes. Et ideo maestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuum, & in ipsa ad Thessalonicenses Epistola suggerit: ²⁰⁰ De temporibus autem & temporu spatii, fratres, non est necessitas scribendi vobis. Ipsi enim certissime scitis quod dies Domini quasi fur nocte ita adueniet. Quum dicent, pax & tuta sunt omnia, tunc illis repentinus insistet interitus. Et in secunda, pleniore sollicitudine ad eosdem: ²⁰¹ Obsecro autem vos fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & congregationem nostram ad illum, ne cito commoueamini animo, neque turbemini, neque per spiritum, neque per sermonem, scilicet pseudoprophetarum, neque per epistolam scilicet pseudopostoloru, ac si per nostram, quasi insistet dies Domini. Ne quis vos seducat vilo modo, quonia nisi veniat abscessio primò, huius vtique regni, & reuelatur delinquentia homo, id est Antichristus, filius perditionis, quia aduersatur & superextollitur in omne quod Deus dicitur, vel religio, vt sedeat in teplo Dei, adfirmans Deum se. Nonne meministis quod cum apud vos essem, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ad reuelandum eum in suo tempore. Iam enim arcanum iniquitatis agitur, tantum qui nunc tenet teneat, donec de medio fiat: ²⁰² quis nisi Romanus status, cuius abscessio in decem reges dispersa Antichristu superducat, & tunc reuelabitur iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit apparentia aduentus sui. Cuius est aduentus secundum operationem satanae in omni virtute & signis atque portentis mendacij, & in omni seductione iniustitia eis qui pereunt. [²⁰³ Etiam in Apocalypsi Ioannis ordo temporum sternitur, ^a quem Martyrum quoque animæ sub altari vltionem & iudicium flagitantes sustinere didicerunt, ^b vt prius & orbis de pateris angelorum plagas suas ebibat, ^c & prostituta illa ciuitas à decem regibus dignos exitus referat, ^d & bestia Antichristus cum suo Pseudopropheta certamē Ecclesie Dei inferat, ^e atque ita diabolo in abyssum interim relegato, primæ resurrectionis prerogatiua de foliis ordinetur: dehinc & igni dato, vniuersalis resurrectionis censura de libris iudicetur. Quum igitur & status temporum vltimorum scripturae notent, & totam Christianæ spei frugem in exordio seculi collocent, apparet aut tunc adimpleri totum quodcunque nobis à Deo repromittitur: & vacat quod hic iam ab hæreticis vindicatur. ²⁰⁴ aut, si & agnitio sacramenti, resurrectio est, salua vtique illa creditur quæ in vltimo prædicatur, & sequitur vt eo ipso quo hæc spiritalis vindicatur, illa corporalis præiudicetur. quia si nulla tunc annuntiaretur, merito sola hæc & tantummodò spiritalis vindicaretur; quum verò & in vltimum tempus edicatur, corporalis agnoscitur, quia non & tunc spiritalis annuntiatur. Cur enim iterum annuntiaretur resurrectio eiusdem conditionis, id est spiritalis, quum aut nunc eam deceret expungi sine vlla differentia temporum, ²⁰⁵ aut tunc sub omni clausula temporum? Ita nobis magis competit etiam spiritalem defendere resurrectionem ab ingressu fidei, qui plenitudinem eius agnoscimus exitu seculi. [²⁰⁶ Vnum adhuc respondebo ad propositionem priorem allegoricarum scripturarum, licere & nobis corporalem resurrectionem de patrocinio figurati proinde eloquij Prophetici vindicare. Ecce enim diuina in primordio sententia terram hominem pronuntians: Terra es, & in terram ibis, secundum substantiam scilicet carnis, quæ de terra erat sumpta, & quæ prior homo fuerat appellata, ²⁰⁷ sicut ostendimus, dat mihi disciplinam in carnem quoque interpretandi, si quid iræ vel gratiæ in terram Deus statuit: quia nec proprie terra iudicio eius obnoxia est, quæ nihil boni seu mali admisit, ²⁰⁸ maledicta quidem quæ hauserit sanguinem, sed & hoc ipsum in figuram carnis homicidæ. Nam etsi iuari seu lædi habet terra, id quoque propter hominem, vt ille iuuetur, siue lædatur ²⁰⁹ per consistorij sui exitus, quo magis ipse pensabit, quæ propter illum etiam terra patietur. Itaque & quum comminatur terræ Deus, carni potius comminari eum dicam: & quum quid terræ pollicetur, carni potius polliceri eum intelligam, vt apud David: ²¹⁰ Dominus regnauit, exulter terra: id est, caro sanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus. Dehinc subiungit: Vidit & concussa est terra. Motes sicut cera liquefacti sunt à facie Domini, caro scilicet prophanorum. &: ²¹¹ Videbunt enim eum qui confixerunt. Atque adeò si simpliciter de terra elemēto vtumque existimabitur: pronuntiatum, quomodo congruet & concuti & liqueferi eam à facie Domini, quo supra regnante exul-

1. Cor. 15.
2. Tim. 1.
ac 2.

1. Thess. 5.

2. Thess. 2.

XXV.
a. Apoc. 6.
b. Apoc. 15.
ac 16.
c. Apoc. 17.
d. Apoc. 19.
e. Apoc. 20.

XXXVI.

Gen. 3.

Gen. 4.

Psal. 96.

Ioan. 19.

E

F

A te exultauit: Sic & apud Esaiam, Bona terræ edetis, bona carnis intelligentur, quæ illam manent in regno Dei reformatam & angelificatâ, & consecuturam quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Alioquin satis vanum, vt ad obsequium Deum fructibus agri, & cibariis vitæ huius inuiter, quæ etiâ in religiosis & blasphemis semel homini addicta conditione communicat, pluës super bonos & malos, & solem suum emittens super iustos & iniustos. Felix nimirum fides, si ea consecutura est, quibus hostes Dei & Christi non modò vtuntur, verum etiam abutuntur, ²¹⁴ ipsam conditionem colentes aduersus conditorem. Bulbos & tubera in terræ bonis deputabis, Domino pronuntiante, ne in pane quidem victurum hominem. Sic Iudæi terrena solummodò sperando, cœlestia amittunt, ²¹⁵ ignorantes & panem de cœlesti repromissum, & oleum diuinæ vnctionis, & aquam spiritus & vinum animæ vigorantis ex vite Christi. ²¹⁶ Sicut & ipsam terram sanctam, Iudaicum proprie solum reputant, carnem potius Domini interpretandam, quæ exinde & in omnibus Christu indutis sancta sit terra, verè sancta per incolatum spiritus sancti, verè lacte & melle manans, per suauitatem spei ipsius: verè Iudæa per Dei familiaritatē. Non enim qui in manifesto Iudæus, sed qui in occulto, vt & templum Dei eadem sit & Hierusalem, audiens ab Esaiâ: ²¹⁷ Exurge, exurge Hierusalē, induere fortitudinem brachij tui; Exurge sicut in primordio diei, scilicet in illa integritate quæ fuerat ante delictum transgressionis. Quæ enim in eam Hierusalem voces eiusmodi competēt exhortationis & aduocationis, quæ occidit Prophetas, & lapidauit ad se missos, & ipsu potestremò Dominum suu cõfixit? Sed nec vlli omninò terræ salus repromittitur, quæ oportet cum totius mundi habitu præterire. Etiam si quis audebit terram sanctam paradisum potius argumentari, ²¹⁸ quam etiam Patrum dici capiat, Adæ scilicet & Eua: proinde & in paradisum restitutio carni videbitur repromissa ²¹⁹ quæ eum incolare & custodire sortita est, vt talis illuc homo reuocetur qualis inde pulsus est. [²²⁰ Habemus etiam vestimentorum in scripturis mentionem ad spem carnis allegorizare, quia & Apoc. Ioan. ²²¹ Hi sunt, ait, qui vestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus, virgines scilicet significas, & qui semetipfos castrauerunt propter regna cœloru. Itaque in albis erunt vestibus, id est, in claritate, in nube carnis. & in Euangelio indumentum nuptiale sanctitas carnis agnoscipotest. Itaque Esaias docens quale ieiunium elegerit Dominus, quum subiicit de mercede bonitatis, ²²² Tunc, inquit, lumen tuum temporaneum erumpet, & vestimenta tua citius orientur: non subsericam vtique nec pallium, sed carnem volens accipi, ortum carnis resurrectionis de mortis occasu prædicauit. adeò nobis quoque suppetit allegorica defensio corporalis resurrectionis. Nā & quū legimus: ²²³ Populus meus, introite in cellas promas quantulum, donec ira mea prætereat; sepulcra erūt cellæ promæ, in quibus paulisper requiescere habebunt, qui in finibus seculi sub vltima ira per Antichristi vim excesserint. Aut cur cellarum promaru potius vocabulo vsus est, & non alicuius loci receptorij, nisi quia in cellis promis caro salita & vsui reposita seruat de promenda illinc suo tempore? Proinde enim & corpora medicata condimentis sepulturae, mausoleis & monumentis sequestrantur, processura inde cum iusserit Dominus. quod cum ita intellegi congruat (& quæ enim ab ira Dei cellariorum nos refugia seruabunt?) hoc ipso quo ait, donec ira prætereat, quæ extinguet Antichristum, post iram ostendit processuram carnem de sepulcris, & post Antichristi eradicationem agitabitur resurrectio. [²²⁴ Scimus autem sicut vocibus, ita & rebus prophetatum, tam dictis quam & factis prædicatur resurrectio. ²²⁵ Quum Moyses manum in sinum condit & emortuam profert, & rursus insinuat & viuidda explicat, nonne hoc de toto homine portendit? siquidem trina virtus Dei per illa trina signa denotabatur cum suo ordine, primò diabolum serpentem quanquam formidabilem subactura homini, dehinc carnem de sinu mortis retractura, atque ita omnem sanguinem executione iudicio. ²²⁷ De quo apud eundem Prophetæ, ²²⁸ Quoniam & vestru, inquit Deus, sanguinē exquirā de omnibus bestiis, & de manu hominis, & de manu fratris exquiram eū. Porro nihil exquiratur nisi quod reposcitur: nihil reposcitur nisi quod & reddetur: & vtique reddetur quod vltionis nomine reposcitur & exquiretur. neque enim vindicari poterit quod omninò non fuerit. Erit autem dum restituitur, vt vindicetur. In carnē itaque dirigitur, quicquid in sanguine prædicatur, sine qua nō erit sanguis. caro suscitabitur, vt sanguis vindicetur. Sunt & quædam ita pronuntiata, vt allegorici quidem nullo careant, nihilominus tamen ipsius simplicitatis suæ sitiant interpretationem, ²²⁹ quale est

Jsa. 1.
1. Cor. 2.
Matth. 5.
Rom. 1.
Matth. 4.
Exod. 3.
Gal. 3.
Rom. 2.
Jsa. 51.

Matth. 23.
Luc. 13.

Gen. 2.

XXVII.
Apoc. 3. ac
14.
Matth. 19.
Apoc. 3.
Matth. 2. 2.
Jsa. 58.

Exod. 4.

Ibidem.

Gen. 9.

Iſai. 38. apud Eſaiam: Ego occidā & viuificabo, certè poſteaquā occiderit, viuificabit. Ergo per mortem occidens, per reſurrectionem viuificabit. caro eſt autem quæ occiditur per mortem; caro itaq; & viuificabitur per reſurrectionem. certè ſi occidere, carni animā eripere eſt, viuificare contrarium eius carni animam referre eſt, caro reſurgat neceſſe eſt, cui anima per occiſionem erepta, referēda eſt per viuificationem. [²³⁰ Igitur ſi & allegoricæ ſcripturæ, & argumenta rerum, & ſimplices voces ²³¹ reſurrectionē carnis, quanquam ſine nominatione ipſius ſubſtantię ſubradiant, quanto magis quæ hanc ſpem in ipſas ſubſtantias corporales ſpirituali mentione determinant, nō erūt deducendæ in quæſtionē? ²³² Accipe *Ezech. 37.* Ezechielē: Et facta eſt, inquit, ſuper me manus Domini, & extulit me in ſpiritu Dominus, & poſuit me in medio cāpi. is erat offibus refertus, & circūduxit me ſuper ea per circuitū & ecce multa ſuper faciem cāpi, & ecce arida ſatis. Et ait ad me, Fili hominis, ſi viuēt oſſa iſta? Et dixi, Adonai Domine tu ſcis. Et ait ad me, Propheta in oſſa hæc, & dices, Oſſa arida audite ſermonē Domini. Hæc dicit Dominus Adonai offibus iſtis: Ecce ego afferō in vos ſpiritū, & viuētis, & dabo in vos ſpiritum, & reducā in vos carnes, circumdabo vobis cutē, & dabo in vos ſpiritū, & viuētis, & cognoscetis quōd ego Dominus. Et prophetaui ſecundū præceptum; & ecce vox dum propheto, & ecce motus, & accedebant oſſa ad oſſa. Et vidi, & ecce ſuper oſſa nerui & caro aſcēdit, & circūpoſitæ ſunt eis cutes, & ſpiritus in eis nō erat. & ait ad me: Propheta ad ſpiritū fili hominis; propheta, & dices ad ſpiritū: Hæc dicit Dominus Adonai: A quatuor ventis veni ſpiritus: & ſpira in iſtis interēpris, & viuant. Et prophetaui ad ſpiritū ſicut præcepit mihi, & introiuit in ea ſpiritus, & vixerūt & conſtiterunt ſuper pedes ſuos valentia magna ſatis. Et ait ad me: Fili hominis, oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt. Ipſi dicūt: Exaruerūt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, auulſi ſumus in eis. Propterea proph. ad eos: Ecce ego patefacio ſepulcra veſtra, & euehā vos de ſepulcris veſtris populus meus, & inducā vos in terram Iſraëlis, & cognoscetis quōd ego Dominus aperuerim ſepulcra veſtra, & eduxerim vos de ſepulcris veſtris populus meus, & dabo in vos ſpiritum & viuētis, & requieſcetis in terra veſtra, & cognoscetis quōd ego Dominus locutus ſum, & fecerim, dicit Dominus. [²³³ Hanc quoque prædicationē ſcio qualiter cōcutiāt in allegoriæ argumētationē: quia dicēdo, Oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt, in imaginem ea fecerit Iſraël, & à propria conditione trāſtulit: atque ita figuratā eſſe non veram reſurrectionis prædicationem. Stātum enim Iudæorū deformari quodā modo emortuum & exaridum & diſperſum in cāpo orbis. Itaque & imaginē reſurrectionis in illum allegorizari, quia recolligi habeat & recōpingi os ad os, id eſt tribus ad tribū, & populus ad populum, & recorporari carnibus facultatū & neruis regni: atq; ita de ſepulcris, id eſt, de habitaculis captiuitatis triſtiſſimis atq; teterrimis educi, ²³⁴ & refrigerij nomine reſpirare, & viuere exinde in terra ſua Iudæa. & quid poſt hæc morietur ſine dubio. & quid poſt mortē? nulla, opinor, reſuſcitatio, ſi nō hæc erit ipſa quæ Ezechieli reuelatur. Sed enim & aliās prædicatur reſurrectio; ergo & hæc erit: & temerè in ſtatū eā Iudaicarū rerum conuertūt. Aut ſi alia eſt illa quam defendimus, nihil mea intereſt, dū ſit & corporum reſurrectio, ſicut & rerum Iudaicarū. Deniq; hoc ipſo quōd recidiuatus Iudaici ſtatus de recorporatione & readunatione oſſū figuratur, id quoque euenturū offibus probatur. Nō enim poſſet de oſſibus figura cōponi, ſi nō idipſum & oſſibus eueturum eſſet. ²³⁵ Nam etſi ſignētum veritatis in imagine eſt, imago ipſa in veritate eſt ſui, neceſſe eſt eſſe prius ſibi, quo alij configuretur. De vacuo ſimilitudo non cōpetit: de nullo parabola nō cōuenit. Ita oportebit oſſuum quoque credi reuiſcerationem & reſpirationē qualis dicitur, de qua poſſit exprimi Iudaicarum rerum reformatio qualis affingitur. Sed magis religioſum eſt veritatem de ſuæ auctoritate ſimplicitatis defendi, quā ſenſus diuinæ propoſitionis expoſtulat. Si enim ad res Iudaicas ſpectaret hæc viſio, ſtatim reuelato ſitu oſſuum ſubieciffet: Oſſa iſta omnis domus Iſraël eſt, &c. deinceps. At cū oſſibus, de propria ſpe eorum qui obloquitur, nō dū nominato Iſraële, & fidē tētat Propheta: Fili hominis, ſi viuēt oſſa hæc, vt & ille reſponderet, Domine tu ſcis: nō vtique Deus Propheta fidem de ea re tentaffet, quæ futura nō eſſet, quam nunquam Iſraël audiffet, quam credi nō oporteret: ſed quoniam prædicabatur quidē reſurrectio mortuorum, Iſraël verò pro ſua incredulitate diſſidens ſcandalizabatur: & aſpiciens habitū ſeneſcentis ſepulcræ deſperabat reſurrectionem, vel non in eam potius animum dirigebat, ſed in circumſtāſ ſuas: idcirco Deus & Prophetam quaſi & ipſum dubium præſtruxit ad cōſtantiam prædicationis, reuelato ordine reſurrectionis, & populo id credendum mādauit, quod Propheta reuelat-

A uelauit, ipſos dicens eſſe oſſa quæ erāt reſurrectura, qui nō credebāt reſurrectura. Deniq; in clauſula, Et cognoscetis, inquit, quōd ego Dominus locutus ſum, & fecerim: id vtique facturus, quod fuerat locutus. ceterum nō id facturus quod locutus, ſi aliter facturus quā locutus. [²³⁶ Planè ſi & populus allegoricè muſſitaret oſſa ſua arefacta, & ſpem ſuam perditam, diſperſionis exitu querulus, meritò videtur & Deus figuratā deſperationem figurata promiſſione conſolatus. Sed quum diſperſionis quidem iniuria nō dum populo accidiffet, reſurrectionis verò ſpes apud illū ſepiſſimè cecidiſſet, manifeſtus eſt de corporū interitu labefaſtās fiduciam reſurrectionis: ita & Deus eam reſtruebat fidē quam populus deſtruebat. Quanquam etſi aliqua præſentium rerū tunc conſtitatione mōrebat Iſraël, non idcirco in parabola accipiendā eſſet reuelationis intētio, ſed in teſtationem reſurrectionis, vt in illā ſpem erigeret illos æternæ ſcilicet ſalutis & neceſſarioris reſtitutionis, & auerteret à reſpectu præſentiu rerū. Ad hoc enim & alibi Prophetes: ²³⁷ Exhibitis de ſepulcris veluti vituli de vinculis ſoluti, & cōculcabitis inimicos. Et rurfum: ²³⁸ Gaudebit cor veſtrū, & oſſa veſtra velut herba oriētur: quia & herba de diſſolutione & corruptela ſeminis reformatur. In ſumma, ſi propriè in Iſraëlis ſtatum reſurgētium oſſuum imago cōtenditur, cur etiam non Iſraël tantummodò, verum & omnibus gentibus eadem ſpes annūtiatur, & recorporandarum & redanimandarum reliquiarū, & de ſepulcris exuſcilandorum mortuorum? De omnibus enim diſcū eſt: ²³⁹ Viuent mortui, & exurgēt de ſepulcris: *Iſai. 26.* ros enim qui à te eſt, medela eſt offibus eorum. Item alibi: ²⁴⁰ Veniet adorare omnis caro in conſpectu meo, dicit Dominus. Quando? quum prætereſſe cœperit habitus mūdi huius. Suprà enim, quemadmodum cœlum nouū & terra noua, quæ ego facio in cōſpectu meo, dicit Dominus, ita ſtabit ſemen veſtrum. Tūc ergo quod ſubiicit, implebitur. Et exhibūt, vtique de ſepulcris, & videbunt artus eorum qui impiè egerūt, quoniam vermīs illorum non deciderit, & ignis eorum non extinguetur: & erunt conſpectui omni carni, ſcilicet quæ reſuſcitata & egreſſa de ſepulcris Dominum pro hac gratia adorabit. [²⁴¹ Sed ne ſolūmodo eorum corporū reſurrectio videatur prædicari, quæ ſepulcris demandātur, ²⁴² habet ſcriptum: Et mandabo piſcibus maris, & eructuabunt oſſa quæ ſunt comēſta, & faciā cōpagem ad compagem, & os ad os. Ergo, inquit, & piſces reſuſcitabūtur, & ceteræ beſtiæ & alites carniuoræ, vt reuomāt quos comederūt: quia & apud Moysen legis exquiri ſanguinem de omnibus beſtiis: Nō vtique. Sed idcirco nominātur beſtiæ & piſces in reſurrectione carnis & ſanguinis, quō magis exprimat reſurrectio etiā deuoratorū corporum, quum de ipſis deuoratoribus exactio edicitur. ²⁴³ Puto autem huius quoque diuinæ poteſtatis documentum idoneū Ionam, quum incorruptus vtraque ſubſtātia carne atq; anima de aluo piſcis euoluitur: & vtique triduo concoquendæ carni viſcera ceti, ſuffeciſſet quā capulum, quā ſepulcrum, quā ſehium requietæ atque reconditæ alicuius ſepulcræ. ²⁴⁴ Saluo eo quōd & beſtias, feros in Chriſtianum vel maximè nomen homines, vel ipſos etiam iniquitatis angelos figurauit, de quibus ſanguis exigetur per vltionē peſandā. Quis ergo diſcendi magis affinis, quā præſumendi, & credendi diligētior, quā contendendi, & diuinæ potius ſapientiæ religioſus, quā ſuæ libidinofus, audiēs aliquid à Deo deſtinatū in carnes, & neruos, & oſſa, aliud quid hæc cōmētabitur, quaſi non in hominem deſtinetur, quod in iſtas ſubſtāſ prædicatur? Aut enim nihil in hominem deſtinatur, non liberalitas regni, nō ſeueritas iudicij, nō quodcūque eſt reſurrectio: aut ſi in hominē deſtinatur, neceſſe eſt in eas ſubſtāſ deſtinetur, ex quibus homo ſtructus eſt, in quem deſtinatur. Illud etiam de argutiſſimis iſtis demutatoribus oſſū, & carniū, & neruorum & ſepulcrorum requiro, cur ſi quando in animam quid pronūtiatur, nihil aliud animam interpretantur, nec tranſfigurant eam in alterius rei argumētū. Quū verò in aliquam ſpeciem corporalem quid edicitur, omnia potius aſſeuerāt, quā quod nominatur. Si corporalia parabolæ, ergo & animalia. Si nō & animalia, ergo nec corporalia. Tā enim corpus homo, quā & anima, vt nō poſſit altera ſpecies admittere ænigmata, altera excludere. [²⁴⁵ Satis hæc de Prophetico inſtrumento, ad Euangelia nūc prouoco, hic quoque occuſurus prius eidem aſtutiæ eorum, qui proinde & Dominū omnia in parabolis pronuntiaſſe contendūt, quia ſcriptū eſt: Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis, & ſine parabola non loquebatur ad illos, ſcilicet Iudæos. ²⁴⁷ Nā & diſcipuli: Quare, aiunt, in parabolis loqueris? & Dominus: Propterea in parabolis loquor ad eos, vt vidētes nō videant, & audientes non audiāt, ſecundū Eſaiam. Quōd ſi ad Iudæos in parabolis, iam non ad omnes: ſi non ad omnes in parabolis, iam nō ſemper, nec omnia parabolæ, ſed quædam & ad quōſdam. Ad quōſdam autem dum ad Iudæos. Nonnūquam planè &

LUC. 18. ad discipulos. Sed quomodo referat scriptura, cōsidera. Dicebat autem & parabolam ad eos: ergo & non parabolam dicebat: quia nō notaretur quum parabolā loquebatur, si ita **D**
Math. 13. semper loquebatur: ²⁴⁶ & tamē nullam parabolam non aut ab ipso inuenias edisseratā; vt
LUC. 18. de seminatore in verbi administratione, aut à commentatore Euangelij præluminatā; vt
LUC. 13. iudicis superbi & viduæ instantis ad perseverantiā orationis; aut vtrō coniectandam, vt
 arboris fici dilatae in spem, ad instar Iudaicæ infructuositatis. Quod si nec parabolæ obū-
 brant Euangelij lucem, tanto abest vt sententiæ & definitiones, quarum aperta natura est,
 aliter quàm sonant sapiant. Definitionibus autē & sententijs Dominus edicit, siue iudiciū,
 siue regnū Dei, siue resurrectionē: ²⁴⁹ Tolerabilis erit, inquit, Tyro & Sidoni in die iu-
 dicij. &, Dicite illis quod appropinquauerit regnū Dei. &, Retribuetur tibi in resurrectione
 iustorum. Si nomina absoluta sunt rerū, id est iudicij & regni Dei, & resurrectionis, vt
 nihil eorum in parabolam comprimi possit, nec ea in parabolas compellātur, quæ ad dis-
 positionem & transactionem, & passionē regni, iudicij, & resurrectionis prædicātur: atq;
 ita corporalia defendētur, vt corporalibus destinata, id est nō spiritalia, quia nō figurata.
²⁵⁰ Nam & idēd præstruximus tā corpus animæ quàm & carnis obnoxium esse mercedi-
 bus pro communi operatione pēlandis, ne corporalitas animæ occasionem subministrās
 figurarum, corporalitatem carnis excludat: quum vtrāque participem & regni, & iudicij,
 & resurrectionis oporteat credi: & nūc ed pergimus, vt corporalitatē carnalem propriē
 demōstremus à Domino significari in omni resurrectionis mētionē, salua animali, quā &
 ipsam pauci receperunt. [²⁵¹ Imprimis cum ad hoc venisse se dicit, vt quod perit saluū fa- **E**
LUC. 19. ciat. Quid dicas perisse hominem sine dubio. Totūmne an ex parte? vti que totum. Si qui-
 dem transgressio quæ perditionis humanæ causa est, tam animæ instinctu ex cōcupiscē-
 tia, quàm & carnis actu ex degustatione commissā, totum hominem elogio trāsgressionis
 inscripsit, atque exinde merito perditionis impleuit. Totus itaque saluus fiet, qui perit to-
 tus, delinquendo totus: nisi si & ouis illa sine corpore amittitur, & sine corpore reuoca-
 tur. Nā si caro quoque eius cū anima (quod pecus totum est) humeris boni pastoris adue-
 hitur, ex vtraque vti que substantia restituendi hominis exēplum est. Aut quàm indignū
 Deo, dimidiū hominem redigere in salutem, penē minus facere, quum etiā secularium
 principum plena semper ²⁵² indulgētia vindicetur. Diabolus validior in hominis iniuriā
 intelligitur, totum eum elidens: Deus infirmior renuntiabitur, non totum eum releuans.
ROM. 5. Atquin & Apost. suggerit: Vbi delictum abūdauerit, illic gratiam superabundasse. Quo-
 modo denique saluus habebitur, qui poterit & perditus dici? carne scilicet perditus, ani-
 ma verò saluus: nisi quod iā & anima in perditio cōstituatur necesse est, vt salua effici pos-
 sit, id enim saluū effici oportebit, quod perditū fuerit. ²⁵³ Porro autē recipimus animæ im-
 mortalitatem, vt perditā non in interitum credatur, sed in supplicij, id est in gehennam.
 Et si ita est, iam nō animam spectabit salua saluā, scilicet sua natura per immortalitatem,
 sed carnem potius, quam interibilem constat apud omnes. Aut si & anima interibilis, id
 est nō immortalis quod & caro, iam & carni forma illa ex æquo proficere debet, proinde
 mortali & interibili, qua id quod perit, saluum facturū est Dominus. Nolo nūc ²⁵⁴ cō- **F**
 tentioso fune deducere, hac, an illac hominē perditio deponat, dum vtrinque eū salua
 destinet, in ambas substantias peræquata. Ecce enim ex quacunque substantia hominem
 perisse præsumperis, ex altera non perit. Saluus ergo erit iam ex qua nō perit, & saluus ni-
 hilominus fiet ex qua perit. Habes totius hominis restitutionem, dum & quodcūq; eius
 perit, saluum facturū est Dominus: & quodcunque non perit, vti que nō erit perditurus.
IOAN. 6. Quis vltra de vtriusque substantiæ securitate dubitauit, quum altera salutem cōsecutura
 sit, altera amissura eam nō sit? Et tamē adhuc sensum rei exprimit Dominus: ²⁵⁵ Ego, dicēs,
 veni non vt meā, sed vt patris qui me misit, faciam voluntatem. Quā oro te? vt omne quod
 dedit mihi, non perdam ex eo quicquā, sed resuscitem illud in nouissima die. Quid à patre
 Christus acceperat, nisi quod & induerat hominē sine dubio, carnis animæque texturā.
 Neutrum ergo eorū quæ accepit, perire patietur: immò nec quicquam vtriusque, immò
 nec modicum, quod si modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicū, nec quicquā,
 quia nec quicquam. Atquin si non & carnem resuscitabit nouissima die, iam nō modicū
 patietur perire de homine, sed pro tanta dixerim parte propè totū. Ingerēs amplius: Hæc
 est patris voluntas, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitā æternā: & sus-
 cite illum nouissima die: ²⁵⁶ plenitudinem exstruit resurrectionis. ²⁵⁷ Distribuit enim v-
 trique substantiæ per officia propriam mercedem salutis, & carni per quam filius aspicie-
 batur, & animæ per quam credebatur. Ergo dices, illis erit promissa res, à quibus Chri-
 stus vi-

A stus videbatur. Sit planè ita, vt & ad nos eadem spes inde manuerit. Nam si vidētibus &
 idcirco credentibus fructuosa tunc fuerunt opera carnis atq; animæ, multò magis nobis.
²⁵⁸ Feliciores enim (inquit) qui non viderunt & credunt: quando etsi illis negaretur car-
 nis resurrectio, certè feliciores cōpetisset. Quomodo enim felices, si ex parte perituri?
 [²⁵⁹ Sed & præcipit, eum potius timēdum, ²⁶⁰ qui corpus & animam occidat in gehennā, xxxv.
 id est Dominū solū, nō qui corpus occidat, animæ autem nihil nocere possint, id est hu- **Math. 10.**
 manas potestates. Ad eod hīc & anima immortalis natura recognoscitur, quæ nō possit oc-
 cidi ab hominibus: & carnis esse mortalitatem, cuius sit occisio, atque ita resurrectionem
 quoque mortuorum carnis esse, quæ in gehennam nisi resuscitata nō poterit occidi. Sed
 quoniam & hīc de interpretatione corporis quæstio euallatur, ego corpus hominis nō a-
 aliud intellegam, quàm omnem istam struem carnis, quoquo genere materiā cōcinnat-
 ur atque variatur, quod videtur, quod tenetur, quod deniq; ab hominibus occiditur. Sic
 & parietis corpus nō aliud admittam quàm cæmēta, quàm saxa, quàm lateres. Siquis ar-
 canum aliquod corpus inducit, ostendat, reuelet, probeat ipsum esse etiam quod occidatur
 ab homine, & de illo erit dictum. Itē si animæ corpus opponit, vacabit astutia. Cū enim
 vtrumque proponitur, corpus atque animam occidi in gehennā, distinguitur corpus ab
 anima, & relinquitur intellegi corpus id quod in prōptu sit, caro scilicet: quæ sicut occi-
 detur in gehennā, si non magis à Deo timuerit occidi: ita & viuificabitur in vitam æternā,
 si maluerit ab hominibus potius interfici. Proinde si quis occisionem carnis atq; animæ in
 gehennam, ad interitum & finem vtriusque substantiæ arripit, non ad supplicij, (quasi
 consumendarum, non quasi puniendarum) recordetur ignem gehēne æternū prædicari,
 in pœnam æternam, & inde æternitatem occisionis agnoscat, propterea humanæ vt tēporā-
 li prætimendam. Tunc & æternas substantias credet, quarum æterna sit occisio in pœnā.
 Certè cū post resurrectionem corpus cum anima occidi habeat à Deo in gehennā, satis
 de vtroq; cōstabit, & de carnali resurrectione, & de æterna occisione. Absurdissimū alio-
 quin si idcirco resuscitata caro occidatur in gehennā, vt finiatur, quod & nō resuscitata
 pateretur. In hoc scilicet reficietur ne sit, cui non esse iam euenit. Eidem nos spei fulciēs,
 passerum quoque subiungit exemplum, ²⁶¹ quod ex duobus nō cadat alter in terram sine
 Dei voluntate: vt & carnem quæ ceciderit in terrā, proinde credas & resurgere posse per
 eiusdem Dei voluntatem. Nam etsi passeribus hoc non licet, sed nos multis passeribus an-
 tistamus, eo quod cadētes resurgamus. Quorum deniq; capillos capitis omnes numera-
 tos affirmans, saluos vti que repromittit. Perituros enim quæ ratio in numerū redegisset?
 nisi quia hoc est, vt omne quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam: id est, nec **IOAN. 6.**
 capillum: sicut nec oculum, nec dentem. Ceterum vnde erit fletus & dentium frendor in **Math. 8.**
 gehenna, nisi ex oculis & dentibus occiso scilicet etiam corpore in gehennam, & derruso **Math. 13.**
²⁶² in tenebris exteriores, quæ oculorum propria sunt tormenta. Siquis in nuptijs minus **Math. 8.**
 dignis operibus fuerit indutus, cōstringendus statim manibus & pedibus, vti que qui cum **Math. 22.**
 corpore surrexerit. Sic ergo & recūbere ipsum in Dei regno, & sedere in thronis duode- **Math. 8.**
 cim Christi, & assistere tunc ad dexteram vel sinistram, & edere de ligno vitæ, corporalis **19.**
 dispositionis fidelissima indicia sunt. [²⁶³ Videamus nunc an & Sadducæorum versutiam **xxxvi**
 elidens, nostram magis sententiā erexerit. Causa opinor quæstionis, fuit destructio resur- **Apo. 2.**
 rectionis. Siquidem Sadducæi neque animæ, neque carnis admittunt salutem: & idēd, ex **Math. 20.**
 qua vel maximè specie Resurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentum problemati **Math. 22.**
 suo accommodauerunt: ²⁶⁴ de carnis scilicet obtētu nupturæ necne post resurrectionem,
 sub eius mulieris persona, quæ septem fratribus nupta, in dubio haberetur, cui eorū resti- **ibidem.**
 tueretur. Porro seruentur sensus tam quæstionis quàm respōsionis, & cōtrouersia occur-
 sum est. Si enim Sadducæi quidem respuebant resurrectionem, Dominus autem eam cō-
 firmabat, & scripturarum ignaros increpans, earum scilicet quæ resurrectionē prædicaf-
 sent, & virtutis Dei incredulos, idoneæ vti que mortuis resuscitandis, postremò subiiciēs,
²⁶⁵ Quoniam autem mortui resurgant: sine dubio & confirmando esse quod negabatur,
 id est resurrectionem mortuorum apud Deum viuorum, talem quoque eam cōfirmabat
 esse, qualis negabatur, vtriusque scilicet substantiæ humanæ. Neque enim si nupturos tūc **LUC. 20.**
 negauit, idēd nec resurrecturos demōstrauit. Atquin filios resurrectionis appellauit, per
 eā quodammodò nasci habentes, postquā nō nubēt, sed resuscitati: similes enim erūt an- **1. Cor. 15.**
 gelis, quā non nupturi, quia nec morituri, sed quā transituri in statū angelicum, per indu-
 mentum illud incorruptibilitatis, per substantiæ, resuscitatæ tamen, demutationē. Cete-
 rum nec quæreretur, nupturi, siue morituri necne rursus essemus, si non eius vel maximè

substantiæ restituito in dubium vocaretur, quæ propriè & morte & nuptiis fungitur, id est carnis. Habes igitur Dominum confirmantem aduersus hæreticos Iudeorū, quod & nūc D
 XXXVII. negatur apud Sadducæos Christianorū, solidam resurrectionem. [267 Sic et si carnem ait
 Ioan. 6. nihil prodesse, ex materia dicti dirigendus est sensus. Nam quia durum & intolerabile existimauerūt sermonē eius, 268 quasi verè carnem suam illis edēdā determinasset, vt in spiritu disponeret statū salutis, præmisit: Spiritus est qui viuificat. Atque ita subiunxit: Caro nihil prodest, ad viuificandum scilicet. Exequitur etiam quid velit intellegi spiritū: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus sunt, vita sunt. sicut & supra: Qui audit sermones meos, & credit in eum qui me misit, habet vitam æternam, & in iudiciū nō veniet, 269 sed trāsit de morte in vitā. Itaque sermonem constituens viuificatorē, quia spiritus & vita sermo, eūdem etiam carnē suam dixit; quia & sermo caro erat factus, proinde in causam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus. 270 Nā & paulo antè carnem suam, panem quoque cœlestem pronūciat, virguens vsquequaq; per allegoriam necessariorum pabulorum, memoriā patrū, qui panes & carnes Ægyptiorum præuenterant diuinæ vocationi. Igitur cōuersus ad recogitatus illorum, quia senserat dispergendos, Caro, ait, nihil prodest. Quid hoc ad destruedam carnis resurrectionē? quasi nō liceat esse aliquid, quod et si nihil prodest, aliud tamē ei prodesse possit. Spiritus prodest, viuificat enim. Caro nihil prodest, mortificatur enim. Itaque secūdū nos magis collocauit vtriusque propositionem. Ostendens enim quid prodest, & quid non prodest, pariter illuminauit quid cui prodest, spiritum scilicet carni mortificatæ viuificatorē. 271 Veniet enim hora, inquit, quum mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuēt. Quid mortuū nisi caro, & quid vox Dei, nisi sermo, & quid sermo, nisi spiritus? Meritō carnē resuscitaturus quod factus est ipse, & ex morte quā passus est ipse, & ex sepulchro quōd illatus est ipse. Denique quū dicit: Ne miremini quōd veniet hora in qua omnes qui in monumentis sūt, audient vocē filij Dei, & procedent: qui bona fecerunt, in vitā resurrectionē, qui mala, in resurrectionē iudicij: nemo iā poterit aliud mortuos interpretari, qui sint in monumentis nisi corpora & carnem: quia nec ipsa monumenta aliud quā cadauerū stabula. Siquidē & ipsi homines veteres, id est peccatores, id est mortui per ignorantiā Dei, quos monumenta intelligendos argumentantur hæretici, de monumentis processuri in iudicium, apertè prædicantur. Ceterum quomodo de monumentis monumenta procedent? [272 Post dicta Domini, facta etiā eius quid sapere credamus de capulis, de sepulchris mortuos resuscitatis? Cui rei istud? Si ad simplicē ostentationem potestatis, aut ad præsentē gratiam redanimationis, nō adeo magnū illi, denuōd mortuos suscitare. 273 Enimuerō si ad fidē potius sequestrandā futuræ resurrectionis, ergo & illa corporalis præscribitur de documenti sui forma. Nec sustinebo dicentes, idcirco tūc resurrectionem animæ soli destinatam, in carnem quoque præcurrisse, quia nō potuisset aliter ostendi resurrectio animæ inuisibilis, nisi per visibilis substantiæ resuscitationem; malè Deum norunt, qui nō putāt illum posse, quod non putant, & tamē sciunt potuisse, si instrumentū Ioānis norūt. Qui enim animas adhuc solas martyrum sub altari quiescentes cōspectui subdidit, posset vtiq; & resurgētes oculis exhibere sine carne. At ego Deum malo decipere nō posse, de fallacia solummodò infirmū, ne aliter documēta præmisisse quā rē disposuisse videatur: immō ne si exemplū resurrectionis sine carne nō valuit inducere, multo magis plenitudinē exempli in eadem substantia exhibere nō possit. Nullum verò exemplū maius est eo, cuius exemplum est. Maius est autem, si animæ cum corpore resuscitabūtur in documētum sine corpore resurgendi, vt tota hominis salus dimidiæ patrocinetur: quando exemplorū cōditio illud potius expeteret quod minus haberetur, animæ dico solius resurrectionē, velut gustum carnis etiam resurrectionis suo in tempore. Atque adeo secūdum nostrā veri existimationem, exempla illa mortuorū à Domino suscitatorum, cōmendabant quidem & carnis & animæ resurrectionem, ne cui substantiæ negaretur hoc donū, quæ tamē exempla eo minus aliquid ædebant (nō enim in gloriam, nec incorruptibilitatem, sed in mortē aliam suscitabantur) quā adiderit Christus. [274 Resurrectionē Apostolica quoque instrumenta testantur. nam & Apostolis nullum aliud negotium fuit dūtaxat apud Israëlē, quā veteris Testamēti resignandi, & noui consignādi, & potius iam Dei in Christo cōcionandi. Ita & de resurrectione nihil noui intulerunt, nisi quōd & ipsam in gloriam Christi annuntiabāt, de cetero simplici & nota iam fide receptam sine vlla qualitatis questione, solis refragantibus Sadducæis: adeo facilius fuit negari in totum mortuorum resurrectionem, quā aliter intelligi. Habes Paulum apud summos sacerdotes sub tribus inter

A inter Sadducæos & Phariseos fidei suæ professorē: 275 Viri, inquit, fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum, de spe nunc & de resurrectione iudicor apud vos: vtiq; communi, ne quia iam trāsgressor legis videbatur, de præcipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione, ad Sadducæos sapere existimaretur. Ita quam nolebat videri rescindere fidem resurrectionis, vtiq; confirmabat secūdum Phariseos, respuēs negatores eius Sadducæos. 276 Proinde & apud Agrippam nihil se ait proferre, citra quā Prophetæ annuntiaissent. Ergo seruabat resurrectionem quoque qualem Prophetæ annuntiant. Nam & de resurrectione mortuorum apud Moysen scriptum commemorans, corporalem eam Gen. 9. norat, in qua scilicet sanguis hominis exquiri habebit. Itaque talem prædicabat, qualē & Pharisei susceperant, & Dominus ipse defenderat, & Sadducæi ne talem quoque crederent, in totum esse noluerant. 277 Sed nec Athenienses aliam intellexerant à Paulo portēdi. denique irriserant, non irrisuri omnino, si animæ solius restitutionem ab eo audissent. Suscepissent enim vernaculæ suæ Philosophiæ frequentiore præsumptionem. At vbi nationes præconium resurrectionis inaudite retrò ipsa nouitate cōcusit, & digna incredulitas rei tanræ quæstionibus fidem torquere cœpit, tunc & Apostolus 278 per totum penē instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, & esse eam ostendens, & nondum transactam: & (de quo magis quærebatur) corporalem: & quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem. [279 Nihil autē mirum, si & ex ipsius instrumento captentur argumenta, 280 quū oporteat hæreses esse, quæ esse nō possent, si non & perperam scripturæ intelligi possent. Naçtē denique hæreses duos homines ab Apostolo æditos, interiorē, id est animā, & exteriorē, id est carnē: salutē quidē animæ, id est interiori homini: exitiū verò carni, id est exteriori adiudicauerūt: quia scriptū sit Cōrinthiis: Nam et si homo noster exterior corrūpitur, 281 sed interior renouatur de die & die. Porro nec anima per semetipsam homo, quæ figmēto iā homini appellata postea inserta est: nec caro sine anima homo, quæ post exiliū animæ cadauer inscribitur. Ita vocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodò fibula est, sub quo vocabulo non possunt esse nisi coherentes. Porro Apostolus interiorem hominem non tam animam quā mentem atque animum intellegi mauult, id est, non substantiam ipsam, 282 sed substantiæ saporem. Siquidem Ephesius scribens, 283 in interiorem hominem habitare Christum, 284 sensibus vtiq; interi- 2. Cor. 4. mandum Dominum significauit. Denique adiunxit: per fidem, & in cordibus vestris, & in dilectione. Eadem quidē & dilectionē, nō substantiua animæ ponens, sed conceptiua. In cordibus autem dicens, quæ substantiua sunt carnis, iam & ipsum interiorem hominem carni deputauit, quem in corde constituit. Inspice nunc quomodo exteriorem quidem hominem corrumpi allegarit, interiorem verò renouari de die ac die. Nec illam corruptelam carnis affirmes, quam ex die mortis in perpetuum defectura patiatur: sed quam in istius vitæ spatio ante mortem & vsque ad mortem vexationibus & pressuris, tormentis atque suppliciis, nominis causa experietur. Nam & homo interior hic vtiq; renouari habebit per suggestum spiritus, proficiens fide & disciplina de die ac die: nō illic, id est non post resurrectionem: vbi non vtiq; de die ac die renouari habemus, sed semel ad summam. De sequentibus disce: 285 Quod enim ad præsens est, inquit, temporale & leue pressuræ nostræ per supergressum æternum gloriæ pondus perficiet in nobis, non intuentibus quæ videntur, id est pāsiones, sed quæ non videntur, id est mercedes. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ verò non videntur, æterna sunt. Pressuras enim & læsuras, quibus corrumpitur homo exterior, vt leues & temporales, idcirco contemnendas affirmat, præferens mercedum æternarum inuisibilibium & gloriæ pondus in compensationem laborum, quos hic caro patiēdo corrumpitur. Aded non illa est corruptio, quam in perpetuum carnis interitum, ad resurrectionem expellendam exteriori homini ascribunt. Sic & alibi: 286 Siquidem, ait, Rom. 8. compatimur, vti & conglorificemur. Reputo enim non dignas esse pāsiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ in nos habet reuelari. Et hic minora ostendit incommoda præmiis suis. Porro si per carnem compatimur, cuius est propriè pāsionibus corrumpi, eiusdem erit & quod pro compassione promittitur. Atque adeo carni ascribit pressurarum proprietatem, 287 vt & supra dicat: Quum venissemus 2. Cor. 7. autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra. Dehinc vt & animæ daret compassionem: 288 In omnibus, inquit, compressi. Extrinsecus pugna, debellantes scilicet carnem: intrinsecus timor, afflicans scilicet animam. Aded et si

corruptitur homo exterior, non ut amittens resurrectionem, sed ut sustinens vexationem corrumpi intellegatur, & hoc non sine interiore. Ita amborum erit etiam conglorificari, sicut & compati. Secundum collegia laborum, consortia etiam decurrant necesse est premiorum. [189] Eandem adhuc sententiam exequitur, remunerationes vexationibus preferens. 200 Scimus enim, inquit, quoniam etsi terrena domus nostra huius tabernaculi dissoluatur, habemus domum non manufactam æternam in cœlis, id est, per hoc quod dissoluatur caro nostra per passiones, domiciliū cōsecuturi sumus in cœlis. Meminerat Euangelicæ definitionis: Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiam, quia illorum est regnum cœlorum. Non tamen carnis restitutionem negauit, si compensationem mercedis opposuit, cum ipsi compensatio debeatur, cui dissolutio deputatur, scilicet carni. Sed quia domum dixerat, carnem, elegāter voluit & in mercedis comparatione vocabulo domus uti, ipsi domui quæ dissoluatur per passionē, meliorem domum repromittens per resurrectionem. Nam & Dominus multas mansiones quasi domus, apud patrem repromittit. Quamquam & de domicilio mundi potest intellegi, quo dissoluto æterna sedes repromittatur in cœlis: quia & quæ sequuntur, ad carnem manifestē pertinētia, ostēdunt priora non ad carnem pertinere. Diuisionem enim facit Apostolus, quum subiicit: 201 Nā & in hoc ingemiscimus; domiciliū nostrum, quod de cœlo est, superindui desiderantes; siquidem exuti non nudi inueniamur, id est, antē volumus superinducere virtutem cœlestem æternitatis, quā carne exuamur. Huius enim gratiæ priuilegium illos manet, qui ab aduentu Domini deprehēdentur in carne, & propter duricias temporū Antichristi merebuntur compendio mortis per demutationem expunctæ concurrere cum resurgētib; sicut Thessalonicensibus scribit. Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini, quod nos qui viuimus, qui remanemus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. 202 Quoniā ipse Dominus in iussu & voce archangeli & in tuba Dei descēdet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi. Dehinc nos cū ipsis simul rapiemur in nubibus obuiam Domino in aëra, & ita semper cum Domino erimus. [203] Horum demutationē ad Corinthios dedit, dicens: 204 Omnes quidem resurgemus, non autem omnes demutabimur, 205 in atomo, in momentaneo motū oculi, in nouissima tuba: Sed illi scilicet soli qui inueniuntur in carne. 206 Et mortui, inquit, resurgent, & nos demutabimur. Hac ergo prius dispositione prospecta, reliqua reuocabis ad superiorem sensum. Nam quum adiicit, Oportet enim corruptiuum istud induere in corruptelam, & mortale istud induere immortalitātē; hoc erit illud domiciliū de cœlo, 207 quod gemētes in hac carne superindui desideramus, utique super carnem in qua deprehēdemur, quia grauari nos ait, qui sumus in tabernaculo, quod nolimus exui, sed potius superindui, uti deuoretur mortale à vita: scilicet dum demutatur, superinduendo quod est de cœlis. Quis enim non desiderabit, dum in carne est, superinducere immortalitatem, & continuare vitam lucrificta morte per vicariam demutationē, ne inferos experiatur, vsque nouissimum quadrantem exacturus? Ceterū demutationem etiam post resurrectionem consecuturus est, inferos iam expertus. Abhinc enim definimus, carnem quidem omni modo resurrectionem, atque illam ex demutatione superuentura habitū angelicū suscepturam. Aut si in his solis qui inueniuntur in carne, demutari eā oportebit, uti deuoretur mortale à vita, id est caro ab illo superindumento cœlesti & æterno: ergo qui mortui deprehēdentur, vitam non consequentur, priuati iam materia, & ut ita dixerim, esca vitæ, id est carne. Aut necesse est recipiant eam & illi: ut & in ipsis mortale deuorari possit à vita, si vitam sunt consequuturi. Sed in mortuis, inquis, iam deuoratum erit mortale istud. Non utique in omnibus. 208 Quantos enim licebit vel pridianos inueniri, tam recentia cadauera, ut nihil in illis deuoratum videri possit? Utique enim deuoratum non aliud existimas, quā interceptum, quā abolitum, quā omni sensu ereptum: quod comparēre omni genere cessauerit. Nec Gigantum autem antiquissima cadauera deuorata constabit, quorum crates adhuc viuunt. 209 Diximus iam de isto alibi, 300 Sed & proxumē in ista ciuitate 301 quum Odei fundamenta tot veterum sepulcrarum sacrilega collocarentur; quinquentorum ferē annorum ossa adhuc succida, & capillos olentes populus exhorruit. Constat non tantum ossa durare, verum 302 & dentes incorruptos perennare, quæ ut semina retinentur fructificaturi corporis in resurrectione. Postremò etsi tunc deuoratum inuenietur mortale in omnibus mortuis, certē à morte, certē ab æuo, certē per ætatem, nunquid à vita, nunquid à superindumento, nunquid ab immortalitatis ingestu? Porro qui

A rō qui ab his ait deuoratum iri mortale, ab alijs negauit. Et utique hoc à diuinis viribus, nō à naturalibus legibus perfici præstariq; cōueniet. Ergo cū à vita habeat deuorari quod mortale est, id exhiberi omnifariam necesse est ut deuoretur, & deuorari ut demutetur. Si ignem dicas accendi oportere, non potes id per quod accenditur, alibi necessarium adfirmare, alibi non. Sic & cū infulcit: Siquidem exuti non nudi inueniamur, de eis scilicet qui non in vita, nec in carne deprehēdentur à die Domini, nō aliā negauit nudos, quos prædixit exutos, nisi quia & reuestitos voluit intellegi eadem substātia, qua fuerat spoliati. Ut nudi enim inueniantur, carne deposita, vel ex parte discissa siue detrita. Et hoc enim nuditas potest dici. Dehinc & recipiet eam, ut redinduti carnē, fieri possint etiam superinduti immortalitatem. Superindui enim nisi vestito iam conuenire nō poterit. [303] Proinde inde quum dicit: 304 Itaq; confisi semper, & scientes quod quum immoramur in corpore, peregrinamur à Domino; per fidem enim incedimus nō per speciem; manifestum est hoc quoque non pertinere ad offuscationē carnis quasi separantis nos à Domino. Et hīc enim exhortatio fastidiendæ vitæ huius obuertitur, siquidem peregrinamur à Domino quā diu viuimus. Per fidem incedentes, non per speciem, id est spe, nō re, & ideò subiūgit: 305 Fidentes autem & bonum ducentes magis peregrinari à corpore & immorari ad Dominū, scilicet ut per speciem magis incedamus quā per fidē, per rē potius quā per spem. Vides quā hīc & corporum cōtemptū ad martyriorū præstantiā referat. Nemo enim peregrinatus à corpore statim immoratur penes Dominū, nisi ex martyrij prærogatiua, paradiso scilicet nō inferis 307 deuersurus. Defecerāt autē Apostolo verba ad significādū de corpore excessum? An ratione etiā nouē loquitur: temporalem enim absentiam à corpore volens significare, peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinatur, etiā reuertetur in domiciliū. Exinde etiā ad omnēs: 308 Et ideò gestimus, inquit, siue peregrinātes, siue immorantes placibiles illi esse. Omnes enim manifestari nos oportet 309 ante tribunal Christi. Si omnes, & totos: si totos, & interiores & exteriores, id est tā animas quā & corpora, 310 ut vnusquisque, inquit, reportet per corpus secundū quæ gessit, bonū, siue malū. Hoc iam quomodo legas, quæro. quasi turbatē enim per hyperbaton struxit, utrumne quæ per corpus reportanda erunt, an quæ per corpus gesta sunt. Sed & si quæ per corpus reportanda sunt, corporalis indubitatē resurrectionis est: & si quæ per corpus gesta sunt, per corpus utique pensanda sunt, per quod & gesta sunt. Ita & totus hīc à capite tractatus Apostoli tali clausula detextus qua carnis resurrectio ostenditur, secundum hæc erit intelligendus quæ cum clausula consonant. [311] Si enim adhuc ad superiora respectes, vnde mentio hominis exterioris & interioris inducta est, nōnne & dignitatē & spem carnis integrā inuenies? Dum enim de lumine quod illuxerit Deus in cordibus nostris 312 ad illuminationem agnitionis gloriæ suæ in persona Christi, dicit habere nos thesaurum istum in testaceis vasis, scilicet in carne, utrumne quia testacea est, secundum originem, scilicet ex limo destruetur, an quia diuini thesauri cōditorium est, extolletur? Atquin si lumē ipsum Dei, illud verum quod est in persona Christi, vitam in se continet, eaque vita cum lumine cōmittitur in carnem, peritura est in quam vita committitur: Planē sic periturus & ipse thesaurus. perituris enim peritura creduntur, sicut veteribus vtribus nouum vinum. Cū item subiicit: Semper mortificationem Christi Iesu circūferentes in corpore nostro, quæ ista res est quæ post Dei templum, iam & sepulcrum Christi potest dici? Cur autē mortificationem Domini circumferimus in corpore? 313 uti & vita Iesu, inquit, manifestetur. Vbi in corpore nostro. In quo in mortali, ergo in carne planē mortali, secundum culpā, sed & vitali secundū gratiam, vide quātam, ut in illa vita Christi manifestetur. In re ergo aliena salutis, sed in substātia perpetuæ dissolutionis, manifestabitur vita Christi æterna, iugis, incorrupta, iā & Dei vitæ aut cuius tēporis vita Domini manifestabitur in corpore nostro? Illa quidem quam vixit vsque in passionē, quæ non modò apud Iudæos in manifesto fuit, verum etiam omnibus nunc gētibus prodita est. Ad eā significat 314 quæ portas adamantinas mortis, & æneas seras inferorum infregit, quæ exinde iam nostra est. Denique manifestabitur in corpore, quando post mortem, quomodo? dum resurgimus in corpore, sicut & Christus. Ne enim quis argumentetur, nūc habere manifestari vitam Iesu in corpore nostro per disciplinam sanctitatis & patientiæ, & iustitiæ, & sapiētiae, quibus Domini vita floruerit, prouidentissima Apostoli intentio ingerit: 315 Si enim nos qui viuimus, in mortem tradimur, propter Iesum, ut vita eius manifestetur in corpore nostro mortali. Ad eō defunctis nobis hoc ait, futurum in corpore nostro. Quod si tunc, quo-

Ibidem. modo nisi ruscitato eo? (proinde & in clausula: Scientes, ait, quod qui suscitauit Iesum, D
 & nos suscitabit cum ipso, qui iam resurrexit à mortuis) nisi quia: cum ipso sicut ipsum, D
 xlv. sapit. Si verò sicut ipsum, nõ utique sine carne. [327 Sed & rursus alia cæcitate in duos ho-
 Ef. 4. mines impingunt, in veterem & in nouum, monente Apostolo, deponere nos veterem ho-
 minem 328 qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis, renouari autem spiritus sen-
 sus, & induere nouum hominẽ qui secundum Deum conditus est, in iustitia, & religione
 veritatis, vt & hic ad duas substantias distinguendo, vetustatem ad carnem, nouitatem ad
 animam, corruptionem perpetuam veteri defendat, id est carni. Porro si secundum substantias,
 nec anima nouus homo, quia posterior, nec caro ideò vetus, quia prior. quãtulum e-
 nim temporis inter manũ Dei & adflatum? ausim dicere, etiam si multò prior anima quã
 caro, eo ipso quod anima impleri se expectauit, priorẽ eam fecit. Omnis enim cõsumma-
 tio atque perfectio, 329 etsi ordine postumat, effectu tamẽ anticipat. Magis illud prius est,
 sine quo priora nõ possunt. Si caro vetus homo, quando istud? à primordio? atquin Adam
 nouus totus, & ex nouo vetus nemo. nam & exinde à benedictione genitura, caro atq; a-
 nima simul fiunt sine calculo tẽporis, vt quæ simul in vtero etiã figurãtur. 330 quod docui-
 mus IN COMMENTARIO ANIMÆ, 331 cõtemporant factu, coætaneãt natu, duos istos
 homines sanẽ ex substantia duplici, non tamẽ & ætate, sic vnum edunt, dum prior neuter
 est. Citius est totos nos aut veteres aut nouos esse: quã enim alterum possimus esse, nesci-
 mus. Sed Apostolus veterẽ hominẽ manifestẽ notat. 332 Exponentes enim, inquit, secundũ
 E pristinam conuersationem veterem hominem, non secundum alicuius substantiã seniũ.
 Neque enim carnem præcipit deponamus, sed quæ & alibi carnalia ostendit, opera non
 corpora accusans, de quibus & hic subiicit: Deponentes mēdaciũ, loquimini veritatem
 Gal. 5. vnusquisque ad proximum suum, quoniam membra alterutrum sumus. Irascimini autẽ,
 Ephes. 4. & nolite delinquere. Sol non occidat super iracundiam vestram. Neque dederitis locum
 Psal. 4. diabolo. Qui furabatur, iam non furetur, immò potius laboret operãdo manibus, vt ha-
 beat impartite indigenti. Omnis sermo turpis non procedat ex ore vestro, sed si quis opti-
 mus ad ædificationem fidei, vt gratiam audientibus præstet. Et nolite contristare spiritũ
 Dei sanctũ in quo signati estis, in redemptionis die. Omnis amaritudo & ira & clamor &
 blasphemia & indignatio auferatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem in alterutrum
 benigni, misericordes, donãtes inuicẽ, sicut & Deus vobis donauit in Christo. Igitur qui
 carnem veterem hominem existimant, cur non mortẽ sibi properãt, vt veterem hominem de-
 posito præceptis Apostoli occurrãt? Nos enim qui totam fidem in carne administrãdam
 credidimus, immò & per carnem cuius est & os ad proferendũ optimum quẽque sermo-
 nem, & lingua ad non blasphemandũ, & cor ad non indignandũ, & manus ad operãdũ
 & largiendũ, tam vetustatem hominis quã nouitatem, ad moralem non ad substantiãle
 differentiam pertinere defendimus. Atque ita pariter agnoscimus, hominem qui secundũ
 pristinam conuersationem vetus fuerit, eundẽ & corrumpi ita dictum secundum concu-
 piscentiã seductionis, quemadmodum & veterem secundum pristinam conuersationẽ,
 non secundum carnem per interitum perpetuum. Ceterũ carne tam saluum quã eundẽ F
 dem, vt potẽ vitiosã disciplinã, nõ corpulentiam exutũ. [333 Talem vbiq; Apostolũ
 Rom. 8. recognoscas, ita carnis opera damnantem, vt carnem dãnare videatur: sed ne ita quis exi-
 stimet, ex aliorum vel cohærentium sensuum suggestu procurantem. 334 Nã & dices: Eos
 qui in carne sunt, Deo placere non posse, statim de prauo intellectu ad integrũ reuocat,
 adiciẽs: Vos autẽ nõ estis in carne, sed in spiritu. Eos enim quos in carne esse constabat,
 negãdo in carne esse, in operibus carnis nõ esse mōstrabat. Atq; ita illos demũ Deo pla-
 cere nõ posse: nõ qui in carne essent, sed qui carnaliter viuerẽt: placere autẽ illos Deo, qui
 in carne positi, secundũ spiritũ incederent. Et rursus: 335 Corpus quidẽ ait, mortuũ, sed pro-
 pter delinquẽtiã sicut spiritũ vitã propter iustitiã. Vitã autẽ morti opponẽs in carne cõsti-
 turã, sine dubio illic & vitã repromisit ex iustitia, vbi mortẽ determinauit 336 ex delinquẽ-
 tia. Ceterũ frustra opposuit vitam morti, si non est illic vbi est & ipsa cui eam opposuit,
 excludendã utiq; de corpore. Porro si vita mortẽ de corpore excludit, non potest id per-
 ficere, nisi illud penetraret vbi est quod excludit. Et quid ego nodosius, cum Apostolus ab-
 solutius? 337 Si enim, inquit, spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat in vobis, qui suscita-
 uit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritũ
 eius in vobis: vt & si animam quis corpus mortale præsumpserit, quum hoc & carnem ne-
 gare non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur agnoscere secundũ eiusdem status
 commu-

A communionem. Ex sequẽtibus adhuc discas opera carnis damnari, nõ ipsã. Itaque fra-
 tres, ait, debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus; si enim secundum car-
 nem vixeritis, futurum est vt moriamini: si verò spiritu actus carnis mortificaueritis, viue-
 tis. Porro vt ad singula quæque respondeam, si in carne constitutis secundum spiritum tam-
 en degẽtibus salus repromittitur, iam nõ caro aduersatur salutis, sed operatio carnis. O-
 peratione autem carnis exclusã, quã causa est mortis, salua iã caro ostenditur causa carẽs
 mortis. 338 Lex enim, inquit, spiritus vitæ in Christo Iesu manumisit me à lege delinquenti-
 æ & mortis: certẽ quã præmisit: habitare in mēbris nostris. Ergo iam mēbra nostra lege
 mortis non tenebuntur, quia nec delinquentiã, à quibus manumissa sunt. Quod enim in-
 ualidum erat legis in quo infirmabatur per carnem, misso Deo filio suo in simulacro car-
 nis delinquentiã, & per delinquentiam damnauit delinquentiam in carne, non carnẽ in
 delinquentia: neque enim domus cum habitatore damnabitur. 339 Habitare enim pecca-
 tum dixit in corpore nostro. Damnata autem delinquentia, caro absoluta est: sicut indẽ-
 nata ea, legi mortis & delinquentiã obstricta est. 340 Sic & sensum carnis mortem appella-
 uit, dehinc & inimicitia ad Deum, sed non carnẽ ipsã. Cui ergo, dices, reputabitur sen-
 sus carnis, si non substantiã ipsi? Planẽ si probaueris aliquid carnem de suo sapere. Si verò
 sine anima nullius est sensus, intellege sensum carnis ad animam esse referẽdum, carni in-
 terdum deputatum, quia per carnem administratur: Et ideò habitare ait delinquentiã in
 carne, quia & anima à qua delinquentia inducitur, inquilina est carnis, mortificatã quidẽ,
 B sed non suo, verũ delinquentiã nomine. Nam & alibi: 341 Quomodo, inquit, etiam nũc
 velut viuentes in mundo sententiam fertis: non ad mortuos scribẽs, sed ad eos qui desine-
 re deberent, mundialiter viuere. [342 Hæc enim erit vita mundialis, 343 quam veterem ho-
 minem dicit confixum esse Christo, non corporalitatem, sed mortalitatẽ. Ceterũ si nõ
 ita accipimus, nõ est corporalitas nostra confixa, nec crucem Christi caro nostra perpẽ-
 sa est, sed quemadmodum adiecit, vt euacuetur corpus delinquentiã, per emẽdationem
 vitæ, non per interitum substantiã, sicut ait, vti hæcenus delinquentiã seruiamus. Et vt hac
 ratione mortuui Christo credamus quod etiã conuiuemus illi. Sic enim, inquit, & vos
 reputate mortuos quidem vos, cuiam? carni? non, sed delinquentiã. Ergo salui erũt car-
 ni, viuentes autem Deo in Christo Iesu, per carnẽ utique cui mortui non erunt: delinque-
 tiã scilicet mortui, non carni. Nã & adhuc ingerit: Ne ergo regnauerit in corpore vestro
 mortali delinquentia, ad obaudiendum illi, & ad exhibendũ membra vestra arma iniu-
 stitiã delinquentiã. Sed exhibete vosmetipsos Deo velut ex mortuis viuos, non velut vi-
 uos, sed velut ex mortuis viuos: & membra vestra arma iustitiã. Et rursus, 344 Sicut exhi-
 buistis membra vestra famula immunditiã, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nũc ex-
 hibete membra vestra famula iustitiã in sanctificium. Quum enim serui essetis delin-
 quentiã, liberi eratis iustitiã. Quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nũc cõ-
 fundimini? finis enim illorum mors. Nunc verò liberi facti à delinquentia, famulati autẽ
 C Deo, habetis fructum vestrum in sanctificium, finem autem vitam æternã. Stipendia e-
 nim delinquentiã mors, donatiuum autem Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino no-
 stro. Ita per totam hanc sensuum seriem ab iniustitia & delinquentia membra nostra di-
 uellens, & iustitiã & sanctimoniã adiungens, & transferens eadem à stipendio mortis ad
 donatiuum vitæ æternæ, carni utique compensatiõem salutis repromittit, cui nullã om-
 ninò competisset imperari propriam sanctimoniã & iustitiã disciplinã, si non ipse es-
 set & præmium disciplinæ, 345 sed nec ipsum baptisma committi, si per regenerationem,
 non etiam restitutioni inauguraretur, hoc quoque Apostolo ingerente: 346 An ignoratis
 quod quicumque in Christum Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus; cõsepulti
 ergo illi sumus post baptisma in mortem, vt quẽadmodum surrexit Christus à mortuis,
 ita & nos in nouitate vitæ incidamus. Ac ne de ista tãtũ vita putes dictũ, quã ex fide per
 baptisma in nouitate vitæ incidamus. Si enim cõsati sumus simulacro mortis Christi, simul & resurrectionis erimus. Per simulacrum enim morimur in ba-
 ptismate, sed per veritatem resurgemus in carne, sicut & Christus. 347 Vt sicut regnauit in
 morte delictum, ita & gratia regnet per iustitiã in vitam sempiternã, per Iesum Christũ
 Dominum nostrum. Quomodo ita, si non æquẽ in carne? vbi enim mors, ibi & vita post
 mortem, quia & vita ibi antẽ, vbi postea mors. Nam si regnum mortis nihil operatur
 quã carnis dissolutionem, proinde vitam contrariam morti, contrarium oportet opera-
 ri, id est, carnis redintegrationem, vt sicut deuorauerat mors inualecendo, ita & mori-
 N N iij

1. Cor. 15. tali deuorato ab immortalitate, audire possit: Vbi est mors aculeus tuus? vbi est mors contentio tua? Sic enim & gratia illic superabundabit, vbi & iniquitas abundabit. Sic & virtus in infirmitate perficietur, quod perit saluum faciens, quod mortuum est viuificans, quod percussum est sanans, quod languit medicans, quod ereptum est redimēs, quod famulatum est liberans, quod seductum est reuocans, quod elisum est suscitans. ³³⁹ Et quidem de terra in cœlum, vbi nostrum municipatum Philippenses quoque ab Apostolo discunt: Vnde & salūficatorem nostrum expectamus Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostræ humilitatis, conformale corpori gloriæ suæ, sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus est ante passionem. Hæc erūt corpora nostra que Romanos obsecrat exhibere, hostiam viuam, sanctā, placibilem Deo. Quomodo viuam, si peritura sunt? quomodo sanctam, si profana sunt? ³⁴⁰ quomodo placibilem, si damnata sunt? Age iam quod ad Thessalonicēses ³⁴¹ vt ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, qualiter accipient lucifugæ isti scripturarum: ³⁴² Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos? Non sufficit, sed sequitur: Et integrum corpus vestrū, & anima, & spiritus sine querela conseruentur in præsentia Domini. Habes omnem substantiam hominis saluti destinata, nec alio tempore quam in aduentu Domini, qui clausus est resurrectionis. [³⁴³ Sed caro, inquis, & sanguis regnum Dei ³⁴⁴ hæreditate possidere non possunt. Scimus hoc quoque scriptū, sed de industria distulimus hucusque, vt quod aduersarij in prima statim acie obstruunt, in vltima congreffione prosterneamus, omnibus quæstionibus quasi auxilijs eius ante deiectis. Sed & nunc expectent præcedentia recognosci, vt & huic sensui sua origo præiudicet. Opinor Apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione Ecclesiasticæ disciplinæ, summam & sui Euāgelij & fidei illorum in Dominicæ mortis & resurrectionis demandatione concluderat, vt & nostræ spei regulam inde deduceret, vnde constaret. Itaque subiicit: ³⁴⁵ Si autem Christus prædicatur, quod à mortuis resurrexit, quomodo quidam dicunt in vobis, resurrectionem mortuorum non esse? quæ si non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides vestra, inuenimur autem falsi testes Dei, qui testimonium diximus aduersus Deū, quod resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. Nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, quia adhuc in delictis vestris estis, & qui in Christo dormierunt, perierunt. Per hæc cui nos rei credēda videretur exstruere: resurrectioni, inquis, mortuorum quæ negabatur. certè sub exemplo Dominicæ resurrectionis volens eam credi. certè, inquis. Exemplum porrò ex diuersitate an ex paritate componitur? vtique, inquis, ex paritate. Quomodo autem Christus resurrexit, in carne, an non? sine dubio ³⁴⁶ si mortuum, si sepultum audis secundum scripturas, non aliàs quam in carne, æquè resuscitatum in carne concedis. Ipsum enim quod cecidit in mortē, quod iacuit in sepultura, hoc & resurrexit, nō tam Christus in carne quam caro in Christo. Igitur si ad exemplum Christi resurgemus, qui resurrexit in carne, iam non ad exemplū Christi resurgemus, si nō in carne & ipsi resurgemus, Quia per hominem, inquit, mors, & per hominē resurrectio: vt separaret quidem auctores, mortis Adam, Christū resurrectionis, eiusdem autem constitueret substantiæ resurrectionem cuius & mortem, per ipsorum auctorem in nomine hominis comparationem. Si enim sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabūtur, carne viuificabuntur in Christo, sicut in Adā carne moriuntur. Vnusquisq; autē in suo ordine, scilicet quia & in suo corpore. Ordo enim nō aliud quam meritorum dispositor. Merita autem quum corpori quoque adscribantur, ordo quoque corporum disponatur necesse est, vt possit esse meritorum. ³⁴⁷ Si autem & baptizantur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illa præsumptione hoc eos instituisse contendit, qua alij etiam carni vicarium baptisma profuturum existimarēt ad spem resurrectionis, quæ nisi corporalis, non aliàs sic baptismate corporali obligaretur. Quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt? ³⁴⁸ Anima enim non lauacione, sed responsione sancitur. Quid & nos, inquit, omni hora periclitamur, vtique per carnem. Quotidie morior, vtique periculis carnis, per quam & depugnauit ad bestias Ephesi, ³⁴⁹ illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ, de qua in secunda ad eosdem: Nolumus enim vos ignorare fratres de pressura nostra apud Asiam, quod ³⁵⁰ superquam grauari sumus supra vires, vt de vita hæsitaremus. Omnia hæc, nisi fallor, eò enumerat, vt nolens vanam credi carnis conflictationem, indubitatè velit credi carnis resurrectionem. Vana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio. Sed dicit

A dicit quis: Quomodo resurgent mortui, quo autem corpore venient? Iam hinc de qua-
 litatibus corporum differit, an eadem ipsa, an alia resumantur. ³⁵¹ Sed quum eiusmodi
 quæstio posterior habeatur, sufficet interim ex hoc quoque corporalem definiri resurre-
 ctionem, quum de qualitate corporum quæritur. [³⁵² Ventum est nunc ad carnem & XLIX.
 sanguinem reuera totius quæstionis quasi substantias, quali conditione exhæredauerit Ap-
 postolus à Dei regno æquè de antecedentibus discere est. ³⁵³ Primus, inquit, homo de ter-
 ra choicus, id est, limaceus, id est, Adam. Secundus homo de cœlo, id est, sermo, Dei, id est,
 Christus, non aliàs tamē homo, licet de cœlo, nisi quia & ipse caro atque anima, quod ho-
 mo, quod Adam. ³⁵⁴ Nam & supra nouissimus Adam dictus, de consortio substantiæ cō-
 mercium nominis traxit, quia nec Adam ex femine caro, quod & Christus. Qualis ergo
 choicus, tales & choici; qualis cœlestis, tales & cœlestes. Substantia tales? an primò disci-
 plina, dehinc & dignitate quam disciplina captauit? Atquin substantia nullo modo sepa-
 rabūtur choici atque cœlestes, semel ab Apostolo homines dicti. Si enim & Christus so-
 lus verè cœlestis, immò & supercœlestis, homo tamē quā caro atque anima, nihilo ex ista
 substantiarum conditione à choica qualitate discernitur: proinde & qui cœlestes secun-
 dum illum non de substantia præsentis, sed de futura claritate cœlestes prædicati intelle-
 guntur, quia & retrò vnde distinctio ista manauit de dignitatis differentia ostensa est, alia
 supercœlestium gloria, alia superterrenorum, & alia solis, alia lunæ, alia stellarū. Quia &
 stella à stella differt in gloria, non tamē in substantia. Denique præmissa differentia digni-
 tatis in eadem substantia & nunc sectandæ & tunc capeffendæ, subiungit etiam exhorta-
 tionem, vt & hinc habitum Christi sectemur ex disciplina, & illic fastigium consequamur
 ex gloria: Sicut portauimus imaginem choici, ³⁵⁵ portemus etiam imaginem supercœle-
 stis. Portauimus enim imaginem choici per collegium transgressionis, per cōfortiū mor-
 tis, per exilium paradisi. Nam si & in carne sic putatur imago Adæ, sed non carnē mone-
 mur ponere. Si nō carnem, ergo conuersationem, vt proinde & cœlestis imaginem geste-
 mus in nobis, non iam Dei, nec iam in cœlo constituti, sed secundum lineamenta Christi
 incedentes in sanctitate & iustitia & veritate. Atque ad eò ad disciplinam totum hoc diri-
 git, vt hinc dicat portandam imaginem Christi in ista carne, & in isto tempore disciplinæ.
 Portemus enim præceptiuo modo, dicens, huic tempori loquitur, in quo homo nulla alia
 substantia est, quam caro & anima, aut si quam aliam, id est, cœlestem substantiam hæc fi-
 des spectat, huic tamen repromissa sit, cui ad illam elaborare mādatur. Quum igitur ima-
 ginem & choici & cœlestis in conuersatione constituat, illam eierandam, hæc verò sectā-
 dam, dehinc adiungat: Hoc enim dico (id est, propter ea quæ supra dixi: coniunctio est e-
 nim sensus supplementum antecedentibus reddēs) quod caro & sanguis regnum Dei he-
 reditate possidere non possunt, nihil aliud intellegi mādant carnem & sanguinem, quam
 supradictam imaginem choici: quæ si in conuersatione censetur vetustatis, conuersatio
 autem vetustatis non capit Dei regnū, proinde caro & sanguis non capiendō Dei regnū
 ad conuersationem rediguntur vetustatis. Planè si nūquam Apostolus pro operibus sub-
 stantiam posuit, nec hinc ita vtatur. ³⁵⁶ Si verò in carne adhuc constitutos negauit esse in
 carne, in operibus carnis negans esse, formam eius subruere non debes, non substantiam,
 sed opera substantiæ alienatū à Dei regno. Quibus etiam ad Galatas manifestatis, prædi-
 cere se & prædixisse profiteretur, quod qui talia agunt, regnum Dei nō sunt hæreditate cō-
 secuturi, non portantes scilicet imaginem cœlestis, sicut portauerant choici, ideòque ex
 vetere conuersatione, nihil aliud deputandi, quam caro & sanguis. Nam etsi subito in hæc
 definitionem erupisset Apostolus: eliminandam carnem & sanguinem à Dei regno, sine
 vllius supra sensus præstructione, nonne duas istas substantias proinde hominem veterē
 interpretaremur carni & sanguini deditum, id est, esui & potui, cuius sit dicere aduersus
 fidē resurrectionis: Māducemus & bibamus, cras enim moriemur? Et hoc enim infulciēs
 Apostolus, carnem & sanguinem de fructibus ipsorum manducandi & bibendi suggilla-
 uit. [³⁵⁷ Sed & ommissis huiusmodi interpretationibus carnis & sanguinis opera taxanti-
 bus, ipsas quoque substantias nō aliter, quam sunt, intellectas licebit resurrectioni vindic-
 care. Non enim resurrectio carni & sanguini directò denegatur, sed Dei regnū quod ob-
 uenit resurrectioni ³⁵⁸ (est autem & in iudicium resurrectio) immò & confirmatur carnis
 resurrectio generalis, quum specialis excipitur. Dum enim in quem statum non resurgat
 edicitur, in quem resurgat subauditur. Atque ita dum pro meritis distinctionem resurre-
 ctionis opus substantiæ non genus patitur, apparet hinc quoque carnem & sanguinem
 NN iij

nomine culpæ non substantiæ arceri à Dei regno, nomine tamen formæ resurgere in iudicium, quia non resurgant in regnum. Adhuc dicam: Caro & sanguis regnum Dei hæreditate possidere non possunt. Meritò sola & per semetipsa, ut ostenderet adhuc spiritum illis necessarium. Spiritus enim est qui viuificat in regnum Dei, caro nihil prodest. Prodesse tamen illis aliud potest, id est, spiritus, & per spiritum opera quoque spiritus. Resurgunt itaque ex æquo omnis caro & sanguis in qualitate sua. Sed quorum est adire regnum Dei, indugere oportebit vim incorruptibilitatis & immortalitatis, sine qua regnum Dei adire non possunt, antequam consequi eam possint. Meritò ergo caro & sanguis (ut diximus) sola regnum Dei capere deficiunt. Iam verò quum deuorari habeat corruptiuum istud ab incorruptibilitate, id est, caro: & mortale istud ab immortalitate, id est, sanguis post resurrectionem ex demutatione, meritò demutata ac deuorata caro & sanguis, regnum Dei hæreditati possidere possunt, non tamen non resuscitata. ³⁵⁹ Sunt qui carnem & sanguinem Iudaismum velint accipi propter circumcisionem, alienum & ipsum à Dei regno, quia & ille vetustati deputetur, & hoc titulo iam & alibi ab Apostolo denotetur, qui post reuelatum in se filium Dei, ad euangelizandum eum in nationibus, ³⁶⁰ statim non retulerit ad carnem & sanguinem, id est, ad circumcisionem, id est, ad Iudaismum, sicut ad Galatas scribit. ³⁶¹ Sed pro omnibus inconsiderantiæ reuincendo, si tam abruptè, ut quidam volunt, clausis (quod aiunt) oculis, sine distinctione, sine conditione, omnem passim carnem & sanguinem à regno Dei extrusit, utique & ab ipsa regia cælorum ³⁶² quum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, homo etsi Deus: Adam nouissimus etsi sermo primarius, caro & sanguis, ³⁶³ etsi nostris puriora, idem tamen & substantia & forma qua ascendit, ³⁶⁴ talis etiam descensus ut angeli adfirmant, agnoscendus scilicet eis qui illum conuulnerauerunt. ³⁶⁵ Hic sequester Dei atque hominum appellatus ex vtriusque partis deposito commisso sibi, carnis quoque depositum seruat in semetipso, arrabonem summæ totius. ³⁶⁶ Quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit, ita & à nobis arrabonem carnis accepit, & vexit in cælum pignus totius summæ illuc quædoque redigendæ. Securæ estote caro & sanguis, vsurpatis & cælum & regnum Dei in Christo. Aut si negent vos in Christo, negent & in cælo Christum, qui vobis cælum negauerunt. ³⁶⁷ Ita nec corruptela, inquit, incorruptelam hæreditati habebit, non ut carnem & sanguinem existimes corruptelam, quando ipsa sint potius obnoxia corruptelæ, per mortem scilicet. Si quidem mors est, quæ carnem & sanguinem non modò corrumpit, verum etiam confundit. Sed quoniam opera carnis & sanguinis non posse consequi regnum Dei edixerat, quo magis hoc exaggeraret, ipsi quoque corruptelæ, id est, morti cui carnis & sanguinis opera proficiunt, hæreditatem incorruptelæ ademit. Nā & paulò post ipse mortis quodam modò mortem expressit: ³⁶⁸ Deuorata est mors dicens, in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors contentio tua? Aculeus autem mortis delinquentia, hæc erit corruptela. Virtus autem delinquentiæ lex. ³⁶⁹ Illa alia sine dubio, quam constituit in membris suis militantem aduersus legem animi sui, ipsam scilicet vim delinquendi contra voluntatem. ³⁷⁰ Nam & supra nouissimum inimicum mortem euacuari ait. Hoc modo, nec corruptela hæreditatem incorruptelæ consequetur, id est, nec mors perseuerabit. Quando & quomodo defectura? Quum in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouissima tuba & mortui resurgēt incorrupti. Qui hi, nisi qui antè corrupti, id est, corpora, id est, caro & sanguis? & nos demutabimur. De qua habitudine nisi in qua deprehendemur? Oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionem, & mortale istud induere immortalitatem. Quid mortale, nisi caro? quid corruptiuum, nisi sanguis? ac ne putes aliquid aliud sentire Apostolum prouidentem tibi, & ut de carne dictum intelligas laborantem, quum dicit istud corruptiuum, & istud mortale, cutem ipsam tenes dicit. Certè istud nisi de subiecto, nisi de comparenti pronuntiasse non potuit. Demonstrationis corporalis est verbum. Aliud autem corruptiuum, aliud corruptela: & aliud mortale, & aliud mortalitas. Aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. Ita quæ patiuntur corruptelam & mortalitatem, caro scilicet & sanguis, ea necesse est patiantur & incorruptelam & immortalitatem. ³⁷¹ Videamus iam nunc quo corpore venturos mortuos disputet. Et bene quod erupit statim ostendere, quasi quis eiusmodi quærat. ³⁷² Stulte, inquit, tu quod feminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. Hoc ergo iam de exemplo seminis constat, non aliam viuificari carnem, quam ipsam quæ erit mortua. Et ita sequentia relucebunt.

Nihil

A Nihil enim aduersus regulam exempli licebit intellegi, ne quia sequitur & quod feminas, non corpus quod futurum est feminas, idcirco aliud resurrecturum corpus, quam quod moriendo seminatur, existimes. Ceterum excidisti ab exemplo. Nunquam enim frumento seminato & in terra dissoluto hordeum erumpit, & non idipsum genus grani, eademque natura & qualitate & forma. Denique vnde si nō idipsum: & corruptela enim ipsum est, dum ipse est. Non enim & suggerit, quomodo? Non quod futurum est corpus seminatur, dicens, sed nudum granum, si fortè frumenti aut alicuius eiusmodi. Deus autem dat illi corpus prout vult, certè ei grano quod nudum seminari ait. Certè, inquis. Ergo saluum est cui dare habet Deus corpus. Quomodo autem saluum est si nusquam est, si non resurgit, si non idipsum resurgit? Si non resurgit, saluum non est. Si non est & saluum, accipere corpus à Deo non potest. Sed enim saluum omni modo constat. Ad quid ergo dabit illi Deus prout vult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudū, nisi ut iam non nudum resurgat: ergo additum erit corpus quod corpori superstruitur, nec exterminatur illud cui superstruitur, sed augetur. Saluum est autem quod augetur. ³⁷³ Seritur enim solummodò granum sine folliculi veste, sine fundamento spicæ, sine munito aristæ, sine superbia culmi. Exurgit autem copia sceneratum, compagine ædificatum, ordine structum, cultu munitum, & vsquequaque vestitum. Hæc sunt ei corpus à Deo aliud, in quod non abolitione, sed ampliacione mutatur. ³⁷⁴ Et unicuique seminum suum corpus deputauit non suum, id est, non pristinum, ut tunc & illud suum sit, quod extrinsecus à Deo acquirit. Serui igitur exemplo, & conserua speculum eius carni, eandem credens fructificaturam quæ sit seminata, ipsam, etsi plenior, non aliam, etsi aliter reuerentem. Accipiet enim & ipsa suggestum & ornatum, qualem illi Deus voluerit superducere secundum merita. Sine dubio ad hoc dirigit: Non omnis caro eadem caro, non ad denegandam substantiæ communionem, sed prærogatiuæ peræquationem, corpus honoris non generis in differentiam redigens. In hoc & figurata subiicit exempla animalium & elementorum. ³⁷⁵ Alia caro hominis, id est, serui Dei, qui verè homo est: alia iumentis, id est, ethnici, de quo & Propheta: ³⁷⁶ Adsimilatus est, inquit, homo irrationalibus iumentis. Alia caro volucrum, id est, martyrum, qui ad superiora conantur: alia autem piscium, id est, ³⁷⁷ quibus aqua baptismatis sufficit. ³⁷⁸ Sic & de supercælestibus corporibus argumenta committit. Alia solis gloria, id est, Christi: & alia lunæ, id est, Ecclésiæ: & alia stellarum, id est, seminis Abrahamæ. Et stella enim à stella differt in gloria, & corpora terrena & cælestia, Iudæus scilicet & Christianus. Ceterum si non figuratè, satis vanè mulorum & miluorum carnes, & corpora cælestium luminum opposuit humanis, non pertinentia ad conditionis comparationem, sicut nec ad resurrectionis consecutionem. Postremò cum per hæc differentiam gloriæ, non substantiæ conclusisset: Sic, inquit, & resurrectio mortuorum. Quomodo? non de alio aliquo, sed de sola gloria differens. Rursus enim resurrectionem ad eandem substantiam reuocans, & ad granum denudè spectans: ³⁷⁹ Seminatur, inquit, in corruptela, resurgit in incorruptela: seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in virtute: Seminatur corpus animale, resurgit spiritale. Certè non aliud resurgit, quam quod seminatur: nec aliud seminatur, quam quod dissoluitur humi: nec aliud dissoluitur humi, quam caro; hanc enim sententia Dei elisit: Terra es, & in terram ibis, quia & de terra erat sumpta. Hinc & Apostolus cōcepit seminari eam dicere quum redhibetur in terram, quia & feminibus sequestratorium terra est, illic deponendis, & inde repetendis. Ideoque & reconfignat imprimens, ³⁸⁰ sic enim scriptum est: ne aliud existimes esse seminari, quam in terram ibis, ex qua es sumptus, sic ne alterius quam carnis, sic enim scriptum est. ³⁸¹ Sed corpus animale animam quidam argumentantur, ut illum à carne auocent recidiuatum. Porro quum constat, fixumque sit illud resurrecturum corpus quod fuerit seminum, ad ipsius rei exhibitionem prouocabuntur. Aut ostendat animam seminatam post mortem, id est, mortuam: id est, humi elisam, dissectam, dissolutam, quod in illam à Deo decretum non est, proponant corruptelam eius, & dedecorationem, infirmitatem, ut ipse sit etiam exurgere in incorruptelam, & in gloriam, & in virtutem. ³⁸² Sed enim in Lazaro præcipuo resurrectionis exemplo caro iacuit in infirmitate, caro penè computruit in dedecorationem, caro interim putruit in corruptionem, & tamen Lazarus caro resurrexit, cum anima quidem, sed incorrupta, quam nemo vinculis lineis strinxerat, nemo in sepulcro collocarat, nemo iam foetere senferat, nemo quadriduo viderat semi-

natam. Totum habitum, totum exitum Lazari, omnium quoque caro hodie experitur, anima verò nullius. In qua ergo stylus Apostoli comparat; de qua eum loqui constat, ea erit & corpus animale quum seminatur, & spiritale quum suscitatur. Nā ut ita intellegat, manum adhuc porrigit, aequè de eiusdem scripturæ auctoritate factum retexens primum hominem Adam in animam viuam. Si Adam homo primus, caro autem homo ante animam, sine dubio caro erit facta in animam viuam. Porro in animam quum esset corpus, utique animale corpus est facta. Quid eam appellari velint, quàm quod per animam facta est, quàm quod ante animam non fuit, quàm quod post animam non erit, nisi quum resurgit: Recepta enim anima rursus animale corpus efficitur, ut fiat spiritale. Non enim resurgit, nisi quod fuit. Ita vnde carni competit corpus animale dici, inde animæ nullo modo competit. Caro enim ante corpus, quàm animale corpus. Animata enim, postea facta est corpus animale. ³⁸⁴ Anima verò etsi corpus, tamen quia ipsa est corpus, non animata, sed animans potius, animale corpus non potest dici, nec fieri quod facit. Alij enim accidens facit illud animale: non accidens autem alij, quomodo se faciet animale? sicut ergo ante animale corpus caro recipiens animam, ita & postea spiritale induens spiritum. Hunc ordinem Apostolus disponens, in Adam quoque & in Christo eum meritò distinguit, ut in capitibus distinctionis ipsius. Et quum Christum nouissimum Adam appellat, hinc eum recognosce ad carnis non ad animæ resurrectionem, omnibus doctrinæ viribus operatum. Si enim & primus homo Adam caro, non anima, quidni quæ in animam facta est & nouissimus Adam Christus idèò Adam, quia homo: idèò homo, quia caro, E non quia anima, atque ita subiungit: ³⁸⁵ Non primum quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale, secundum vtrumque Adam. Ecquid tibi videtur corpus animale & corpus spiritale in eadem carne distinguere, cuius distinctionem in vtroque Adam, id est in vtroque homine præstruxit? Vtraque enim substantia pariant inter se Christus & Adam, scilicet & carne & anima, sed carnis nomine homo vterque sunt. Prior enim caro homo. Ex illa & ordinem admittere potuerunt, ut alter primus, alter nouissimus homo, id est, Adam, deputarentur. Ceterum diuersa in ordinem disponi non possunt, de substantia duntaxat, de loco enim aut tempore, aut conditione forsitan possint. Hic autem de substantia carnis, primus & nouissimus dicti sunt, sicut & rursus primus homo de terra, & secundus de cælo. Quia etsi de cælo secundum spiritum, sed homo secundum carnem. Itaque cum carni conueniat ordo in vtroque Adam, non animæ, ut primus homo Adam in animam viuam, nouissimus in spiritum viuificantem distincti sint, aequè distinctio eorum carni distinctionem præiudicabit, ut de carne sit dictum, non in primum quod spiritale, sed quod animale, postea quod spiritale: atque ita eadem sit & supra intelligenda, & quæ seminetur corpus animale, & quæ resurgat corpus spiritale, quia non primum quod spiritale, sed quod animale, quia primus Adam in animam, nouissimus Adam in spiritum. Totum de homine, totum de carne, quando de homine, Quid ergo dicemus? nonne & nunc habet caro spiritum ex fide? ut quærendum sit, quomodo corpus animale dicatur seminari. Planè accepit & hinc spiritum caro, sed arrabonem, animæ autem non arrabonem, sed plenitudinem. Itaque etiam propterea maioris substantiæ nomine animale corpus nuncupata est, in qua seminatur, futura proinde per plenitudinem spiritus insuper spiritale, in qua resuscitatur. Quid mirū si magis inde vocitata est, vnde conferta est, quàm vnde resperfa est? ³⁸⁶ Ita de vocabulorum occasionibus plurimum quæstiones subornantur, sicut & de verborum communionibus. Nam quia & illud apud Apostolum positum est, uti deuoretur mortale à vita, caro scilicet, deuorationem quoque ad perditionem scilicet carnis arripiunt, quasi non bilem & dolorem dicamur deuorare, id est, abscondere, ac tegere, & intra nosmetipsos continere. Denique quum & illud scriptum sit: Oportet mortale hoc induere immortalitatem, ostenditur quomodo mortale deuoretur à vita, dum indutum immortalitate absconditur, & tegitur, & intus continetur, nondum absimitur & amittitur. Ergo & mors, inquis, salua erit, quum fuerit deuorata. Idèò discerne pro sensibus communionem verborum, & integrè intelliges. Aliud enim mors, & aliud mortale. Aliter itaque deuorabitur mors, & aliter mortale. Mors non capit immortalitatem, mortale autem capit. Denique & scriptum est, quod necesse sit mortale hoc induere immortalitatem. Quomodo ergo capit? dum deuoratur à vita. quomodo deuoratur à vita? dum recipitur, & redigitur, & includitur in ipsam. Ceterum mors meritò in interitum deuoratur, quia & ipsa in hoc deuorat. ³⁸⁷ Deuorauit, inquit, mors

A mors inualefendo, & idèò deuorata est in contentionem. Vbi est mors aculeus tuus? vbi ^{1. Cor. 15.} est mors contentio tua? Proinde & vita, mortis scilicet æmula, per contentionem deuorabit in salutem, quod per contentionem deuorauerat mors in interitum. ³⁸⁸ Quamquam igitur resurrectionem carnem probantes, hoc ipso non aliam resurrectionem probemus, quàm de qua agitur; tamen singulæ quæstiones, & causæ earum, proprios quoque flagrant congressus, licet aliunde iam causæ. Interpretabimur itaque plenius & vim & rationem demutationis, quæ fermè subministrat alterius carnis resurrectionis præsumptionem, quasi demutari desinere sit in totum, & de pristino perire. Discernenda est autem demutatio ab omni argumento perditionis. Aliud enim demutatio, aliud perditio. Porro non aliud, si ita demutabitur caro, ut pereat. Peribit autè demutata, si non ipsa permanferit in demutatione, quæ exhibita fuerit in resurrectione. Quemadmodum enim perit, si non resurgit, ita etiam resurgit quidem, verum in demutationem subducitur, aequè perit. Aequè enim non erit, ac si non resurrexerit. Et quàm ineptum, si in hoc resurgit, ut non sit, quæ potuit non resurrexisse, nec esse, quia non esse iam cœperat. Non miscebuntur omninò diuersa, mutatio atque perditio, operibus vtrique diuersa. Perdit hæc, illa mutat. Quomodo ergo quod perditum est, mutatum non est, ita quod mutatum est, perditum non est. Perisse enim est in totum non esse quod fuerit: mutatum esse, aliter esse est. Porro dum aliter est, id ipsum potest esse: habet enim esse quod non perit. Mutationem enim passum est, non perditionem. Atque adèò potest & demutari quid, & ipsum esse nihilominus, ut & totus homo in hoc æuo substantia quidem ipse sit, multifariam tamen demutetur, & habitu, & ipsa corpulentia, & valetudine, & conditione, & dignitate, & ætate, studio, negotio, artificio, facultatibus, sedibus, legibus, moribus, nec quicquam tamen amittat hominis, nec ita aliud efficiatur ut cesset idem esse: immò nec alius efficiatur, sed aliud. Hanc formam demutationis diuina etiam documenta testantur. Mutatur Moyse manus, & quidem, ad instar emortuæ, exanguis; & alba, ^{Exod. 4.} frigida, sed & recepto calore, & refuso colore, eadem caro & sanguis est. ^{Exod. 34.} Mutatur ^{2. Cor. 3.} postea & facies eiusdem, in contemplabili claritate. Sed Moyses erat proinde qui non videbatur. ^{Act. 6. et 7.} Sic & Stephanus angelicum iam fastigium induerat, sed non alia genua in lapidatione succiderant. ^{Matth. 17.} Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce ^{Marc. 9.} mutauerat, sed lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat. Vbi etiam Moyses & Helias, ^{Luc. 8.} alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ, eandem ^{4. Reg. 2.} tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perseuerare docuerunt. De quo exemplo instructus & Paulus: Qui transfigurabit, inquit, corpus humilitatis nostræ conforme ^{Philipp. 3.} fieri corpori claritatis suæ. Quod si & transfigurationem & conuersionem ^{1. Reg. 10.} in transi- ^{2. Cor. 11.} tum substantiæ cuiusque defendis, ergo & Saul in alium virum conuersus, de corpore suo excessit, & ipse Satanus quum in angelum lucis transfiguratur, qualiter suam a- ^{2. Cor. 11.} mittit, non opinor. Ita & in resurrectionis euentum mutari, conuerti, reformari licebit cum salute substantiæ. ³⁸⁹ Etenim quàm absurdum, quàm verò & iniquum, vtrum- ^{LVI.} que autem quàm Deo indignum, aliam substantiam operari, aliam mercede dispungi, ut hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur: item econtrariò hæc quidem caro in spurcitiis volutetur, alia verò damnetur. Nonne præstat omnem semel fidem à spe resurrectionis abducere, quàm de grauitate atque iustitia Dei ludere? ^{1. Cor. 15.} ³⁹⁴ Mar- cionem pro Valentino resuscitari? quando neque mentem, neque memoriam, neque conscientiam hominis hodierni credibile sit aboleri, per indumentum illud mutatorium immortalitatis & incorruptelæ, vacaturo scilicet emolumento & fructu resurrectionis, & statu diuini vtrouique iudicij. Si non meminerim me esse qui merui, quomodo gloriam Deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam ^{2. Sal. 95.} Deo debeam? Cur autem solius carnis demutatio excipitur, non & animæ simul quæ in omnibus præfuit carni? quale est, ut eadem anima quæ in hac carne totum vitæ ordinem decurrit, quæ in hac carne Deum didicit, & Christum induit, & spem salutis seminavit, in alia nescio qua metat fructum? ³⁹⁵ Næ illa gratiosissima caro, cui gratis vita constabit. Quod si non & anima mutabitur, iam nec animæ resurrectio est; nec ipsa enim resurrexisse credetur, si non alia resurrexerit. ³⁹⁶ Hinc iam illa vulgaris incredulitatis ^{LVII.} argutia est: si, inquit, ipsa eademque substantia reuocatur cum sua forma, linea, qualitate, ergo & cum insignibus suis reliquis: Itaque & cæci & claudi, & paralytici, & ut quis insignis excefferit, ita & reuerteretur. Quid nunc? etsi ita dedignaris tantam gratiam

qualiscunque à Deo consequi. Non enim & nunc animæ solius admittens salutem, dimidiatis hominibus eandem adscribis? Quid est credere resurrectionem, nisi integram credere? Si enim caro de dissolutione reparabitur, multò magis de vexatione reuocabitur. Minoribus maiora præscribunt. Cuiuscunque membri detruncatio, vel obtusio, nõnne mors membri est? si vniuersalis mors resurrectione rescinditur, quid portionalis? Si demutamur in gloriam, quanto magis in incolumitatem? Vitatio corporum accidens res est, integritas propria est. In hac nascimur, etiam si in vtero vitemur, iam hominis est passio. Prius est genus quàm casus. Quomodo vita confertur à Deo, ita & refertur. Quales eam accipimus, tales & recipimus. Naturæ, non iniuriæ reddimur: quod nascimur, non quod lædimur, reuiuiscimus. Si non integros Deus suscitatur, non suscitatur mortuos. Quis enim mortuos integer, et si integer moritur? Quis incolumis, qui exanimis? quod corpus in læsum, quum interemptum, quum frigidum, quum expallidum, quum edurum, quum cadauer? quando magis homo debilis, nisi quum totus? quando magis paralyticus, nisi quum immobilis? ita nihil aliud est mortuum resuscitari, quàm integrum fieri, ne ex ea parte mortuus adhuc sit, ex qua non resurrexerit. Idoneus Deus rescicere quod fecit. Hanc suam & potestatem & liberalitatem satis iam in Christo spondit, immò & ostendit, non tantum resuscitatore carnem, verum etiam redintegratorem. Atque aded & Apostolus: Et mortui, inquit, resurgunt incorrupti. Quomodo nisi integri qui retrò corrupti, tam vitio valetudinis, quàm & senio sepulturæ. Nam & supra vtrunque proponens, oportere & corruptiuium istud induere incorruptelam, & mortale istud immortalitatem, non iteravit sententiam, sed differentiam demandauit. Immortalitatem enim ad rescissionem mortis, incorruptelam ad obliuionem corruptelæ diuidendo, alteram ad resurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. Puto autem & Thessalonicensibus omnis substantiæ integritatem repromisit. Itaque nec in posterum timebuntur corporum labes. Nihil poterit amittere integritas, vel conseruata, vel restituta, ex quo illi etiam si quid amiserat, redditur. Præscribens enim adhuc easdem passiones obituram carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam aduersus Dominum suum temerè defendis, legem aduersus gratiã impiè asseris, quasi Domino Deo nõ liceat & mutare naturã, & sine lege seruare. Quomodo ergo legimus, Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deũ sunt? & Stulta mundi elegit Deus, vt sapientiã mundi cõfundat? Oro te, si famulum tuũ libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permancbũt, quæ flagellis & cõpedibus & stigmatibus obnoxia retrò fuerat, idcirco illas eadem pati oportebit: non opinor. Atquin & vestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu mēlãque honoratur. Permitte hanc & Deo potestati per vim demutationis illius conditionẽ nõ naturã reformandi, dũ & passiones auferuntur, & munitiones conferuntur. Ita manebit quidem caro etiam post resurrectionẽ, eatenus passibilis quã ipsa, quã eadẽ; ea tamen impassibilis, quã in hoc ipsum manumissa à Domino, ne vltra pati possit. Iocunditas, inquit Esaias, æterna super caput eorum. Nihil æternum nisi post resurrectionem. Aufugit, inquit, dolor & mœror, & gemitus ab illis. Proinde & Ioanni angelus: Er delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Vtique ex iisdem oculis qui retrò fleuerant, quique adhuc flere potuissent, si non omnem lacrymæ imbrem indulgentia diuina siccaret. Et rursus: Deus enim delebit omnem lacrymam ab oculis eorum. & mors hætenus igitur, & corruptela hætenus, proinde per incorruptelam fugata, quemadmodum mors per immortalitatem. Si dolor, & mœror, & gemitus, ipsaque mors ex læsuris & animæ & carnis obueniunt, quomodo auferentur, nisi cessauerint causæ, scilicet læsuræ carnis atque animæ? vbi casus aduersi apud Deum? aut vbi incurfus infesti apud Christum? vbi dæmonici imperus apud Spiritum sanctum, iam & ipso diabolo cum angelis suis ignibus merso? Vbi necessitas, aut quod dicitur fortuna, vel fatum? quæ resuscitatis plaga post veniam? quæ reconciliatis ira post gratiam? quæ infirmitas post virtutem? quæ imbecillitas post salutem? Quod vestimenta & calceamenta filiorum Israëlis quadraginta illis annis indetrata, & inobsoleta manserunt: quod & in ipsis corporibus vnguim & capillorum facilia crementa habilitatis & dignitatis iustitia defixit, ne etiam enormitas corruptelæ deputaretur: quod Babylonij ignes triũ fratrum, nec tiaras, nec Sarabaras, quam Iudæis alienas læserunt: quod Ionas deuoratus à belua maris, in cuius aluo naufragia digerebatur, triduo post incolumis expuitur: quod hodie Enoch & Helias, nõdum resurre-

A resurrectione disuncti, quia nec morte functi, quã tamen de orbe translati, & hoc ipso iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediscunt, cuius fidei testimonium signant, nisi quã credi oportet, hæc futuræ integritatis esse documenta? Figuræ enim nostræ fuerunt Apostolo auctore, quæ scripta sunt, vt & Dominum potentior credamus omni corporum lege, & carnis magis vtique conseruatore, cuius etiam vestimenta, etiam calciamenta protexit. Sed futurum, inquit, æuum alterius est dispositionis & æternæ, igitur huius æui substantiam non æternam diuersa possidere non posse. Planè si homo propter dispositionem futuram, & non dispositio propter hominem. Sed enim Apostolus scribens, siue mundus, siue vita, siue mors, siue futura, siue præsentia, omnia vestra sunt, eosdem constituit hæredes etiam futurorum. Nihil tibi largitur Esaias, dicens: Omnis caro fennum, & alibi: Et videbit omnis caro salutare Dei. exitus non substantias distinxit. Quis enim iudicium Dei non in sententiã duplici statuit salutis & pœnæ? Omnis igitur caro fennum, quæ igni destinatur, & omnis caro videbit salutare Dei, quæ saluti ordinatur. Ego me scio neque alia carne adulteria commisisse, neque nunc alia carne ad continentiam eniti. Si quis est, bina pudenda circumferens, potest iam & demere fennum carnis immundæ, & solam sibi reseruare, quæ visura sit Dei salutare. Sed quum idem propheta etiam nationes ostendat, nunc deputatas velut puluerem & saluam, nunc speraturas & credituras in nomẽ & in brachium Domini, numquid & de nationibus fallimur? & aliæ quidem sunt credituræ, aliæ in puluerem deputatæ, ex diuersitate substantiæ? Sed & Christus intra oceanum, & de isto cœlo quod nobis incubat, verum lumen nationibus effulsit, & ipsi Valentiniani hic errare didicerunt, nec alia erit forma nationum credentium, nisi quæ & non credentium, de carne, de anima. Sicut ergo easdem nationes non genere, sed sorte distinxit, ita & carnes quæ in ipsis nationibus vna substantia est, non materia, sed mercede disunxit. Ecce autem vt adhuc controuersiam exagerent carni maxime eidem, de officiis quoque membrorum argumentantur, aut & ipsa dicentes permanere debere in suis operibus & fructibus, vt eidem corpulentia adscripta: aut quia constet discessura esse officia membrorum, corpulentiam quoque eradant, cuius scilicet perseverantia credenda non sit, vtique sine membris, quia nec membra credenda sint sine officiis. Quod enim iam, inquit, spelunca hæc oris, & dentium statio, & gulæ lapsus, & compitum stomachi, & alui gurges, & intestinorum perplexa proceritas, quum esui & potui locus non erit? Quod huiusmodi membra admittunt, subigunt, deuoluunt, diuidunt, digerunt, egerunt? quod manus ipsæ & pedes & operarij quique artus, quum victus etiam cura cessabit: quod tenes conscij seminum, & reliqua genitalium vtriusque sexus & conceptuum stabula, & vberum fontes, decessuro concubitu, & fœtu, & educatu? Postremo, quod totum corpus, totum scilicet vacaturum? Ad hæc ergo præstruximus non oportere committi futurorum atque præsentium dispositiones, intercessura tunc demutatione: & nunc superstruimus officia ista membrorum necessitatibus vitæ huius, eò vsque consistere, donec & ipsa vita transferatur à temporalitate in æternitatem, sicut animale corpus in spiritale, dum mortale istud induet immortalitatem, & corruptiuium istud incorruptelam, & ipsa autem liberata tunc vita à necessitatibus, liberabuntur & membra ab officiis, nec ideo non erunt necessaria. Licet enim officiis liberentur, sed iudiciis retinetur, vt quis referat per corpus prout gessit. Saluum enim hominem tribunal Dei exigit, saluum verò siue membris non licet esse, ex quorum non officiis, sed substantiis constat, nisi fortè, & nauem sine carina, sine prora, sine puppi, sine compaginibus totius incolumitate saluam adferueris, & tamen nauem procella dissipatam, vel carie dissolutam, redactis & recuratis omnibus membris, eandem sæpè conspeximus etiam titulo restitutionis gloriantem de Dei artificio & arbitrio & iure torquemur? Porro si diues dominus & liberalis adfectui aut gloriæ suæ præstans solam nauis restitutionem, hætenus eam voluerit operari, idcirco tu negabis necessariam illi compaginem pristinam, vt exinde iam vacaturã; cum soli saluti nauis sine operatione cõueniat? Igitur hoc tatummodo discere sufficit, an Dominus hominem saluti destinando, carnem destinari, an eandem velit denuò esse quàm non debebis ex futura membrorum vacatione præscribere denuò esse non posse? Licet enim esse quid denuò, & nihilominus vacare; nec potest autem dici vacare, si non sit. At enim si sit, poterit & non vacare, nihil enim apud Deũ vacabit. Sed accepisti homo os ad vorandum atque potandum, cur non potius ad eloquendum, vt à ceteris ani-

malibus distes: cur non potius ad predicandum Deum? ut etiam hominibus antistes. Denique Adam ante nomina animalibus enuntiauit, quam de arbore decerpfit; ante etiam prophetauit, quam vorauit. Sed accepisti dentes⁴²² ad macellum coornandum. cur non potius ad omnem hiatum & rictum tuum coronandum? cur non potius ad pulsus linguæ temperandos, ad vocis articulos offensione signandos? denique & edentulos audi & vide, ut honori oris & organum dentium quæras. Forata sunt inferna in viro & in foemina, nimirum quâ libidines fluitent. cur non magis quâ potuū defruta colentur? Est adhuc in foeminis intus, quò semina congerantur, an quò sanguinis onera secedant, quem pigrior sexus discutere non sufficit? Dicenda enim & hæc, quatenus quæ volunt, & qualiter volunt, & quorum volunt officia membrorum ludibriosè de industria suffundèdæ resurrectionis oblatrant, non recogitantes ipsas prius causas necessitatis tunc vacaturas, cibi famem, & potus sitim, & concubitus geniturâ, & operationis victum. Sublata enim morte, neque victus fulcimenta ad præsidia vitæ, neque generis supparatura grauis erit mēbris.

Exod. 24. Ceterum & hodie vacare intestinis & pudendis licet. Quadraginta diebus Moses & **3. Reg. 19.** Helias ieiunio functi, solo Deo alebantur. Iam tunc enim dedicabatur: ⁴²³ Non in pane viuet homo, sed in Dei verbo. Ecce virtutis futuræ liniamenta. Nos quoque ut possimus à cibo excusamus, etiam sexum à congressione subducimus. ⁴²⁴ Quot spadones voluntarij? ⁴²⁵ quot virgines Christo maritatæ? quot steriles vtriusque naturæ infructuosas genitalibus fructi? Si & hinc iam vacare est & officia & emolumenta membrorum temporali vacatione ut intemporalis dispositione, nec homo tamen minus saluus est: proinde homine saluo, & quidem magis tunc ut in eterna dispositione, magis non desiderabimus quæ iam E

LXXII. hic non desiderare consueuimus. [⁴²⁶ Sed huic disceptationi finem Dominica pronuntiatio imponit. ⁴²⁷ Erunt, inquit, tanquam angeli. Si non nubendo, quia nec moriendo, utriusque nec vlli simili necessitati succidendo corporalis conditionis. ⁴²⁸ Quia & angeli aliquando tanquam homines fuerunt, edendo & bibendo, & pedes lauacro porrigendo. Humanam enim induerant superficiem, salua intus substantia propria. Igitur si angeli facti tanquam homines in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt, cur non & homines facti tanquam angeli in eadem substantia carnis spiritalem subeant dispositione, non magis solennibus carnis obnoxij sub angelico indumento, quam angeli tunc solennibus spiritibus sub humano? Nec ideo non permanfuri in carne, quia non & in solennibus carnis, quum nec angeli ideo non & in spiritu permanserint, quia non & in solennibus spiritus. Denique non dixit, erunt angeli, ne homines negaret, sed, tanquam angeli, ut homines conseruaret. Non abstulit substantiam, cui similitudinem attribuit. [⁴²⁹ Resurget igitur caro, & quidem omnis, & quidem ipsa, & quidem integra. In deposito est videri quæ apud Deum, per fidelissimum sequestrem Dei & hominum Iesum Christum, qui & homini Deum, & hominem Deo reddet, carni spiritum, & spiritui carnem. Vtrumque iam in semetipso fœderauit, sponfam sponso, & sponsum sponsæ comparauit. Nam etiam animam quis contenderit sponfam, vel dotis nomine sequetur animam F caro. Nō erit anima prostituta, ut nuda suscipiatur à sponso. Habet instrumentum, habet cultum, habet mancipium suum carnem, ut collectaneâ comitabitur. Sed caro est sponsa, quæ in Christo Iesu sponsum per sanguinem pacta est. Huius interitū quem putas, secessum scias esse. Nō sola anima seponitur, habet & caro suos sinus interim in aquis, in ignibus, in alicibus, in bestiis, quum in hæc dissolui videtur, velut in vasa trasfūdatur. Si etiam ipsa vasa defecerint, quum de illis quoque effluxerit, in suam matricem terram quasi per ambages resorbetur, ⁴³⁰ ut rursus ex illa repræsentetur Adā auditorus à Domino: ⁴³¹ Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, verè tunc compos mali quod euasit, & boni quod inuasit: Quid anima inuides carni? nemo tam proximus tibi quem post Dominū diligas, nemo magis frater tuus, ⁴³² quam quæ tecum etiā in Deo nascitur. Tu potius illi exorare debueras resurrectionem, per te si fortè deliquit. ⁴³³ Sed nihil mirum si odisti, cuius auctorem quoque respuisti, quam & in Christo aut negare aut mutare consueisti, proinde & ipsum sermonem Dei, qui caro factus est, vel stylo vel interpretatione corrumpens, arcanam etiam apocryphorum superducens, blasphemiam fabulas. At enim Deus omnipotens aduersus hæc incredulitatis & peruersitatis ingenia, prouidentissima gratia sua effundens iniquissimis diebus de suo spiritu in omnem carnem, in seruos suos & ancillas, & fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit, & ⁴³⁴ pristina instrumenta manifestis verborum & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit. Nā quia hæreses esse

esse oportuerat, ut probabiles quiue manifestarentur, ⁴³⁵ hæc autem sine aliquibus occlusionibus scripturarum audere non poterant, idcirco pristina instrumenta quasdam materias illis videtur subministrasse, & ipsas quidem iisdem litteris reuincibiles. ⁴³⁶ Sed quoniam necdum dissimulare spiritum sanctum oportebat, quo minus & eiusmodi eloquiis superinundaret, quæ nullis hæreticorum versutiis semina subspargerent, immò & veteres eorum cespites vellerent; idcirco iam omnes retrò ambiguitates, & quas volunt parabolas, aperta atque perspicua totius sacramenti predicatione discussit, per nouam Prophetiam de Paraclero inundantem, cuius si hauseris fontes, nullam poteris sitire doctrinam, nullus te ardor exuret quæstionum, resurrectionem quoque carnis vsquequaque potando, refrigerabis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE RESURRECTIONE CARNIS.

C A P. I.

1. Fiducia Christianorum, resurrectio mortuorum, &c.] *Capit hoc primum inscriptum: Quod resurrectionem carnis seculum non ignorat.*
2. & tamen defunctis parentant.] *In eandem penitentiam Epiph. in Acoratu: Graci (inquit) rursus redeunt, Resurrectionem in totum negantes, defertentes in monumenta cibos, & potus. In Pandemio, hoc est, popularibus diebus, edulia quidem intantum exurunt, Vina verò libant: nihil commodi mortuis ex hoc afferentes, immò potius seipsos ledentes. Verum tamen cogitur à consuetudine consistere mortuorum resurrectionem. Nam ubi posita sunt corpora defunctorum, accedunt & inelamant, nomina proferentes mortuorum, dicentes: Resurge tu, comede, bibe, & letare. De hoc præterea vide supra Adnot. nostras Tom. I. li. de Testim. Anima, cap. 4. num. 20. Legimus autem iterum cum 1. edit. & V. tit. 3. MS. cod. pro temporibus seculentorum, ac si dicat, talibus esculentis qualia tempus anni quodque adfert. substitutum erat: sepulcorum; sed non placet, eò quòd infra cap. 4. legatur: & ipsorum temporum propria gula. Sive autem legas cum aliis: At ego magis ridebo, sive: rideo, cum V. tit. 1. MS. cod. perinde est; quamquam interim magis sit frequens. Rideo (inquit li. 3. adu. Marc.) si quem ad bellum ense cingebat. Est eadem ratio lectionis vulgata: sacrificat an insultat, ac V. tit. 3. sacrificat cui insultat.*
3. quum crematis cremat.] *Subauditur aliquid (inquit Rhen.) sensus est: sacrificat ne, an insultat potius, quum crematis hominum corporibus, superiniectos etiam cibos cremat.*
4. Nihil esse post mortem, Epicuri schola est, &c.] *De hoc vide supradict. Apolog. cap. 48. n. 610. acli. de Testim. Anima, cap. 4. num. 17. denique etiam li. de Anima, cap. 42. n. 464. sicuti etiam ibidem n. 465. de loco Seneca hic citato.*
5. si non minor Philosophia Pythagoræ & Empedocli.] *De hac in hæc verba supradictò cap. de Testim. Anima Auctor: Et si Pythagorica multò honestior, quæ in bestias reformat; de qua latius, tum paulopost, tum etiam supradictò li. de Anima, cap. 28. 29. 30. & 31. ac de Empedocli simili opinione, cap. 32. ac 33. Denique de Platoniorum sententia de immortalitate Animæ, plures locos lib. eiusdem.*
6. et si non in humana tantummodò, &c.] *Pythagoras (inquit Rhenanus) apud Ouidium huiuscemodi veterem ἄνθρωπον, docens, ait:*

- Et quoslibet occupat artus
Spiritus, æque feris humana in corpora transit.
7. ut Euphorbus in Pythagoram. Homerus in pauum, &c.] *Aaron Grammaticum (inquit Rhenan.) exponens illud Horatij in Oda 28.*
--habentque
Tartara Panthoiden iterum orco
Demissum:--
Pythagoram, inquit, significat, qui predicauit se apud Troiam Euphorbum Panthoi filium fuisse, qui interfectus à Menelao iterum reuixit factus Pythagoras; idque eum cognouisse agnito clypeo, quem templo Euphorbus fixerat. Hic autem, & in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem, postremò in Ennium potèram. hæcenus ille. Proinde sic apud Ouidium 15. lib. Metam. loquitur Pythagoras:
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus erâ; cui pectore quòdam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Attriæ.
Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ,
Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.
De istis plurâ vide cap. 28. num. 362. ac 365. li. de Anima, & cap. 33. num. 407.
8. Certè recidiuatum, &c.] *Recidiuatum (inquit Rhen.) usurpat in quarta inflexione. Sic infra c. 18. Quæ carnis recidiuatum pollicentur. Similiter etiâ cap. 30. recidiuatus (inquit) Iudaici status; & rursum cap. 53. ut illum à carne auocent recidiuatum. Sive autem legas: mutata cum exc. sive immutata cum V. tit. 2. cod. MS. perinde est.*
 9. licet non adita veritate.] *Scriptum (inquit idem Rhenan.) adita veritate, ab exemplaribus scriptis dissidentes, ut sit ab adeundo. Metaphora est pulsantis ostium, qui tamen nolit, aut non possit ingredi. Sic infra: Qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo. Locus citatus à Rhenano reperitur infra c. 19.*
- C A P. II.
10. Si verò & apud Deum aliqua secta est, &c.] *Titulum huic cap. datus: Quod hæretici, Sadducæorum partiarj, non agnoscant Resurrectionem, qui tamen ex libris aliis ab Auctore scriptis, refutantur, sicuti etiâ Lucani opinio Libro de Anima.*
 11. Sadducæi.] *Præter Matth. c. 22. Marc. 12. ac Luc. 20. ad quæ hic adludit, eundem errorem supra Sadducæis adtribuit Auctor li. de Præscript. adu. hæ. c. 45. num. 297. supra quoque li. de Carne Christi, c. 1. num. 3. & infra c. 36. ubi latius hæc scripturas deducit.*

12. partiaris sententiæ illorum.] Marcionitas (inquit Rhen.) & Apellias, hereticos intelligit, partim cum Sadducæis sentientes, dimidiatque agnoscetes resurrectionem. Similiter autem dixit lib. 3. aduersus Marc. cū partiaris erroris tui Iudæis. Neque verò solos Marcionitas intelligit, sed etiam (quorum mox meminit, & supra li. de Præscript. adu. heret. cap. 46. her. 4. num. 304. ac cap. 49. her. 12. num. 315.) Basilidem & Valentinū, item Saturninum, de quo ibidem cap. 46. her. 3. n. 303. Ophitas, de quibus cap. 47. her. 6. nu. 307. Carpoctatem, de quo c. 48. her. 9. n. 311. Marcum & Colarbarum, ut patet c. 50. her. 15. n. 319. Cerdonē, de quo c. 51. her. 16. n. 321. ubi etiam de Marcione supradictō, her. 17. n. 322. ac de Apelle, her. 19. n. 324.

13. alterius diuinitatis hæretici.] Alterius (inquit Rhenan.) pro alius, id est, diuersæ, ut mox in alterius diuinitatis insinuatione, & ad alterius diuinitatis temperant sensum, ac deinde ad alterius spei auctoritatem. Vocat autem alterius diuinitatis hæreticos, qui alium Deum præter creatorem se habere putant. Vnde, qui hic recitantur, Marcionem, Basilidem, Valentinum, & Apellem, sicut constat ex Adnot. nostris modo citatis; & præterea Simonem, de quo dicto li. de Præscript. adu. her. c. 46. her. 1. nu. 301. (cui aded etiam B. August. priorem errorem adscribit li. de heres.) Menadium, her. 2. n. 302. Saturninum item, Ophitas, Carpoctatem, Cerinthum, Valentinianos, Ptolomæū ac Secundum, & Heracleonem, de quibus c. 49. her. 13. ac 14. n. 316. ac 317. Cerdonem, & Tatianum, de quo cap. 53. her. 20. n. 325.

14. aut nullius veritatis contendentes, &c.] De horum hæresibus vide supra totum librum scriptum De Carne Christi, & potissim. c. 1. num. 11.

15. Propterea & nos volumus præmissis De CARNE CHRISTI, &c.] Nominatim hic citat dictum librum de Carne Christi, etiam argumentum eius paucis verbis explicans; quæ aded supra eius libri Argumento adiecit. Atque ex V. at. 3. cod. MS. correximus: aduersum pharisearum natiuitatem, pro: vanitatem, nam omnino supradicti hæretici adfirmabant, Christi natiuitatem phantasma esse.

16. cuius cōditio.] Habet quidē idem MS. 3. V. at. cod. editio; Verum, præterquam quod cōditio solet ab Auctore pro creatione vbi que accipi, legitur verisimiliter infra c. 5. quo carnis cōditio quaeratur, ac carnis primum cōditio munitur, & rursum: pro cōditione scilicet rerū; item c. 11. conditionem Deo nostro adscribit; ubi ad marginem id ipsum adnotauit Rhen. & c. 12. vniuersa cōditio recidua, et c. 26. semel homini addicta cōditio. Atque rectē etiā Rhen. illud: Christū & hominē & filiū hominis inscripserit, interpretatur declarauerit. Propriē autē accipitur infra c. 24. cum dicitur totum hominē elogio transgressionis inscripsit.

17. & obducimus.] Obducere (inquit idē) pro conuincere. Et mox: Obducti dehinc de Deo (sic enim in hac editione distinximus, exposcente sensu) pro conuicti. Vide plures similes locos supra li. de Carne Christi. n. 147.

18. Hoc fermē modo dicimus in eadē cū hæreticis disceptationē.] Sicuti alibi, sic & hic, protestatur Auctor priusquam in eam hæreticis disputationem: ne sibi contrarietur, quod sepedito li. de Præscript. adu. her. prescribat, non esse cum illis disceptandum: cuiusmodi locos plures videre est. Adn. nostris ibidē c. 15. n. 98. Atque accipitur mox illud: ordinatē, pro: ordinatē, ac cit ordine debito. Legimus autē paulopost: ad alterius spei aucto-

rem etiam vltra suspicandū, ex V. at. 3. MS. pro: vltra. Indicare enim vult, ex vno errore in alterū vteriolem delabi paulatim hæreticos. De Proverbiali denique formula: quo cuncto occurrendum sit (quod substituit ex Britannico codice Gelenius, pro: decurrendum) videantur nostra Prolegomena.

19. De Deo quidem VNICO, & CHRISTO EIUS ADVERSVS MARCIONEM, &c.] Intelligit 2. & 3. lib. adu. Marcionem; quorum ille: de Deo vnico, hic de Christo eius, latē tractat; quas proinde scripsit materias etiam titulus illorum addidimus.

20. DE CARNE VERO DOMINI, etiā ADVERSVS QVATVOR HÆRESIS, &c.] Etiā ex hoc loco titulum libri de Carne Christi, quem iā iterum citat, locupletauimus, & quæ sint hæc quatuor hæreses, ibidem adnotauimus c. n. 8. 9. 10. 11.

21. Quia & hoc latere vno diuinitatis defendetur.] Vno pro vnitatem, accipitur. De Proverbiali altera forma, hoc latere defendi, ad Prolegomena nostra. Perinde etiam est, siue legas cū vulgatis: defendetur, siue cū MS. 3. V. at. cod. defenditur. Venique: retractatus, pro tractatus, Auctori frequenter vsurpatur.

22. Viderit vnus aliqui Lucanus.] Sic dixit (inquit Rhen.) aliqui Lucanus, id est: aliquis Lucanus, ut in li. de Carne Christi, c. 12. In Lazaro aliquo. Et ibidē mox, c. 14. In aliquo Zacharia; & hic paulopost, c. 3. Vt ergo & sententiā Platonis alicuius; itē li. 1. adu. Marc. Si non aliquis Esaias. Intelligit autē Lucanum hæreticū, cuius mentionem fecit in libro De hæresibus, nēpē posteriori parte li. de Præscript. adu. heret. c. 51. her. 18. n. 323. Patet autem hinc, etiam Rhenanum in ea fuisse sententiā, quod diuidi deberet liber ille in duos; de quo post eiusdem libri Argumentum latius.

23. quam secundum Aristotelē dissoluens.] An Aristoteles mortalem Animā dixerit, an verò immortalem; adhuc in scholis questio agitatur. Certē Auctor, quem quam supra li. de Anima, c. 6. n. 85. dubitare videatur, hic dissolutionem Animæ secundum Aristotelē tribuens, priorem sequitur opinionē, & apertius B. Iustinus Martyr Apol. 1. Aristoteles (inquit) Enteletichā eam nominans, non immortalē, sed mortale esse vult. Nec absimiliter alicubi Origenes, Gregorius Nyssenus li. 2. Philof. de Anima, c. 4. ac Theodorus de curand. Græc. affect. lib. 3. Plutarchus denique de placit. Philof. li. 5. c. 1. In contrariam sententiā ierunt iam olim, ipse Plutarchus eiusdē li. c. 25. dū dicit: Aristoteles communem somnū corporis & animæ autumat, mortem verò esse absolutam refrigerationē, quā ipsam corporis solius esse, non etiam animæ, cuius neutiquā mors sit: Theophrastus ac Themistius eius discipuli, Simplicius item, Ammonius vterque, & Olympiodorus eius interpretes, S. Thomas denique Aquinas, & Theodorus Metochites. Quos interim duos posteriores, scribit Carpenterius (in Philof. Plat. Alcuini c. 18.) ex vna eadēque particula li. 12. Metaphys. colligere intellectus immortalitatem, ex qua Alexander mortalitatem colligit.

24. Sed vrsus forsitan, quā Lucanus.] Adlusio est (inquit Rhenan.) ad gentis nomen. Sina est Lucania inter Campaniam & Brutios. Horatius:

Pecūve Calabris ante fidus feruidum
Lucana mutet pascua.

25. Habet & iste a nobis pleniss. DE OMNI STATV ANIMÆ stylum.] Adludit haud dubiē ad li. de Anima, ubi videre est locos complures, quibus immortalitatem tuetur. Rectē autē censet Rhen. legendum: perstricta, pro: præstricta, quia cōsentit V. at. 3. MS. cod.

C A P.

26. Est quidē & de cōmuni sensibus sapere in Dei rebus, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Quod vulgi contrariā sententiā hæretici sequi nō debeant. Atque rectē sic explicat prædicta verba Rhen. Etiam cōmunes sensus sapiunt in Dei rebus. Nā & similiter dixit infra initio c. 5. & rudes quique de cōmuni sensibus adhuc sensibus sapiunt. Et verò secundū etiā primā edit. restitimus: Quædā enim & natura nota sunt, ex 3. V. at. MS. cod. pro: nata sunt.

27. Vt ergo sententiā Platonis alicuius, &c. Omnis Anima immortalis.] Haud dubiē debet istud intelligi de omni Anima rationali; nā de illa & in Phædone, & alibi loquitur Plato, quotiescunq; immortalē Animam pronuntiat.

28. Vt & conscientia populi, &c.] Bis ter de, uti in Proverbio est, quod pulcrū est, itaque istud imprimis inculcatur ab Auctore Tom. 1. li. de Testim. Animæ, qui ex professo hac de re scriptus est, maxime c. 2. ubi recitat illas populi voces: Deus videt, & Deo cōmendo, ac: Deus inter nos iudicabit. Immo eadē reperire est Apol. c. 17. & libro precedenti libri de Carne Christi c. 12. ac rursum infra li. 1. adu. Marcion. Vbi sicuti etiam T. 2. li. de Coron. milit. c. 6. illud peculiariter cum hoc loco consentit: Deū Deorum perhibent, siue: appellant.

29. & cor vulgi cinerē a Deo deputatū.] Rectē adnotauit Latinius, locum hunc reperiri Isai. 44. nempe secundum 70. quem etiam citat, & paulo aliter explicat Auctor supra Tom. 2. li. de Idololat. cap. 4.

30. qui Deū fugitis.] Rursus hic adludit ad alterius diuinitatis hæreticos; de quibus supra c. præc. n. 13. quare non placet quod habent 2. V. at. MS. cod. fugitis.

31. Quid cæco duci inniteris, &c.] Adludit ad illud Matth. 15. Marc. 7. & Luc. 6. Cæci sunt & dices cæcorū; item ad illud Galat. 3. Christū induistis, & quod habetur Ephes. 6. Accipite armaturā Dei. Siue autem legas: vtuntur nō Christiani, cū Anglico Ioan. Clemēsis cod. siue cū reliquis omnibus, vtuntur non Christianus: parū refert. Eadē est ratio lectionis 3. V. at. MS. cod. quæcūque ethnici sapiunt, & excusi: quæ cū ethnicis sapiunt.

32. compassio sententiarum.] Consensum (inquit Rhenan.) intelligit, & mutuū responsum. Medicorum vocabulum est. Græci οὐρανὸν δεικνύουσιν.

C A P. IIII.

33. Itaque hæretici inde statim incipiunt, &c.] Titulum huic capiti damus: Obiectio hæreticorum & ethnicorum de carnis ignobilitate.

34. & inde præstruunt.] Vox hæc non modò alibi, sed & hoc libro frequentissima est Auctori. Sic cap. 18. Hucusque præstructionibus egerim, & c. 20. primam præstructionem eorū, & c. 30. quasi & ipsum dubiū præstruxit, id est, interprete Rhen. prius instruxit; item c. 33. Nā & idē præstruximus; c. 49. sine vilius supra sensus præstructione, ac c. 53. in vtroque homine præstruxit. Adidimus autem iterum ex MS. 3. V. at. cod. quod habebat 1. edit. & non protinus, ante illud: & non vbiq; & legitimus cum istā: in casum, pro: in causam; eo quod magis correspondeat illi illud quod sequitur: caducæ.

35. post totum ignobilitatis elogium.] Id est, recensionem. in bonā & in malā (inquit Rhen.) parte accipitur elogium. sic infra, c. 21. Religionē publico odio & hostili elogio obnoxia. Metaphora ducta à charta, quæ eiusmodi testificatio continetur. Vide plura de hac supra Tom. 1. Apol. c. 2. n. 2. & lib. ad Scapulā, c. 4. n. 28.

ubi etiā aliam significationē elogij indicauimus, pro sententiā; quomodo etiam accipitur illud infra c. 34. totum hominem elogio transgressionis inscripsit.

36. & recordatui tuo.] Recordatus (inquit Rhen.) pro recordatione. Cuius etiā illud placet: persuadere, passus vocis esse, id est, persuadere, ut interrogatiue legatur.

37. Et vtique redhibētibus eam ignibus & vndis, &c.] Rectē sic restituit hunc locū Rhen. nā correspondet 3. V. at. MS. cod. & infra etiam legitur, cap. 13. vti credas, de ignibus quoque substantiā corporis erigi posse.

38. & rumis alitum.] Est ruma (inquit idem) quod alij rumē vocant, prominens sub mēto gutturis pars, quæ cibis in aluum descendit, à quo Rumino verbum, & Struma, deducuntur. Vide autem de hoc dogmate latius infra cap. 32.

39. & lactibus piscium.] Lactes (inquit idē) sunt per quas cibis dimittitur; in homine, inquam, & oue. In ceteris animalibus, lactes ipsa sunt ilia.

40. & ipsorū temporum propria gula.] Primus hic adiecit temporū Germanus; quod etiā germanum esse supra adnotauimus n. 2. Adludit autem (inquit Rhen.) ad Vedij Polliōnis gulosam scruitiā & scruientem gulā. Nam is damnata mancipia vinaris muranarū immergebat; non tantum, ut totum hominem pariter distrabi spectaret, quod Plinius prodit, verum etiā ut humana carne in piscibus desceretur, quod docet Tertullianus in libro de Pallio, bis verbis, c. 5. Immergo æquæ scalpellum (inquit) acerbitati ei, quæ Vedius Pollio seruus murenis inuadendos obiecitabat. Noua scilicet scruitiā delectatio terrenæ bestiæ excedētulæ, & exunguis, & excornis: de piscibus placuit feras cogere; vtique statim coquendis, vt in visceribus earum aliquid de seruorum suorum corporibus, & ipse guttaret. Hæc ille. Ergo non sine causa hic dicit: & ipsorū propria gula redhibente, subaudi quæ deuorauerat de carne humanā.

41. Ad eonem autem eadem sperabitur, &c.] De hoc latius infra c. 57. & 58. sicuti etiā de consequētis carnis seu necessitatibus, c. 60. & 61. Legas autem licet cum 3. V. at. MS. cod. mors reoptanda, siue: redoptanda cum exc.

42. Ceterum, quantum etiam spurciloquio liceat, &c.] Iterum sic legitimus cū edit. 1. & V. at. 3. MS. cod. pro: spurciloquij, sicuti etiam Rhen. qui addit: hoc loquēdi modo Tertullianū sapē vti, ut verbiū semel ponat, quod mox repetendum sit, vt hic: illorum in congressibus experiri, subaudi, liceat, vel licet.

C A P. V.

43. Igitur quoniā & rudes quique, &c.] Inscriptus caput istud: Dignitatis carnis defensio, quod à Deo facta sit. De Proverbio autē: primus in nos aries tēperatur, vide nostra Prolegomena. Atque varia lectio est MS. cod. V. at. 3. vituperatione laudatione depulsa, pro: vituperationem laudatione depellas, quorum vtraque bona.

44. corpusculū quod malū denique appellare non horrent.] Puto Auctorem respicere ad Marcionis hæresin; quippe qui, eo ipso quo dicebat: corpus creatum à malo Deo, & ex materia mala, indirectē concludebat: etiā corpus malum esse. Verum apertius eum errorē secuti sunt postea Manichei.

45. etsi angelorū fuisset operatio, vt Menandro & Marco placet.] Angelos mundū creasse, & proinde etiam humanā carnem; Menandri fuit cū Simone Mago

O O iij

suo magistro communis heresis, sicuti supra videre est li. de Praescript. adu. heret. c. 46. her. 2. n. 302. An autem etiā Marcus idem senserit, alibi non inuenio. Adtribuit illud ibidem Auctor etiam Saturnino, Ophitis, ac Carpocrati, her. 3. 6. & 9. qui etiam angelum illum creatorem, uti mox sequitur: summū Deū appellabant. Certē Marcioni adscribi non posse manifestū sit ex libris Auctoris aduers. eundem; quare nō placet quod Vat. 2. legant: Marcioni; sed retinimus Marco; de cuius heresibus aliis, vide suprad. li. de Praescript. adu. her. c. 50. her. 15. n. 319.

46. et si ignei alicuius exstructio æquē angeli, vt Apelles docet. De hoc ibidē c. 51. her. 19. n. 324. & li. de Anima, c. 23. n. 298. & li. de Carne Christi, c. 8. n. 78.

47. & duriores quæq; doctrinæ. Duriores hīc propriē accipitur pro firmiores & solidiores. Placet autem magis: quæque, quam quod habent alij: quoque, quantumuis MS. codices.

48. Sed & mundus, inquis, &c.] Obiectio hereticorum, non vterius tamen (secus quam sensit Rhen.) quā vsque ad illud: Planē (ac si dicitur, eorum sententia) si portio vniuersitati adæquatur.

49. Ad distantia enim prouocamus, &c.] Mūdi videlicet (inquit Rhen.) & hominis, vnde sequitur: Magnæ sine dubio differentia ratio, pro conditione scilicet rerum.

50. & sine illo nihil, &c.] Similiter supra etiā Auctor libro adu. Hermog. c. 18. 20. ac 45. legit: & sine ipso factū est nihil, nullis aliis vocibus additis. Atque adeo hinc confirmatur Latini interpretis huius loci Ioan. 1. distinctio: & sine ipso factum est nihil. Quod factū est in ipso, vita erat. quam etiam ferē sequitur Latini omnes interpretes, & B. Cyrillus in Ioannem scribentes. Græci alij, ac Syriacus codex sic distinguunt: & sine ipso factū est nihil quod factum est. In ipso vita erat. B. Hilarius denique ab vtriusque dissentiens: & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat, de quibus omnibus vide Reuerend. Dn. Iansenii Episcopi Gandauesem Comment. in Concord. Euang. c. 1. Est autem Veteribus magis vsitata lectio MS. Anglicæ cod. constetit, quam vulgata: constitit. Proinde etiam magis placet, nisi idē codex c. sequi legeret: constitisset. sine autem legas: cōpararetur cū excusis; sine: cōpararetur cū Vat. 3. perinde est, sicuti etiam de illo: vt Dominus esse posset, seu possit.

51. Et finxit Deus hominem, limū de terra, &c.] Eisi alibi nonnumquam veritat Auctor: de limo terræ, sicuti supra adnotauimus li. adu. Hermog. c. 26. n. 89. hic tamen disertis verbis explicat: limum de terra; vtrique autem lectio bona.

52. Et insufflauit in faciem eius flatū vitæ, &c.] Magis accedit hæc lectio Auctoris hoc loco ad vocem Græcam ἐνεφύσησεν, quā quod supra vertit lib. adu. Hermog. cap. 26. ac 31. adflauit, sine quod est etiam supra lib. de Anima, c. 3. & 11. flauit.

53. Et posuit Deus hominem quē finxit, in paradiso.] Illud: quem finxit, translulit ex Græca edit. 70. qui amplius habent quam Latini aut Hebraei, aut Chaldaici, ὃν ἐπλασεν.

C A P. VI.

54. Persequar itaque propositum, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Eiusdem dignitatis probatio, quod manu Dei facta sit caro.

55. Recogita totum illi Deum occupatū ac deditum.] Vocem: illi, explicat Rhen. id est: in illa materia, seu propter illam materiam, eiusque causa occupatum. Quod deditur, totum eius est cui deditur. Aiqui legi-

mus ex Harrisij coniectura, confirmata Vat. 3. MS. cod. quæ lineamenta ductabat, pro: dictabat. Est enim Prouerbialis formula à pictoribus sumpta: lineamenta ductare, de qua in Prolegomenis latius. Quum etiā Auctor imaginē Dei & similitudinem tum hīc, tū infra initio c. 9. distinguat; vide ea de re li. de Bapt. c. 5. n. 42.

56. qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit parari Deo.] Legendū (inquit Rhen.) parari Deo, quam quā refraugantibus exemplaribus scriptis. Sic enim veritū Græcum verbum ἰσοδοῦν. De hoc verbo alibi. Similis autem phrasī est infra c. 53. pariat inter se Christus & Adā, & li. 5. adu. Marcion. penultimo, locum illum Pauli Apostoli eodem modo legit. Simile etiam est illud li. 4. adu. Marc. cui per omnia parauerint. Est autem vox Iurisconsultorum parare: hinc legitur l. 17. Cod. de sol. parata obligatio. Sine autem legas: ad infuscādam cum exc. aut infuscandum, cum Vat. 3. MS. cod. non refert.

57. artificis fastigium, &c.] Fastigium interpretatur Rhenanus maiestatem, dignitatem, amplitudinem, elegans vocabulum. Cōfirmatur hinc autem nostra similis lectio supra Tom. 1. li. de Pallio, c. 1. n. 10. senium, non fastigium. Sic etiam infra c. 55. angelicum iam fastigiū induerit. Hic verō legitur cum MS. 3. Vat. & Basil. cod. qui illam & eligēdo (seu potius iuxta Anglicum cod. & antiquarios, elegendo) pro: in eligendo.

58. Phidiæ manus Iouem Olympium ex ebore molitur, & adoratur.] Etiam hoc ex Vat. 3. iterum secundum Rhen. substituiimus, pro eo quod irrepserat: moluntur & adorantur. neque enim manus Phidiæ adorabatur, sed Iupiter. De hoc autem citatur à Rhenano Plin. li. 34. c. 8. Minoribus, inquit, simulacris signisque, innumera prope artificū multitudo nobilitata est; ante omnes tamen Phidias Atheniensis, Ioue Olympie sacro, ex ebore quidem, sed & ex ære, signa fecit.

59. bestia, &c. inuisibilis dens est.] Recte hīc circumscribitur, quia id solū ebore est, teste Plinio li. 8. c. 3. qui quum ibidē, & 2. c. præced. proximū humanis sensibus elephantē probet; oportet vt accipiat inuisibilem hīc, secūdo significatu, quē Donatus tradit, ac si dicitur: sine salu & facilitate. Aiqui legitur ex Anglico cod. De° viuus & De° verus, adiecto: & quod desiderabatur, sicuti etiā paulopost ex Vat. 3. MS. cod. licet & caro audiat.

60. de obsoleto matrice.] Etiam obsoleto hīc in secunda accipitur significatione; non pro: inueteratione, sed pro sordidiorē. Nō displicet autē Vat. 3. MS. lectio: obsoleto matrice, sicuti nec illa: excausato censu, pro: excusato. Est etiam census vox Tertullianica.

C A P. VII.

61. Sed diluitor videatur auctoritas carnis, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod limus in carnem mutatus sit & reformatus. Aiqui omisit: ne; quod nullo sensu addebatur, & deest in 3. Vat. MS. exemplaribus. Est autem noua hereticorū obiectio, vsque ad illud: Quādo, &c. Accipitur verō etiam hīc diluitor minus propriē, pro: infirmior; et significatione, qua dixit Cicerō pro Roscio, infirmare & diluere. Paulopost habent quidem Vat. 3. quomodo caro fluxerit ex limo, sed magi facit ad institutum floruerit.

62. Neque enim, vt quidam volūt, ille pellicæ tunicæ, &c.] Qui in illa iam tū fuerint sententia, nō satis cōstat; quum autem Origenes, seu potius maior Origenista (eō quod Origen. hom. 6. in Leuit. cōmuni sententiæ consentiat) eam opinionem sequerentur; Epiph. her. 6. 4. ad verbum penē Auctorem imitatur: Et vbi, inquit, surrexisset Adam

Adā de somno, dixit: Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Nondum autem tunica pellicea, nondum nugamentum à te allegoricē confictum fuit. Os itaque ex ossibus meis, & caro ex carne mea, palam est quod iam corpore erant, & non incorporeū erat Adā neq; Eus. Porro quū hīc eā sententiā impugnet Auctor; oportet vt ex illorū scētia Fronicos paulopost subiiciatur: quā postea pellicæ tunicæ, id est, cutes superductæ, veltiurū, &c. Vide etiā de hac re supra li. adu. Vat. c. 24. n. 274.

63. quum aliquanto prius & Adam, substantia suā traducem, in femina iam carnem recognouerit.] Hæc lectio Anglicæ cod. MS. magis accedit ad institutum Auctoris, quā vulgata: in femina iam carne. Sicuti etiam magis placet illud eiusdem: Oblitteratus igitur, quā quod erat: Oblitteratur; eō quod addatur: & deoratus est. Item illud Latini: vapore scilicet idoneo torrere, pro vapore scilicet & idoneo; quia sequitur: per adflatus diuini vaporem. Adnotanda denique lectio Vaticanæ, 3. MS. cod. & aliam ex alia stringere (speciem, pro fingere; quamquam istud magis placet, eō quod de figulo loquatur).

64. Numquid argilla dicit figulo, id est, homo Deo? Vat. 2. dicit. Verum quia legitur egei, non solum Esai. 45. sed etiam Rom. 9. illud retinimus. Nam partim ex vtroque loco citatur hæc scriptura.

65. Hinc & Apostolus, circumcisionem, depolationē carnis appellans.] Etiam hīc metaphrasīcās citat hanc scripturam non ad verbum ex Apostolo, apud quem legitur Coloss. 2. circumcisione non manifestata in exspoliatio corporis carnis. Mirum est autem quod omiserit illud: corporis; maxime quum Græcæ præterea legatur additum & perceptū, id est, peccatorum corporis carnis. Sive autem legas cum exc. confirmauit, sine cum MS. Vat. 3. cod. adfirmavit, non refert.

66. ne argento quoque oblaquees, sed electissimo, &c.] Ita recte diuinavit legendū Rhen. sacri illud: oblaquees interpretatur, id est, circūdes, cingas, includas, vt sit à lacu deductum verbum oblaqueo, quem admodum oblaqueo; cuiusmodi est quod sequitur: descrobes, id est, inferas, à scrobe, id est, fovea. Est autem adnotanda Angl. MS. Vat. antiqua lectio: ferroginis, pro: ferruginis.

67. alicui commiserit capulo.] Corpus (inquit idem) capulum animæ vocat, id est, receptaculum. Eadem etiam voce infra dicitur cap. 32. quam capulum, quam sepulcrum, & cap. 38. de capulis, de sepulcris: sunt enim Auctori hæc duo synonyma. Hinc illud Nonij Marcelli: Sarcosagum, id est, sepulcrum, veteres capulum dicit volunt, quod corpora capiunt.

68. an anima appareat carni.] MS. 3. & 1. edit. pareat; verum infra similiter dicit cap. 16. vice potius vasculi apparere animæ, vt instrumentum, non vt ministerium; quibus verbis indicat apparere vtrouique accipi pro ministrare, sicut alibi non semel. Vtraque autem lectio paulopost bona est: fulta est, exc. cod. seu: fulciatur, Vat. 3.

69. quam à carne devertere.] Sic omnino legendū; quia non alibi modō, sed & hoc libro, illud vsitatum est Auctori: pro diuertere; sicut c. 49. paradiso scilicet non inferis deverturum. Legat autem mox Lector cum exc. subiaceant animæ, vel cum MS. 3. subiaceant.

C A P. VIII.

70. Et hæc quidem velut de publica, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod apud Christianos magna carnis prærogatiua sit. Est autem phrasī Tertullianica: carni procuratim; sicuti etiam infra c. 12.

cui procurata sunt, & cap. 18. cui tot auctoritates, &c. c. procurant, vbi ex Rhenano latius num. 136. Aiqui denno cum prima edit. ex Vat. 3. legitur: dum est in carne, addito: est.

71. quum Anima Deo allegitur, &c.] Prima edit. & Rhenan. initio alligitur, Vat. 3. alligatur; sed prius illud Gelenij placet. Allegebantur enim (inquit Rhenan.) olim Romani in senatum. Allegitur Anima Deo; quum homo religioni nomen dat. Sic infra: Donec impleantur tempora nationum allegendarum, scilicet Deo. Quare etiam retinimus: vt anima allegi possit. Nam & supra li. adu. Valent. cap. 29. in Reges & sacerdotes allegere, dixit Auctor.

72. sed & caro abluatur, vt anima emaculetur.] Simile est illud infra li. 1. adu. Marc. aquam creatoris qua suos abluit. Quum verō hoc ad sacramentum Baptismi pertineat, vide supra lib. de Baptis. maxime c. 2. n. 13. vbi docuimus ex Patribus animam emaculari à delictis omnibus; immo etiam ab omni reatu eam eximi, ibidem cap. 5. num. 41.

73. Caro vnguitur vt anima consecratur.] Eodem pertinet illud dicti primi lib. adu. Marc. nec oleum quo suos vnguit. De vnctione verō carnis & ante, & post baptismum, vide eiusdem lib. Adnot. nostras nu. 1. inter baptismi ceremonias, ac de posteriori, per totum c. 7. Fortassis etiam ad sacramentum Extreme vnctionis referri possit, de quo etiam supra lib. de Praescript. adu. heret. c. 41. n. 262.

74. Caro signatur, vt & anima muniatur.] De signo crucis quo caro signatur, habes ibidem inter baptismi ceremonias, tum etiam supra T. 2. li. de Cor. milit. c. 3. num. 40. Potest interim etiam hoc ad sacramentum Confirmationis referri, de quo nu. sequenti.

75. Caro manufimpositione adumbratur, vt & anima spiritu illuminetur.] De Manufimpositione, vide dicti lib. de Bapt. c. 8. integrum. Quod verō sacramentum sit, vultō nuncupatum Confirmationis sacramentum, lib. de Praescript. adu. her. cap. 40. nu. 243. ad illud: signat illic in frontibus milites suos. Quod etiam confirmatur his verbis cap. seq. vbi ad tria hæc alludit; quorum hīc meminit, Baptismi, Manufimpositionem, Eucharistiam, quum dicit: quam de sacramētis suis vestiuit.

76. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, vt & anima de Deo sagineretur.] Etiam hoc indicatur dicto li. 1. adu. Marc. c. 14. quum dicitur: nec panem quo ipsum corpus suum repræsentat, id est, (sicuti vbiq; vti solet ea voce Auctor) præsens facit. Plures autem de veritate corporis & sanguinis Christi Tertulliani locos, adnotatos habes infra li. 4. adu. Marc. & alia eodem pertinentia supra Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 10. nu. 134. ac T. 2. lib. de Orat. cap. 6. nu. 23. li. de Idol. cap. 7. nu. 31. ac 34. & lib. 2. ad vxor. cap. 5. nu. 37. Infra item dict. lib. 1. adu. Marc. Tom. 4. lib. 5. Carminum adu. Marc. Denique etiam eodem Tom. 5. lib. de Pudicitia, ad illud: opimitate Dominici corporis vescitur.

77. Non possunt ergo separari in mercede.] De mercede & meritis carnis ac animæ, infra magis ex proposito Auctor cap. 15. 16. & 17.

78. ieiunia, & seras, & aridas escas.] De his latiss. infra Auctor lib. de Ieiuniis, Tomo quinto.

79. & adpendices huius officij sordēs.] Loquitur (inquit Rhenan.) de squalore corporis, qui penitentiæ est argumentum. Explicat enim sustis quod hic innuit, in lib. de Penit. quum inquit: De ipso quoque habitu atque victu, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obfcurare, animum meroribus deicere, illa, quæ

peccavit tristi tractatione mutare, & qua illic sequitur. Reperitur autem locus à Rhenano citatus lib. de Penitent. c. 9. Vbi de his aliisque publicè penitentia officii Latius.

80. Virginitas quoque & viduitas. De Virginitate & Viduitate, Latius tractat Auctor supra Tom. 2. lib. de Virginitate, & infra Tom. 5. lib. de Exhortat. ad castit.

81. & modesta in occulto matrimonij dissimulatio. Vnde (inquit Rhenan.) fuit castitati Tertullianus. Hic certe adludit ad continentiam quorundam in matrimonio, de quibus supra ipse etiam Auctor lib. de Patient. cap. 12. num. 78. & apertius c. 6. lib. 1. Ad uxorem, n. 3. 8. ac 39. Quot item (inquit) qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, saluo matrimonio; ac dicit. de Feland. Virg. c. 10. n. 84. siue qui ex consensu contumeliam communem iam recuauerunt, quibus locus de hoc latius.

82. & vna notitia eius. Hoc dicit (inquit Rhen.) propter Monogamiam, addens dogma reiectum esse; quare de eo latius inter Tertulliani paradoxia in Prolegomenis. Finitio quidem in odia sine scriptura existat supra Tom. 2. li. 1. Ad uxorem, de vni nuptiis; verum postea vehementius in qui infra existant Tom. 5. Libris de Exhort. ad castit. & de Monogamia.

83. pro nominis fide. Non semel adnotauimus, à Tertulliano & B. Cypr. vsitatum nomen, pro Christiano nomine. Sic etiam cap. 40. supplicii, nominis causa. Tertullianica sunt etiam voces: erogatur, & quo. Quare etiam ex Pat. 3. MS. cod. legitur: hoc magis vincita quòd absolutà, pro: quòd.

C A P. IX.

84. Igitur, vt retexam, quam Deus, &c.] Inscriptum caput istud: Quòd Christus carnem amet, est in firmà. Legimus autem secundum Pat. 3. MS. cod. quã de sacramentis suis disciplinãque vestiuit, phrasi Tertullianica; item geminatum illud: Absit, absit.

85. solum oprimum à Christo eius addiscimus.] Rectè interpretatur Rhen. à Christo eius, id est, Christo boni Dei Marcioni. Adludit autem ad illud Christi, Luc. 18. Nemo enim nisi totum Deum, quomodo de dilectionis mandato Dei & proximi, Matth. 22.

86. Medicum non desiderant nisi malè habentes.] Infra li. 4. adu. Marc. Medicum sanis non esse necessarium, sed malè habentibus; Magis ad verbum citans Evangelistæ verba Luc. 5. Perierunt in idem redit, quia qui desiderant, requirunt; non requirunt autem nisi id quod necessarium est.

87. In honestioribus maiorem circumdamus honorem.] Juxta ipsam vocum Græcarum adlusionem 1. Cor. 12. opposuit & τιμωτερος, id est, inhonestiora (pro quò noster interpretis ignobiliora) & τιμω, id est, honorè.

88. Ego (inquit) veni, vt quod perierat, saluum faciam.] Paulo, aliter etiam hoc Auctor, quam sit Luc. 19. vbi in tertia persona legitur: Venit filius hominis saluum facere quod perierat, sicut etiam infra li. 4. adu. Marc. legitur. Infra verò c. 34. Sicut hic: Ad hoc (inquit) venisse se dicit, &c.

89. Malo mihi (inquit) salutem peccatoris quàm mortem.] Supra Tom. 2. li. de Penit. c. 4. pro hoc legit Auctor: Penitentiam malo quàm mortem. Sed non mirum est, variè citari hanc scripturam (sicut etiam ibi adnotauimus n. 17.) eo quòd nusquam certo loco reperitur apud Ezechielem, sed partim c. 18. partim 33.

90. Omnis vis Dei benefica vacuisset.] Iterum

hic (inquit Rhenan.) vacuisset legitur, iuxta Vulgarem Afrovum pronuntiationem, vt videtur. Nos dicemus: vacasset. Adludit autem ille ad illud lib. preced. de Carne Christi, cap. 7. n. 67. nisi quòd etiam vacuisset tentationis ingenium, vbi & n. 44. de hoc verbo, pro: carere, seu frustraneum esse, latius. Vsurpatur autem ab Auctore, si vsquam alibi, hoc certè lib. frequentiss. Exempli gratia c. 16. licet ab exemplo vacet diuersitas rerum, ac: & exprobratio enim, & exhortatio vacarent erga carnem, si vacaret & merces. Item c. 25. & vacat quòd hic iam ab hæreticis vindicatur, & c. 35. vacabit astutia, ac 56. vacaturo scilicet emolumento. Item c. 60. totum scilicet vacaturum, ac: exinde iam vacaturam, & ex futura membrorum vacatione, & licet enim esse quid denuò, & nihilominus vacare, nec potest autè dici vacare, si nò sit. At enim si sit, poterit & non vacare, nihil enim apud Deum vacabit. Rursum c. 61. causas necessitatis tunc vacaturas, ac: Si & hic iam vacare est, & temporalis vacatione.

C A P. X.

91. Tenes scripturas, &c.] Huius capiti titulum dedimus: Quòd multis aliis scripturis caro illustretur. Lego autem iuxta coniecturam Rhen. ex Pat. 3. Legis tunc quando deprimitur adigere oculos, & tum quando releuatur, pro eo quòd vtrouque mēdo se legebatur: cum. Item legunt quidem: reuelatur, sed illud placet, eo quòd precedat: deprimitur, maxime quòd infra c. 18. legitur: cuius iacere, eius & releuari.

92. Omnis caro videbit salutare Dei, &c.] Infra c. 59. eadem hæc scriptura isdem penè verbis citatur. Legitur autem id secundum 70. pro eo quòd B. Hier. vertit dicitur: & videbit omnis caro pariter, quam vtramque lectionem eodem recidere, pulcrè deducit Leo de Castro in Jfaiam.

93. Notatur in Genesi dicens Deus: Non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt.] Adnotamus: Deus, ex 3. Pat. MS. cod. Reperitur verò etiam hæc scriptura secundum 70. Gen. 6. nisi quòd ibi interponatur: in æternum, tam Græcè quàm Latine, & in additionibus quoque Hebraica, ac Chaldaica, quòd hic omittitur. Legimus autem paulopost: quæ carnem ministerio sibi subigit, aut subicit, ex Pat. 3. MS. cod. pro: quòd. Item: verum interim & in illis litteris Paulus est.

94. quum stigmata Christi in corpore suo portat.] Auctor etiam hic variat à Græco & Latino contextu hodierno, legens: Christi dumtaxat, pro eo quòd illi: Domini Iesu, & quidam: Domini nostri Iesu.

95. quum corpus nostrum, vt Dei templum vitari vetat.] Hoc etiam paraphrasticè, quia quum habeatur 1. Cor. 3. Nesitis quia templum Dei estis, & si quis templum Dei violauerit, &c. ipse corpus nostrum, Dei templum interpretatur.

96. quum monet, tollere & magnificare Deum in corpore nostro.] Infra c. 16. ipsa verba Apostoli citat suo ordine: Glorificate (inquit) & tollite Deum in corpore vestro. Sunt enim illi synonyma: magnificare, & glorificare. Atqui vel hinc patet illud: tollite, pro quo interpretis verba: portate, non nouum esse, sed iam lectum, etiam si nunc Græcè nihil sit quòd correspondeat. Porro addidimus ex 1. Pat. MS. cod. aliquando, legendo: quòd etiam aliquando probauit.

C A P. XI.

97. Hucusque de præconio carnis aduersus inimicos

micos, &c.] Inscriptum caput istud: Quòd Deo non sit impossibilis resurrectio carnis. Legentes mox ex 2. Pat. MS. cod. Negantes enim eius pœnam.

98. de quibus luculenter & Paracletus, &c.] De scriptis Paracleti, quo nomine Montanus vocare solet, & Prophetidis Priscæ, inter Prolegomena latius de Tertulliani paradoxis. Eodem etiam pertinet quòd habet in huius libri fine: per nouam Prophetiam de Paracletio inundantem, &c. Paulopost Pat. 3. MS. cod. legunt: quibuscumque modis exemptum; sed magis placet: ereptum; eo quòd supra cap. 4. vbi id ipsum tractat, legatur: ereptam, & paulopost item: quocumque dehaustam. Omittunt idem deinde: credere; quòd tamen retinimus, eo quòd possit consrui cum illo quòd interponitur: volunt. Placet verò quòd legunt: quum tamen, pro: cum tam. Et vox est Tertullianica: dedicata.

99. vtrumque mihi adplaudit.] Hoc est (inquit Rhenan.) vtrumque mecum facit, adiuvat me. Mox verò, verbum est Tertullianicum: modulatus, pro eo quòd x. adit. minus rectè: moderatur.

C A P. XII.

100. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla, &c.] Caput hoc inscriptum: Quòd diei ac noctis & quatuor anni temporum vices exempla sint Resurrectionis. In quo Auctorem imitatur Epiphanius in Ancoratu. Atqui ad illud: Dies moritur in noctem, vel hic vides (inquit Rhenan.) quam non inamantem scriptor sit Tertullianus in digressionibus.

101. vbi que iustitium est.] Iustitium est (inquit idem) quum à libris & cognitione causarum in foro cessatur, dictum, quòd Iuris statio sit. Hic vsurpat metaphoricè. Qui etiam eleganter illud explicat: hæres sibi met existens. Nam subinde (inquit) redit. Defunctis vita qui non amplius reuertuntur, hæres succedunt in bonis possidentibus. Siue autem leges cum excusis Euphonie gratia: Redaccenduntur, & mox: Redornantur; siue cum 3. Pat. MS. cod. Reaccendantur, ac: Reornantur; perinde est.

102. Verna & autumnna.] Verna (inquit Rhenan.) sunt tamen etiam alibi vsitata. Auctori, vbi supra Tom. 2. lib. 6. de Spectac. cap. 9. vel verno (inquit) vel autumnno.

C A P. XIII.

103. Si parum vniuersitas Resurrectionem figurat, &c.] Titulum huic capiti facimus: De Phœnice, &c.] Rectè meo iudicio Franciscus Turrianus in B. Clementem Romanum, hinc probat inter cetera, auctoritatem Constitutionum eius Apostolicarum, eò quòd verba ipsa Clementis hic transcripsisse videatur Auctor ex eo. Nam quòd Clemens dicit Phœnicem πάλαιον ἀπέδειξεν Resurrectionis, Tertullianus dixit plenissimum huius spei specimem (quo fit, vt non placeat, quòd habent Pat. 2. MS. cod. planissimum.) πάλαιον enim diuinitem, seu diuinitis plenum significat. Quam etiam Clemens vocat μονογενὴν ὄρνεον, id est, vniigenam, volucrem Auctor appellat: alitem singularitate famosum. Certè Cyrillus Catech. 18. de Resurrectione, deseruit verbis (vbi etiam idem adnotauit:) Hæc (inquit) & scribit Clementis, & aiunt multi; cum sit vna tantum avis & sola, in terram Egypti (nam & Arabia, Egypto vicina est; vnde non mirum si Auctor Arabiæ auem appellet) in spatio 500. annorum venire solet, atque demonstrare resurrectionem; non in locis desertis, ne mysterium id

ignoretur, sed in aperta ciuitate, vt contractetur quòd non creditur. Septem enim sibi facit & thure & myrris, ceterisque aromatibus, & completis annis eò deuenit. Mortuus aperit & putrescit, deinde ex putrefacta carne mortuus vermin quidam generatur, & hic deinceps in aëre formatur. Atque hoc est quòd dicit Auctor: de posteritate monitruosum; qui semetipsum lubenter funerans renouat, natali sine (nam sic legendum, non: fide) decedens atque succedens iterum Phœnix. Vt autem etiam B. Ambrosius hoc argumento Phœnicis, ad comprobandam futuram Resurrectionem, tum lib. 5. Hexamer. tum lib. de fid. Resurrect. isdem penè verbis quibus Cyrillus; hoc vno excepto, quòd cum Auctore auem Arabiæ faciat; addens præterea, quòd ibecam illam corporis sui (quam septem ille vocat) ex Ethiopia in Lyciam debeat; atque ita, resurrectione autè huius, incola illorum locorum completum 500. annorum tempus intelligunt. Meminit etiam ad idem institutum Epiphanius in Ancoratu; in hoc diuersus, quòd apud Heliopolim Egypti etiam comparere scribit, & id habet peculiare, quòd seipsum excubat. Similiter, sed ad probandam Christi ex virgine sine coniuge natiuitatem, adducit hoc exemplum Rufinus in Symbolo, Tomo 3. Operum B. Cypriani. Scripsit autem istud hi omnes vna cum Auctore ex Plin. lib. 10. cap. 2. qui in hoc differt, quòd vniat auis 660. Meminerunt etiam inter ethnicos Oppian. in Jxentico, & alibi Euripides, Iucret. in Sæcia; Interpret etiam Pindari, de quo paulo prolixius egimus; vt persuadeatur, historiam potius esse quam fabulam, cuius tot & Orthodoxi & Gentiles meminerint, & iuxta Tertullianum etiam scriptura sacra.

105. Vbi iam nemo, iterum ipse, &c.] Istud eleganter expressit Auctor Carmin. de Phœnice, quòd plerique perperam Lactantio adscribunt: quum ethnici Auctoris esse, comprobet Dn. Thom. Astius in Lactantium.

- Auis vnica Phœnix

Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus hæres, Nutrix ipsa sui, semper alumna sui: Ipsa quidem, sed non eadem; quia & ipsa nec ipsa est,

Æternam vitam mortis adepta bono.

106. Et floreat enim (inquit) velut Phœnix.] Restitui ex Pat. vno MS. cod. floreat; pro: floreat, quia (sicut etiam ante me adnotauit Latinus) videtur intelligere illud Psalm. 91. ἀνὰ τοὺς ὄρους φοινῆς ἄνθησι; quòd quidem verterunt Interpretes: iustus vt palma floreat; sed verum etiã potest velut Phœnix floreat; quia vox Græca φοινῆς, & palmam, & auem illam significat.

107. Multis passeribus antistare.] Est etiam vox Tertullianica: antistare. Nam si legèdum, pro antestare, ex Pat. 3. MS. cod. & hic, & infra cap. 61. vbi legitur: vt etiam hominibus antistes. Atqui rectè adnotat Rhen. ironicè dici illud: sed homines semel interibit.

C A P. XIII.

108. Talia interim diuinarum virium linimenta, &c.] Hoc caput inscriptum: Quòd etiã ex iudicio Dei integro Resurrectio necessaria comprobetur. Ibi autem: quo quum maxime, sic interpretatur Rhenan. quo, ac si dicat: quo auxilio, quo subsidio edictorum atque decretorum. Sunt etiam Tertullianica: subest dicere, ac: idonea restituendi. Atqui legimus paulopost: hinc vindicans istud, in de remunerans illud, addito retens: istud.

109. Sed cum Marcione pleniuss discere, an hoc sit Dei totum.] Remittit (inquit Rhenan.)

nan.) Lectorem ad libros, quos aduersus Marcionem scripsit. Quod etiam pertinet illud: Hinc & ille nescio quis Deus hereticorum, de quo disputat Auctor toto li. i. adu. Marc. ad quem proinde hic mihi videtur adludere; vtpote in quo tractet non duos esse Deos, alterum iudicem seu bellipotentem, alterum misericordem; atque adeo Dei esse totum iudicium.

110. nescio iam si Deus.] sensum hunc explicat Rhenan. Nescio (inquit) an Deus hereticorum, Deus sit, quando nec Auctor est; quod tamen verum, id est, noster Deus, esse scitur; nec item Dominus est, quod esse debebat si Auctor esset. Qui etiam, sicuti alias non semel expungit, interpretatur perficit; & similiter infra illud cap. 25. quum aut nunc deceret eam expungi; & c. 41. mortis per demutationem expuncta.

111. congruentiss. scilicet Deo destinatio iudicij.] Ita restituit Rhenan. pro: iudicis, eo quod precedit: iudicium in hominem destinare, & infra, cap. 17. Denique hæc erit ratio in vltimum finem destinati iudicij. Supplementum autem paulopost ex Vatic. 3. Itaque perfectam plenitudinem.

112. de totius hominis representatione.] similiter infra cap. 17. carnem etiam idcirco representandam esse iudicio, & representatione carnis, ac cap. 23. non representatio, & c. sed expectatio; denique c. 24. ut rursus ex illa representetur Adam. Quod verò utrobique representari dicit hominem, hoc est, presentem sibi iudicio; mox parere appellat, quod pro apparere seu comparere accipi, adnotauit etiam Rhenan. A quo etiã vox: dispungenda, Auctori non minus iustata, sic explicatur, ac si dicat: que per tot substantias satisfacere debeat, per quot & sumpta est.

C A P. XV.

113. Age iam, scindant aduersarij, & c.] Caput hoc inscripsimus. Quod quum operatum inter se societatem habeant Anima & caro; etiam simul mercedem accipere debeant.

114. in vitæ remuneratione.] Quam hic remunerationem supra c. 8. & hic c. 16. ac alibi sapius mercedem vocat. & paulopost ac cap. 21. præmium; addens, præterea: iniustum fore Deum, si sociam bonorum operum à præmiis arceat; & cap. sequ. beneficis (id est, beneficentibus) enim debet. Item cap. 21. Nullum opus certum est mercedis incertæ. Plures eiusmodi locos videre est supra Tom. 2. lib. ad Mart. cap. 3. num. 43. & li. de Patientia, cap. 11. num. 73. ac 75. li. de Cor. milit. cap. 15. num. 197. Similes sunt loci infra cap. 33. obnoxium esse mercedibus; pro communi operatione pensandis; cap. 34. Distribuit enim utrique substantiæ per officia propriam mercedem salutis; & cap. 40. preferens mercedem æternarum inuisibilium, & gloriæ pondus; in compensationem laborum, ac: Secundum collegia laborum, confortia etiam decurrant necesse est præmiorum; rursus cap. 41. commemorat: remunerationes, ac: compensationem mercedis; ac cap. 47. compensationem salutis, & præmium disciplinæ. Iterum cap. 48. ter: meritorum corporis meminit; sicuti etiam cap. 50. & 52. Denique cap. 56. dicit: iniquum esse, aliam substantiam operari, aliam mercede dispungi; vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur; nec absimiliter cap. 59. in fine: mercede disiunxit. Loci adnotandi contra Hereticos hodiernos.

115. Negent operarum societatem.] Angl. MS. cod. opetum; Verum præterquam quod illud habeat V at.

3. etiam Tertulliano magis iustatum est. Sic supra c. 8. quas opera coniungit, & infra c. 16. quibus operam spõre accommodant; ac quod magis hic accedit: reputantur illi operæ malæ, & nec bonæ operæ reputentur illi, sicut nec malæ, & quom aliquas laudis operas carni indicit. Itē c. 17. operæ carnis expectat.

116. quâ sola decurrit.] Angl. cod. MS. decurrit; verum illud habent V at. 3. & omnino Tertullianicum est.

117. arcem animæ, & c.] Intelligit cor, de quo etiam scripturas adfert; in quo Auctor secundum Christianos Hegemonicon animæ collocat, supra li. de Anima cap. 15. quamquam ibidem varia Philosophorum placita recenset, à quibus principalitas sensuum consecrata sit in cerebro, vel in medio superciliorum discrimine, aut alibi; de quibus omnibus videre est ibi Adnot. nostras n. 185. usque ad n. 201.

118. Qui conspexerit mulierem ad concupiscendum, iã adulterauit in corde.] Addidimus mulierē ex Angl. MS. cod. Nam præterquam quod ita legant exemplaria omnia Græca, Syriaca, Latina, Matthei, etiam supra sic legit Auctor loco citato: Vbi etiam citat illud Matthei, 9. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam? n. 188.) & infra T. 5. li. de Exhort. ad castit. Legimus autem ex 3. V at. MS. cod. paulopost sub huius cap. finem: quo etiam ministros facti cuiusque deposcit, pro: quod.

C A P. XVI.

119. Sed quum imperium animæ, & c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quod appellatio, qua corpus vas Animæ dicitur, nihil obfert quod minus cum ea coronetur, aut inhonoretur. Legimus autem omisso: ex secundum 3. V at. cod. MS. ne & hoc alia argumentatione subuertant; quo fit, vt non sit opus scholio Rhenani; & mox iuxta Angl. cod. MS. ne hoc (pro: & damtaxat) sociam cogantur agnoscere.

120. idcirco cum auctoribus merita communicare.] similiter paulopost: vt dominorum & auctorum meritis & ipsa communicent, & cap. sequ. Porro si hæc satis essent ad plenitudinem meritum, ac: facta deuincta sint meritis. Loci rursus adnotandi contra Aristarchos nostri temporis pro meritis operum bonorum, quales paulopost n. 113. & supra plures adnotati sunt à nobis T. 2. li. de Patient. c. 13. n. 82. Sine autem legas: vsa sit vasculum carnis, cum Angl. MS. cod. sine cum aliis omnibus vasculo, perinde est; nam nonnumquam cum Accusatiuo, sepe etiã cum Ablatiuo vti conseruit Auctor. Omnino autē restituumus ex 3. V at. MS. cod. quia nec calicem damnari, pro: damnari, ac: nec gladium ad bestias pronuntiarum, pro: pronuntiarum. Item legimus: Licet enim nec bonæ operæ reputentur illi, sicut nec malæ; quia præcessit, non reputantur illi operæ malæ.

121. non dico venenarium, & c.] similiter dixit infra li. 5. adu. Marc. tractans c. 15. epist. 1. Cor. venefico absoluto, calix erit puniendus. Atqui pro fricticis, venus edit. fricticis, sicut etiam V atic. 3. verum magis conuenit cum Archigallo; vt loquatur de calice, quem libidinose scemina aut eunuchi cum osculis propinabant. Fricticis etiam sit mentio Tom. 1. lib. de Pallio, n. 90. Quo fit, vt etiam nō placeat coniectura G. Caeteri Not. Lect. li. 4. c. 12. Archithrecis; quod genus erat gladiatorum.

122. vel Archigalli.] Archigalli (inquit Rhenan.) principes sunt Gallorum, siue exectorum. Auctore Iulio Firmico, V enus in decimo ab horo loco, facit eunuchos & Archigallos. Ceterum hoc hominum genus velut inauspicatum, exosum esse solet, & propter eos qui tales habent

habent in deliciis, etiam turpe & stagitiosum.

123. vel gladiatoris, aut carnificis.] Gladiatorem & carnificem coniungit, eo quod, sicuti supra patet Tom. 2. lib. de Spectac. c. 12. n. 116. 117. ac 118. humana corpora in exequiis, edito inferiarum die post epulas erogantur; & feris dissipanda traderentur; quibus verissimiliter calix aliquis vini proponebatur, vt tanto acrius contra feras depugnarent, quibus etiam oscula à parentibus offerebantur; nam sepe, B. Cypr. teste Epist. 2. etiam mater intererat. Sine autem legas: nedum à capitis sui officio relegatit, cum exc. siue, relegabit, cum V atic. 3. MS. cod. parum refert.

124. inludia animarum.] Vocat (inquit Rhenan.) inludia inludium, illusiones manium, in vltionem inimicos suos paritidij auctores exagitantium. Legimus autem more Tertulliano, cum 3. V atic. MS. cod. & Angl. vrguentium, pro: vrgentium.

125. de coronis quoque potatoris sui inorabitur, & c.] Sic MS. V at. 3. pro: inornabitur. Qui autem oras potulorum etiam agnouerit Lucret. lib. 4. inornabitur id est, atque in ora coronis ornabitur. Adludit enim ad coronas, quibus victorum etiam calices inornabantur, de quibus alicubi Virgilius:

- & vina coronant.

126. laudem suam consecratione pensabit.] Hoc est (inquit Rhen.) dicabitur templo, trophæi instar suspensus. Omitimus autem secundum MS. V atic. 3. cod. illud: ne, superfluum; legentes: Est ergo & in vascula; & cum iisdem: vt huic quoque argumentationi satisfacere, pro: aut.

127. Nam et si vas vocatur apud Apostolum, & c.] Sine id legas, siue quod habent 3. MS. V atic. cod. vocat Apostolus; perinde est. Adludit verò ad illud 1. Thessal. 4. Vt sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore; quod metaphrasticis vertit Auctor; in honore tractare, sicuti etiam infra li. 5. adu. Marc. vbi de hoc latius.

128. vas enim capacitatis nomine dicta est.] Adnotata voce subdico ad marginem, Rhenan. significat, adludere Auctorem potius ad etymologiam eius vocis Græcæ, quam qua vas Latine dicitur. Legimus autem: que (nempe natura) eam non instrumentum in operationibus præstat, pro: habet; & magis placet eorundem V atic. 3. MS. cod. lectio. quod ab anima videtur impelli, quam: videatur; ac: Glorificate (inquit) & tollite, & c.

129. in alienam culpam.] Sic hic dicit (inquit Rhenan.) alienam culpam, sicuti mox: extraneam gloriæ, & paulopost: exules carnis; & infra cap. 44. In re ergo aliena salutis.

C A P. XVII.

130. Simplicior quique fautor, & c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod proinde non sola anima, sed & corpus pati debeat.

131. Nos autem ANIMAM corporalem & hic profitemur, & in s v o l v m i n e p r o b a m v s.] Adlegat hic denud lib. de Anima, in quo quod hic citatur, reperire est, c. 5. 6. 7. 8. 9. & nominatim c. 7. adducit pro se, sicuti hic: Lazari exemplum, nempe eius qui fovebatur in sinu Abrahæ penes inferos, de quo Luc. 16. Verum (vbi etiam ante me adnotauit Rhenan.) hoc cap. & sequ. meminerit Lector se Tertullianum legere; pertinet enim ad paradoxon de Anima corporeæ, de quo latius inter Prolegomena. Et quod id non comprobetur Lazari exemplo, ex August. dicto c. 7. ostendimus num.

93. & 94.

132. substantiæ, soliditatis.] Aliquando (inquit Rhenan.) legendum putauit, substantiæ, aut substantis soliditatis, sed solet omittere Coniunctiones, quemadmodum supra adnotauimus. Subaudi igitur: & atque exponere: Habentem proprium genus substantiæ & soliditatis, per quam, & c. Sic lib. de Patienti. Nomen, familiam ipsius persequentes.

133. Dedit igitur aduersario diceret: Ergo, & c.] Legimus: Dedit, verbum antiquum, id est: Dederim, pro eo quod erat minus cōtinuum: Dedit, idque eo magis, quod cap. sequent. dicit: quamquam in hac materia admittamus, interdum animam mortalitatem assignari ab hereticis; non verò: admissimus. Vt autem legatur, sunt verba aduersarij, Ergo, & c. usque ad illud: Immo eatenus. Item legimus ex V atic. 3. MS. cod. non quæ sentire quid, & c. sed quæ necesse est, pro: quia, quod utrobique legebatur. Perinde est autem legere: & ad partendum, cum reliquis, vel: etiam ad, cum dicto Angl. MS. cod.

134. eorum interim sententiam pendit.] Facis hic locus ad confirmationem meæ interpretationis loci similis supra alicubi, qui nunc non occurrit, vbi pendere similiter cum Accusatiuo adnotauimus. Legimus autem aliquando post: Idcirco pro quoquo modo egit, ex V atic. 3. MS. cod. vbi erat dimittat: pro quo modo egit.

C A P. XVIII.

135. Hucusque præstructionibus egerim, & c.] Hoc caput inscribendum duximus: Quod in scripturis facris edictum Dei pendeat, Resurrectio mortuorum, quidque illa duo verba significant. Quod isidē penè verbis latè etiam tractat Auctor infra li. 5. aduers. Marcion.

136. Cui quum tot auctoritates, & c. procurarent.] Vide supra num. 70. quibus adde ex Rhenano, sepe etiam alibi dicere Auctorem: procuro tibi. Ergo: procurant, hic interpretare, fauent, subscribant, adiungunt. Scilicet honores substantiæ ipsius, vires Dei, exempla eorum, ratio iudicij & necessitates, substantiæ verò iterum ex Angl. MS. cod. lectionem antiquam intellegi, pro: intelligi; & mox rursus: intellegatur, pro intelligatur. Cui simile est illud supra cap. 6. qui illam & elegendo dignam iudicasset.

137. quonam titulo spes ista perscripta sit.] Ita ex V atic. 3. MS. cod. vbi antea erat: proscripta. Antea quidem in 1. adu. legebatur: quonam stylo, & sic etiam supra cap. 10. Apostolum quoque ne de vno stylo notis, quo plerumque carnem compungit. Sed (inquit Rhenan.) quia sequitur infra cap. 19. Et hæc itaque dispectio tituli, & præconij ipsius, & sic habet Gortzenis quoque codex, scripsimus titulo. Legimus autem non ita multo post: Et qui non audiuit videt, ex Angl. MS. pro: qui non audit. Qui etiam legit: quum ipsa substantia indutus.

138. Diruite (inquit) templum istud: & ego illud triduo resuscitabo.] Etiam hic metaphrasticis vertit vocem Græcam λυσατε: diruite; quam alij vertunt Joan. 2. soluite; & addit: ego, quod nusquam legitur neque in Græcis, neque in Syriacis, neque Latinis exemplaribus, sicuti econtrario mox contractus legit quam sit Joan. 2. De corpore suo dixerat, quum habeatur: de templo corporis sui. Atqui ex V atic. 3. MS. legimus: eius & releuari & resuscitari, pro: cuius; & mox: circumferret, pro: circumferat; neque enim nunc Christus ialem.

animam circumfert. Item cum Angl. MS. cod. secundum 1. adit. vt exinde à cadendo cadauer renuntietur, pro: cadauer enuntietur; & prorsus: quæ illud de terra suscitabit ingressa, cum V atic. 3. b. u. pro: suscitauit; & cum Anglico cod. etenim agitur in somnis, pro: Sed enim.

139. Postulans enim Saræ humanæ locum de filiis Chet, &c.] Græcâ vocem χηδ Gen. 25. Latine etiâ reddidit, pro eo quod Interpres Latinus adit. 70. Hæc, non recte, quod magis Hebrææ voci correspondeat, & vbiq; euphoniae gratia. Hebraicum in χ transferri solet. Malim etiam legere cum V at. 3. & Angl. MS. cod. & humano mortuam meâ; nisi Græcè legeretur Τὸν νεκρὸν μου. Vox autem νεκρὸς subinde in Bibliis transfertur cadauer seu mortuicium; maximè quum sequatur etiam iuxta MS. cod. etsi mortuus dici meretur, ac: Quod si mortuus.

C A P. XIX.

140. Et hæc itaque dispectio tituli, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: quod perperam quidam Resurrectionem in imaginariam significationem distorquant.

141. discidium carnis atque animæ, &c.] Quod hic discidium, suprâ lib. de Anima, c. 27. disunctio, & c. 5. discretio corporis animæ que appellatur quo loco vide Adnot. nostras n. 568. Eodem pertinet quod infra dicit c. 47. regnum mortis nihil operari quàm carnis dissolutionem. Quibus adiungendum est contra illos, qui mortem, Auctore teste, spirititaliter ignorantiam Dei interpretabantur, multas esse scripturas tam apertas, vt spirititaliter intelligi nequeant, exempli gratia, quum Num. 16. Vetatur quis consueta hominum morte mori, & Deuter. 2. peccatum recitatur morte plectendum, & mille alie.

142. Itaque & Resurrectionem eam vindicandâ.] Adludens illi quidem ad illud Apost. Rom. 6. An ignoratis fratres, quia quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Sed respondet cap. sequent. Auctor, etiam si aliquando figuratè accipiatur mors & resurrectio, non tamen semper, quod ipsum de Euangelio c. eodem proseguitur, & c. 21. ac 22. adit: nõ finere alias scripturas, Resurrectionem spirititaliter accipi. Per que etiam soluitur quod:

143. Dominus scribas & Phariseos sepulcris dealbatis adæquauerit.] Atqui cum V atic. 3. MS. cod. omninò legimus: Resurrectionem fide consecutos, pro: resurrectionem fidei, & : consueuerunt, pro: consueverunt.

144. arcana hæretica.] De huius latè tractat Auctor suprâ lib. aduers. Valentini, cap. 1. vtpotè quo doceat: nihil magis curare hæreticos, quàm occultate quod prædicant; vbi vide Adnot. nostras num. 2. quibus addendum illud Auctoris alio loco, cap. 3. Hæreses demonstrasse, vicisse est. Lego autem aliquanto post cum MS. 4. secundum 1. adit. in secularis vitæ morte detineat, pro: detinebat.

C A P. XX.

145. Ob huiusmodi igitur coniecturas, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod non omnia in Prophetis aut Euangelis allegoricè aut figuratè interpretanda sint.

146. Atque aded si omnia figuræ, quid erit il-

lud cuius figuræ? &c.] Locus egyptius, qui etiam retorqueri posset in illos, qui verba Christi de Corpore & sanguine Domini figuratè volunt intelligi, quum alioqui figuræ illius multas præcisse, ipsi fateantur.

147. nobiscum Deum.] Omninò sic legendum patet, non: Dominum, quia habet aditio Græca 70. Ἰσαϊ. 8. μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

148. Et, si obliquè: (id est, obscure) Accepturum virtutem Damasci & spolia Samariæ.] Ita distinguendus est hic locus, non sicuti antea: Etsi obliquè. Quid autem sibi velit dicta Prophetia Isai. 8. satis prima facie obscura, parim suprâ diximus Tom. 1. lib. aduers. lud. cap. 9. numer. 98. partim infra lib. 3. aduers. Marc. cap. 13.

149. Sed manifestè: Venturum in iudicium cum Presbyteris & Archontibus populi.] V atic. 3. MS. cod. & principibus. Perim Archontibus legitur infra lib. 4. adu. Marc. sub finem, vbi de hac scriptura Latinus, & etiam vtrouique legitur in sequenti scriptura (de qua etiam ibi) & Archontes congregati sunt in vnu. Denique id pro more habere, vt vox ἀρχόντες seruetur in sua versione à Tertull. suprâ adnotauimus libro adu. Hermog. cap. 19. num. 68.

150. Qui & tamquam ouis ad victimam adductus est, &c.] V atic. 3. MS. cod. ad ingulationem; quam quidem proprie vox σφαγῆς significat, sed nolui immutare, eò quod legitur: ad victimam, alibi semper ab Auctore suprâ lib. dicto aduers. lud. cap. 9. 13. ac 14. & infra lib. 3. aduers. Marc. secundum quos posteriores locos, & V atic. 3. MS. cod. omisi: (e. legens dumtaxat: ante tondentem, scilicet Herodem (vbi est Luc. 23.) eò quod Græcè apud 70. non legitur; atque aded etiam omissendum duobus locis prioribus censeo, & cap. 9. prorsus addendum illud: sine voce, quia ita reddidit Auctor vocem ἀφάνας, que ab alio: mutus, transfertur.

151. Dorsum suum ponens ad flagella, &c.] Locis hic reperitur Ἰσαϊ. 50. in quo sine legas ad palmas, cum exc. sue: in cum V atic. 3. & exc. infra lib. 3. aduers. Marc. c. 5. perinde. Lego autem: à cœditate sputaminum, partim ex 3. V atic. MS. cod. qui legunt: à sputaminum iaculis (minus accommodè, eò quod Græca vox: αἰσχροχύτης, magis cœditatem significet) partim ex lib. 3. aduers. Marc. vbi solum legitur: à sputaminibus.

152. Perfossus manus & pedes fortem passus in vestimento.] Adludat ad illos versus Psalm. 21. Foderunt manus meas & pedes, super vestem meam miserunt fortem.

153. & potus amarus.] Hic ad illud Psalmi 68. Et dederunt in escam meam fel.

154. & capitem irridentium nutus.] Rursum hic ad illud Psalm. 21. Omnes videntes me, deriserunt me, & mouerunt caput.

155. triginta argenteis adpreciatus à proditore.] Etsi hoc potius reperitur Zachar. 11. quia tamen mox subiungitur ab Auctore: quæ ænigmata apud Hieremiam, (in hoc secutus est Euangelistam Mattheum, vbi dicitur secundum plerosque codices, qualibus etiam hic vsus videtur: Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam) ad marginem malitimus adscribere, & etiam sic in Iudicem redigere scripturarum, Hierem. 32. (vtpotè vbi de agro empto fit mentio) ac ad Matth. 27. Signis plura huc pertinentia desideres, videat Comment. Reuerendissimi Domini Gandauensis Iansenij in Concord. Euangelist. cap. 140. & Annotat. nostras in B. Cyprian. Sine autem præfatos, legas, cum Angl. MS. sue,

sue: profatos, cum reliquis, non refert.

156. nec inclaruit lingua mutorum.] Suprà lib. adu. lud. cap. 9. & mutorum lingua soluetur, nam hoc singulari numero legere oportet secundum editiones omnes, tam 70. Hebræam, Chaldaicam, & Latines ex illis translationes. Est etiam adnotanda lectio: mutorum, ad confirmationem eius, quod Leo de Castro in Isai. c. 35. putes olim lecti apud 70. κρη γλωσσα ἀλάλων ἀνεαρ μέν, ex vestigio adit. Cophutenis, que in contextu posuit, postremum illud ἀνεαρ μέν, alioqui superfluum.

157. nec manus aridæ & genua dissoluta reuoluerunt.] Quas hic transfert (ex eodem c. 35. Isai. paulo antè) manus aridas; veritè infra li. 4. adu. Marc. paralyticas, Metaphrasticis suo pro instituto transferens vocem Græcâ ἀνεμικρούς, que remissum & inualidum significat & pro: genua dissoluta, que proprie significantur vocibus: γόνυ τρεπόμενον, & ἰδίον, vbi veritè: crura paralytica. Sine autem: clodi legas cum exc. hoc loco, sine: claudi cū MS. & hic & supra li. adu. Jud. perinde est. Legimus autem cum 1. adit. & Angl. MS. cod. quæ etiam ipsi, pro: quæ etiam. Et vox est Tertullianica: remediatorum.

158. vt quum exitus gentium, & vrbium resonant.] Intelligit haud dubie Ἰσαϊam, vbi exitus sine exitu prædicuntur. Tyri, c. 23. & Egypti, c. 19. & Babylonis, c. 13. & Idumææ; c. 21. & nauium Carthaginensium (quod lego ex Angl. cod. pro: Carthaginensium) dicto c. 23. vbi iuxta 70. legitur: πλοῖα κρηχύνοντα, id est: Naues Carthaginis, pro eo quod apud Hebræos: Naues Tharsis, id est, maris, iuxta B. Hieron. quam vocem etiam solent mare reddere 70. præterquam hoc solo capite, idque non semel, sed etiam tertio.

159. vt quæ ipsius Israël plagas, &c.] Hic similiter adludat ad eisdem Isai. c. 24. 25. 28. sequentia vsque ad 32.

C A P. XXI.

160. Si ergo interdum & in quibusdam, inquis, cur non, &c.] Caput hoc inscriptionis: Quod edictum Resurrectionis nequeat spirititaliter intelligi. Est autem vox Tertullianica: denotetur.

161. Tū quod verisimile nõ est, &c.] Prima editio Tunc; sed Rhenano, qui primus Tum substituit, consentiunt omnes MS. cod. sicuti etiam in hoc, quod legendum indicari: annuntiata, cui etiam similes locos adducit infra, c. 25. Quia si nulla tunc adnuntiaretur, & mox: Quia non & tunc spiritualis adnuntiaretur resurrectio.

162. Sed etsi temporalia & localia, &c.] Respicit ad ea que ex Isaiâ adducit c. præced. n. 158. & 159. Sine autem legas: in omne hominum genus: cū excus. sine: humanum cum V atic. 3. MS. non refert. Est etiam Tertullianica phrasis: Dispositiones eius, nempe Dei, tum hic tum alibi frequenter.

163. Et puto, &c.] Puto hic accipitur, pro æstimo seu iudico ita esse; neq; enim illo modo Auctor dubitabat, an in Deum competeret inconstantia. Etsi vbiq; ea voce dicitur; sicuti etiam voce: opinor, sequent. & alibi sapius. Exempli gratia, c. sequ. quæ puto ad huc integra est.

C A P. XXII.

164. Posthæc ad illas etiam scripturas, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Scripturas non finire, vt dicatur: Resurrectionem hęc fieri, aut statim ab excessu vitæ.

165. quàm in aduentum (opinor) Christi, &c.] Coniectura Rhenan. qua sic legendum coniecit, pro: in aduentu, consentiunt omnes MS. cod. quorum Anglice quidem legit paulo aliter: æquè in aduentum (opi-

nor) Christi vota nostra suspirant; sed prius magis placet.

166. ad diem Domini magnum, diem iræ, &c.] Hic adludat ad illud Sophon. 1. Quia iuxta est dies Domini magnus, &c. dies iræ. Deinde ad illud Isai. 61. & diē retributionis; item quod est Job 19. In nouissimo die quæ hic vltimum diem vocat de terra surrecturus sumus denique illud Matth. 24. De die autem illa nemo scit nisi solus Pater. nam quod subiicit: & tamen signis atque portentis, &c. paulo post Latinus ipsis scripturarū verbis explicat.

167. Interrogatus à discipulis, &c.] Quia sequentia ex solo adfert Luca Evangelista, dumtaxat adnotauimus ad marginem Luc. 21. Atque aded de verbis Evangelistæ, Lectorem remittimus ad li. 4. adu. Marc. infra vbi explicatur hoc c. 21. Latius indicabo autem Varietatem lectio-num, & quæ ibi non reperiuntur. Hic itaque imprimis legit Auctor: quando euentura essent, pro: quando hæ erunt, dumtaxat. Sine autem legas: eruperant, nempe à Christo, cum exc. sue: eruperat, sicut Christus cum V atic. 3. MS. perinde est; & item seu legas: conclusionem faculi, seu: consummationem.

168. dirigit.] Sic V atic. 3. MS. cod. pro: digerit, quorum illud placet; vtpotè frequentissimum alibi, tum hoc libro Auctori vsitatum. Sic infra cap. 37. ex materia dicti dirigendus est sensus, & cap. 52. Sine dubio ad hoc dirigit.

169. Et tunc erit Hierusalem conculcata nationibus, &c.] Conculcatus (inquit Rhenan.) pro conculcatione. Duabus enim vocibus vertere etiam voluit quod alij conculcare, sicuti Græcè est: ἔσαι πατασμένη. Lego verò ex V atic. 3. MS. cod. cum reliquis Israël, pro: cum reliquo.

170. secundum Ioëlem, & Danielem.] Ioëlis cap. 2. locus infra loco dicto citatur, sicuti etiam Danielis cap. 7. ad quem hic etiam adludere Auctorem constat ex verbis vtrouique citatis, tum de portentis in celo, tum de filio hominis venturo in nubibus.

171. & vniuersum concilium Prophetarum.] Citat infra in hanc sententiam Auctor Prophetam Abacuc cap. 3. & in margine, Ἰσαϊ. c. 13. Ezech. 32. quare & nos tres hos locos hic adnotauimus; quippe qui tractant: de signis in sole & in luna (vbi addo: in ex 3. V atic. MS.) & in stellis, ad quos aded adludit c. 21. Lucas.

172. conclusionem nationum.] V atic. 1. confisionem; verum conclusionem accipit pro pressura, sicuti infra legit; seu pro: conflictatione, sicuti ibidem non semel, & paulo antè; cui etiam magis correspondet vox Græca στωχθί; sicuti etiam illud ἐν ἀπορίᾳ vertit hic: cū stupore, de quo infra latius.

173. & motus refrigercentium hominum.] Longè aliter & vertit & distinxit hunc locum Auctor, quam vulgatus interpret. Nam vocem σάλας interpretatur simpliciter motum, qui proprie motum fluctuum significat, quo fit vt vulgatus Interpres, fluctuum, verterit, & illud: & motus, cum sequentibus coniungit, quasi nouum ver-sum incipiens: κρη σάλας (quod aliter præcedentibus addit) ἀπο. ἰυχόντων ἀνθρώπων. Quomodo etiam legisse videtur, qui in Syriacam linguam vertit, vbi sic legitur: Et commotio quæ ericet animas hominum. Deinde vertit: refrigercentium (sicuti V atic. 3. MS. cod.) aut velut exc. cod. perfrigercentium; quod alter: arefcentium proprie verò magis verti posset: exanimatorum.

174. tenerescētium arborum in caulem floris, & dehiñc florem frugis anrecurtorè.] Locus sicuti infra p p

etiam citatur li. adu. Marc. 4. non aliud habet, quam: quum...

175. vt digni habeamini effugere omnia ista, & stetit ante filium hominis. scriptum: digni habeamini...

176. ad confringendam terram secundum Isaiam. Adhuc ad illud Isai. 2. quum surrexerit confringere terram...

177. Christianos ad Leonem. De voce illa popularium vide supra Apolog. c. 40. n. 524. Similis est illa...

178 secundum angelorum constitutum. Constitutum inquit Rhenan. sicut statuum, pro constitutione...

179. Nulla ad hodiernum tribus ad tribum peccora ceciderunt. Ita transfuit quod est Zachar. 12. & inde partim citatum...

180. nemo adhuc fugit Antichristum; nemo adhuc Babylonis exitu fleuit. Prius istud disertis verbis non habetur in Apocalypsi...

181. Exitu planitiam de corporis sepulcro, &c. Ironia est ista de Christo; qua (mea quidem sententia) opinionem eorum hereticorum irridet...

terea tacite, tum ad illud Ephes. 6. Nobis colluctatio est adversus mundi rectores...

CAP. XXIII.

182. Docet quidem Apostolus, Colossensibus scribens, &c. Capiti huic titulum datus: Quod et si Apostolus spiritualiter nos resuscitatos dicat...

183. dehinc consepultos Christo, &c. Istud iterum reperitur Coloss. 2. Vbi ad verbum ex Graeco: εν τω νεκρω...

184. Si cum Christo mortui estis, &c. Istud similiter reperitur Coloss. 2. Consentit autem Auctor cum Graecis & Syriacis exemplaribus...

185. Denique sic resurrexistis inquit cum Christo, &c. Hoc adducitur ex Coloss. 3. Vbi dicitur: τα ενα: ea quae sursum sunt...

186. Scimus quia si manifesta fuerit, &c. Anglicus manifestatus fuerit, verum cum Vat. 3. illud tenuimus, eo quod soleat verbis Aetius pro Passius...

187. Si qua inquit concurrat in resurrectione qua est a mortuis, &c. Sic lego, addita voce: est, ex Anglico MS. cod. & repetito illo...

1. cod. quia id significat Gratum est: non obstante quod Vat. 2. legit: Si quomodo. Legi etiam conformiter Graecis exemplaribus: Persequor autem si (omissa voce: quomodo) adprehenda...

189. Der illi Dominus, &c. Vat. 2. Deus, sed Graec est: ο υιος. Omitit autem hic Auctor, quod tamē Graec est, & in Syriaca edit. ac Latinis codicibus: a Domino.

190. custodire mandatu immaculatu, irreprehensibile, &c. Istud confirmatur verso Vulgati Interpretis 1. Tim. 6. mandatu sine macula irreprehensibile; quomodo legit etiam Amb. & Latinus Chrys. vel Erasmo teste...

191. Paeniteat itaque vos, & respicite, &c. Addivimus itaque ex omnibus MS. Jam olim autem hic legendum: respicite, pro: respicite, adnotavit in hunc locum...

192. Quae haec tempora, &c. Inscriptione huic capiti datus: De resurrectione corporali, ex Epistolis ad Thessalonicenses. 193. Qualiter conuersi sitis, &c. Hic rursum omittit quod 1. Thess. 1. intericitur in adit. Graecis, Latinis, ac Syriacis...

CAP. XXIII.

194. quam & vos, &c. Omnino sic lego, omissa vocula, vt, quia neque Graec reperitur, neque in Latinis additionibus aut Syriacis...

195. Item: Coram Deo & patre nostro, &c. Istud desumptum ex eadem Epist. 1. Thess. 3. Vbi eadem quoque vox Graec est: υπακουσθητε. Legimus autem secundum edit. omnes ex Vat. 3. in aduentu, pro: aduentum.

196. De quoru dormitione minus mœrenda docens, &c. Lego pro: mœrenda, pro, miseranda, ex Vat. 3. MS. cod. quia ad huc haud dubie ad illud 1. Thess. 4. Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini...

197. vt resurrexerint. Intelligit inquit Rhenan) resurrectione spiritali, quam ipsi adstruant in hac vita contingere.

198. qui in ista tantum vita sperantes habebuntur. Omitit hic quod Graec, Latine, & Syriac est intermedium, 1. Cor. 15. in Christo. Legimus vero ex Angl. MS. cod. excludendi, pro: excludendo.

199. frustrati circa veritatem, non minus quam Phygellus & Hermogenes. Rursus lego: Phygellus, sicuti supra li. de Prescripte. adu. haeret. c. 3. n. 19. quia Graec est: φυγελλος; atque adeo omnino etiam in Latinis exemplaribus ita legendum...

200. De temporibus autem, &c. Istud legitur 1. Thess. 5. Illud autem: & spatis temporum, magis accedit ad id quod Graec est: υλη υλησων, quam quod habet vulgatus Interpretes: & momentis. Item certissime scitis, secundum vocem Graecam αυγουσαιε, pro: diligenter, ac: insistet interitus, id est: instabis, pro: superueniet: nam Graec est: επισταται.

201. Obsecro autem vos fratres, &c. Istud reperitur 2. Thess. 2. Addivimus vero ex Angl. MS. autem, ac: Iesu Christi, quod Graec, Latine ac Syriac sic legatur; quae exemplaria quum constanter legant: Rogamus, mirum est ab Auctore legi: Obsecro. Correspondet autem Graeco & Syriaco exemplaribus illud: & congregatione nostram ad illum. Verum non propterea cum Jsidoro Clario temere ita castigandus vulgatus Interpretes, pro eo quod habet: & congregationis nostrae. Eiusdem est sententia etiam illud immutatum apud eundem: vt non cito PP ij

dimoueamini mente. pro moueamini à vestro sensu, quam-
 tumuis illud magis cum Græco textu conueniat, & con-
 sentiat partim. Auctor, legens: animo. Nullo autem modo
 ferendum, quod castigare audeat: quasi inſerit dies Christi;
 quia etſi sic hodie legant plerique Græci codices, certè olim
 lectum fuiſſe uerbum conuincitur tum ex hoc loco, ubi le-
 gitur: quaſi inſiſtat dies Domini, & Auguſt. loco
 inſrâ citato, tum ex Syriaca Verſione. Etiam libera recogni-
 tio in eo quod ſubſtituit: aduerſus omnem qui dicitur Deus,
 aut numen; quia non modo vulgatus Interpres, ſed etiam
 Auctor, hic & inſrâ lib. 5. adu. Marc. legit: omne quod
 dicitur Deus aut religio; & ſimiliter omnino cum ſua
 dicta vulgata aditione B. Hieron. quaſt. 11. ad Algaſtam:
 omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; quibus conſen-
 ſium etiam frenauit & Auguſt. locis inſrâ citatis. Qui e-
 tiam legit: diſceſſio, pro quo non male Auctor abſceſſio;
 quia ibidem Hieron. adnotat, quod Græcè dicitur ἀποſτα-
 ſια, & legit: tamquam ſit Deus, pro quo ſubſtituit iterum
 Clarius, quod ſit Deus, & alia multa immutauit. Quæ,
 ſi tantum ad marginem, Variam Græcæ aditionis addidiſ-
 ſet lectionem, multum adiuuenti ſacrarum litterarum
 Profeſſoribus aduulſiſſet. Jam uero oportet meminere Le-
 ctor, non vulgata Bibliorum aditionem habere dictum
 Clarius, ſed mixtam ex Latino vulgato Interprete & Græ-
 cæ exemplaribus; quod ſemel adnotate ſufficiat.

202. quis: niſi ſtatus Romanus, &c.] Mirè calum-
 niantur Magdenburgenſes, dum hunc locum detorquunt, ut
 probent Romanum Pontificem Antichriſtum eſſe. Imprimis
 enim, manifeſta uerbis non Apoſtolus modo diſceſſio-
 nem diſtinguit ab homine peccati, ſed eundem explicans
 Auctor diſertè hiſce uerbis: niſi ueniat (inquit) abſceſ-
 ſio primò, huius utique regni, & reueletur delin-
 quentiæ homo, id eſt, Antichriſtus. Et iterum apertius
 quis? (inquit) niſi ſtatus Romanus? cuius abſceſſio
 in decem Reges diſperſa (ubi adludit ad illud quod le-
 gitur Danieli 7. de decem Regibus regni 4. poſt quos orie-
 tur alius potèſior prioribus) Antichriſtum ſuperducat.
 Deinde ſtatim Romanum, de quo hic agit, non eſſe Ec-
 cleſiæ, ſed regni Romani ſeu Imperij, patet ex dicta eius in-
 terpretatione de diſperſione in decem Reges: neque enim Re-
 ges, ſed Epifcopi in Eccleſia Romana auctoritatem habent,
 eamque non diſperſam, ſed unitam ſub ſuo Pontifice Chri-
 ſti Vicario capite. Et uero de Imperio Romano id accipiens,
 adludit manifeſtè ad illud: tantum qui nunc tenet te-
 neat, donec de medio fiat, etiam ſuprà Auctor Tom. 1.
 Apolog. c. 3. hiſ uerbis: dum clauſulam ſæculi preca-
 mur differri, Romanæ diuturnitati fauemus: acc. 39.
 dum dicit: orare nos pro Imperatoribus, pro ſtatu
 ſæculi & mora finis, ac apertius li. ad Scapul. c. 2. qui di-
 cit: Chriſtianum ſaluum uelle Imperatorem cum
 toto Romano Imperio, quouſque ſæculum ſtabit;
 tamdiu enim ſtabit. Quid? quod etiam B. Hieronym.
 loco citato, & B. Auguſt. li. 20. de ciuit. Dei, c. 19. Chryſ. ac
 Amb. in huius loci Commentariis, non de Romana Ecclè-
 ſiâ, aut de Romano Pontifice, ſed de Imperio Romano, locum
 hunc interpretentur; & ipſi quoque Eraſmus Roterodamus
 Adnot. noui Teſt. ac Paraph. in hunc locum, & Rhenanus
 uerbis citatis dict. li. ad Scapul. n. 10. Plura alia ad intellectu
 huius ſcripturæ pertinentia, uidere eſt locis iam citatis apud
 Hier. & Aug. ac Irenæi li. 5. c. 25. Latèſſimè denique apud
 Nicolaum Sanderum li. 8. P. ſib. Monarch. maxime c. 4.
 5. 9. 10. 13. 19. 20. 22. 25. 26. 27. 28. 30. ac 42.

CAPVT XXV.

203. Etiam in Apocalypſi Ioannis, &c.] Titulum
 huius capitis ipſe Tertullianus indicat: Etiam ex Apoca-
 lypſi ordinem temporum Reſurrectionis probari.

Quamquam interim non tã uerba Apocalypſis citet Au-
 ctor, quam ad ea adludat: Primò ad c. 6. ubi dicit: quem
 martyrum quoque; animæ ſub altari ultionè & iudiciũ
 flagitantes ſultinere didicerit; dein ad c. 15. ac 16. ibi:
 ut prius & orbis de pateris Angelorum plagas ſuas
 ebibat; ad c. 17. ac 18. illic: & proſtituta illa ciuitas à
 decè Regibus dignos exitus referat; ad c. 19. Ubi ad-
 dii: & beſtia Antichriſtus cum ſuo Pleudoprophe-
 ta certamè Eccleſiæ Dei (nã id addo ex Ang. MS.) inſer-
 rat; ad c. 20. denique in eo quod ſequitur: atque ita diabolo
 in abyſſum interim relegato, primæ reſurrectionis
 prærogatiua de ſoliis (ſic enim caſtigat ex Angl. MS.
 quod erat: de ſolis, eo quod Græcè ſit ἡλιον θεόων)
 ordinetur, dehinc & igni dato, vniuerſalis reſurre-
 ctionis cẽſura de libris iudicetur. Ubi quod inter pri-
 mæ & vniuerſalẽ reſurrectionem diſtinguat Auctor,
 pertinet ad paradoxon eius de annis mille inter utramque
 intermediis, de quo latius inter Prolegomena.

204. aut, ſi & agnitio ſacramenti Reſurrectio eſt,
 &c.] Sicuti ſuprà adnotauimus li. de Præſc. adu. her. c. 40.
 n. 239. hic certè ſacramentũ, pro myſterio accipitur, ſicuti
 etiã ſuprà c. 15. illud de Apoſtolo Paulo: & omnia ſacra-
 menta cognouerat. Caſtigauimus autem partim ex MS.
 Vat. 3. partim ex Ang. cod. ut eo ipſo quo hæc ſpirita-
 lis vindicatur, pro: quod hæc ſpiritalis uidetur.

205. aut tunc ſub omni clauſula tẽporũ, &c.] Sic
 etiam caſtigauimus & ſuppleuimus ſecundũ primã adit.
 ex MS. omnibus, pro eo quod erat dumtaxat: ſub omni
 clauſura, nã & n. 202. citauimus ex Auctore: clauſula
 ſæculi, & uox clauſula repetitur inſrâ c. 30. & 43. ac
 ſuprà li. de Carne Chriſti, c. vi. ſtem legitur ex Angl. MS.
 cod. in exitu ſæculi, pro: exitum ſæculi.

CAP. XXVI.

206. Vnum adhuc reſpondebo, &c.] Inſcripſimus
 caput iſtud: Quod reſurrectio etiam de patrocinio
 eloquij Prophetici figuratè vindicetur.

207. ſicut offendimus. Nempè ſuprà c. 7. quum di-
 xit: Obliteratus igitur & deuoratus eſt limus in
 carnem. Quando? quum factus eſt homo in animã
 uiuam, de Dei ſtatu.

208. maledicta quidẽ quæ hauſerit ſanguinẽ.]
 Sic caſtigat ex 3. MS. Vat. cod. pro: quod. Videtur Auctor
 legiſſe Gen. 4. Maledicta terra, quæ aperuit os ſuum ad
 hauſiendũ ſanguinem; pro eo quod legitur hodie apud 70.
 Maledictus tu à terra, quæ, &c.

209. per conſiſtorij ſui exitus.] Vocat (inquit Rhen-
 man.) conſiſtorium terram, à conſiſtendo, nam in hac con-
 ſiſtit homo. Alioqui conſiſtorium uocamus locum, in
 quo cauſe cognoſcuntur.

210. Dominus regnauit, exultet terra.] Vt c. 3.
 MS. exultauit, & mox etiã Auctor: quo ſuprà regnã-
 te exultauit, maluimus tamen retinere vulgata lectio-
 nem, eo quod ſic legant & Romana, & ex Hebræo, &
 Gallica, & uetus Pſalterij editio.

211. Videbunt enim eum qui conſixerunt.] Sine
 ſic legat, ſine cum 3. MS. Vat. cod. in quem conſixerunt,
 perinde eſt, quia etiã alibi uariat Auctor, ſicut uidere eſt
 ſuprà li. de Carne Chriſti, c. 24. n. 186. & inſrâ c. 51. n. 364.

212. & angelificatã.] Adludit ad illud Matth. 22. Sed
 erunt ſicut angeli Dei in cœlo; ſicuti ad 1. Cor. 2. quum ſub-
 iungit: & conſecuturã, quæ oculus non uidit, nec au-
 ris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Legens
 autem plurali numero: quæ, &: aſcenderunt, magis ac-
 cedit ad id quod Græcè eſt: & &: ἀνέβη. utroque modo
 uerbi poteſt, quo modo etiam legit B. Hieron. epiſt. 148. ad
 Marcellam, & quidam Latini codices.

213. & ſolem ſuum emittens ſuper iuſtos & in-
 iuſtos.] Caſtigauimus: emittens, pro: mittens, ex Angl.
 MS. quia magis correſpondet Græcæ uoci ἐκβάλλει, quam
 ueritè circumlocutum vulgatus interpres Matth. 5. Tertii: oriri
 ſauit.

214. ipſam conditionem colentes aduerſus cõ-
 ditorum.] Adludit ad illud Rom. 1. ἐλάτρευον τῆ
 κίβητι πορῶ τὸν κίβητῶνα, quod uertit Hilarius: Ser-
 uierunt creatura præterito creatori; & vulgatus interpres:
 ſeruiertunt creatura potius quam creatori; nam omnia illa
 ſignificat uox πορῶ. Ubi autem: ne in pane quidem ui-
 cturum hominem, uidetur deſiderari ſolo, quod omnia
 exemplaria ſic legant Matth. 4.

215. ignorantes & panem de cœleſti repromiſſũ,
 &c.] Similis eſt hic locum illi inſrâ li. 1. adu. Marc. c. 14. Sed
 ille quidẽ uſque nunc nec aquam reprobauit crea-
 toris ſua ſuos abluat, nec oleum quo ſuos uinguit,
 nec panem quo ipſum corpus ſuum repræſentat;
 quo ſit ut hic magis placeat lectio Angl. MS. cod. & aquã
 ſpiritus & uinum animæ uigorantis (id eſt, uicem
 accipientis, ut paſſiue actiuum accipiat) ex uire Chriſti.
 Adludit autem utrobique ad tria prima Ecclèſiæ ſacramen-
 ta, Baptiſmi, Conſirmationis, & Euchariftiæ; de quibus
 etiam ſuprà num. 72. 75. ac 76

216. Sicut & ipſam terram ſanctam, &c.] Eo quod
 ſubiungat mox: lacte & melle fluens, quod Exod. 3. re-
 peritur, adludit haud dubiè etiam ad illud eiſdem cap. Lo-
 cus in quo ſtat, terra ſancta eſt, quod ſpiritaliter interpre-
 tatur de carne Domini, ſicuti plerique Patres rubi ar-
 dentem, & non combuſtum, ſanctam B. Virginis matris
 Domini uirginitatem. Ibi uero: in omnibus Chriſtum
 indutiſ, ad illud Gal. 3. Quos quot enim baptiſati eſtiſ, Chri-
 ſtum induiſtiſ. Legimus autem omnino cum Angl. MS.
 & Baſil. exc. cod. Ut & templum Dei eadem ſit &
 Hieruſalem, ſomniſſa: ad particula, qua erat in adit. Lug-
 dunenſiſ.

217. Exurge, exurge Hieruſalem, &c.] Reperitur
 iſtud Jſai. 51. iuxta 70. qui uocem Hieruſalem addunt;
 que in Hebræo non eſt. Legunt quidem 3. Vat. MS. cod. in
 primordij die, ſed illud, in primordio diei, legitur a-
 pud 70. Græcè & Latine. Legimus autem ex iſdem: quæ
 fuerat, pro: qua: & mox: lapidauit, pro: lapidat, eo quod
 ſequitur: conſixit, ſecundum exc. cod. ſue confecit, iuxta
 MS. omnes, nam utrum legat, non reſert.

218. quam etiam Patrum dici capiat.] Legimus ſic
 ex 2. Vat. MS. cod. Eſt autem phraſis Tertulliano uſitatiff.
 dici capiat, pro: dici liceat, ut ad marginem Rhen. adno-
 tauit, & etiam in Adnotat. ad legans ſimilem locum ſuprà
 li. de Præſc. adu. her. c. 44. Talia caput opinari eos qui
 exorbitat, id eſt, accidit ut alia etiam opiniones habeant
 qui exorbitant. Uide ibi Adn. noſtra, n. 292.

219. quæ eum incolare & cuſtodire fortita eſt.]
 Angl. MS. cod. incolere. Uerũ illud habent Vat. 3. MS. &
 excuſi omnes, & ſolet talibus uocibus Auctor delectari. Ab
 ea uoce deriuatur: incolatus, apud vulgatum Pſalmorũ in-
 terpretem. Quamquã interim neutrum correſpondeat uoci
 Græcæ ἐργάζεσθαι. Gen. 2. qua operari ſignificat.

CAP. XXVII.

220. Habemus etiam ueſtimẽtorum, &c.] Eiſ-
 dem quum ſit argumenti cum capite præcedenti, nouo titulo
 non eſt opus.

221. Hi ſunt (ait) qui ueſtimenta ſua nõ coinqui-
 nauertunt cũ mulieribus, &c.] More ſuo ex duobus locis
 Naueritũ concinnat Auctor, nempè partim ex illo Apoc.
 3. qui nõ inquinauerũt ueſtimenta ſua, & ambula-

bunt mecum in albis, partim ex illo Apoc. 14. Hi ſunt
 qui cum mulieribus non ſunt coinquinati.

222. Tunc (inquit) lumen tuum temporaneum,
 erumpet, &c.] Uertit Auctor Iſai. 58. temporaneum,
 pro eo quod alij matutinum. Græcæ uox: πρὸβιόν, præcox
 ſignificat. Deinde legit: ἱμάτια, id eſt: ueſtimenta, pro eo
 quod codices Græci hodie uerũ, & quidam ueterum, ἰμάτια-
 τῶν, id eſt: curaciones. Duplex eſt enim eius loci lectio etiam
 apud Græcos; nam conſentiunt Tertull. non modo B. Cypri-
 li. de Eleemoſ. & operibus, ſub principiũ, ac li. de Orat. Do-
 min. ſub finem, & B. Auguſt. ſerm. 172. ſed etiam Chry-
 ſoſt. hom. 55. in c. 16. Matth. de quo uide plura apud Leonem
 Caſtrum in Jſaiam; ubi etiam eos qui aliter legunt, locum
 hunc offendit de Reſurrectione interpretari.

223. Populus meus introite in cellas promas
 quantulum, donec ira mea prætereat.] Hic uocẽ Græ-
 cam τρυφῶν paulò aliter uertit quam Latine 70. Inter-
 pres, nempè cellas promas, quæ ille cubicula. Utrumque e-
 nim ea uox ſignificat; & accipit: quantulum, pro: quantu-
 lumcunq;ue. Habent præterea 70. amplius conformiter Heb.
 & Chald. editionibus: claude oſtium, abſcondere. Et uero
 ſimiliter de ſepulchris locum hunc interpretatur B. Aug. E-
 piſt. 36. ad Caſulanum. Legimus autem iterum, ex Angl.
 cod. intellegi ueterum more, pro: intelligi, & ſecundum
 phraſin Auctoris: hoc ipſo quo ait, pro: quod.

CAP. XXVIII.

224. Scimus autem, &c.] Huius capitis titulum ex
 Auctoris uerbis ponimus: Quod tam dictis quam fa-
 ctis prophetata ſit Reſurrectio.

225. quum Moyses manum in ſinum condit, &
 emortuam profert, &c.] Mira eſt, ſi alibi uſquam, certè
 hæc tranſlatio huius loci, Exod. 4. quum Græcè ſit: ἔκθη-
 ῖν τὸν χεῖρ ἐν τῷ ἰσχυρῶν, & conſentiunt Hebræica
 exemplaria & Latina, quod non emortuã, ſed leproſam
 protulerit manum. Uerũ inſrâ cap. 55. mentem ſuam ex-
 plicat, dum dicit: Mutatur Moysi manus; & quidem,
 adinſtar emortuæ, exanguis, & albida, frigida. Ac-
 cipitur autem proprie illud: inſinuat, pro: in ſinum con-
 dit, ſicuti etiam adnotauit Rhenanus.

226. per illa trina ſigna demotabatur.] Sic ex 3.
 MS. Vat. pro: notabatur, quia illud Auctori familiare
 eſt. Atqui trina ſigna ſunt, uirga in ſerpentem commu-
 tata, manus ex leproſa (ana), & aqua in ſanguinem immu-
 tata; quæ omnia ſpiritualiter Auctor interpretatur.

227. De quo apud eundem Prophetam.] Nempè
 Moysi; tacite innuens eum eſſe Auctorem & Exodi &
 Geneſeos, ex quibus hæc teſtimonia citat, atque ad eũ
 totius Pentateuchi; certè de Exodo & Deuteronom. idipſum
 patet ex ſcripturæ uerbis Exod. 24. ac Deuteronom. 31. & de
 toto opere id aſſerunt Philo lib. de Mũndo, ac Joſephus ali-
 cubi.

228. Quoniam & ueſtrum (inquit Deus) ſangui-
 nem, &c.] Etiam hic uariat à communi editione 70. tam
 Græca quam Latina Gen. 9. tum quod omittat: animarum
 ueſtrarum, tum quod legat: exquiram eum, pro eo quod
 habent etiam Hebræica editio & Paraphraſtes Chaldaicus:
 exquiram animam hominis.

229. Quale eſt apud Iſaiam: Ego occidam &
 uiuificabo.] Aut adludit ad illud Iſai. 38. Corripies me
 & uiuificabis me; aut potius, quum longè aliter id legant
 70. accidit hic ei μνημονιδὸν ἀμάρτημα; ut Iſaiam
 ſcripſerit, quum potius debuiffet dicere in Baſilic. Neque e-
 nim aliquid tale apud Iſaiam reperitur ſed 1. Reg. 2. legi-
 tur: Dominus mortificat, ſine occidit, & uiuificat.

CAP. XXX.

230. Igitur si & Allegorica scriptura, &c.] In-
scriptione huic capiti datus: De manifesta apud Eze-
chielem Resurrectionis Prophetia.

231. resurrectione carnis, &c. subradiant.] Sub-
radiare (inquit Rhenan.) actum pro innere, leniter ostende-
re, quod Auctores subindicare dicunt. Eiusdem significatio-
nis est, si sic malit quis legere: obradiat, quod habet Angl.
MS. cod. Orta metaphorā à radiare, quod est fulgere & co-
spicuum esse.

232. Accipe Ezechielem, &c.] Reperitur haec ver-
ba Ezechiel. 37 secundum aditionem 70. Variatā tamen
nonnihil ab ea quae hodie extat tam Graecē quam Latine.
Nam legit: extulit me in (quam Praepositionem recē ad-
do ex Vatic. 3. & Angl. MS. cod.) spiritu Dominus,
pro: Domini. Habet etiā dumtaxat cum Irenaeo: ossibus,
quum alij legant: ossibus humanis, & per circuitum,
pro: per gyrum in circuitu, quae habet etiam Irenaeus. Ad-
dit secundo: & ecce, quod illic semel habetur: & legit: af-
feto in vos spiritum, & viuetis, cum Iren. eo, & Heb.
ac Chald. textu, pro eo quod alij dumtaxat spiritum vite.
Omittit: & dabo super vos nervos, quod est apud Irenaeū;
ante illud: & reducam in vos (quomodo restitui ex om-
nibus MS. cod. pro: reducam vos in) carnes. Item prater-
mittit: meum, quum dicit: dabo in vos (nam sic lego, pro:
vobis, & hic, & postea, sicut pauloprius) spiritum. Legit
etiam: & ecce, pro: & facta est. Rursus post illud: & ac-
cedebant ossa ad ossa, desideratur: ad iuncturam suam;
quum tamen id ipsum legit B. Iustin. Mart. Apolog. 2. in
haec verba: Coagmentabitur iunctura ad iuncturam, & os
ad os; & Iren. Numquidque ad compaginem suam; quod
ad eō desiderari mihi hic videtur, eo quod cap. sequi. legit:
recompingi os ad os. Legit etiam cum Irenaeo plurali
numero; & circumpositae sunt eis cures (nam sic omni-
no legendum: carnes, tum quod praecesserit, nervi, & ca-
ro, tum quod Graecē sit δέγματα) ac: & constitentur
(sic lego ex MS. omnibus, pro: steterūt) super pedes suos
valentia magna satis, pro: congregatio sine collectio mul-
ta vehementer nimis. Item transfert vocem: διαπεφοβή-
καυ, auulsi sumus, pro eo quod alij: abscessi sumus. Rur-
sum non habet; Haec dicit dominus Adonai, quod tamē est
apud Irenaeū; & legit: Ecce ego patefacio, pro eo quod
alij cum Irenaeo: aperiam, & addit (iuxta quod Hebraicē
est, prater Irenaeum, & Chaldaicē) populus meus. Legit
etiam: ego Dominus aperuerim (sic lego ex Angl. MS.
cod. pro: aperui) pro, ego Dominus quum aperuero; ac:
& eduxerim, pro: vt educam, & populus meus, pro:
populū meum; item: & requiescetis in terra vestra,
pro: ponam vos in terram vestram; denique: & fecerim,
pro: faciam. Atqui paulo superius legit Angl. cod. à qua-
tuor ventis caeli, quomodo etiam legit B. August. loco in-
frā citato; sed quum illud: caeli, neque in Graecis sit quae ho-
die extant, neque in Hebraicis aut Chaldaicis aut Latinis
exemplaribus, neque apud Irenaeum, non addidi. Deinde
ex MS. 3. Vatic. tum hic, tum sequen. cap. lego ubique:
Israēl, pro: Israēlis; quod Graecē ita sit, & alibi ea vox
Auctori vsitata.

CAP. XXX.

233. Hanc quoque praedicationē, &c.] Inscriptio-
nem huic capiti datus: Quod perperam quidē dicta
Ezechielis allegoricōs intelligunt, & ipse allego-
ricus intellet^o pro Resurrectione faciat. In quo cer-
tē Auctori consentiunt, B. Iustinus Martyr Vbi supra,
Iren. li. 5. c. 15. Cyr. ad Quirinum Test. li. 3. c. 58. Cyrill. Hiero-
sol. Catechesi. 18. & alibi non semel August. quamquam

lib. 10. de Gen. ad litt. c. 5 spiritualiter de populi Iudaei re-
paratione intelligat; Epiphani. denique in Ancoratu, &
Theodor. alicubi.

234. & refrigerij nomine respirare, &c.] Sic om-
nino legendum, pro: respirati. Item ex cod. Angl. MS.
readunatione, pro: redanimatione. Juxta etiam Vatic.
3. MS. cod. hoc cap. & iterum c. 31. & 32. more Tertul-
lianico (qui vocibus obsoletis delectatur) legimus: ossium,
pro: ossium.

235. Nam et si figmentum veritatis, &c.] Hoc vult
dicere: nihil imaginem esse veritatis, nisi verē id ipsum
prius existerit. Legimus autem ex Vatic. 3. MS. de sua
auctoritate simplicitatis, pro: de sua auctoritate &
simplicitate.

CAP. XXXI.

236. Planē si & populus allegoricē mustitare,
&c.] Caput hoc inscripsimus: Resurrectionem carnis
etiam aliis Prophetiis probati. Legimus autem etiam
iudicio Latini & Rhen. ex 1. edit. & Vatic. 3. si & c.,
pro: et si. Paulopost etiam omnino retinimus cecidisset, quod
habet excusos omnes, pro: desciuisset, quod legendum con-
iiciebat Rhen. & cecidisset, quod habebat 1. edit. & Va-
tic. 3. MS. quia loqui eum de Iudaeorum populi pertinacia,
qui spe omni resurrectionis exciderant, patet ex eo quod se-
quitur: manifestus est (nempe populus, inquit Rhenanus)
de corporum interitu labefactans fiduciam resur-
rectionis. Retinimus etiam: restituebat, cum Vat. 3. pro
eo quod Rhen. substituerat: restituebat; quia opposuit
illud eleganter ei quod sequitur: destruebat. Magis etiam
placet mōtebat, quod habet excusos, quā quod est in MS.
Vatic. 3. ac apud Rhen. hāerebat. Atqui vox est Tertullia-
nica: necessitioris.

237. Exhibitis de sepulcris, &c.] Reperitur hoc Ma-
lach. 4. secundū 70. praterquam quod legat Auctor: Exi-
bitis de sepulcris, pro eo quod tam Graecē & Latine,
quā Hebraicē & Chaldaicē: Egredimini & sciscitis;
item: Et conculcabitis inimicos, pro: inimicos.

238. Gaudebit cor vestrum, &c.] Istud habetur
Isai. 66. secundum aditiones omnes; quod ad Resurrexerunt
nem probandam adducit etiam B. Iren. lib. 5. cap. 15. &
August. lib. 10. de Civitate Dei, cap. 21. & Theodoretus
alicubi. Vox autem Graeca ἀναστήσει, quae ab August. &
Tertull. ac Iren. interpretatur: orientur, sine: exorientur,
ab interprete Latino 70. transfertur, germinabunt. Vtrum-
que enim significat.

239. Viuent mortui, &c.] Etiam hoc secundum
70. reperitur Isai. 26. praterquam quod legat Auctor:
viuent, secundum Hebraeos & Chaldaeos, quum Grae-
cē sit: ἀναστήσουται, id est, sicuti etiam apud Iren. ac Au-
gustin. locis citatis reperitur: Resurgent mortui, & pro
eo quod Graecē est: ἠγανταὶ αὐτῶν ὄψιν, id est, sanitas ipsis est,
etiam apud dictos Auctores, ipse legat: medulla est ossi-
bus eorum; seu potius, sicuti recte castigandum censet Leo
Castrus in Isa. medela; nam id proprie ἰαμα significat,
& correspondet MS. Vatic. cod.

240. Veniet adorare omnis caro in conspectu
meo, dicit Dominus.] Istud iterum reperitur Isai. 66.
praterquam quod 70. editio Graeca, & B. August. loco
citato addunt: in Hierusalem; quod neque Auctor habet,
neque Hebr. aut Chaldaica editio. Quibus verbis prater-
mittitur illud: Quemadmodum caelum novum & ter-
ra noua, quae ego facio in conspectu meo, vbi omi-
tit quod Graecē additur: μένει, quod etiam B. August. ex-
plicat vertens: manebit ante me. Post illud vero, Veniet
omnis caro, demum subiiciuntur illa: Et exhibunt,
&

& videbunt artus eorū qui impiē egerunt, vbi Grae-
cum ἀνάστασιν verit: artus, sicuti B. August. & Leo Ca-
strus: mēbra; pro eo quod Latinus interpret 70. cadauera,
minus recte. Reliqua huius scripturae consentiunt cum Grae-
co textu, & August.

CAP. XXXII.

241. Sed ne solummodō eorū corporum, &c.]
Titulum huic capiti datus: Quod resurgent etiam in-
sepulta cadauera. Id ipsum autem paucis adigit supra
c. 4. quum dixit: Et utique redhibentibus eam igni-
bus, & vndis, & aluis ferarum, & rumis alium, &
lactibus piscium, & ipsorum temporum propria
gula. Eodem pertinet quod docet infra cap. 52. & 56. in
eodem nos corpore resurrecturos. Idem etiam per
omnipotentiam Dei confirmant B. Greg. Nyss. li. de homine,
& Epiphani. in Ancoratu, & B. August. lib. 22. c. 20. de
Ciuit. Dei.

242. habes scriptum: Et mandabo piscibus ma-
ris, &c.] Quo loco scriptura istud habeatur, haecenus re-
perire non potui. Videtur eodem pertinere illud Apoc. 20.
Et dabit mare mortuos qui in eo erant; verum reliqua nō
correspondent, & B. Aug. lib. 10. de Civitate Dei, c. 22.
paulo aliter illud interpretatur. Legimus autem ex MS. 3.
Vatic. erucluantur, pro: eruclabunt. Est etiam vox
Tertullianica: edicitur, quae rursus sub finem huius cap.
vritur, & cap. sequi. Dominus edicit.

243. Puto autem huius quoque diuinā potestatis
documentum idoneū Ionam, &c.] Ionā exem-
plum, qui à pisce seu cete post triduum eiectus fuit, valde
huic insinuo est accommodum.

244. quā capulum, &c.] sensus est (inquit Rhen-
nan.) Cetus ille piscis potuisset spatium trium dierum con-
coquere Ionā carnem, nihilō difficilior quā intra se te-
nere potuit, quum venter ceti sepulcro veteri atque ab-
dito non esset absimilis, in quo Ionas erat immersus.

245. Saluo eo, quod & bestias, feros, &c. homi-
nes, &c.] sensum hunc idem reddit Rhenan. Non infi-
ciendum, quod Deus figurauit, id est, per figuram prae-
strauit: bestias illas, de quibus apud Moysen sanguis
exquiritur, esse feros istos, siue efferratos, homines praeser-
tim in nomen Christianum, id est, Christiana reli-
gionis persecutores, vel ipsos cacodemonas, à quibus per
vindictam sanguis Christianorum exigitur.

CAP. XXXIII.

246. Satis haec de Prophetico instrumēto, &c.]
Inscriptum caput istud: Quod in Euangelio, et si
quaedam Parabolae sint, non tamen omnia.

247. Nam & discipuli, &c.] Istud reperitur quidem
etiam Math. 13. sed non multo post initium cap. quum id
quod hic praecedit, sub medium reperitur. Variat autem
etiam hic Auctor in eo, quod legat: vt videntes videāt,
& audientes non audiant secundum Isaiam, pro eo
quod Graecē, Syriacē, & apud vulgatiū interpretem: quia
videntes vident, & audientes non audiunt neque intelli-
gunt. Et adimpletur in eis Prophetia Isai. Quod vero se-
quitur: Dicebat autem & parabolam ad eos, legitur
Luc. 18.

248. Et tamen nullam parabolam, &c.] Addi-
mus: parabolam ex Vatic. MS. 3. cum quibus & reli-
quis MS. Rhenani codicibus retinimus: edisseratam (si-
cuti, inquit ille, dicimus referatam) pro eo quod MS. An-
glicus & ipse Rhenanus ex coniectura: edisseratam, ma-
ximē quod delectetur talibus vocibus Tertullianus. Exem-
pla autem Parabolarum explicatarum tria quae adfert,
desumpsit Math. 13. Luc. 18. ac 13. Atqui legunt quidem

max. MS. Vatic. 3. definitiones, definitionibus, ac cap.
41. definitionis, sed magis placet: definitionis vox.

249. Tolerabilius erit, inquit, Tyro, &c.] Math.
11. Vox Graeca ἀνεκτότερον, & tolerabilius, sicuti ver-
tit Auctor, & remissius, veluti vulgata editio, signifi-
cat. Illud verò: Dicite illis quod adpropinquauerit
regnum Dei, in eo variat, quod legitur Math. 10. Eun-
tes predicate dicentes, quia adpropinquabit regnum Dei.
Denique illud: Retribuetur tibi in resurrectione iu-
storum, reperire est Luc. 14.

250. Nam & ideo praestruimus tam corpus ani-
mae, &c.] Nempe supra cap. 16. sed etiam hoc ad parado-
xon Tertull. pertinet: de animae corporalitate, de quo
inter Prolegomena.

CAP. XXXIII.

251. Imprimis cum ad hoc venisse se dicit, vt
quod periret, saluam faciat, &c.] Titulum huic capiti
imponimus: Quod ex Euangelis quoque Resurre-
ctio probetur. Legimus autem ex Vatic. 3. MS. Quid
dicas perisse: pro: dicis; & non multo post: penē mi-
nus facere, pro: benē.

252. indulgentia.] Haec vocem (inquit Rhenan.)
ea atus vulgō vsurpare cepit. Sic infra: Si non omnem
lacrymae imbrem indulgentia diuina siccaret.

253. Porro autem recipimus Animae immortali-
tatem, &c.] De hac latius & frequentissime supra li. de
Anima. Legimus verò mox, secundum phrasin Tertullia-
nicam: quā id quod perit, pro: quia.

254. contentioso fune deducere.] De hoc inter
Prouerbiales formulas in Prolegomena.

255. Ego, dicens, veni, &c.] Metaphoricōs expref-
sit quod Ioannis 6. est: Quia descendi de caelo. Omittit etiā
illud intermedium: Et ecce est enim voluntas eius qui misit
me patris, compedi gratia; addit etiam: quidquam, tum
hic, tum cap. seq. quod Euangelista non habet, explicatio-
nis causa. Supplementum autē paulopost ex Angl. MS. quia
nec quidquam, & cum MS. 3. restitimus: Atquin,
pro: Atqui. In hoc verò iterum variat quod legat: & su-
scitem illum nouissima die, pro: & ego resuscitabo
illum in nouissima die.

256. plenitudinem exstruit Resurrectionis.]
Exstruere accipit pro: astringere.

257. Distribuit enim, &c. per officia propriam
mercedem salutis.] Restitui ex Vatic. 3. MS. propriam,
pro eo quod legebatur: per officia priora, nullo sensu. Si-
miles verò phrasēs de mercede operum vide supra nu-
114. Sing autem legas paulopost: fructuosa tunc fue-
runt, cum excus. siue fuerint cum MS. Anglico, pertin-
de est.

258. Feliciores enim, inquit, qui non viderunt,
& credunt.] Addimus ex eodem cod. (inquit.) Illud
autem: & credunt, correspondet voci Graecae: πισθί-
σσαντες.

CAP. XXXV.

259. Sed & praecipit, &c.] Quum eiusdem sit ma-
teria, nouo titulo non est opus.

260. qui corpus & animam occidat in gehennam, &c.] Vocis Graecae ἀπολέσει aliam significationē
hic & sub finem cap. reddidit, vertens: occidere; pro eo
quod cap. praeced. aliam, nempe: perdere, cum interprete
vulgato, dum de anima dicit: vt perdita credatur in
gehennam. Legimus autem etiam hic ex Angl. MS. in-
tellegam, & non multo post: intellegi. Atqui illud:
quasi consumendarum, non quasi puniendarum,
recte Parenthesi includit Latinus; referitur autē ad illud:
PP iiii

Vtriusque substantiæ. Rhenan. etiam adnotat Ironiam esse, ubi dicitur: In hoc scilicet reficitur ne sit.

261. quod ex duobus non cadat alter in terram, &c.] sine sic legamus Metaphrasticis cum Vulgatis: sive neuter cum B. Cypr. alicubi, sive: vnus, quod habebat Angl. MS. cod. & textus Græcæ, Latine, ac Syriacæ Matth. 10. perinde est. Recte autem vertitur vox Græca διαφύερε, antistare; sic enim legimus tum hic, tum supra cap. 13. pro quo irrepperat: antestare, sicuti & hic: antestamus; quum illa sit vox Tertullianica.

262. in tenebras exteriores.] Adnotanda hæc Versio Matth. 8. ac 22. quæ etiam magis conuenit cū Græca voce: ἐξώτερος, contra quam sentit Erasmus. Illud autem eiusdem recumbere in regno Dei, differt in eo, quod legatur tam Græcè & Latine quam Syriacè: in regno cælorum. Legimus verò, sicuti est Matth. 19. ex Angl. MS. cod. & sedere in thronis duodecim (quæ vox antea deerat) Christi; quæ interim vltima vox neque in Græcis neque Latinis neque Syriacis habetur codicibus.

C A P. XXXVI.

263. Videamus nunc an & Sadducæorum, &c.] Eiusdem etiam est & argumētū & tituli hoc caput cum duobus precedentibus. De Sadducæis verò neque animæ neque carnis admittentibus salutem, vide supra cap. 2. num. 11. Atqui legimus ex Vatic. 3. MS. ex qua vel maximè specie resurrectionis fides labefactatur, ex ea, pro eo quod erat: ex quo vel maximè spes resurrectionis labefactatur, ex eo.

264. de carnis scilicet obtentu.] Obtentum (inquit Rhenan.) vocat prætextum. Sic dixit etiam Salustius alicubi: Quia secundæ res miræ sunt vitis obtentui. Legimus verò paulopost: Dominus autem eam confirmabat, pro: confirmat, ex Angl. MS. quia præcedit: respuebant.

265. Quoniam autem mortui resurgant, &c.] Quæ in reliquis magis sequatur Auctor quod est Matth. 22. hoc desumpsit Luc. 20. ad verbum ex Græco. Legimus autem cum MS. Angl. Deum viuorum, pro: Dominū, quia sic vtrouque legitur tam Græcè ac Latine, quam Syriacè. In hoc verò consentit cum Vulgata editione Latina, quod legerit: nubent, non: nubant, sicuti Græcè & Syriacè hodie legitur, quod non semel, sed tertio significat, tum paulopost his verbis: nupturæ necne, tum hic: Neque enim si nupturos tunc negauit, & mox postquam non nubent. Legit etiam Auctor paulopost, ac infra cap. 62. similes erunt angelis Dei, non: sunt, quod alij legunt. Est autem etiam id adnotandum, quod: nubere, sicuti noster interpret tam Cypr. quam Tertull. etiam viris tribuant, quam interim significatio nem tam viro quam femina communem fuisse, adnotauit Nonius Marcellus.

266. Atquin filios Resurrectionis appellauit, per eam quodammodo, &c.] Sic legimus ex Angl. MS. cod. pro: Atquin, &c. appellat, vt per eam. Est autem istud iterum desumptum Luc. 20. Adludunt etiam ad 1. Corin. 15. quum subiungit: per indumentum illud incorruptibilitatis, per substantiæ, resuscitatur tamen, demutationem. Legimus autem omnino secundum 1. edit. Ceterum nec quereretur ex MS. omnibus, pro eo quod irrepperat, ne, mendosissime.

C A P. XXXVII.

267. Sic etiam carnem ait nihil prodesse, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Quod illud: Caro nihil prodest, nihil hæreticis suffragetur; ex eodem Ioannis Euangelio probari.

268. quasi verè carnem suam illis edèdam de-terminasset, &c.] Illud verè, sanè intelligendum est, hoc est, sicuti August. in Ioan. cap. 6. interpretatur, crudè, in a vt dentibus laceretur, sicuti alia caro. Nam de veritate carnis Christi in Eucharistia non semel rectè sensisse Auctorem, & supra adnotauimus cap. 8. num. 76. & infra latius li. 4. adu. Marc. sunt autem obscuriores loci explicandi, per eos ubi ambiguit non loquitur, non modò scripturarum sacrarum, sed etiam Auctorum veterum. Eodem modo etià subaudienda caro cruda, quum post illud Ioan. 6. caro nihil prodest, addit: ad viuificandum scilicet, & ubi similiter loquitur infra cap. 50. Omitto quod eo loco simpliciter dicit Christus: caro nihil prodest; non addens: caro mea; nam & similiter de spiritu, non dixit: spiritus meus. Rursum autem cum Angl. MS. cod. legimus: intellegi.

269. sed transir de morte in vitam.] Ita legimus ex Angl. MS. cod. pro: ad vitam, quia Græcè est eis. Reuincimus etià: transir cum excus. Veteribus, pro eo quod Vatic. 3. MS. tranfiet, & alij: transibit; quia magis illud respondet Græco, Syriaco, & quibusdam Latinis exemplaribus: quæ legunt: tranfiet.

270. Nam & pauloantè, &c.] Nèpè ante illa verba Ioan. 6. spiritus & vita sunt. Hic verò panem celestem, metaphrasticè vertit, pro eo quod est Ioan. 6. panis qui de cælo descendit; deinde quum ibidem solum inueniatur Christus virguens (sic enim iterum lego ex Angl. MS. pro: virgès) memoriam Patrum, quæ manna manducauerunt; tamen præterea addit: qui panes & carnes Ægyptiorum præueterant (id est, vti Rhen. interpretatur: anteposuerant) diuinæ vocationi.

271. Veniet enim hora, &c.] Et hic, & paulopost iterum in hoc variat, quod legat constanter, Veniet, pro: venit, quod tam Græcè est, Syriacè & Latine; item, quod omittat hoc, quum legit: Ne miremini quod veniet hora: prorsus alio sensu, quam alij Patres interpretantur. In hoc interim consentit Vulgato nostro interpreti, quod contra quam legendum censet Erasmus, legat: & procedent.

C A P. XXXVIII.

272. Post dicta Domini, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod non dictis modò, sed & factis, Christus Resurrectionem carnis adprobauerit, mortuos resuscitando. Adludit autem ad vria exempla Christi, quibus suscitauit filiam Principis Synagoge, Matth. 9. Adolescentem vnicum matris filium, Luc. 7. & Lazarum iam quatuoriduanū, Ioan. 11. Legimus autem mox ex Vatic. 3. denudò mortuos suscitare, pro: suscitari.

273. Enimuerò si ad fidem potius sequestrandam, &c.] Sequestrare (inquit Rhenan.) est aliquid apud sequestrum deponere, vt in iuro sit. Vnde res sequestrata Jureconsultis. Expone igitur: ad fidem futuræ resurrectionis sequestrandam, id est, vt ita dicam, certificandam, & securitati vindicandam. Quod verbum etiam supra legitur, ni fallor. Porro quum paulopost dicit: ne aliter documenta præmississe quam rem deposuisset videatur; explicat quid ante per fidem sequestrandam intellexerit. Pulcre autem dicit: Deum de fallacia solum infirmum, eodem modo sicut Scholasticus Doctores dicere solent, Deo omnia possibilia præter peccatum. Legimus autem paulopost cum Vatic. 3. Atque adedò secundum nostram veri existimationem, pro: secundum nostram veritatem.

C A P. XXXIX.

274. Resurrectionem Apostolica quoque instrumenta testantur, &c.] Hoc caput inscriptum est: Auctoris verbis: Quod Resurrectionem Apostolica quoque Acta testentur. Quæcumque enim hic citat petuntur ex Actis Apostolicis per Lucam conscriptis. Legimus autem: nihil noui intulerunt, ex Angl. MS. cod. pro: intulerant.

275. Viri, inquit, fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum, &c.] In hoc differt à communi lectione Græca & Syriaca, quod legat; Phariseorum, quod tamen etiam Latina quedam legunt exemplaria, pro: Pharisei; item quod omittat: mortuorum, quæ tamen vox ab omnibus legitur, non modò Act. 23. sed etià 24. Vbi hæc ipsa Verba repetit B. Paulus Apostolus. Atqui ad Sadducæos sapere, dixit eadem significatione, quæ mox: secundum Phariseos; Vsurpans: ad, pro: secundum.

276. Proinde & apud Agrippā, &c.] Hic omittit: Moysen, cuius etiam mentio fit Act. 26. quum vertit: citra quam Prophetæ adnuntiasent; quamquæ tamen id explicans, Moyses meminert, adludens ad loca eiusdem de resurrectione mortuorum supra citata cap. 28. Gen. 9. Est verò phrasit Tertullianica: exquiri habebit, similiter etiam e sequ. renouari habemus.

277. Sed nec Athenienses, &c.] Latius istud explicatur Act. 17. quum dicit: propterea irrisisse Paulum Athenienses, quia desum & Resurrectionem adnuntiat eis.

278. per rotum penè instrumentum.] Epistolæ Pauli (inquit Rhenan.) hic intelligit, utpote in quibus omnibus aliqua sit Resurrectionis mentio, sicuti infra patebit cap. sequentibus ad finem libri vsque.

C A P. XL.

279. Nihil autem mirum, &c.] Titulum huic capiti imponimus: Quod nihil pro hæreticis faciat interior & exterior homo apud Apostolum, ex aliis eiusdem locis colligi.

280. quum oporteat hæreses esse, &c.] Pulchra sententia: hæreses esse non posse si non & peccatam scripturæ intellegi possent. Verum de eo latius supra li. de Præscript. adu. her. c. 17. 18. ac 19.

281. sed interior renouatur de die ac die.] Similiter paulopost bis: de die ac die, ad verbum transfrens quod Græcè est 2. Cor. 4. ἡμετέρας καὶ ἡμετέρας; pro eo quod noster Interpretes paraphrasticè: de die in diem. Legimus autem: ita vocabulum homo, ex MS. omnibus, & adit: alicubi deerat vox: homo; & rursum ex Angl. MS. intellegi.

282. sed substantiæ saporem.] Saporem (inquit Rhenan.) vocat sapientiam, mentem, id quod sapit. Sic etià infra dixit libro 2. adu. Marc. cap. 19. per eundem saporem passionis.

283. in interiorem hominem habitare Christum.] Etiam hic expressit quod Græcè est: eis ὁ ἐσω ὄντογον; coniungens interim illud sequentibus, quum alie editiones omnes, etiam Syriaca, coniungant precedentibus.

284. sensibus vtique intimandum.] Vocabulum (inquit Rhenan.) eius etiam vulgo frequens, Intimare, pro intimum reddere. Similiter dixit supra Tom. 2. lib. de Habit. mulier. cap. 5. nullus clauus argentum intimat tabulis. Verba autem sequentia sic distinguenda sunt: per fidem, & : in cordibus vestris, & : in dilectione; neque enim illa coniunctiones sunt Apostoli

loco iam citato. Legimus autem iterum sicuti supra dicit, ac die, ter addita vocula: de, quippe quam Apostolus habeat secundum aditiones omnes. Atqui sicuti alicubi frequenter, suggestum spiritus, ornatum intellegit.

285. Quod enim ad præsens est, &c.] Quum legat hic Tertullian. ad præsens, & vulgata editio Latina: In presenti, interpret quoque Syrus: Huius temporis; videtur olim fuisse in exemplaribus Græcæ vox aliqua correspondens, quæ hodie desideratur. Accipit autem: temporale, satis nouè, pro momentaneo, & temporaneo. Viciissim legit dumtaxat semel Auctor καὶ ὑπερβολῶς, vertens: per supergressum; quum Græcè secundò adiciatur: eis ὑπερβολῶς; pro quo Interpret noster vertit: supra modum in sublimitate; quæ quæ etiam legit Syrus interpret, vertens: gloriam infinitam in sæcula sæculorum. Omittit etiam secundo loco: nobis. Demique legit: perficiet, pro: κατεργάζεται; quod rectius noster Interpret: operatur, & etiam singulari numero est in Syriaca additione.

286. Siquidem, ait, compatimur, vti & conglorificemur, &c.] Hic etiam transfert proprie voces Græcæ: εἰπερ, siquidem, ac συναδοξασθῆμεν, conglorificemur; item λογίζομαι, reputo. Compati autem accipitur pro simul pati, & proinde etiam sic intelligenda, quam mox habet Auctor vox: compassio.

287. vt & supra dicat (nempe Paulus); Quum venissemus, &c.] Auctor per illud, supra, intelligit iterum Epist. 2. ad Cor. de cuius potissimum locis hoc cap. tractat. Nam reperitur hæc scriptura 2. Cor. 7. nisi forte malis quis cum sequi ordinem Marcionis in libris aduersus eundem obseruatum; quippe qui epistolam ad Romanos, ex qua immediatè ante testimonium produxerat, postponat Epistolæ ad Corinthios.

288. In omnibus, inquit, compressi, &c.] Etiam hoc ad verbum ex Græco: ἅλλ' ἐν παντὶ θλιβήσομεν. Legimus autem cum Angl. MS. sicuti alias: corrumpi intellegetur, pro: intelligitur.

C A P. XLII.

289. Eandem adhuc sententiam exequitur, &c.] Eiusdem tituli est cum precedenti capite, nempe: De aliis locis Apostoli Resurrectionem carnis comprobantibus.

290. Scimus enim, inquit, quoniam etiam terrena domus nostra huius tabernaculi, &c.] Omnino legimus: nostra, non: nostri, quia Græcè est: ἡμῶν οἰκία, & sic legunt Latini etiam codices omnes. & Syrus interpret, ac Clemens Alexand. lib. 4. Stromat. & B. Marc. homil. 5. de Resurr. ad idem institutum hæc scripturam 2. Cor. 5. citans. Qui omnes quum legant: huius, illud recè adiecit ex Angl. MS. cod. Legimus etiam ex Vatic. 3. MS. per hoc, ubi erat: pro, & cum Angl. cui dissolutio deputatur, Vocem Tertullianicam, pro: reputatur, & iterum: intellegi.

291. Nam & in hoc ingemiscimus, &c.] Omnino sic legimus ex Anglico, quia etiam infra lib. 5. adu. Marc. ingemimus legitur. Distinctione etiam hic facta per dicomma, legimus: domicilium nostrum, quod de cælo est, superindui desiderantes; ac si dicat, domicilium cælesti superindui cupientes. Nam similiter legitur cap. sequ. Mira est autem lectio, quam tamen explicat & hic, & cap. sequ. ac infra lib. 5. aduersus Marc. siquidem exuti (sen: despoliati) non nudi inueniamur, id est, recipiamus corpus quod despoliati sumus, pro eo quod Græcè hodie legitur ἐδουραμένοι, id est: induti, in quo contentum Latini omnes, & Syriaca editio, ac etià Clemens

Alexandr. Auctori interim explicando consentit Macarius his verbis: vt ne corpore exuti, nudi reperiamur, quomodo adeo etiam ille in verbis textus Apostoli ab eo citatus castigandus venit. Item Variam lectionem indicat non Ambros. modò, sed & Græcica scholia.

291. Quoniam ipse Dominus in iussu & voce archangeli, &c.] Sic supplemus hunc locum ex MS. Vatic. 3. & legitur: obuiaui Domino in aëta, ex Angl. MS. cod. quia etiam supra in a lectum est c. 24. n. 196.

CAP. XLII.

293. Horum demutationem, &c.] Eiusdem est argumenti cum præcedentibus caput istud, de potè quo conuincatur, ex 1. Cor. 15. resurrectionis comprobatio.

294. Omnes quidem resurgemus, &c.] Erasmus Adn. Noui Testam. in 1. Cor. 15. censet locum hunc à scribis deprauatum; atque adeo ex interpretatione Tertulliani deprehendi, non legisse eum: Omnes quidem resurgemus, sed nò omnes demutabimur; at id, quod hodie reperitur in Græcis exemplaribus: Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur. Verum non satis ab illo intellectum Auctorem vel inde patet, quòd hic & infra lib. 5. adu. Marc. quàm sepius inculcet; non omnes demutandos, cap. etiam præced. præmissa: Priuilegium illos manere, qui ab aduentu Domini deprehenduntur in carne, & propter duritias temporum Antichristi, merebuntur, compendio mortis per demutationem expunctæ, concurrere cum resurgentibus. Ad cuius rei comprobationem, hoc capite dictam scripturam adduci patet ex verbis illis: Horum demutationem ad Corinthios reddit. Alius quidam vir eruditiss. adnotauit & Tertullianum & Cyprianum legisse: Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur; sed, præterquam quòd apud Cyprianum hæc scriptura citata non reperitur, nullo modo id legisse Auctorem patet, tum ex verbis modò citatis: compedio mortis per demutationem expunctæ, tum ex aliis & hoc & præced. cap. ac rursus dicto lib. 5. adu. Marc. multò apertioribus, quibus indicat sensisse se, non mortuos illos qui in aduentu Domini reperientur, sed demutandos distaxat. Omnino itaque retinenda vulgata huius loci codicum omnium, tam excussorum quàm MS. etiam Vaticanorum 2. lectio: Omnes quidem resurgemus; tum quòd eius obscurior sit Auctor, tamen eam comprobet illud huius cap. paulopost: Abhinc enim definimus, carnem quidem omni modo resurrecturam; tum quòd B. Hieron. Epist. 152. ad Minerium & Alexandrum, in Latinis codicibus illud legi scribat. Latinum autem fuisse hunc nostrum Auctorem nemo dubitat, & vix etiam alij tum exstant Latini Auctores Hieronymo antiquiores, apud quos hanc lectionem legerat B. Hier. Nà atate erant illi contemporanei, qui eadem sequuntur lectionem, Ambros. in Commentario eius loci, & in 1. Thessal. 4. c. Rustini in Symb. Apost. ac B. August. lib. de Vera religione, & apertius lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 20. Vbi etiam etiam illam adferat lectionem: Omnes quidem dormiemus, eam interim docet eodem recidere. Citatur etiam ex Græcis à quibusdam Philon Carpathium in Cantica Cantorum. Neque verò obstat huic nostræ lectioni Auctoris iam dicta opinio (quæ etsi B. August. non probatur, hæresis tamen carere, adferitur ab eodem qu. 3. ad Dulcit. ac à Gennadio li. de Eccl. dogmat.) quòd quidam mortem non experientur, sed vita præuenientur; quia etiam illi aliquatenus intelligi possunt resurgere, ac eorum corruptiuum inducet incorruptionem (quod in malos quoque competet) & mortale inducet immortalitatem. Quod

vsque adeo verum est, vt B. Chrysost. in Comment. quàmquam sequatur primam illam lectionem: Omnes quidem non dormiemus, tamen etiam illos resurrekturos adfirmet. Qui plura de variis his lectionibus desiderat, consulat dictam Epist. B. Hieron. ac Sixtum Senensem Bibl. sanctæ lib. 6. cap. 265. Hoc vnum adiciam, nimis libere ex modernis exemplaribus Græcis potius quàm antiquioribus, immutatum esse ab Isidoro Colimio Latini interpretis antiquam Tertulliano hic usitatam lectionem; & substitutum: Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur, planè contrario sensu. Deinde perperam adprobati potius illam lectionem ab Erasmo, quàm illam veterum Græcorum codicum: Omnes quidem dormiemus, quàm etiam Didymus Alexandrinus & Acarius Casariensis magis veritati conuenire, & in pluribus codicibus (haud dubie Græcis, quom ipse Græci fuerit) reperiri scribant, apud dictum B. Hieron. Epist. supradicta; immò ipse etiam Hieron. Comment. ad c. 52. Isti. sic legit.

295. In atomo, in momentaneo motu oculi.] Hic & infra c. 51. retinuit Auctor, quod Græcè ἐν ἄτομῳ, & illud Græcum ἐν ὁπῆν ὀφθαλμοῦ, paraphrasticòs transtulit: in momentaneo motu oculi. Motus enim oculi (inquit B. Hieron. supradicta Epist. ad Minerium) qui Græcè dicitur ὁπῆν, tanta velocitate transcurrit, vt penè sensum videntis effugiat. Pro quo noster interpres & moderni codices, ac etiam quidam iam Hieron. tempore legébant ἐν ἄτομῳ, id est, in icu oculi. Quorum hoc trāslationem ab icu teli seu fulminis, illud verò à motu lancis seu libræ; confundi interim vtrumque, & vnum pro altero poni adnotauit Heflichius; atque adeo non opus est coniecturam Fabri sequi, qua: nichil legendum censet.

296. Et mortui, inquit, resurgent, &c.] Omissimus secundum Vatican. 3. cod. MS. primi, quòd neque Græcè est neque Syriacè neque Latine hoc loco apud Apostolum, neque etiam infra cap. 57. au lib. 5. adu. Marc. Vbi legitur conformiter codicibus omnibus: & mortui resurgent incorrupti; quod ipse hic libenter substituerem, nisi resurgarentur MS. cod. in quibus desideratur. Legimus etiam secundum eosdem: & nos demutabimur, pro: immutabimur; quia tum præcedenti & hoc capite, tum infra cap. 50. ac 55. & lib. 5. adu. Marcion. vbi que: demutari, & demutatio, ab Auctore usurpantur. Quibus etiam locis latiss. tractatur, quid sit Apostolo: demutatio. Item: Oportet enim corruptiuum istud inducere incorruptelam (seu: incorruptionem) pro: corruptum. nam præterquam quòd sic infra etiam legitur cap. 50. ac 51. & lib. 5. adu. Marc. etiam sic legit B. Hieron. Vbi supra, & B. Cypri. lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 58. Denique paulopost: vt deoretur mortale à vita, pro: vt, duobus in locis ex Vatican. 3. MS. cod. nam sic etiam infra legitur c. 54. & lib. 5. adu. Marc. quibus locis hanc scripturam latius explicat.

297. quod, &c. superindui desideramus, &c.] Sic legitur ex Anglico MS. cod. pro: superinduere, quia Græcè est, 2. Cor. 5. ἐπιενδύσομεθα, & sic legitur iterum paulopost, & lib. 5. adu. Marc. Item ex Vatican. 3. MS. cod. qui sumus, pro: simus, quia sic infra etiam legitur li. 5. adu. Marc. sepe dicto. Sine autem legas, sicuti vulgo est: scilicet dum demutatur, sine cum MS. omnibus & 1. edit. demutatur, perinde est; sicuti etiam licebit retinere quod hodie legitur: luctrificata morte, sine quod habet Angl. MS. luctrificata. Ex quo castigamus, atque illam ex demutatione, &c. pro: illa, & mox legitur: super indumento coelestii & æterno, additis &c. particula.

298. Quan-

298. Quantos enim licebit, &c.] Quantos (inquit Rhen.) pro: quot. Sic etiam vulgus loquitur.

299. Diximus iam de isto alibi, &c.] Ad ludere videtur ad libros de Anima supra cap. 51. Vbi sic legitur: Plato in Politia, cuiusdam insepulti cadauer opponit, longo tempore sine vlla labe, præ animæ scilicet indiuiduitate, seruatum. Ad hoc, & Democritus crementa vnguium, & comarum in sepulturis aliquanti temporis denotat, &c. ne prolixiores simus; hoc addito quòd Varias reddat eius reiterationes, nempe aut aëris qualitatè, aut soli, aut corporis, aut mortis, vt non sit necesse cum Philosophis animæ indiuiduitati id adscribere.

300. Sed & proxumè (sic enim legit Angl. cod. pro: proxime) in ista ciuitate.] De Carthagine loqui Auctor adnotat ad marginem Rhenan.

301. quò Odei fundamenta tot veteri sepulcrarum sacrilega collocarunt.] Odeum Græcè ὠδῆον, ab ὠδῆ, id est, cantu, sic dictū, locus dicebatur (Cælio teste Lect. antiqui. li. 15. c. 12.) imagine Theatri, in quem deferrebantur & recitabantur poemata, priusquam in Theatro recitarentur, ex quo etiam spectabant Auditores, citharædos & citharistas, audiebantque recitantes poemata; quale describit Virgilius lib. 5. cap. 9. à Pericle Athenis exstructum. A quibusdam Romæ quatuor Odeæ commemorantur, inter quæ haud dubie erat illud à Domitiano exstructum, cuius meminit non Suetonius modò Domitiani cap. 5. sed & Eusebius in Chronico, saltem iuxta emendatioris codices. Porro hic proprius acie dicit Pausanias in Attica, qui indicat Odeæ construi solere in honorem defunctorum, dum scribit, Herodæ Attici iussu constructum pulcherrimum ὠδῆον, desinente vxoris monumentum. Quò videtur etiam pertinere illud Ciceroni lib. 4. ad Attic. Epist. 86. Monumentum illud quod in laudibus tollere solebat, quom Odeum laxaremus. Quæ eò prolixius deduximus, vt excludamus variorum de hoc loco coniecturas; quorum quidam legendum censebant hodie cum 1. edit. alij substituerant: eo die, nimis libere. Adhuc itaque Auctor ad noui Odei Carthagini fundamenta collocata, nisi forte quis malit legere: tollerentur, pro: collocarentur; cui magis fauere videtur illud: tot veterum sepulcrarum, nihil tamen nisi secundum MS. codices immutare volui.

302. & dentes incorruptos perennare.] Perennare (inquit Rhenan.) pro durabiliter conseruari. Aliiter dixit Tranquillus, non perennauit, id est, annum non vixit. Legimus autem paulopost iterum, sicuti cap. præced. ex MS. Angl. cod. siquidem exuti non nudi inueniamur, pro: non inueniemur nudi; item: & reuestitos, addito: & ac sicut vbi que supra: intellegi. Denique: dehinc & recipient cam, iterum adiecto: &c.

CAP. XLIII.

303. Proinde quom dicit, &c.] Eiusdem iterum est hoc caput argumenti cum præcedentibus, & ex eodem 2. Cor. 5. cap.

304. Itaque confisi semper.] Vertit ad verbum Græcam vocem διαβεβαιωτες. Legimus autem ex Angl. MS. cod. quòd cum immoramur in corpore, peregrinamur, pro: immoremur, & peregrinemur; tū quòd illud & Græcè & Latine ac Syriacè legatur, tum quòd ex sequentibus ita legendum patet. Sui autem voces Tertullianicæ: obfuscationem, & obuertitur.

305. Fidentes autem & bonum ducentes, &c.] Sic etiam resitiuimus ex MS. omnibus & 1. edit. quòd sit idem verbum hoc loco Græcè διαβεβαιωτα, pro quo inte-

rim, sicuti etiā pro: διαβεβαιωτα, vertit Auctor: Fidentes & bonum ducentes. Sine autem legas: immorati, sine: adesse ad Dominum, perinde est.

306. nisi ex martyrij prerogatiua, &c.] De hoc loquendi genere Auctoris aliquid supra diximus lib. de Anima, cap. 55. num. 911. Et certe pro Purgatorio interpretatur Feu. ardens in Iren. li. 1. c. 2. num. 3.

307. deuersurus.] Deuersurus (inquit Rhenan.) pro: diuersurus; de quo supra etiam nos li. de Prescript. adu. her. cap. 3. num. 17. Similes etiam sunt loci Tom. 2. li. de Cultu semm. cap. 1. & lib. 2. ad Vxor. cap. 2. Rursus supra lib. adu. Valent. cap. 30. deuersurus in mundo, & iterum c. 32. deuertere. Item infra lib. 3. adu. Marc. cap. 8. deuertentis in terram.

308. Et ideo gestimus, &c.] Quamquam mirè legat: gestimus, pro eo quod Græcè, Latine ac Syriacè: contendimus; certè ad verbum consonat illud: placibiles illi esse, et quod Græcè est: διαβεβαιωτα εἶναι. Ita enim legitur ex Angl. MS. cod. pro: placere illi.

309. ante tribunal Christi, &c.] Vatican. 3. MS. legitur: ante tribunal Christi Iesu; verum non aliud habent quàm: Christi, aditiones omnes, neque etiam aliter legit B. Cypri. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 9. aut Testim. lib. 3. cap. 56. neque etiam Resimus in Symb. Apost. neque etiam ipse Tertull. infra lib. 5. adu. Marc.

310. vti vnusquisque, inquit, reportet per corpus secundum quæ gessit, &c.] Tertull. dum & hic & infra loco mox citato legit: per corpus, videtur legisse Græcè, sicuti quadam habent exemplaria, & accessit Syriaca aditio: τὸ διὰ τῆ σώματος, pro eo quod noster interpres & B. Cyprian. ac Resimus vbi supra, vna cum B. Ambros. τὸ ἰδίον, id est, propria corporis, quare non placet quod habet MS. cod. Angl. reportet præterita corporis sui, maxime quom Auctor illud: per corpus, quinquies repetat. Est autem vox Tertull. pensanda, pro: luenda. Porro addimus ex Vatican. 3. & legentes: Ita & totus.

CAP. XLIIII.

311. Si enim adhuc ad superiora respectes, &c.] Rursus eiusdem est argumenti caput hoc, verum ex 2. Cor. 4. capite.

312. ad illuminationem agnitionis gloriæ suæ in persona Christi, &c.] Ad verbum transtulit quod Græcè est τὸ γνωσθῆναι τὸν Θεόν ἐν προσώπῳ, pro quo noster interpres paraphrasticòs: scientia claritatis Dei, in facie; in hoc tamen à reliquis differens tum hic, tum infra lib. 5. adu. Marc. quòd omittat vocem: Iesu, vbi nominatum quomodo Christus persona Dei sit, interpretatur; vbi etiam fictilia vasa transtulit, quæ hic & supra testacea, & quod mirum est, legit: Dei, contra omnium codicum fidem, pro eo quod hic: mortificationem Christi Iesu. Legimus verò iterum: Atqui, pro: Atqui.

313. vti & vita Iesu, inquit, manifestetur.] Ad dimus: Iesu, ex Anglico MS. cod. quia mox legitur hic, & etiam dicto loco, vita Christi, quod in idem recidit. Legit etiam vtrouique in corpore nostro, sicuti legunt Græci & Ambros. pro eo quod noster interpres: corporibus nostris, cui tamen consentit Syrus interpres. Paulopost verò legitur ex MS. omnibus: Illa quidè quam vixit, pro: qua, & addimus: quæ, ante illud, non modò.

314. quæ portas adamantinas mortis, & aeneas feras inferorum infregit.] Adhuc paraphrasticòs ad illud Psal. 106. Qui contriuit portas aeneas, & vestes ferreas confregit.

315. Si enim nos qui viuimus, &c.] Hic iterum Variat Auctor ab editionibus omnibus Graecis & Latinis, quae leguntur. Semper enim; retinimus tamen hanc lectionem, eo quod Syriae interpres vertat haud absimiliter; sed paulo alio sensu. Nam si nos viuimus; qui etiam legit: in corpore nostro mortali cum Auctore, pro quo alibi: in carne nostra.

316. & nos suscitabit cum ipso, &c.] Similiter legit etiam Ambrosius. Et verò, dicit, non modo: per, significat (vii contendit legendum Erasmus) sed etiam: cum. Explicat autem rell. Rhen. illud: nisi quia: cum ipso; sicut ipsum, sapit, hoc est: suscitabit nos cum ipso, valet idem, quod: sicut ipsum.

C A P. XLV.

317. Sed & rursus alia cæcitate, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod etiam illis non suffragetur veteris & noui hominis apud Apostolum distinctio.

318. qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis, &c.] Quod hic: per, vertit, infra: secundum, quod magis sonat vox Graeca. Est interim peculiare Auctoris, & post eum Hilario lib. 1. de Trinitate, illud: concupiscentiam seductionis, singulari numero, pro eo quod aliae omnes editiones plurali numero id legant Ephes. 4. iam Syriaca & Graeca quam Latina. Atqui legimus omnino secundum 3. Vatic. MS. cod. renouari autem spiritu sentus, pro: sensu spiritus; tum quia sic etiam legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 11. tum quod Graecè sit: τὸ πνεῦμα ἡ ζωὴ, quod spiritui menti transulit Latinus interpres. Ad verbum autem Graecum illud: οὐδὲν ἔστι ἀλλ' ἡθεὶς, vertit: religione veritatis. Porro legimus paulopost: defendat, eo quod praecedat momente Apostolo, pro; defendant.

319. & si ordine postumar.] scribendum hoc loco: postumat, non posthumat, & supra lib. adu. Valentinianos, cap. 35. num. 376. postumatū, item infra in Scorpiaco adu. Gnost. de postumo corporis; patet ex antiquis monumentorum inscriptionibus apud Aldum in Orthographia. Id ipsum etiam adnotauit Guilic. Caeterum Nouar. Lect. li. 2. cap. 10. addens deduci postumum non tanquam posthumatum patrem (vii Rhenan. & plerique censent) sed ab Aduerbio Post, velut ab Extra extimus, & à Citra citimus; atque adeo indifferens esse, tam ad eum qui postremo loco, quam qui post patris obitum natus sit, quod ipsum alicubi habet Cuiacius. Addimus autem: tamen, ex Anglico MS. cod. legentes: effectum tamen anticipat.

320. quod docuimus in Commentario Animæ.] Rursum hic citat librum: de Anima, Vbi istud paradoxon habetur cap. 27. de quo inter Prolegomena latius.

321. contemporant factu, coætaneat natu.] Dicitur (inquit Rhenan.) contemporaneus & coætaneus. Sed Tertullianus hinc verba format: contemporare, & coætaneare. Vide quantum sibi permittat. Atqui iterum cum Rhenano legimus: dum prior neuter est, pro: neutra, quia praecedit: duos istos homines; & ex MS. Vatic. 3. sic distinguimus: quia enim alterum post finis esse, necimus.

322. Exponentes enim, inquit, secundum pristinam, &c.] Etiam hoc restituumus iuxta quod ab omnibus legitur apud Apostolum Vbi supra, pro: Exponentes. Vertit autem tum hic, tum infra lib. 5. adu. Marc. verbotenus: μετὰ τὸ πνεῦμα, ad proximum suum, pro eo quod alij Latini: cum proximo; & Neque dederitis locum diabolo (nam sic lego ex MS. 3. Vatic.

cod. pro: Ne) iuxta Graecos & Syriacum codices, vbi alij legunt: Nolite dare. Sicuti etiam: Omnis sermo turpis, vbi alij: malus, explicans Vocem Graecam σαπῶς; quæ accedit etiam interpres Syrus, apud quem est: execrandus. Atqui mox addimus: & indignatio ex MS. Angl. cod. quia præterquam quod id legitur in edit. omnibus, etiam id explicat mox Auctor his verbis: & cor ad indignandum. Sine autem legas: Sicut & Deus vobis donauit cum exc. siue: nobis, cum Vatic. 2. perinde est, variant enim omnes Graeci & Latini codices, & Syrus interpres legit: vobis.

C A P. XLVI.

323. Talem vbique Apostolū recognosce, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod Apostolus carnē damnans, opera carnis intelligat. Est autem vox Tertullianica: suggestus; quæ etiam infra virtut eandem explicans cap. 52. suggestum & ornatum dicens.

324. Nam & dicēs: Eos qui in carne sunt, &c.] Castigari: sunt ex Vatic. 3. MS. pro: sint, eo quod illud legitur secundum edit. Roman. 8. omnes.

325. Corpus quidem, ait, mortuum, &c.] Ita legimus secundum 3. Vatic. MS. cod. pro: inquit, eo quod magis conveniat cum illo quod sequitur: sicut spiritum vitam, Accusatio casus; quum aliqui apud Apost. legatur, saltem secundum Graecos & emendatores Latinos codices: spiritus vita, propter iustitiā, quomodo etiam legit infra lib. 5. adu. Marc.

326. ex delinquentia.] Hac voce non hoc modo capite & sequenti sapissimè, sed & infra c. 51. & alibi frequenter, virtut Auctor pro peccato, seu delicto, sicut hoc ipsum vertit loco iam citato.

327. Si enim, inquit, spiritus eius qui suscitauit Iesum, habitat, &c.] Hic omisit Auctor quod habent edit. omnes: à mortuis, secundum quas & Auctorem ipsum infra lib. 5. adu. Marc. castigauimus ex MS. Anglico: viuificabit & mortalia corpora vestra, pro: suscitabit; & paulopost legimus; ac supplementum: vt secundum carnem viuamus; ac: si enim secundum carnem, pro eo quod erat dumtaxat: ad viuendum si secundum carnem. Auctori verò consentiunt Graeci & Syriaci codices, in eo, quod addit: futurum est, desideratum in editione vulgata.

328. Lex enim, inquit, spiritus vitæ, &c.] Istud etiam reperitur Roman. 8. sed initio capiti ante verba prius citata; & illud: habitare in membris nostris, Rom. 7. Atqui ibi (quod rursum legitur Rom. 8.) Quod enim inualidum erat legis, sequitur id quod Graecè est τὸ νόμος; item dum legitur: in simulacro, siue vt habent Vatic. 3. similitudine. Legimus autem omnino ex Angl. MS. & Vatic. 3. & per delinquentiam damnauit delinquentiam, pro: per carnem, quod corrupt. legebatur contra omnium additionum fidem.

329. Habitare enim peccatum dixit, &c.] Quod antea dixit: in membris nostris, hic: in corpore nostro, & paulopost: in carne; paraphrasticè sic explicans, quod legitur Rom. 7. quod habitat in me peccatum.

330. Sic & sensum carnis, mortem appellauit, &c.] Istud iterum reperitur Roman. 8. Vbi: sensum vertit φρόνησις, quæ vox à vulgato interprete vertitur: prudentia, & à Syro: electio. Magis etiā correspondet Graeco textui quod adiicit Auctor: dehinc & inimicitiam ad Deum. Legimus autem iterum: intellege, pro: intellige.

331. Quomodo, inquit, etiam nunc velut viuentes in mundo sententiam fertis? Legit haud dubiè Tertull. ὁμοιωτέστες, sicut etiam vulgatum interpres, quando vertit Coloss. 2. decernitis.

C A P. XLVII.

332. Hæc enim erit vita mundialis, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiam salutem carni Apostolus reprobmittat.

333. quam veterem hominem dicit confixum esse Christo, &c.] Istud reperitur cum sequentibus aliquot sententiis, Rom. 6. Addimus autem mox: sed, ex MS. omnibus, ante: quemadmodum. Est etiam phrasis Tertullianica: vt haec tenus delinquentia seruiamus, pro eo quod alij: vt vltra non seruiamus peccato. Omittimus autem: in, vbi legitur: Et vt hac ratione commortui Christo, quia Apostoli sensu contrariatur; & legimus secundum editiones omnes ex Angl. cod. conuiuemus illi, pro: conuiuamus. Quum etiam vertit Auctor. Sic enim, inquit, & vos reputate, magis expressit quod Graecè est: ὁμοιωτέστες, sicut etiam in illo: ad obaudiendum illi; verum ab omnibus differt, in eo, quod omittit: in concupiscentiis eius, & quod immediatè subdit: & ad exhibendum; ac quod omittit: Deo, quum citat: & membra vestra arma iustitiæ.

334. sicut exhibuistis membra vestra famula immunditiæ & iniquitati, &c.] Hic lego: iniquitati, ex Angl. MS. cod. pro: iniquitatis; quia correspondet & Graeca & Latinis additionibus; famula autem, bis vertit, quod Graecè est: τὸ δούλω, & bis: sanctificium vertit ἀγιασµόν, quod alij: sanctificationem; & ἕτε, eratis, cum Syro interprete, pro quo alij: fuisse; & quem fructum habebatis super his, pro: habuistis tunc in illis. Legimus etiam: finis enim illorum mors, pro: ergo, cū editionibus Apostoli omnibus. Vertit verò, vnica voce sibi vstita: famulati, Vocem Graecam δούλωσθε, quod alij expresserunt: serui facti; & similiter donatum vertit ἡγορησθε, de qua voce supra latius Tom. 2. li. de Cor. milit. cap. 1. num. 2.

335. sed nec ipsum baptismum committi.] Quod prius imperari, hic dixit: committi; alia longe significatione quam aut dict. li. de Cor. milit. cap. 2. n. 22. vbi pro peccare accipitur, aut li. ad Mart. c. 1. num. 11. & infra c. 52. vbi contendere & certare significat. Est autem & phrasis Tertullianica: restitutioni inaugurari.

336. An ignoratis quod quicumque in Christum Iesum tincti sumus, &c.] Etiam hoc restituumus ex MS. cod. omnibus, addito: Christum, quod desiderabatur, & tamen reperitur in edition. omnibus Apostoli Rom. 6. initio cap. quorum interim quidam legunt, sicuti interpres vulgatus Latinus: in Christo Iesu, ac: in morte. Mirum est autem, non legi ab Auctore: per gloriam patris; quod habent codices Apostoli omnes. Legimus item ex Angl. MS. cod. post baptismum, pro: per; & non refert siue legas cum exc. cod. incedenda, siue cum MS. Vatic. 3. viuenda. Item indifferens est etiam lectio, aut impress. Si enim constati sumus, quæ magis correspondet Graeca voci σὺν θύτοι, aut Vatic. 3. complantati, quomodo legunt Latinus & Syrus interpretes. Rursum correctimus: resurgemus ex Angl. MS. cod. pro: resurgimus, quia praecedit: erimus.

337. Vt sicut regnavit in morte delictum, &c.] Hic nouam periodum fecimus, eo quod desumptum sit aliunde, nempe ex Apostolo Rom. 5. sicuti etiam illud paulopost: Sic enim & gratia illic superabundabit; quod retinemus, quamquam Vatic. 3. MS. legunt

sicut Apostolus: superabundauit, quia sequitur ex eodem 2. Cor. 12. Sic & virtus in infirmitate perficitur.

338. quod perit saluum faciēs, &c.] Hoc quoque emendauimus pro: perit; nam ita est Ezech. 34. ad quem locum adludit Auctor, paraphrasticè explicans, quod ibi obscurius dictum est: Quod perierat requiram, & quod errauerat reducam, & confractum alligabo, & deficiens confortabo, & forte custodiam. Atqui: medicans, vox est Tertullianica.

339. Et quidem de terra, &c.] Hic etiam nouam periodum fecimus, quia ad aliam transit scripturam Philipp. 3. de qua latius infra li. 5. adu. Marc. Hic dumtaxat castigamus ex Vatic. 3. saluificatorem, Vocem Tertullianicam (nam & alibi apud eum legitur: saluificator vnus) pro: saluificatorem; & sicuti loco citato, & infra c. 55. transfigurabit, iuxta editiones Apostoli omnes, pro: transfigurauit, ac: conformale, sicuti ibidem, & in Vatic. 3. reperitur, pro: conformatum. Aliter tamen rursus dicto c. 55. legit: conforme fieri.

340. quomodo placibilem, si damnata sunt.] Omnino sic legendum ex Angl. MS. in quo etiam consentit Latinus, patet, quia praecedit: Quomodo viuam, si peritura sunt; quomodo sanctum, si profana sunt; Vbi repetit & explicat verba illa praecedentia Apostoli Rom. 12. hostiam viuam, sanctam, placibilem Deo, quomodo etiam vertit eandem Vocem Graecam θύπεσος supra Auctor cap. 43. num. 308. placibilem nempe, pro: placentem.

341. vt ipsius solis radio putem scriptum, ita claret, &c.] De hac proverbiali formula inter Prolegomena latius, sicuti etiam de illa: lucifuge scripturarum.

342. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos, &c.] Sic expressit, vertendo: totos, Vocem Graecam ἑνὸς, ὁλοτελεῖς, & magis proprie B. Hieron. quest. 12. ad Hedibiam: per omnia perfectos, quod etiam Syri interpres illud: vos omnes perfectos. Transponit autem Auctor, eo quod proprie agat de carne, Voces illas: Et integrum corpus vestrum, & anima, & spiritus, à quo etiam vertitur ἐν τῷ πνεύματι, in praesentia, pro eo quod alij: in aduentu.

C A P. XLVIII.

343. Sed caro, inquit, & sanguis, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod etiā aperte Apostolus Resurrectionis meminerit 1. Cor. 15. De quo vide etiam Auctorem infra lib. 5. adu. Marc. Vbi nominatim huius libri mentionem facit, verbi in Argumento citatis.

344. hereditate possidere.] Explicat duabus vocibus quod Graecè est κληρονομήσει, qualis est translatio infra c. 49. illius ad Galat. 5. regnum Dei non sunt hereditate consecuturi, vbi eadem vox Graeca reperitur. Siue autem legas: hereditate, sicuti hic exc. & bis cap. sequ. ac MS. 3. & cap. 50. exc. siue: hereditati, quod legunt Vatic. 3. hoc loco, ac cap. 50. bis, & excusi semel, non refert, quare in contextu nihil immutauimus, sed hic retinimus: hereditate, & c. 50. semel: hereditati. Idem est etiam an legas: quasi auxiliis eius ante deiectis, sicuti exc. & MS. nostri, an verò; dieiectis cum 1. edit. in marg. & non multo post eadem ratio de: subiecit, aut: subiecit. Verum omnino legendum cum MS. Vatic. 3. Sed & nunc expectent praecedentia recognosci, pro: expectent.

345. Si autem Christus praedicatur, &c.] Istud quidem cum sequentibus ordine eodè habetur apud Apost. 1. Cor. 15. sed multo ante illud: Caro & sanguis, &c. Legimus autem ex MS. cod. Angl. quod à mor-

tuis resurrexit, pro: resurrexerit, eo quod legat mox: Si autem (quam vocem etiam veteres ex illo addimus) Christus non resurrexit, vtrumque conformiter reliquis edition. omnibus. Item: inuenitur autem, pro inueniemur enim, &: qui testimonium diximus aduersus Deum, pro eo quod erat dimittat: qui testimonium dixerimus. Omisit autem illud: si mortui non resurgunt, sicut & Syrus interpres; quod tamen Græcè est & Latine. Legit etiam paulo aliter & Ambrosius in Comment. omiſſa vocula: ergo; quia adhuc estis in delictis vestris, & qui in Christo dormierunt, perierunt; sic enim distingui hic locus debet.

346. si mortuum, si sepultum audis secundum scripturas.] Ex hoc loco & simili sub initium lib. adu. Praxean, patet supplendum in Regula fidei supra li. de Prescript. adu. heret. cap. 13. mortuum & sepultum; quemadmodum etiam ibi adigimus num. 85. Legimus autem cum Vatic. 3. & Angl. MS. ipsum enim quod cecidit in mortem (pro: morte) &c. hoc & (addendo: &) resurrexit. Item ex Vatic. 3. mox: Ordo enim non aliud quam meritorum dispositio, pro: ordo enim meritorum nomine disponitur; quia explicat his verbis illud Apostoli: vnusquisque autem in suo ordine.

347. Si autem & baptizantur, &c.] Pulcherrime certe Gelenius hunc locum, alioqui obscuriss. sic restituit: Si autem & baptizatur quidam pro mortuis, videbimus an ratione. Certè illa præsumptione hoc eos instituisse portendit (seu: contendit, nam vtrumque probatur) qua (sic nos vocans ex MS. omnibus, pro: quia) alij etiam carni vicarium baptisma futurum existimarent, ad spem resurrectionis. ac mox: Anima enim, &c. Cui certè consentiunt MS. omnes. Atqui quod hic: præsumptione institutum dicit, infra paulo clarius lib. 5. adu. Marc. vanè pro mortuis baptizatos dicit; addens pro causa: Habemus illum (nempe Apostolum) alicubi vnus baptismi definitorem. Verum de huius scripturae sensu ibidem latius.

348. Anima enim non lauatiōe, sed responsione sancitur.] sic legimus ex Vatic. 3. pro: sed purgatione, eo quod aliqui lauatio & purgatio parum differant, & iuxta B. August. accedat fides ad clementium, & sic fiat sacramentum; atque adeo rectè dicatur anima responsione sanciri, nempe ea qua de fide Trinitatis per Symbolum fieri consuevit; de qua latius supra lib. de Bapt. num. 1. inter baptismi ceremonias, & c. 6. num. 45.

349. illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ.] Fides hic etiam Tertullian. istud referre ad pressuram Asiaticam, qua illi Ephesi contigit, ex tumultu à Demetrio concitato, quod id ipsum refert Theophil.

350. quod superquam grauati sumus supra vires, &c.] sic legimus ex Vatic. 3. pro eo quod erat dimittat: supergrauati, &: citra vires; quia magis respondet Græcæ lectioni 2. Cor. 1. ἔτι ἡμεῖς ὑπερβολῶς ἐκαρπύθημεν ὑπὲρ δυνάμιν.

351. Sed quum eiusmodi quæstio posterior habeatur, &c.] Adhuc ad quæstionem: an eadem caro resurget, de qua latè infra cap. 56. & sequi. Interim (inquit) sufficit, (quod Vatic. 3. MS.) aut: sufficit (quod excussit legunt) ex hoc quoque (nempe dicta scriptura, quali autem corpore venient) corporalem definiti resurrectionem.

352. Ventum est nunc, &c.] Titulum capiti huic dedimus: Quomodo intelligendum illud Apostoli: Caro & sanguis regnum Dei hereditate possidere non possunt, ex antecedentibus disci.] Reperiuntur autem que hic citantur 1. Cor. 15. Desumpsit hanc disputationem Auctor ex B. Irenæo lib. 5. cap. 9. Eodè etiam modo hæc verba Apostoli explicat B. August. Retract. lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 2. addens & aliam interpretationem ex verbis sequ. Neque corruptio incorruptione possidebit, quam tamen improbat Auctor infra cap. 51.

353. Primus, inquit, homo de terra choichus, id est, limaceus, &c.] Retenta est hic ab Auctore vox χοιχός, & vertitur hic, limaceus, pro eo quod supra lib. de Carne Christi, cap. 8. de terra limo, & ibidem cap. 17. ac infra cap. 53. de terra, & lib. 5. adu. Marc. terrenus. Et verò similiter mox legitur: Qualis ergo choicus, tales & choici, pro eo quod alibi: terrenus, &: terreni, &: adhuc: Sicut portauimus imaginem choici, pro: terreni.

354. Nam & supra, nouissimus Adá dictus, &c.] Accipitur hic: supra, pro paulo ante. reperitur enim hoc ante dictum scriptura locum. De hac autem scriptura, & ea que sequitur: Alia supercælestium gloria, &c.] infra latius cap. 52. & lib. 5. adu. Marc. Legimus verò rursum ex MS. Anglico, Atquin, pro: Atqui, &: intelleguntur.

355. portemus etiam imaginem supercælestis.] Legit Auctor, & interpretatur, sicut etiam Ambrosius & Vulgatus Latinus interpres, φορέσωμεν, id est, portemus, pro quo hodierni codices Græci φορέσωμεν, id est, portabimus; & vertitur ab Auctore vox Græcæ ἐπιεργασίαν, modo cælestis, modo supercælestis. Perinde est, autem siue legas cum exc. sed non carnem monemur ponere, siue cum Vatic. 3. MS. exponere. Atqui vox est Tertullianica: cierandam, &: intellegi, iuxta Angl. MS. cod.

356. Si verò in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, &c.] Adhuc denudè ad illud Rom. 8. Vos autem in carne non estis, supracitatum cap. 46. Non refert autem, siue legas paulopost: nihil aliud deputadi cum exc. siue cum Angl. MS. existimandi. Illud autem: Máducemus & bibamus, &c. etiã reperitur 1. Cor. 15. sed ante illud supracitatu c. preced. Sed dicit quis, &c.

357. Sed & omiſſis huiusmodi interpretationibus, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiam si propriè accipiantur caro & sanguis, Resurrectioni vindicentur.

358. (est autem & in iudicium Resurrectio.)] Parenthesi hoc comma inclusimus, ad sensum apertiores; quo adhuc ad illud Ioan. 6. Et procedent qui bona fecerunt, in Resurrectionem vite, qui verò mala egerunt, in Resurrectione iudicij. Atqui paulopost legimus omnino: Prodesse tamen illis aliud potest, quia loquitur de carne & sanguine, nõ de carne sola, & etiam precedit: adhuc spiritum illis necessariũ, & sequitur plurali numero: Meritò ergo caro & sanguis (vt diximus) sola regnum Dei capere deficiunt; & deinceps: meritò demutata & deuorata, ac: non resuscitata.

359. Sunt qui carnem & sanguinẽ Iudaismum velint accipi, &c.] Prion interpretatio fuit, quod caro & sanguis, etsi non in resurrectionem vite resurgant, resurgent tamẽ in iudicium. Posterior hæc, quod carnis & sanguinis nomine

nomine Iudaismus intelligatur, quemadmodum accipitur ab Apostolo Gal. 1. verbis sequentibus.

360. statim non retulerit ad carnem & sanguinem.] Magis expressit sic Auctor, quod Græcè est: ἔπεσοὺν ἀπὸ τοῦ αἵματος, quam alij, vertendo: non acquieui. Rectè autem interpretatur Auctor Iudaismum, carnẽ & sanguinem, ac si dicat: neque se retulisse ad Iudaos, neque ad antecessores suos Apostolos; vt non sit necesse laborare, ad diluendam calumniam, qua Apostolos vocauerit carnem & sanguinem.

361. Sed pro omnibus iam stabit, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Probari id ipsum, ex eo quod Christus, qui caro & sanguis fuit, sedeat ad dexteram patris. De proverbio autem: clausis oculis, inter Prolegomena.

362. quum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, &c.] Reperitur istud Marci vlt. de quo plura vide supra li. de Prescript. adu. her. cap. 13. n. 87.

363. etsi nostris puriora.] Huc pertinet quod Scholastici Doctores tradunt, Christum conceptum ex puriss. B. Virginis Mariæ sanguinibus.

364. talis etiam descensus ut angeli adfirmant.] Sine Parenthesi istud legimus, eo quod respiciat ad illud Act. 1. Angelorum dictum: Sic venit quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. De sequenti autem scriptura: agnoscendus scilicet eis qui eum cõuulnerauerunt, vide supra li. de Carne Christi, cap. 24. num. 186. & huius libri cap. 26. num. 211. hic videtur voluisse proprie vertere id quod Græcè est: ὁμοιωθῆναι.

365. Hic sequester Dei atque hominum, &c.] Ita vertitur vox: μεσότης ab Auctore, ab alij: mediator.

366. Quemadmodum enim nobis arabonem spiritus reliquit, &c.] Id ipsum repetit infra c. 53. quum dicit: Planè accepit & hic spiritum caro, sed arabonem; vrbobique adludens ad illud Apost. 2. Cor. 5. Qui autem efficit nos, in hoc ipsum dedit nobis pignus spiritus. vbi Græcè est: ὄρεξις πῶτος, de quo latius tractat infra lib. 5. adu. Marc.

367. Ita nec corruptula, inquit, incorruptelam hereditati habebit.] Hic transferunt ἡλιθιοὺς, paulo aliter quàm ante: hereditati habebit, vpotè qui Datus delectari solet; quo fit vt etiã in precedentibus similibus locis malim legere: hereditate possidebunt; sed sicut supra dixi num. 344. Variant etiam MS. Vatic. 3. cod. Paulopost vertit: hereditatem consequetur.

368. Deuorata est mors dicens, in contentio-nem, &c.] Vatic. 3. MS. in contentione, sed quæ Græcè legatur, εἰς νῆρον seu potius νῆρος (hoc enim contentionem significat, illud, victoriam) prius retinimus, maxime quum infra cap. 54. legant & Vatic. 3. MS. & excussit omnes: in contentionem. Consentit etiam Auctori B. Cyprian. lib. 3. Testim. adu. Quirin. cap. 58. sicuti etiam in eo quod legitur, iuxta ordinem Græcorum codicum supra cap. 47. Vbi est mors aculeus tuus vbi est mors contentio tua; quod vltimum, etsi ordine ibi transposito, legitur etiam infra lib. 5. adu. Marc. quare & hic necessario legendum: vbi est mors contentio tua, pro: potentia tua; maxime quum νῆρος, quod hodie legunt Græci codices, non potentiam significet, sed victoriam; & etiam legatur contentio, à BB. Ambrosio in Commet. & Hieron. epist. 61. ad Pammach. adu. errores Ioan. Hieros. Vbi paulo aliter pro Resurrectione, scripturam quam hic Auctor tractat, exponit; conformiter B. August. locis supracitatis num. 352.

369. Illa alia sine dubio, quã constituit in mem-

bris suis, &c.] Illud: cõstituit, debet accipi passivè, more Auctori vstituto, pro: constitutum agnouit, aut aliquod aliud hic legi verbum debet; neque enim Paulus eam legem ipse in membris suis constituit, sed, vt conuenitur Rom. 7. vidit, seu agnouit. Nisi forte subintelligatur; constituit, nempe delinquentia; sed tunc legi deberet, non: in membris suis, sed: in membris eius.

370. Nam & supra nouissimum inimicum mortem euacuari ait.] Legisse hinc patet Auctorem: Nouissimum inimicus euacuabitur mors; sicuti etiam non semel B. Hieron. in Comm. Isai. Græcis estiam correspondet ista lectio: quia θάνατος masculinum est. Legimus autem: Hoc modo nec corruptela hereditatem incorruptelæ consequetur, ex Angl. MS. pro: consequitur; nam & antea in futuro id vertit, & sequitur: nec mors perseverabit. Habetur autem hoc longè supra; sed quod sequitur: Quum in atomo, &c. immediatè ante illud: Deuorata est. Castigauimus etiam: demutabimur, pro: demutamar, quod & supra cap. 42. & infra lib. 5. adu. Marc. apud Apostolum id legatur. Ex quibus etiam locis conformiter Angl. MS. cod. & cap. 54. infra, legimus & supplemus: Oportet enim corruptium istud inducere incorruptionem, & mortale istud inducere immortalitatem; maxime quum hic explicet: & istud mortale, ac cap. 54. & mortale istud inducere immortalitatem. Legentes etiam ex eodem Angl. MS. cod. ac ne putes aliquid aliud.

371. Videamus iam nunc, &c.] Huic capiti titulum dedimus: Quod in eodem corpore iuxta Apostolum resurgemus. Adhuc autem denudè ad verba illa supracitata c. 48. Sed dicit quis: Quomodo resurgent mortui, quo autem corpore venient? Quod rursum habentur sub medium capitis 1. Cor. 15.

372. Stulte, inquit, tu quod feminas, non viuificatur, &c.] Rhenanus legebat primùm: nõnne, & deinde: nõnne; verum rectius Gelenius: nõ, eo quod sic legatur apud Apostolum secundæ aditiones omnes. Omittens autem: prius, Auctor. sequitur in hoc Græcos codices, Atqui etiã hic legimus: intellegi, &: eadèmq; natura & qualitate, pro: qualitas; ac sensu id exigente, sic quod nunc sequitur distinguimus: Non enim (pro: Nonne) & suggerit, quomodo? Non quod futurũ est corpus seminatur, dicens, &c. Deus autem, &c. siue autem legas cum exc. cod. Sed enim saluum, omni modo constat, siue cum Vatic. 3. MS. omnino, perinde est. Denique castigauimus ex Angl. MS. cod. Ergo addititium erit corpus quod corpori superstruitur, pro: additum erit quod.

373. Seritur enim, &c.] Pulcra est hic distinctio apud Auctorem folliculi, spicæ, aristæ & culmi.

374. Et vnicique seminum suum corpus deputauit, &c.] Sic prorsus lego, pro: putauit, quod nullo sensu legebatur. Vertit autem: suum, quod mirum est, quum Græcè sit: ἰδίον, id est, vti Latinus vulgatus interpres: proprium. Legimus verò ex MS. omnibus: et si plenior, pro: et si plenior est, quia sequitur: et si aliter reuertentem.

375. Alia caro hominis, &c. alia iumentis, &c.] Infra lib. 5. aduers. Marc. ipsa Apostoli verba citans, dicit: aliam quidem carnem hominum, aliam pecudum. His verò in singulari eadem adfert, eo quod sic ad institutum malitius quadrent. Legit interim etiam sic Syrus interpres.

376. Ad similitudinem est, inquit, homo irrationabilis iumentis. *Hic quoque sensum magis expressit, Vertens: irrationabilis, quod est Græcè ἀνοητός, & Vertitur rectius ab aliis: insipientibus. Legimus autem omnino: volucrum ex Angl. MS. cod. pro: volatilium, eo quod sic etiam legatur infra loco iam citato; & ex eodem: alia autem piscium.*

377. quibus aqua baptismatis sufficit. *Facit etiam hic locus pro baptismo aque, quem quidam impugnavere non verentur; Verum de eo latius supra lib. de Bapt. cap. 1. num. 3.*

378. Sic & de supercælestibus corporibus, &c.] *Rursum hic: supercælestia Vertit ἐπερσεν, quæ vox: cælestia. Legimus autem ex Vatic. 3. MS. cod. Alia solis gloria; tum quod sic legatur & supra cap. 49. & infra lib. 5. adu. Marc. tum quod sequatur: Et stella enim à stella differt in gloria, quo loco apud Apostolum eadem vox Græca est ἀστὴρ, seu δόξα, quæ etiam gloriam, non claritatem significat, & rursus subiungat Auctor: differentiam gloriæ: quam ipse quoque vulgatus Latinus interpres Vertit: sed alia est quidem cælestium gloria.*

379. Seminatur, inquit, in corruptela, refurgit, &c.] *Et Tertull. hoc loco ac infra lib. 5. adu. Marc. & B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 58. ac aperiens B. Irenæus lib. 5. cap. 7. legunt: resurgit, quoties id hic repetitur; pro eo quod Latinus interpres: resurget. Est autem phrasis Tertullianica: concepit dicitur; & vox ab eodem composita: sequestratorium, pro loco (sicuti & Rhenan. adnotavit) ubi res sequestrata vel deposita reponitur; similiter & illa: reconfignat imprimens, metaphoricis, alludens ad sigilli impressionem.*

380. Sic enim scriptum est. *Istud etiam differt ab omnibus Apostoli aditionibus, in quibus legitur: Sicut scriptum est.*

CAP. LIII.

381. Sed corpus animale, &c.] *Hoc caput inscriptum: Quod quidam perperam corpus animale animam interpretantur. Quod ipsum etiam tractat infra lib. 5. adu. Marc. sed hic multo latius. Legimus autem omnino cum MS. Anglico codice: ut illum à carne a-uocent reciduiatam, pro: illam, &c. reciduiatam, eo quod illud etiam supra reperitur, num. 8.*

382. Sed enim in Lazaro, &c.] *Hic de altero Lazaro loquitur, quam supra cap. 17. nempe de quo Ioan. 11. Vbi qua veritas Iustitia noster interpres, Auctor vincula linea appellat, Græcè est νεκρός. Accipitur autem vox: comparet, pro: manifestus est. At de proverbiali formula: manum porrigit, in Prolegomenis.*

383. factum retexēs primum hominem Adam in animam viuam.] *Sic legimus ex Vatic. 3. MS. pro: viuentem; quia iterum hoc capite, & supra cap. 5. item lib. de Anima, cap. 11. ac infra lib. 5. adu. Marc. illud legitur ab Auctore; quare sic etiam secundo loco legendum ante illud: Porro, &c. Castigamus etiam: Quid cam appellari velint, ex MS. 3. Vatic. pro: velient.*

384. Anima verò et si corpus, &c.] *Istud iterum ad paradoxon pertinet Auctoris de Anima corporea, de quo inter Prolegomena latius. Malim autem legere: non animatum, pro: non animata; sed quia hoc habent MS. omnes, nolui immutare, quia apposito posuit aquæ ad animam, atque ad eam corpus referri. Legimus autem omnino secundum MS. nec fieri quod facit, pro: fecit, quia se-*

quitur: alij enim accidens (pro quo etiam malè legere: accedens, utroque loco) facit illud animale.

385. Non primum quod spiritale, &c.] *Expressit quod Græcè est πρῶτον, quare non placet quod secundo loco Angl. cod. habet: Non prius. Legimus autem ex Vatic. cod. primus homo Adam, addendo: Adam, quia id apud Apostolum legitur in aditionibus omnibus.*

CAP. LIIII.

386. Ita de vocabulorum occasionibus, &c.] *Inscriptionem huic capiti imposuimus: Quod etiam illud: Vt deuoretur mortale à vita, nihil pro illis faciat. Reperitur autem in scriptura locus 2. Cor. 5. de quo multa supra cap. 42. & infra lib. 5. adu. Marc. sed hic respondetur ad obiectionem eorum, qui deuorationem illam, perditionem interpretabantur.*

387. Deuorauit inquit, mors inualecēdo, &c.] *Videatur mihi adludere ad illud Apostoli Rom. 5. in omnes homines mors pertransiit; maxime quum alibi nihil tale, neque in Apostolo (ad quem referri videtur illud: inquit) neque in reliqua scriptura, reperire liceret habet; siquis aliter sentiat, per me licet. Omnino autem lego cum Gelenio ex MS. omnibus, quod per contentionem deuorauerat mors, non ut subsisteret Rhen. deuorauerat, quia similiudo qua vitur Auctor, id non permittit.*

CAP. LV.

388. Quamquam igitur resurrectionem carnem probantes, &c.] *Hoc caput inscriptum: Quod aliud sit demutari, aliud perire. Latius enim hic explicat illud quod supra etiam tractatum est cap. 41. & 42. & nos demutabimur, de quo iterum late infra lib. 5. adu. Marc. Vbi tractat 2. Cor. 5. atque hoc est quod dicit: licet aliunde iam cæcæ. Sine autem legas ante ea verba: proprios quoque flagitant congressus, cum vulg. cod. sine: quosque cum Angl. MS. parum refert. Verum paulo post omnino lego ex eodem: Aequè enim non erit ac si non resurrexerit, pro: si, dumtaxat, & non multo postea ex Vatic. 2. nec ita aliud efficiatur ut cesset idem esse, pro: alius; quia sequitur: immò nec alius efficiatur (sic enim lego ex Angl. MS. cod. pro: efficiatur) sed aliud.*

389. Mutatur postea & facies eiusdem incontemplabili claritate.] *Adludit ad illud Exod. 34. secundum 70. Et erat glorificatus (pro quo in Hebræo: Et cornua erat facies eius) aspectus cuius faciei eius, & timuerunt appropinquare ei.*

390. Sic & Stephanus, &c.] *Hic similiter ad illud Act. 6. Et viderunt faciem eius tamquam faciem angeli; addēs: non alia illi genua succiderant; id est, non alius genibus quam prioribus orabat Deum in lapidatione, Act. 7. Est autem similis phrasis Auctoris infra c. 62. nec vlli simili necessitati succidendo.*

391. Dominus quoque in secessu montis, &c.] *Dū hic agens de secessu Christi in monte Thabor, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 3. dicit quod lineamēta Petro agnoscibilia seruauerat, id colligere videtur ex eo, quod Christum Petrus adhuc Dominum suum appellauerit. Eodem pertinet quod habet B. Hieron. Epist. 61. ad Pammach. aduers. Joan. Hierosol. Vbi facies nominatur, existimo quod & cetera membra conspecta sint.*

392. in transitum substantiæ.] *Transitum hic dicit Auctor, quod antea hoc capite non semel: perditionem, sicut transitum, mortem appellare solemus, quod confirmatur ex eo quod addit: ergo & Saul in alium*

alium virum conuersus, de corpore suo, excessit, 1. Reg. 10.

CAP. LVI.

393. Etenim quàm absurdum, &c.] *Titulum huic capiti datus: Quod eadem caro quæ operatur, mercedem accipiet: quod ipsum supra tractatum latius cap. 15. & 52. Legimus autem omnino ex MS. Angl. quàm verò & iniquum, pro: quàm verò ethnicum; tum quia ethnicus Deus ignotus erat, tum quia sequitur: de iustitia Dei ludere.*

394. Marcionē pro Valentino resuscitati? &c.] *Quid sibi velit, indicant verba præcedentia: Nonne præstat omnem semel fidem à spe Resurrectionis abducere (quod nempe faciebat Marcion, simpliciter, cum suo magistro Cerdone, Resurrectionem carnis negans, ut supra dictum est lib. de Prescript. adu. her. cap. 51. her. 16. ac 17. num. 321. ac 322.) quàm de gratuitate atque iustitia Dei ludere? vtpote vt hæc quidem caro per martyria lanietur, alia verò coronetur; quæ erat Valentini hæresis, vtpote quæ Resurrectionem huius, id est, eiusdem, carnis negabat, sicuti ibidem diximus cap. 49. her. 12. num. 315. Addeat autem paulo post: Deo, legimus: nesciens me esse qui gratiam Deo debeam, quibus & præcedentibus verbis adludit ad illud Psal. 95. Cantate Domino canticum nouum, adnuntiate inter gentes gloriam eius. Sicut illic: quæ in hac carne, &c. spem salutis seminavit, in alia nescio qua metat; ad illud Gal. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, &c.*

395. Næ illa gratiosiss. caro, cui gratis vita constabit.] *Ironia est; & pulchra vocum adlusio: gratiosissima, ac gratis.*

CAP. LVII.

396. Hinc iam illa vulgaris incredulitatis argutia est, &c.] *Capiti huic inscriptionem dedimus: Quod integri sine vexatione resurgemus. Sine autem illud legas cum vulgatis, sine cum MS. Angl. illæ vulgares incredulitates argutiæ, perinde est. Atqui quod paucis supra proposuit hac de re Auctor cap. 4. hic & sequi. cap. latius prosequitur, quod ipsum etiam tractat B. August. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 20. & B. Hieron. sepe dicta Epist. 61. ad Pammach. adu. Ioan. Hierosol. etiam subinde in eadem penè verbis. Rursum sine legas: claudi, vti vulgè legitur, siue clodi; cum MS. Angl. non refert. Verum legimus ex eodem: tantam gratiam, pro: tantam, & hominibus eandem adscribis, cum Vatic. 3. MS. pro: eam.*

397. portionalis.] *Portionale opponit vniuersali, non hic modo, sed etiam infra Tom. 5. lib. de Ieiunio Vbi: ieiunium portionale, nuncupat, quod vniuersaliter non obseruatur. Legimus autem paulo post: etiam si in vtero vitiumur, ex Angl. MS. pro: vexemur.*

398. Quod nascimur, non quod lædimur, reuiuifcimus.] *Græca (inquit Rhenan.) figura est. Atqui post aliquot lineas aduicimus: Deo, ex Angl. MS. cod. Vbi legitur: quasi Domino Deo non liceat & mutare naturam.*

399. Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum, sunt, &c.] *Addimus: sunt, ex Vatic. 3. MS. quia id Matth. 19. legitur iuxta aditiones omnes; quamquam interim paraphrasticos dumtaxat illud citatur, nam longè aliter illic legitur: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.*

400. &: Stulta mundi elegit Deus, vt sapien-

tiam mundi confundat.] *Etiã hic ex MS. 3. Vatic. legimus: sapientiam, sicuti alibi vbiq; pro: sapientia.*

401. Atquin & vestis albæ nitore, &c.] *Rursum ex MS. iisdem, & paulo ante: illas, pro: illa, & Atquin legimus, pro: Atqui. Porro enumerat hic Manuscriptionis insignia, vt ante me etiam adnotauit Rhenanus, de quibus late tractat Petrus Faber Præses Tholosus in Semeptibus; quò Lectorem remitto, potissimum de vestis albæ nitore, & aurei annuli honore. Nam de patroni nomine, ante illum Politianus Miscell. cap. 31. ad illud Iuuenalis: Tamquam habeas vna nomina, seruus iam manusissus imponi solere docet patroni nomenclaturam ad hoc illud Cicer. lib. 4. Epist. ad Atticum. De Eutichide gratum, qui veteri prænomine, nouo nomine T. erit Cecilius; vt est ex me, & se iunctus, Dionysius M. Pompeius, sic etiam Mithesum Alexandrum Polyhistorum Cornelium esse appellatum à Cornelio Lentulo, à quo manusissus fuerat, à Suida tradi. Atque ad eò tribu honoratos patet, quum tribus nomen adsumerent. Ceterum etiam pilco honoratos supra diximus ex Rhenan. Tom. 2. li. de Patientia, c. 4. n. 24.*

CAP. LVIII.

402. Iocunditas (inquit Isaias) æterna super caput eorum, &c.] *Istud caput eiusdem est argumenti, ex scripturis concinnatum. Atqui etiam illud: Aufugit dolor & mæror, & gemitus ab illis, reperitur aquè iuxta 70. Isai. 35. atque illud: Iocunditas, &c.*

403. Et delebit Deus omnem lacrymam, &c.] *Istud reperitur Apocal. 7. Quod autem subiungit: Et rursus Deus enim delebit, &c. Apoc. 21. vbi etiam adiuur: Et mors vira non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor; Ad quod adludit, dum sua phrasi subiungit: & mors hæc tenus, &c. Legimus autem: vbi casus aduersi apud Deum, pro: Dominum, ex MS. Angl. eo magis quod sit visitatum id Deo Patris; & sequatur (ex quo etiam hic Trinitas confirmatur) apud Christum, & apud Spiritum sanctum.*

404. Vbi necessitas, aut quod dicitur fortuna vel fatum?] *Necessitas & fatum ethnicis pro iisdem habebantur, sicuti fortuna & casus. Atqui quòd fato nihil imputandum, supra docuimus Tom. 1. Apologet. cap. 1. num. 17. Et verò eiusdem argumenti De fato librum scripsit Auctor: cuius fragmentum infra habes Tom. 4.*

405. Quod vestimenta & calceamenta, &c.] *Hyperbaton est, compositum ex variis scripturarum adlegationibus, usque ad illud: figura, &c. Quæ reperiuntur Deuteron. 29. Dan. 3. Ion. 2. Gen. 5. ac 4. Reg. 2. in quo serè per omnia imitatus est B. Iren. lib. 5. cap. 5. Legimus autem: & in obsoleta, aditua Coniunctione.*

406. nec Sarabaras, quamquam Iudæis alienas.] *Sic iterum lego iuxta primam aditionem in marg. pro: Sarabara, &c. aliena, eo quod Auctor similiter feminino genere dixerit supra Tom. 1. lib. de Pall. c. 4. in captiua Sarabara (vbi num. 81. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 46. de ea aliquid diximus) maxime quum etiam apud Hesychium & Eudoxium Græcos Auctores, singulari numero σαράβαρα, vestis Persica commemoretur. Quamquam interim (sicuti etiam hic adnotauit Rhenan. Chaldaicam vocem & vestem dicit) Dan. 3. plurali numero legitur 70. κούρτα σαράβαρα, & ἑν ἡλλοίωθι. Pro quo, et si in aditione Græca*

Latina in Bibliis Complutensibus apud Plantinū excusis: &c. legatur; Veriorem tamen ut putem dicitur lectionem, facit, quod etiam Nouatianus lib. de Trinit. infra Tom. 5. Sarabala (eius plurali numero) legit. Beato Hieronymo verò tam in versione ex Hebraeo quam Epist. 49. ad Innoc. de mul. septies percussa, & in translatione Theophili Alexandrini, magis placuit: Sarabala, vel: Saraballa vertere. Quam utramque versionem conciliat Adnot. in Poëtas Christianos G. Fabricius, tradens Sara, vel Sarra, Tyrius esse purpuram, siue purpuream vestem; vnde & Ostrum Sarranum Virgilio; Bal verò Dominum significare: quod iidem Tyrj mutatione litterarum tenuis & aspera etiam Bar dixerint.

407. Enoch & Helias nondum resurrectione disuncti, quia nec morte functi, &c.] Huc pertinet etiam id quod supra dixit Auctor cap. 55. Vbi etiā Moses & Helias (nempe in monte Thabor) alter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate nondum defunctæ. Atqui latum hoc de re tractatum habes supra in Adnot. nostris ad li. de Anima, c. 50. num. 564. Vbi etiam vocantur, sicuti hic, phrasi Tertullianica: æternitatis candidati, quomodo etiam lib. adu. Jud. cap. 2.

408. Figuræ enim nostræ fuerunt, Apostolo auctore, quæ scripta sunt, &c.] Similiter legit etiam B. Cyprian. Epist. 76. ad Magnum: Hæc autem omnia figuræ nostræ fuerunt: sicuti etiam Beda in Collectaneis ex August. quibus in hoc consentiunt Græciorum codices, quod legant: τὸ ὄνομα τῶν ἡρώων; quod postremum tamen ab alijs maluit vertere: figuræ nostri.

C A P. LIX.

409. Sed futurum, inquis, æuum alterius est dispositionis, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Non esse absurdum, futurorum hæredes carnem & sanguinem fieri.

410. Omnia vestra sunt, &c.] Omnia est sicuti in Græcis etiā exemplaribus, & apud B. Ambrosium, vox: enim; etiam sensus non necessaria.

411. Et alibi: Et videbit omnis caro salutare Dei, &c.] Alibi dicit, quia paulo prius legitur eodem Isai. 40. cap. Legimus autem omnino ex Vatic. & MS. Angl. cod. Dei, pro: Domini, quia sic legitur supra c. 10. etiam iuxta 70. ac Luc. 3. Quid? quod ex hoc loco B. Justin. Mart. adu. Tryphon. Euseb. lib. 9. Demonstr. Euang. cap. 6. sub finem, & August. lib. 22. de Civitate Dei, cap. 29. Christi diuinitatem comprobent; sicuti etiam B. Cyprian. id ipsum legens, lib. 2. Testim. adu. Judæos, cap. 6. Quare etiam secundo loco sic castigandum est, & rursum quod paulo post legitur: quæ visura sit Dei salutare.

412. Ego me scio neque alia carne adulteria commisisse, &c.] Si de se loquatur Auctor, videtur in iuuentute ante matrimonium continentiam non seruasse; sed quum in ipso matrimonio continentem fuisse supra subindicauerimus lib. 1. ad Vxorem, num. 1. & vsque adeo continentie amator fuerit, ut ea occasione Montano postea adhaerit, videtur potius in genere loqui de quouis homine sub persona sua. Verum de hoc in Vita Auctoris latius.

413. nationes, &c. deputatas velut puluerem & saliuam, &c.] Adludit ad id quod est Isai. 40. iuxta 70. & quasi saliuam reputabuntur, pro quo Hieron. verso ex Hebræo: Ecce insula quasi puluis exiguus. Mirum est interim cur addat: puluerem, quod ibi apud 70. non est; nisi forte pro eo quod est sicut momentum sta-

tera, vtrouique ipse legerit: puluerem, sicuti quidam ex Hebræo vertunt pro momento; quod videtur consentaneum, ex eo quod legit Auctor supra Tom. 1. lib. adu. Iudæos, cap. 1. & lib. de Prescript. adu. her. cap. 8. sicut stitilicidium de stitula, & puluis de arca. Atqui Clemens Alexandr. Stromat. lib. 6. Athanas. de Vnitat. substant. sanctiss. Trinit. li. 1. & Ambros. in Psal. 1. omnis istis illis verbis intermedijs, legunt: Ut stitilicidium de stitula & saliuam, seu spiritum, seu phlegma, seu spuma, pro quibus Græcè est στέρος.

414. nunc speraturas & credituras in nomen & in brachium Domini.] Ex duobus Isaiæ testimonijs istud concinnatum est. Reperitur enim imprimis iuxta 70. Isai. 42. & Matth. 12. In nomine (seu nomen, vti hic legit Auctor) eius nationes sperabunt, sicuti etiam infra citatur lib. 3. adu. Marc. At alterum ad quod adludit, illud videtur Isai. 53. etiam secundum 70. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est: citatum etiam Ioan. 12. & Roman. 10. Atqui vox Tertullianica est: incubare.

415. verum lumen nationibus effulsit.] Hic adludere videtur ad illud Isaiæ 60. Et ambulabunt nationes in lumine tuo.

416. & ipsi Valentiniiani hic errare didicerunt.] Nempe in eo quod sequitur, quod alia sit forma credentium, alia non credentium. Ipsi enim choticum siue terrenum genus hominum, id est, non credentium, in totum interitum abire dicebant; in sortem siue credentium, transire ad Demiurgum; ipsorum verò, ut potè spirituum, in pleromatis palatium; vti latius videre est supra lib. contra eosdem, cap. 29.

C A P. LX.

417. Ecce autem, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod membra eadem remanebunt, etiam non ad eundem usum. Quod ipsum paucis attingit cap. 4. hic autem late deducit hoc & sequenti capitibus; in quo etiam ad verbum penè Auctorem imitatur B. Hieron. sapientia Epist. ad Panmach. adu. Ioa. Hierosol. Atqui legimus omnino ex MS. 3. Vatic. & Angl. vt adhuc controuersia exaggeret carni maxime eadem, pro eo quod Gelenius: controuersiam, &c. maxime fidem, & antea ac in Adnotat. Rhenan. controuersiam, &c. carni maxime, id est.

418. Quod enim iam, &c.] Quod (inquit Rhenan.) hoc est, ad quem vsus, ad quid. Horatius:

Quod mihi fortuna, si non conceditur vti? sic supra dixit Tertullianus: Quod ergo legimus? & mox: Quod huiusmodi membra admittunt, subigunt, id est, ad quid admittunt, id est, recipiunt scilicet, cibum. Item: Quod manus ipsæ & pedes: Et rursum: Quod renes cõscij feminum. Item? Quod totum corpus, totum scilicet vacaturum? Sunt autem elegantes membrorum periphraSES: spelunca oris, dentium statio, gulae lapsus, compitum stomachi (id est, sicuti Rhenan. adnotauit, conuenticulum & receptaculum, quod in hoc videlicet conueniat quicquid edulcorum per os immittitur. Sumpta est metaphorâ à viis competentibus, ac conuenientibus; nam hinc compitum deducunt Grammatici) alui (siue aluci, vti ferè legit MS. omnes) gurges, intestinorum perplexa proceritas, operarij artus, renes cõscij feminum, eõceptuum stabula, & vberu fontes. Siue autè legas: decessuro cum exc. siue: discessuro cum 3. Vatic. MS. perinde est. Educatu verò vti (sicuti etiâ alibi) pro educatione etiam hic

hic adnotauit Rhenanus. Atqui lego profusus sicut prius & postea vbiq; dum mortale istud inducet immortalitatem, pro: induit; sic enim etiam est apud Apostolum 1. Cor. 10.

419. vel carie dissolutam.] Angl. MS. cod. & carinam dissolutam, verum non placet, eo quod prius partes nauis enumerari: carinam, proram, puppim.

420. redactis & recuratis omnibus membris.] Nisi (inquit Rhenan.) redigere, & redactum sic vsurparet supra, mallem legere repactis. Li. 1. aduers. Marc. Quâ totum hominem redigere in salutem. Legimus autè ex Anglico MS. cod. At enim si sit, pro eo quod mendo-siff. legebatur: Ait enim, &c.

C A P. LXI.

421. Sed accepisti homo, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Ad quos vsus singula seruient membra post Resurrectionem. Legimus autem: vt etiam hominibus antistes, pro: antistes, ex Angl. MS. sicuti supra: antistare, cap. 13.

422. ad macellum corrorendum, &c.] Coninens (inquit Rhenanus) pro contento. Qui etiam illud: ad omnem hiatum & rictum tuum coronandum, &c. sic interpretatur. Significat dentes potius in hoc factos, & hiatum & rictum oris coronent, id est, circumdant, & minus deforme reddant. Supra dixit: spelunca hæc oris & dentium statio. Verum hac interpretatione opus non est, si legamus cum MS. Angl. coronandum, quod non substituitur tamquam castigatiuis, eo quod sequitur: honori oris. Legentes etiam ex Vatic. 2. ad pulsus lingua temporandos, voce Tertullianica, pro: temperandos. Item legimus: Est adhuc in feminis ex Angl. MS. addentes: in. Sunt autem voces phrasæque Tertullianicæ, de quibus alibi latius: supparatura, ieiunio functi, & deducatur.

423. Non in pane solo viuet homo, &c.] Ad dimus solo, ex MS. Angl. & legimus: viuet, pro: viuait; quia & Græcè Matth. & Luc. 4. ac Deuter. 8. illud legitur, alterum interim correspondet Hebraica & Chaldaica editionibus; sed & Latini vulgata editionis codices variant.

424. Quot spadones voluntarij.] De his supra Latius Tomo 2. Adnot. nostris ad lib. de Cultu semini, cap. 9. num. 51.

425. quot virgines Christo maritatae.] De his ibidem lib. de Veland. Virg. num. 1. Est autem Tertullianicum: temporali vacatione, pro: temporaria, siue ad tempus.

C A P. LXII.

426. Sed huic disceprationi, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod erimus non angeli, sed sicut angeli Dei.

427. Etunt (inquit) tamquam angeli.] Sic legit Auctor, non modò bis hoc loco, sed etiam supra cap. 36. atque adeo confirmatur lectio Latini vulgati Interpretis, qui legit: erunt, pro eo quod hodie Græcè est: sunt, & similiter Latine Matth. 22. ac Luc. 20. Quod tamen respiciet se potius videtur, ut potè vbi omittitur Dei, quod alibi reperitur.

428. Quia & angeli aliquando, &c.] Adludit ad c. 18. & 19. Gen. de angelis receptis hospitio ab Abraham & Iob, qui & ederunt & biberunt, ac pedes lauacro porrexerunt.

C A P. LXIII.

429. Resurget igitur caro, &c.] Caput hoc postremum inscriptissimum. Epilogus. Quod resurget caro & quidem omnis, & ipsa, & integra. Legimus autem omnino ex Vatic. 3. Resurget, pro: Resurgit. Atqui pro: collectaneam, habent MS. 3. collataneam; quæ si vera est lectio, accipietur pro collateralis, aut pro conlatanea, tamquã qua opes suas in vnum conferant: verum nihil immutare volumus.

430. vt rursus ex illa repræsentetur Adam.] Sic iterum legimus secundum 1. editionem ex Vatic. MS. 3. cod. pro: præsentetur; nam repræsentari, pro præsentem sibi, frequens est Auctori supra adnotauimus, cap. 14. num. 112.

431. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.] Id quod Gen. 3. dixerat Deus in malam partem, in bonam interpretatur Auctor, quasi illi maledictio tempore Resurrectionis conuertenda sit in benedictionem: vnde & subdit similiter in bonam partem: compos mali sed: quod cuasit.

432. quàm quæ tecum etiam in Deo nascitur.] Intelligit natiuitatem secundam in baptismo, de qua latius supra lib. de Baptismo.

433. Sed nihil mirum si odisti, &c.] Ab anima, ad Marcionem & Valentinum transtum facit. Ad Marcionem enim referendum, quod Auctorem carnis, nempe Deum creatorem, respucit, carnem in Christo aut negare aut mutare cõsueuerit (vii supra patet li. præcedenti.) Ad Vtrumque, quod ipsum sermonem Dei vel stylo vel interpretatione corruerit (de quo latius supra li. de Prescript. adu. heret. non semel.) Ad Valentinum demique, quod arcana Apocryphorum superduxerit; blasphemiarum fabulas; quas supra abundè detectas habes li. adu. Valentinos.

434. pristina instrumeta.] Rectè Rhenan. hæc Moisaica Propheticaque Veteris Testamenti interpretatur. Atqui cõfirmatur mea castigatio supra lib. de Prescriptio. adu. her. cap. 4. num. 23. ex eo quod etiam hic legitur: oportuerat hæreses esse: vt probabiles quique manifestarentur, siue: manifestentur, vt legunt Vatic. 3. MS. cod. quia perinde est.

435. hæ autem sine aliquibus scripturarum occasionibus, &c.] Istud facit pro illis, qui scripturam, nam sum cerum esse dicunt, quæ possit torqueri quod hæretici volunt, sicuti late prosequitur Vincentius Lirinensis libello suo, De profanis hæresum nouitatibus. Verum rectè addit Auctor: & ipsas quidem iidem litteris reuincibiles; ut potè, quum per alias scripturas cõfundi hæreticorum technas, vel ex hoc libro manifestum sit.

436. Sed quoniam necdum dissimulare Spiritum sanctum, &c.] Istud, ad finem capitis vsque, pertinet iterum ad hæresin Tertulliani nouæ prophetiæ per Paracletum inundantis, de qua latius in Prolegomenis.

Um, prius, opusculum suum ADVERSVS MARCIONEM pleniore postea compositione rescidisset Tertullianus, & eam frater quidam deinde Apostata mēdosissimam exhibuisset, necessitas illi facta est emendationis, & inuolutionis occasio aliquid adicere per suavitatem; unde in quinque Libros opus istud excreuit, quorum primi libri argumentum hic damus.

- I. Imprimis itaque post inuectiuam in Marcionem Ponticum, quod nuptias abstulerit, Euangelia corroserit, & Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei amiserit; ita destinatum haereticum docet; quia deserto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat; sicuti latius LIBRO DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS susinuerit.
- XI. Deinde, duos Deos illum adtulisse; creatorem, id est, nostrum; & suum ac Cerdonis informatoris sui; illum malum, huius verò bonum.
- II. Verum, Christianam veritatem districtè pronūtiasse: Deum, si unus non sit, non esse; eò quòd summus magnus sit, cui nihil adæquari possit.
- III. Non posse etiam duo summa magna, etiam distincta suis finibus, consistere.
- V. Si enim duo summa magna, etiam plura admitti debere, cum Valentino, qui vsque ad xxx. Aeonum factus, examen diuinitatis effudit.
- VI. Atque adeo, non modò duos pares, sed nec dispares Deos posse constitui.
- VII. Neque verò illi patrocinari nomen Dei, etiam aliis permissum in scripturis; quia idcirco eis non competit possessio summi magni.
- VIII. Porro hæresin Marcionitarum vel inde probari, quòd nouum Deum faciant; quum verus Deus aternus sit.
- IX. Idque, etiam si solùm agnitione nouum dicant, quòd Deus ignotus esse non potuerit, neque incertus.
- X. Sed à primordio semper agnitus; quippè quem anima & conscientia, etiam ethnica, nouerit.
- XI. Proinde, quum Dei sint omnia; si nihil creauit, Deum non esse, quem Marcion statuit.
- XII. Vt autem illum Deum esse confiteri possemus; sine causa tamen esse eum deberemus argumentari, qui rem non haberet; quum res causa sit, ut sit aliquid.
- XIII. Neque verò opus esse parum dignum Deo mundum; ipsis testimoniis Philosophorum probat.
- XIII. Immo etiam minutiora animalia aut iuuare aut ledere; & nec aquam Dei creatoris reprobari à Deo Marcionis, qua suos abluat; nec oleum, quo suos unguat; nec panem, quo ipsum corpus suum representat (hoc est, præsens ostendit) in Sacramentis.
- XV. Deinde addit, Deo Marcionis non esse suum cælum & mundum (de quo latius infra lib. 5.) tùm quòd ad xv. vsque Seueri Imperatoris annum (quo hæc scripsisse se Auctor indicat) nulla talis substantia comperta sit, tùm quòd alioqui nouem Deos adsignare censetur Marcion.
- XVI. Neque illum esse inuisibilia sola operatum (sicuti latius etiam dicto lib. 5. infra) sed eiusdem esse auctoris visibilia & inuisibilia.
- XVII. Et verò non sufficere illi Deo unum opus liberationis hominis; quum etiã per alia ope-

ra seuerus Deus protulerit in notitiam.

Reuelatum item illum non rectè dici; qui, neque naturà ex operibus, neque doctrinã ex prædicationibus reuelatus sit. XVIII.

Neque etiam in Christo Iesu; tùm, quòd is reuelatus sit, plus centum quindecim annis ante Deum Marcionis, qui sub Antonino; tùm, quòd præcesserit separationem illam Legis & Euangelij, quam in Antithesibus Marcion primus commentus est. XIX.

Frustrà autem obstrepi ab diuersa parte, quòd Marcion Regulã non inuenerit, sed retrò adulteratam recurarit, exemplo Pauli qui Petrum reprehendit; quia in illo solùm conuersationem reprehenderit, non fidem creatoris. XX.

Stetisse itaque semper fidem in creatorem & in Christum eius, non modò sub Apostolis, sed & in Apostolicis Ecclesijs; apud quas Christus, non alterius Dei quàm Creatoris ostenditur. XXI.

Iam verò naturaliter bonum dici non posse Deum Marcionis; qui ab initio homini lapso non succurrerit. XXII.

Neque rationabiliter bonum; quòd homini (iuxta Marcionem à se alieno) succurrere voluerit. XXIII.

Neque perfectè bonum; eò quòd (iuxta Marcionem) animam solam saluet, non carnem; qua tamen apud illum tingitur, de nuptiis tollitur, & in confessione Nominis salutem patitur. XXIII.

Proinde, Deum non de sola bonitate censendum. XXV.

Verum de iudicio quoque; qui vindicet peccata, & damnet. XXVI.

Alioqui peccatoribus nullum timorem fore. XXVII.

Et sic etiam stare non posse fidei Sacramentum Baptisma; quòd remissio est delictorũ, absolutio mortis, regeneratio, consecutio Spiritus sancti, signat denique & lauat; quæ conferre non potest, nisi qui à primordio creauit hominem, & animam ei contulit, et pro peccato ad mortem damnauit. XXVIII.

Postremò, Marcionis hæresin impugnat, quæ tingui nolebat nisi virgines & cælibes; tùm quòd coniugium benedixerit Deus, tùm quòd, si nuptiæ non sint, sanctitas erit nulla; immo hoc erit sementem totum generis humani compescere. XXIX.

Denique, Epilogo breui Lectorem ad sequentes Libros præparat. XXX.

Ceterum, imprimis Opt. Mileuit. lib. i. adu. Parmen. Rufinus Apol. pro Origene, & Vincent. Lirin. Libro de prophana hereticorũ nouitate, disertis verbis huius operis mentionem faciunt; & viderunt MS. iã olim hos quinque libros Trithemius & Politianus. Deinde peculiariter ad hunc librum adlusit Auctor libro de Anima, cap. 18. quũ dixit: De Deo, suo quoque cãpo experiemur cum hæreticis; & li. de Resurr. carnis, c. 2. Igitur quantum ad hæreticos, demonstrauius quo cuneo occurrendũ sit à nobis, & occursum est iam, suo quoque titulo: DE DEO VNICO ADVERSVS MARCIONEM. Qui locus & cõfirmat sententiã nostram (quã supra habes Præfatione nostra ad Lectorem in Tomum tertium) quòd eodẽ tẽpore hi libri vtrique conscripti sint; & insuper mihi persuasit, titulo huius libri addendum fuisse: DE DEO VNICO. Atqui primus eum adidit in lucem Rhenanus ex Paterniacensi ac Hirsaugiensi Codicibus, Scholijs suis illustratũ, & postea ex Gorziensi, cũ Adnotationibus. Nos verò iam primùm, eo quòd desideraretur in Britannico codice, quo usus fuit Gelenius, ex duobus Vaticanis MS. exemplaribus, & Dn. Latinij coniecturis, castigatiorem publicamus, additis Argumento & Adnotationibus nouis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
ADVERSUS MARCIONEM LIBER PRIMVS,
DE VNICO DEO.

CAP. I.



QVID retrò gestum est nobis aduersus Marcionem, iam hinc viderit. Nouam rem aggredimur ex vetere. Primum opusculum quasi properatum pleniore postea compositione rescideram. Hanc quoque nondum exemplariis suffectam fraude tunc fratris dehinc apostatae amisit, qui fortè descriperat quaedam mendosissimè, & exhibuit frequentia. Emendationis necessitas facta est, inuolutionis eius occasio aliquid adicere persuasit. Ita stylus iste nunc de secundo tertius, & de tertio iam hinc primus, hunc opusculi sui exitum necessario præfatur, ne quenquam varietas eius in disperso reperta confundat. Pontus igitur, qui Euxinus naturâ negatur, nomine illuditur. Ceterum hospitalem Pontum nec de situ æstimes: ita ab humanioribus fretis nostris, quasi quodam Barbariæ suæ pudore secessit: gentes ferocissimæ inhabitant, si tamen habitatur in plaustris. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua & plurimum nuda, etiam cum abscondunt, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temerè qui intercedat. Ita nec armis suis erubescunt: Parentum cadauera cum pecudibus caesa, conuiuio conuorant. Qui non ita decesserint, ut escatiles fuerint, maledicta mors est. Nec foeminae sexu mitigantur secundum pudorem, vbera excludunt, pensum securibus faciunt, malit militare quàm nubere. Duritia de caelo quoque. Dies numquam patens: sol numquam liber, vnus aer, nebula: totus annus, hybernum: omne quod flauerit, Aquilo est. Liqueores ignibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. Omnia torpent, omnia rigent: nihil licet nisi feritas calet, illa scilicet, quæ fabulas scenis dedit, de sacrificiis Taurorum, & amoribus Colchorum, & crucibus Caucaforum. Sed nihil tam barbarum ac triste apud Põtum, quàm quod illic Marcion natus est, Scytha tetricior, Hamaxobio instabilior, Massagera inhumanior, Amazonia audacior, nubilo obscurior, hyeme frigidior, gelu fragilior, Istro fallacior, Caucafo abruptior: quid nisi penes quem verus Prometheus Deus omnipotens blasphemis lancinatur. Iam & bestiis illius Barbariæ importunior Marcion. Quis enim tam castrator carnis castor, quàm qui nuptias abstulit? Quis tam comefor mus Ponticus, quàm qui Euangelia corrosit? Næ tu Euxine probabilior em feram Philosophis ædidisti, quàm Christianis. Nam ille canicula Diogenes hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circumferens: Marcion Deum quem inuenerat, extincto lumine fidei suæ amisit. Non negabunt discipuli eius, primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris restibus: vt hinc iam destinari possit hæreticus, qui deserto quod prius fuerat, id postea sibi elegerit, quod retrò non erat. Intantum enim hæresis deputabitur, quod postea inducitur: in quantum veritas habebitur, quod retrò & à primordio traditum est. Sed alius LIBELLVS hunc gradum sustinebit ADVERSUS HÆRETICOS, etiã sine retractatu doctrinarum reuincendos, quod hoc sint de Præscriptione nouitatis. Nunc quatenus admittenda congressio est, interdum ne compendium præscriptionis vbique aduocatum, diffidentia deputetur, regulam aduersarij prius prætexã, ne cui lateat, in qua principalis questio dimicatura est. Duos Ponticus Deos adfert, tanquam duas Symplegadas naufragij sui: quem negare non potuit, id est, creatorem, id est, nostrum: & quem probare non poterit, id est, suum: passus infelix huius præsumptionis instinctum, de simplici capitulo Dominicæ pronuntiationis, in homines non in Deos disponentis exempla illa bonæ & malæ arboris, quod neque bona malos, neque mala bonos proferat fructus: id est, neque mens vel fides bona, malas ædat operas, neque mala bonas. Languens enim (quod & nunc multi, & maximè hæretici) circa mali questionem: Vnde malit & obruntis sensibus ipsa enormitate curiositatis, inueniens creatorem pronuntiantem. Ego sum qui condona mala: quanto ipsum præsumperat mali auctorem, & ex aliis argumentis quæ ita persuadent peruerso cuique, tanto in creatorem interpretatus, malam arborem malos fructus condentem, scilicet mala, alium Deum præsumpsit esse debere in partem bonæ arboris bo-

11.

Math. 7.

Jsa. 45.

Math. 7.

A bonos fructus. Et ita in Christo quasi aliam inueniens dispositionem solius & puræ benignitatis, vt diuersa à creatore, facilè nouam & hospitam argumentatus est diuinitatem in Christo suo reuelatam, modicoque exinde fermento totam fidei massam hæretico acore decepit. Habuit & Cerdonem quendam informatorem scandali huius, quò facilius duos Deos cæci perspexisse se existimauerunt. Vnum enim non integrè viderant. Lipipientibus etiam singularis lucerna numerosa est. Alterum igitur Deum quem confiteri cogebatur, de malo infamando destruxit: alterum quem commentari connitebatur, de bono præferendo construxit. Has naturas quibus disposuerit articulis, per ipsas responsiones nostras ostendimus. Principalis itaque & exinde tota congressio de numero, an duos Deos liceat induci, si forte poetica & pictoria licentiã, & tertia iam hæretica. Sed veritas Christiana restrictè pronunciauit, Deus si non vnus est, non est: quia dignius credimus non esse, quodcunque non ita fuerit vt esse debeat. Deum autem vt scias vnum esse debere, quære quid sit Deus, & non aliter inuenies. quantū humana conditio de Deo definire potest, id definit quod & omnium conscientia agnosceret, Deum summum esse magnum, in æternitate cõstitutum, innatum, in se ipsum, sine initio, sine fine. Hunc enim statum æternitati censendum, quæ summum magnum Deum efficiat, dum hoc est in Deo ipsa, atque ita & cetera, vt sit Deus summum magnum, & forma, & ratio, & vi, & potestate. Cum de isto conueniat apud omnes (nemo enim negabit Deum summum magnum quid esse, nisi qui poterit Deum, imum, modicum quid e contrario pronuntiare, vt Deum neget, auferendo quod Dei est) quæ erit iam conditio ipsius summi magni? nempe vt nihil illi adæquetur, id est, vt non sit aliud summum magnum: quia si fuerit, adæquabitur: & si adæquabitur, nõ erit iam summum magnum euerfa cõditio, & vt ita dixerim lege, quæ summo magno nihil finit adæquari. Ergo vnicū sit necesse est quod fuerit summum magnum, par non habendo, ne non sit summum magnum. Ergo non aliter erit quàm per quod habet esse, id & vnicum omnino. Proinde Deus cum summum magnum sit, rectè veritas nostra pronuntiauit: Deus si nõ vnus est, nõ est. Non quasi dubitemus esse Deum, dicendo si non vnus, non est Deus: sed quia quæ confidimus esse, idè definiamus esse. Quod si non est, Deus non est, & summum scilicet magnum. Porro summum magnum vnicum sit necesse est. Ergo & Deus vnicus erit, non aliter Deus, nisi summum magnum. Nec aliter summum magnum, nisi parem non habens. Nec aliter parem non habens, nisi vnicus fuerit. Certè quemcunque alium Deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri Deum, quàm vt & illi proprium diuinitatis ascriperis, sicut æternum, ita & summum magnum. Duo ergo summa magna quomodo consistent, quum hoc sit summum magnum, par non habere? Par autem non habere, vni competat, in duobus esse nullo modo possit. Sed argumentabitur quilibet posse & duo summa magna consistere distincta atque distincta in suis finibus, & vtique aduocabit exemplum: Regna terrarum tanta numero, & tamen summa magna in suis quibusque regionibus: & putabit vbique humana diuinis conferenda. Iam ergo si huic argumentationi locus dabitur, quid prohibet non dico & tertium & quartum Deum inducere, verum tot iam numero, quot & gentium reges? De Deo agitur, cuius hoc principaliter proprium est nullius exempli capere comparisonem. Hoc natura ipsa, si non aliquis Isaias, vel ipse per Esaiã Deus concionabitur, Cui me similitudo? Diuinis forsitan comparabuntur humana Deo nostra. Aliud enim Deus, aliud quæ Dei. Denique qui exemplo vteris regis quasi summi magni, vide ne iam nõ possis eo vti. Rex enim etiam summum magnum est in suo folio vsque ad Deum, tamen infra Deum: comparatus autem ad Deum, excidit iam de summo magno translato in Deum. Hoc si ita, quomodo vteris eius rei exemplo ad Dei comparisonem, quæ dum ad comparisonem accedit, amittitur? quid nunc si nec inter reges plurifarum videri potest summum magnum, sed vnicum & singulare, apud eum scilicet qui rex regum ob summitatem magnitudinis & subiectionem ceterorum graduum quasi culmen dominationis excipitur? Sed etiam alterius formæ reges, qui singulares in vnione imperij præsent, si minutalibus, vt ita dixerim, regnis vndique conferantur in examinationem, qua constet quis eorum præcellat in substantiis & viribus regni, in vnum necesse est summitas magnitudinis eliquetur, omnibus gradatim per comparisonis exitu de magnitudinis summa expressis & exclusis. Ad eum & si in disperso multifarum videtur summum magnum, suis viribus, & sua natura, & suo statu vnicum est. Proinde quum duo Dij conferuntur vt duo reges & duo summa magna, in alterum concedat necesse est vnio summi magni ex sententia compara-

111.

1111.

Jsa. 40.
1. Paral. 21.

tionis quia summum ex victoria sua constat, superato æmulo alio magno, non tamẽ summo, atque ex defectione æmuli solitudinem quandam de singularitate præstantiæ suæ possidens, vnicum est. Ineluctabilis iste complexus, in hoc sententiam constringit, aut negandum Deum esse summum magnum, quod nemo patietur sapiens, aut nulli alij communicandum. [¹⁷ Aut quæ ratio duo summa magna composuit? Primò enim exigam, cur non plura si duo, quando locupletiorẽ oporteret credi substantiam diuinitatis, si competeret ei numerus. ¹⁸ Honestior & liberalior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere, Bythum & Sigen, cum vsque ad triginta Æonum fœtus, tãquam Æoniæ serophæ, examẽ diuinitatis effudit. Quæcũque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadẽ nec duo vt ipsa plura post vnũ. Post vnũ enim numerus. Quæ potuit duo admittere, eadẽ potuit & plura post duo enim multitudo, vnione iam excessiua. Denique apud nos vis rationis istius ipso termino plures Deos credi non finit, quòd nec duos illa regula vnum Deum sistens, qua Deum id esse oporteat, cui nihil adæquetur vt summo magno: ¹⁹ vnicum autem sit, cui nihil adæquetur? quid interfuit numeri, quum duo paria non differant vno? Vna enim res est, quæ eadem in duobus est. Etiam si plura essent paria, tantundem omnia vnum fuissent, nullo inter se differendo, quã paria. Porro si neutrum ex duobus altero distat, iam vt ambo summa magna, quã Dei ambo, neutrum plus altero præstat, nullã rationem numeri sui ostendunt, præstantiam non habentes. Numerus autẽ diuinitatis summa ratione constare deberet, vel quoniam & cultura eius in anceps deduceretur. Ecce enim duos intuens Deos, tam pares quã duo summa magna, quid facerem si ambos colerem? vereretur ne abundantia officij superstitionis potius quã religio existimaretur, quia duos tam pares, & in altero ambos possem in vno demereri: hoc ipsum testimonio præstans parilitati & vnitati eorum, dum alterum in altero venereretur, dum in vno mihi duo sunt. Si alterum colerem, æquẽ recogitarem ne suffundere viderer numeri vanitatem sine differentia superuacui, hoc est, vt tutius censerem neutrum colendum, quã alterũ cum scrupulo colendum, aut ambos vanẽ. [²⁰ Sic adhuc videmur disputare, quasi Marcion duos pares constituat. Nam dum defendimus Deum summum magnum vnicum credi oportere, excludentes ab eo parilitatem, tamquam de duobus paribus de his retractauimus: nihilominus tamẽ docendo pares esse non posse secundum summi magni formam, satis confirmauimus duos esse non posse. Alioqui certi, ²¹ Marcionem dispare Deos constituere, alterum iudicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, & tantummodò bonum atque optimum. Dispiciamus æquẽ & hanc partem, an diuersitas saltim duos capiat, si parilitas capere non potuit. Porro & hic eadem regula summi magni patrociniabitur nobis, vt potẽ quæ totum statum vendicet diuinitatis. Conueniens enim & ²² quodammodò iniecta manu detinens aduersarij sensum non negantis creatorem Deum, iustissimẽ præscribo illi, diuersitati locum non esse inter eos, qui ex æquo Deos confessus, non potest facere diuersos: non quia non & homines licet sub eadem appellatione diuersissimos esse, sed quia ita Deus non erit dicendus, quia nec credendus, nisi summum magnum. Cum ergo summum magnum cogatur agnoscere quẽ Deum nõ negat, non potest admitti vt summo magno aliquam ascribat diminutionem, qua subiiciatur alij summo magno. Desinit enim si subiiciatur. Non est autem Dei desinere de statu suo, id est, de summo magno. Nam & in illo magno Deo potiore periclitari poterit summũ magnum, ²³ si deprecari capiat in creatore. Ita cum duo Dei pronuntiantur duo summa magna, necesse est neutrum altero aut maius sit, aut minus: neutrum altero aut sublimius aut deicius. Nega Deum, quem dicis deteriore: nega summum magnum, quem credis maiorem. Deum verò confessus vtrunque, duo summa magna confessus es. Nihil alteri adimes, aut alteri ascribes. Agnoscens diuinitatem, negasti diuersitatem. [²⁴ Tentabis ad hæc de nomine Dei conuertere retractatum, ²⁵ vt palliuo & in alios quoque permissio: quia scriptum sit: ²⁶ Deus Deorum stetit in ecclesia Deorum, in medio autem Deos diiudicauit; & Ego dixi, vos Dei estis; nec tamen idcirco eis competat possessio summi magni, quia Dei cognominentur, ita nec creatori. Respondebo & stulto, qui nec hoc recogitauerit, ne tantundem & in Deum Marcionis possit retorqueri; & illum Deum dictum, nec idcirco tamen summum magnum probatum, sicut nec angeli aut homines creatoris. Si communitio nominum conditionibus præiudicat, ²⁷ quanti nequam serui ²⁸ Regum nominibus insultant; Alexandri & Darij, & Olofernis? Nec tamẽ idcirco Regibus id quod sunt, detra-

A detrahetur. Nam & ipsa idola gentium Dei vulgo, sed Deus ea re, quã nemo, Deus dicitur. Ita ego non nomini Dei, nec sono, nec notã nominis huius, summum magnum in creatore defendo, sed ipsi substantiæ cui nomen hoc contigit. Hanc inueniens solam innatam, infectam, solam æternam, & vniuersitatis conditricem, non nomini, sed statui, nec appellationi, sed conditioni eius summum magnum & ascribo & vendico. Et idcirco quia Deus iam vocari obtinuit substantiæ cui ascribo, nomini me ascribere putas, quia necesse est per nomen ostendam cui ascribam substantiæ, scilicet qua constat qui Deus dicitur, & summum magnum ex substantiæ, non ex nomine deputatur. Denique & hoc Marcion suo Deo vindicans, secundum statum, non secundum vocabulum vindicat. Id ergo summum magnum, quod Deo ascribimus ex substantiæ lege non ex nominis sorte, contendimus ex pari esse debere in duobus, qui ea substantiæ constant quã Deus dicitur: quia in quantum Dei vocantur, id est, summa magna, substantiæ scilicet merito innatæ & æternæ, ac per hoc magnæ summæ, in tantum non possit summum magnum minus & deterius alio summo magno haberi. Si summi magni felicitas & sublimitas & integritas stabit in Deo Marcionis, stabit æquẽ & in nostro: si non & in nostro, æquẽ nec in Marcionis. Ergo nec paria erunt duo summa magna, quia prohibet disposita iam regula summi magni comparisonem non sustinentis: nec disparia, quia & alia summi magni regula occurrit, diminutionem non admittens. Hæcisti Marcion in medio ponti cui æstu, vtrunque te fluctus inuoluunt veritatis: nec pares, nec dispare Deos sistere potes. Duo enim non sunt, quod pertineat propriè ad numeri retractatum. Quamquam tota materia de duobus Deis dimicetur, ²⁹ his interim lineis eam clausimus, intra quas de singularibus iam proprietatibus congrederemur. [³⁰ Primò, supercilio stuporem suum ædificant Marcionitæ, quòd nouum Deum proferant, quasi nos veteris Dei pudeat. Inflantur & pueri nouis calceis, sed à vetere pædagogò calceati, mox vanam gloriam vapulabunt. Nouum igitur audiens Deum in vetere mundo, & in vetere æuo, & sub vetere Deo ignotum, inauditum, quem tantis retrò seculis neminem, & ipsa ignorantia antiquum, quidam Iesus Christus, & ille in veteribus nominibus nouus reuelauerit, nec alius antehac: gratias ago huic gloriæ eorum, maximè adiutorio eius hinc iam hæresim probaturus, nouæ scilicet diuinitatis professionem. Hæc erit nouitas, quæ etiam ethnicis Deos peperit, ³¹ nouo semper ac nouo titulo consecrationis cuiusque. Quis Deus nouus, nisi falsus? Ne Saturnum quidem tanta hodie antiquitas Deum probabit, quia & illum nouitas aliquando produxerit, quum primùm consecrauit. At enim viua & germana diuinitas, nec de nouitate, nec de vetustate, sed de sua veritate censetur. Non habet tempus æternitas. Omne enim tempus ipsa est. Quod facit, pati non potest. Caret ætate, quod non licet nasci. Deus si est vetus, non erit: si est nouus non fuit. Nouitas initium testificatur, vetustas finem comminatur. Deus autem tam alienus ab initio & sine est, quã à tempore arbitro & ³² metatore initij & finis. [³³ Scio quidem quo sensu nouum Deum iactitent, agnitione vti que. Sed & ipsam nouitatis cognitionem, percutientem rudes animas, ipsamque naturalem nouitatis gratiositatem volui repercutere: & hinc iam de ignoto Deo prouocare. Vtrique enim quem agnitione nouum opponunt, ignotum ante agnitionem demonstrant. Age igitur ad lineas rursum & in gradum. Persuade Deum ignotum esse potuisse. ³⁴ Inuenio planè ignotis Deis aras prostitutas, sed Attica Idololatria est. ³⁵ Item incertis Deis, sed superstitionis Romana est. Porro incerti Dei minus noti vt minus certi, & proinde ignoti quã minus certi. Quem titulum incidemus ex duobus Deo Marcionis? Vtrunque opinor, & nunc incerto, & retrò ignoto. Sicut enim ignotum eum fecit Deus notus creator, ita & incertum Deus certus. Sed non euagabor vti dicam, Deus ignotus fuit, latuitque, illum regio latebrarum obumbravit, noua vtrique & ipsa ignota, & similiter nunc quoque incerta, certè immensa aliqua & maior indubitato eo quem abscondit. Sed breuiter proponam, & plenissimè exsequar, præscribens Deum ignorari nec potuisse nomine magnitudinis, nec debuisse nomine benignitatis, præsertim in vtroque prælatiorẽ nostro creatore. Sed quoniam animaduerto in quibusdam ad formam creatoris prouocari oportere omnis Dei noui & retrò ignoti probationem, hoc ipsum ratione fieri à nobis prius commendare debebo, quò constantius vtar rationis æditæ patrociniò. Ante omnia quidem quale est, vt qui Deum agnoscis creatorem, & priorem de notitia confiteris,

non eisdem modis & alium scias tibi examinandum, quibus iam in alio didicisti, Deum D
 nosse. Omnis res anterior posteriori normam præministravit. Duo nunc Dei proponuntur,
 ignotus & notus. De noto vacat quæstio: esse eum constat, quia notus non fuisset,
 nisi esset. De ignoto instat altercatio: potest enim & non esse, quia si esset, notus fuisset.
 Quod ergo quaritur, quamdiu ignoratur, in incerto est, quamdiu quaritur: & po-
 test non esse, quamdiu in incerto est. Habes Deum certum quâ notum, & incertum quâ
 ignotum. Si ita est, ecquid tibi videtur iusta ratione defendi, vt ad normam & formam
 & regulam certorum probentur incerta? Ceterum si ad hanc causam & ipsam adhuc in-
 certam, etiam argumenta de incertis adhibeantur, series implicabitur quæstionum, ex
 ipsorum quoque argumentorum æquè incertorum retractatu periclitantium de fide per
 incertum, & ibitur ⁹³ in illas iam indeterminabiles quæstiones, quas Apostolus non
 amat. Sin de certis & indubitatis & absolutis regulæ partibus, incertis & dubiis & inex-
 peditis præiudicabunt planè, in quibus diuersitas status inuenitur, fortasse an non pro-
 uocentur incerta ad formam certorum, vt liberata à reliqua comparationis prouocatio-
 ne per diuersitatem status principalis? Quum verò duo Dei proponuntur, communis est
 illis status principalis. Quid enim Deus est? ambo sunt innati, infecti, æterni. Hic erit
 status principalis. Cetera viderit Marcio, si in diuersitate disposuit. Postiora enim sunt
 in retractatu; immò nec admittentur, si de principali statu cõstet. Porro constat quia Dei
 ambo: & ita de quorum statu cõstat communem esse, cum sub eo ad probationem deuo-
 cantur si incerta sunt, ad eorum certorum formam prouocanda erunt, cum quibus de E
 communione status principalis censentur, vt proinde & de probatione cõmunicent.
 Hinc itaque constantissime dirigam, Deum non esse qui sit hodie incertus, quia retrò
 ignotus: quando quem constat esse, ex hoc ipso constat, quòd nunquam fuerit ignotus,
 idèd nec incertus. [⁹⁴ Siquidem à primordio rerum, conditor earum cum ipsis pariter
 compertus est, ipsis ad hoc prolatis, vt Deus cognosceretur. ⁹⁵ Nec enim si aliquanto po-
 sterior Moyses, primus videtur in templo litterarum suarum Deum mundi dedicasse, idcir-
 cò à Pentateucho natales agnitionis supputabuntur, cum totus Moyfi stylus notitiam
 creatoris non instituatur, sed à primordio enarret, à paradiso & Adam, non ab Ægypto &
 Moyses recensendam. Denique maior popularitas generis humani, ne nominis quidem
 Moyfi compotes, nedum instrumenti, Deum Moyfi tamen norunt, etiam tanta Idola-
 latria dominationem obumbrante, seorsum tamen illum ⁹⁶ quasi proprio nomine Deum
 perhibent, & Deum deorum, &: si Deus dederit; &: quod Deo placet; &: Deo com-
 mendo. Vide an nouerint, quem omnia posse testantur. Nec hoc vllis Moyfi libris de-
 bent. Ante anima, quam prophetia. Anima enim à primordio conscientia Dei dos est:
 eadem nec alia & in Ægyptiis, & in Syris, & in Ponticis. Iudæorum enim Deum, dicunt
 animæ Deum. Noli barbare hæretice priorem Abraham constituere, quam mundum. Et
 si vnus familiæ Deus fuisset creator, tamen posterior tuo non erat, etiam Ponticis ante
 eum notus. Accipe igitur ab antecessore formam, à certo incertus, à cognito incognitus.
 Nunquam Deus latebit, nunquã Deus deerit: semper intellegetur, semper audietur, etiã
 videbitur quomodo volet. Habet Deus testimonia totum hoc quod sumus, & in quo su-
 mus. Sic probatur & Deus & vnus, dum non ignoratur, alio adhuc probari laborante. F
 [⁹⁷ Et meritò, inquit. Quis enim non tam suis notus est quam extraneis? Nemo. Teneo
 & hanc vocem. Quale est enim, vt aliquid extraneum Deo sit, cui nihil extraneum esset, si
 quis esset? quia Dei hoc est, omnia illius esse, & omnia ad illum pertinere: Vel ne statim
 audiret nobis, quid ergo illi cum extraneis? Quod plenius suo loco audiet. At nunc sa-
 tis est, nullum probari, cuius nihil probatur. Sicut enim creator, ex hoc & Deus, & in-
 dubitatus Deus, quia omnia ipsius, & nihil extraneum illi: ita & alius idcirco non Deus,
 quia omnia non eius, idèdque & extranea. Denique si vniuersitas creatoris est, iam
 nec locum video Dei alterius. Plena & occupata sunt omnia suo auctore. Si vacat aliquid
 spatij alicuius diuinitati in creaturis, planè falsæ vacabit. Patet mendacio veritas. Tan-
 ta vis idolorum, cur non recipiat alicubi Deum Marcionis? Igitur ex forma & hoc
 creatoris ex postulo, Deum ex operibus cognosci debuisse alicuius proprij sui mundi &
 hominis & seculi. ⁹⁸ Quando etiam error orbis propterea Deos præsumperit, quos ho-
 mines interdum confitetur, quoniam aliquid ab vnoquoque prospectum videtur utili-
 tatibus & commodis vitæ: Ita & hoc ex forma Dei creditum est diuinum esse, institue-
 re vel demonstrare quid aptum & necessarium sit rebus humanis. Adèd inde auctori-

tas accommodata falsæ diuinitati, vnde præcesserat veræ. ⁹⁴ Vnam saltem cicerculam
 Deus Marcionis propriam protulisse debuerat, vt nouus aliquis Triptolemus prædicar-
 tur. Aut exhibe rationem Deo dignam, cur nihil cõdiderit, si est: quia condidisset, si fuisset,
 illo scilicet præiudicio, quo & nostrum Deum non aliàs manifestum est esse, quàm
 quia totum condidit hoc. Semel enim præscriptio stabit, non posse illos & Deum confi-
 teri creatorem, & eum quem volunt æquè Deum credi, non ad eius formam probare,
 quem & ipsi & omnes Deum: vt quando hoc ipso nemo creatorem Deum dubitet, quia
 totum hoc condidit, hoc ipso nemo debeat credere Deum & illum qui nihil cõdiderit, ni-
 si ratio fortè proferatur. Duplex ista videatur necesse est, vt aut noluerit condere quid,
 aut non potuerit. Tertium cessat. Sed non potuisse, indignum Deo est. Noluisse, an di-
 gnum, volo inquirere. Dic mihi, Marcion, voluit Deus tuus cognosci se quocunque in
 tempore? an alio proposito & descendit, & prædicauit, & passus resurrexit, quàm vt
 cognosceretur? Et sine dubio si cognitus est, voluit; nihil enim circa eum fieret nisi vo-
 luisse. Quid ergo tantoperè notitiam sui procurauit, ⁹⁵ vt in dedecore carnis exhibere-
 tur, & quidem maiore si falsæ? Nam hoc turpius, si & mentitus est substantiam corpo-
 ris, ⁹⁶ qui & maledictum in se creatoris admittit, ligno suspensus. Quanto honestius per
 aliqua propriæ molitionis indicia cognitionem sui præstruxisset, maximè aduersus eum
 cognosci habens, apud quem ex operibus ab initio cognitus non erat. Nam & quale est,
 vt creator quidem ignorans esse alium super se Deum, vt volunt Marcionitæ, ⁹⁷ qui so-
 lum se etiam iurans adseuerabat, tantis operibus notitiam sui arripuerit, quam potuerat
 non ita curasse secundum singularitatis suæ præsumptionem: ille autem sublimior sciens
 inferiorem Deum tam instructum, nullam sibi prospexerit agnoscendo paratam: quãdò
 etiã insigniora & superbiora opera debuisset condidisse, vt & Deus ex operibus cogno-
 sceretur secundum creatorem, & ex honestioribus potior & generosior creatore. [⁹⁸ Ce-
 terum etsi esse eum possemus confiteri, sine causa esse eum deberemus argumentari. Si-
 ne causa enim esset, qui rem non haberet: quia res omnis causa est, vt sit aliquis cuius
 res sit. Porro in quantum nihil oportet esse sine causa, id est sine re, quia si sine causa sit,
 perinde est atque si non sit, non habens rei causam rem ipsam: in tantum Deum dignius
 credam non esse, quàm esse sine causa. Sine causa est enim, qui rem non habendo, non
 habet causam. Deus autem sine causa, id est, sine re esse non debet. Ita quoties ostendo
 eum sine causa esse tanquam sit, hoc constituo non esse illum: quia si fuisset, omninò si-
 ne causa non fuisset. Sic & ipsam fidem dico illum sine causa ab homine captare, aliter
 solito Deum credere ex operum auctoritate formatum, quia nihil tale prospexit, per
 quod homo Deum didicit. ⁹⁹ Nam etsi credunt plerique in illum, non statim ratione cre-
 dunt, non habentes Dei pignus, opera eius Deo digna. Itaque hoc nomine cessationis &
 defectionis operum, & ¹⁰⁰ impudentiæ & malignitatis adfinis est: impudentiæ, qua fidem
 non debitam sibi captat, cui præstruendæ nihil prospexit: malignitatis, qua plures incre-
 dulitatis reos fecit, nihil fidei procurando. [¹⁰¹ Quum Deum hoc gradu expellimus, cui
 nulla conditio tam propria & Deo digna, quàm creatoris testimonium præsignauerit, na-
 rem contrahentes impudentissimi Marcionitæ conuertuntur ad destructionem operum
 creatoris. Nimirum, inquit, grande opus & dignum Deo, mundus. Nunquid ergo
 creator minimè Deus? Planè Deus. Ergo nec mundus Deo indignus: nihil etenim
 Deus indignum se fecit. ¹⁰² Etsi mundum homini, non sibi fecit: etsi omne opus inferius
 est suo artifice; Et tamen si quale quid fecisse indignum est Deo, quanto indignius Deo
 est nihil eum omninò fecisse, vel id dignum, quo posset etiam digniorum auctor sperari?
 Vt ergo aliquid & ¹⁰³ de isto huius mundi indigno loquar, ¹⁰⁴ cui & apud Græcos orna-
 menti & cultus, non fordium nomen est, indignas videlicet substantias ipsi illi sa-
 pientiæ professores, ¹⁰⁵ de quorum ingeniis omnis hæresis animatur, Deos pronuntia-
 uerunt, ¹⁰⁶ vt Thales aquam, vt Heraclitus ignem, vt Anaximenes aërem, vt Anaximan-
 der vniuersa cœlestia, vt Strato cœlum & terram, vt Zeno aërem & ætherem, vt Plato
 sidera, quod genus Deorum igneum appellat. ¹⁰⁷ Quum de mundo, considerando scis-
 licet & magnitudinem, & vim, & potestatem, & honorem, & decorem, opem, fidem,
 legem singulorum elementorum, quæ omnibus gignendis, alendis, conficiendis,
 reficiendisque conspirant, ¹⁰⁸ vt plerique Physicorum formidauerint: initium ac finem
 mundo constare, ne substantiæ eius tantæ scilicet minus Dei haberentur: quas co-
 lunt & ¹⁰⁹ Persarum Magi, ¹¹⁰ & Ægyptiorum Hierophantæ, ¹¹¹ & Indorum Gymnoso-

phista. Ipsa quoque vulgaris superstitio communis Idololatriæ, cum in simulacris de nominibus & fabulis veterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit, & dedecus suum ingenio obumbrat, figurans⁸² Iouem in substantiam feruidam, & Iunonem eius in aërem, secundum sonum Græcorum vocabulorum, ⁸³ item Vestam in ignem, ⁸⁴ & Camenas in aquas, ⁸⁵ & Magnam matrem in terram, seminalia demessam, lacertis aratam, Iauacris rigatam. ⁸⁶ Sic & Osirin, quod semper sepelitur, & in viuido quæritur, & cum gaudio inuenitur, reciprocarum frugum & viuidorum elementorum, & recidiui anni fidem argumentantur: Sicut aridæ & ardentis naturæ sacramenta, ⁸⁷ leones Mithræ philosophantur. Et superiores quidem situ aut statu substantias, sufficit, facilius Deos habitas, quàm Deo indignas. Ad humilia deficiam. Vnus opinor, de sepibus flosculus, non dico de pratis, vna cuiuslibet maris conchula, non dico de Rubro, ⁸⁸ vna tetraonis pennula, taceo de pauo, sordidum artificem pronuntiabit tibi creatorem?

XIII. [⁸⁹ At quum & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex de industria ingeniis aut viribus ampliavit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens, ⁹⁰ quemadmodum virtutem in infirmitate secundum Apostolum; imitare si potes apis ædificia, formicæ stabula, araneæ retia, bombycis stamina: sustine si potes illas ipsas lectuli & tegeris tuæ bestias, ⁹¹ cantharidis venena, muscæ spicula, culicis & tubam & lancea. Quælia erunt maiora, cum tam modicis aut iuuaris aut læderis, vt nec in modicis despicias creatorem? Postremò te tibi circumfer, intus ac foris considera hominem, placebit tibi vel hoc opus Dei nostri, quod tuus dominus ille Deus melior adamauit, propter quem ⁹² in hæc paupertina elementa de tertio cælo descendere laborauit, cuius causa in hac cellula creatoris etiam crucifixus est. Sed ille quidem vsque nunc ⁹³ nec aquam reprobauit creatoris, qua suos abluit, ⁹⁴ nec oleum, quo suos unxit, ⁹⁵ nec mellis & lactis societatem, qua suos infantat, ⁹⁶ nec panem, quo ipsum corpus suum repræsentat, etiam in sacramentis propriis egens mendicantibus creatoris. ⁹⁷ At tu super magistrum discipulum, & seruus super dominum, sublimius illo sapias, destruens quæ ille desiderat. Volo inspicere si ex fide saltem, vt non & ipse quæ destruis, appetas. Aduersaris cælo, & libertatem cæli in habitationibus captas. Despicias terram planè inimice tuæ carnis matricem, & omnes medullas eius victui extorques? ⁹⁸ Reprobas & mare, sed vsque ad copias eius quas sanctiorem cibum deputas, Rosam tibi si obtulero, non fastidies creatorem. ⁹⁹ Hypocrita, vt apocarteresi probes te Marcionitam, id est, repudiatores creatoris (nam hæc apud vos pro martyrio affectari debuisse, si vobis mundus displiceret) in quancunque materiam resoluens, substantia creatoris vteris. Quanta obstinatio duritiæ tuæ? Deprecias in quibus & viuus & moreris. [¹⁰⁰ Post hæc vel ante hæc quum dixeris esse & illi conditionem suam, & suum mundum, & suum cælum, ¹⁰¹ de cælo quidem illo tertio videbimus, si & ad Apostolum vestrum discutiendum peruenerimus. Interim quæcunque substantia est, cum suo vtique Deo apparuisse debuerat. At nunc quale est ¹⁰² vt Dominus à x i i. Tiberij Cæsaris reuelatus sit, substantia verò ¹⁰³ ad decimum quintum iam Seueri Imperatoris nulla omninò comperta sit, quæ friuolis creatoris præcellens vtique latere desisset, non latente iam Domino suo & auctore? Et idem si ipsa non potuit manifestari in hoc mundo, quomodo Dominus paruit eius in hoc mundo? Si Dominum cepit hic mundus, cur substantiam capere non potuit, nisi Domino fortassè maiorem? Iam nunc de loco quæstio est, pertinens & ad mundum illum superiorem, & ad ipsum Deum eius. Ecce enim si & ille habet mundum suum infra se super creatorem, in loco vtique fecit cum, cuius spatium vacabat inter pedes suos & caput creatoris. Ergo & Deus ipse in loco erat, & mundum in loco faciebat. Et erit iam locus ille maior & Deo & mundo. Nihil enim non maius est id quod capit, eo quod capitur. Et videndum ¹⁰⁴ ne qua adhuc illic vacent subcisa, in quibus ¹⁰⁵ & tertius aliqui stipare Deus se cum mundo suo possit. Ergo iam incipe Deos computare. Erit enim & locus Deus, non tantum quæ Deo maior, sed & quæ innatus & infectus, ac per hoc æternus, & Deo par, in quo semper Deus fuerit. Dehinc si & ille mundum ex aliqua materia subiacente molitus est, innata & infecta & contemporali Deo, quemadmodum de creatore Marcion sentit, redigis & hoc ad maiestatem loci, qui & ¹⁰⁶ Deum & materiam duos Deos clusit. Et materia enim Deus, secundum formam diuinitatis, innata scilicet, & infecta, & æterna. Aut si de nihilo molitus est mundum, hoc & de creatore sentire cogetur, cui materiam subiicit in substantia mundi. Sed ex materia & ille fecisse debet, eadem ratione occurrente illi quoque Deo, quæ oppone-

A opponeretur creatori, vt æquè Deo. Atq; ita tres interim mihi Deos numera Marcionis, Factorem, & Locum, & Materiam. Proinde & creatorem in loco facit, vtique eadem conditione cæsendo: & materiam ei subiicit, vtique innatam & infectam & hoc nomine æternam, vt Domino. Amplius, & Malum materiæ deputans, innatum innatæ, infectum infectæ, & æternum æternæ, quartum iam hic Deum fecit. ¹⁰⁷ Habes igitur in superioribus tres substantias diuinitatis, in inferioribus quatuor. His quæ accedunt & sui Christi, alter qui apparuit sub Tiberio, alter qui à creatore promittitur, manifestam iam fraudem Marcion patitur ab eis, qui duos illum Deos inferre præsumunt, quum nouem assignet licet nesciens. [¹⁰⁸ Non comparente igitur mundo alio, sicut nec Deo eius, consequens est vt ¹⁰⁹ duas species rerum, visibilia & inuisibilia duobus auctoribus Deis diuidat, & ita suo Deo inuisibilia defendant. Quis autem poterit inducere in animum nisi spiritus hereticus, eius esse inuisibilia qui nihil visibile præmiserit, quàm eius qui visibilia operatus, inuisibilium quoque fidem fecerit: quum iustius multò sit aliquibus ex æplariis annuere quàm nullis? ¹¹⁰ Videbimus & Apostolus cui auctori inuisibilia deputet, quum & illum explorauerit- ¹¹¹ Coloss. 1. Nunc enim communibus plurimum sensibus, & argumentationibus iustis, securæ scripturarum quoque aduocationi fidem sternimus, confirmantes diuersitatem hanc visibilium & inuisibilium à Deo creatore deputandam, sicuti tota operatio eius ex diuersitatibus constat, ex corporalibus & incorporealibus, ex animalibus & inanimalibus, ex vocalibus & mutis, ex mobilibus & statuis, ex genitalibus & sterilibus, ex aridis & siccis, ¹¹² ex calidis & frigidis. Sic & hominem ipsum diuersitas temperauit, tam in corpore quàm in sensu. Alia membra fortia, alia infirma: alia honesta, alia inhonesta: alia gemina, alia vnica: alia comparia, alia disparia. Proinde & in sensu nunc lætitia, nunc anxietas: nunc amor, nunc odium: nunc ira, nunc lenitas. Quod si ita est vt æmula inter se conditionis vniuersitas, ista modulata sit, iam igitur & visibilibus inuisibilia debentur, non alteri auctori deputanda, quàm cui & æmula eorum ipsum creatorem diuersum norant, iubentem quæ prohibuit, & prohibentem quæ iussit; percutientem & sanantem. Cur in hac sola specie vniformem eum capiunt visibilium solummodò conditorem, quem proinde credendum sit, & visibilia & inuisibilia condidisse, ¹¹³ quemadmodum & vitam & mortem, & ¹¹⁴ mala & pacem? Et vtique si illa inuisibilia maiora sunt visibilibus creaturis suo loco magis, sic quoque congruit eius esse maiora, cuius & magna, quia nec magna nedum maiora ei competant, cuius nec modica comparent. [¹¹⁵ His compressi, erumpunt dicere: ¹¹⁶ Sufficit vnicum hoc opus Deo nostro, quod hominem liberauit summa & præcipua bonitate sua, & omnibus locustis anteponenda. O Deum maiorem, cuius tam magnum opus non potuit inueniri, quàm in homine Dei minoris. Enimverò prius est vt probes eum esse per quæ Deum probari oportet, per opera, tunc deinde per beneficia. Primò enim quæritur an sit, & ita qualis sit. Alterum de operibus, alterum de beneficiis Dei dignoscitur. Ceterum non quia liberaffe dicitur hominem, idem esse eum constat: sed si esse constiterit, tunc & liberaffe dicitur, vt & an liberauerit constet, quia potuerit & esse, & non liberaffe. Quomodo ergo quia liberaffe dicitur, etiam esse credetur, quum potuerit & esse, & non liberaffe: Nunc in isto articulo ab ignoti Dei quæstione deducto, satis constitit, tam nihil illum condidisse, quàm debuisse condidisse, vt cognosceretur ex operibus, quia si fuisset, cognosci debuisset. Et vtique à primordio rerum: Deum enim non decuisse latuisse. Regrediar necesse est ad originem quæstionis Dei ignoti, vt ceteros quoque ramos eius excutiam. Primò enim quæri oportebit, qui postea se protulerit in notitiam, cur postea, & non à primordio rerum: quibus vtique necessarius, quæ Deus, & quidem melior, quò necessarius latere non debuit: Non enim potest dici non fuisse aut materiam aut causam cognoscendi Deum, quum & homo à primordio esset in seculo, cui nunc subuenit, & malitia creatoris, aduersus quam & bonus subuenit. Igitur aut ignorauit & causam & materiam suæ reuelationis necessariæ, aut dubitauit, aut non potuit, aut noluit. Omnia hæc Deo indigna, maximè optimo. ¹¹⁷ Sed & hunc locum alibi implebimus exprobratione seræ reuelationis, sicut nunc sola demonstratione: [¹¹⁸ Processerit, ¹¹⁹ age, ià in notitiam quando voluit, quando potuit, ¹²⁰ quando hora fatalis aduenit. ¹²¹ fortassè enim ¹²² ἀγαθὸς ἄγγελος ei obstabat, ¹²³ aut aliqua maleficæ, ¹²⁴ aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus. ¹²⁵ Nā & Mathematici plurimū Marcionitæ: nec hoc erubescetes, de ipsis etiā stellis viuere creatoris. Tractandū & hic de reuelationis qualitate, an dignè cognitus sit, vt cõstet an verè, & ita credatur esse, quæ dignè constiterit reuelatum: digna enim Deo

probabunt Deum. Nos definimus Deum primò naturà cognoscendum, deinde doctrinà recognoscendum: naturà ex operibus, doctrinà ex prædicationibus. Sed cui nulla natura est, naturalia instrumenta non suppetunt. Ergo vel prædicationibus reuelatione sui debuerat operari, maximè aduersus eum reuelandus, ¹²⁰ qui & conditionis & prædicationis operibus tot ac tantis, vix tamen hominem fide impleuerat. Quomodo itaque reuelatus est, si per humanam coniecturam negas Deum aliàs cognosci posse quàm per semetipsum: nec tantùm ad formam prouocans creatoris, verùm & ad conditionem tam diuinæ magnitudinis quàm humanæ mediocritatis: ne maior Deo homo videri possit, qui non eum non vltro volentem cognosci, suis viribus quodammodò in publicum agnitionis extraxerit: quum humana mediocritas faciliùs Deos fingere sibi norit, secundum totius æui experimenta, quàm verum sectari, quem naturà iam intelligunt. Alioquin si sic homo Deum commetabitur, ¹²¹ quomodo Romulus Consum, ¹²² & Tatius Cloacinam, & Hostilius Pauorem, ¹²³ & Metellus Alburnum, ¹²⁴ & quidã ante hoc tempus Antinoû, hoc aliis licebit: nos Marcionem nauclerum nouimus, non Regem nec Imperatorem. ^{XIX.} [¹²⁵ Immo, inquiunt Marcionitæ, Deus noster, etsi non ab initio, etsi nõ per conditionem, sed per semetipsum reuelatus est, in Christo Iesu. Dabitur & IN CHRISTVM, LIBER de omni statu eius. Distingui enim materias oportet, quò plenius & ordinatiùs retractetur. Interim satis erit, ad præsentem gradù ita occurrere, vt ostẽdam Christum Iesum non alterius Dei circumlatorem quàm creatoris, & quidem paucis. ¹²⁶ Anno x v. Tiberij Christus Iesus de cælo manare dignatus est, ¹²⁷ spiritus salutaris: Marcionis salus, qui ita voluit, ¹²⁸ quoto quidem anno Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit ¹²⁹ aura canicularis, non curauit inuestigare. De quo tamen constat, ¹³⁰ Antoninianus hæreticus est, sub Pio impius. ¹³¹ A Tiberio autem vsque ad Antoninum anni ferè cxv. & dimidium anni cum dimidio mensis: tantundem temporis ponunt inter Christum & Marcionem. Quum igitur sub Antonino primus Marcion hunc Deum induxerit, sicuti probauimus, statim qui sapis plana res est. Præiudicat tempora quòd sub Antonino primùm processit, sub Tiberio non processisse, id est, Deum Antonini, imperij Tiberiani nõ fuisse: atque ita non à Christo reuelatum, quem constat à Marcione primùm prædicatum. Hoc nunc vt probem constare, quòd superest ab ipsis aduersariis sumam. Separatio Legis & Euangelij, proprium & principale opus est Marcionis: nec poterunt negare discipuli eius quòd in summo instrumento habent, quo denique iniantur & indurantur in hanc hæresin. ¹³² Nam hæ sunt Antitheseis Marcionis, id est, contrariæ oppositiones; quæ conantur discordiam Euangelij cum Lege committere, vt ex diuersitate sententiarum vtriusque instrumenti, diuersitatem quoque argumententur Deorum. Igitur quam ea separatio Legis & Euangelij, ipsa sit quæ alium Deum Euangelij insinuauerit, aduersus Deum legis, apparet ante eam separationem Deum in notitia non fuisse, qui ab argumento separationis innotuit: atque ita non à Christo reuelatum, qui fuit ante separationem, sed à Marcione commentatum, qui instituit separationem aduersus Euangelij Legisque pacem, quam retrò illæsam & incoccussam ab apparètia Christi vsque ad audaciam Marcionis, illa vtiq; ratio seruauit, quæ non alium Deum & Legis & Euangelij tuebatur, præter creatorem, aduersus quem tanto pòst tempore separatio à Pontico immissa est. ^{XX.} [¹³³ Huic expeditissimæ probationi defensio quoque à nobis necessaria est, aduersus obstrepitacula diuersæ partis. Aiunt enim Marcionem non tam innouasse regulam separationis, Legis & Euangelij, quàm retro adulteratam recurasse. O Christe patientissime Domine, qui tot annis interuersionem prædicationis tuæ sustinuisti, donec scilicet tibi Marcion subueniret. ¹³⁴ Nam & ipsum Petrum ceterosque, columnas Apostolatus, à Paulo reprehensos opponunt, quòd non recto pede incederent ad Euangelij veritatem: ab illo certè Paulo, qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique ne in vacuum cucurrisset aut curreret, tunc primùm cum antecessoribus Apostolis conferebat. Igitur si feruenter adhuc vt Neophytus, aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione reprehendendum existimauit, ¹³⁵ passiuum scilicet conuictum, postmodum & ipse vsu ¹³⁶ omnibus omnia futurus vt omnes lucraretur, Iudæis quasi Iudæus, & eis qui sub lege tanquam sub lege: tu illam solius conuersationis placituræ postea accusatori suo reprehensionem, suspectam vis haberi etiam de prædicationis erga Deum præuaricatione. Atquin de prædicationis vnitatem, ¹³⁷ quòd supra legimus, dextras iunxerant, & ipsa officij distributione ¹³⁸ de Euangelij societate condixerant: Sicut & alibi, ¹³⁹ Siue ego, inquit,

A quit, siue illi, sic prædicamus. Sed etsi quosdam falsos fratres irrepsisse descripsit, ¹⁴⁰ qui ^{Gal. 1.} vellent Galatas ad aliud Euangelium transferre, ipse demonstrat adulterium illud Euangelij non alterius Dei & Christi fidem transferendam, sed ad disciplinam Legis conferuandam, habuisse intentionem. ¹⁴¹ Deprehendens scilicet illos circuncisionem vindicantes; & obseruantes tempora, & dies, & menses, & annos Iudaicarum ceremoniarum, quas ^{Gal. 5.} iam exclusas agnouisse debuerant, secundum innouatam dispositionem creatoris, olim de hoc ipso prædicantis per Prophetas suos, vt per Esaiam: ¹⁴² Vetera transferunt, inquit, ^{Isai. 43.} ecce noua quæ ego nunc facio. Et alibi: Et disponam testamentum, non quale disposui ^{Hier. 31.} ad patres vestros, cum illos eduxissem de terra Ægypti. Sic & per Hieremiam: ¹⁴³ Renouate vobis nouamen nouum, & circuncidimini Deo vestro, & circuncidimini præputia ^{Hier. 4.} cordis vestri. Hanc ergo circuncisionem iam sistens Apostolus, & hoc nouam: illas quoque vetustates ceremoniarum dissuadebat, de quibus idem conditor earum quandoque cessaturis profitebatur, per Osee: Et auertam omnes iucunditates eius, & dies festos eius, ^{Osee 2.} & Neomenias, & sabbata, ¹⁴⁴ & omnes ceremonias eius. Sic enim & per Esaiam: Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sustineo, ferias & ieiunium, & dies festos vestros odit anima mea. Quòd si & creator omnia hæc iam pridè recusauerat, & Apostolus ea iam recusanda pronuntiabat, ipsa Apostoli sententia consentanea decretis creatoris, probat non alium Deum ab Apostolo prædicatum, quàm cuius decreta cupiebat iã agnoscere: ^{Gal. 1.} scilicet falsos & Apostolos & fratres notans in hac causa, qui Euangelium Christi creatoris transferrent, à nouitate prænuntiata à creatore, ad vetustatem recusatam à creatore. ^{XXI.} B [¹⁴⁵ Ceterum si qua nouum Deum prædicans, veteris Dei legem cupiebat excludere, quare de Deo quidem nouo nihil præscribit, sed de vetere lege solummodò: nisi quoniã fide manente in creatorem, sola lex eius concessare debebat? vt & Psalmus ille præcinerat: ^{Psal. 2.} Disrumpamus vincula à nobis eorum, & abiiciamus eorum iugum à nobis: Ex quo scilicet tumultuatae sunt gentes, & populi meditati sunt inania. Aliterut reges terræ, & magistratus conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Et vtiq; si alius Deus prædicaretur à Paulo, nulla disceptatio esset, seruandæ legis, necne, nõ pertinentes scilicet ad Dominum nouum, & æmulum legis. Ipsa enim Dei nouitas atque diuersitas abstulisset non modò quæstionem veteris & alienæ legis, verùm omnem eius mentionem. Sed hæc erat totus status quæstionis, quòd cum idem Deus legis in Christo prædicaretur, legi eius derogaretur. Stabat igitur fides semper in creatore & Christo eius, sed conuersatio & disciplina nutabat. ¹⁴⁷ Nam & alij de idolothyto edendo, alij de mulierum velamento, alij de nuptiis vel repudiis, nonnulli & de spe resurrectionis, disceptabant, de Deo nemo. Nam si fuisset hæc quoque quæstio disceptata, & ipsa apud Apostolum inueniretur, vel quanto principalis. Quòd si post Apostolorum tempora adulterium veritas passa est circa Dei regulam, ergo iam Apostolica traditio nihil passa est in tẽpore suo circa Dei regulam. ¹⁴⁸ Et non alia agnoscenda erit traditio Apostolorum, quàm quæ hodie apud ipsorum Ecclesias æditur. Nullam autem ¹⁴⁹ Apostolici census Ecclesiam inuenias, quæ non in creatore Christianizet. Aut si hæc erunt à primordio corruptæ, quæ erunt integræ? nimirum aduersariæ creatoris. Exhibe ergo aliquam ex tuis Apostolici census, ¹⁵⁰ & obduxeris. Igitur cum omnibus modis constet alium Deum in regula sacramenti istius non fuisse à Christo vsque ad Marcionem quàm creatorem, satis iam & probatio nostra munita est, qua ostendimus notitiam Dei hæretici ex Euangelij & Legis separatione cepisse: & definitio superior instructa est, non esse credendum Deum, quem homo de suis sensibus composuerit, nisi planè Prophetes, id est, non de suis sensibus. Quòd si Marcion poterit dici, debet etiam probari. Nihil retractare oportebat. hoc enim cuneco veritatis, omnis extruditur hæresis, cum Christus non alterius Dei quàm creatoris circumlator ostenditur. [¹⁵¹ Sed quomodo funditus evertetur Antichristus, nisi ceteris quoque iniectionibus eius elidendis locus detur, relaxata præscriptionum defensione? Accedamus igitur iam hinc ad ipsam Dei personam, ¹⁵² vel potius vmbra & phantasma, secundum Christum ipsum, per idque examinetur per quòd creatori præfertur. Et vtiq; erunt regulæ certæ ad examinandam Dei bonitatem. Sed prius est: vt inueniam illam & apprehendam, & ita ¹⁵³ ad regulas perducam. Cum enim circumspicio tempora, nusquam est à primordio materialium, & introitu causarum, cum quibus debuerat inueniri, exinde agens quo agi habuit. Erat enim iam & mors, & aculeus mortis delictum, & ipsa malitia creatoris, aduersus quam subuenire deberet alterius Dei bonitas, primæ huic re-

gulae diuinae bonitatis occurrens, si se naturalem probaret, statim succurrens, ut causa D
cepit. Omnia enim in Deo naturalia & ingenita esse debent, ut sint aeterna secundum
statum ipsius, ne obuenientia & extranea reputentur, ac per hoc temporalia & aeternita-
tis aliena: ita & bonitas perennis & iugis exigeretur in Deo, quae in thesauris naturalium
proprietas reposita & parata antecederet causas & materias suas: & primam quamque
fufciperet, non despiceret & destitueret si antecederet. Denique & hic non minus quaer-
ram, cur non à primordio operata sit bonitas eius, quam de ipso quaesiuimus, cur non à
primordio sic reuelatus? Quid nisi qui per bonitatem reuelari haberet, si qui fuisset. ¹⁵⁴ Nō
posse quid, Deo non licet, nedum naturalibus suis fungi: quae si continentur quo minus
currant, naturalia non erunt. Et ortum enim sui natura nō nouit: hinc censetur, si agatur.
Sic nec noluisse videbitur exercere bonitatem interim naturae nomine. Natura enim se
non potest nolle, quae se ita dirigit, ut si cessauerit, non sit. Sed cessauit aliquando in Deo
Marcionis de opere bonitas. Ergo non fuit naturalis bonitas, quae potuit aliquando ces-
sasse, quod naturalibus non licet. Et si non erit naturalis, iam nec aeterna credenda: nec
Deo par, quia non aeterna, dum non naturalis: quae denique nullam sui perpetuitatem,
aut de praeterito constituat, aut de futuro repromittat. Nam & à primordio nō fuit, & in
finem sine dubio non erit. Potest enim & non esse quandoque, sicut non fuit aliquando.
Igitur cum constet in primordio cessasse bonitatem Dei illius: non enim à primordio li-
berauit hominem: & voluntate potius eam quam infirmitate cessasse, iam voluntas sup-
pressae bonitatis, finis inuenietur malignitatis. Quid enim tam malignum, quam nolle E
prodesse cum possis? quam utilitate cruciari, quam iniuriam sinere? Totū denique crea-
toris elogium in illum rescribetur, qui saeuitias eius, bonitatis suae mora iuuat. Nam in cu-
ius manu est quid, ne fiat, eius iam deputatur cum iam fit. ¹⁵⁵ Homo damnatur in mor-
tem ob vnus arbutusculae delibationem, & exinde profiliunt delicta cum poenis, & pereunt
iam omnes qui paradisi nullum cespitem norūt. Et hoc melior aliqui Deus aut nescit aut
sustinet? Si ut ex hoc melior inueniretur, quanto creator deterior haberetur, satis & in
isto consilio malitiosus, qui & illum voluit oneratum operationibus eius admissi, & secu-
lum in vexatione detinuit. Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora praes-
fidij, & periculum extendat dilatione remedij, quo pretiosius, aut famosius curet? Talis
& in Deum Marcionis dicenda sententia est, mali permissorem, iniuriae fautorem, gratiae
lenocinatorem, benignitatis praeruaricatorem, quam non statim causae suae exhibuit. Plane
si natura bonus, exhibiturus, & non accessione: si ingenio optimus, & non disciplina: si
ab aeuo Deus, & non à Tiberio, immo (quod verius) ¹⁵⁶ à Cerdone & Marcione. Tiberio
nunc Deus ille praestiterit, ut imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur.

xxxiii. ¹⁵⁷ Aliam illi regulam praetendo, sicut naturalia, ita rationalia esse debere in Deo omnia.
Exigo rationem bonitatis: quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non ratio-
naliter bonum sit, nedum ut ipsa bonitas irrationalis deprehendatur. Facilius malum cui
rationis aliquid affuerit, pro bono habebitur, quam ut bonum ratione desertum non pro
malo iudicetur. Nego rationalem bonitatem Dei Marcionis, iam hoc primo quod in sa-
lute processerit hominis alieni. Scio dicturos: atquin hanc esse principalem & perfe-
ctam bonitatem, cum sine vlllo debito familiaritatis, in extraneos voluntaria & libera ef-
funditur, secundum quam inimicos quoque nostros & hoc nomine iam extraneos dili-
gere iubeamur. Cum ergo non à primordio hominem respexit, à primordio extraneum,
cessando praedudicauit cum extraneo nihil sibi esse. Ceterum disciplinam diligendi extra-
neum vel inimicum, ¹⁵⁸ antecessit praecceptum diligendi proximum tanquam seipsum.

Math. 5. Quod etsi ex lege creatoris, & tu quoque illud excipere debebis, ut à Christo non destru-
ctum, sed potius extructum. Nam quo magis proximum diligas, diligere iuberis inimi-
cum & extraneum. Exaggeratio est debita bonitatis, exactio indebitae. Antecedit autem
debita indebitam, ut principalis, ut dignior ministra & comite sua, id est, indebita. Prior
igitur cum prima bonitatis ratio sit, in rem suam exhiberi ex iustitia, secunda autem in
alienam ¹⁵⁹ ex redundantia iustitiae super Scribarum & Pharisaeorum, quale est secundam
ei rationem referri, scilicet iuuando alium cui deficit prima, non habentis proprium ho-
minem, ac per hoc quoque exiguae? Porro exigua quae suum non habuit, quomodo in
alienum redundauit? Exhibe re principalem rationem, & tunc vendica sequentē. Nulla
res sine ordine rationalis potest vendicari, tanto abest ut ratio ipsa in aliquo ordinem
amittat. Sic nunc & à secundo gradu incipiens ratio bonitatis in extraneum scilicet, nec
secundus

A secundus illi gradus ratione constabit, alio modo destructus. Tunc enim rationalis habe-
bitur vel secunda in extraneum bonitas, si sine iniuria eius operetur, cuius est res. Quam-
cunque bonitatem, iustitia prima efficit rationalem. Sic & in principali gradu rationalis
erit, cum in rem suam exhibetur, si iusta sit. Sic & in extraneum rationalis videri poterit,
si non sit iniusta. Ceterum qualis bonitas quae per iniuriam constat, & quidem pro extra-
neo? Fortasse enim pro domestico aliquatenus rationalis habeatur bonitas iniuriosa. Pro
extraneo vero, cui nec proba legitime deberetur, qua ratione tam iniusta rationalis defen-
detur? Quid enim iniustius, quid iniquius & improbius, quam ita alieno benefacere se uo,
¹⁶⁰ ut domino eripiat, ut alij vindicetur, ut aduersus caput domini subornetur, & quidē,
quod indignius, in ipsa adhuc domo domini, de ipsius adhuc horreis viuens, sub ipsius ad-
huc plagis tremens? ¹⁶¹ Talis adfertor etiam damnaretur in seculo, ¹⁶² nedum plagiator.
Non aliter Deus Marcionis inrumpens in alienum mundum, eripiens Deo hominem,
patri filium, educatori alumnum, domino famulum: ut eum efficiat Deo impium, patri
irreligiosum, educatori ingratum, domino nequam. Oro te, si rationalis bonitas talem fa-
cit, qualem faceret irrationalis? ¹⁶³ Non putem impudentiorem, quam qui in aliena aqua
¹⁶⁴ alij Deo tingitur, ¹⁶⁵ ad alienum caelum alij Deo expanditur, in aliena terra ¹⁶⁶ alij Deo
sternitur, ¹⁶⁷ super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur, de alienis boni-
tis ob alium Deum nomine elemosynae & dilectionis operatur? Quis iste Deus tam bo-
nus, ut homo ab illo malus fiat: tam propitius, ut alium illi Deum, & Dominum quidem
ipsius faciat iratum? ¹⁶⁸ Sed Deus sicut aeternus & rationalis, ita opinor & perfectus in
B omnibus. ¹⁶⁹ Eritis enim perfecti quemadmodum pater vester qui in caelis est. Exhibe
perfectam quoque bonitatem eius. Et si de imperfecta satis constat, quae neque naturalis
inuenitur, neque rationalis, nunc & alio ordine traducetur: nec iam imperfecta, immo &
defecta, exigua, & exhausta, minor numero materiarum suarum, quae non in omnibus ex-
hibetur. Nō enim omnes salui fiunt, sed pauciores omnibus & Iudaeis & Christianis crea-
toris. Pluribus vero pereuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte
cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, cedens perditioni, partiaria exitij? Quod si plures
salui non erunt, erit iam non bonitas, sed malitia perfectior. Sicut enim bonitatis opera-
tio est, quae facit saluos, ita malignitatis quae non facit saluos. Magis autem nō faciens sal-
uos, dum paucos facit, perfectior erit in non iuuando quam iuuando. Non poteris & in
creatore referre bonitatem, in omnes defectionem. Quem enim iudicem tenes, ¹⁷⁰ di-
spensatorem si forte bonitatis ostendis intelligendum, non profusorem, quod Deo tuo
vindicas. Vsq̄ eadeo hac sola eum praefers bonitate creatori, quam si solam profiteretur &
totam, nulli deesse debuerat. Sed nolo iam de parte maiore pereuntium, imperfectum bo-
nitatis arguere Deum Marcionis: sufficit ipsos quos saluos facit, imperfectae salutis inue-
ntos, imperfectam bonitatem eius ostendere: ¹⁷¹ scilicet animatenus saluos, carne deper-
ditos, quae apud illum non resurgit. Vnde haec dimidiatio salutis, nisi ex defectione boni-
tatis? Quid erat perfecta bonitatis, quam totum hominem redigere in salutem, totum damp-
natum à creatore, totum à Deo optimo allectum? ¹⁷² Quod si iam & caro tingitur apud
illum, & caro de nuptiis tollitur, & caro in confessione nominis deservitur, sed & si carni
delicta reputantur, praecedit animae reatus, & culpae principatus animae potius adscriben-
dus, cui caro ministri nomine occurrit. Carens denique anima caro, haecenus peccat. Ita
& in hoc iniusta bonitas: & sic quoque imperfecta, innocentiorē substantiam relinquens
in exitium, obsequio non arbitrio delinquentem: ¹⁷³ cuius Christus etsi nō induit verita-
tem, ut tuae haeresi visum est, imaginem tamen eius subire dignatus est. Ipsum quod men-
titus est illam, aliquid ei debuit debuisse. Quid est autem homo aliud quam caro? Siqui-
dem nomen hominis, materia corporalis, non animalis, ab auctore sortita est. Et fecit ho-
minem Deus, inquit, ¹⁷⁴ limum de terra, non animam. anima enim de adflatu. Et factus est
homo in animam viuam. Quis? utique qui de limo. Et posuit Deus hominem in paradiso:
quod finxit, non quod flauit: qui caro nunc, non qui anima. Itaque si ita est, quo ore con-
tendes perfectum bonitatis titulum, quae non iam à partitione speciali hominis liberandi
defecit, sed à proprietate generali? Si plena est gratia, & solida misericordia quae soli ani-
mae salutaris est, plus praestat haec vita, qua toti & integri fruimur. Ceteri si ex parte resur-
gere, multari erit, non liberari. Erat & illud perfectae bonitatis, ut homo liberatus in fi-
dem Dei optimi, statim eximeretur de domicilio atque dominio Dei saui. At nunc &
febricitas o Marcionita, & ceteros tribulos & spinas dolor carnis tuae tibi aedit: nec ful-
Gen. 2.
Gen. 3.

minibus tantum, aut bellis, & pestibus, aliisque plagis creatoris, sed & scorpiis eius obiectus, in quo te putas liberatum de regno eius, cuius te muscæ adhuc calcant: Si de futuro erutus es, cur nō & de præsentī, vt perfectè sis: alia est nostra conditio, apud auctore, apud iudicem, apud offensum principem generis. Tu tantum modò bonum præfers, non potes autem perfectè bonum ostendere, à quo non perfectè liberaris. ¹⁷¹ Quod adinet ad bonitatis quæstionem, his lineis deduximus eam minimè. Deo adæquari, vt neque ingentiam, neque rationalem, neque perfectam, sed & improbam, & iniustam, & ipso iam bonitatis nomine indignam: quod scilicet in quantum Deo congruat, in tantū Deum non esse conueniat, qui de tali bonitate etiam præferatur, nec de tali modo, verum & sola. Iam enim & hoc discuti par est, an Deus de sola bonitate censendus sit, ¹⁷² negatis ceteris appendicibus, sensibus & effectibus, quos Marcionitæ quidem à Deo suo abigunt in creatorem, nos verò & agnoscimus in creatore, vt Deo dignos. Et ex hoc quoque negabimus Deum, in quo non omnia quæ Deo digna sint, consent. ¹⁷⁷ Si aliquem de Epicuri schola Deum, affectauit Christi nomine titolare, vt quod beatum & incorruptibile sit, neque sibi, neque alij molestias præstet (hanc enim sententiam ruminans Marcion, remouit ab illo seueritates & iudiciarias vires) aut in totum immobilem & stupentem Deum concepisse debuerat, & quid illi cum Christo molesto & Iudæis per doctrinā, & sibi per Iesum: aut & de ceteris motibus eum agnouisse, & quid illi cum Epicuro, nec sibi nec Christianis necessario? Ecce enim hoc ipso quod retrò quietus, qui nec notitiam sui aliquo interim opere curauerit, post tantum æui senserit in hominis salutem, vtique per voluntatem, nōne concussibilis tunc fuit nouæ voluntati, vt & ceteris motibus videatur obnoxius? **Quæ autem voluntas sine concupiscentiæ stimulo est?** Sed & cura accedet voluntati. ¹⁷⁸ Quis volet, quod non concupiscet? Quis enim volet quid, & concupiscet, & non curabit? Igitur cum & voluit & concupiscit in hominis salutem, iam & sibi & aliis negotium fecit, Epicuro nolente, consiliario Marcionis. Nam & aduersarium sibi constituit, ipsum illud aduersus quod & voluit & concupiscit & curauit, siue delictum, siue mortem: in primis ipsum arbitrum eorum, & dominum hominis creatorem. Porro nihil sine æmulatione decurret, quod sine aduersario non erit. Denique volens & concupiscens, & curans hominem liberare, hoc ipso iam æmulatur, & eum à quo liberat, aduersus eum scilicet sibi liberaturus: eum de quibus liberat, in alio liberaturus. Proinde enim æmulationi occurrant necesse est officiales suæ in ea quæ æmulatur, ira, discordia, odium, dedignatio, indignatio, bilis, nolentia, offensa. Hæc omnia si æmulationi assistunt, æmulatio autem liberando homini procurat, liberatio autem hominis operatio bonitatis est, non poterit ea bonitas sine suis dotibus, id est, sine sensibus & effectibus, per quos administratur aduersus creatorem: ne sic quoque irrationalis præscribatur, si careat & sensibus & effectibus debitis. ¹⁷⁹ Hæc multò plenius defendemus in causâ creatoris, in qua & exprobrantur. ¹⁸⁰ At hîc sufficit peruersissimum Deum ostendi, in ipso præconio solitariæ bonitatis, qua nolunt ei ascribere eiusmodi motus animi, quos in creatore reprehendunt. ¹⁸¹ Si enim neque æmulatur, neque irascitur, neque damnat, neque vexat, vt potè qui nec iudicem præstat, non inuenio quomodo illi disciplinarum ratio consistat, & quidem plenior. Quale est enim vt præcepta constituat non executurus, vt delicta prohibeat nō vindicaturus, quia non iudicaturus: extraneus scilicet ab omnibus sensibus seueritatis & animaduersionis. Cur enim prohibet admitti, quod non defendit admissum? cum multò reuerti non prohibuisset quod defensurus non esset, quàm vt non defenderet quod prohibuisset: immò & permisisset directò debuit, sine causa prohibitorius, non vt defensurus. Nam & nunc tacitè permissum est, quod sine vltione prohibetur. Et vtique non aliud prohibet admitti, quàm quod non amat fieri. Stupidissimus ergo qui non offenditur factò, quod non amat fieri: quando offensa comes sit frustratæ voluntatis. Aut si offenditur, debet irasci: si irascitur, debet vlcisci. Nam & vltio fructus est iræ, & ira debitum offensa, & offensa, vt dixi, comes frustratæ voluntatis. Sed non vlciscitur, ergo nec offenditur. Sed non offenditur, ergo nec læditur voluntas eius, cum sit quod fieri noluit: ¹⁸² & sit iam delictum secundum voluntatem eius, quia non sit aduersus voluntatem, quod non lædit voluntatem. Aut si hoc erit diuinæ virtutis siue bonitatis, nolle quidem fieri, & prohibere fieri, non moueri tamen si fiat. Dicimus iam motum esse illum qui noluit: & vanè non moueri ad factum, qui motus sit ad non faciendum, quando noluit fieri. Nolendo enim prohibuit: non enim & iudicauit, nolendo fieri, & idcirco prohibendo: nō faciendum

A ciendum enim iudicauit, & prohibendum pronuntiauit. Ergo & ille iam iudicat: si indignum est Deum iudicare; aut si eatenus dignum est Deum iudicare, quàm tantum modò nolit & prohibeat, nō enim defendat admissum: atquin nihil Deo tam indignum, quàm non exequi quod noluit, & prohibuit admitti. Primò quod qualicumque sententiæ suæ & legi, debeat vindictam in auctoritatem & obsequij necessitatem. Secundò, quia æmulum sit necesse esse, quod noluit admitti, & nolendo prohibuit. Malo autem parcere Deum, indignius sit, quàm animaduertere: & quidem Deo optimo, qui non aliàs plenè bonus sit, nisi mali æmulus, vt boni amore odio mali exerceat, & boni tutelam expugnatione mali impleat. ¹⁸³ Sed iudicat planè malum nolendo, & damnat prohibendo: dimittit autem non vindicando, & absoluit non puniendo. O Deū veritatis præuaricatorem, ¹⁸⁴ sententiæ suæ circumscriptorem. Timet damnare quod damnat, timet odisse quod non amat: factum finit quod fieri non finit: mauult ostendere quid nolit, quàm probare. Hoc erit bonitas imaginaria: disciplina, phantasma: ¹⁸⁵ & ipsa transfuntoria præcepta, secura delicta. Audite peccatores, quique nondum hoc estis, vt esse possitis: Deus melior inuentus est, qui nec offenditur, nec irascitur, nec vlciscitur, ¹⁸⁶ cui nullus ignis coquitur in gehenna; cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris, bonus tantum est. Denique prohibet delinquere, sed litteris solis. In vobis est, si velitis, illi ¹⁸⁷ obsequium subsignare, vt honorem Deo habuisse videamini: timorem enim non vult. Atque adeò præ se ferunt Marcionitæ, quod Deum suum omninò non timeant: Malus autem, inquiunt, timebitur, bonus autem diligetur. Stulte, quem Dominum appellas, negas timendum: cum hoc nomen potestatis sit etiam timendæ. At quomodo diliges, nisi timeas non diligere: Planè nec pater tuus est, in quem competat & amor propter pietatem, & timor propter potestatem: nec legitimus Dominus, vt diligas propter humanitatem, & timeas propter disciplinam. Sic denique plagiarij diliguntur, non etiam timeantur. Non enim timebitur, nisi iusta & ordinaria dominatio: diligere autem potest etiam adultera. Sollicitatione enim constat, non auctoritate: & adulatione, non potestate. Quid denique adulantius quàm ¹⁸⁸ delicta non exequi? Age itaque qui Deum non times quasi bonum, quid non in omnem libidinem ebullis, summum quod sciam fructum vitæ omnibus qui Deum non timeant? Quid non frequentas tam solemneis voluptates? ¹⁸⁹ Circi furentis, & caueæ sæuientis, & scenæ lasciuientis? Quid non & in perurbationibus ¹⁹⁰ statim oblata acerra animam negatione lucraris? Absit, inquis, absit. Ergo iam times delictum, & timendo probasti illum timeri, qui prohibet delictum. Aliud est, si eadem Dei tui peruersitate, quem non times, obseruas, qua & ille quod non vindicat prohibet. Multò adhuc vanius, cum interrogari, quid fiet peccatori cuique Dei illorum, respondent, abiici illum quasi ab oculis. Nōne & hoc iudicio agitur? iudicatur enim abiiciendus, & vtique iudicio damnationis: nisi si in salutem abiiciatur peccator, vt & hoc Deo optimo competat. Et quid erit abiici, nisi amittere id quod erat consecutus si non abiiceretur? id est, salutem. Ergo salutis in detrimentum abiiceretur: & hoc decerni non poterit nisi ab irato, & offenso, & executore delicti, id est, iudice. ¹⁹¹ Exitus autem illi ¹⁹² abiectione quis? ab igne, inquiunt, creatoris deprehenderetur. Adeone nullum habet elementum, vel in hanc causam prouisum, quod peccatores suos vel sine sæuitia relèget, ne illos dedat creatori? Quid tunc creator? Credo sulphuratiorem eis gehennam præparabit, vt blasphemis suis scilicet: nisi quod Deus zelotes forrassè an desertoribus aduersarij parceret? O Deum vsquequaque peruersum, vbique irrationalem, in omnibus vanum, atque ita neminem: Cuius non statum, non conditionem, non naturam, non vllum ordinem video consistere, iam nec ipsum ¹⁹³ fidei eius sacramentum. Cui enim rei baptisma quoque apud eum exigitur, si remissio delictorum est? Quomodo videbitur delicta dimittere, qui non videbitur retinere? quia retineret, si iudicaret. Si absolutio mortis est, quomodo absolueret à morte, qui non deuinxit ad mortem? deuinxisset enim, si à primordio damnasset. Si regeneratio est hominis, quomodo regenerat qui non genuerit? Iteratio enim non competit ei, à quo quid nec semel factum est. Si consecutio est spiritus sancti, quomodo spiritum attribuet, qui animam non prius contulit? ¹⁹⁴ quia suffectura est quodammodò spiritus anima. ¹⁹⁵ Signat igitur hominem nunquam apud se resignatum: Lauat hominem, nunquam apud se coinquinatum: & in hoc totum salutis sacramentum, carnem mergit exortem salutis. Nec rusticus terram rigabit fructum nō relaturam, nisi tam vanus, quàm Deus Marcionis, proinde cum tantam, siue sarcinam, siue gloriam

infirmisimæ aut indignisimæ carni imponit sanctitatem. Quid dicam autem de disciplina vanitate, qua sanctificat substantiam sanctam? Quid autem onerat infirmam, aut exornat indignam? Quid non salute remunerat, quam onerat vel exornat? Quid fraudat, mercedem operis non rependens carni salutem? Quid & honorem sanctitatis in illa mori patitur? [191] Non tingitur apud illum caro nisi virgo, nisi vidua, nisi cœlebs, nisi diuortio baptisma mercata, [196] quasi non etiam spadonibus ex nuptiis nata. Sine dubio ex damnatione coniugij, institutio ista constabit. Videamus an iusta, non quasi destructuri fœlicitatem sanctitatis, [197] ut aliqui Nicolaitæ assertores libidinis atque luxuriæ, [198] sed qui sanctitatem sine nuptiarum damnatione nouerimus, & sectemur, & præferamus, non ut malo bonum, sed ut bono melius. non enim proicimus, sed deponimus nuptias: nec præscribimus, sed suademus, sanctitatem seruantes, & bonum, & melius, pro viribus cuiusque sectando: Tunc denique coniugium exercere defendentes cum inimicè accusatur, spurcitæ nomine in destructionem creatoris, [199] qui proinde coniugium pro rei honestate benedixit, in crementum generis humani, quemadmodum & vniuersum conditionis in integros & bonos vsus. Non ided autem & cibi damnabuntur, quia operosius exquisiti, [200] in gulam committunt: ut nec vestitus ided accusabuntur, quia pretiosius comparati, in ambitionem tumescunt. Sic nec matrimonij res ided despiciuntur, quia intemperantiùs diffusæ in luxuriam inardescunt. [201] Multum differt inter causam & culpam, inter statum & excessum. Ita huiusmodi non institutio, sed exorbitatio reprobanda est, secundum censuram institutoris ipsius, cuius est, tam: Crescite & multiplicamini; quàm & E. Non adulterabis; & Vxorem proximi tui non concupisces: [202] morte punientis, & incestam sacrilegam, atque monstruosam in masculos & in pecudes libidinum insaniam. [203] Sed et si nubendi iam modus ponitur, quem quidem apud nos spiritalis ratio Paracleto auctore defendit, vnum in fide matrimonium præscribens, eiusdem erit modum figere, qui modum aliquando diffuderat: is colliget, qui sparsit: is cædet syluam, qui plantauit: is metet segetem, qui seminauit: is dicet, Superest ut & qui vxores habent, sic sint quasi non habeant; cuius & retrò fuit, Crescite & multiplicamini: eiusdem finis cuius & initium. Non tamen vt accusanda cæditur sylua, nec vt damnanda fecatur seges, sed vt tempori suo parens. Sic & connubij res non vt mala securem & falcem admittit sanctitatis, sed vt natura defungi, vt ipsi sanctitati reseruata, cui cædendo præstat & esse. Vnde iam dicam Deum Marcionis, cum matrimonium vt malum & impudicitæ negotium reprobat, aduersus ipsam facere sanctitatem, cui videretur studere; Materiam enim eius eradicat. [204] Quia si nuptiæ non erunt, sanctitas nulla est. Vacat enim abstinentiæ testimoniū, cum licentia eripitur. Quoniam ita quædam in diuersis probantur, Sicut & virtus in infirmitate perficitur, sic & abstinentia nubendi in facultate dignoscitur. Quis denique abstinentiam diceret, sublato eo à quo abstinendum est? Quæ temperantia gulæ in fame? quæ ambitionis repudiatio in egestate? quæ libidinis infrenatio in castratione? Iam verò se mentem generis humani compescere totum nescio an hoc quoque optimo Deo congruat. Quomodo enim saluum hominem volet, quem verat nasci, de quo nascitur auferendo? quomodo habebit in quo bonitatem suam signet, quem esse non patitur? Quomodo diligit, cuius originem non amat? Timet forsitan redundantiam sobolis, ne laborer plures liberando, ne multos faciat hæreticos, ne generosiores habeat Marcionitas ex Marcionitis. [205] Non erit immanior duritia Pharaonis nascetium enecatrix, nam ille animas adimit, hic non dat. Ille aufert à vita, hic nō admittit in vitam. Nihil apud ambos de homicidio differt. sub vtroque homo interficitur, sub altero iam æditus, sub altero ædendus. Gratus esses o Deo hæretice, si isles in dispositionem creatoris, quod marem & fremminam miscuit. utique enim & Marcion tuus ex nuptiis natus est. [206] Satis hæc de Deo Marcionis, quem & definitiones vnica diuinitatis, & conditiones statuum eius, omninò non esse confirmant. Sed & totius opusculi series in hoc utique succedit. Proinde si cui minus quid videmur egisse, speret reseruatum suo tempori, [207] sicut & ipsarum scripturarum examinationem, quibus Marcion vtitur.

ADNOTA-


XXIX.

Gen. 1.
Exod. 20.
Deuter. 5.
Leuit. 20.1. Corint. 7.
Gen. 1.

2. Cor. 12.

XXX.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRYM I. ADVERSVS MARCIONEM.

I.  ARTHAGINIENSIS, &c.] *Istud recens adiecimus ex vtroque MS. V. atic. codice; sicuti ex libro iam dicto de Resurrectione carnis, illud quod num. 2. sequitur: DE DEO VNICO.*

2. ADVERSVS MARCIONEM.] De Marcione supra lib. de Prescr. adu. heret. cap. 51. her. 17. num. 322. ex ipso Tertulliano, Epiphano, Philastrio, Eusebio & Jreneo; & quod Ponticus fuerit, & occasionem cur hæresin Cerdonis amplexus sit, ostendimus; simul etiam de temporibus Antoninianis (vbi loquitur infra Auctor lib. 4.) tum ibi, tum etiam eiusdem lib. cap. 30. num. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 171. & 172. & infra cap. 19. num. 129. & 130. item quod primò in catholicam doctrinam apud Romanensem Ecclesiam crediderit, sed postea desierit; vbi etiam causas habes superius & sacrilegium, cur ab Ecclesia eiecus sit. Reperitur eadem his libris aduersus eundem scriptis non semel. Imprimis patriam illi fuisse vicinam Ponto Buxino, satis superque indicat cap. 1. dum latissime in barbariam illius regionis inuehitur. Pontus igitur, inquit, qui Euxinus naturâ negatur, &c. tandem ita concludens: Næ tu Euxine probabiliorum feram Philosphis ædidisti, quàm Christianis. Vnde & Ponticum vocat non semel, sicuti ad cap. 2. adnotauimus n. 24. Appellatur quidem etiam Ponticus nauclerus, tum supra lib. de Prescr. aduersus heret. cap. 30. num. 164. & infra lib. 3. adu. Marc. c. 6. ac rursus initio lib. 5. non quidem quod nauclerus fuerit (vbi rectè adnotauit Rhenanus) sed per iocum, aut quod ex naucleris, qui frequenter Pontum accolant, oriundus. Quo verò tempore exortus sit, sic infra c. 19. Quoto quidè anno, inquit, Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit aura canicularis, non curauit inuestigare. De quo tamen constat, Antoninianus hæreticus est, sub Pio impius, &c. vbi de hoc latius n. 128. Quod primò Catholicum fuerit, his verbis indicat c. 1. Marcion, Deum, què inuenerat, extincto lumine fidei amisit. Nō negabūt discipuli eius, primam illi fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus, &c. vbi etiam alij similes loci citantur à nobis n. 20. et 21. Porro errores eius de plerisque indicauimus, etiam supra dicto lib. de Prescr. aduersus her. c. 51. & quibus potissimè locis ab Auctore resellantur, quare repetitione non est opus. Ceterum scripta Marcionis ab Auctore commemorantur: Euangelij, Epistola, Antitheses. De primo sic infra li. 4. cap. 1. Ad ipsam iam Euangelij eius prouocam, quod interpolando suū fecit. c. 2. Træseo, inquit, nunc ad EVANGELIUM sanè nō Iudaicū, sed Põrticū, interim adulterati demonstrationem. & paulopost: Cõtrà Marcionem, quasi non licuerit illi titulum quoque adingere, cui nefas non fuit, ipsum corpus euertere. Alterius meminuit supra lib. de Carne Christi, c. 2. Et eò magis, inquit, mortuus es, quò magis non es Christianus, qui quum fuisses, excidisti; rescindendo, quod retrò credidisti, sicuti & ipse confiteris, in quadam EPISTOLA. quò etiam adludit his verbis c. 1. huius libri mox citatis: Ipsius litteris testibus. De Antithesibus denique sic hoc libro infra cap. 19. Nam hæ sunt ANTIHESIS Marcionis, id est,

contrariæ oppositiones, quæ conatur discordiam Euangelij cum lege committere, vt ex diuersitate sententiarum vtriusque Instrumenti, diuersitatem quoque argumententur Deorum. Et latius initio, immò frequentissimè, lib. 4. adu. Marc. vbi inter cetera cap. 1. Et vt fidem instrueret, docem quãdam commentatus est illi (scilicet Euangelio) opus ex contrarietatu oppositionibus, ANTIHESIS cognominatum, & ad separationem Legis & Euangelij coactum, &c. Quo, ne hic prolixiores simus, Lectorem remittimus. Hoc vnum adiecimus, quòd Epistolam nusquam peculiariter, sed Euangelium, & Antitheses, nominatim impugnet, & particulatim Auctor toto dicto lib. 4. quem admodum etiam Epiphanius her. 4. 2. & Euangelij illud non aliud fuisse, quàm quod nos B. Lucae adscribimus, prorsus mutilatum; quippe quod solum recipiebat, cõtempis aliis tribus. Porro etiam Epistolas Apostoli Pauli logè alio ordine adidit quàm in Ecclesia leguntur, mutatâ etiâ Epistola ad Ephesos inscriptione, ad Laodicenos. Ita enim eas collocat, Ad Galatas, ad Corinthios 1. & 2. Ad Romanos, Ad Thessalonicenses 1. & 2. Ad Laodicenos, Ad Colossenses, Ad Philippenses, & ad Philemonem; omnia tum reliquis eius Epistolis, tum etiam iis, quas Catholicos vocamus, Actis Apostolorum, & Apocalypsi. Sicuti etiam totum vetus Instrumentum reuicibat; de quibus omnibus infra li. 3. 4. & 5. latius.

CAP. I.

3. Siquid retrò gestum est nobis, &c.] Caput hoc primò inscripsimus: De Marcionis hæresibus Præfatio. Patet autè hinc Auctore primò aliud opusculū aduersus Marcionem scripsisse, quod postea quasi properatum pleniore compositione resciderit; hanc quum fraude apostata amisisset, qui eam frequentè exhibuerat, id est, in lucem adiderat, emendationis necessitate hoc opus adiecisse. Atque id est quod subiungit: Ita stylus iste nunc de secundo tertius; quia tamen noui operis hic primus exstitit, adiciens: & de tertio iam hinc primus. Atqui sunt Voces Tertullianicæ: viderit, frater, pro: Christiano, ac: in disperso. Sive autem legas: ne quemquam cum exc. sive: ne quem cum V. atic. 2. MS. cod. perinde est.

4. Pontus igitur, qui Euxinus naturâ negatur, &c.] V. at. quidem MS. cod. non habent: naturâ, sed rectè illud addidit ex Gorziensi cod. Rhenan. quia hoc vult dicere Pontum naturâ quidem & Euxinum, id est, inhospitalem fuisse, sed nomine (ὄξείων) Euxini, id est, hospitalis illudi. Adludit autem ad illud Amm. Marcell. lib. 2. Heniochi, Sindi, & Achei, intendente sententiam licentia diuturna, indiderunt mari nomen inhospitalis, & à contrario per cauillationem Pontus Euxinus appellatur. Quò pertinet etiam illud Ouidij:

Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus. Atque hoc est quod addit Auctor: Ceterum hospitalem Pontum nec de situ æstimes, &c.

5. gentes ferocissimæ inhabitant, &c.] De gentibus loquitur vicinis Ponto Euxino, quæ omnes sub Sarmatia comprehenduntur à Ptolomæo Tab. 8. Europe, nempe Tauris, sive quæ Tauricam Chersonesum inhabitant, Colchis, Scythis, seu Tauroscythis, Hamaxobiis, aliisque, de quibus ipse mox Auctor nomi-

natis; quorum mores, & vite instituta, cum aëris vigore pulcherrimè describit; de quibus etiam omnibus late Plinius loco supra citato lib. adu. Judaeos cap. 7. num. 44. Tom. I.

6. Libido, &c. ne temerè qui intercedat.] sic distinximus, & legimus ex MS. Vatic. 2. pbr. as. Tertullianica, pro: ne quis. Atqui intercedere etiam hic pro: impedire, accipi videtur, de quo infra lib. sequ. latius cap. 7. num. 41.

7. Dies numquam patens, sol numquam liber, &c.] Etiam hoc castigauimus ex Latinio, legentes: liber, pro: libens. Atqui rectè istud Ponti Euxini accolis tribuit; quippe quum (iuxta Ptolomæum ubi supra) solo fredo distet Cimmericus Bosphorus; tenebra autem perpetua Cimmerica inde in Proterbiūm venerint; atque adeo etiam illud quod mox subiungit; nubilo obscurior, de quo in Prolegomenis latius.

8. totus annus, hybernum, &c.] istud ad easdem gentes, maximè quæ ad Aquilonem magis accedunt, referri debet. Legit autem Vatic. 1. MS. cod. Liqueores ignibus redimit, pro: redcut; sed neutrum placet, quum vox: ignibus hic conuenire non videatur. Huc verò adludit paulopost illis prouerbialibus formulis: hyeme frigidior, gelu fragilior. de quibus etiam inter Prolegomena.

9. de sacrificiis Taurorum, &c.] Nam ij (inquit Rhenan.) pro Victimis aduenas mactare solebant, Auctore Pomponio Mela. Perinet itaque ad istos illud paulopost: Parentum cadauera, &c. atque adeo etiam quod est supra Tom. I. Apolog. cap. 9. Remitto Tauricas fabulas Theatis suis; & illud quoque: Aiunt & apud quosdam gentiles Scytharum (nempe Taurorofythas, sicuti appellantur à Ptolomæo) defunctum quemque à suis comedi; de quibus ibidem latius nu. 125. 131. & 133. Eodem pertinet etiam Massagetarum similis inhumanitas, de qua num. 13. latius.

10. & amoribus Colchorum.] Hoc dicit propter Medeam (inquit Rhenan.) de cuius amoribus habes apud Ouidium. Erant autem etiam Colchi iuxta Ptolomæum, Ponto Euxino vicini.

11. & crucibus Caucaforum.] Prometheus (inquit idem Rhenanus) ductus ad duo iuga brachii, Caucafo fuit adligatus à Jove. Iste Philostratum in principio lib. 2. de Vita Apollonii. Eodem pertinet illud quod mox subdit Prouerbium (de quo in Prolegomenis latius) Caucafo abruptior, quem idem Rhenan. ex Plinio tradit præalti rupibus inaccessum; unde & inhospitalem vocari ab Horatio. Ad huius autem montis incolæ referuntur quod pauloante dixit: Totus annus, hybernum, &c. iuxta illud Iosephi: Nudi atatem agunt, & Caucafi nives hyemalèque vim perferunt sine dolore. Quum autem montes Caucafi alibi vocentur Taurici, etiam rectè hic de illis loquitur Auctor, ubi Ponti Euxini meminit.

12. Scythia tectior, Hamaxobio instabilior.] De his quoque Prouerbiis vide nostra Prolegomena. Collocantur autem etiam Scythæ & Hamaxobij à Ptolomæo haud procul à Ponto Euxino in Sarmatia; quorum hi, quum ab Ἰκταῖα appellationem suam sortiantur, ac si dicas, in plaustris viuentes, ad illos pertinet quod antea dixit Auctor: si tamen in plaustris habitatur. Vide de iisdem Plinium lib. 4. cap. 12.

13. Massageta inhumanior.] Massagetae populi sunt Scythia seu Sarmatia Asiaticæ, quos etiam haud procul à Ponto Euxino collocat Ptolomæus (quos idem Ptolomæus Alanos recentiores, alij Alanos nuncupant

& Hunnos) quibus quum tribuatur à Dionysio sagittandi peritia, fortassis ad illos respexit Auctor supra, quum locum est de Pharetris, & certè etiam de illis intelligendum illud: Parentum cadauera, &c. patet ex Strabone lib. 2. qui tradit iam senes in frustra scindi solere, & cum ouillis carnis promissè comeda.

14. Amazonia audacior.] Ad has haud dubiè pertinet illud quod præmissi Auctor: Nec feminae sexu mitigantur, &c. Verum de hoc Proterbio & præcedenti in Prolegomenis latius. Hoc tantum dicemus: Amazonias vocari ab Auctore, quas alij Amazones appellant. Loquitur autem de illis, quæ Salustio teste, campos Threissos (ad flumini Borysthenem, qui in Pontum Euxinum influit) inhabitantur, ab Tanai flumine, incertum, quum ob causam, digresse; nam etiam Thracius Bosphorus Ponto Euxino vicinus est, Ptolomæo Tab. 9. Europa.

15. Istro fallacior.] Omnino sic legendum, pro: Histro, quum loquatur de fluuio Danubio, qui (uti scribit Ptolom. Geograph. lib. 3. cap. 8. in Tab. 9. Europa) ab Axio oppido usque ad Pontum (nempe Euxinum) & Ostia, Istet nuncupatur; à quo etiam dicta Istropolis; cui ea in re consentiunt Plin. lib. 4. cap. 12. & Ammian. lib. 21. Unde & binominis Istet, ab Ouidio nuncupatur lib. 1. de Ponto, Elegia 9. Unde verò ortum Proterbium: Istro fallacior, vide nostra Prolegomena. Ibi autè penes què, rectè subintelligit Marcionem Rhenanus.

16. verus Prometheus, &c.] Venuste (inquit Rhenan.) omnipotentem creatorem Deum, appellat verum Prometheum; quod hunc fabulentur Poète primum hominem è limo finxisse, cuius rei in Scholiis libri de Vera Carne Domini supra meminimus. Sunt autem voces Tertullianica: lacinatur, & Barbaria, pro loco ipso barbaro; cui similem phrasin non multò ante præcessisse: quasi quodam Barbaria suæ pudore, adnotat Rhenanus; sed ibi videtur proprie accipi; at sicuti hic, sic etiam supra accipitur Tom. I. lib. aduers. Iudæos, cap. 7. num. 51.

17. Quis enim tam castrator carnis castor, &c.] Spectabilis (inquit Rhenanus) naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est, sicut & fibris, quos castores vocant, & castorea, testes eorum. Amputari hos ab ipsis cum capiuntur, testatur Sestius diligentissimus medicina, ex Plin. lib. 32. cap. 3. Capiat verò gratiam vocabulorum, quum inquit, castrator carnis castor. Atqui contra Marcionis errorem, quo nuptias abstulit, agit Auctor infra cap. penultimo.

18. Quis tam commessor mus Ponticus, &c.] Mures (inquit idem Rhenan.) Ponticos hyeme condit, atque remandere, Plinius auctor est lib. 8. cap. 57. De hoc verò quod Euangelia corrosit, late tractat Auctor infra lib. 4. Et Epiphanius hæres. 42. Consiut. 38. ubi appellat Marcionitas, bonorum indumentorum corrosores mures.

19. Nam ille canicula Diogenes, &c.] Reperitur istud apud Diogenem Laërtium. Atqui de aliis Diogenis Cynici Apophthegmatibus vide supra Tom. I. Apolog. cap. 39. num. 509. & cap. 46. num. 582. denique Tom. 2. lib. de Patient. cap. 2. caninam æquanimitem illius commemorat.

20. Primam illi fidem nobiscū fuisse, &c.] Omnino sic legendum pro: illis; nam de solo Marcione loquitur. Vide autem id ipsum supra lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 30. quum dicit: in catholicam primò doctrinam credidisse apud Romanensem Ecclesiam; & rursum lib. de Carne Christi, cap. 2. rescindendo quod retrò credidisti, &c. Quod ipsum quoque repetitur infra lib. 4. c. 4. Vide Adnot. num. 31.

21. ipsius

21. ipsius litteris testibus.] Hoc ipsum est quod dixit loco iam dicto de Carne Christi: Sicuti & ipse confiteris in quadam Epistola. Cuius rursus sit metio loco iam citato.

22. vt hinc iam destinari possit hæreticus, &c.] Definitionem similem hæretici habes supra lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 6. Hæresis dicta Græca voce, &c. ubi de ea latius, num. 32.

23. Sed alius LIBELLVS hunc gradum sustinebit ADVERSVS HÆRETICOS, &c.] Citat hic haud dubiè modò dictum librum de Præscript. aduers. hæreticos; quippe quo docuit reuincendos hæreticos, sine tractatu doctrinarū, de præscriptione nouitatis. Vbi de priori articulo possimum tractat cap. 15. 16. 17. 18. & 19. de altero verò cap. 20. ac sequentibus, maxime cap. 29. 30. 31. ac 32. Quare rectè etiam hic addit: Nunc quatenus admittenda congressio est, &c. Verum de similibus Auctoris loquendi formulis vide supra Adnot. nostras in dicti lib. ca. 15. num. 98. & de Prouerbiali formula: hunc gradum sustinebit, nostra Prolegomena.

C A P. II.

24. Duos Ponticos Deos adfert, &c.] Argumentum huius capitis his verbis indicat Auctor: De duobus Deis Marcionis, quod præcipuè tractatur his primo & secundo libris aduers. Marcionem. De quo etiam in hæc verba B. Iustinus Martyr Apologet. 2. Marcion verò Ponticus hodie etiam discipulos suos docet, alium quendam Opificem Deum maiorem opinari; qui per omnem quoque genus hominum, demonum fretus auxilio, plurimum auctor est, vt blasphema dicant, & effectorem huius vniuersitatis Deum negent; alium autem quendam, vt maiorem, maiora præter hunc condidisse profiteatur. Quod ipsum rursum aliis verbis sub finè repetit; immò peculiare librum eius aduersus Marcionem citat in hæc verba Irenæus lib. 4. aduers. hæret. cap. 14. Et bene (inquit Iustinus in eo libro, qui est ad Marcionem, ait: Quoniam ipsi quoque Domino non credidissent, alterum Deum aduocant, præter fabricatorem & factorem & nutritorem nostrum. Quem locum etiam citat Euseb. Hist. Ecclesiast. lib. 4. cap. 17. Eundem etiam errorem, quem hic late impugnat, Marcionis impingit Auctor non semel alibi. Sic lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 7. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate; à Stoicis venerat. Quò adludit rursum cap. 30. Si alium (inquens) Deum prædicant, &c. & apertius cap. 34. Nemo alterum Deum ausus est suspicari, donec Marcion præter Deum creatorem, alium Deum solius bonitatis induceret. Denique & cap. 51. verbis mox citandis; ubi vide Adnotat. nostras n. 40. & hæres. 17. nu. 322. Similiter eò adludit lib. de Carne Christi, cap. 5. quum dicit: qui à Deo optimo, & simplici & bono tantum infers Iesum? & cap. 24. Ideò etiam Marcionem prospiciens: Ego sum, inquit, Deus, & alius absque me non est. Porò Ponticus cur vocetur, supra num. 2. diximus, quum paucis eius ortum significauimus; ubi etiam locos habes similes; qualis est etiam ille supra lib. de Carne Christi, cap. 6. Sed quid iam dicentes Pontici illius. Eodem pertinet quod infra cap. 7. dicit Auctor: Hæstus Marcion in medio Ponti tui æstu; & cap. 10. Quod bis repetit de Ponticis. Item illud initio li. 2. ita Pontico placuit. & lib. 3. cap. 11. Stultissimè

& hic Ponticus. & 13. penes Ponticos. Denique lib. 4. aduers. Marc. cap. 1. iniectiones Pontici. ac apud Põnicos. & cap. 2. Euangelij, &c. Pontici. Et verò ex Iustini loco citato, & Iren. lib. 1. cap. 29. hanc appellationem desumpsisse videtur.

25. tamquam duas Symplegadas naufragij sui, &c.] Symplegades scopuli sunt duo contra Bosphorum Thracium, de quibus Plinius li. 4. c. 13. & Põpon. Mela li. 2. quæ quum in Ponto Euxino sint, adhuc persistit in Metaphora sua Auctor. Ita dictas autem voluit, quòd paruo discreta intervallo, coëuntium speciem præberent.

26. de simplici capitulo Dominicæ pronuntiationis, &c.] Vatic. 2. MS. cod. legunt: prænuntiationis, sed illud placet. Idem verò etiam supra dixit Auctor dicto cap. 51. lib. de Præscript. aduers. hæret. Hic (inquit, de Marcione loquens) ex occasione qua dictum sit: Omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem malos; hæresin Cerdonis adprobare conatus est, eadem dicere, quæ ille superior hæreticus antè dixerat. Nempe, sicuti paulò antè ibidem Auctor, duos Deos, vnum bonū, & alterum sæuum; bonum superiorem, sæuum hunc, mundi creatorem. Rectè autem respondet Auctor: Dominum non in Deos, sed in homines disposuisse exempla illa bonæ & malæ arboris, quæ reperitur Matth. 7. Atqui MS. Vatic. 2. partim confirmant hanc vsitatam phrasin Auctoris: malas adat operas, neque mala bonas; ubi operas accipit pro operibus.

27. circa mali quæstionem: Vnde malum? &c.] Hinc explicatur illud dicti lib. de Præscript. aduers. hæret. c. 7. Eadem materiæ apud hæreticos & Philosophos volutantur, iidem retractatus implicantur: Vnde malum, & quare? sicuti ibi etiam adnotauimus num. 44.

28. & obtusis sensibus.] Vatic. 1. obtusis, sed alter nobis consentit; & verò etiam Plinius iunior lib. 7. Epist. 123. obtusum stomachum dixit, & Plautus Casina: obtuso ore.

29. Ego sum qui condo mala, &c.] Vatic. 2. MS. cod. creo, & paulopost: creantem, pro: condentem; sed illud legitur alibi ab Auctore, non solum infra Tom. 5. lib. de Persecut. in fuga, sed etiam lib. 2. adu. Marc. ubi late hunc locum I. Sai. 45. interpretatur cap. 14. & 24. ita vt nihil faciat pro hæresi Marcionis, quo loco etiam nos latius. Legimus autem ex iisdem: pronuntiantem, pro: prænuntiantem.

30. Et ita in Christo, &c.] Latius ista hæresis: de noua diuinitate in Christo reuelata, resuitur ab Auctore infra cap. 18. & 19. Adludit autem ad illud Apostoli 1. Cor. 15. Modicum fermentum totam massam corrumpit; de quo alicubi aliquid scripsimus.

31. Habuit & Cerdonem quendam informatem, &c.] Huc pertinet illud mox citatum nu. 26. item illud infra lib. 4. adu. Marc. cap. 17. Sic nec Marcion aliquid boni de thesauro Cerdonis malo protulit. Consentit etiam Irenæus, quum scribit li. 1. c. 29. Succedens autem Cerdoni Marcion Ponticus ad ampliauit doctrinam, quæ ipsa verba habes citata ab Eusebio lib. 4. Eccl. hist. cap. 10. Atqui legunt Vatic. MS. cod. de bono præstruendo, phrasin Tertullianica, pro: præferendo; Verum quia opponitur illi: de malo infamando, & etiam ad existendam cacophoniam in eo quod sequitur: construxit, retinimus vsulatam lectionem.

CAP. III.

32. Principalis itaque & exinde tota, &c.] *Capit hoc inscriptum: Quod Deus, si vnus non est, non sit; eò quod summus magnus sit, cui nihil adæquari potest.*

33. poetica & pictoria licentiâ, & tertia iam hæretica.] *Poëtica & pictoria licentia omnibus nota est, cui addit hæreticam, quod eadem licentia vi soleant. Præterea etiam videtur adludere ad Hermogenem & Apellem, qui Pictores ante hæresin fuerant sicuti adnotauimus supra lib. aduers. Hermogenem, & infra Tomo 4. in fragmentis libri adu. Apellem.*

34. quod & omnium conscientia agnosceret.] *Hoc latius explicatur infra cap. 10. & supra Tomo 1. toto lib. de Testimonio Animæ adu. Idola.*

35. Deum summum esse magnum, &c.] *Pulchra Dei definitio, quantum (ut Auctoris verbis præcedentibus vtar) humana conditio de Deo definire potest. Similiter autem dixit infra cap. 7. Hanc (nempe Dei substantiam) inueniens solam innatam, infestam; solam æternam, & vniuersitatis conditricem; & supra lib. aduers. Hermog. cap. 7. Deum æternum, innatum, omnibus Deum iudicem & sublimiorem, nec natum nec factum, sine initio, sine fine. Legimus autem paulopost ex Patric. 2. MS. cod. dicendo, si non vnus, non est Deus (addita recens voce: Deus) sed quia quem confidimus esse, idem (pro: iidem, quod mendose legebatur) definiamus esse.*

CAP. IIII.

36. Sed argumentabitur quilibet, &c.] *Hinc capituli titulum dedimus: Quod etiam suis finibus distincta duo summa magna consistere non possint.*

37. Cui me similabitur? Paulò aliter legitur Isaia

40. Cui assimilatis Dominum, iuxta 70. aut. Deū, iuxta Versionem B. Hieronymi. Et certè ex hoc loco didicisse Sibyllam Deum dicere immensum & infinitum, tradit Clemens Alexandrinus libro 5. Stromat. & post eum Euseb. lib. 13. de Prepar. Euang. Græcè, Vbi docet quæ pulchre dicta sunt à Philosophis, ex Prophetarum ea libris mutuassee.

38. minutalibus, vt ita dixerim, regnis, &c.] *Minutalia regna vocat (inquit Rhenanus) minuta & parua. Alia significatione supra dixit Tomo 2. lib. de Habitu muliebri, cap. 6. eiusdem terræ minutalia, quæ vulgus mineralia vocat. Est etiam vox Tertullianica, quæ Metaphoricè vitur: eliquetur, Vti etiam illæ: expressis & exclusis; adludit enim ad aurifabros, qui aurum eliquant scoria expressis & exclusis.*

CAP. V.

39. Aut quæ ratio duo summa magna, &c.] *Inscripsimus capituli istud: Quod si duo summa magna, etiam plura admittere oportebit.*

40. Honestior, & liberalior Valentinus, &c.] *Adludit ad 30. diuinitatis Eones Valentini, de quibus supra latissime lib. adu. Valent. maxime cap. 7. & 8. à quibus derivat Auctor nouam vocem, quum subiungit: tamquam Eoniæ scrophæ, adludens ad Scrophæ fecunditatem, quæ nonnumquam ad trecentos vsque peperisse legitur porcos. Illud enim antiquissimum*

fuisse scribitur à M. Parrone lib. 2. de re Rustica cap. 4. quod sus Anea Latinus 30. porcos pepererit albos. At qui rectè dicit: Post vnum enim numerus; & mox: Duo enim multitudo, vniione iam excessa; quia vnitas non numerus, sed principium est numerorum.

41. vnicum autem sit, cui nihil adæquetur, &c.] *Huc pertinet illud infra li. adu. Præxan: Euerfio monarchiæ illa tibi intelligenda, quum alia dominatio suæ conditionis & proprii status, ac per hoc æmula superducitur, quum alius Deus inferitur aduersus creatorem. Legimus autem ex 2. Patric. MS. nullo inter se differendo, pro: à se.*

CAP. VI.

42. Sic adhuc videmur disputare, &c.] *Capituli huic inscriptionem dedimus: Quod etiam duo dispares Dij Marcionis admitti non possint. Quare rectius legit Basil. aditio cum Patric. MS. Sic adhuc quàm Lugdunensis: Si. Rursum autem est hic vox Tertullianica: retractauimus, pro: tractauimus, sicuti etiam cap. sequ. bis: retractatum, & cap. 9. retractatu, bis.*

43. Marcionem dispares Deos cõstitueret, &c.] *Quibus scripturam Marcionis alterum Deum iudicem, ferum, bellipotentem; alterum mitem, placidum, & optimum astruxerit, latè tradit & confutat Auctor lib. sequenti.*

44. quodammodò iniectâ manu detinens, &c.] *De hac Prouerbiali formula inter Prolegomena. Supplemus autem paulopost, & legimus ex Patric. 2. MS. sed quia ita Deus non erit dicendus; item: Nam & in illo magno Deo potiore.*

45. si deprecari capit in creatore, &c.] *sic verbum capit (inquit Rhenanus) vsurpat sepius (ut in præcedentium librorum Scholiis admonuimus) sicut Græci ἐὐδὲχεται. Hic tantum valet ac si dicas: Si conceditur, si datur ut creator deprecietur. Sic lib. 2. infra adu. Marc. cap. 6. quia si caperet hoc iure.*

CAP. VII.

46. Tentabis ad hæc de nomine Dei, &c.] *Titulum huic capituli præfigendum censemus: Quod nihil Marcioni patrocinetur nomen Dei, etiam in alios permissum in scripturis. Legimus autem ex Patric. 2. MS. conuertere retractatum, pro: concutere.*

47. vt passiuo & in alios quoq; permissio, &c.] *Hic (inquit Rhenanus) aperte seipsum interpretatur, ostendens quid intelligat per passiuum, quum dicit: & pro: id est, in alios quoque permissio. Nam passiuum illi, commune significat & promissum, ab Adverbio passim. Supra dixit li. de Carne Christi, cap. 24. Alium ceteris passiuum, ignobilem, hoc est, vulgarem, obsecrum, sicut illic in Scholiis exposuimus, num. 183. Infra habes hoc eodem libro, cap. 20. passiuum conuictum. Atqui locum hunc explanationis causâ sic distinximus: Quia scriptum sit: Deus, &c. & Ego, &c. nec tamen idcirco, &c. Respondebo, (&c.) & illum Deum dictum.*

48. Deus Deorum stetit in Ecclesia Deorum, &c.] *Quod hic Auctor ex Psalmo 81. ad angelos & homines refert, apertius explicat supra lib. aduers. Hermog. cap. 5. addens: ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate id dicit; de qua aliquid ibidem diximus num. 24. Nec absimiliter infra libro aduersus*

Præxan:

Præxan: Deos in hac scriptura interpretatur homines per fidem factos filios Dei. Differt autè in hoc Auctor ab aliis, quod legat in medio autem Deos diiudicauit, quum ex Græco, Hebræico, & Chaldaico exemplaribus vertant alij: diiudicat, & conformiter lectioni vulgatae. Atqui legimus more Tertullianico: Ego dixi: Dei estis, pro: Dij, maxime quum sequatur: Nā & ipsa idola gentium Dei vulgo.

49. quanti nequam serui, &c.] *Quanti (inquit Rhenanus) pro: quot, vt vulgus loquitur.*

50. Regum nominibus insultant, &c.] *Accipitur insultant ab Auctore absolute, pro: extolluntur, non aliter atque dixit Linius lib. 6. Etiam minimè toleranda superbiam insultat; nisi quis malis hic legi debere: exultant. Legimus autem mox ex Patric. 2. MS. sed Deus ea re, quā nemo, Deus dicitur, pro: sed Deus nemo, eā re quā Deus dicitur; liberum Lectori relinquentes, sive legat cum exc. cui nomen hoc contigit, sive cum MS. contigit. Verum illud placet MS. Denique & hoc Marcion, pro: hoc &, ac vindicans, & vindicat, pro: vendicans: & vindicat; quia illa Tertullianica sunt. Item rursum: in quantum Dei vocantur, pro: Dij. Denique: comparationem non sustinentis, pro: sustinens, vt referatur ad illud: lumini, magni.*

51. his interim lineis eam clausimus, &c.] *De hac Prouerbiali formula vide nostra Prolegomena.*

CAP. VIII.

52. Primò, supercilio stuporem suum ædificant Marcionitæ, &c.] *Capituli huic inscriptionem apposuimus: Quod nouitas Dei Marcionitarū eos conuincat, quum Deus æternus sit. Rectè autem adnotauit Latinus, similem phrasin Auctoris inueniri supra Tomo 2. li. de Hab. muliebri, cap. 6. Solum hunc stuporem ædificare nouerunt, vbi vide Adnot. nostras n. 48. Explicatur autem his verbis hic ab Auctore, insultantur, & mox vanam gloriam vapulabunt. Vbi (adnotante etiam Rhenano) subauditur: secundum figuram Græcæ. Magis placet autem vnus Patric. cod. lectio: quod nouum Deum proferant, quàm aliorum: præferant; item quod paulopost sequitur: maxime adiutorio eius, pro eo quod alij: maximo.*

53. nouo semper ac nouo titulo consecrationis cuiusque, &c.] *De ritu consecrationis Deorum apud ethnicos, vide supra Tomo 1. Apolog. cap. 12. n. 176. & de antiquitate Saturni, eiusque consecratione, vide cap. 10. num. 158. 159. 160. 161. ac 162. item quod illo Moyse fuerit antiquior, ibidem cap. 19. n. 177.*

54. metatore inicit & finis.] *Metator est (inquit Rhenanus) qui metitur loca in quibus tentoria figant milites; aut qui hostia præstat in ciuitatibus. Hic & mensor appellatur, quod ad pedismon demetatur loca. Cyprinus Epist. ad Christianos quosdam captiuos scribens: Primum (inquit) hospitium vobis in carcere preparauit, & metator quodammodò vester, nunc quoque vos antecedit. Hic Tertullianus accipit pro demensore. Sic autem dicit: A tempore metatore, vt lib. 4. cap. 16. Adiutore præcepto. Vide plures eiusmodi phrasas supra Tomo 1. lib. de Pallio, cap. 2. num. 20. & hoc Tomo lib. adu. Valent. cap. 23. num. 260. denique Adnot. nostras in Epist. 22. Cyr. num. 1.*

CAP. IX.

55. Scio quidem, quo sensu, &c.] *Capituli hoc inscriptionem: Quod eos non excuset noui Dei adfer-*

tio exagnitione, eo quod Deus ignotus & incertus esse non potuerit. Atqui de Prouerbis: ad lineas rursum & in gradum, vide nostra Prolegomena.

56. Inuenio planè, &c.] *Adludit ad illud Apostoli Actor. 17. inueni & aram, in qua scriptum erat: ignoto Deo: quod quum Athenis contigerit, rectè Atticam idololatriam vocat. Atqui Græcam inscriptionem fuisse, scribit in eum locum Occumenius: ἐν τῷ ὄρει θεῶν, eius duas causas adferens. Alteram, quod quum Atheniensibus missis ad Lacedæmonios auxilij gratiâ aduersum Persis adparuisset spectrum Panis iuxta Pertheniam eos accusans, quod se neglecto alios Deos colerent; victoria potiti, ne quid postea simile contingeret, non solum Panis templum, erexerint, sed etiam arā ignoto Deo. Alteram, quod quum peste laborantibus reliqui Dei inuocati nihil adiuuanti adferrent, intelligentes quendam esse Deum qui pestem immitteret, ignoto Deo arā inscripserint, quo factò pestis cessauerit.*

57. Item incertis Deis, sed superstitione Romana est, &c.] *De Diis incertis vide ex Parrone B. Augustin. alicubi in libris de Ciuit. Dei. Porro etiam hæc est Prouerbialis formula: titulum incidere, de qua in Prolegomenis. Legimus autem paulopost more Tertullianico, ex MS. cod. non eidem modis. Est etiam perinde sive legas postea: in incerto est, cum excussis, sive cum MS. incertum est.*

58. in illas iā indeterminabiles quæstiones, &c.] *Adludit ad illud Apostoli 1. Timoth. 1. fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magnas, &c. de qua vide supra lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 7. num. 48. Atqui rursum lego: Quum verò duo Dei, pro: Dij, & quia Dei ambo. Denique rectè adnotat Rhenanus. Auctorem verbo: dirigere, frequenter vti.*

CAP. X.

59. Siquidem à primordio rerum, &c.] *Titulum huic capituli datus: Quod à primordio notus Deus fuerit etiam ethnicorum conscientia.*

60. Nec enim si, &c. Moyfes, &c.] *Elegas phrasis: in templo litterarum dedicare, sicut & natales agnitionis supputari, & maior popularitas humani generis. Atqui etiam hic inuimus Pentateuchi sic à 70. appellati, auctorem fuisse Moysem, sicuti etiam alicubi supra; quod ipsum allegatur Exod. 34. & Deuter. 31. sed excipiunt plerique illud cap. 34. Deuteronomij, de morte & sepultura Moyse, vsque in finem ab Esdra additum.*

61. quasi proprio nomine Deū perhibent, &c.] *Proprie & latè hoc argumentum tractat Auctor supra Tomo 1. li. de Testimonio Anima aduersus idola. Meminit etiam alibi frequenter, locis ibidem adnotatis cap. 2. n. 5. quibus adde locum etiam similem lib. de Anima, cap. 41. num. 461. Legimus autem rursum: intellegetur, pro: intellegitur.*

CAP. XI.

62. Et metitò, inquit, &c.] *Capituli huic inscriptionem datus: Quod omnia quum Dei sint, si nihil crearit Deus Marcionis, Deum non esse. Iterum autem hic repetuntur voces: vacat, & vacabit; pro, frustra esse.*

63. Quando etiam error orbis, &c.] *Hoc latissime tractauit Auctor supra Tomo 1. Apolog. cap. 11. etiam vanas illas esse causas comprobans, ob quas Deos*

orbisterræ præsumperit, quod aliquid prospere-
xerint humanis vtilitatibus; ubi vide & nostras Ad-
notationes num. 167. item B. Cypriani librum: Quod
idola non sint Di.

64. Vnam saltem cicerculam, &c. protulisse
debuerat, &c.] Legunt MS. V.atic. 2. saltem, more ve-
teris; sed nolui immutare. Aptè autem ad etaphora cicercu-
læ vititur, eo quod Triptolemus primus ferendi mo-
dum tradiderit. Hinc illud Auctoris libri ad Hierony-
mum: Si Triptolemus, quum omnibus semen largi-
retur.

65. vt in dedecore carnis exhiberetur, & qui-
dem maiore si falsæ, &c.] De hoc argumento contra
Marcionem latam habes disputationem supra li. de Carne
Christi, cap. 4. & quod Christus non sit méritus sub-
stantiam corporalem, cap. 5.

66. qui & maledictum in se creatoris admi-
sit, &c.] Adludit ad illud Deuteronomij 21. Maledi-
ctus omnis qui in ligno suspensus fuerit.

67. qui solum se etiã iurans adfuerat, &c.]
Hic similiter ad illud Isai. 45. Ego Deus, & non alium,
&c. Est autem etiam hic repetita vox Tertullianica: pa-
ratura.

C A P. XII.

68. Cererum, & si esse eum, &c.] Inscriptum ca-
pit istud: Quod Marcionitarum sine causa esset
Deus, qui rem nullam habeat; quum res causa
sit, vt sit aliquid.

69. Nam etsi credunt plerique, &c.] Facit hic
locus non modò de operibus iis qui credunt necessariis, sed
etiam de merito eorum, eo quod dicat: opera eius
Deo digna; quales similes locos habes adnotatos supra
Tom. 2. lib. de Patient. cap. 11. num. 75. & cap. 13.
num. 82. & rursum hoc ipso Tomo libro de Resurr. carn.
cap. 15. num. 114.

70. impudentiæ & malignitatis adfinis, &c.]
Sic (inquit Rhen.) lib. de Patientia, c. 7. Ad fines cupidita-
tis deprehendemur. Lib. 2. infra c. 11. Vt adfinē mali
argueret; & alibi sæpè. Sic enim Cicero loquitur. P. pro
Sylla: Huius adfines suspitionis. Est etiam phrasus Au-
ctoris vsitata: fidei procurando.

C A P. XIII.

71. Quum Deum hoc gradu expellimus, &c.]
Titulum hunc huius capituli datus: Mundum non esse
opus parum Deo dignum. De Prouerbijs autem
formulæ: hoc gradu expellere, & inarem contra-
here, vide nostra Prolegomena.

72. Etsi mundum homini non sibi fecit, &c.]
Simile est illud Clement. Alexandrini lib. 5. Stromat. Deum
mundum non fecit tamquam sibi necessarium, &c.

73. de isto huius mundi indigno.] Id est (inquit
Rhenanus) indignitate.

74. cui & apud Græcos ornamenti, &c.] J. dip-
sum habes supra Tomo 1. Apolog. cap. 17. num. 253. &
hoc Tomo lib. adu. Hermog. cap. 40. priori loco: vnde &
Græci nomen mundo κόσμον accommodauerunt;
posteriori: Quum ornamenti nomine sit penes Græ-
cos mundus. Hinc etiam illud Aristotelis li. de Mun-
do: Vniuersum ipsum commodè κόσμον nominaueris.
id est, compagem rerum compositam, concinnatque or-
dine digestam.

75. de quorum ingenijs omnibus hæresis anima-
tur.] Hoc ex professo tractauit Auctor supra (præterquam
quod alibi sapiens repetit) lib. de Prescript. adu. bar. cap.
7. quod Lectorem remittimus.

76. vt Thales aquam, &c.] Similem prorsus ha-
bes locum Auctoris supra Tom. 1. Apolog. cap. 46. Vbi
adlegauimus num. 576. BB. Iustinum Martyrem & Ire-
næum, item Arnobium & Lactantium: & certe nomi-
natum habent duo priores, quod Deos sive prima rerum
principia pronunciauerint, Thales Milesius nempe,
aquam Heraclitus ignem, Anaximenes aërem,
Anaximander vniuersa cœlestia (quos duos etiam
Milesios appellant) id est, infinitatem. Lactantius idip-
sum habet de Thalete & Anaximene, præterquam
quod æthera & aërem confundere videatur, quæ hic duo
facit Auctor, dum de Zenone loquitur: in quo ei con-
sentium Lactantius & Plutarchus. De Platone vero ex-
preßè contrarium habet, dicens eum nec æthera, nec ra-
tionem, aut naturam, sed, vt est, Deum ab eo nominari,
libris De legibus, nempe lib. 4. At partim consentit Au-
ctori B. Iustinus Martyr, quem hic imitatur, quum dicit
Apolog. 1. Etenim Plato in ignea essentia summus Deum
esse dicit. hoc est enim quod hic habes: quod genus
Deorum igneum appellat. Porro locum hunc imi-
tatur Prudentius in Apotheos, quum agens aduersus
Marcionem, & alios qui duos Deos ascribebant, sic
scribit.

Consule barbati deliramenta Platonis,
Consule & hircosus Cynicus quod somniat, &
quos

Texit Aristoteles tortæ vertigine neruos.
Hos omnes, quâuis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat;

Conuertunt tamen ad normâ rationis & artis
Turgidulos sensus, & litigiosa fragosis
Argumenta modis concludunt numen in vnu.

77. Quum de mundo, &c.] Rectè adnotauit Rhe-
nanus sequentes periodos non admodum bene connecti: ne-
que tamen licuit mederi, quum eodem modo legerent V. a-
tic. MS. codices.

78. vt plerique Physicorum formidauerint: ini-
tium ac finem mundo constare, &c.] Eodè pertinet
quod Auctor dixit supra Tomo 1. Apolog. cap. 47. Sic &
de ipso mundo, natus innatûve sit decessurus,
mansurûve sit, variant; ubi vide Adnotat. nostras nu.
394. Legimus verò iterum: Dei.

79. Perfarum Magi.] Eodè pertinet quod supra
dixit Tomo 1. lib. adu. Iudeos, c. 9. & infra repetit lib. 3.
adu. Marc. cap. 13. Magos Reges ferè habuit Oriens;
ad quem locum tractatum differimus, an Magi illi, qui
Christum adorare venerunt, Persæ fuerint, an Arabes.
Magorum verò apud Persas tria recet genera B. Hiero-
nymus li. 2. adu. Iouinianum.

80. & Egyptiorum Hierophantæ.] Ἱεροφάνται
dicti, quod sacra ostenderent aut peragerent; genus sacer-
dotum apud Egyptios.

81. & Indorum Gymnosophistæ.] Vide Adno-
tationes nostras dicti Apolog. c. 42. nu. 547. ad illa Au-
ctoris Verba: Brachmanæ, aut Indorum Gymnoso-
phistæ. Hic sufficiat, quod duo eorum genera distinguat
B. Hieron. 2. li. adu. Iouinianum.

82. Iouem in substantiam feruidâ, & Iunonem
eius in aëream, &c.] Rectè interpretatur Rhenanus
quod immediatè sequitur: secundum sonum Græco-
rum vocabulorum. Nam Ζεὺς Græcis est: serueo, vnde
Ζεὺς Iupiter, Ἥρᾱ Iuno, φορὸς & coniux Iouis. Περσὶ
ἦ ἄνευ ἑσδ' ὀπρὸς Θεῶν ἡσθ. Hæc duo gentiliū Deorum
vocalia, nobis ignem & aërem declarant. Et maritimus
igne aër serueciscit, vt inquit Fulgentius; apud quæ Hella-
nicus

nicius ait: Iunonem à Jove cathenis aureis vincitâ, quod aër
igni proximus sit in ordine elementorum.

83. item Vestam in ignem.] Ouidius (eodem Rhen-
no citante)

Nec tu alius Vestam quàm viuam intellige flam-
mam;

Ἐσίων Græci Vocant.

84. & Camenas in aquas.] Camenarum nomine
Nymphas intelligit, quæ ab aquis quasi Lympha vocaban-
tur; quarum subinde in aquis aspectu Lymphaticos sa-
ctos supra adnotauimus lib. de Baptismo, cap. 5. num. 38.

85. & Magnam matrem in terram.] Eodè perti-
net quod supra lib. de Spectacul. cap. 8. dixit Auctor: frige-
bat Dæmonum concilium sine matre Magna; &
cap. sequenti, quæ illa fuerit explicans: Praefinum verò
(nempe colorem consecrauerunt) terræ matri. Synecdo-
chen autem esse, dum sequitur seminalia demessam, ad-
notauit Rhenanus.

86. Sic & Osirin.] Apim bouem (inquit idem) intel-
ligit, qui numinis vice celebratur in Egypto. Lege Plin. li.
8. cap. 46. & Herodot. Tibull.

Te canit, atque suum pubes miratur Osirin
Barbara, Memphiten plangere docta bouem.

87. Leones Mithræ philosophantur, &c.] Huius
Dei cultus (inquit idem) sacramenta Christianæ reli-
gionis imitabatur, tingendo, signando in frontibus,
Panis oblationem celebrando, resurrectionis
imaginem inducendo, denique coronando suos
sub gladio. Atque sic initiati, Mithræ milites dice-
bantur, vt meminit Tertullianus Tomo 2. lib. de Cor. mi-
lit. cap. 2. num. 206. 207. & 208. & hoc Tomo, li.
de Prescript. aduers. her. cap. 40. num. 242. Vbi videtur
etiam Lector Adnot. nostras. Hinc ergo Deo Mithræ leo-
nes adtribuebant, curruis eius, vt videtur, irabentes. Ar-
dentis autem naturæ eò dicit, quod Mithræ idem sit
Persis, qui nobis Sol.

88. vna tetraonis pennula, &c.] Est (inquit idem
Rhenanus) tetrao, autis Germanis der auran dicta, cu-
ius meminit Plinius lib. 10. iis Verbis: Decet (inquit) &
Tetraonis suæ nitor absolutæque nigritiæ, in supercilij
coccinbor. Adiciit autem Auctor: taceo de pauo,
quod abundè illius pulchritudinem descripsit supra Tomo 1.
lib. de Pallio, cap. 3. ubi vide quoque Adnotat. nostras, num.
45.

C A P. XIII.

89. At quum & animalia, &c.] Caput hoc in scriptis
mss. Etiam minutiora animalia deprecari non de-
bere.

90. quemadmodum virtutem in infirmitate se-
cundum Apostolum, &c.] Adludit ad illud 2. Cor.
12. Virtus in infirmitate perficitur. Aptè autem enun-
tiat: apis ædificia, formicæ stabula, araneæ retia,
bombycis stamina, de qua postrema vide supra Tom. 1.
lib. de Pallio, cap. 3.

91. cantharidis venena, muscæ spicula, culicis
& rubam & lanceam.] Pulverè hæc describit. De culi-
ce, similem locum vide supra lib. de Anima, cap. 10. nu.
133. & de cantharide Plinium lib. 29. cap. 9. dicitur in-
terim, quomodo etiam cantharidem collocet inter lectu-
li & regetis bestias; nisi forte aliquando sicuti ex arbore,
ita & ex regete fraxinea aut oliuæ, subinde nascantur.
Tegetem verò vulgus matram vocat.

92. in hæc paupertina elementa, &c.] Simile est
illud Varronis lib. de Vita populij Romani, citatum à No-
nio, quod sunt: paupertina, sine elegantia. Noua magis

vox & obsoleta paulopost: infantat, pro: tamquam infan-
tes nutrit.

93. nec aquam reprobauit, &c.] Adludit haud-
dubie ad baptismi ceremonias, de quibus latè supra lib. de
Baptismo, num. 1. inter baptismi ceremonias, & nomina-
tim de aquæ necessitate, cap. 1. num. 3. ubi etiam sicuti hic,
Sacramentum appellat. Vide Adnotationes nostras ibi-
dem.

94. nec oleum, quo suos vnguit.] De vnctione
in baptismo ibidem tractauimus, non modò inter ceremonias,
sed latius cap. 7. num. 48.

95. nec mellis & lactis societatem, &c.] De pecu-
liari hæc Africanorū in baptismo ceremonia, etiam ibi nu.
1. scriptum ex Auctore, lib. de Cor. milit. cap. 3. & ex B.
Hieronymo.

96. nec panem, quo ipsum corpus suum repræ-
sentat.] Repræsentare hic non aliter accipitur, quàm
pro: præsens facere; sicuti latius supra ex similibus phrasibus
Auctoris docuimus lib. de Resurr. carnis, cap. 14. nu.
112. Atqui etiam hic Eucharistiam sacramentum nuncupat.
Similiter verò etiam accipitur repræsentatio in-
frâ Tom. 5. li. de Ieiunio, in istis phrasibus Auctoris: & i-
psa repræsentatio totius nomen Christiani magna
veneratione celebratur; item: in spiritu inuicè re-
præsentati.

97. At tu super magistrum discipulus, & seruus
super Dominum, &c.] Hic adludit ad illud Math. 10.
Non est discipulus super magistrum, nec seruus super domi-
num suum.

98. Reptobas & mare, sed vsque ad copias eius
quas sanctiorem cibum deputas.] Copias maris
sanctiorem cibum Rhenanus pisces interpretatur: quæ
si Auctoris vera sit sententia, erit hoc illi peculiare, quod
carnes quidem quadrupedum & volucrum reprobauerit
Marcion, non verò piscium; dum ab animalibus abstinen-
dum docuit, quemadmodum illi adscribit B. Irenæus lib.
1. cap. 30. Euseb. lib. 4. hist. Eccl. cap. 27. B. Hieron. lib. 2.
aduers. Iouin. & Epiphani. her. 42. Veruntamen, præter-
quam quod aquæ animati sint pisces atque quadrupedes
& volatilia, ille verò propterea id interdictum faceret,
quod eandem putauerit animam in brutis & hominibus;
Epiphani. ibidem confut. 24. disertis verbis contrarium sen-
tit, & Marcionem confutat, non malos pisces esse docens,
eò quod Christus piscem & ouum bona data docarit, Luc.
11. Porro quandoquidem veluti Sardonicæ risu hic perstringit
Rhenanus Catholicos, qui certis diebus, & Monachos
qui perpetuò piscibus solis vtuntur, his verbis: Et hodie
quidam carnibus pisces præferunt; hoc Lectori insinuan-
dum putauit, pisces sanctiorem cibum dici; non quod in
se sanctior sit esu carnis, sed quod sanctitatis gratiâ ab-
stinentiam illam sibi indicant, aut ab Ecclesia indicatur,
iuxta quod B. Hieronymo loco citato pulvè deducit ad per-
fectionem spectare carnis abstinentiam. Et verò etiam
talem abstinentiam non vno loco Auctor probat hic &
supra Tom. 2. lib. de Cultu femine, c. 9. Quidam (inquit)
ipsam Dei creaturam sibi interdicit, abstinentes
vino, & animalibus, exfulantes; quorum fructus
nulli periculo aut sollicitudini adiacent; sed hu-
militatem animæ suæ in victus quoque castiga-
tione Deo immolant. Et infra Tomo 5. lib. de Ieiunio,
ac lib. de Cibis Judæicis pulcherrimè eam materiam profe-
quitur dissoluens argumenta omnia, quæ in contrarium
ab aduersariis ex scripturis adferri solent; quemadmodum
etiam B. Hieronymo ubi supra, in multis ad Verbum Au-
ctorem imitatus.

99. Hypocrita ut apocarteresi probes te Marcionitam, &c.] *Hæc verba (inquit Rhenan.) partim de praesentia, partim transposita sic restitutum suæ integritati ordinique, Gorziensis collationis secuti fidem, Visi: Hypocrita, vocandi casu dictum. Videtur interim etiam non reprobata 1. adu. lectio: Hypocrita, muta apocarteresi si probes, &c. ut muta dixerit, quasi tali apocarteresi respondendi difficultate se liberaret; & certe etiam Pat. 2. MS. cod. legitur: muta, sed non addunt: si. quare nos Lectoris iudicio utramque lectionem committimus. Atqui (eodem Rhenano teste) ἀποκαρτερῆν Græcis, Auctore Suida, est quum quis vel inedia vel laqueo vitam finit, unde ἀποκαρτερῆσις. Quod vocabulum in Apologetico quoque Iuliano, sic scribens: Lycurgus ἀποκαρτερῆσις optavit, quod leges eius Lacones emendassent. Ceterum Hypocritam hic appellat Marcionem, ut non bona fide nec ex animo, sed simulate tantum, res creatoris destruetem contemnentemque. Vide etiam hæc de re aliquid Adnotat. nostris ad dictum locum Apologetici, cap. 4. num. 50.*

CAP. XV.

100. Post hæc, vel ante hæc, &c.] *Capiti huic titulum dedimus. Nō esse Deo Marcionis suum cælum & suum mundum, eò quod alioqui novem Deos oporteret constituere.*

101. de cælo quidem illo tertio videbimus, si & ad Apostolum, &c.] *Adiudit haud dubie ad li. 5. adu. Marcionem, ubi tractatur illud Apostoli 2. Cor. 12. de raptu in tertium cælum, ad quem locum paulo ante cap. præced. respexit Auctor, dum dixit: de tertio cælo descendere laboravit.*

102. ut Dominus à xij. Tiberij Cæsaris reuelatus sit.] *Quod hic dicitur: reuelatum esse, mox: manifestari, & iterum: patere dixit, & sub finem capitis: apparere. Nam intelligit prædicationem Christi captam (iuxta ipsius quidem sententiam erroneam, de qua supra lib. adu. Jud. cap. 8. num. 82. & latius in Prolegomenis) anno xij. Tiberij Cæsaris, & passum triennio post anno eiusdem xv. Atqui reuelationem sic accipiendam satis etiam infra indicatur cap. 18. his verbis Auctoris: Ergo vel prædicationibus reuelationem sui debuerat operari. Eodem pertinet quod supra Tomo I. Apolog. cap. 5. dixit Auctor: Tiberij tempore nomen Christianum in orbem introisse, & cap. 7. huius disciplinæ censum à Tiberio esse. Adiudit autem eodem Auctor infra huius libri cap. 22. his verbis: si ab ævo Deus & non à Tiberio; item li. 3. cap. 23. quum commemorat tempus medium à Tiberio vsque ad Vespasianum, & rursum lib. 4. cap. 7. ubi sententiam hæc de re Marcionis citat, & proinde explicatur id quod infra legitur de anno xv. Tiberij cap. 19. num. 126. ita ut nulla sit contradictio de reuelatione, quam hic contigisse dicit anno xij.*

103. ad decimum quintum iam Seueri Imperatoris.] *Omnino sic legendum, etsi refragantibus omnibus codicibus, ipsa verba Auctoris indicant; quippe qui hoc dicere velit, Christum à xij. anno Tiberij reuelatum esse, ad xv. autem vsque iam Seueri Imperatoris annum, nullam omnino substantiam (nouam nempe mundi, quam nouus noni Dei Marcionis Christus, secum reuelare debuisset, si suum haberet cælum & suum mundum) cōpertam esse. Atqui his verbis etiam indicat Auctor se scripsisse hæc anno xv. Seueri Imperatoris, de quo in Vita eius latius.*

104. ne qua adhuc illic vacent subscissa, &c.] *Vacare, pro inanem esse, hic accipitur, & paulo post à Ter-*

ulliano. Qui etiam eleganter Fronticōs subscissa dixit (pro quo in 1. adu. subscissa, & in margine eiusdem subscidia, non recte) id est, subsecundaria loca adhuc vacantia.

105. & tertius aliqui stipare Deum se.] *Ex Pat. MS. cod. restitutum vocem Tertullianicam: aliqui, pro: aliiquis. Vbi rursus est vox Tertullianica: stipare, pro: cōdēnsare; Metaphora sumpta ab eo, quod stipa seu strappa inania obturare & replere soleamus.*

106. Deum & materiam duos Deos, &c.] *Adiudit tacite ad Hermogenem, qui duos Deos constituēbat, Deum & materiam; contra quem est supra liber integer aduersus Hermogenem.*

107. Habes igitur in superioribus, &c.] *Tres substantias diuinitatis in superioribus, iuxta Marcionem intelligere videtur: Deum bonum, Deum malum, & Mundum superiorum; quatuor verò in inferioribus, factorem mundi inferioris, locum, materiā, & malum. His, quum accedunt duo Christi; nouē Dij adsignantur, non duo.*

CAP. XVI.

108. Non comparente igitur mundo alio, &c.] *Caput hoc inscriptum: Quod nec inuisibilem sit creator Deus Marcionis. Est autem phrasis Tertullianica: quā cius, pro: potius quā, & vox: exemplariis.*

109. Videbimus, & Apostolus, &c.] *Rursum adiudit ad lib. 5. adu. Marcionem, ubi tractat cap. 1. Epistola ad Colossenses, id quæ tum hic, tum infra his verbis: visibilia & inuisibilia condidisse.*

110. Scripturarum quoque aduocationi.] *Aduocatio (inquit Rhenan.) proprie est turba patronorum & amicorum, qui alicui in iudicio adsunt. Hic accipit pro defensione. Sic in libro de Patientia, cap. 11. Itaque talibus & aduocatio & ritus promittitur pro consolatione. Qui etiam recte illud: à Deo creatore interpretatur, à partibus Dei creatoris. Rursum autem voces Tertullianicæ: in animalibus, statuis, ac: genitalibus, pro his que anima caret, que non mouentur, & que generatiua sunt. Item phrasis Tertullianica: æmula conditionis, ac: æmula eorum.*

111. quemadmodum & vitam & mortem, &c.] *Hic videtur adludere ad illud Eccl. 11. Vita & mors à Deo sunt; deinde ad illud Isai. 45. faciens pacem & creans mala; de quibus latius infra lib. 2. aduers. Marc. cap. 14.*

CAP. XVII.

112. His compressi, erumpunt dicere, &c.] *Inscriptionem huic capiti imposuimus: Quod non sufficiat Deo liberatio hominis, neque etiam operatio Dei ignota esse potuerit. Sine autem: dignoscitur legas cū excusis, sive: dinoscetur cum Pat. MS. perinde. Est verò phrasis Tertullianica: quā Deus; quare etiam legendum, quod necessarios, comparatiue, pro more Auctoris.*

113. Sed & hunc locum alibi implebimus, &c.] *Ad quem locum adiudit, difficiat diligens Lector.*

CAP. XVIII.

114. Procefferit, age, iam in notitiam, &c.] *Titulum hic datus: Quod Deus Marcionis non sit dignè reuelatus, neque natura, neque doctrina.*

115. quando hora fatalis aduenit.] *De hac supra latius lib. de Anima, cap. 39. num. 449.*

116. fortasse enim ἀναβιβάζει ei obstabat.] *Græcè dixit quod Geneblici Ascendens signum appellant,*

lant, id est, Planetam, sub quo quisque concipitur aut nascitur, nam, vi supra dixit Auctor dicti lib. de Anima c. 25. Veteres Astrologi geniturā hominis ab initio conceptus digerere, de quibus videre possit Lector curiosior Julium Firmicum; non illum veterem Christianum, qui ad Constantium scripsit de errore profanarum hæresicon, sed qui libros Mathematicos edidit; quamquam nulla sit illi adhibenda fides, & tales Astrologia iudicaria libri legi vetantur Catalogo Pontificio, Regula 9. iuxta Concilium Tridentinum.

117. aut aliquæ maleficæ.] *De his vide supra cap. 9. lib. de Idol. num. 54. ac 55. & locos quosdam Apologetici ibidem adnotatos. Atqui per maleficas & conceptus & partus impediri nonnunquam permittitibus peccatis nostris, notius est, quā ut probatione sit opus.*

118. aut Saturnus quadratus, aut Mars trigonus.] *Ob dictum Pontificis Regia Maiestate confirmatum interdictum, de his aliud nihil dicam, quā quod Saturnum quadratum, aut Martem trigonum, id est, triangulare habentes pro suo Ascendente, multis & morbis, & malis, & periculis, immo sceleribus obnoxios, dicerent Mathematici. Vnde & à Propertio li. 4. Eleg. 1. Saturni graue sydus appellatur.*

119. Nam & Mathematici plurimum Marcionitæ.] *Mathematicos etiam hic in malam partem accipit (de quo supra latius li. de Idol. n. 50. & 51. pro Genebliciis, hoc est enim quod subiungit: de ipsis stellis viuere creatoris; quibus verbis ironicos notat Marcionitas; quod, quamquam Deum creatorem nollent agnoscere, tamen se crederent viuere de stellis, id est, iuxta constellationum motum, quas tamen creator creauerit. Sine autem paulo post legas cum excusis: deinde doctrina recognoscendum sive: dehinc cum Pat. 2. MS. perinde est.*

120. qui & conditionis.] *Sicuti cap. præced. conditio etiam hic accipitur, pro: creatione; quomodo etiam ibi paulo post: ad conditionem tam diuinā magnitudinis: & cap. sequ. & si non per conditionem.*

121. quomodo Romulus Confum, &c.] *De Cōso Deo à Romulo consecrato, vide supra Tom. 2. li. de Spectac. cap. 5. num. 33. 36. 37. ac 39. & B. Cypriani lib. de Idol. vanit. num. 23.*

122. & Tattius Cloacinam, &c.] *De Cloacina diximus Tom. 1. lib. de Pallio, c. 5. n. 84. & ante de Cloacina & Pauore, Adnotat. in B. Cypriani lib. de Idol. vanitate, nu. 24. Vbi sic legitur: Deam Cloacinam Tattius adinuenit, & coluit: Pauore Hostilius, qui haud dubie ex hoc id descriptis loco.*

123. & Metellus Alburnum.] *Supra adnotauit Tom. 1. Apolog. cap. 5. num. 56. omnino hic legendum M. Emilius, pro: Metellus, idque, ex Eusebio & Nicephoro. Verum, quum anima aduersi simul fuisse Consules anno Urbis DCXXXVII. M. Emilium M. F. N. & M. Cæcilium Q. F. N. Metellum, putari reuocandum; eò quod illis Consulibus videatur primum consecratus Deus Alburnum.*

124. & quidam ante hoc tempus Antinorum.] *De Antinoo seruo Adriani Imperatoris, vide Adnotat. supra Tom. 2. ad lib. de Corona milit. cap. 13. num. 185. & T. 1. Apol. cap. 23. num. 202. ad illud: Et nescio quæ cynædum.*

CAP. XIX.

125. Immo (inquit Marcionitæ) Deus noster, &c.] *Caput hoc inscriptum: Quod etiam in Christo Iesu non sit reuelatus Deus Marcionis. Atqui verbis illis: Dabitur & IN CHRISTVM LIBER, de*

omni statu eius, insinuat tertium librum aduers. Marcionem. Sunt autem Tertullianica: retractentur, & ad præsentem gradum occurrere, de qua Proverbiali formula inter Prolegomena latius.

126. Anno xv. Tiberij, Christus Iesus de cælo manare dignatus est.] *Istud non ex sua, sed ex Marcionis sententia dicit Auctor, sicuti patet ex illis verbis infra lib. 4. adu. Marcionem, cap. 7. Anno xv. principatus Tiberiani, proponit, Deum descendisse in ciuitatem Galilee Capharnaum; utique de cælo creatoris, quā hæresim ibi latè impugnat, item ex verbis illis infra cap. 22. sub finē: Si ab ævo Deus, & non à Tiberio, immo (quod verius) à Cerdone & Marcione. Ipsi vero Auctoris sententiam de Christo aliam, quamquam neque probabilem, vide supra lib. adu. Iud. cap. 8. num. 82. & huius lib. cap. 15. num. 102.*

127. Spiritus salutaris.] *More veterum (sicuti & supra alicubi adnotauimus, & in Cypriani lib. de Idol. vanit. num. 71.) Christus Spiritus salutaris hic vocatur, eā significatione, quā Deus Spiritus dicitur; alioqui disertis verbis infra sub finem lib. aduersus Praxean, Spiritum sanctum appellat, tertium numen diuinitatis, & tertium nomen maiestatis, vnius prædicatorem monarchie.*

128. quoto quidem anno Antonini maioris.] *Quod supra lib. de Præscript. aduersus hæresim simpliciter dixit cap. 30. Antonini ferè principatu, hic explicatur, quum legitur: Antonini maioris, & præmittitur dubitatio, quoto anno eius Marcionis Christus incæperit reuelari de quo aliquid ibi diximus num. 165. ac 166. item cap. 51. num. 322. hæres. 17. quasi primum sub Antonino Philosopho prodierit Marcio hæreticus, quia sub Aniceto. Verum, quia postea comperi Anicetum sedisse Romæ annis ferè sex ante obitum Antonini Pij, Auctori hic aduentum cogor, cæpisse Marcionem sub Antonino maiore, id est, Pio (ut mox sequitur) à quo omnes alij, aut nomen aut prænomen Antonini mutuati sunt. Maxime quum etiam initio Pontificatus Aniceti Romam venisse scribat Polycarpum Eusebius in Chronica; & in histor. Eccl. lib. 4. cap. 13. idem scribat occurrisse ibi Polycarpo Marcionem.*

129. aura canicularis, &c.] *Per iocum vocatur Christus Marcionis: salutis Marcionis aura canicularis, ut opponatur illi quod præceperit: spiritus salutaris; quare placei hæc huius loci per ipsum Rhenanum in 2. sua editione castigatio, pro: aula; etsi refragantibus MS. codicibus quia non video quo sensu effretur: aula canicularis, quum per: auram canicularem, videatur adludere ad æstum, qui vehemens est diebus canicularibus, sole existente in Leone.*

130. Antoninianus hæreticus est.] *Similiter Auctor lib. 4. aduers. Marc. cap. 4. infra: Emendator sanè Euangelij, à Tiberianis vsque ad Antoniniana tempora euerit, solus & primus Marcion, voce derivata ab Antonino Pio; de quo eleganter Auctor: sub Pio impius.*

131. A Tiberio autem vsque ad Antoninum anni ferè centum quindecim, &c.] *Si legeretur: anni centum quinque, magis accederet ad veritatem historicam ea lectio; quum tot reperiantur ab anno xv. Tiberij, cuius paulo ante meminit, & à quo haud dubie computatum suum incipere statuit, enumerans annos intermedios inter Christum (sicuti subiungit) & Marcionem. Quæ tamen illud habent etiam MS. immutare nolui, eò quod non sit nouum Auctori in re historica aliquid humanum pati.*

Sive autem legas cum excusis, primum pradicatum, siue cum MS. P.atic. 2. primò, perinde est. Legendi verò paulopost: induratur in hanc hæresin, pro: hæresim, quod mendo Typographico irrepit; aut sicuti legitur P.atic. 2. MS. in hac hæresi.

132. Nam hæ sunt Antitheses Marcionis, &c.] Antitheses interpretatur rectè: contrarias oppositiones. Atqui de libro Marcionis, quem Antitheses inscripsit, supra vide Adnot. huius libri nostras num. 2. contra quas etiam nominatim disputat Auctor in fine toto libro quarto. Sunt autem Tertullianica: cum lege committere, & apparentia Christi, pro reuelatione. Denique legitimus transpositis vocibus ex 2. P.atic. MS. cod. quæ non alium Deum & legis, & Euangelij, pro: alium & Deum legis.

CAP. XX.

133. Huic expeditiss. probationi, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod Marcion non recurauerit adulteratam regulam, sicuti ex reprehensione Petri scrustrà nitebatur ostendere.

134. Nam & ipsum Petrum, &c.] Scripturam hanc Gal. 2. eodem modo explicauit, non modo hic & Latine cap. sequi, sed etiam supra lib. de Præscript. adu. her. cap. 23. Ceterum (inquit) si reprehensus est Petrus, &c. utique conuersationis fuit vitium, nò prædicationis, ubi hunc locum citauimus num. 138. & ad BB. Hieronymi ac Augustini Epistolas lectorem remisimus, qui quemadmodum ubique Auctor, de B. Petro Apostolorum principe locum illum Pauli intelligunt. Atqui more suo paraphrasticos hanc Pauli & Petri historiam ex 1. & 2. cap. simul coniungit, non obseruato etiam verborum ordine & hic, & etiam infra lib. 5. ubi caput 2. Epist. ad Gal. explicat.

135. passiuum scilicet conuictum.] De similibus loquendi formulis vide supra cap. 7. numer. 47. Vno loco hic addito ex hoc ipso libro (si citanti Rhenano creditur) passiuum nomen Dei.

136. omnibus omnia futurus, &c.] Istud reperitur 1. Cor. 9. ubi omnino lego: & in eis qui sub lege, tamquam sub lege, pro: in lege secundo loco, quia sic & ipse Auctor infra legit lib. 5. & aditiones omnes, Latina, Græca ac Syriaca.

137. quod supra legimus.] Nempè Gal. 2. quem locum antea citauerat.

138. de Euangelij societate condixerant.] Condixerant (inquit Rhen.) pro: conuenerant. Condicere enim etiam denūciare est atque constituere. Similem phrasin habes supra lib. aduersus Hermogenem c. II. num. 44. ubi & citauimus ex libro aduers. Præceam locum haud dissimilem.

139. Sive ego (inquit) siue illi, sic prædicamus.] Ad verbum transtulit Auctor: prædicamus, id quod Græcè est: ἐγγασοῦδῶ; quemadmodum & Ambrosius in Comment. & B. August. li. 2. contra Faustum Manich. cap. 2. & ipsa quoque Syriaca aditio ac emendatiores Latini MS. codices, pro eo quod alij prædicauimus. Quibus etiam consentit Auctor infra lib. 4. cap. 4. aduersus Marcionem.

140. qui vellent Galatas ad aliud Euangelium transferre.] Hic paraphrasticos explicat quod Gal. 1. scribit Apostolus, supra etiam citatum ab Auctore loco dicto de Præscript. aduers. her. Miror quòd vos tam citò transferimini etiam ad aliud Euangelium. Quod non est aliud, sed sunt aliqui (nempè falsi fratres, de quibus Gal. 2. Latini) qui vos conturbant. Sive autem legas: ad disciplinam

legis conseruandam cum excusis, siue: obseruandam cum MS. P.atic. 1. perinde est.

141. Deprehendens scilicet illos circumcistonem vendicantes.] Rursum hoc deterpit partim de circumcissione, nempè ex 5. cap. & reliquum de temporibus, diebus, mensibus, & annis, ex cap. 4. ubi etiam voces aliquas transponit.

142. Vetera transferunt (inquit) ecce noua quæ ego nunc facio.] Hic similiter paraphrasticos citat locum hunc J. sai. 43. ubi legitur etiam secundum 70. Ne meminere priorum, ecce ego facio noua. neque hic modo, sed etiam infra lib. 4. cap. 1. & II. & li. 5. cap. 4. aduers. eundem Marcionem.

143. Renouate vobis nouamen nouum, &c.] Haud absimiliter citat hunc locum Hierem. 4. Auctor supra Tom. 1. aduers. iud. cap. 3. & infra lib. 4. aduersus Marc. cap. 1. Videtur itaque tum temporis codices legisse singulari numero νεώτερον, sicuti & Hebraei & Chaldaei & aditio S. Hieronymi. Videtur etiam aliud quid habuisse textus Græcus 70. eo quòd tum supra, tum hic veritè: circumcidimini præputia, seu: præputium cordis vestri, conformiter Hebrææ & Chaldaicæ aditionibus. Maxime quum sic etiam veritas B. Cyr. li. Testim. 1. adu. Iud. c. 8. & posteriorem partem etiam Origenes lib. de singularitate cleric. inter opera eiusdem.

144. & omnes ceremonias eius.] Græcè est ὅσα 2. πνευματικὰ ἔργα, quod magis celebritates significat, sicuti alij ex Græco vertunt. Eodem tamen etiam modo vertit supra lib. de J. dol. cap. 14. locum J. sai. 1. & ceremonias vestras odit anima mea, pro eo quòd hic: dies festos vestros. Atqui lego pro: pro: Quod si & creator ex P.atic. 2. cod. pro: Quod est.

CAP. XXI.

145. Ceterum si qua nouum Deum prædicans, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quòd de Deo nulla fuerit quaestio facta ab Apostolo Paulo, sed de disciplina dumtaxat.

146. & magistratus conuenerunt in vnum, &c.] Magistratus hic veritè P. sal. 2. pro eo quòd alibi plerumque, Archontes, vocem Græcam in Latinam traduxit coloniam. Legimus autem omnino cum P.atic. 2. conuenerunt, pro: circumuenerunt, tum quòd alibi sic legitur ubique, tum quòd Græcè sit: συνῆλθοντες. Item paulopost ex isdem cum Latino: legi eius derogaretur, pro: lege.

147. Nam & alij de idolothyto edendo, &c.] Adhuc ad Epist. 1. Apostoli ad Corinthios, in qua contra eiusmodi disceptationes latè disputat, de idolothyto, cap. 10. de mulierum velamento, cap. 11. de nuptiis vel repudiis, c. 7. & de spe resurrectionis (ubi & addo ex 2. MS. P.atic. cod.) cap. 15. Rectè autem adnotatur à Rhenano hic accipi: quanto principalis, pro: quanto magis.

148. Et non alia agnoscenda erit traditio Apostolorum, &c.] Latine istud deducit supra Auctor lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 21. 31. & 36. & nos quoque ibidem in Adnotation. nostris. Deinde de Traditionibus Ecclesiasticis, etiam non scriptis supra Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 3. num. 27.

149. Apostolici census.] Similiter supra lib. de Præscript. aduers. her. cap. 32. Apostolici census Ecclesias dixit Auctor, de quo significat ibidem in Adnotat. nostris num. 184. Latine. Hoc hic addam, non pro diuinitis vel auctoritate utrobique censum accipi ab Auctore (sicuti adnotauit Quintinus) sed pro origine, immò in omnibus locis

CAP. XXIII.

157. Aliam illi regulam prætendo, &c.] Capiti huic titulum dedimus: Quòd neque rationabiliter bonus Deus fuerit. Lego autem ex P.atic. 2. rationalia esse debere in Deo omnia, addita voce debere.

158. antecessit præceptum diligendi proximum tanquam teipsum, &c.] Istud partim desumit ex illo loco Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, partim & propriè ex Leuit. 19. c. ad quod ibi adludebat Christus, ubi legitur: Diliges proximum tuum tanquam teipsum.

159. ex redundantia iustitiæ super Scribarum & Phariseorum.] Subintelligit Rhenanus iustitiam; ego vero existimo super accipi ab Auctore pro plusquam; quemadmodum etiam usurpatur à Suetonio in Augusto c. 35. Erant enim super mille. Adimus autem post illud: quale est secundam ei rationem referri, ex P.atic. 1. MS. cod. scilicet iuuando alium.

160. vt Domino eripiat, vt alij vindicetur.] Omnino legendum vindicetur, pro: vendicetur; quia adludit ad vindicationem, quæ serui per Indices & Adfertores in libertatem adferbantur, de qua vide supra Adnot. nostras sub finem libri de Testimonio Anima.

161. Talis adfertor.] Adfertor (inquit Rhenanus) hic de eo, qui in libertatem adferit, quamquam etiam de iis dicatur, qui in seruitutem trahuntur, vt apud Lium: Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem adfereret. Loquitur de Appio & filia Virgini.

162. nedum plagiator.] Plagiatorum (inquit idem) quia præcesit adfertor, usurpat pro plagiario, sibi gratia. Is autem eo vocabulo significatur, qui hominem liberum emittit aut vendit pro seruo. Etiam alius modus committitur plagiium. Sic enim ipsi crimini nomen est. De hoc apud Iureconsultos disputatur. Infra cap. 27. sic denique plagiarij diliguntur.

163. Non putem impudentiorem, &c.] Secundum primam aditionem resitui: Non, ex P.atic. 2. MS. pro eo quòd substituerat Rhenanus: At, & Gelenius: An.

164. alij Deo tingitur.] Istud ad Sacramentum Baptismi refertur, de quo latius supra libro toto de Baptismo. 165. ad alienum cœlum alij Deo expanditur, &c.] Rectè hic Rhenanus: Ergo precantes Christiani ad cœlum brachia expandebant, de quo ritu supra latius Apolog. c. 30. n. 440. & li. de Orat. c. 13. n. 51.

166. alij Deo sternitur.] Istud rectè idem Rhenanus ad penitentes refert, quia ritum illum publice penitentium late profequitur Auctor supra lib. de Pœnit. cap. 9. & nos ibidem num. 55. 56. & 58.

167. super alienum panem alij Deo gratiarum actionibus fungitur.] Istud ad Sacramentum Eucharistiæ; in quo panem non remanere, sed mutari in corpus Christi, latè deduximus etiam ex ipso Tertullian. dicto lib. de Orat. cap. 6. num. 23. & infra lib. 4. adu. Marcionem.

CAP. XXIII.

168. Sed Deus sicut æternus, & rationalis, &c.] Inscripsimus capiti istud: Quòd nec perfectè bonus sit Deus Marcionis.

169. Eritis enim perfecti, quemadmodum pater vester, qui in cœlis est.] Ad verbum veritè ex Græco, ubi est: ἔσοσθε, Latine Eritis, &: ὅ ἐν τοῖς ἡεγνοῖς, qui est in cœlis, omiſsa etiam cõiunctione: & pro eo quòd Latinus Interpres: Estote, &: cœlestis. Sunt autem Tertul-

bus locis ibidem à Tertulliano citatis; ac si intelligat recensum ab origine prima. Quod planè conuincitur ex synonymis illis ubi supra: origines suas edant, & census suos deferunt item Tom. 5. lib. de Monogamis, quum dicit: secundum initium, quod tibi & in Adam censetur, & in Christo recensetur. Denique non potest aliter intelligi titulus, Libri de censu animæ, quàm de origine animæ aduersus Hermogenem, cuius existant fragmenta infra Tomo 4. neque etiam illud infra cap. sequenti: natura hinc censetur si agatur.

150. & obduxeris.] Hoc est (inquit Rhen.) euiceris, vt in libro de Carne Christi. Hoc quidem (inquit) capitulo ego potius vtar, quum adulteratores eius obduxero. Item lib. de Resurr. carn. Carnem enim (inquit) atque corporeum probantes eum, proinde & obducimus, præscribendo nullum alium credendū Deū præter creatorem; & ibidem: Obducti dehinc de Deo carnis auctore. De quibus vide ibi Adnot. nostras: priori loco, cap. 19. num. 147. posteriori, cap. 2. nu. 17. At qui adnotatu digna est restitutio huius loci ex P.atic. 2. MS. cod. qua legitur: istam iam & probatio nostra munita est, pro: muta est.

CAP. XXI.

151. Sed quomodo funditus euerteretur Antichristus, &c.] Capiti hoc inscripsimus: Quòd Deus Marcionis naturaliter bonus esse non possit, eò quòd ab initio homini non succurrerit. Atqui de appellatione hac hæreticorum, quæ à Patribus iuxta Euangelium Matth. 24. Antichristi appellantur, vide supra dictum librum de Præscript. aduers. her. cap. 4. num. 21. Et eundem cap. 15. num. 98. de sensu verborum illorum: relaxata præscriptionum defensione; vt sit excusatiuncula, quare cum Marcione disputet, qui alioquin dicto libro docuerit, non disputandum, sed præscriptionibus vtendum, aduersus hæreticos.

152. vel potius vimbram & phantasma, secundum Christum ipsius.] Adludit ad errorem Marcionis, quòd Christus in phantasmate homo sit factus, contra quem supra egit lib. de Carne Christi, cap. 5.

153. ad regulas perducam.] De hac proverbiali formula videat Lector nostra Prolegomena. Legimus autem ex P.atic. 2. MS. cod. bonitas perennis & iugis, additis duobus vocalibus.

154. Non posse quid, Deo non licet, &c.] sensus est (inquit Rhenanus) Non licet Deo, vt aliquid non possit, nedum vt non possit naturæ alibus suis fungi. Castigauimus autem non multò post: Sed cessauit aliquando in Deo Marcionis, de opere bonitas, pro: bonitatis. Atqui de voce: obuientia, & phrasè intermedia æternitatis aliena, alibi diximus; sicuti etiam de elogio in malam partem.

155. Homo damnatur in mortem, &c.] Pulchra peccati originalis descriptio, quamquam ipse in plurali numero efferat. & exinde profiliunt (siue proficiunt, uti habent P.atic. 2. MS. cod.) delicta cum pœnis, eò quòd ex ipso etiam alia multa peccata oriantur. Eleganter autem dixit: qui paradisi nullum cespitem norunt, hoc est, qui paradisi terram numquam ingressi sunt. Est etiã illud Tertullianicum, alijqui Deus, &: gratiæ lenocinatorem, in malam partem.

156. à Cerdone & Marcione.] Coniungit hos duos, eò quòd Cerdonis discipulus fuerit Marcion; de quibus latius supra dicto lib. de Præscript. aduers. her. c. 51. nu. 321. & 322. hæresi 16. & 17.

lianica: defecta, partitaria exitij, & defectionem.

170. dispensatorem si forte, &c.] Si forte (inquit Rhenanus) solet usurpare pro forte. Omnino autem supplementum ex V. atic. 2. MS. cod. quod Deo tuo vindicas.

171. scilicet animam tenens saluos, carne deperditos, &c.] Hoc est quod supra dixit Auctor lib. de Prescript. aduers. har. cap. 31. Resurrectionem animam tantummodo probat, corporis negat, contra quam habet in lat. disputat lib. de Resurr. carnis. sicut autem hic legitur: dimidiatio salutis, sic supra lib. de Carne Christi, cap. 5. Quid Christum dimidias? Eodem pertinet illud infra: ex parte resurgere.

172. Quod si iam & caro apud illum tingitur, &c.] Sic legitur more Tertulliano, pro: tingitur. Similiter autem supra lib. de Resurr. carn. cap. 8. Sed & caro abluitur, &c. Virginitas quoque & Viduitas, &c. de bonis carnis Deo adolentur, hoc est enim quod hic addit: & caro de nuptiis tollitur. Quibus locis & aliis quibusdam confirmari a nuptiis continentiam, quam hodie quidam impugnare non verentur, ibidem adnotamus num. 81. & latius libro de Cultu feminarum, cap. 9. num. 5. lib. 1. ad Vxor. cap. 6. num. 37. ac 38. ac lib. de Veland. Virgin. num. 1. ac cap. 10. num. 83. & 84. Tertullianica sunt etiam: defecit, & hactenus peccat, pro: non peccat.

173. cuius Christus, et si non induit veritatem, vt tuæ hæresis visum est.] Contra hanc Marcionis hæresin latius disputat Auctor supra lib. de Carne Christi, cap. 2. 3. 4. & 5.

174. limum de terra, &c.] Variam huius scripturæ Gen. 2. lectionem, apud Auctores habes supra lib. de Resurr. carn. cap. 5. num. 51. Quo loco id ipsum tractat, hominem carnem propterea dici, isdem penè verbis, quibus hic: quod vel ex eo confirmatur, quod Et hebraica vox Adam (qua hominem Latine significat) ab humo (seu terra) deriuatur, non ab anima. Ibi autem: & ceteros tribulos & spinas, &c. tibi ædit, adludat tacite ad illud Gen. 3. spinas & tribulos germinabit tibi. Proprie verò accipitur: conditio, quum subditur: Alia est nostra conditio. At qui quomodo anima de adlatu Dei, vide supra lib. de Anima, cap. 4. & II. & vtrouque Adnotat. nostras.

CAP. XXV.

175. Quod adtinet ad bonitatis questionem, &c.] Caput istud hoc titulo insigniuimus: Quod non de sola bonitate Deus censendus sit. Videantur autem nostra Prolegomena de Proverbiis formula: his lineis deduximus.

176. negatis ceteris adpendicibus, sensibus & adfectibus, &c.] Agis de illis appellationibus, quibus Marcionitæ Deum creatorem sæuim appellabant, vti est c. præced. qualem in peccatores Catholici agnoscunt, sicuti etiam eius seueritates & iudicarias vires. Quibus, quod mox adnumerare videtur, iram, discordiam, odiū, dedignationem, indignationem, bilem, nolentiam, & offensam, caute legendum est, & de iis latius in Prolegomenis.

177. Si aliquem de Epicuri schola Deum, &c.] Nempe, vt isequitur: immobilem & stupentem, ac sicuti cap. 26. stupidissimum: de quo latius supra Adnot. nostrum in lib. de Anima, cap. 42. num. 464. Quod pertinet etiam illud de Deo, quod sequitur: negotium & sibi & aliis fecit, Epicuro nolente.

178. quis volet, quod non concupiscet, &c.] Istud deletum à Rhenano, quia non habebatur in Gothiensi

codice, iterum adiciimus ex V. atic. 2. MS. eò quod ad explanationem pertinet. Sive autem cum iisdem bis legas: concupiscit, sive cum excisis: concupiscit, perinde est. Sunt autem Tertullianica: officiales suæ, ac: nolentia, quam (inquit Rhenanus) opponit voluntati, ac: homini procurat.

179. Hæc multo plenius defendemus in causa creatoris, &c.] Nempe infra lib. 3. adu. Marcionem; vbi Deum creatorem vnicum esse, contra Marcionem toto libro deducit.

CAPVT XXVI.

180. At hic sufficit peruersissimum, &c.] Inscriptionem huic capiti datus. Quod etiam iudex sit Deus verus, in damnationem.

181. Si enim neque amulatur neque irascitur, &c.] Etiam hoc caute legendū, sicuti quæ sequuntur: Aut si offenditur, debet irasci; & vltio fructus est iræ; & quod est cap. sequenti: timet odisse quod non amat, ac: Deus melior inuentus est, qui nec irascitur.

182. & si iam delictum secundum voluntatem eius.] Vides quàm id habeat pro absurdo Auctor, si delictum fieri secundum voluntatem Dei quis dicat? à quo tamen non abhorrent Calviniste, sicuti alibi latius adnotauimus. Est autem rursus Tertullianicum, illud: rali æmulus.

CAP. XXVII.

183. Sed iudicat planè, malum nolendo, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod alioqui peccatores sine timore peccarent.

184. sententiæ suæ circumscriptorem, &c.] Circumscriptorem (inquit Rhenanus) vocat abrogatorem. Circumscribere pro circumducere & obliterare, frequens Iureconsultis & Auctoribus idoneis verbum. Cicero in Finibus: Circumscriptis igitur in sententiis, quas modò posui, relinquatur, &c. Sive autem leges cum V. atic. 1. Hæc erit bonitas, &c. sive cum ceteris: Hoc eris non refert.

185. & ipsa transfunctiona præcepta, &c.] Transfunctiona (inquit idem) vocat perfunctiona. Est autem Iureconsultis perfunctionum, quod leui cura fit, & aliud agendo, dum videlicet non curamus vt aliquid bene fiat, sed tantum vt fiat. Inde Perfunctione aduerbium in crebro vsu apud illos. Qui etiam rectè explicat illud: qui que nondū hoc estis, vt esse possitis, id est: qui que nondum estis peccatores, vt esse possitis peccatores.

186. cui nullus ignis coquitur in gehenna, &c.] Ostendit absurditatem hæresis Marcionis, ex eo, quod si Deus non sit iudex peccatorum, neque ignem & gehennam, neque dentium frendorem in exterioribus tenebris (contra quàm tamen Christus tradit Matt. 5. ac 18. item 8. 22. & 25.) agnoscere oportebit.

187. obsequium subsignare, &c.] Sic (inquit Rhenanus) lib. de Patientia cap. 1. Tantum illi subsignant. Vtrouque subsignare pro subscribere accipitur. Legimus verò ex V. at. MS. cod. bonus autem diligitur, quia præcedit: timebitur.

188. delicta non exequi, &c.] Que hic adnotat Rhenanus de: exequi, pro punire, supra transcripta sunt To. 1. lib. adu. iud. c. 3. num. 12.

189. Circiurentis, & Cauæ sauiantis, & Scenæ lasciuientis.] Ludos (inquit Rhenanus) gladiatorios, atque ad bestias depugnationes, & recensiones comediarum intelligit. De quibus omnibus latissimè tractauimus Adnotat. nostrum supra Tom. 2. lib. de Spectaculis, numer. 1. & deinceps.

deinceps. Hic autem solum tria eiusmodi eblicarū voluptatum genera recenset, quibus illic stadium addit, in quo agones fiebant.

190. statim oblata accerta, &c.] Per iburificationem enim (inquit Rhenanus) coram idolo explorabantur homines, Christiane essent an Gentiles. Accipit autem hic: accertam pro vasculo thurario, sicut & Plinius, quum commemorat lib. 35. cap. 10. sacerdotem astante puero cum accerta & corona. Supplementum autem ex 2. V. atic. MS. nisi si in salutem; retinentes cum Aldo & hic; & vbi que abiiciatur, non obstant veterum codicum lectione abiiciatur, pluribus ex causis.

CAP. XXVIII.

191. Exitus autem illi abiecto quis? &c.] Titulum huic capiti datus: Quod etiam alioqui frustra exigatur baptisma fidei sacramentum. A qui adludat mox ad illud Exod. 20. Deus zelotes est

192. baptisma fidei sacramentum, &c.] Istud habes supra lib. de Bap. cap. 1. num. 3. quod sit remissio delictorum, ibidem numer. 4. ac cap. 10. numer. 72. quod ab solutio mortis, ibidem cap. 2. num. 13. quod regeneratio hominis; ex Apostolo, manifestus est quam vt probatione indigeat; quod iteratio ei non competat. Vide ibidem cap. 15. numer. 108. quod consecutio sit spiritus sancti, cap. 5. num. 43. & cap. 6. num. 44.

193. quia suffectura est; &c.] Suffectura (inquit Rhenanus) huius generis est cuius læsura, paratura, genitura, supparatura; a sufficendo; id est, substituendo; nomen substantiuum.

194. Signat igitur hominem nunquam apud se resignatum, &c.] Nam diabolus (inquit Rhenanus) integritatem imaginis & similitudinis resignat; vt dicit Tertullianus lib. 2. cap. 10. exponens prophetiæ illud: Tu es resignaculum similitudinis. Marcion autem non recipiat vetus Instrumentum. De signaculo crucis in baptismo; vide dictum librum de Bap. num. 1. inter bap. ceremonias. Quod lauerit homo in baptismo, atque ad eam aquæ sit sacramentum, vide ibidem cap. 1. num. 3. & 10. & toto cap. 3. ac 4. quod sanctificet substantiam sanctam, ibidem toto cap. 4. quod salute remuncer, mercèdem operis rependens etiam carni salutem, partim ibi cap. 1. num. 5. & latius supra lib. de Resurr. carn. toto cap. 15. & postimum num. 114. & cap. 16. num. 120. Legimus autem cum MS. V. atic. 2. rependens, vt non sit opus interpretatione Rhenani, cuius codices habebant: rependens.

CAP. XXIX.

195. Non tingitur apud illum caro, nisi virgo, &c.] Caput istud inscripsimus: Aduersus hæresin Marcionis, qua tingui volebat nisi virgines & cælibes. Quod ipsum argumentum etiam aduersus Marcionem tractatum est lib. 1. ad Vxor. cap. 3. num. 16. & lib. de Anima, cap. 27. num. 352. De eodem supra lib. de Prescript. aduers. har. cap. 33. Paulus, &c. Timotheum instruens, nuptiarum quoque interdictores suggillat; ita instituit Marcion, & secutor eius Apelles; sed latius infra lib. 4. aduers. Marc. cap. 11. vbi isdem penè verbis quibus hic: Nuptias non coniungit, coniungas non admittit; neminem tinguit, nisi cælibem, aut spadonem; morti aut repudio baptisma seruat; vbi eum sic conuincit inter cetera: Quid itaque Christum sponsum eius (nempe Ecclesie) facis? Illius hoc nomen est, qui masculum & feminam coniun-

xit, non qui separauit. Et rursus eodè lib. 4. cap. 34. Aut si omnino negas permitti diuortium à Christo, quomodo tu nuptias dirimis, nec coniungens marem & feminam, nec alibi coniungas ad sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admittens, nisi inter se coniurauerint aduersus fructum nuptiarum. Quem errorem eodem libro conuincit etiam Auctor ex parabola Lucae 11. de vocatis ad nuptias. Et rursus lib. 5. aduersus Marcionem; cap. 15. de isdem sic Auctor: Destructores enim Dei nuptiarum; non sectatores castitatis retundo; & infra Tom. 5. lib. de Monogamia: Hæretici nuptias auferunt. Et verò dictum Apostoli locum 1. Tim. 4. eodem modo de Marcione & eius assellis interpretantur veteres omnes, & alioqui hanc hæresin non modò Eucratitis ac Tatiano, sed & Marcioni adscripserunt B. Irenæus lib. 1. cap. 30. verbis transcriptis ab Eusebio lib. 4. histor. Eccles. cap. 27. & B. Hieronymus, initio lib. 1. aduers. Iovin. Eodem adludere videtur Epiphanius his verbis: Virginitas ab eo prædicatur. Clemens Alexandrinus, etsi non nominatim contra Marcionem, certè contra abhorrentes matrimonium, pulchrè & late disputat lib. 4. Stromatum.

196. quasi non etiam spadonibus ex nuptiis nata.] Sensum rectè reddidit Rhenanus; quasi non etiam spadonum caro nata sit ex nuptiis.

197. vt aliqui Nicolaitæ, &c.] De his vide supra dictam lib. de Prescript. aduers. har. cap. 33. & rursus latius cap. 46. hæres. 5. & ibidem nostras Adnotationes, num. 305. Similes autem phrasas citantur hic à Rhenano ex lib. de Resurr. carn. cap. 2. Viderit vnus aliqui Lucanus; lib. de Prescript. aduers. hæres. cap. 29. Aliquos Marcionitas & Valentinianos liberanda veritas expectabat. Item: Aliquem Herimogenem offendit; & in hoc ipso libro supra, cap. 4. aliqui Isaias.

198. sed qui sanctitatem, sine nuptiarum damnatione nonerimus, & sectemur & præferamus, &c.] Pulcher locus aduersus nostri seporis Aristarchos, qui sanctitatem sine continentiam ita eleuant; vt aut prohibent velint, aut nuptiis anteferant; quales plurimi exstant apud Auctorem loci complures, Adnotationibus etiam nostris illustrati, qui citantur supra cap. 24. num. 172. Eiusdem sunt argumenti infra Tom. 3. libri de Castitate, & de Monogamia.

199. qui proinde coniugium pro rei honestate benedixit, &c.] Adludat ad illud bis paulo post, repetitum Gen. 1. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini. At qui: conditio hic è diuerso rursus accipitur, pro: rebus conditis.

200. in gulam committunt, &c.] Sic (inquit Rhenanus) etiam supra, lib. de Prescript. cap. 24. In qua ipsi committebant. Vides autem etiam hic gulam ab Auctore accipi pro crapula, sicut & paulo post: Quæ tepèrantia gulæ.

201. Multum differt inter causam & culpam, inter statum & excessum, &c.] Pulchra tam de vestitu, quam de cibis sententia, in quibus (sicuti subdit) non institutio, sed exorbitatio reprobanda est, nempe quæ statum excedit.

202. morte punietur, & incesta, sacrilega, atque monstruosa, &c.] sicuti illud: Non adulterabis, reperitur Exod. 20. ac Deuter. 5. item illud: Vxorrem proximi tui non concupisces; sic postremum hoc late mandatur à Domino, Leuit. 20.

203. Sed et si nubendi iam modus ponitur, &c.]

Hic rursus Montanus Auctor, ut etiam ante me adnotavit Rhenanus ad marginem, de quo Paracletus Latinus inter Prolegomena. Sine autem legas: imponitur cum MS. 1. Patet, siue cum reliquis: ponitur, perinde est. Ex illo vero suppleuimus: Non tamen ut accusanda cæditur sylua. Est etiam Tertullianicum illud: matura defungi.

204. Quia si nuptiæ non erunt, sanctitas nulla est, &c. Pulchrum est argumentum pronuptiis, quia sanctitas non cognoscitur, neque abstinentia nubendi, si non admittantur nuptiæ. Locum certe hunc cum sequentibus huius capituli serè ad verbum descripsit B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouinianum.

205. Nō erit immanior duritiâ Pharaonis, &c. Istud isdem penè verbis repetitur infra lib. 4. aduersus


Marcionem, c. 23. Næ (inquit) ille seuior habendus Ægyptio Rege. Nam Pharaō educari non sinebat infantes, iste nec nasci.

CAP. XXX.

206. Satis hæc de Deo Marcionis, &c. Titulum alium nō habet caput hoc postremum quàm: Epilogus. Atqui primum illud: Deum Marcionis non posse confirmari ex definitionibus vnicae Deitatis, tractatum fuit supra cap. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & verò id ipsum ex cōditionibus statuum eius probatum est cap. 8. vsque ad 28.

207. sicut & ipsarum scripturarum examinationem. Illam prosequitur Auctor infra libris quarto & quinto.

ARGUMENTVM LIBRI SECVNDI ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM Pamelium.

- I.  Vum libro præcedenti desinierit Tertullianus, Deum Marcionis, Deum nō esse, regulis certis præscribentibus unicam esse diuinitatem, hoc libro Deū creatorē, dignē Deum esse, utpotē bonum, non malum, defendit.
- II. **Premissa inuectiuā in Marcionitas, qui sua curiositate Deo negotium faciunt, de arbitrio sensus sui Deum persistentes.**
- III. **Imprimis autem docet, Bonitatem Dei Creatoris æternam esse.**
- III. **Præsertim ex hominis & mundi factura, ac ea quam homini præscripsit lege.**
- V. **Neque enim lapsum hominis Deo, sed Libero arbitrio hominis imputandum.**
- V. **Et verò Dei bonitatem ac rationē hominis hoc requisuisse, ut constitueretur homo liberi arbitrij, utpotē quum nec boni nec mali merces iure ei pensaretur, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate.**
- VII. **Id ipsum etiam exigere, Dei grauitatem, fidem, & patientiam.**
- VIII. **Prorsus itaque homini delictum imputandum, quem ad rectē viuendum creauerat Deus.**
- IX. **Neque propterea Deo id imputandum, quod adflatus Dei sit Anima, quæ delinquit, quia habet quidē utique anima illas lineas Dei, qua immortalis, qua libera sui arbitrij, qua præscia plerumque, qua rationalis, tamen & in his imago dumtaxat Dei, non vsque ad ipsam vim diuinitatis.**
- X. **Neque etiam si in Diabolum transcriberetur culpa, ut instinctorem delicti, propterea in creatorem dirigendam, ut in auctorem diaboli, utpotē qui angelus à Deo & bonus factus sit, non diabolus, id est, delator.**
- XI. **Porrò, si post delictum hominis, iudex & seuerus fuerit Deus, nō admittiam, sed iustitiam pertinere.**
- XII. **Quæ iustitia quum perpetuò in Deo cum bonitate conspirarit, non rectē seorsum deputari Deum bonum, & seorsum Deum iustum.**
- XIII. **Immo verò omne iustitiæ opus, bonitati Dei procurare, quippè quum timor iudicij ad bonum, non ad malum conferat.**

Siquan-

- Siquando itaque Deus legatur condens mala, de malis pœna, non culpa intelligi.** XIII.
- Iustitiam proinde esse, atque adeò bonitatem Dei, quæ seueritas videatur.** XV.
- Et iudici non exprobranda, quæ iustitiæ accidunt; nō magis quàm medico ferramentum quæ secant, inurunt, amputant, & constrictant.** XVI.
- Denique totum ordinem Dei bonitatis ostendi ex eius misericordia in errantes, patientia in non resipiscentes, & præstantia in merentes.** XVII.
- Deinde ad Antitheses veniens Marcionis, etiam ad bonitatem Dei pertinere probat, talionis pœnam, ciborum immundorum prohibitionem, & sacrificiorum onera.** XVIII.
- Nec minus etiam legales quasque disciplinas; ne illi, momento vacarent à Dei respectu.** XIX.
- Immo verò etiam rapinam argenti & auri mandatam à Deo Hebrais in Ægyptios; pluris enim valuisse sexcentorum milium operas per tot annos, & filiorum iacturā quos merferant.** XX.
- Nullam verò etiam contrarietatem esse in Deo, prohibente Sabbatis operari & iubente arcam circumferri, etiam in Sabbato.** XXI.
- Neque etiam similitudinū prohibitarum legi, refragari ænei serpentis, aut Cherubin & Seraphin aureas effigies; quæ longè diuersas habebāt causas ab idololatria, de qua veterans similitudinem fieri, subiicit: Non adorabitis ea, neque seruietis eis; fuisse enim etiam rationalem Dei institutionem sacrificiorum, auocantis ab idolis; quæ tamen rursus reiecerit.** XXII.
- Non rectē etiam leuem Deum dici, quum reprobat aliquando probatos, aut probat quandoque reprobandos; nihil enim magis bono etiam iudici conuenire, quàm pro præsentibus meritis & reicere & adlegere.** XXIII.
- Proinde Pœnitentiam apud Deum præuè interpretari Marcionem; nam & in Græco sono (utpotē μετανοια) pœnitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.** XXIII.
- Nec ab similitè præuè ab illo intelligi illud; Adam ubi es; & illud ad Cain: Vbi est frater tuus; Item illud de Sodoma & Gomorra: Descendens videbo, &c.** XXV.
- Item etiam: Iuramentum Dei per semetipsum, & verba illa ad Moysen: Sine me, & indignatus irā disperdam illos.** XXVI.
- Denique reliquas pusillitates, quas Deo obiiciebant Marcionite, non tantas esse, quantas etiam ipsi in Christo fatentur; cui adparitiones illæ veteris Testamenti adscribende sint.** XXVII.
- Postremò aduersus Marcionem alias suas Antitheses æmulas facit, ad finem vsque libri.** XXVIII.
- Ceterum præter Auctores supra ad argumentū primi libricitatos, ipse quoque Auctor non modò supra libro de Anima, cap. 21. tractatum de libero arbitrio citat, quem hic habes cap. 5. 6. 7. & 8. sed etiam totius libri argumentū indicat supra libro de Resurrect. carnis cap. 14. Verba loci prioris sunt ista: Hæc erit vis diuinæ gratiæ, potentior utique naturâ, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrij potestatem, quod αὐτὴ ἐξ ἑσθίου dicitur; quæ quū sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquo vertitur, natura conuertitur. IN ESSÈ autem NOBIS τὸ αὐτὴ ἐξ ἑσθίου NATVRALITER, iam & MARCIONI OSTENDIMVS. Posteriori verò loco sic loquitur Auctor: Nisi enim homo deliquisset, optimum solummodò** XXIX.

TT ij

Deum nosset, ex naturæ proprietate; ac nunc etiam iustum eum patitur ex **D** causæ suæ necessitate; tamen & hoc ipso optimum, dum & iustum. Et bono enim iuuando, & malo puniendo, iustitiam exhibens, vtramque sententiam bono præstat; hinc vindicans istud, inde remunerans illud. **SED CVM MARCIONE PLENIVS DISCES, AN HOC DEI SIT TOTVM. Quæ verba mihi persuaserunt uti titulo adderem: DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTIMO. Eodem pertinent illa verba Scorpiaci aduersus Gnosticos, cap. 5. Longum est, VT DEVM meum BONVM OSTENDAM, QVOD IAM A BONIS DIDICERVNT MARCIONITÆ. Atqui ultra priores duas Rhenani castigationes, nunc primum castigatus etiam hic liber ex duobus Vaticanis MS. exemplaribus, & coniecturis Latinis; addito Argumento nouo, & Adnotationibus nostris auctus.**

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM

LIBER SECVNDVS, DE DEO IVSTO,

ET TAMEN OPTIMO.

CAP. I.



II.

CASIO reformadi opusculi huius, cui quid acciderit, primo libello præfati sumus, hoc quoque contulit nobis, uti duobus Diis aduersus Marcionem retractandis, suum cuique titulum & volumen distinguere pro materiæ diuisione, alterum Deum definiens omnino non esse, alterum defendentes dignè Deum esse: quatenus ita Pontico placuit, alterum inducere, alterum excludere. Non enim poterat ædificare mædaciū sine demolitione veritatis. Aliud subruere necesse habuit, ut quod vellet extrueret. Sic ædificat, qui propria paratura caret. Oportuerat autè in hoc solū disceptasse, quòd nemo sit Deus ille qui creatori superducitur, ut falso Deo depulso, regulis certis & vnicam & perfectam præscribentibus diuinitatem, nihil iam quæreretur in Deum verum: quem quantò constaret esse, sic quoque dum alium esse non constat, tantò qualemcunque sine controuersia haberi deceret, adorandum potius quàm iudicandum, & demerèdum magis quàm retractandum, vel quàm timendum ob seueritatem. **Q**uid enim amplius homini necessarium, quàm cura in Deum verum, in quem (ut ita dixerim) inciderat, quia alius Deus non erat. [¹ At nunc negotium patitur Deus omnipotens, dominus & conditor vniuersitatis: ideò tantum opinor, quia à primordio notus est, quia nunquam latuit, quia semper illuxit, etiam ante Romulum ipsum, nedum ante Tiberiū: nisi quòd solis hæreticis cognitus non est, qui ei negotium faciunt: propterea alium Deū existimantes præsumendum, quia quem constat esse, reprehedere magis possunt quàm negare, de arbitrio sensus sui pensitantes Deū aliqui: proinde atque si cæcus vel stuitantibus oculis, ideò alium solem præsumere velit mitorum & salubriorem, quia quem videat, non videt. Vnicus sol est, o homo, qui mundum hunc temperat, & quādo non putas, optimus & utilis, & quū tibi acrior & infestior, vel etiā sordidior atque corruptior, rationi tamè suæ par est. Eā tu si perspicere non vales, iā nec vllius alterius solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, utique maioris. Nam qui in inferiorè Deū cæcutis, quid in sublimiorè? Quin potius infirmitati tuæ parcis, nec in periculū extendis, habens Deū certum & indubitatum, & hoc ipso satis visum, cum id primū conspexeris eum esse, quem nō scias nisi ex parte qua voluit ipse. Sed Deum quidem in sciens non negas, ut nesciens retractas: immò & accusas quasi sciens, què si scires, non accusares, immò

A immò nec retractares. Reddens nomen illi, negas substantiam nominis, id est, magnitudinis, quæ Deus dicitur, non tantam eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset. ⁷ Ipse iam tunc Apostolus prospiciens hæretica corda: Quis, inquit, cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut ad quem cōsultauit, aut viam intellectus & scientiæ quis demonstrauit ei? ⁸ Cui & Apostolus condicet: O profundum diuitiarū & sapiētiæ Dei, ut inuestigabilia iudicia eius, utique Dei iudicis: & inuestigabiles viæ eius, utique intellectus & scientiæ, quas ei nemo mōstrauit, nisi fortè isti censores diuinitatis, dicentes: Sic non debuit Deus: & sic magis debuit: ⁹ quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, nisi spiritus Dei. Mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes in sapientia Dei, per sapientiam Deum, consultiores sibi met videntur Deo. Quoniam sicut sapientia mundi, stultitia est penes Deum; ita & sapientia Dei stultitia est penes mundum. Sed nos scimus stultum Dei sapientius hominibus, & inualidum Dei validius hominibus. Et ita Deus tunc maximè magnus, cum homini pusillus: & tunc maximè optimus, cum homini nō bonus: & tunc maximè vnus, cum homini duo aut plures. Quòd si à primordio ¹⁰ homo animalis non recipiens quæ sunt spiritus, stultitiam existimauit Dei legem, ut quam obseruare neglexit, ¹¹ ideòque non habèdo fidem, etiam quod videbatur habere, ademptum est illi, paradisi gratia, & familiaritas Dei, per quam omnia Dei cognouisset, si obedisset: quid mirum si redhibitus materiæ suæ, & in egestulum terræ laborandæ relegatus, in ipso opere prono & deuexo ad terram, usurpatum ex illa spiritum mundi vniuerso generi suo tradidit, dūtaxat animali & hæretico non recipienti quæ sunt Dei: ¹² Aut quis dubitabit, ipsum illud Adæ delictum, hæresin pronūtiare, quòd per electionem suæ potius quàm diuinæ sententiæ admisit, nisi quòd Adam nunquam figulo suo dixit, non prudenter definxisti me: confessus est seductionem, nō occultauit seductricem: rudis admodum hæreticus fuit: non obaudiit: non tamen blasphemauit creatorem, nec reprehendit auctore, quem à primordio sui bonum & optimum inuenerat, ¹³ & ipse si fortè iudicem fecerat à primordio. [¹⁴ Igitur oportebit ineuntes examinationem in Deum notum, si queritur in qua cōditione sit notus, ab operibus eius incipere, quæ priora sunt homine, ut statim cum ipso comperta bonitas eius, & exinde constituta atque præscripta, aliquem sensum suggerat nobis intelligendi, qualiter sequens rerum ordinatio euaserit. Possunt autem discipuli Marcionis recognoscere bonitatem Dei nostri, dignā quoque Deo agnoscere per eosdem titulos, per quos indignam ostendimus in Deo illorū. Iam hoc ipsum quod materia est agnitionis suæ, non apud aliū inuenit, sed de suo sibi fecit. Prima denique bonitas creatoris, qua se Deus noluit in æternum latere, id est, nō esse aliquid cui Deus cognosceretur. Quid enim tam bonum quàm notitia & fructus Dei? Nam etsi nondum apparebat, hoc bonum esse, quia nondum erat quicquam cui apparet, sed Deus præciebat quid boni appariturum esset: & ideò ¹⁵ in suam summam commisit bonitatem, apparituri boni negotiatricem, non utique repentiam, nec obuentiæ bonitatis, nec prouocatiæ animationis, quasi exinde censendam quo cœpit operari. Si enim ipsa constituit initium, exinde quo cœpit operari, non habuit initium ipsa cum fecit. Initio autem facto, ab ea etiam ratio temporum nata est, utpote quibus distinguendis & notandis, sidera & luminaria cœlestia disposita sunt. Erunt enim, inquit, in tempora, & mensēs, & annos. Ergo nec tempus habuit, ante tempus, quæ fecit tempus: sic ut nec initium, ante initium, quæ constituit initium. Atque ita carēs & ordine initij, & modo temporis, de immensa & interminabili ætate censetur, nec poterit repentina vel obuentiæ & prouocatiæ reputari, nō habens unde reputetur, id est, aliquam temporis speciem, sed & æterna & Deo ingenta & perpetua præsumenda, ac per hoc Deo digna, suffundēs iam hinc bonitatem Dei Marcionis, non dico initiis & temporibus, sed ipsa malitia creatoris posterioriorem, si tamen malitia potuit à bonitate committi. [¹⁶ Igitur quum cognoscendo Deo hominē prospexisset bonitas Dei ipsius, etiam hoc præconio suo addidit, quòd prius domicilium homini commentata est, aliquam postmodum molem maximam, postmodum & maiorem, ut in magna tanquam in minore proluderet atque proficeret: & ita de bono Dei, id est, de magno, ad optimum quoque eius, id est, ad maius habitaculum promoueretur. Adhibet operi bono optimum etiam ministrum, sermonē suum. ¹⁷ Eructauit, inquit, cor meum sermonem optimum. Agnoscat hinc primum fructum optimum, ¹⁸ utique optime arboris Marcionis: imperitissimus rusticus quidem in malam, bonam inuenit: sed non valebit ¹⁹ blasphemix furculus, arefcet cum suo artifice, & ita se bonæ arboris na-

Gen. 1. tura testabitur. Aspice ad summam, qualia sermo fructificauerit. ²⁰ Et dixit Deus, fiat, & D factum est, & vidit Deus quia bonum, nō quasi nesciens bonum, nisi videret, sed quia bonum ideò videns, honorans & consignans & dispungens bonitatem operum dignatione conspectus. Sic & benedicebat quæ benè faciebat, vt tibi totus Deus commendaretur, bonus, & dicere & facere. Maledicere adhuc sermo non norat, quia nec malè facere. Videbimus causas quæ hoc quoque à Deo exegerunt. Interim mundus ex bonis omnibus constitit, satis præmonstrans quantum boni pararetur illi cui præparabatur hoc totum. Quis denique dignus incolere Dei opera quàm ipsius imago & similitudo? Eam quoque bonitas & quidem operantior operata est, nō imperiali verbo, sed familiari manu, etiam verbo blādiente præmissio, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ibidem. Bonitas dixit, bonitas finxit hominem de limo: in tantam substantiam carnis ex vna materia, tot qualitatibus exstructam, bonitas inflauit animam non mortuam, sed viuam. Bonitas præfecit vniuersis fruendis atque regnandis, etiam cognominādis. Bonitas amplius delicias adiecit homini, vt quanquam ²¹ totius orbis possidens in amœnioribus moraretur, translatus in paradysum, iam tunc de mundo in Ecclesiam, Eadem bonitas & adiutorium prospexit, ne quid nō boni: Non est enim, inquit, bonū solum esse hominem. ²² Sciebat illi sexum Mariæ, & deinceps Ecclesiæ profuturum. Sed & quam arguis legem, quam in controuersias torques, bonitas erogauit, consulens homini quo Deo adhereret, ne nō tā liber quàm abiectus videretur, æquādus famulis suis ceteris animalibus, solutis à Deo & ex fastigio liberis: sed vt solus homo gloriaretur, quod solus dignus fuisset, qui legem à Deo fumeret: vt que animal rationale intellectus & scientiæ capax, ²³ ipsa quoque libertate rationali contineretur, ²⁴ ei subiectus qui subiecerat illi omnia. Cuius legis obseruandæ consilium, bonitas pariter ascripsit: Qua die autem ederitis, morte moriemini. Benignissimè enim demonstrauit exitum transgressionis, ne ignorantia periculi, negligentiam iuuaret obsequij. Porro si legis imponendæ ratio præcessit, sequebatur etiam obseruandæ, vt poena transgressionis ascriberetur, quam tamē euenire noluit, qui antè prædixit. Agnosce igitur bonitatem Dei nostri interim, vel hucusque ex operibus bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentiis, ex providentiis, ex legibus, ex præmonitionibus bonis & benignis. [²⁵ Iam hinc ad quæstiones omnes. ²⁶ O canes, quos foras Apostolus expellit, latrantes in Deum veritatis, hæc sunt argumentationum ossa quæ obroditis. ²⁷ Si Deus bonus & præscius futuri, & auertendi mali potens, cur hominem, & quidem imaginē & similitudinem suam, immò & substantiā suam, per animæ scilicet cæsum passus est labi de obsequio legis in mortem, circumuētum à diabolo? Si enim & bonus qui euenire tale quid nollit, & præscius qui euenturum non ignoraret, & potens qui depellere valeret, nullo modo euenisset, quod sub his tribus conditionibus diuinæ maiestatis euenire non posset. ²⁸ Quod si euenit, absolutum est è contratio Deum neque bonum credendum, neque præscium, neque potentem. Siquidem in quantum nihil tale euenisset, si talis Deus, id est, bonus & præscius & potens, in tantum ideò euenit, quia non talis Deus. Ad hæc, Prius est istas species in creatore defendere quæ in dubium vocantur, bonitatem dico & præscientiam & potentiam. Nec immorabor huic articulo, præeunte definitione etiam ipsius Christi. ²⁹ Ex operibus ineundæ probationes. Opera creatoris, vtrunque testantur, & bonitatem eius quæ bona, sicut ostendimus, & potētiam quæ tanta, & quidē ex nihilo. ³⁰ Nā etsi ex aliqua materia, vt quidam volunt, hoc ipso tamen ex nihilo, dum non id fuerunt quod sunt. Postremò vel sic magna, dum bona: vel sic Deus potens, dum omnia ipsius, vnde & omnipotens. De præscientia verò quid dicam? quæ tantos habet testes, quantos fecit prophetas. Quanquam quis præscientiæ titulus in omnium auctore, qua vniuersa vtique disponendo præscit, & præsciendo disposuit, certè ipsam transgressionem, quam nisi præscisset, nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Igitur si & fuerunt in Deo istæ facultates, præ quibus nihil mali euenire homini aut potuisset, aut debuisset, & nihilo minus euenit: videamus & hominis conditionem, ne per illam potius euenerit, quod per Deum euenire non potuit. ³¹ Liberū & sui arbitrij & suæ potestatis inuenio hominē à Deo institutum, nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animaduertens, quàm eiusmodi status formam. Neque enim facie & corporalibus lineis, tam variis in genere humano, ad vniiformē Deum expressus est, sed in ea substantia quam ab ipso Deo traxit, id est, animæ, ad formā Dei spōdentis, & arbitrij sui libertate, & potestate signatus est. ³² Hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex, tunc à Deo posita. Non enim poneretur lex ei

A lex ei qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate: nec rursus comminatio mortis transgressionis ascriberetur, si non & contemptus legis in arbitrij libertatem homini deputaretur. ³³ Sic & in posteris legibus creatoris inuenias proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem: sed nec aliās totum ordinē disciplinæ per præcepta dispositum, auocante Deo & minante, exhortantēve, nisi & ad obsequiū & ad contemptum libero & voluntario homine. [³⁴ Sed quoniam ex hoc iam intelligimus eos struentes liberam hominis potestatem arbitrij sui, vt quod ei euenit, non Deo, sed ipsi debeat exprobari: ne & tu hinc iam opponas, nō ita illum institui debuisse, si libertas & potestas arbitrij exitiosa futura esset: hoc quoque prius defendam, ita institui debuisse, quo fortius commendam, & ita institutum & dignè Deo institutum, potiore ostensa ea causa quæ ita fecit institui. Bonitas Dei & ratio eius huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud Deum nostrū. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas, nisi fortè ³⁵ penes Deum Marcionis, irrationaliter bonum, sicut ostendimus. Oportebat Deum cognosci: bonum hoc, vtique & rationale. Oportebat dignum aliquid esse quod Deum cognosceret. Quid tā dignum prospici posset quàm imago Dei & similitudo? Et hoc bonum, sine dubio & rationale. Oportebat igitur imaginem ³⁶ & similitudinem Dei, liberi arbitrij & suæ potestatis institui, in qua hoc ipsum ³⁷ imago & similitudo Dei deputaretur, arbitrij scilicet libertas & potestas: in quam rem ea substantia homini accommodata est, quæ huius status esset, ad status Dei, vtique liberi & suæ potestatis. Sed & aliās quale erat vt totius mundi possidens homo, non in primis animi sui possessione regnaret, aliorum Dominus, sui famulus? Habes igitur & bonitatē Dei agnosce ex dignatione, & rationem ex dispositione. Sola nunc bonitas deputeretur, quæ tantū homini largita sit, id est, arbitrij libertatem. Aliud sibi ratio defendat in eiusmodi institutionem. Nam bonus natura Deus solus. Qui enim quod est sine initio habet, nō institutione habet illud, sed naturā. Homo autem qui totus ex institutione est habens initium, cum initio sortitus est formam qua esset: atque ita non naturā in bonum dispositus est, sed institutione, non suum habens bonum esse, quia non naturā in bonum dispositus est, sed institutione, secundum institutorem bonum, scilicet bonorum conditorem. Vt ergo bonum iam suum haberet homo emancipatum sibi à Deo, & fieret proprietas iam boni in homine, & quadammodò natura, de institutione ascripta est illi, ³⁸ quasi libripens emancipati à Deo boni, libertas & potestas arbitrij: quæ efficeret bonū & proprium iam sponte præstari ab homine, quoniam & hoc ratio bonitatis exigeret voluntariè exercendæ, ex libertate scilicet arbitrij non fauente, institutionis non seruiente: vt ita demum bonus consisteret homo, si secundum institutionem quidem, sed ex voluntate iam bonus inueniretur, quasi de proprietate nature: proinde vt & contra malum (nam & illud vtique Deus providebat) fortior homo prætenderet, liber scilicet & suæ potestatis: ³⁹ quia si caperet hoc iure, vt bonum quoque non voluntate obiret, sed necessitate, vsurpabilis etiā malo futurus esset ex infirmitate seruitij, proinde & malo sicut bono famulus. Tota ergo libertas arbitrij in vtranque partem concessa est illi, vt sui dominus constanter occurreret, & bono sponte seruando, & malo sponte vitando: quoniam & aliās positum hominem sub iudicio Dei, ⁴⁰ oportebat iustum illud efficere de arbitrij sui meritis, liberi scilicet. Ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate. In hoc & lex constituta est, non excludens, sed probans libertatē de obsequio sponte præstando, vel transgressionem sponte committenda, ita in vtranque exitum libertas patuit arbitrij. Igitur si & bonitas & ratio Dei, inuenitur circa libertatem arbitrij concessam homini, non oportet ommissa prima definitione bonitatis atque rationis, quæ ante omnem tractatum constituenda est, post factis præiudicare, non ita Deum instituere debuisse, qui aliter quàm Deum deceret euasit, sed dispecto quia ita debuerit instituere, saluo eo quod dispectum est, cetera explorare. Ceterum facile est offendentes statim in hominis ruinā, antequam conditionem eius inspexerint, in auctore referre quod accidit, quia nec auctoris examinata sit ratio. Deniq; & bonitas Dei à primordio operū perspecta, persuadebit ⁴¹ nihil à Deo mali euenire potuisse, & libertas hominis recogitata se potius ream ostendit, quod ipsa commisit. [⁴² Hac definitione omnia Deo salua sunt, & natura bonitatis, & ratio dispositionis, & præscientiæ & potentiæ copia. Exigere tamen à Deo debes & grauitatem summam, & fidem præcipuam in omni institutione eius, & definas quærere an Deo nolente potuerit quid eue-

nire. Tenēs enim grauitatem & fidem Dei boni, sed rationalibus institutionibus eius vindicandas, nec illud miraberis quod Deus non intercesserit aduersus ea quae noluit euenire, ut cōseruaret ea quae voluit. Si enim semel homini permiserat arbitrii libertatē & potestatem, & dignē permiserat, sicut ostendimus, utique fruendas eas ex ipsa institutionis auctoritate permiserat, fruendas autem quantum in ipso, secundum ipsum, id est, secundum Deum, id est, in bonum. quis enim aduersus se permittet aliquid: quantum verò in homine, secundum motus libertatis ipsius. Quis enim non hoc praestat ei cui quid semel frui praestat, ut pro animo & arbitrio suo fruatur? Igitur consequens erat ut Deus secederet a libertate, semel concessa homini, id est, contineret in semetipso & praescientiam & praepotentiam suam, per quas intercessisse potuisset, quo minus homo malè libertate sua frui aggressus, in periculum laberetur. Si enim intercessisset, rescidisset arbitrii libertatem, quam ratione & bonitate permiserat. Denique puta intercessisse, puta rescidisse illi arbitrii libertatem; dum reuocat ab arbore; dum ipsum circumscriptorem colubrum a cōgressu feminae arceret, nonne exclamaret Marcion: O dominū futilem, instabilem, infidelem, rescindētē quae instituit? Cur permiserat liberum arbitrium, si intercedit? Cur intercedit, si permisit? Eligat ubi semetipsum erroris notet, in institutione an in rescissione. Nonne tūc magis deceptus ex impraescientia futuri videretur, cum obstitisset: & quod quasi ignorans quomodo euasurū esset indulserat, quis non diceret? Sed etsi praescierat malè hominem institutione sua vsurum, quid tam dignū Deo, quam grauitas, quam fides institutionum qualiumcunq; Vidisset homo si non benè depunxisset, quod benè acceperat, ipse legi reus fuisset, cui obsequi noluisse, non ut legislator ipse fraudem legi suae faceret non sinendo praescriptū eius impleri. Hæc dignissime peroraturus in creatorem, si libero arbitrio hominis ex providentia & potentia, quas exigit, obstitisset, nunc tibi insuffra pro creatore & grauitatem, & patientiam, & fidem, institutionibus suis functo ut & rationalibus & bonis. [45] Neque enim ad viuendum solummodò produxerat hominem, ut non ad rectè viuendum, in respectu scilicet Dei legisque eius. Igitur viuere quidem illi ipse praestiterat, facto in animam viuam; rectè verò viuere demandarat, admonito in legis obsequium. Ita non in mortem institutum hominem probat, qui nunc cupit in vitam restitutum, malens peccatoris poenitentiam quam mortem. Igitur sicut Deus homini vitæ statum induxit, ita homo sibi mortis statum attraxit. [46] Et hoc non per infirmitatē, sicuti nec per ignorantiam, ne quid auctori imputaretur. Nam etsi angelus qui seduxit, sed liber & suae potestatis qui seductus est, sed imago & similitudo Dei, fortior angelo, sed adflatus Dei generosior spiritu materiali quo angeli cōstituerunt. [47] Qui facit, inquit, spiritus angelos, & apparitores flammam ignis. Quia nec vniuersitatē homini subieciisset infirmo dominādī, & non potiori angelis, quibus nihil tale subiecit: sic nec legis pōdus imposuisset, si grauis lex inualido sustinendi, nec quem excusabilem sciret nomine imbecillitatis, cū definitione mortis conuenisset, postremò non libertate nec potestate arbitrii fecisset infirmū, sed potius defectiōne earū. Atque ad eūdem hominem, eandē substantiam animæ, eundem Adæ statum, eadem arbitrii libertas & potestas, victorē efficit hodie de eodē diabolo, cum secundum obsequium legum eius administratur. [48] Quoquo tamen, inquis, modo substantia creatoris delicti capax inuenitur, quum adflatus Dei, id est, anima in homine deliquit, nec potest non ad originalem summā referri corruptio portionis. Ad hoc interpretanda erit qualitas animæ. In primis tenendū, quod Græca scriptura signauit, adflatum nominans, nō spiritū. [49] Quidam enim de Græco interpretantes, non recogitata differentia, nec curata proprietate verborū, pro adflatu spiritum ponunt, & dāt hæreticis occasiōē spiritum Dei delicto infuscādī, id est, ipsum Deum, & vsurpata iā quæstio est. [50] Intellige itaque adflatum minorem spiritu esse, etsi de spiritu accidit, ut aurulam eius, non tamen spiritum. nam & aura vento rarior, etsi de vento aura, non tamen ventus aura. [51] Capit etiam imaginem spiritus dicere statum, nam & ideò homo imago Dei, id est, spiritus: Deus enim spiritus. Imago ergo spiritus, adflatus. Porro imago veritati nō vsquequaque adæquabitur. Aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsam veritatem esse. Sic & adflatus quum imago sit spiritus, non potest ita imaginem Dei comparare, ut quia veritas, id est, spiritus, id est, Deus sine delicto est, ideò & adflatus, id est, imago, non debuerit admisisse delictū. In hoc erit imago minor veritate, & adflatus spiritus inferior, [52] habens illas utique lineas Dei, quā immortalis anima, quā libera & sui arbitrii, quā præscia plerumque, quā rationalis, capax intellectus & scientiæ, tamen & in his imago, & non

A non vsque ad ipsam vim diuinitatis. [53] Sic nec vsque ad integritatem a delicto, qui hoc soli Deo cedit, id est, veritati, & hoc solum imagini non licet. Sicut enim imago quum omnes lineas exprimat veritatis, ut tamen ipsa caret, non habens motum: ita & anima imago spiritus, solam vim eius exprimere nō valuit, id est, non delinquendi sceleritatē. Ceterum non esset anima, sed spiritus, nec homo qui animā fortitus est, sed Deus. Et aliàs autem nō omne quod Dei erit, Deus habebitur: ut exoptules Deum & afflatum, id est, vacuum a delicto, quia Dei sit afflatus. Nec tu enim si in tibiam flaueris, hominem tibiam feceris, quanquā de anima tua flaueris, sicut & Deus de spiritu suo. Denique quum manifestè scriptura dicat: flasse Deum in faciem hominis, & factum hominē in animā viuam, nō in spiritum viuificatorem; separauit eam a conditione factoris. Opus enim aliud sit necesse est ab artifice, id est, inferius artifice. Nec vrceus enim factus a figulo ipse erit figulus, ita nec afflatus factus a spiritu, ideò erit spiritus. Ipsū quod anima, vocitatus est flatus. Vide etiā ne de afflatus conditione transierit in aliquam diminutiorem qualitatem. [54] Ergo, inquis, dedisti animæ infirmitatem supra negatam. Planè quum illam exigis Deo parem, id est, delicti immunem, dico infirmam. Quum verò ad angelum prouocatur, fortiorem defendam necesse est [55] dominum vniuersitatis, [56] cui iam angeli administrant; qui etiam angelos iudicaturus est, si in Dei lege constitit, quod in primordio noluit. Hoc ipsum ergo potuit afflatus Dei admittere. Potuit, sed nō debuit. Potuisse enim habuit per substantiæ exilitatem, quā afflatus, nō spiritus: nō debuisse autem per arbitrii potestatem, quā liber, non seruus, assistente amplius demonstratione non delinquendi sub comminatione moriendi, qua substrueretur substantiæ exilitas, & regeretur sententiæ libertas. Itaque nō per illud iam videri potest anima deliquisse, quod illi cum Deo affine est, id est, per afflatū: sed per illud quod substantiæ accessit, id est, per liberum arbitrium, a Deo quidem rationaliter attributum, ab homine verò quā voluit agitatam. Quod si ita se habent, omnis iam Dei dispositio de mali exprobratione purgatur. Libertas enim arbitrii nō ei culpam suam respuet a qua data est, sed a quo non ut debuit administrata est. Quod denique malum describes creatori, si delictum hominis, non erit Dei, quod est hominis: nec idem habendus est delicti auctor, qui inuenitur interdictor, immò & condemnator. Si mors malum, nec mors comminatori suo, sed contemtori faciet inuidiam, ut auctori. Contēnendo enim eam fecit, non utique futuram si non contempsisset. [57] Sed etsi ab homine in diabolum x. transcripseris mali elogium, ut instigatorem delicti, uti sic quoque in creatorem dirigas culpam, ut in auctorem diaboli, qui facit angelos spiritus: ergo quod factus a Deo est, id est, angelus, id erit eius qui fecit. Quod autē factus a Deo non est, id est, diabolus, id est, delator, superest ut ipse sese fecerit deferendo de Deo & quidem falsum, [58] primò quod Deus illos ex omni ligno edere vetuisset, dehinc quasi morituri non essent si edissent, tertio quasi Deus illis inuidisset diuinitatem. Vnde igitur malitia mendacij & fallaciæ in homines, & infamiæ in Deum? a Deo utique non, qui & angelum ex forma operum bonorum instituit bonum. Denique sapientissimus omnium æditur, antequam diabolus, nisi malum est sapientia. Et si euoluas Ezechielis prophetiam, facile animaduertes tam institutione bonum angelum illum, quam sponte corruptum. [59] In persona enim principis Sor, ad diabolum pronuntiat, Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, fume planctum super principem Sor, & dices: Hæc dicit Dominus, [60] Tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis & similitudinis resignaueris, plenus sapientia, corona decoris (hoc ut eminentissimo angelorum, ut archangelo, ut sapientissimo omnium) In deliciis paradisi Dei tui natus es. Illic enim ubi Deus in secunda animalium figuræ formatione angelos fecerat. [61] Lapidem optimum indutus es, Sardium, Topazium, Smaragdum, Carbunculum, Saphirum, Iaspin, Ligurium, Achaten, Amethystum, Chrysolithum, Berillum, Onychium, & auro replesti horrea tua & thesauros tuos. Ex qua die conditus es, [62] cum Cherub posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum igneorū, fuisti inuiterabilis in diebus tuis ex qua die conditus es, [63] donec inuētæ sunt læsuræ tuæ. De multitudine negotiationis tuæ promas tuas replesti & deliquisti, & cetera. Quæ ad suggillationem angeli, non ad illius principis propriè pertinere manifestū est, [64] eo quod nemo hominū in paradiso Dei natus sit; ne ipse quidem Adā, trāsflatus potius illuc: nec cum Cherub positus in monte sancto Dei, id est, in sublimitate cœlesti, de qua satanam Dominus quoque decidisse testatur: nec inter lapides igneos demoratus, inter gemmantēs siderum ardentium radios, vnde etiā quasi fulgur deiectus est sata-

Ibidem.

xi.

Gen. 3.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 3.

Gen. 1.

Gen. 3.

Gen. 1.

Gen. 3.

Gen. 2.

xii.

Gen. 1.

Gen. 2.

xiii.

Gen. 3.

nas. Sed ipse auctor delicti in persona peccatoris viri denotabatur, retrò quidem inuitu- D
perabilis à die conditionis suæ, à Deo in bonum conditus, vt à bono conditore inuitupe-
rabilium conditionum, & excultus omni gloria angelica, & apud Deum constitutus, quâ
bonus apud bonum: postea verò à semetipso translatus in malum. Ex quo enim, inquit, ap-
paruerunt læsuræ tuæ: illi eas reputans, quibus scilicet læsit hominẽ electum à Dei ob-
sequio: & ex illo deliquit, ex quo delictũ seminavit: atque ita exinde negotiationis, id est,
malitiæ suæ multitudinẽ exercuit, delictorum scilicet & censurã, non minus & ipse liberi
arbitrij institutus, vt spiritus. Nihil enim Deus proximum sibi non libertate eiusmodi or-
dinasset. Quem tamen & prædãnando testatus est, ab institutionis forma libidine propria
conceptæ vltro malitiæ exorbitasse: & com meatum operationibus eius admetiendo, ra-
tionem bonitatis suæ egit: eodem consilio differens extinctionem diaboli, quo hominis
restitutionem. ⁶⁸ Certamini enim dedit spatium, vt & homo eadem arbitrij libertate eli-
deret inimicum quã succiderat illi, probans suam, non Dei culpam: & ita salutem dignẽ
per victoriam recuperaret, & diabolus amariùs puniretur, ab eo quem eliserat antè deui-
ctus, & Deus tantò magis bonus inueniretur, sustinens hominẽ gloriosiore in para-
disum ad licentiam decerpẽdæ arboris vitæ iam de vita regressurum. ⁶⁹ Igitur vsque ad
delictum hominis Deus à primordio tantum bonus, exinde iudex & seuerus, & quod E
Marcionitæ volunt, sæuus. Statim mulier in doloribus parere, & viro seruire damnatur:
⁷⁰ sed quæ antè sine vlla contristatione per benedictionem in clementiũ generis audierat:
⁷¹ Crescite tantum & multiplicamini: sed quæ in adiutorium masculo, non in seruitium
fuerat destinata. Statim & terra maledicitur, sed antè benedicta. Statim tribuli & spinæ,
sed antè scenum, & herbæ, & arborum fructuosa. Statim sudor & labor panis, sed antè ex
omni ligno victus immunis, & alimẽta secura. Exinde homo ad terram, sed antè de terra.
Exinde ad mortem, sed antè ad vitam. ⁷² Exinde in scortis vestibibus, sed antè sine scrupu-
lo nudus. Ita prior bonitas Dei secundum naturam, seueritas posterior secundum causam.
Illa ingenta, hæc accidens: illa propria, hæc accommodata: illa ædita, hæc adhibita. Nec
natura enim inoperatam debuit continuisse bonitatem, nec causa dissimulatam euasisse
seueritatem. Alteram sibi, alteram rei Deus præstitit. Incipere nunc etiam iudicis statum vt
ad finem mali arguere, qui idcirco alium Deum somniasse solummodò bonum, quia non
potes iudicem: quanquam & illum vt iudicem ostendimus. Aut si non iudicem, certè per-
uersum ac vanum disciplinæ non vindicandæ, id est, non iudicandæ constitutorem. Non
reprobas autem Deũ iudicem, qui non iudicem Deum probas: Ipsam sine dubio iustitiã
accusare debebis, quæ iudicem præstat, aut & eam in species malitiæ deputare, id est, iniu-
sticiam in titulos bonitatis ascribere. Nunc enim iustitia malum, si iniustitia bonum. Porro
quum cogaris iniustitiam de pessimis pronuntiare, eodem iugo vrgeris iustitiam de opti-
mis censere. Nihil enim æmulum malum non bonum, sicut & boni æmulum nihil non ma-
lum. Igitur quantò malum iniustitia, tantò bonum iustitia. Nec species solummodò, sed
tutela reputanda bonitatis; quia bonitas nisi iustitia regatur, vt iusta sit, non erit bonitas, si
iniusta sit. Nihil enim bonum, quod iniustum: bonum autem omne, quod iustum. ⁷³ Ita si
societas & conspiratio bonitatis atque iustitiæ, separatione earum non potes carere: quo
ore constitues diuersitatem duorum Deorum in separatione, seorsum deputans Deũ bo-
num, & seorsum Deum iustum? Illic cõsistit bonum, vbi & iustum. A primordio denique
creator tam bonus, quàm & iustus, pariter vtrunq; processit. Bonitas eius operata est mũ-
dum, iustitia modulata est, quæ etiam tum mundum iudicauit ex bonis faciendum, quia
cum bonitatis consilio iudicauit. ⁷⁴ Iustitię opus est quod inter lucem & tenebras separa-
tio pronũtiata est inter diem & noctem, inter cœlum & terram, inter aquam superiorem
& inferiorem, inter maris cœtũ & aridæ molẽ, inter luminaria maiora & minora, diurna
atque nocturna, inter marem & sceminã, inter arborẽ agnitionis, mortis, & vitę, inter or-
bem & paradysum, inter aquigena & terrigena animalia. Omnia vt bonitas concepit, ita
iustitia distinxit. Totum hoc iudicatò dispositum & ordinatum est. Omnis situs, habitus
elementorum, effectus, motus, status, ortus, occasus singulorum, iudicia sunt creatoris, ne
putes eum exinde iudicem definiendũ quo malum cœpit, atque ita iustitiã de causa mali
offusces. His enim modis ostendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodisse, vt &
ipsam ingentam Deo & naturalem nec obuentioniam deputandam, quæ in Domino in-
uenta sit atbitratrix operum eius. ⁷⁵ At enim vt malũ postea erupit, atque inde iam cœ-
pit bonitas Dei cum aduersario agere, aliud quoque negotium eadem illa iustitia Dei na-
cta

A cta est iam secundum aduersionem dirigendæ bonitatis, vt seposita libertate eius, qua &
vltro Deus bonus, pro meritis cuiusque pensetur, dignis offeratur, indignis denegetur,
ingratis auferatur: proinde omnibus æmulis vindicetur. Ita omne hoc iustitiæ opus pro-
curatio bonitatis est, quod iudicando damnat, quod damnando punit, quod, vt dicitis,
sæuit, vtique bono non malo proficit. ⁷⁶ Denique timor iudicij ad bonum, non ad ma-
lum confert. Non enim sufficiebat bonum per semetipsum commendari, iam sub aduer-
sario laborans. Nam etsi commendabile per semetipsum, non tamẽ & conferuabile, quia
expugnabile iam per aduersarium, nisi vis aliqua præcesset timedi, quæ bonum etiam no-
lentes appetere, & custodire compelleret. Ceterum tot illecebris mali expugnãtib; bo-
num, quis illud appeteret quod impunẽ contemneret? Quis custodiret, quod sine peri-
culo amitteret? ⁷⁷ Legis mali viam latam & multò frequentiore: nonne omnes illabe-
rentur, si nihil in illa timeretur? Horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo aucl-
limur. Quid si nihil minaretur? Hanc iustitiam malum dices, quæ malo non fauet? Hanc
bonum negabis, quæ bono prospicit? ⁷⁸ Qualem oportet Deum, velles: qualem malles,
expediter, sub quo delicta gauderẽt, cui diabolus illuderet, illum bonũ iudicares Deum,
qui hominem possit magis malum facere, securitate delicti? Quis boni auctor, nisi qui &
exactor? Proinde quis mali extraneus, nisi qui & inimic? Quis inimicus, nisi qui & expu-
gnator? Quis expugnator, nisi qui & punitor? Sic totus Deus bonus est, dum pro bono
omnia est. Sic denique omnipotens, quia & iuuandi & lædendi potens. Minus est, tantũ-
modò prodesse, quia non aliud quid possit quàm prodesse. De eiusmodi qua fiducia bo-
num sperem, si hoc solum potest? quomodo innocentiæ mercedẽ secler, ⁷⁹ si non & nocen-
tiæ spectem? diffidam necesse est, ne nec alteram partem remuneretur, qui vtrãque non
valuit. Vsque adeo iustitia etiam plenitudo est diuinitatis ipsius, exhibens Deũ perfectũ,
& patrem & dominum. Patrem, clementia: dominum disciplina. Patrem, potestate blan-
da: dominum, seuera. Patrem, diligendum piẽ: dominum, timendum necessariẽ. Diligen-
dum, ⁸⁰ quia malit misericordiam quàm sacrificium: & timendum, quia nolit peccatum. ⁸¹
Diligendum, quia malit pœnitentiam peccatoris quàm mortem: & timendum, quia no-
lit peccatores sui iam non pœnitentes. Ideo lex vtrunque definit: ⁸² Diliges Deum, & Ti-
mebis Deum. Aliud obsecratori proposuit, aliud exorbitatori. ⁸³ Ad omnia tibi occur-
rit Deus, ⁸⁴ idem percutiens, sed & sanans; mortificans, sed & viuificans; humilians, sed &
sublimans; condens mala, sed & pacẽ faciens, vt etiam & hic respondeam hæreticis: Ecce
enim, inquiunt, ipse se conditorem profitetur malorũ, dicens: Ego sum qui condo mala.
Amplexi enim vocabuli cõmunionem, duas malorũ species in ambiguitatẽ turbantem,
quia mala dicuntur & delicta & supplicia, passim volunt eum conditorem intelligi malo-
rum, vt & malitiæ iniustæ auctor renuntietur. Nos autem adhibita distinctione vtriusque
formæ, separatim malis delicti & malis supplicij, malis culpæ, & malis pœnæ, suum cuique
parti definimus auctorem, malorũ quidem peccati & culpæ, diabolum: malorũ verò sup-
plicij & pœnæ Deum creatorem, vt illa pars malitię deputetur, ista iustitiæ mala cõdentes
iudicia aduersus mala delicti. De his ergo creator profitetur malis, quæ congruunt iudici.
C Quæ quidem illis mala sunt, quibus rependuntur: ceterum suo nomine bona quã iusta, &
bonorum defensoria, & delictorũ inimica, atque in hoc ordine Deo digna. Aut proba ea
iniusta, vt probes malitiæ deputanda, id est, iniustitiæ mala: quia si iustitiæ erunt, iam mala
non erunt, sed bona, malis tantummodò mala, quibus etiam directò bona pro malis dã-
nantur. Cõstitue igitur iniustẽ hominem diuinæ legis voluntariũ contemptorem id retu-
lisse, quo voluit caruisse, iniustẽ malitiã æui illius imbribus, dehinc & ignibus cæsam; in-
iustẽ ⁸⁵ Ægyptum fœdissimã, supersticiosam, amplius hospitis populi cõsistatricem, de-
cemplici castigatione percussam. ⁸⁶ Indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitiũ submi-
nistrari, qui iam negauerat Deum, qui iam legatos eius roties superbus excusserat, qui iã
populo laborem operis adiecerat: postremò quã Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis
idololatriæ, ⁸⁷ ibim & crocodilum citius colens quàm Deum viuum. ⁸⁸ Impedit & ipsum
populũ, sed ingratiũ. Immisit & pueris vrsos, sed irreuerentibus in Prophetam. ⁸⁹ Iustitiã
ergo primò iudicis dispice, cuius si ratio constiterit, tunc & seueritas, & per quæ seueritas
decurrit, rationi & iustitiæ reputabuntur. Ac ne pluribus immoremur, asserite causas, ce-
teras quoque vt sententias condemnentis: excusate delicta, vt iudicia reprobetis. Nolite re-
prehendere iudicem, sed reuincite malum iudicẽ. ⁹⁰ nam etsi patrũ delicta ex filiis exige-
bat, duritia populi talia remedia cõpulerat, vt vel ⁹¹ posteritatibus suis prospicientes, legi

Matth. 7.

Offe 6.

Matth. 9.

Exch. 33.

Deuter. 5.

xiii.

Deuter. 32.

1. Reg. 2.

1. Sa. 45.

Gen. 3.

Ge. 7. et 19.

Exod. 7. 8.

9. 10. 11. et

12.

Exod. 10.

Exod. 5.

Nu. 11. et 12.

4. Reg. 2.

xv.

Exod. 20.

Gen. 12. 13. diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum salutem, quam suam curet? ^{15. 17. 18.} Sed et si benedictio patrum semini quoque eorum destinabatur, sine vllò adhuc merito eius, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensa: vt per totum genus & gratia decurreret, & offensa ^{22. et 26.} saluo eo quod postea decerni habebat: Non dicturus acidam vnam patres manducasse, & filiorum dentes obtupuisse, id est, nō sumpturum patrem delictum filij, nec filium delictū patris, sed vnumquemque delicti sui reū futurum, vt post duritiam populi, duritia legis edomita, iustitia iam non genus, sed personas iudicaret. ^{Hierem. 31. et Ezech. 18.} Quanquam si Euangelium veritatis accipias, ad quos pertineat sententia reddentis in filios patrum delicta, cognosces: ad illos scilicet qui hanc vltro sibi sententiā fuerant irrogaturi, ^{18.} Sanguis illius super capita nostra & filiorum nostrorū. Hoc itaque ^{xvi.} omnis prouidentia Dei censuit, quod iam audierat. ^{18.} Bona igitur & seueritas, quia iusta, si bonus iudex, id est, iustus. Item cetera bona, per quæ opus bonum currit bonæ seueritatis, siue ira, siue æmulatio, siue sæuitia. Debita enim omnia hæc sunt seueritati, sicut seueritas debitum est iustitiæ. Vindicanda erit procacitas ætatis verecundiam debentis. Atque ita non poterunt iudici exprobari, quæ iudici accidunt, carentia & ipsa culpa sicut & iudex. Quid enim si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta verò eius accusas, quòd fecerit, & inurant, & amputent, & constrictent, quando sine instrumentum artis medicus esse non possit? Sed accusa malè secantem, importunè amputatam, temerè inurentem, atque ita ferramenta quoque eius vt mala ministeria reprehendè. Proinde est enim, cum Deum quidè iudicè admittis, eos verò motus & sensus per quos iudicat destruis. Deum nos à Prophetis & à Christo, ^{Philipp. 2.} nō à Philosophis nec ab Epicuro erudimur. Qui credimus Deum etiam in terris egisse, & humani habitus humilitatem suscepisse, ex causa humanæ salutis, longè sumus à sententia eorum qui nolunt Deū curare quidquam. Inde venit ad hæreticos quoque definitio eiusmodi, ^{18.} Si Deus irascitur & æmulatur, & extollitur, & exacerbat, ergo & corruptetur, ergo & morietur. Bene autem quod Christianorum est, ^{19.} etiam mortuum Deum credere, & tamè viuente in æuo æuorum. Stultissimi qui de humanis diuina prædicant, vt quoniam in homine corruptoriæ conditionis habentur huiusmodi passiones, idcirco & in Deo eiusdem status existimentur. Discerne substantias, & suos eis distribue sensus, tam diuersos, quam substantiæ exigunt, licet vocabulis communicare videantur. ^{100.} Nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus, nec ideò tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione sociantur. Quanta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nominibus membrorum, tanta erit & animi diuini & humani differentia sub eisdem licet vocabulis sensuum, quos tam corruptorios efficit in homine corruptibilitas substantiæ humanæ, quam incorruptorios in Deo efficit incorruptibilitas substantiæ diuinæ. Certè Deum cōfiteris creatorem? Certè, inquis. Quomodo ergo in Deo humanum aliquid existimas, & nō diuinū omne? Quem Deum non negas, cōfiteris non humanum. Siquidem Deum cōfiterendo, præiudicasti vtique illum ab omni humanarum conditionum qualitate diuersum. Porro quū pariter ^{Gen. 2.} agnoscas hominem à Deo inflatum in animam viuam, non Deum ab homine, satis peruersum est, vt in Deo potius humana cōstituas, quam in homine diuina, & hominis imagine Deum imbuas potius quam Dei hominem. Et hæc ergo imago censenda est Dei in homine, quòd eisdem motus & sensus habeat humanus animus, quos & Deus, licet non tales quales Deus. Pro substantia enim & status eorum & exitus distant. Denique cōtrarios eorum sensus, lenitatem dico, patientiam, misericordiam, ipsamque matricem earū bonitatem, cur diuina præsumis? Nec tamè perfectè ea obtinemus, quia solus Deus perfectus. Ita & illas species, iræ dico & exasperationis non tam scilicet patimur: quia solus Deus de incorruptibilitatis proprietate scilicet. Irascetur enim, sed non exacerbat, sed non periclitabitur: mouebitur, sed nō euertetur. Omnia necesse est adhibeat propter omnia, tot sensus, quot & causas. Et irā propter scelestos, & bilem propter ingratos, & æmulationem propter superbos, & quicquid nō expedit malis. Sic & misericordiā propter errantes, & patientiā propter nō respicientes, & præstantiā propter merentes, & quicquid bonis opus est, quæ omnia patitur suo more, quo eum pati cōdecet, propter quem homo eadem patitur, æquè suo more. ^{xvii.} Hæc itaque dispecta totū ordinem Dei iudicis operarium, & (vt dignius dixerim) protectorem ^{101.} catholice & summe illius bonitatis ostendunt: quam semotam à iudiciariis sensibus, & in suo statu puram nolunt Marcionitæ in eodem Deo agnoscere, pluentem super bonos & malos, & solem suum oriri facientem super

A super iustos & iniustos: quod alius Deus omninò non præstat. ^{103.} Nam et si hoc quoque testimonium Christi in creatorem, Marcion de Euangelio eradere ausus est, sed ipse mūdus inscriptus est, ^{104.} & omni à cōscientia legitur: & erit hæc ipsa patientia creatoris in iudiciū Marcionis, illa patientia quæ expectat pœnitentiam potius peccatoris, quam mortem; & ^{Ezech. 32. Osce 6. Iona 3. 4. Reg. 20. Dan. 4. 1. Reg. 14. 2. Reg. 12. Iudicium 3. 4. 6. et 10.} maull misericordiam quam sacrificium; auertens iam destinatum exitum Niniuitis, & largiens spatium vitæ Ezechia lactymis; ^{105.} & restituens statum regni Babylonis tyranno pœnitentiā functo. Illam dico misericordiam, ^{106.} quæ & filium Saulis moriturum ex deuorione populo concessit; & David delicta in domum Vriæ cōfessum, venia liberavit: & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicauit: toties refouit, quoties & increpuit. Non solum igitur iudicem aspiciens, cōuertere & ad optimi exempla. Nota quum viciscitur, cōsidera quum indulget. Repende austeritati lenitatem: ^{107.} quum vtrumque conueneris in creatore, inuenies in eo & illud propter quem alterum Deum credis. Veni denique ad inspectionem doctrinarum, disciplinarum, præceptorum, consiliorumque eius. Dices forsitan, hæc etiam humanis legibus determinari. ^{108.} Sed ante Lycurgos & Solonas omnis, Moyses & Deus. Nulla posteritas non à primordiis accipit. Tamen non à tuo Deo didicit creator meus præscribere, Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, alienum non concupisces, honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum vt teipsum. Ad hæc innocentia, pudicitia, & iustitia, & pietatis principalia cōsulta, ^{Exod. 20. Exod. 21. Leuit. 25. 1. Cor. 9. xviii. Leuit. 24.} accedunt etiam humanitatis præscripta: quum septimo quoque anno seruitia libertate soluantur; quum eodem tempore agro parcitur egenis cedendo locum; ^{109.} boui etiam terenti vincula oris remittuntur ad fructū præsentis laboris, quòd facilius in pecudibus præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur. ^{110.} Sed quæ potius legis bona defendam, quam quæ hæresis concupit, vt talionis definitionem, oculum pro oculo, dentem pro dente, ^{111.} & liuorem pro liuore repetentis? Non enim iniuriæ mutuo exercendæ licentiam sapit, sed in totum cohibendæ violentiæ prospicit, vt quia durissimo & infideli in Deum populo longum, vel etiam incredibile videretur ^{112.} à Deo expectare defensam, edicendam postea per Prophetam: Mihi defensam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commissio iniuriæ metu vicis statim occursum repastinaretur: & licentia retributionis, prohibitio esset prouocationis, vt sic improbitas æstuata cessaret, dum secunda permissa, prima terretur: & prima deterrita, nec secunda committitur, quæ & aliàs faciliior timor talionis ^{113.} per eūdem saporem passionis. Nihil amarius quam idipsum pati, quod feceris aliis. ^{114.} Et si lex aliquid tibi detrahit, & immunda pronuntiat animalia, quæ ali- ^{Deut. 14. Gen. 1. Psal. 77. Num. 11. Exod. 32.} quando benedicta sunt, consiliū exercendæ continentia intellige, & frenos impositos illi gula agnosce, ^{115.} quæ quum panem ederet angelorū, cucumeres & pepones Ægyptiorū desiderabat. Agnosce simul & ^{116.} comitibus gula, libidini scilicet atque luxuriæ prospectū, quæ ferè ventris castigatione frigescunt. Manducauerat enim populus & biberat, & furrexerat ludere: proinde ^{117.} vt & pecuniæ ardor restingueretur ex parte qua de victu necessitate causatur, pretiosorum ciborum ambitio detracta est. Postremò vt facilius homo ad ieiunandū Deo formaretur, paucis & non ^{118.} gloriosis escis assuefactus, & nihil de lautioribus esuriturus. Reprehendus sanè creator, quòd cibos potius populo suo abstulit, quam ingratoribus Marcionitis. ^{119.} Sacrificiorū quoque onera & operationū & oblatio- ^{Leuit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 1. Sam. 1.} nū negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi Deus talia sibi propriè desiderauerit, qui tam manifestè exclamat, Quò mihi multitudinē sacrificiorum vestrorū? Et quis exquisiuit ista de manibus vestris? sed illā Dei industriam sentiat, qua populū primum in idololatriam & transgressionem, eiusmodi officiis religioni suæ voluit astringere, quibus superstitio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quasi desideranti, ne simulacris faciendis delinqueret. ^{120.} Sed & in ipsis commerciis vitæ & conuersationis humanæ domi ac foris, adusque curam vasculorum omnifariam distinxit, vt istis ^{Matth. 23.} legalibus disciplinis occurrentibus vbique, ne illi, momento vacarent à Dei respectu. ^{121.} Quid enim faceret beatum hominem, quam in lege Domini voluntas eius? & in lege ^{122.} Domini meditabitur die ac nocte. Quam legem non duritia promulgauit auctoris, sed ratio summæ benignitatis populi potius duritiam edomantis, & rudem obsequio fidem operosis officiis dedolantis: vt nihil de arcanis attingam significantiis legis spiritalis scilicet & Propheticæ, & in omnibus penè argumentis figuratæ. Sufficit enim in præfenti, si simpliciter hominem Deo obligabat, vt nemo eam reprobare debeat, nisi cui non placet Deo deseruire. Ad hoc beneficium non onus legis adiuuandū, etiam Proph-

Iſai. 1. ras eadem bonitas Dei ordinauit docentes Deo digna; ¹²² auferre nequitias de anima, di-
 scere benefacere, exquirere iudiciū, iudicare pupillo, & iustificare viduam, dirigere quæ-
Iſai. 58. stiones, ¹²³ Fugere improborum contractum, dimittere conflictā integram, dissipare scri-
 pturam iniustam, infringere panem esurienti, & rectum nō habētem inducere in domum
Pſal. 33. tuam, nudum si videris, contegere, & domesticos feminis tui non despiciere. ¹²⁴ Cōpescere
 linguam à malo, & labia ne loquātur dolum, declinare à malo, & facere bonum, quærere
Pſal. 4. pacem, & sectari eā; Irasci & nō delinquere, id est, in ira non perseuerare, siue sœuire; Non
Pſal. 1. abire in consiliū impiorum, nec stare in via peccatorum, nec in cathedra pestilentium
Pſal. 132. sedere. Sed vbi? Vide quā bonum & quā iucundū habitare fratres in vnum; meditan-
Pſal. 1. tes die ac nocte in lege Domini. Quia bonum scilicet fidere in Dominū, quā fidere in
Pſal. 117. hominem, & sperare in Dominū quā sperare in Principes. ¹²⁵ Qualis enim apud Deum
Pſal. 1. merces homini? Et erit tanquam lignum quod plātatum est iuxta exitus aquarum, quod
Pſal. 23. fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non decider, & omnia quæcunque faci-
 ciet, prosperabūtur illi. ¹²⁶ Innocens autem & purus corde, qui non accepit in vanum no-
Pſal. 32. men Dei, & non iurauit ad proximum suū in dolo: iste accipiet benedictionem à Domi-
 no, & misericordiam à Deo salutificatore suo. Oculi enim Domini super timentes eum,
Pſal. 33. sperantes in misericordiam ipsius, ad deliberandas animas eorum de morte, vtique æterna,
 & nutricandos eos in fame, vtique vitæ æternæ. Multæ enim pressuræ iustorum, & ex
 omnibus liberabit eos Dominus. Honorabilis mors in cōspectu Domini sanctorum eius.
 Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex ipsis nō comminuetur. Redimeſ Domini
 animas seruatorum suorum. Pauca ista de tantis scripturis creatoris intulimus, & nihil
 xx. puto iam ad testimonium Dei optimi deesse, quod satis & præcepta bonitatis, & promissa
Deut. 14. consignant. [¹²⁷ Sed enim sepiæ isti (quorum figura, illud quoque pisculentū de cibis lex
 recusat) vt traditionem sui sentiunt, tenebras hinc blasphemie interuomūt, atque ita
 intentionem vniuscuiusque iam proximam dispargunt, iactitando & asseuerando ea quæ
 relucens bonitatem creatoris infuscant, Sed & per istas caligines sequemur nequitia,
 & in lucem extrahemus ingenia tenebrarū, obiciencia creatori vel maximè fraudem il-
Exod. 12. lam & rapinam auri & argenti, mandata ab illo Hebræis in Ægyptios. Age infœlicissime
 hæretice, te ipsum exoptulo arbitrum, ¹²⁸ cognosce in vtranque gentē prius, & ita de au-
 ctore præcepti iudicabis. Reposcunt Ægyptij de Hebræis vasa aurea & argentea, contra
 Hebræi mutuas petitiones instituunt, allegantes sibi quoque eorundem patrum nomine
Exod. 1. ex eodem scripturæ instrumēto, mercedes restitui oportere illius operariæ seruitutis, pro
 laterinis deductis, pro ciuitatibus & villis ædificatis. Quid iudicabis optimi Dei elector?
 Hebræos fraudē agnoscere debere an Ægyptios compensationem? Nam & aiunt ita actū
 per legatos vtrinque, Ægyptiorum quidem repetentium vasa, Iudæorum verò reposcen-
 tium operas suas: ¹²⁹ & tamen has iustitia renuntiauerunt sibi Ægyptij. Hodie aduersus
 Marcionitas amplius allegant Hebræi, negantes compensationi satis esse, quantumuis il-
 lud auri & argenti, si sexcentorum milium operæ per tot annos vel singulis nummis diur-
 nis æstimentur. Quæ autem pars maior; repetentium vasa, an incolentium villas & vr-
 bes? Querela ergo maior Ægyptiorum, ¹³⁰ an gratia Hebræorum? Vt solo iniuriarum iu-
 dicio Hebræi Ægyptios repercuterent, liberi homines in ergastulum subacti: ¹³¹ vt solas
Exod. 5. scapulas suas scribæ eorum apud subsella sua ostenderent flagellorum cōtumeliosa atro-
 citate laceratas; non paucis lacibus & scyphis pauciorum vtique diuitum vbique, sed totis
Exod. 12. & ipsorum facultatibus, & popularium omnium collationibus ¹³² satisfaciendum He-
 bræis pronuntiaſset. Igitur si bona Hebræorum causa, bona iam & causa, id est, manda-
 tum creatoris; qui & Ægyptios gratos fecit nescientes, ¹³³ & suum populum in tempore
Exod. 1. expeditionis angusto, aliquo solatio tacitæ compensationis expunxit. Planè minus exigi
 iussit: Hebræis enim etiam filios Ægyptij restituere debuerāt. [¹³⁴ Sic & in ceteris con-
Iosue 6. trarietates præceptorum ei exprobras, vt mobili & instabili, prohibentis sabbatis operari;
 & iubentis arcam circumferri per dies octo, id est, etiam sabbato, in expugnatione ciuitatis
 Hiericho. Nec sabbati enim inspicias legem, opera humana non diuina prohibentem.
Exod. 20. ¹³⁵ Siquidē sex, inquit, diebus operare, & facies omnia opera tua. Septima autem die Sab-
 bata Domino Deo tuo, non facies in ea omne opus. ¹³⁶ quod? vtique tuū. Consequēs enim
 est, vt ea opera sabbato auferret, quæ sex diebus supra indixerat, tua scilicet, id est, humana
Iosue 6. & quotidiana. Arcā verò circūferre, neque quotidianū opus videri potest, neq; humanū,
 sed & rarū & sacrosanctū, & ex ipso tunc Dei præcepto vtique diuinū, quod & ipse quid
 signifi-

A significaret, ediffererem, ¹³⁷ nisi longum esset figuras argumentorum omnium creatoris
 expādere, quas forsitan nec admittis. Sed plus est si de absolutis reuincamini, simplicitate
 veritatis, nō curiositate: sicut & nūc certa distinctio est sabbati humana, nō diuina opera
 prohibentis. Ideoque ¹³⁸ qui sabbatis lignatum ierat, morti datus est. suum enim opus se-
 cerat lege interdixtum. Qui verò arcam sabbatis circumtulcrant, impunè gesserunt. nō
 suum enim opus, sed Dei, ex præcepto scilicet ipsius administrauerant. [¹³⁹ Proinde & si-
 militudinem verans fieri omnium quæ in celo & in terra & in aquis, ¹⁴⁰ ostendit & cau-
 sas, idololatriæ scilicet substantiam cohibentes. ¹⁴¹ subiicit enim, Non adorabitis ea, ne-
 que seruietis illis. Serpentis autem ænei effigies postea præcepta Moysi à Domino, non
 ad idololatriæ titulum pertinebat, sed ¹⁴² ad remediandos eos qui à serpentibus infesta-
 bantur. ¹⁴³ Et taceo de figura remedij. ¹⁴⁴ Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ fi-
 guratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui, lōgè diuersas
 habendo causas ab idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, nō videntur
 similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob
 quem similitudo prohibetur. ¹⁴⁵ Diximus de sacrificiorum rationali institutione, auocāte
 scilicet ab idolis ad Deū officia ea, quæ si rursus eiecerat, dicens; Quid mihi multitudinem
 sacrificiorum vestrorum? hoc ipsum voluit intelligi, quod non sibi ea propriè exegisset.
¹⁴⁶ Non enim bibam, inquit, sanguinem taurorū? quia & alibi ait, Deus æternus non esu-
 riet nec sitiet. ¹⁴⁷ Nā & si ad oblationes Abel aduertit; & holocausta Noë odoratus est li-
 benter, quæ iocunditas siue viscerum veruecinorum, siue nidoris ardentium victimarum;
 Sed animus simplex & Deum metuens offerentium ea quæ à Deo habebant, & pabuli &
 suauis olentia gratia apud Deum deputabatur, non quæ fiebant exigentis, sed illud pro-
 pter, quod fiebant, ob honorem scilicet Dei. Si cliens diuiti aut regi nihil desideranti, ta-
 men aliquid vilissimi munusculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuscabit diui-
 tem & regem, an delectabit titulus officij? At si cliens ei munera vtrò ¹⁴⁸ vel etiam dicto,
 ordine suo offerat & solemnia regis obseruet, non ex fide tamen nec corde puro, nec ple-
 no circa cetera quoque obsequia, nōne consequens vt rex ille vel diues exclamet; Quid
 mihi multitudinem munerum tuorum? Plenus sum. ¹⁴⁹ &: Solennitates & dies festos &
 vestra sabbata odit anima mea; Vestra dicendo, quæ secundum libidinem suam, non se-
 cundum religionem Dei celebrando, sua iam non Dei fecerant: conditionalem idcirco
 & rationalem demonstrauit recusationem eorū quæ administrāda præscripserat. [¹⁵⁰ Si
 verò etiam circa personas leuem vultis intelligi, quum reprobat aliquando probatos, aut
 improuidum, quum probat quandoque reprobandos, quasi iudicia sua aut damnet præ-
 terita, aut ignoret futura: atquin nihil tam bono & iudici cōuenit, quā pro præsentibus
 meritis & reicere & adlegere. ¹⁵¹ Adlegitur Saül, sed nondū despector Prophetæ Samue-
 lis. ¹⁵² Reicitur Salomon, sed iam à mulieribus alienis possessus, & idolis Moabitarum &
 Sidoniorum mancipatus. Quid faceret creator, ne à Marcionitis reprehenderetur? ¹⁵³ Be-
 nē adhuc agentes prædamnaret iam propter futura delicta? Sed Dei boni non erat, non-
 dum merentes prædamnare. Proinde peccantes nunc non recusaret propter pristina be-
 nefacta. Sed iusti iudicis non erat, rescissis iam bonis pristinis scelera donare. Aut quis ho-
 minū sine delicto, vt eum Deus semper adlegeret, quem nunquā posset recusare? Vel quis
 item sine aliquo bono opere, vt eū Deus semper recusaret, quem nunquā posset adlegere?
 Exhibe bonum semper, & non recusabitur: exhibe malum semper, & nunquā adlegetur.
 Ceterum si idem homo, vt in vtroque pro temporibus, ¹⁵⁴ in vtroque dispungetur à Deo,
 & bono, & iudice, qui nō leuitate aut improuidencia sententias vertit, sed censura graui-
 sima & prouidentissima, merita temporis cuiusque dispensat. [¹⁵⁵ Sic & pœnitentiā apud
 illum prauè interpretans, quasi proinde mobilitate vel improuidencia, immò iā ex delicti
 recordatione pœnitent: quoniam quidem dixerit, Pœnituit quoddam regem fecerim Saul:
 præscribens scilicet pœnitentiā, confessionem sapere mali operis alicuius vel erroris.
 Porro non semper. Euenit enim in bonis factis pœnitentiæ confessio, ad inuidiam & ex-
 probationem eius, qui ¹⁵⁶ beneficij ingratus extiterit. Sicut & tunc circa personam Sau-
 lis honorandam annuntiatum à creatore, qui non deliquerat; quum Saulem assumit in
 regnum, ¹⁵⁷ & sancto spiritu auget: optimum enim adhuc, qualis, inquit, non erat in filiis
 Israël, dignissimè adlegerat, sed nec ignorauerat ita euenturum. Nemo enim te susti-
 nebit improuidentiā ascribentem Deo ei, quem Deum non negans, confiteris &
 prouidum. Hæc enim illi propria diuinitas constat. Sed malum factum Saulis (vt dixi)
 VV ij

onerabat pœnitentiæ suæ professione, quam vacante delicto circa Saulis adlectionē, con-
 sequens est inuidiosam potius intelligi, nō criminofam.¹⁵⁸ Ecce, inquis, criminofam eam
 animaduerto circa Niniuitas, dicente scriptura Ionæ: Et pœnituit Dominum de malitia
 quam dixerat, facturum se illis, nec fecit. Sicut & ipse Ionas ad Dominum: Propterea præ-
 ueni profugere in Tharfos, quia cognoueram te esse misericordem & misericordem, pa-
 tientem, & plurimum misericordiæ, pœnitentem malitiarum. Benè igitur quod præmisit
 optimi Dei titulum, patientissimi scilicet super malos, & abundantissimi misericordiæ &
 miserationis super agnoscentes & deplangentes delicta sua, quales tūc Niniuitæ. Si enim
 optimus qui talis, de isto prius cessisse debebis, non competere in talem, id est, in optimū,
 etiam malitiæ concursus.¹⁵⁹ Et, quia Marcion defendit arborem bonam malos quoque
 fructus non licere producere, sed malitiam tamen nominauit quod optimus non capit,
 nunquid aliqua interpretatio subest etiam earum malitiarum intelligendarum, quæ pos-
 sint & in optimum decurrere? Subest autem. Dicimus denique malitiam nunc signifi-
 cari, non quæ ad naturam redigatur creatoris quasi mali, sed quæ ad potestatem quasi iu-
 dicis, secundum quam enuntiari, Ego sum qui condo mala;¹⁶⁰ &: Ecce ego emitto in
 vos mala, non peccatoria, sed ultoria,¹⁶¹ quorum satis diluimus infamiam, ut congruen-
 tium iudici. Sicut autem licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice, nec hoc no-
 mine suo malum iudicem ostendunt: ita & malitia hæc erit intelligenda nunc, quæ ex illis
 malis iudiciariis deputata, cum ipsis comperat iudici.¹⁶² Nam & apud Græcos interdum
 malitiæ pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur, sicut & in isto ar-
 ticulo. Atque adeo si eius malitiæ pœnituit creatorem, quasi creaturæ reprobandæ scili-
 cet & deletui vindicandæ; arqui nec ullum admissum criminofum reputabitur creatori,
 qui iniquissimam ciuitatem dignè meritoque decreuerat abolendam. Ita quod iustè desti-
 nauerat non malè destinans, ex iustitia non ex malitia destinans, sed pœnam ipsam mali-
 tiam nominauit, ex malo & merito passionis ipsius. Ergo dices, si malitiam iustitiæ nomi-
 ne excusas, quia iustè exitium destinans in Niniuitas, sic quoque culpandus est, qui iusti-
 tiæ, utique non pœnitentiæ, pœnitentiam gessit. Immo nec iustitiæ, inquam. pœnitebit
 Deum, & superest iam agnoscere quid sit pœnitentia Dei. Non enim si hominem¹⁶³ ex re-
 cordatione plurimum delicti, interdum & ex alicuius boni operis ingratia pœnitet, idè
 & Deum proinde. In quantum enim Deus nec malum admittit, nec bonum damnat, in
 tantum nec pœnitentiæ boni aut mali apud eum locus est. Nam & hoc tibi eadem scri-
 ptura determinat, dicente Samuèle Sauli,¹⁶⁴ Discedit Dominus regnum Israël de
 manu tua hodie, & dabit illud proximo tuo optimo super te, & scindetur Israël in duas
 partes, & non conuertetur, neque pœnitentiam aget, quia non sicut homo est ad pœ-
 nitendum. Hæc itaque definitio in omnibus aliam formam diuinæ pœnitentiæ statuit,
 quæ neque ex improvidentia, neque ex leuitate, neque ex vlla boni aut mali operis dam-
 natione reputetur, sicut humana. Quis ergo erit mos pœnitentiæ diuinæ? Iam relucet, si
 non ad humanas condiciones eam referas. Nihil enim aliud intelligitur, quàm simplex
 conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti, etiam in
 homine nedum in Deo, cuius omnis sententiæ caret culpa.¹⁶⁵ Nam & in Græco sono, pœ-
 nitentiæ nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est,
 quæ apud Deum pro rerum variantium sese occurfura, ostendimus. [Iam nunc
 ut omnia eiufmodi expediam, ad ceteras pusillitates & infirmitates & incongruentias
 (ut putatis) interpretandas purgandasque pertendam. Inclamat Deus, Adam ubi es?
 scilicet ignorans ubi esset, & causato nuditatis pudore, an de arbore gustasset, interro-
 gat, scilicet incertus. Immo nec incertus admissi, nec ignorans loci. Enimuerò oportebat
 conscientia peccati delitescens, euocatum prodire in conspectum Domini, non
 sola nominis inclamatione, sed cum aliqua iam tunc admissi suggillatione.¹⁶⁶ Nec enim
 simplici modo, id est, interrogatorio sono legendum est, ubi es Adam? sed impresso & in-
 cussio, & imputatio, Adam ubi es; id est, in perdizione es, id est, iam hinc non es; ut &
 increpandi & dolendi exitus vox sit. Ceterum¹⁶⁷ qui totum orbem comprehendit manu
 velut nidum; cuius cælum thronus, & terra scabellum, nimirum huius oculos aliqua
 paradisi portio euaserat, quo minus illi ubicumque Adam ante euocationem uideretur,
 tam latens quàm de interdicta fruge sumens? Speculatorem vineæ vel horti tui, lu-
 pus aut furunculus non latet, Deum puto de sublimioribus oculatiorem aliquid sub-
 lecti præterire non posse. Stulte qui tantum argumentum diuinæ maiestatis & hu-
 manæ

A manæ instructionis, nō naso agis. Interrogabat Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij
 probans hominem in causa aut negationis, aut confessionis, ut daret ei locum, spōte cō-
 fitendi delictum, & hoc nomine releuandi, sicut de Cain sciscitatur: Vbinam frater
 eius; quasi non iam vo ciferatum à terra sanguinem Abelis audisset: sed ut & ille haberet
 potestatem ex eadem arbitrij potestate sponte negandi delicti, & hoc nomine grauandi;
 atque ita nobis conderentur exempla confitentium potius delictorum, quàm negan-
 dorum, ut iam tunc initiaretur Euangelica doctrina, Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore
 tuo damnaberis. Nam etsi Adam propter statum legis deditus morti est, sed spes ei sal-
 ua est, dicente Domino: Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis, de futura scilicet
 adlectione hominis in diuinitatem. Denique quid sequitur? Et nunc nequando extendat
 manum, & sumat de ligno vitæ, & uiuat in æuum. Interponens enim, & nunc, præsentis
 temporis verbum, temporalem & ad præsens dilationem vitæ fecisse se ostendit. Ideoque
 nec maledixit ipsum Adam nec Euam, ut restitutionis candidatos, ut confessione re-
 leuatos, Cain verò & maledixit, & cupidum morte luere delictum, mori interim ve-
 luit, ut præter admissum, etiam negationis exemplo oneratum. Hæc erit ignorantia Dei
 nostri, quæ idè simulabatur, ne delinquens homo quid sibi agendum sit, ignoret. Sed:
 Ad Sodomam & Gomorham: descendens, Videbo (ait) si secundum clamorem perue-
 nientem ad me, consumment: si verò non, ut agnoscā. Et hinc videlicet ex ignorantia incer-
 tus, & scire cupidus. An hic sonus pronuntiationis necessarius, non dubitatum, sed cō-
 minatiū exprimens sensum sub sciscitationis obtentu? Quod si descensum quoque Dei
 irritas, quasi aliter non potuerit perficere iudicium, nisi descendisset, vide ne tuum æquè
 Deum pulses. Nam & ille descendit, ut quod velle efficeret. [Sed & iurat Deus. Nun-
 quid fortè per Deū Marcionis? immò, inquit, multò vanius, quod per semetipsum. Quid
 velle facere, si alius Deus non erat in conscientia eius, hoc cum maximè iurantis, alium
 absque se omnino non esse? Igitur peierantem deprehendis, an vanè deierantem? Sed
 non potest videri peierasse, qui alium esse non sciuit, ut dicitis. Quod enim scit, hoc deie-
 rans, verè non peierauit. Sed nec vanè deierat, alium Deum non esse. Tunc enim vanè deie-
 raret, si non fuissent qui alios Deos crederent, tunc quidem simulacrorum cultores,
 nunc verò & hæretici. Iurat igitur per semetipsum, ut vel iuranti Deo, credas alium
 Deum omnino non esse. Hoc ut Deus faceret, tu quoque Marcion coëgisti: iam tūc enim
 prouidebaris. Proinde si & in promissionibus, aut cōminationibus iurat, fidem in pri-
 morijs arduam extorquens, nihil Deo indignū est, quod efficit Deo credere. Satis & tūc
 pusillus Deus in ipsa etiam ferocia sua cum ob vituli consecrationē efferatus in populum
 de famulo suo postulat Moyse, Sine me, & indignatus irā, disperdam illos, & faciam te
 in nationem magnam. Vnde meliorem soletis affirmare Moysen Deo suo, deprecatores,
 immò & prohibitores iræ. Non facies enim, inquit, istud, aut & me vnā cum eis impede.
 Miserandi vos quoque cum populo, qui Christum non agnoscitis in persona Moyfi figu-
 ratum, patris deprecatores, & oblatorems animæ suæ pro populi salute. Sed sufficit si &
 Moyfi propriè donatus est populus ad præsens. Quod ut famulus postulare posset à domi-
 no, id dominus à se postulauit. Ad hoc enim famulo dixit, Sine me, & disperdam illos, ut
 ille postulando & semetipsum offerendo non sineret, atque ita disceres quātum liceat
 fideli & Prophætæ apud Deum. [Iam nunc ut & cetera compendio absoluam, quæ
 cūque adhuc ut pusilla & infirma & indigna colligitis ad destructionē creatoris, simplici
 & certa ratione proponā: Deum nō potuisse humanos congressus inire, nisi humanos
 & sensus & affectus suscepisset, per quos vim maiestatis suæ intolerabilē utique humanæ
 mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidē indigna, homini autē necessaria, & ita iam
 Deo digna, quia nihil tam dignū Deo, quàm salus hominis. De isto pluribus retractatē, si
 cū ethnicis agerē, quamquam & cū hæreticis non multò diuersa cōgressio stet. Quatenus
 & ipsi Deū, in figura & in reliquo ordine humanæ conditionis deuersatum iā credidi-
 stis, non exigetis utique diutius persuaderi Deū conformasse semetipsum humanitati, sed
 de vestra fide reuincimini. Si enim Deus, & quidē sublimior, tāta humilitate fastigiū ma-
 iestatis suæ strauit, ut etiam morti subiceret, & morti crucis, cur non putetis nostro quo-
 que Deo aliquas pusillitates congruissimas, tolerabiliores tamen Iudaicis cōtumeliis & pati-
 bulis & sepulcris? An hæc sunt pusillitates, quæ iā præiudicare debebunt Christū huma-
 nis passionibus obiectū, eius Dei esse, cuius humanitates exprobrāt à vobis? Nam &
 profitemur Christū semper egisse in Dei patris nomine; ipsum ab initio cōuersatū; ipsum

congressum cum Patriarchis & Prophetis, filium creatoris, ¹⁸⁸ sermonē eius, quem ex se-
 metipso proferendo filiū fecit, ut exinde omni dispositioni suae volūtatiue præfecit; di-
 minuens illū modico citra angelos, sicut apud eum scriptū est: qua diminutione, in hæc
 quoque dispositus est à patre, quæ ut humana reprehenditis, ediscens iam inde à primor-
 dio, iam inde hominē, quod erat futurus in fine. Ille est qui descendit; ille qui interrogat;
 ille qui postulat; ille qui iurat. Ceterum patrem nemini visum etiam commune testabitur
 Euangelium, dicente Christo: Nemo cognouit patrem nisi filius; ipse enim & veteri
 Testamento pronuntiatur, ¹⁸⁹ Deum nemo videbit, & uiuet: patrem inuisibilem deter-
 minans, in cuius auctoritate & nomine ipse erat Deus, qui videbatur Dei filius. ¹⁹⁰ Sed
 & penes nos Christus in persona Christi accipitur, quia & hoc modo noster est. Igitur
 quæcunque exigitis Deo digna, habebuntur in patre inuisibili, incogressibili ¹⁹¹ & pla-
 cido, & (ut ita dixerim) Philosophorum Deo. Quæcunque autem ut indigna reprehendi-
 dit, deputabuntur in filio, & viso, & audito & congresso, arbitro patris & ministro, mi-
 scente in semetipso hominem & Deum, in virtutibus Deum, in pusillitatibus hominem,
 ut tantum homini conferat, quantum Deo detrahit; totum denique Dei mei penes vos
 dedecus, sacramentum est humanæ salutis. Conuersabatur Deus, ut homo diuina agere
 doceretur. Ex æquo agebat Deus cum homine, ut homo ex æquo agere cum Deo posset.
 Deus pusillus inuentus est, ut homo maximus fieret. Qui talem Deum dedignaris, nescio
 an ex fide credas Deum crucifixum. Quanta itaque peruersitas vestra erga vtrumque ordi-
 nem creatoris. Iudicem eum designatis, & seueritatem iudicis secundum merita causa-
 rum congruentem pro sæuitia exprobratis. Deum optimum exigitis, & lenitatem eius be-
 nignitati congruentem, pro captu mediocritatis humanæ deiectionis conuersatam, ut pu-
 sillitatem deprecietis. Nec magnus vobis placet, nec modicus, nec iudex, nec amicus.
 Quid si non eadē & in vestro deprehendantur? ¹⁹² IUDICEM QUIDEM ET ILLVM
 ESSE IAM OSTENDIMVS, IN LIBELLO SVO; & de iudice necessariē seuerum,
 & de severo sicut sæuū, si tamen sæuum. [¹⁹³ Nunc & de pusillitatibus, & malignitatibus
 ceterisque notis, & ipse aduersus Marcionem Antitheseis æmulas faciam. ¹⁹⁴ Si ignorauit
 Deus meus esse alium super se, etiā tuus omninō non sciuit esse alium infra se. Quod enim
 ait ¹⁹⁵ Heraclitus ille tenebrosus, eadem via sursum & deorsum, Denique si nō ignorasset,
 & ab initio ei occurrisset. ¹⁹⁶ Delictum & mortem, & ipsum auctorem delicti diabolus,
 & omne malum, quæ Deus meus passus est esse, hoc & tuus qui illū pati passus est. ¹⁹⁷ Mu-
 tavit sententias suas Deus noster, proinde quæ & vester. qui enim genus humanum tam se-
 rō respexit, eam sententiam mutauit, qua tanto æuo non respexit. ¹⁹⁸ Pœnituit mali in
 aliquo Deum nostrum, sed & vestrum. Eo enim quod tandem animaduertit ad hominis
 salutem, pœnitentiam dissimulationis pristinam fecit, debitam malo factō. Porro malum
 factum deputabitur negligentia salutis humanæ, non nisi per pœnitentiam emendata
 apud Deum vestrum. ¹⁹⁹ Mandauit fraudem Deus noster, sed auri & argenti. Quanto au-
 tem homo pretiosior auro & argento, tanto fraudulentior Deus vester, qui hominē Do-
 mino & factori suo eripit. ²⁰⁰ Oculū pro oculo reposcit Deus noster, sed & vester vicem
 prohibens, iterabilem magis iniuriam facit. Quis enim non rursus percutiet, non reper-
 cussus? ²⁰¹ Nescit Deus noster qualis adlegeret, ergo nec vester. Iudam traditorem non
 adlegisset, si præcisset. ²⁰² Si & mentitum alicubi dicitis creatorem, longē maius menda-
 cium est in tuo Christo, cuius corpus non fuit verum. ²⁰³ Multos sæuitia Dei mei absum-
 psit, tuus quoque Deus quos saluos non facit, utique in exitum disponit. Deus meus ali-
 quem iussit occidi, tuus semetipsum voluit interfici, non minus homicida in semetipsum,
 quàm in eum à quo vellet occidi. Multos autem occidisse Deum eius probabo Marcioni.
 Nam fecit homicidam, utique periturum, nisi si populus nihil deliquit in Christū. ²⁰⁴ Sed
 expedita virtus veritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt necessaria. [²⁰⁵ Ceterum
 ipsas quoque Antitheseis Marcionis cominus cæcidissem, si operosiore destructione ear-
 um egeret defensio creatoris tam boni quàm & iudicis, secundum vtriusque partis exem-
 pla congruentia Deo, ut ostendimus. Quod si vtraque pars bonitatis atque iustitiæ di-
 gnā plenitudinem diuinitatis efficiunt omnia potentis, compēdio interim possum An-
 titheseis retudisse, gestiētē ex qualitatibus ingeniorum siue legum, siue virtutum discer-
 nere, atque ita alienare Christum à creatore, ut optimum à iudice, & mitem à fero, & salu-
 tarem ab exitioso. Magis enim eos coniungunt, quos in eis diuersitatibus ponūt quæ Deo
 congruunt. ²⁰⁶ Aufer titulum Marcionis, & intentionem atque propositum operis ipsius,
 &

xxix.

A & nihil aliud præstat quàm demonstrationem eiusdem Dei optimi & iudicis, quia hæc
 duo in solum Deum competunt. Nam & ipsum studium in eis exemplis opponēdi Chri-
 stum creatori, ad vnitatem magis spectat. Ad eum enim ipsa & vna erat substantia ²⁰⁷ diui-
 nitatibus, bona & seuera, & eisdem exemplis & in similibus argumentis, ut bonitatem
 suam voluerit ostendere, in quibus præmiserat seueritatem. Quia nec mirum erat, diuer-
 sitas temporalis, si postea Deus mitior pro rebus edomitis, qui retrō austerior pro indo-
 mitis. Ita per Antitheseis facilius ostēdi potest ordo creatoris à Christo reformatus. Quo
 repercussus & redditus potius quàm exclusus, præsertim Deum tuum ab omni motu a-
 mariore seceras, utique & ab æmulatione creatoris scilicet. Nam si ita est, quoniam cum
 Antitheseis singulas species creatoris æmulatum demonstrant, agnoscam igitur & in hoc
 per illas Deum meum zelotem, ²⁰⁸ qui res suas arbusiores in primordiis, bona & rationali
 æmulatione maturitatis præcurauerit suo iure. Cuius Antitheseis etiam ipse mundus eius
 agnosceret, ex contrarietatibus elementorum summa tamē ratione modulatus. Quam ob-
 rem inconsiderantissimè Marcion alium Deum lucis ostendisse debueras, aliū verò te-
 nebrarum, quo facilius alium bonitatis, alium seueritatis persuasisses. Ceterum eius erit
 Antithesis, cuius est & in mundo.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
 IN LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS
 Marcionem.

I. DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTI-
 MO. [Hoc ad clariorē libri intellectum recēns
 adieci, ex ipso Tertulliano, sicuti sub finem
 Argumenti adnotauimus.]

CAP. I.

2. Occasio reformandi opusculi huius, &c.]
 Caput hoc primum non est aliud quàm: Præfatio. Ad-
 huc autem ad illud cap. 1. lib. 1. aduers. Marc. Primum
 opusculum quali properatum, &c. ne hic prolixio-
 res simus. Placet verò magis quod vulgò legitur: libello,
 quam quod habet 1. Patic. MS. cod. libellulo; quia satis
 iuste magnitudinis est dictus liber primus aduers. Marc.
 in quo alterum Deum omninō non esse definiuit,
 in hoc verò defendit dignè Deum esse.

3. qui propria paratura carer, &c.] Paraturam
 (inquit Rhenanus) hic vocat materiam. Sic lib. de Car-
 ne Christi, cap. 8. Debeo (inquit) illos de sua paratura
 repercutere. Item libro præcedenti, cap. 11. Nullam sibi
 prospexit agnoscendo paraturam. Adnotat præter-
 ea Dn. Latinius similes locos ex lib. 4. aduers. Marc. sub
 initium; & omnem paraturam impij atque facile-
 gi Marcionis; & rursus eodem lib. cap. 2. habuit uti-
 que auctenticam paraturam.

4. quem quantò constaret esse, &c.] Sic etiam
 (inquit idem Rhenanus) alibi loqui solet per quantò, &
 tantò.

CAP. II.

5. At nunc negotium patitur Deus omnipo-
 tēs, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Aduersus Mar-
 cionitas; qui Deo negotium faciunt, de arbitrio
 sensus sui Deum pensitantes. Quod ipsum est in alios
 multos hæreticos competat, uti videre est supra sub finem
 libri de præscript. aduers. hæc. cap. 45. & sequentibus, pro-
 prie tamen in Marcionitas competit, qui nouum Deum si-
 bi commentati sunt, alium à Deo omnipotente, Do-
 mino & conditore vniuersitatis.

6. etiam ante Romulum ipsum, nedum ante

Tiberium.] Et si dicat, etiam ante Urbem conditam, à
 quo suos Annales digerebant antiquitus. Siue autem le-
 gas cum MS. 1. Vatic. eam tu si perspicere non ualeas,
 siue cum aliis: uales, perinde est; & siue cum illo legas:
 utique maiores, nempe: radios, siue: maioris, ut potè:
 Solis. Sunt verò voces Tertullianicæ: retractas, & re-
 tractares, pro: tractare.

7. ipse iam tunc Apostolus, &c.] Adiuuimus:
 tunc, ex 1. MS. cod. Atqui pro suo more Apostolum ci-
 tans Rom. 11. addit etiam alia quædam ex cap. 1. Sai. 40. ad
 quod Apostolus haud dubiè respicit, sicuti adnotauimus
 supra lib. aduers. Hermog. cap. 17. num. 57.

8. Cui & Apostolus condicet: O profundum,
 &c.] Sic castigauimus ex 2. Patic. MS. cod. pro eo quod
 erat corruptiss. contradicet: idque eò magis, quod e-
 tiam alibi non semel: condicere, Auctori vstra tum sit,
 pro similiter dicere, uti supra adnotauimus lib. 1. aduers.
 Marcion. cap. 20. num. 138. De illo verò Rom. 11. O pro-
 fundum, &c. vide supra dicto lib. aduersus Hermog. cap.
 ult. num. ult.

9. quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo,
 &c.] Pro more iterum suo, scripturæ coniungit ex Epist.
 1. ad Corinth. cap. 1. 2. & 3. nam istud reperitur cap. 2. ubi
 lud verò: Mundi autem habentes spiritum, &c. cap.
 1. sicut quod sequitur: Sapientia mundi stulticia est
 penes Deum, cap. 3. utemque illud: Sed nos scimus,
 &c. cap. 1. Noua autem erat illa lectio Auctoris hoc loco:
 non agnoscentes insipientiam Dei per sapientiam
 Deum, pro eo quod Græcè est, Latine, & Syriacè: Nam
 quia in Dei sapientia non cognouit mundus per Sa-
 pientiam Deum, in quo tamen consentiunt etiam MS.
 2. Patic. codices, & B. Cyprian. lib. 3. Testim. ad Quirin.
 cap. 69. & ipse Auctor infra lib. 5. aduers. Marc. ex pro-
 pter hanc scripturam tractans. Quare omninō castigand-
 um duximus: in sapientia Dei, pro: insipientiam Dei,
 maxime quum illud bis loco citato habeat, & insuper
 pulchrè explicet Auctor.

ly hominum in stateris.

37. quia si caperet hoc iure, &c.] *Capit verbum (inquit Rhenan.) suo more solet usurpare, ut montimus in superioribus. Libro precedente, ca. 6. Si depreciari (inquit) capit in creatore. Sic exposuerim, pro eo quod est si fieret, vel si accideret hoc iure. Potest tamen etiam simpliciter accipi, si caperet hoc iure, subaudi homo, id est, si possideret hoc, si haberet, si capax huius esset, iure. Porro pro verbo, abiret, adnotauit Rhenan. legendum, obiret, nisi quis scriptum fuisse putet: aueret, hoc est, cuperet, vellet, quod postea sit in: abiret, mutatum.*

38. oportebat iustum illud efficere de arbitrij sui meritis, liberi scilicet, &c.] *Facit etiam locus iste pro merito operum, sicut et illud quod sequitur: Ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate; quales plures locos Tertulliani frequententer adnotauimus.*

39. nihil à Deo mali euenire potuisse, &c.] *Facit etiam hoc et quicquid capite precedenti, et duobus capitibus sequentibus tractatur, contra Calvinum, et alios, qui Deum malorum auctorem facere non verentur.*

CAP. VII.

40. Hac definitione omnia Deo salua sūt, &c.] *Inscriptionem capiti huic datus: Quod eandem arbitrij hominis libertatem requirit grauitas, fides, et patientia Dei. Sunt autem Tertullianica: Exigere habes. Sive autem legas cum vulgatis codicibus: rationalibus institutionibus, sive cum Vatic. 1. MS. cod. rationabilibus, perinde est.*

41. quod Deus non intercesserit aduersus ea, &c.] *Similiter paulopost: per quas intercessisse potuisset, et: Denique puta intercessisse, ac rursus: cur intercedit? Atqui intercedebant (inquit Rhen.) tribuni Senatusconsulti, dum obstant ne fierent. Quare paulopost Auctor in eandem sententiam: si libero arbitrio hominis, &c. obstitisset.*

42. et dignè permiserat, sicut ostendimus, &c.] *Capite nempe precedenti, quum asseruit liberum arbitrium dignè à Deo institutum. Est verò etiam illud Tertullianicum: cui quid semel frui præstat (nempe frui cum Accusatiuo) qui tamen etiam cum Ablatiuo mox subiungit: malè libertate sua frui aggressus. Lego autem cum MS. 2. Vatican. cod. secundum coniecturam Rhenani: contineret in semetipso, pro: in ipso.*

43. ipsum circumscriptorem colubrum, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) deceptorem. Iuuenalis Satyra 15. Pupillum ad iura vocantem,*

Circumscriptorem.

Lib. de Patientia, cap. 5. et circa diaboli circumscriptorem. Nam circumscribere etiam circumuenire significat. Atqui adnotat ad illud Gen. 3. Inimicitias ponam inter te et mulierem. Legimus autem mox: Nonne nunc magis deceptus, &c. videretur: pro: videretur, ex Vatic. 1. MS. cod.

44. si non benè depunxisset, &c.] *Depunxisset (inquit idem Rhenan.) pro dispunxisset, usurpat, ut puto, hoc est: Si non benè eo usus fuisset, si non benè ab suis fuisset. In MS. exemplaribus legitur: depinxisset. Est verò Tertullianicum: legi reus fuisset, nempe reus cum Datus.*

CAP. VIII.

45. Neque enim ad viuendum solummodo produxerat hominem, &c.] *Titulum huic capiti im-*

posuimus: Proxus itaque homini delictum imputandum, quem ad benè viuendum produxerat Deus.

46. Et hoc non per infirmitatem, sicuti nec per ignorantiam, &c.] *Rectè sic Auctor; post peccatum cum solummodo, homini acciderunt infirmitas et ignorantia.*

47. Qui facit (inquit) spiritus angelos, & apparitores flammam ignis, &c.] *Fitum locum sic explicat Auctor, tamquam ex spiritu materiali (uti præmittit) conlitterint angeli, non ex adflatu Dei, sicuti homo. Atqui more suo apparitores vertit, pro ministris, quod alij vertunt Hebr. 1. quem locum haud dubie citat, non autem Psalm. 103. ubi legitur: ignem vrentem, non sicuti hic: flammam ignis. Proinde confirmatur hinc auctoritas Epistola ad Hebræos tamquam canonica, quippe quam citat in materia fidei. Verum de ea latius infra Tom. 5 lib. de Pudicitia: ubi est Barnabæ adscriptat, tamen eiusdem facit auctoritatis, ac si Pauli foret.*

48. infirmo dominandi, &c.] *Sic dicit (inquit Rhenan.) infirmo dominandi, sicut mox: inualido sustinendi. Adnotat autem ad illud Psalm. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, quum dicit: vniuersitatem homini subiectam. Rectè etiam interpretatur Rhenanus illud: cum definitione mortis conuenisset, id est, adlocutus fuisset.*

CAP. IX.

49. Quoquo tamen (inquis) modo, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus: Neque propterea Deo delictum imputandum, quod adflatu Dei sit anima. Sunt autem verba hæc Marcionis vsque ad illud: Ad hoc, &c. quamquam interim sua phrasi ea reddat.*

50. quod Græca scriptura signauit, adflatum nominas, non spiritum, &c.] *Rectè Græca vox πνοή ad marginem adnotata est à Rhenano, a d quam hic adnotat Auctor: nam ea legitur Gen. 2. non verò πνεύμα; quare proinde etiam interpres Latinus rectè translulit spiraculum vitæ, quod adflatum Auctor, non verò: spiritum. Idcirco rectè supra lib. de Baptis. cap. 5. num. 43. allegoricè loqui diximus Auctorem, dum etiam spiritum Dei hominem in illo adflatu accepisse fatetur; ubi de hoc latius.*

51. Quidam enim de Græco interpretantes, &c.] *Hic disertis verbis eos impugnat, qui pro adflatu spiritum ponunt. Quò pertinet etiam illud supra lib. de Anima, quum se excusans dicit cap. 11. Sed ut animam spiritum dicam, præsentis quæstionis ratio compellit; quia spirare alij substantiæ adscribitur: hoc dum animæ vindicamus, &c. spiritum necesse est certâ conditione dicamus; non status nomine, sed actus, nec substantiæ titulo, sed operæ; quia spirare, non quia spiritus propriè est. nam & stare, spirare est. Ita & animam, quam flatum ex proprietate defendimus, spiritum nunc ex necessitate pronuntiamus. Ceterum aduersus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex Dei flatu contendit, flatum propriè tuemur. Ille enim aduersus ipsius scripturæ fidem, flatum in spiritum vertit. Similiter etiam Marcionem vertisse hic subindicat, atque ad eò animam fuisse substantiam Dei partem. quare facit hic locus ad illius intellectum, qui alioqui subobscurior videbatur, de quo vide illic etiam nostras Adnotationes num. 140.*

52. Intellige itaque adflatum minorem spiritum esse.] *Prorsus sic legendum, pro: minorem spiritum, quia sequitur: non tamen spiritum; pro quo facit etiam quo d*

quod sequitur num. 53. et rursus illud infra: ita nec adflatu factus à spiritu, idè erit spiritus.

53. Capit etiam imaginem spiritus dicere flatum, &c.] *Et hic (inquit Rhenan.) vides quomodo verbo: capit, viatur. Hoc est, flatus significat etiam imaginem spiritus, sive potest dici imago spiritus.*

54. habens illas utique lineas Dei, &c.] *Pulcrè explicat, qua ratione imago Dei anima, nempe, quâ immortalis, quâ libera & sui arbitrij, quâ præcia plerumque, quâ rationalis, capax intellectus & scientiæ. Quibus conformiter Animam definiuit Auctor lib. de Anima, cap. 2.2. immortalem, liberam arbitrij, diuinatricem, rationalem; de quibus omnibus ibi, et precedentibus capitibus, de singulis latius, in Adnotationibus nostris; hic verò additur: capax intellectus & scientiæ, quod ibi non est, nisi forte eò pertineat illud: per ingenia mutabilem.*

55. Sic nec vsque ad integritatè à delicto, &c.] *Quum Deus hominem primum rectum et iustum, atque ad eò immunem à delicto creauerit; hoc accipiendum de ea integritate à delicto, quâ peccare non posset; quod soli Deo cedere, id est, competere, addit Auctor. Proinde fortassis rectius legeretur mox: non delinquendi facultatem, pro: felicitatem sed immutare nolui, refragantibus MS. cod. Vaticanis; maxime quòd idem pensensus sit. Id ipsum etiam indicat Auctor, dum aliquanto post negat animam immunem delicti.*

56. Ergo (inquis) dedisti animæ infirmitatem supra negatam, &c.] *Hæc sunt rursus verba Marcionis.*

57. dominum vniuersitatis, &c.] *Intelligit hominem, de quo similiter cap. præced. Quia nec vniuersitatem (id est, vniuersum) homini subiecisset, &c. non potiori angelis, quem et hic fortiozem angelis subiungit, si in lege Dei confiterit, id est, perstiterit.*

58. cui iam angeli administrant, &c.] *Etiam hic confirmatur auctoritas Canonica Epistola ad Hebræos, quum legatur Hebr. 1. et non alibi: Nonne omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capium salutis? Subiungens autem: qui etiam angelos iudicaturus est, adnotat ad illud 1. Cor. 6. quoniam angelos iudicabimus. Atqui rectè Rhenan. ibi: Quòd si se ita habent, res, subaudit.*

CAP. X.

59. Sed et si ab homine in diabolum transcripseris mali clogium, &c.] *Capit hoc inscripsimus: Quòd etiam si diabolo tanquam seductori imputandum esset delictum, non tamen Deo, à quo ille bonus creatus est. Atqui similem Phrasin adnotat Rhenanus ex libro precedente, cap. 2.2. Totum denique creatoris elogium in illum referretur. Sive autem legas cum Apostolo Hebr. 1. et Vatic. MS. 2. qui facit angelos spiritus, sive cum aliis: qui fecit, perinde est, et istud magis probatur.*

60. diabolus, id est, delator, &c.] *Haud absimiliter infra lib. 5. aduers. Marcionem: Ipsum vocabulum diaboli, quæritur ex qua delatura competat. Διδεολος enim à διαβολη. Quomodo autem delator fuerit, nempe: deferendo fallum, pulcrè explicat.*

61. primò, quòd Deus illos ex omni ligno edere vetuisset, &c.] *Interpretatur istud secundum adnotationem 70. qui paulò aliter quam Hebræi legunt: Quare dixit Deus: Non detur ex omni ligno, quòd est in paradiso; neque enim hoc dixerat Deus: sed contrariò: Ex omni ligno quòd in paradiso, comedes.*

62. In persona enim principis Sor, &c.] *Sic legimus ex Vatic. 2. MS. pro: In personam. Explicat autem pulcrè locum Ezechielis 28. dissentiens nihilominus in nō nullis ab adnotatione 70. quæ hodie existat. Atque imprimis in hoc, quòd non solum hic, sed in ipsis verbis Prophetæ Principem Sor appellet, quem alij, et Græci, et Latini Principem Tyri, idque seruata voce Hebræica Σορ, quæ eodem cap. semper reperitur, ubi Græcè est Τύρος.*

63. Tu es resignaculum similitudinis, &c.] *Quamquam et Hebræica et Chaldaica, Latineque voces: Signaculum significent, et hodie etiam vox Græca sic transferatur; tamen germanam hanc esse Tertulliani lectionem, patet ex Comment. B. Hier. in hunc locum Ezechielis, ubi videtur adhuc adcludere: In Latinum (inquit) codicibus, pro: signaculo, resignaculum legitur, cum et Χρυσήλαος verbum è verbo exprimens, qui interpretatus est iuxta 70. translationem, ἀποδοχισμα, resignaculum posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quòd signaculum Dei et figuram, quæ velut in cera molli summa expressa sit, Rex Tyri resignauerit atque perdidit; ut pro signaculo fecerit resignaculum, nequaquam habens imaginem et similitudinem Dei, iuxta quâ et primus homo conditus est. Hæc tenus ille, explicans illud Auctoris: qui scilicet integritatem imaginis et similitudinis resignauerit. Est enim vsitatus resignare, pro aperire quæ sigillo clausa sunt, etiam supra Tom. 1. Apolog. cap. 6. et infra lib. de Castis, dum dicit: ob resignatos cella vinarie loculos; sicut ibidem adnotauimus num. 81. Atqui adiectum: plenus sapientia, iuxta adnotationes Ezechielis omnes, quòd id explicet his verbis: vt sapientissimo omnium.*

64. Lapidem optimum indutus es, &c.] *Prorsus etiam hoc lego, pro eo quòd mendo sissime legebatur: est, quippe quum et precedentibus et sequentibus verbis diabolus sub persona Principis Sor alloquatur. Atqui B. Hieron. ubi supra adnotauit; quos hic habent 70. eosdem hos lapides xij. describi et Exod. 28. in Rationali Pontificis, et Apocal. 21. ubi de fundamentis nouæ Hierusalem agitur; remittens (vti et nos) vltiorem tractatum de his singulis ad Epiphaniij librum quem ad se miserit, de xij. gemmis in veste Aaronis, qui etiam nunc existat MS. in Bibliotheca Vaticana Græcus, et nō ita nuper anno 1565. Tiguri Græcè et Latine excusus est, tum ad Plinij naturalis historia lib. 37. Cum quo et MS. Vatic. 2. licet legatur: onychinum, aut cum vulgatis excusis (iuxta vocem Græcam ονυχίου) onychium. De iisdem omnibus vide et Ariam Montanum lib. de Aaron, sive sacris vestimentis, ubi ad gemmas nostri saculi notas plerasque deducit. Hoc interim præteriri non debet, quòd Apocal. 21. pro Carbunculo, Ligurio, Achate, et Onychio, qui hic commemorantur, et Exod. 28. et Græcè et Latine penantur, Calcedonium, Sardonyx, Chrysoprasus, et Hyacinthus. De quibus omnibus numero sedecim pulcrè Hieronimus noster lib. 17. de rerum naturis et proprietatibus cap. 7. tum ad literam, tum mysticè tractat.*

65. cum Cherub posuisti in monte sancto Dei, &c.] *Hic etiam variat à 70. magis consentiens cum Hebræis, pro eo quòd illi: Cum Cherub vincto à Deo et habitante in tabernaculo posuisti, et c. sicuti rectius legisse videtur B. Hieron. ubi supra, quàm quòd hodie legitur vntus; qui ad eò videtur legisse κεχρημδω, pro eo quòd nunc κεχημδω.*

66. donec inuenta sunt læsura tua, &c.] *Hic quoque et in translatione, et in explicatione dissentit à 70. qui legunt ἀδικήματα ἐν σοι; pro quo B. Hieron.*

verit iniquitates in te, quum Auctor laſuras mox interpretetur, quibus laſit hominem. Atqui vocabulo laſura (inquit Rhen.) ſapè uſus eſt autè. Lib. de Patientia, cap. 7. Demonſtrans (inquit) per abiectionem diuitiarum laſuras quoque earum computandas non eſſe; & alijs in locis, ut adnotauimus. Atqui ſicuti alia hic multa, ita etiam aliter diſtincti quod ſequitur, ſecundum Ezechielem: De multitudine negotiationis tuæ promas tuas repleſti, & deliquiſti, & cætera. Quæ, &c.

67. quòd nemo hominù in paradifo Dei narùs ſit, ne ipſe quidem Adam, &c.] Eodem pertinet quod ſuprà dixit cap. 4. ut quamquam totius orbis poſſidens in amœnioribus moraretur, tràſſatus in paradifum. Et uerò idipſum uerba Moysi Gen. 2. indicat, quibus dicitur accepſiſſe Deus hominem quem fecerat, & poſuiſſe in paradifum. Atqui ſunt Tertullianica: malitiæ exorbitaſſe, & commeatum operationibus eius admercendo.

68. Certamini enim dedit ſpatium, &c.] Etia hic locus facit pro libero arbitrio poſt peccatù, quum dicit: Certamini dedit ſpatiu, ut & homo eadem arbitrij libertate elideret inuincitù, qua ſucciderat illi, &c. Sic enim legendù rectè adnotauit Rhen. & confirmat MS. 2. cod. Vat. pro: ſuccideret: ac ſi dicat, ſuccubnerat. Nam hoc uerbo ſapè uſitur, ut lib. de Patient. c. 5. At ubi ſemel ſuccidit impatientiæ, & lib. 4. adu. Marc. quæ nulli factui ſuccidiffet, ſi fuiſſet & alij in locis.

CAP. XI.

69. Igitur uſque ad delictum hominis, &c.] Capiti huic titulu dedimus: Quòd ſi poſt delictù hominis Deus ſeuerus fuerit, ad iuſtitia eius id pertinere. De quo uide etiam librum præcedentem, cap. 26.

70. ſed quæ, &c. per benedictionem in cremetù generis audierat: Creſcite, &c.] Rhenanus hic adnotauit, poſſe eſſe figuram Græcam, ac ſi dicat: per benedictione ſecundù in cremetù generis audierat, &c. ſed ſi diſtinguatur in duas uoces illud: in cremetù, ſicuti legèdum cenſeo, nihil erit opus. Atqui pulcra hic ſunt Anriſteſes, quarum prior pars ex 3. capite Geneſeos, poſterior ex 1. aut 2. de ſumpta eſt, ſicuti ad marginè adnotauimus.

71. Creſcite tantum & multiplicamini, &c.] Mirum eſt unde illud: tantum irreperſit, quia tamè id etiam habent MS. Vatic. 2. cod. retinuit. Adnotandum uerò quod de terra dicit, ſed antè benedicta, neq; enim id nominatim reperitur in ſcripturis, ſed uidetur Auctor intellexiſſe, benedixiſſe Deù omnia illa, de quibus habetur: Et uidiſt Deus quòd eſſet bonù, qui ſenſus ex eo mihi colligitur, quod ſuprà dixit cap. 4. Sic & benedicebat quæ benè faciebat.

72. Exinde in ſcorceis ueſtibus, &c.] Scortæas reſtè interpretatur Rhenanus pelliceas. Omnia namque (reſtè Feſto) ex pellibus facta, ſcorcea appellantur. Cui conſentit Varro lib. 6. de lingua Latina. Sicut uerò Tertullianica: in operatam bonitatem, hoc eſt, ſine opere ad finem mali; eodem iugo uergeri (de qua Prouerbiali formula inter Prolegomena latius) æmulum mali, & bonitæ mulum; denique, quantò, & tantò.

CAP. XII.

73. Ita ſi ſocietas, &c.] Inſcriptionem huius capituli adimus: Quòd ſi quum iuſtitia cum bonitate perpetuò Deo aduerſit, non rectè ſeparantur Deus bonus & Deus iuſtus. Eſt autem Tertullianicum illud: modulata eſt.

74. Iuſtitia opus eſt, quòd inter lucem & tene-

bras ſeparatio pronũtiata eſt, &c.] Iſta pleraque omnia, quæ hic recenſet, Gen. 1. reperiuimus; illa uerò: inter arborem agnitionis, mortis, & uitæ, inter orbè & paradifum, Gen. 2. ubi Paraphraſticòs interpretatur Auctor arborem agnitionis, mortis, & uitæ, quæ appellatur ſcientia boni & mali. Videtur autem mēdoſum illud: inter maris cetum, quia nihil comparationis inter cetè grandia quantumuis magna, & aridæ molem. Proinde caſtigauimus: cetum, ut aduad ad congregationem æquarum, quæ appellauit Deus maria, ſicuti habetur Gen. 1. Sunt autem rursus Tertullianica: aquigena & terrigena; iudicatio diſpoſitum; iuſtitiam de cauſa mali offuſces; & obuentitiam.

CAP. XIII.

75. At enim, ut malum poſtea erupit, &c.] Capiti hoc inſcripſimus: Quòd iuſtitia Dei punitio etiam ad eius bonitatem pertinet.

76. Denique timor iudicij ad bonum, non ad malum conſert, &c.] Latè hoc ipſum tractauit Auctor ſuprà lib. 1. aduerſ. Marc. cap. 27.

77. Legis mali uiam latã, &c.] Ad illud Mat. 7. lata porta & ſpacioſa uia, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam.

78. Qualem oportet Deum, uelles, &c.] ſenſum hunc reddidit Rhen. Qualem oportet Deum eſſe, id eſt, bonum & iuſtum, uelles equidem, niſi male facta terrorem tibi incurerit, qualè eſſe malles, expediret tibi, ſcilicet eſſe talem, quum malè uiuas, & male factis deleſteris. Sequitur enim: ſub quo delicta gauderent. Eſt autem Tertullianicum: mali extraneus.

79. ſi non & nocentia ſpectet, &c.] Reſtè ſic Rhenan. pro: ſpectet, ſubintelligens mercedem; addens: nocentiam: pro improbitate ſeu malitia accipi. Placet autem magis: remuneret, quod habet Vatic. MS. vni cod. quàm, remuneretur, quod alter & excuſi; ſed nolui mutare ob phraſin ſimilem Auctoris non ſemel ſuprà adnotatam quæ paſſim pro actiuis uitur.

80. quia malit misericordiam quàm ſacrificiũ, &c.] Paulo aliter legitur etiam iuxta LXX. Oſee 6. & ſimiliter Mat. 9. Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Perum ſimiliter ſecundum ſententiam reddidit, non de uerbo ad uerbu, illud Ezech. 33. quia malit poenitentiam peccatoris, quàm mortem, tum hic, tum alibi non ſemel. Nec abſimiliter inſrã cap. 17. præterquam quòd legat: exſpectat potius poenitentia peccatoris.

81. Diliges Deum, & Timebis Deum. Iſic hic locus diſtinguendus eſt; quia eſt eodem c. Dent. 6. utrumq; habeatur; poſterius tamen multò, habetur alterum membrum. Sunt uerò etiam uoces Tertullianica: obſecutori, & exorbitatori.

CAP. XIII.

82. Ad omnia tibi occurrit Deus, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quòd ſi quando Deus condere mala dicatur, hoc intelligi de malis pœnæ, non culpæ. Quæ interpretatio adnotatu digna, aduerſus Caluinum, & eius affectas, nec tamen à Tertulliano primum adita, ſed uel etiam à B. Irenæo lib. 4. cap. 77. Quo loco aliorum Patrum tam Græcorum quàm Latinorum, immò etiam Ethnicorum ſimiles locos adfert Feu-ardentius noſter; ad quem ut ne hic ſim prolixior, Lectorem remitto. Hic ſolummodo adiciã, idipſum repeti rursus inſrã c. 24. ubi & ſententiam ſuam hu uerbis comprobat: Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur; de quo etiam ibi aliquid dicimus n. 162. Quòd pertinet etiam.

net etiam illud, quòd locum Iſaia 45. hic citatum, de bello interpretetur, inſrã Tom. 5. lib. de Eugã in perfectione. Videat præterea Lector, tum Chryſoſt. homil. 23. in cap. 6. Mat. & Iſch. in Leuitic. li. 4. tum homilium integram B. Baſilij: Quòd non ſit Deus cauſa malorum.

83. idem percuiens, ſed & ſanans.] Ad illud ad illud Deuter. 32. Percutiam & ego ſanabo; item illud 1. Reg. 2. Dominus mortificat & uiuificat, humiliat & ſubleuat; denique ad illud Iſai. 45. Ego faciens pacem, & condens mala. Atqui illa ſunt uerba Marcionis: Ecce enim ipſe ſe conditorem profiteatur malorum, dicens: Ego ſum, qui condo mala. Legimus autem ex 1. Vatic. MS. cod. ut & malitiæ iniuſtè auctor renuntietur, qui etiam non malè legit: ſuum cuique parti defendimus auctorem, pro eo quod alij: definimus: eligat Lector uirù uolet. Ex ueroque uerò caſtigauimus: ita iuſtitia mala contentis iudicia aduerſus mala delicti, pro: condenti, & delicta.

84. Agyptũ, &c. decemplici caſtigatione percuffam, &c.] Intelligit decem plagas, quibus percuffus fuit populus Agyptius, ob hoſpitiis populi, id eſt, (etiam Rhenano interprete) Iudaici conſtitationem, quæ reperire eſt Exod. 7. 8. 9. 10. 11. ac 12. nempe aquarũ uerſarum in ſanguinem; ranarum; cyniphum; muſcarum; peſtis pecorum; bulcerorum; veſticarum; grandinis; tonitru; & fulguris; locuſtarum; tenebrarum palpabilium; et cadu primogenitorum. Atqui: decemplacem dicit, ſicut Varro, decemplacatos lib. 5. de Ling. Latina.

85. Indurat cor Pharaonis, &c. qui iam legatos eius, &c.] Iſtud de induratione, reperitur imprimis Exod. 10. de legatis uerò Dei excuſſis, ac labore populo adieſto, Exod. 5. Atqui ſue: in exitium legas eũ excuſ. & altero Vatic. MS. cod. ſue: exitum, more Tertullianico cum altero, perinde eſt.

86. Ibim & crocodilum, &c.] Iuuenalis (inquit Rhenan.) ſatyrã 15. ſic auſpicatur:

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens Agyptus portenta colat? Crocodilon adorat Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibim. Atqui plura de Iſide ſuprà Tom. 1. Apolog. c. 6. n. 87. De reliquis uerò Deorum apud ipſos portentiſ. 24. n. 377. denique & Adnot. noſtris in librum B. Cypriani ad Demetrianum, n. 32. ubi nominatim etiam crocodili meminit. De ipſo denique animali crocodilo Plinius tractat lib. 8. cap. 25.

87. Impedit & ipſum populum (nempe Iſraëliticum) ſed ingratum, &c.] Vbi ad illud mea quidem ſententia ad cap. 11. Numeri, ubi igne impeditus, id eſt, punitus eſt populus, & ad c. Num. 21. ubi per ſerpentes ignitos. Illud autem de immiſſis uirgibus in pueros Eliſæum irridentes, reperitur 4. Reg. 2.

CAP. XV.

88. Iuſtitiam ergo primò iudicis diſpice, &c.] Capiti hoc inſcripſimus: Iuſtitiam eſſe quæ ſeueritas uideatur.

89. Nam eſt patrum delicta, &c.] Ad illud ad illud Exod. 20. Viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generatione. Atqui reſpondet Auctor: Duritia populi talia remedia (id eſt, Rhenano interprete) ad talia remedia, compulerat.

90. poſteritatibus ſuis, &c.] Pluralis numerus (inquit idem) pro ſingulari, id eſt, poſteritati ſua, uel poſteris ſuis.

91. Sed eſt benedictio patrum, &c.] Iſtius rei exèpla habentur Gen. 12. 13. 15. 17. 18. & 21. ubi benedixit Deus non ſolum Abræ, ſed & ſemini eius, ſicut etiam rur-

ſum Iſaac & ſemini eius, Gen. 26. 92. Saluo eo quod poſtea decerni habebat: Nò dicturos acidã uiam, &c.] Sic omninò hic locus diſtinguendus, ubi ad illud ad Hierem. c. 31. & Ezech. 18. quos locos, pulcre cum præcedenti conferens, interpretatur.

93. Sanguis illius ſuper capita noſtra & filiorũ noſtrorum, &c.] Adnotatu digna eſt hic uaria Auctoris lectio: pro eo quod legitur Mat. 27. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

CAP. XVI.

94. Bona igitur & ſeueritas: quia iuſta, &c.] Inſcriptionem huic capiti dedimus: Quòd iudici non ueniant exprobranda quæ illi accidunt.

95. ſiue ira, ſiue æmulatio, ſiue ſæuitia.] Quod Deo iram adſcribere uidetur, & ſæuitia, & alia quædam paſſiones, inter Paradoxa in Prolegomenis tractabitur. Quamquam interim hic ſe ſatis explicat, quum dicit iram, ſæuitiam, aliòq; motu ita Deo tribui; ſicuti dexteram, oculos, & pedes Dei legimus, quæ tamen humanis membris aut ſenſibus non comparantur; unde & ſub finè capituli: Iracetur enim, ſed non exacerbabitur, &c. Atqui legit quidem MS. Vatic. 1. codex: Vindicanda erat ptocacitas, &c. Atque ita nò poruerunt. Perum magis placet uulgata lectio: Vindicanda erit, ac nò poterunt. Sed ex eodem caſtigauimus: quæ iudici accidunt, pro: accedunt, ac legimus: ſicut & iudex.

96. & conſtrictent.] Iſtud pro: conſtringant, accipit Rhenanus.

97. non à Philoſophis, nec ab Epicuro, &c.] Quæ fuerit Epicuri & Philoſophorum quorundam de Deo ſententia, mox explicat, quum ſubdit: qui nolunt Deum curare quidquam.

98. Si Deus iracitur, & æmulatur, &c.] Hæc uerba ſunt Marcionitarum.

99. etiam mortuum Deum credere, & tamen uiuentem in æuo æuorum, &c.] Eodem modo ſurpat: Deum mortuũ credere, de Chriſto loquens, quo Apoſtolus 1. Cor. 2. Deum gloria crucifixum dixit; non ſecundum quòd Deum gloria erat Chriſtus, neque ex uirtute diuinitatis, ſed ex infirmitate carnis: ſicuti rectè id explicat B. Aug. lib. de Preſentia Dei ad Dardanum.

100. Nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus &c.] Eodem loco B. Auguſt. laiſſimè tractat quomodo Deo adtribuuntur dextera, oculus, & pedes; ſcripturas autem, ex quibus id deſumptum eſt, ad marginem adnotauimus. Eſt eiſdem argumenti Liber incerti Auctoris, fortæſſis Hrabani inter opera B. Hieronymi, Tom. 4.

CAP. XVII.

101. Hæc itaque diſpecta totum ordinẽ, &c.] Capiti huic titulum impoſuimus: De diſciplinis & doctrinis Deo dignis, & bonitati eius conſentaneis. Legimus autem: itaque, pro: ita, ex Vatic. 1. MS. cod.

102. catholicæ & ſummæ illius bonitatis.] Catholicam bonitatem proprie accipit pro ea, quæ per totum orbem terrarum diſſuſa eſt; de quo nomine latius ſuprà lib. de Preſcript. adu. Hæret. cap. 26. niſp. 156.

103. Nam eſt hoc quoque teſtimonium Chriſti, &c.] Quum apud Lucam hoc teſtimonium Chriſti: plucntem ſuper bonos & malos, &c. non reperitur, ex quo multa eratit Marcion, loquitur Auctor de integro Euangelio ſecundum Matthæum, uipotè quæ ſolum Luca Euangelium agnouerit.

104. & omni à cõſcientia legitur, &c.] De Teſtimonio animæ, ſeu conſcientiæ, quæ Deũ ſatetur etiã.

ethnicum, habes supra Tom. I. librum integrum.

105. & restituens statum regni Babylonis tyrano penitentiam functo, &c.] Sic legitur ex I. V. Attic. MS. cod. nam solet Auctor usurpare fungum cum Accusativo. Intellegit autem Nabuchodonosor: de quo Daniel. 4. & Auctor Latius supra Tom. I. c. vlt. lib. de Penitentia.

106. quæ & filium Saulis moriturum ex deuotione populo cõcessit, &c.] Hic loquitur de Ionatha, quem populus liberauit è manibus saulis patris sui, sicut habetur I. Reg. 14. illis autem verbis: & ipsum Israël toties restituit, quoties iudicauit, adludit ad librum Iudicum, cap. 3. 4. 6. & 10.

107. quum vtrumque conueneris in creatore, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) deprehenderit. Sic lib. 4. adu. Marc. Hæc conuenientius; & ibidem multo ante: Quemcumque conueneris in via. Vide etiam simile locum supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 10.

108. Sed ante Lycurgos & Solonas omneis, Moses, &c.] De hoc latè supra Apol. c. 19. quæ probat: vnus Prophete Moïsi scriniũ, sæculis vincere omnes materias, origines, gentes, historiãrũ causas & memoriãrũ, ipsas denique effigies literarum; Vbi vide Adnot. nostras in caput integrum.

109. boui etiam terenti vincula oris remittuntur.] Apertius verit noster interpres Latinus: boui trituranti, I. Cor. 9. Eodem interim modo legitur infra Auctor lib. 3. adu. Marc. c. 5. & lib. 5. c. 7. Vbi illum Apostoli locum tractat, Græcè est ἀνοῶντο.

C A P. XVIII.

110. Sed quæ potius legis bona defendam, &c.] Caput hoc inscripsimus: Respõsio ad Antitheses Marcionis, de pœna talionis, ciborũ immũdorũ prohibitione, & sacrificiorũ onere. Quæ desumpta sunt ex Exodi c. 21. Deut. 14. & Leuit. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

111. & liuorẽ pro liuore, &c.] Vel hinc colligitur, adludere Auctore ad Exodi c. 21. Vbi diximus, Vbi istud addidit: quum Leuitici 24. & Math. 5. non reperitur.

112. à Deo expectare defensionem, &c.] Defensã (inquit Rhen.) substantiue, pro defensione & vindicta. Et rectè; nã supra T. 2. lib. de Patient. c. 10. Verit Auctor: vindictam mihi, & ego vindicabo, pro eo quod hic: Mihi defensionem, & ego defendam, (quod reperitur Deut. 32.) Vbi interim etiam defensionem usurpat. Est autem vox Terullianica, quã Metaphoricõs vitur: repastinaretur, id est (vt interpretatur Rhen.) defoderetur, obrueretur; sepeliretur. Repastinatur enim vinea veteres, dum refodiuntur. Atqui secundum coniecturam Latini castigauimus: vt sic improbitas æstuatã cessaret, pro: altuta, maximè adfentiente V. Attic. I. MS. cod.

113. per eũdem saporem passionis, &c.] Sapotis vocabulo (inquit Rhen.) degustationem perceptionemq; et sensum intelligit. Et hoc vocabulo supra alicubi vsus est, nã pãbide Resurr. carn. cap. 40.

114. Et si lex aliquid cibis detrahit, &c.] De ciborũ immũdorũ prohibitione latissimè tractatur infra T. 5. integra Epistola Nouariani de cibis Iudaicis.

115. quæ quum ederet panem angelorum, &c.] Adludit tum ad illud Psalm. 77. Panem angelorum contidit homo, vbi de Manna loquitur, tum ad illud Num. 11. in mentem nobis veniit, cucumeres & pepones, quos comedebamus in Ægypto.

116. comitibus gula, libidini & luxuriæ, &c.] Et etiam ab Auctore vsuata gula & luxuriã, sicuti hodie accipiuntur à scholasticis Doctõribus, quum de peccatis loquuntur capitalibus. Et aliud autem dixit alicubi B. Hieronymus: Venter vino astuans, facile desipimus

mat in libidinem.

117. vt & pecuniã ardor restingeretur, &c.] Ita legitur secundum coniecturam Ioannis Harrijsij Angli, pro: restingeretur, quam comprobata reperit parim, vno cod. V. Attic. MS.

118. gloriosus cõcis.] Gloriosas (inquit Rhen.) vocat cõcas, quibus gloriantur nonnulli, nunc ob raritatem, nunc ob pretium.

119. Sacrificiorum quoque onera, &c.] Hæc (inquit Rhen.) Sacrificiorum onera, atque has operationum & oblationum negotiosas scrupulositates, si de Presc. har. apte vocauit inofositates Iudææ. Quum autem operationum nomine appellet sacrificia, cõfirmatur etiam hinc quod supra adnotauimus alicubi: facere, pro sacrificare, & Auctori & aliis Patribus fuisse vsuatum, vnde etiam ethnici operari sacris dicebant.

C A P. XIX.

120. Sed & in ipsis commerciis vitæ, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Etiam Dei creatoris bonitatem cõfirmari ex Legalibus disciplinis. Atqui verbis illis: adu. Marc. cura vasculorum, videtur adludere ad illud Math. 23. V. a Vobis Scriba & Pharisei, qui mundatis quod de foris est calicis & paropisidis. Nos autem ex vno codice V. Attic. MS. iterũ restitimus phrasẽ Terullianicã: ne illi, momento, id est, ad momentum, vacarent, pro eo quod Rhenan. substituerat: vlli momento.

121. Quid enim faceret beatum hominem, &c.] Vsurpat Auctor hominem pro viro, nam & Græcè & Latina ac Hebraica, Chaldaicæque voces Virum significant, initio Psalmi 1. Vsurpatur similiter à vulgo Gallo-rum. Pulchra est autem Metaphora: rudem fidem operosis officiis dedolantis.

122. Auferte nequitas de anima, &c.] Citat istud secundum LXX. ex I. Sai. cap. 1. excepto quod omittit (quod tamen etiam habent Hebræa, Chaldaica, & Latina editiones) liberare iniuria oppressum. Præterquã quod addat: diligere quæstiones, seu potius (sicuti castigo ex animaduersione Ioan. Harrijsij Angli) diuigere. Nam hoc frequensissimum est Auctori. Fortè loco illius: Venite & disceptemus, pro quo B. Hieron. ex Hebræo, & arguite me, quod interpretatur Chryso. & Procopius in Comment. Vt audacter, qui bonum opus fecerit, cum Deo disceptet, quomodo etiam Auctor intelligere videtur. Si adderetur: cum Deo clarius foret.

123. Fugere improborum cõtractum, &c.] Hic nouam periodum fecimus, quia reperitur istud I. Sai. c. 58. Vbi quum habeatur Græcè τὸν δόσμον ἀδύνατος, omnimò hic legi debet, sicuti castigari, improborum (quod paraphrasticè: ita transulit Auctor, pro improbitatis) cõtractum, nõ vii habebatur: cõtractũ. Nam τὸν δόσμον coniunctionem Quintiliano significat, sive colligationem, vii transulit interpres B. Iustini Mart. Apol. 2. & B. Hier. qui conformiter Terulliano, creditorum obligationes interpretatur, & iniquas vsuras. Haud absimiliter B. Hieronius in Psalm. 124. obligationes peccatorum transfert; quæ quid aliud quàm improborum cõtractus? Differt interim in eo hic à LXX. quod legit: dimittere cõtractam integram, pro eo quod Hebræa, Chaldaea, & Latina editiones, cõtractos in requiem seu remissionem aut laxamentum, vii legit infra Auctor li. 4. adu. Marc. c. 37. Vbi etiam cõfirmatur dicta nostra castigatio, quum legitur, Dissoluens violentiorum cõtractũ obnexus.

124. Compefcere linguam à malo, &c.] Etiam hic nouam periodum auspicamur, quia hæc & sequentiã ex variis Psalmis sunt desumpta, sicuti ad marginẽ adnotauimus, distinctis singulis locis per dicommatã. Vbi restituumus

tuum ex MS. V. Attic. I. cod. & quàm iucundũ; quia illud: quàm, secũdo reperitur ab omnibus, Psalm. 132. Differt autem hic etiam Auctor, dum legit: sperare in hominem; pro eo quod alij omnes: in principibus. Quare & castigo: in Principes, quod sic legit Auctor infra lib. 4. aduers. Marcion. cap. 15. Item emẽdo Trobique: Dominum, pro: Deum, secundum MS. cod. 2. infra, & ipsum Psalmistam.

125. Qualis enim apud Deum merces homini? Et erit, &c.] Facit hic quoque locus ad confirmationem mercedis apud Deum pro meritis operum. Atqui trãstulit Auctor διεξόδοσ ἔσσι ὁδὸν τῶν, exitus aquarũ, pro eo quod alij decursum, & ex Hebræo riuulos. Vox Græca amphibola est; addit etiam, illi, quum alij omnes legant duntaxat: prosperabuntur.

126. Innocens autem & purus corde, &c.] Hic omittitur: manibus, quod habent alij omnes Psalm. 23. & legit: qui non accipit in vanum nomen Domini (quantum apparet, memoria lapsus, adludens ad Exod. c. 20.) pro: animam suam. Atqui legitur quidem V. Attic. 2. MS. cod. qui non accipiet, & V. Attic. 1. & non intravit, ac Deo saluari suo, sed passim apud omnes legitur: qui non accipit, ac non iurauit, sicuti antea hic etiam legebat; & Terullianicum est: salutificatore. Est verò iterum adnotanda vox Auctori: deliberandas, pro: liberandas; quum tamen mox legit: liberabit; quod retinimus, etiam si V. Attic. 1. habeat: liberauit, eo quod illud legant tam excusis quãdã MS. Psalmorum codices, sicuti etiam: Dominus custodit, pro eo quod V. Attic. 2. custodiuit, legentes omnimò: Redimet Dominus, pro eo quod erat literis transpositis: Redemit.

C A P. XX.

127. Sed enim sepia isti, &c.] Caput hoc inscripsimus: De direptione iusta Ægypti per filios Israël, Exod. 12. In quo imitatur B. Ireneum li. 4. c. 49. Vbi vide Adnotationes nostras Fen-ardentij, qui similes adlegat B. Augustini, Theodoretij, & Alimi Pienmensis locos. Atque pro: sepẽ, rectè restituit ex cod. Gorziensij Rhenan. Sepia, nam correspondet V. Attic. MS. cod. qui addit: eleganter & appositè hereticos Marcionitas sepiis comparari. Nam V. Plinius tradit lib. 9. c. 29. Sepiæ (piscium genus est) vbi sensere se adprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine is est: insuscitã aquã, absconduntur. Eodem modo hereticis Marcionitæ, vbi traductionem sui sentiunt, hoc est, quum erroris arguuntur conuincunturque, tenebras huic blasphemia intersomunt (vt atramentum sepiæ pisces) atque ita arguentem impediunt & auertunt, adlegando quia bonitatem creatoris insuscent, obnubilentque. Adde autem: quorum figura, illud quoque pisculentum (nempe sepias) de cibis Lex recufauit, adludit ad interdicitum ciborum immundorum, Deuter. 24. Vbi declarantur immundi pisces, qui absque pinnulis & squammis sunt, quales sepiæ, Legimus verò ex V. Attic. 2. MS. cod. iactitando, pro: iactando.

128. cognosce in vtramque partem.] Hoc est (inquit Rhen.) sede arbiter, & cognosce causam vtriusq; gentis. Est autem hic videre Iureconsultũ fuisse aliquãdo Terullianũ, vpotè qui nõ secus atq; Quintilianus in suis Declamationibus, hic pulcherrimè vtriusque partiũ actionem paucissimis verbis proponit, tamquam etiã per legatos actũ sit vtrinq; & pro Hebræis sententiã fert: bonã corũ causã pronũtiã. Atqui id ipsum repetit infra lib. 4. adu. Marc. c. 24. Christus (inquit) dignos pronũtians mercede operarios; excusauit præceptum illud creatoris de vasis aureis & argenteis Ægyptiorum aufertendis. Qui enim villas & vrbes operati fuerint

Ægyptiis, digni vtiq; operati mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compẽsationem, quam aliã à dominatoribus exigere non poterant. Elegãter etiam Laterinas vsurpat Auctor, & villas & ciuitates pro eodẽ habere videtur. nã Exod. 1. Vnica vox est Græcè, Hebræicè, Chaldaicè, & Latinè.

129. & tamen has iustitia renuntiauerunt sibi Ægyptij, &c.] Rhenano videtur ironia esse, Ægyptios videlicet iustè renuntiasse operas Hebræorum, hoc est, mercedem pro operis debitum denegasse. Verum si accipiamus: sibi, pro illis, ea erit sententia Auctori, quod operas iustitia adtribuerint Hebræis Ægyptij, ita iuri suo ad vasa aurea & argentea renuntiantes. Nam non solum posteriori hoc modo, sed & priori, pro adtribuere, accipi à Terulliano: renuntiare; supra adnotauimus li. de Animã, c. 15. n. 19. ad illud: Sed & quod Ægyptij renuntiauerunt ei: Et sibi, pro: ei, acceptum ab Auctore supra ostendimus ad lib. adu. Valentin. c. 20. n. 250.

130. an gratia Hebræorum? Rectè Rhenanus gratiam interpretatur mercedem, quæ Hebræis debebatur. Atque adeo facit hic Auctor pro catholica explicatione loci illius Apostoli: Gratia autẽ Vna aternã, ita vt gratia non excludat, sed includat mercedem.

131. vt solas scapulas suas scribæ eorum apud subfella sua ostenderent, &c.] Etiam hic in Iureconsultorum phrasi perspirat Auctor, itaquã si actione iniuriarum intentata (ita enim rectè interpretatur in hac ipsa periodo: iniuriarum iudicium Rhenanus) scribæ eorũ, nempe Hebræorũ (id est, quos hodie Procuratores seu Aduocatos vocamus) apud subfella sua, id est, coram iudicibus illorum ostenderent Hebræorũ scapulas flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas. Nisi quis malis per scribas intelligere Praefectos filiorum Israël, quippe qui (sicuti legitur Exod. 6.) per exactores operum Pharaonis, flagellati fuerint.

132. satisfaciendum Hebræis pronuntiaffet.] Ego secundum omnes codices MS. tam Rhenani quã V. Attic. nos, iterum istud restitui, pro: satisfaciendum, Hebræus pronuntiaffet; quia rectè quidẽ à Rhenano hic subintelligitur iudex; sed ego de aquo quouis iudice, immò & Ægyptio, intelligendũ puto non solum de Hebræo iudice; iuxta interpretationem nostram præcedentẽ paulo supra, n. 129. neque obstat illud; apud subfella sua, quia ego etiam hic accipio: sua, pro illorum. Pro quo facit, quod addat simpliciter: Igitur si bona causa Hebræorum, &c.

133. & suum populũ, &c. expũxit, &c.] Hic etiã habes phrasin, quã rectè interpretatur Rhenanus: populo suo satisfecit, de qua Latius supra Tom. I. lib. adu. Iud. c. 4. n. 15. Atqui rectè dicit Auctor, aliquod solatium, nã (vii subiicit) Hebræis etiã filios Ægyptij restituere debuerant, nempe eos, quos iuxta mandatum Pharaonis, Exod. 1. recens natos interfici iusserant.

C A P. XXI.

134. Sic & in ceteris, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod non fuerit contraria præcepto Domini, Exod. 20. circumlatio arcã in Sabbato, Iosue 6.

135. Siquidem sex (inquit) diebus operare, &c.] Mirum est, quomodo legat: operare, quum aditiones non solum ex Hebræo & Chaldaeo, sed etiam LXX. ex Græco aditiones Latine Exod. 20. legant: operaberis. Atqui pro: Septima die Sabbatiza (quod, non lecta aditione LXX. mutauerat Rhenanus) lego prius cum V. Attic. 2. alijque omnibus MS. Sabbata; nam sic Græcè etiam legitur Exod. 20. tum Deuter. 5.

136. quod: utique tuum.] Similiter etiam infra li. 4. adu. Marc. c. 12. Nam quid de die Sabbati dicit: omne opus tuum non facies in ea; dicendo: tuum, de humano opere definiit, quod quicquid ex artificio vel negotio suo exequitur, non de diuino. Unde apparet legisse Auctorem Græcè: ἐργον σου, id est: opus tuum, non sicuti habetur hodie: σὺ, id est: tu. Maxime quod etiam supra Tom. I. lib. adu. Iud. cap. 4. pro: opus tuum, legat paraphrasticis: opus seruile.

137. nisi longum esset, &c.] Sic omnino lego, non ex coniectura Rhenani dumtaxat, sed potissimum, quia sic legitur V. atic. 2. MS. cod.

138. qui Sabbatis lignatum ierat, &c.] Mallem legere: Sabbato, quam Sabbatis, nam Num. 15. non legitur pluribus Sabbatis ligna collegisse, sed semel dumtaxat: in die Sabbati. At nolui quid immutare, quod consentiant MS. V. atic. cum excusis.

C A P. XXII.

139. Proinde & similitudinem veras fieri, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod legi similitudinem veranti fieri, serpentis ænei, aut Cherubim aut Seraphim aurea effigies, non magis refragetur, quam sacrificiorum præcepto eorundem postea reprobatio. Locos autem scripturæ quos tractat, ad marginem adnotauimus.

140. ostendit & caussas, idololatriæ scilicet substantiam cohibentes.] Si sic legamus iuxta castigationem Geleni, non est opus subintelligere (uti Rhen. facit) sunt, quippe qui reppererat interiectam vocem, quæ, planè superflua. Nam similiter prius dixit Auctor supra T. 2. lib. de Idolol. cap. 4. Propter hanc caussam, ad eradicandam scilicet materiam idololatriæ, lex diuina proclamatur: Ne feceritis idolum; & coniungens: Neque similitudinem eorum quæ in cælo sunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Vbi vide Adnotat. nostræ num. 14.

141. Subiicit enim, Non adorabitis ea, neque seruietis illis, &c.] Istud non modo reperitur additum Exod. 20. sed etiam Deuter. 5. immò Leuitici 26. apertius legitur: Non facietis vobis ipsiis manufacta neque sculptilia, neque statuas erigatis vobis, neque lapidem insigne erigatis in terra vestra, ad adorandum eum, sive uti B. Hieron. verit: vt adoretis. Pro quo vtroque Græcè legitur: προσκυνησῶσι. & pro: seruietis, λατρεύειν. Vsq. uadeo ut nō noua sit similis Catholicorum modernorum interpretatio, non prohiberi dictis locis imagines simpliciter, sed ita vt non adorentur adoratione Latræ. Neque verò hic solum sed similiter etiam interpretatur dictos locos Tertullianus supra dict. lib. de Idolol. c. 5. Vbi vide Adnot. nostras n. 22. Hoc vnum hic præterea adnotandū, esse lesionem Auctoris in plurali: non adorabitis ea, neque seruietis illis, quum vbiq. secundum editiones omnes totum hoc præceptum primum singulari numero reperitur prolatum. Porro Tertullianus in hac scripturæ huius explicatione imitatur B. August. alicubi, Theodoretus in Comment. & Ionas Aurelianensis lib. 3. De cultu imaginum.

142. ad remediandos eos.] Sic (inquit Rhen.) li. de Resurr. carn. vtiouerit à Domino remediatorum, li. de Prescript. adu. her. c. 38. vel transmutatione remediaremus. Similes plures phrasæ inuenire est supra Adnotat. nostris in lib. ad Scapulam, Tom. I. cap. 4. n. 31.

143. Etræco de figura.] Cuius rei fuerit figura, serpentis ænei effigies, præcepta Moyse à Domino, nempe Dominica crucis, habes supra tum lib. adu. Iud.

Tom. I. cap. 10. & iisdem verbis infra li. 3. adu. Marc. tum etiam dicto lib. de Idolol. cap. 5. n. 22. Vbi passim etiā adtingit hanc Marcionitarum Antithesin. Quibus addo locis confirmari vsu imaginum crucis Christi, adnotauimus in Apol. cap. 16. n. 238. Vbi multis aliorum etiam Patrum testimoniis eundem comprobauimus iam inde v. statum fuisse ab Apostolorum temporibus.

144. Sic & Cherubim & Seraphim aurea, &c.] Mirum est, quomodo addat Auctor, Seraphim, quum nō modo Exod. 25. Vbi mandatur fieri, ac 37. Vbi à Moyse cōfecta fuerit, sed etiam Num. 7. Vbi legitur de Propitiatorio quod erat inter duos Cherubim, & rursum 3. Reg. 6. Vbi fuit à Salomone Cherubim duo alij in templo Hierosolymitano, dumtaxat, Cherubim fiat mentio. Atqui hos locos scripturæ pro confirmando imaginum & aliarum vsu adfert B. Athanasius, serm. de sanctis Patribus & Prophetis, iuxta quod citatur à Francisco Turriano, li. de Dog. characteribus, cum aliis multis Patrum auctoritatibus, quales nos etiam supra adduximus Apolog. c. 12. n. 184.

145. Diximus de sacrificiorum rationali institutione, &c.] Nempe supra cap. 18. Hic pro: auocanti, substituitur: auocante, vti patet quod constructur ab institutione.

146. Non enim (inquit) bibam, sanguinem taurorum? &c.] Hoc quoque differt ab additionibus omnibus Psal. 49. Vbi legitur: Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? quod quid interrogatiue legitur, etiam hic notulam interrogationis adiciamus, accipientes more Tertulliano: Non, pro: Nonne. Atqui illud: Deus æternus non esuriat nec sitiet, nusquam reperire potui. Legitur quidem in eodem Psalmo: Si esuriero, non dicam tibi; sed præmittit Auctor: quia & alibi ait.

147. Nam et si ad oblationes Abel, &c.] Oblationes verit Metaphrasticas, pro eo quod omnes additiones: munera, Gen. 4. sicuti & ipse Auctor paulopost: Deinde: & holocausta Noë odoratus est libenter, pro eo quod alij dumtaxat: odoratus est; & hic tamen illi consentit B. Cyr. vertens: & delectatus est Deus in odorem suauitatis.

148. vel etiam dicto.] Hoc est (inquit Rhenan.) iussu Domini, vel iubente Domino.

149. & Sollénitates & dies festos & vestra Sabata odit anima mea; Vestra dicendo, &c.] Sic prorsus distinguendus & supplendus hic locus ex aliis Auctoris locis, vbi eandem scripturam citat, vt sensus constet.

C A P. XXIII.

150. Si verò etiam circa personas leuè vultis intelligi, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Reiectionem quarundam personarum, quas prius probauerat, Deo tanquam bono iudici cōuenire. Cuius quum reddat rationem: quod nihil tā bono iudici cōueniat, quam reicere & adlegere; facit etiam pro meritis operum, Restituimus autem: adlegere; ex V. atic. 1. MS. cod. pro: adligere, iuxta quod alibi etiam frequenter Auctor loquitur.

151. Adlegitur Saul, sed nōdum despector Prophetæ Samuelis.] Auctor aduersus Antitheses Marcionis scribens, frequenter Antithesibus, in his libris dicitur. Reperitur autem istud partim 1. Reg. 9. vbi à Domino in regem vngi iubetur, partim 1. Reg. 13. vbi quod despicens Prophetam, eo non exspectat holocausta obtulisset pacifica, à Domino reiectus legitur.

152. Reicitur Salomon, &c.] Similes Auctoris loci sunt supra lib. de Presc. adu. her. c. 3. Salomon omnino gra-

ni gratia & sapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur; & infra li. 3. adu. Marc. c. 20. Salomoni verò etiā ira Dei accessit post luxuriā & idololatriā; item li. 5. c. 9. Salomō (audeo dicere) etiā quam habuit in Deo gloriā amisit, per mulieres in idololatriā vsq; pertractus. Nec alij similes B. Cyr. loci, vti Epi. 7. ad Rogatianos: Salomō (inquit) & Saul & ceteri multi, quicquid in Dñs Domini ambulauerint, datā sibi gratiam tenere potuerunt: recedente ab iis Dominica disciplina, recessit & gratia. vti li. de V. nit. Eccl. in hæc Verba: Salomō postquam deliquit viā Domini, perdidit et gratiā Domini, sicut scriptū est: Et excitauit Dominus Satanā ipsi Salomoni. Atqui adludit vsq; ad 3. Reg. c. 11. sed an postea iterū per penitentiam in gratiā cum Deo receptus sit, adhuc sub iudice lis est, quod atunt.

153. Bene adhuc agentes prædarnaret propter futura delicta? &c.] Istud omnino legi debet interrogatiue, quia ex sententia loquitur Marcionitarum, cui apte respondet: Sed Dei boni non erat, nondum merētes prædarnare. Proinde peccantes nunc non recusat propter pristina beneficia. Neque enim præscitiā meritorum, causā est diuinæ prædestinationis, sicuti hæretici sentiebant Pelagius, de qua re, ne hic proluxior sim, videat Lector Sixti Senensens Bibliotheca sancta li. 6. Adn. 251. & 252. ex BB. Augustino & Thoma Aquinate. Legimus autem ex 1. MS. V. at. cod. tum paulo prius n. 157. Adlegitur Saul, tum hic vt cum Deo semper adlegeret, & quem nunquam posset adlegere; deniq; & nunquam adlegitur; pro eo quod alij: Eligitur, eligeret, eligere, & eligetur; eò quod ante omnia præcedit: & reicere & adlegere; & rursum cap. sequi. ab omnibus legitur: dignissimè adlegerat, & Saulis adlectionem, item: adlectione hominis.

154. in vtroque dispengetur à Deo.] Hoc est (inquit rectè Rhenan.) in vtroque ei fauisset, in vtroque mercedem accipiet. Nam non semel supra similes phrasæ Auctoris adnotauimus.

C A P. XXIII.

155. Sic & penitentiam apud illum prauè interpretaris, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod Dei penitentiam prauè interpretetur Marcion. Rectè autem illa locum hunc restituit Rhenanus, vt legitur: alter plurimum, nempe Deum creatorem; quia consentit ad MS. V. atic. cod. Essè autem verba hæc Marcionis, manifestum est. Atqui pulcrè in eandem sententiam B. Aug. li. de ciuit. Dei, cap. 7. Vbi legitur quod Deum peniteat; mutatio rerum significatur, immutabili præsentia diuina remanente. Multo autem latius id toto hoc capite prosequitur Auctor, qui pulcrè tam suam, quam B. Augustini sententiam confirmat; tum verbis scripturæ eiusdem capituli 1. Reg. 15. Unde penitentiam Dei adferebat Marcion: non conuerteretur, neque penitentiam ageret; quia non sicut homo est ad penitendum, tum etiā his verbis, sub finem capituli: Nam & in Græco sono penitentię nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione est cōpositum; de quo proinde infra num. 165. Quibus verbis explicatur, quod hic habet Auctor: Non semper penitentiam, confessionem sapere mali operis vel erroris.

156. beneficij ingratus, &c.] Ingratus (inquit Rhenan.) cum Genitino beneficij construitur. Sic ad calcem lib. 3. adu. Marc. Qui (inquit) ob vtriusque promissionis ingratus.

157. & sancto spiritu auget, &c.] Adludit ad illud 1. Reg. 10. Et insuit in eum Spiritus Domini, & in-

capit propheta; quem rectè etiam sanctum Spiritum vocat Auctor, quia iuxta promissionem Samuelis eodē capite mutatus est in alium virtus. Est autem Tertullianicum: Vacante delicto.

158. Ecce (inquis) criminosa eam (nempe penitentiam Dei) animaduerto, &c.] Verba sunt iterum Marcionis vsque ad illud: Bene igitur, &c. Reperitur autem prius testimoniū, quod hic ab illo obicitur Jon. 3. posterius Ion. 4. in quo est Tertullianicum illud: plurimum misericordiæ, Græcè vna voce πολυέλεος, pro: multa misericordiæ. Restituimus autem ex 1. V. at. MS. cod. Sicut & ipse Ionas ad Dominum, pro: Deum, quia illud legitur bis aditiones omnes.

159. Et, quia Marcion defendit arborem bonā, &c.] De hoc supra latius lib. 1. c. 2. n. 26. Omittimus autē secundum: & superfluum, iuxta MS. 1. V. atic. cod. qui legit etiam: abundantissime misericordiæ, sed: abundantissimi magis est Tertullianicum. Ex eodem supplemus: etiam carum malitiarum.

160. & Ecce ego emitto in vos mala, &c.] Multi sunt eiusmodi loci in scripturis, quibus legitur: Inducam super eos malum, sive mala, nempe 3. Reg. 9. 4. Reg. 21. 2. Paral. 7. & Hier. 4. 10. & 23. Ego verò ad marginem adnotauit Hier. 18. Vbi legitur: Ecce ego fungo, Græcè πλάσσω, super vos mala, in quo conuenit hic Auctor.

161. quorum satis diluimus infamiam, &c.] Supra, nempe cap. 14. Vbi dicit intelligenda hæc mala non culpæ, sed pænæ.

162. Nam & apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & laesuris, &c.] Similiter adnotauit Latinus alicubi Auctorem vertisse: laesuras, pro: malitiis. Atqui pro Auctore facit tum quod v. atic. Græcè Ματθ. 6. in Oratione Dominica pro v. atic. accipiat, teste B. Hieronymo, tum quod etiam apud alios Auctores significet interdum afflictionem & miseriam. Sunt autem Tertullianica: delicti vindicandæ, & admittitur substantiue, tum hic, tum c. sequi. quum inquit in certus admitti, & cum aliqua iam tunc admitti suggestione; item: præter admittum.

163. ex recordatione plurimū delicti, &c.] Plurimum (inquit Rhenan.) aduerbialiter, pro: vt plurimum. Terentius in Phormione: Domum ire pergam, vbi plurimum est. Sic etiā noster Auctor supra locum est. Latini, Minimum, hoc item modo vsurpat. Atqui de voce: ingratus, supra alicubi dixisse aliquid meminimus; hic certè pro ingratiudine accipi videtur.

164. Discidit Dominus regnum Israël, &c.] Videtur hinc, olim apud LXX. non fuisse lectum aliud quam τὸ βασίλειον ἰσραηλ, id est, regnum Israël, sicuti etiam vertitur ex Hebræo & Chaldaeo. Nescio itaque vnde irreperint quæ hodie adiciuntur οὐ, & ἀπὸ; quæ dum vertuntur regnum vnum ab Israël, contextum ipsum reddunt obscuriorem. Atqui more suo τῶ ἀπὸ οὐ πῶς οὐ vertit: optimo super te, pro: bono, & paraphrasticos eis δὶα, in duas partes.

165. Nam & in Græco sono penitentię nomen, &c.] Vox μετανοία, pro quo ex Græco: penitentia transferitur, à μετανοεῖν deriuatur, quod non delicti confessionem, sed animi demutationem significat, sicut patet ex Xenophote initio li. 1. παιδείας, & aliis Græcis scriptoribus. Sive autem legatur: cōpositū est, sive, comparatum cum V. atic. MS. cod. perinde est.

166. quam apud Deum, pro rerum variantium sese occursum, ostendimus, &c.] Ab exemplaribus scriptis (inquit rectè Rhenan.) nihil est subseq. Diuino

Tertullianum scripsisse: occurfura, ut sit substantiuum nomen, pro: occurfus; nam huius terminationis vocabulis gaudet. Leges ergo: quam apud Deum, pro rerum variantium sese occurfura, ostendimus. Itaque in numerum istiusmodi nominum, paratura, genitura, lesura, suffectura, supparatura, referes & illud: occurfura.

C A P. XXV.

167. Iam nunc ut omnia eiusmodi expediam, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Prae etiam interpretari Marcionem verba illa Dei: Adam ubi es; ubi est Abel frater tuus; & Descendens videbo. Quae reperiuntur Gen. 3. 4. ac 18.

168. Nec enim simplici modo, id est, interrogatorio sono, &c.] Hinc patet quod secundo hic loco legitur: Adam ubi es; id est, in perditione es, non debere legi interrogatio sono, quare pro nota interrogatio nis, dicomna substituitur. Eodem autem modo B. Augusti, lib. 11. de Gen. ad litter. cap. 33. Increpantis (inquit) vox est, non ignorantis. Atqui Tertullianica sunt voces: impressio, & incusso, & imputatio, quas explicat quum subdit: ut increpandi & dolendi vox sit. Aliter paulo interm locum hunc interpretatur Auctor infra lib. 5. aduers. Marcionem, ut confessionem probaret, & timorem prouocaret. Aliter etiam Nouatianus, sine quisquis alius Auctor lib. de Trinitate infra Tomo 5. Nam quod & requiritur (inquit) Quare non placet quod venit, sed spem hominis futuram in Christo salutis & inuentionis ostendit.

169. qui totum orbem comprehendit manu velut nidus, &c.] Reperitur istud Isai. 10. iuxta LXX. praeterquam quod illi hodie in Futuro legunt, quod Auctor in Praeterito. Certè interpretes potius fuisse LXX. quam tralatores, etiam hinc patet; ut potè qui vocem Hebraicam (quae & fortitudinem populorum significat, sicuti vertit B. Hieronym. & exercitus) oratorio more accipientes, pro omnibus exercitiis populorum, interpretati sunt orbem totius; sicuti rectè ante me adnotauit Leo de Castro in Isaiam. Quod autem sequitur: cuius caelum thronus, & terra scabellum, scribitur Isai. 66. Atqui rectè adnotauit Rhenanus ad marginem ironicè dici quod sequitur: nimirum, &c.

170. naso agis, &c.] De hoc prouerbio Vide nostra Prolegomena. Lego autem omnino: Interrogabat Deus quasi incertus, & hinc liberi arbitrij probans hominem; omisso, vt, superfluo; & rursus ex cod. 1. Patie. MS. restituo: & hoc nomine releuandi, pro: reuelandi, quia sequitur oppositum: De Cain: & hoc nomine grauandi, & rursus: confessione releuatos.

171. Sicut de Cain sciscitatur: Vbinam frater eius; quasi nō, &c.] Sic etiam recens distinguo hunc alterum, quem hic tractat, scripturae locum. Eandè ab similitè B. Augusti, lib. 1. contra Faustum Manich. cap. 9. Interrogat (inquit) Deus Cain non tamquam ignarus, rerum à quo discat, sed tamquam iudex reum, quem puniat, ubi sit frater eius. Item Iustinus Martyr tam de Adam quam de Cain, lib. adu. Tryphonem. Videatur legisse Auctor dum taxat: Sanguis fratris tui vociferatur ad me à terra, pro eo quod omnes editiones: Vox sanguinis.

172. Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, &c.] Etiam hic differt Auctor ab editionibus Graeca, Latina & Syriaca, quod d legat: Ex ore tuo, bis, pro eo quod ille: Ex verbis tuis.

173. sed spes ei salua est, dicente Domino: Ecce Adam factus est tamquam vnus ex nobis.] Simili-

ter hunc locum Gen. 3. interpretatur supra lib. de Resurre. carn. cap. 63. vt rursus ex illa (nempè terra) repraesentetur Adam, auditurus à Domino: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, verè tunc compos mali quod euasit, & boni quod inuasit. Vbi numer. 430. nouam esse hanc interpretationem adnotauimus. Atqui de Ade penitentia & salute post lapsum, Vide supra lib. de Praescript. aduers. heret. cap. 52. heret. 20. Vbi de Tatiano agitur, qui eam negabat, num. 326. Sunt autem loci similes Auctoris ibi non adlegati lib. de Penit. cap. 2. Vbi de Deo dicitur: quum rursus ad suam misericordiam maturauisset, &c. rescissa sententià irarum pristinorum. Item supra cap. 10 quum dicit: Certamini enim dedit spacium, vt & homo eadem arbitrij libertate elideret inimicum, quà succiderat illi, &c. Denique ipsè penè quibus hic verbis Nouatianus lib. de Trinitate: cuius tamen pœnam (nèpè Ade) nihilominus indulgenter temperauit, dum non tā ipse, quàm labores eius maledicuntur (super terram. Pro quo etiam facit, quod addit: & ne de ligno arboris vitæ contingat, arceatur, ne viuens in aeternum, nisi peccata Christus ante donasset, circumferret immortalè delictum.

174. vt restitutionis candidatos.] Hoc est (inquit Rhenan.) priorem felicitatem recepturos. Apud Romanos erant candidati petitores honorum. Sic supra dixit: Eternitatis candidatus, de Enoch. Quare non placet quod habet Patie. MS. utque: restitutioni, quia alibi semper Auctor cum Genituo construit: candidatos.

175. & cupidum morte luere delictum, moti interm vetuit.] Adhuc ad illud Gen. 4. quod quò dixisset Cain: Et erit, omnis inueniens me, occidet me; dixerit ei Dominus Deus: Nō sic, omnis qui occiderit Cain, septè vindicta exsoluet. de quo & sequentibus verbis late tractat B. Hieron. quaest. 1. ad Damascum. Atqui ex 1. Patie. MS. cod. restituitur: etiam negationis exemplo oneratum, pro: negationis eius; usque adeò ut non sit opus subintelligi: admissio, iuxta Rhenanum.

176. Sed: Ad Sodomam, &c.] Sunt haec iterum verba Marcionis, quibus sententiam suam confirmare nititur ex hac scriptura Gen. 18. Distinxi autem eam, & castigauit hoc pacto: Sed: Ad Sodomam & Gomorram descendens, Videbo (ait) si secundum clamorem peruenientem ad me, consummentur: si verò non, vt agnoscam; pro: consummentur; quod Hebraica editioni correspondet vox Graeca: καταλεσθησονται, & proinde etiam Latina versiones, perficiunt, aut perferunt, legunt. Nisi forte malis quis legere, sicuti Chaldaeus paraphrastes: videbo, si secundum clamorem peruenientem ad nos, fecerint, consummentur; omisso: si verò non, vt sciam; sed illud magis placet, maxime quum nostra castigationi etiam consentiat B. Augusti, sermon. 70. de tempore, ubi pulcrè & late hanc descensionem, non pertinere ad ignorantiam Dei, deducit per varias interpretationes, aduersus Paganos & Manichaeos, qui hunc ipsum locum Christianis obuiabant.

C A P. XXVI.

177. Sed & iurat Deus, &c.] Hinc capiti titulum imposuimus: De iuramento Dei per semetipsum, & verbis illis ad Moysen: Sine me, &c. praue etiam à Marcione interpretatis. Sunt autem verba Marcionis: Sed & iurat Deus; deinde Auctori (ubi adeò noua periodus inchoanda:) Nūquid forte per Deū Marcionis? Post haec iterum verba Marcionis: immò (inquit) multo vanius, quod per semetipsum. Atqui ex eo, quod

quod hic subiungitur: hoc cum maximè iurantis, alium absque se omnino non esse, patet hic tractari illud Isai. 45. supra etiam tractatum lib. adu. Hermog. cap. 6. num. 26. Ego sum Deus & non alius, per meimetipsum iuro. Atque adeò in ipsum Marcionem retorquet pro asserione Dei creatoris, quod ipse in contrarium adlegabat.

178. An vanè deierantem?] De deieratione Vide supra Adnotat. nostras in lib. de Idolo. cap. 20. num. 157. & Apolog. cap. 32. num. 453. quod deierare, sit per Deū iurare. Quare hic quater eo verbo vitur, vt ex ipso iuramento Dei, Verum Deum esse constet. Atqui rectè hunc locum restituit Rhenanus.

179. nunc verò & haeretici.] Haereticos alios Deos credentes, Marcionitas intelligit.

180. Proinde si & in promissionibus, aut comminationibus iurat, &c.] Iuramentum Dei, etiam per semetipsum in promissionibus, habes Gen. 22. in comminationibus, Hierem. 22. & alibi quoque innumeris penè locis.

181. Sine me, & indignatus irā, &c.] Reperitur hoc Exod. 32. versu 10. illud autem: Non facies, inquit, (quod addo recens ex 1. Patie. MS. cod.) istud, aut & me vnā cum eis impende, versu 32. paraphrasticus. Ibi enim legitur: Si autem non, dele me de libro tuo quem scripsisti. Adhuc verò Auctor ad verba Apostoli Roman. 9. Optabam autem ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis; & illud 2. Cor. 12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam pro animabus vestris. Eodem enim modo tres locos hos interpretantur Patres, vt loquatur de deletione libri viuentium; in quo (vt B. Hieron. siue quisquis sit Auctor in Psalm. 66. scribit) ante aduentum Domini nomina iustorum conscripta sunt, atque adeò oportet anathema fieri à Christo, & perire non in aeternum, sed in praesentiarum, vt rectè explicat idem B. Hieron. ad Hebraeam, quaest. 10. & latius ad Algisiam, qu. 9. Nec ab similitè etiā dicta verba interpretatur Hrabanus nosier in Commentario eius loci. Atqui B. Chrysost. Homil. de amore Dei erga persequentes, conformiter Auctori legit: Sin autem, & me perde. Si quis plura huc pertinentia petat, videat Sextum Senensem li. 2. de Vita libro. Porro rectè à Rhenano ibi: Miserandi vos quoque, subintelligitur: estis.

182. atque ita disceres, quantum liceat fideli & Prophetae apud Deum.] Similiter locum hunc interpretatur, quod nempè multum poterit habere oratio Sanctorum apud Deum, B. Hieron. in Hierem. cap. 28. in Ezechielem cap. 13. & Epist. ad Gaudentium, Cyrill. Alexandr. lib. 5. adu. Julianum. Atqui si Apostoli & Martyres (inquit B. Hieron. aduersus Vigilantiū, ubi hoc ipsum exemplum Moysis adducit) adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti; quanto magis post coronas, victorias & triumphos: Facit proinde locus iste pro orationibus Sanctorum pro nobis, etiā post hanc vitam: de quibus, vt de inuocatione ipsorum Sanctorum, late tractauimus Adnot. nostris in Epist. 57. ad Cornelium, B. Cypriani.

C A P. XXVII.

183. Iam nunc, vt & cetera compendio absoluiam, &c.] Caput hoc inscriptum: Dei creatoris reliquas iuxta Marcionem pusillitates, non esse tantas, quantas in Christo etiam suo agnoscunt Marcionitae.

184. Deum non potuisse humanos congressus inire, &c.] Sunt verba haec Marcionis usque ad illud:

sibi quidem indigna, &c. Adhuc autem ad adparitiones Dei factas hominibus in forma humana: exempli gratia, Ad. Gen. 3. Abrah. Gen. 12. 17. & 18. item Isaac, Gen. 26. ac 35. & alias frequentissimas; de quibus latius infra lib. adu. Praxeum, quem eiusque affectus mihi videtur intelligere, quum subdit (iuxta quod recens supplementum) quamquam & cum haereticis non multò diuersa congressio stet, addita vocer diuersa, ex Patie. 1. MS. cod.

185. deuersatum.] Sic iterum legitur cum dicto MS. cod. Patie. & Rhenano, qui non modo alibi, sed & hic adnotauit: deuersatum, accipi pro: conuersatum, quā voce mox vitur Auctor. Siue autem legas: vt etiā morti subiceretur, cum dicto Patie. cod. siue: subiiceret, cum aliis, perinde est. Vide autem hac de re etiam infra li. 3. adu. Marc. cap. 8. num. 59.

186. An haec sunt pusillitates, &c.] Eadem voce vitur supra lib. adu. Hermog. cap. 14. quum dixit: Quae cumque potestas ei, quā pusillitas, competit; & vitur eadem voce hoc capite frequentius.

187. Nam & profitemur, Christum semper egisse in Dei Patris nomine, &c.] Paradoxo hoc, quod quandocumque legitur Deus apparuisse, Christus semper egerit in Dei Patris nomine, etiam habes supra lib. adu. Iud. cap. 9. num. 114. 115. ac 116. & infra lib. 3. adu. Marc. isdem penè verbis, sed latissimè tractatum infra lib. adu. Praxeum, idque potissimum per illam scripturam probat, quam etiam paulo post citat: Deum nemo videbit, & viuet. Plura Vide in Prolegomenis.

188. sermonem eius, quem ex semetipso proferendo, filium fecit, &c.] Quod Christus Dei sermo, sicuti habetur Ioan. 1. atque adeò etiam filius Dei, etiā tractatur latius ibidem contra haereticos; aduersus Paganos verò ex ipsorum testimonio id ipsum probauit supra Tom. 1. Apolog. cap. 21. num. 310.

189. Deum nemo videbit, & viuet, &c.] Eodem modo citatur infra lib. 3. adu. Marc. & lib. adu. Praxeum, ubi de vera eius loci lectione latius, eò quod supra citato loco lib. adu. Iud. legit: Deum nemo vidit, & vixit. Legimus autem in initio huius periodi: Ceterum patrem nemini visum, omisso: quia superfluo.

190. Sed & penes nos Christus in persona Christi, &c.] Valde obscurus est hic locus, & nonnihil de aliquo paradoxo suspectus, si mendans non subsit. quare ad Prolegomena reuicimus. Atqui legit quidem Patie. 1. MS. cod. in patre inuisibili incognoscibilique, Verum quod agat hic (vt initio huius capitis dixit) de Dei congressibus humanis, & sequatur filio & viso, & audito, & congresso, magis placet: incongressibilique.

191. & placido, &c. vt ita dixerim, Philosophorum Deo.] Stoicos & Epicureos intelligit Rhenanus; sed ego de solis Epicureis loqui existimo. Nam Stoici & Platonici (vt supra dixit Auctor Apolog. cap. 47.) curantem rerum Deum asseuerabant; at Epicurei otiosum & inexercitum, & vt ita dixerim, neminem humanis rebus, & (sicuti alibi non semel adnotauimus) hebetem.

192. IVDICEM QUIDEM ET ILLVM ESSE IAM OSTENDIMVS IN LIBELLO SVO, &c.] Adhuc mihi videtur ad libellum de Iudicio Dei, carmine conscriptum, quem habes infra Tomo 4. Id ipsum etiam paucis tractauit supra lib. 1. adu. Marcion. cap. 26. & 27. item hoc libro supra cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.

CAP. XXVIII.

193. Nunc & de pusillitatibus & malignitatibus, &c.] *Capituli huius inscriptionem dedimus: De Antithesibus amulis aduersus Marcionis Antitheses; quod velut Epilogum continet cum sequenti capite, totius huius libri, utpotè in quibus, tribus (quod aiunt) verbis plerisque repetit Antitheses, quibus toto libro tractatur, quò Lectorem remittimus, si scripturas desideret, ad quas hic etiam adludit.*

194. Si ignorauit Deus meus esse alium super se, &c.] *Istud non tam aperte tractatum est ab Auctore aut hoc, aut precedenti libro, sed adludere videtur ad cap. 8. 9. ac 10. primi libri, ubi ostendit Deum creatorem agnitiuum esse ab initio, & que ad eò non ignoratum. Magis autem competit istud in Valentinianos, quibus consensisse Marcionitas hinc apparet.*

195. Heraclitus ille tenebrosus, &c.] *Hunc Graeci (inquit Rhenan.) σκοτεινὸν vocant, ipse tenebrosusum verum, de quo latius supra libro de Anima, c. 2. num. 32. Atque de Proverbio illius. Eadem viâ sursum & deorsum, vide nostra Prolegomena.*

196. Delictum & mortem, &c. quæ Deus meus passus est, &c.] *Omni modo sic legendum, pro eo quod legatur mendosissime: quem. Adludit autem ad ea quæ tractantur supra cap. 5. & sequentibus, de delicto & morte; ac cap. 10. de auctore delicti diabolo; & de omni malo, 14. 15. & 16.*

197. Mutauit sententias suas Deus, &c.] *Hic similiter ad tractatum c. 21. 22. ac 23.*

198. Penituit mali in aliquo, &c.] *Hic ad c. 24.*

199. Mandauit fraudem Deus noster, &c.] *Istud tractatur cap. 20.*

200. oculus pro oculo, &c.] *De hoc cap. 18.*

201. Nescit Deus noster quales adlegeret, &c.] *Isti de iterum cap. 23.*

202. Si & mentitum alicubi, &c.] *Istud supra non tractatur, sed ex abundantia addit; ut magis confundat*

Marcionem, qui Christum mendacio dimidiauit, ut supra dixit Auctor lib. de Carne Christi, cap. 5.

203. Multos sequitua Dei mei absumpsit, &c.] *Istud etiam peculiariter non tractauit Auctor hoc libro, sed pauca adtingit cap. 11. & sequentibus, ubi de seueritate iudicij Dei agit; sed, in fallor, lib. 4. adu. Marc. plura sequitua Dei exempla in Marcionem retorquentur.*

204. Sed expedita virtus veritatis, paucis amat. Multa mendacio erunt necessaria.] *Pulcrum huius capituli Epiphonema. Aliqui rectè adnotauit Rhenanus, subaudi fieri, aut vincere. Amat, pro solet, more Græcorum, qui dicunt φιλεῖ γινώσκει, hoc est: amat fieri. Tacitus historia sue 4. libro: Et feruè amat posterior adulatio, pro solet.*

CAP. XXIX.

205. Ceterum ipsas quoque Antitheses, &c.] *Eiusdem est argumenti cum capite precedenti. De Proverbia vero formula: cominus cadere, vide nostra Prolegomena.*

206. Aufert titulum Marcionis, &c.] *Nempè Antitheses, quæ iam hoc libro retudit. Ut autem dicere, quòd per ipsa sua argumenta, Marcion Deum optimum & iudicem comprobet.*

207. diuinitatibus.] *Retinimus: diuinitatibus, pro eo quod prima editio habebat, & sicuti apparbat prima facie non malè: diuinitatis, eò quòd adludat ad duos Deos, atque ad eò diuinitates Marcionis.*

208. qui res suas arbutiores in primordiis, bona & rationali æmulatione maturitates præcurauerit suo iure, &c.] *Elegans Metaphora. Arbutiores enim (sicuti rectè adnotauit Rhenanus ad marginem 1. aditionis) videtur surpare proferociores, sumpta Metaphora ab arbutis luxuriantibus. Arbutandis enim Verbo vititur etiam Plinius. Alioqui putaretur (sed non rectè) legendum: austeriores. Comparationem autem facit maturitatis noui Testamenti ad acerbiteriam veteris.*

ARGVMENTVM LIBRI TERTII ADVERSVS
MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **L**IBRVM hunc tertium Aduersus Marcionem scripturus DE CHRISTO, imprimis Christum nõ alterius Dei intelligendũ, quàm Creatoris, præscribit, tum quòd præcedentibus Libris determinatũ sit, alium Deum non credendum quàm Creatorem; tum quòd probetur Apostolicarum & hereticarum Ecclesiarũ recensu, nullam mentionem alterius Dei aut Christi agitatam ante scandalum Marcionis.
- II. Deinde suspectum esse, quòd tam subito venerit Christus Marcionis, antequàm pater de filio testaretur, mittens de misso.
- III. Neque verò sufficere, quòd se filium Dei probaturus esset per documenta virtutum; tum quòd temerariam signorum fidem ipse Christus ostendat, etiã apud Pseudopphetas facillimam, tum quòd Creator iam ante illum, & per se, & per famulos suos virtutes sit operatus.
- IIII. Si autem post Creatorem, illũ emendaturus reuelatus sit Christus Marcionis; debuisse non ante, sed post Christum Creatoris reuelari, uti etiam illum emendaret.
- V. Iam verò scripturis probaturus Christũ Creatoris fuisse, cuius scripturæ ab eo adimpletæ

pletæ sint; præfatur, duas causas eloquij Prophetici aduersariis agnosendas; vnã, quã futura interdum pro iam transactis adnuntiantur; aliã, quã pleraque figuratè portenduntur.

Itaque Iudaicum errorem pro Marcionitis nõ facere; qui Christum Creatoris, tamquã extraneum interfecerint; utpotè quos illum ignoraturos, scripturis prædictum sit; idque quatenus solum hominem arbitrabantur.

Conuinci autem utrosque duobus Christi aduentibus, duplici à Prophetis habitu demonstratos; quorum priorem, obscuriorem & indigniorem; intelligere et credere non potuerunt.

Posthac aduersus Marcionitas, & alios ipsorum errorũ Auctores, ab Apostolo Ioanne Antichristos pronuntiatos, Christũ defendit verè & in carne venisse, vel ex eo, quòd alioqui etiam Christiani nominis fructus, mors Christi neganda sit, & resurrectio.

Neque ipsi suffragari angelos Creatoris, quasi illi in phantasmate putatiue carnis egerint apud Abrahamã & Lot, & tamen verè sint congressi & pasti; quòd ad moriendum pro nobis non essent dispositi.

Si autem carnem Christus tanquã indignam aspernatus est; dedignandam etiam illi fuisse illius imaginem, eo quòd statum sequatur similitudo.

Et verò non rectè Marcionem putatiuam in Christo corpulentia adseruisse, ne natiuitatem eius agnoscere cogeret; quia poterat etiam putatiuam illam natiuitatẽ accommodasse; quarum neutrum tamen possit consistere, eo quòd Deo magis competat veritas, quàm mendacium.

Nihil etiam facere contra Christum Creatoris, quòd ab Isaia Emmanuel vocandus scribatur; quo nomine non est aditus; quia sufficit, quòd significatione, non sono, Nobiscũ Deus fuerit Christus.

Neque etiam per virtutem Damasci, & spolia Samaria, & Regem Assyriorum (quæ Christo accommodat Isaia) bellatorem illum portendi; sed figurari Magos Orientales, Christum in infantia auro & thure munerantes.

Nam & alibi (in Psalmis nempè & Apocalypsi Ioannis) figuratè arma bellica Christo adscribi.

Prosequitur deinceps; Christi nomen non competere Christo Marcionis; tum quòd proprium sit vnus, & tamen etiam Creatoris Christus id nomen habuerit; tum quòd vnqui non potuerit, qui corpus non habuit, & proinde Christus, id est, vnctus vocari nullo modo potuit.

Multò minus nomen Iesu, quem Iudæi non expectant, & Christo Creatoris competit; eo quòd nihil commune esse debeat Christo alterius Dei cum Christo Creatoris.

Porrò iisdem penè verbis, eadem quæ supra Libro aduersus Iudæos, scripturarum adfert testimonia de contemptibili Christi in passione habitu.

Item & de exitu eius per passionem crucis, ex Pentateucho, Item ex Psalmis & Prophetis.

Postremò, probat Christũ Creatoris verè Christum fuisse, quòd ad illum conuersæ sint omnes Nationes iuxta prædictionem Dauid, quæ tamen neque de illo, neque de filio eius Salomone possit intelligi.

Etenim non Iudæorum modo, sed & Nationum vocationem ad Christũ Creatoris, pluribus scripturis prædictam esse.

Quippè quum non alterius, sed eiusdem Dei prædicatores Apostolos, & eadem cum Christo passuros, tam ipsos, quàm omnes fideles, prophetatum sit.

XXIII.

Verum enimvero, quia cum Iudæis negabat Christum venisse Marcion; ostendit exitum (sive exitum) ipsorum, quem ob impietatem in Christum relaturi predicabantur, ita completum esse. Quod vanè fieret, si propter Christum Dei alterius id paterentur, qui ab æmulis illius, nempe potestatibus creatoris, in crucem actus esset; neque enim potuit creator ulcisci, nisi suum Christum.

XXIII.

Denique occasione eius, quod Marcion dicebat restitutam iri Iudæam à Deo suo, remittens Lectorem ad LIBRUM III. ADVERSUS MARCIONEM de sinu Abrahæ, & ad OPVS DE SPE FIDELIVM de dicta restitutione Iudææ; latè hic etiam proficitur Millenariorum somniũ, de quo latius inter Paradoxa Auctoris.

Ceterum libri huius nominatim Auctor meminit supra lib. I. cap. 19. Dabitur & IN CHRISTVM LIBER, de omni statu eius. Ex quo proinde loco, & verbis illis Auctoris huius libri initio: iam hinc ordo de Christo; addidimus titulo: DE CHRISTO; maxime quum etiã supra lib. de Resurr. carnis, cap. 2. libri priores aduersus Marcionem vocentur ab Auctore DE DEO VNICO ET CHRISTO EIUS. Hunc post aditiones duas Rhenani, priorè ex Paterniacensi, & Hirsaugiensi, posteriorè ex Gorziensi exemplaribus, iam denuò castigauimus ex duobus Vaticanis MS. codicibus, & aliquot Domini Latinij coniecturis, locupletatum nouis Argumento ac Adnotationibus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM

Liber tertius, de Christo.

CAP. I.



ECYNDVM vestigia pristini operis, quod amissum reformare persequeremur, iam hinc ordo de Christo, licet ex abundantia, post decursam defensionem vnica diuinitatis. Satis etenim præiudicatum est, Christum non alterius Dei intelligendum, quàm creatoris, quum determinatum est, alium Deum non credendum præter creatorem, quem ad eum Christum prædicauerit, & deinceps Apostoli non alterius Christum annuntiauerint, quàm eius Dei quem Christus prædicauit, id est, creatoris, vt nulla mentio alterius Dei, atque ita nec alterius Christi agitata sit, ante scandalũ Marcionis. Facillimè hoc probatur Apostolicarum & hæreticarum ecclesiarum recensu, illuc scilicet pronuntiandam regulæ interuersionem, vbi posteritas inuenitur. Quod etiam primo libello intexui. Sed & nunc congressio ista seorsum in Christum examinatura eo vtique proficiet, vt dum Christum probamus creatoris, sic quoque Deus Marcionis excludatur. Decet veritatem totis viribus vti suis, non vt laborantem. Ceterum in præscriptionum compendiis vincit. Sed deeretum est vt gestiẽtem vbiq; aduersario occurrere, in tantum furenti, vt facilius præsumperit eum venisse Christum, qui nunquam sit annuntiatum, quàm eum qui semper sit prædicatus. [1] Hinc denique gradum confero, an debuerit tam subito venisse. Primò, quia & ipse Dei sui filius, hoc enim ordinis fuerat, vt antè pater filium profiteretur, quàm patrem filius, & antè pater de filio testaretur, quàm filius de patre. Dehinc & quã missus præter filij nomen. Proinde enim præcessisse debuerat mittentis patrociniũ in testimonium missi, quia nemo veniens ex alterius auctoritate, ipse eam sibi ex sua affirmatione defendit, sed ab ipsa defensionem potius expectat, præeunte suggestu eius, qui auctoritatem præstat. Ceterum nec filius agnosceretur, quem nunquam pater nuncupauit, nec missus credetur, quem nunquam mandator designauit, nuncupaturus pater, & designaturus mandator, si fuisset. Suspectum habebitur omne, quod exorbitat à regula, rerumque principalis gradus non sinit posteriùs agnosci patrem post filium, & manda-

A mandatore post mandatum, & Deum post Christum. Nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione. Subitò filius, & subitò missus, & subitò Christus. Atquin nihil putem à Deo subitum, quia nihil à Deo non dispositum. Si autem dispositum, cur & non prædicatum, vt probari posset & dispositum ex prædicatione, & diuinum ex dispositione. Et vtique tantum opus, quod scilicet humanæ saluti parabatur, vel eatenus subitum non fuisset, quã per fidem profuturum. In quantum enim credi habebat vt prodesset, in tantum paraturam desiderabat, vt credi posset, substructam fundamentis dispositionis & prædicationis, quo ordine fides informata, meritò & homini indicetur à Deo, & Deo exhiberetur ab homine, ex agnitione debens credere quia posset, quæ scilicet credere didicisset ex prædicatione. [2] Non fuit, inquis, ordo eiusmodi necessarius, quia statim se & filium, & missum, & Dei Christum, rebus ipsis esset probaturus per documenta virtutum. At ego negabo solam hanc illi speciem ad testimonium competisse, quàm & ipse postmodum exauctorauit. [3] Siquidem edicens multos venturos, & signa facturos, & virtutes magnas ædituros, auersionem etiam electorum, nec idè tamen admittendos, temerariam signorum & virtutum fidem ostendit, vt etiam apud pseudo christos facillimam. Aut quale est, si inde se voluit probari, & intelligi, & recipi, ex virtutibus dico, vnde ceteros noluit æquè & ipsos tam subito vèturos, quàm à nullo auctore prædicatos? Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit, idcirco quasi locũ in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque præripuit. Vide ne & ipse in cõditione posteriorumprehendatur, posterior inuentus creatore, antè iam cognito, & proinde virtutes antè operato, & non aliter præfato, non esse aliis credendum, post eum scilicet. Igitur si priorem venisse, & priorem de posteris pronuntiasse, hoc fidem cludet: prædamnatus erit & ipse iam ab eo quod posterior est agnitus, & solius erit auctoritas creatoris hoc in posteros cõstituenti, qui nullo posterior esse potuit. Iam nunc quum probaturus sim creatorem, eadem virtutes, quas solas ad fidem Christo tuo vendicas, interdum per famulos suos retrò adidisse; interdum per Christum suum ædenas destinasse: possum & ex hoc merito præscribere tanto magis Christum nõ ex folis virtutibus credendum fuisse, quanto illum non alterius quàm creatoris interpretari potuissent, vt respondentem virtutibus creatoris, & æditis per famulos suos, & in Christum suum repromissis. Quanquam etsi alia documenta inuenirentur in tuo Christo, noua scilicet, facilius crederemus etiam noua eiusdem esse cuius & vetera, quàm cuius tantummodo noua, egentia experimentis fidei vetricis vetustatis, vt sic quoque prædicatus venire debuerit, tam prædicationibus propriis extruentibus ei fidem, quàm & virtutibus, præsertim aduersus Christum creatoris venturum, & signis & Prophetis propriis munitum, vt æmulus Christi per omnes diuersitatum species reluceret. Sed quomodo à Deo nunquam prædicato Christus eius prædicaretur? Hoc est ergo quod exigit, nec Deum, nec Christum tuum credi, quia & Deus ignotus esse non debuit, & Christus agnosci per Deum debuit. [4] Dignatus opinor est imitari ordinem Dei nostri, vt displicentis, vt eum maximè reuincendi. Nouus nouè venire voluit, filius ante patris professionem, & missus ante mandatoris auctoritatem, vt & ipse fidem monstruosissimam induceret, qua antè crederetur Christum venisse, quàm sciretur fuisse. Competit mihi etiam illud retractare, cur non post Christum venerit. Nam quum intueor dominum eius, tanto æuo patientissimum acerbissimi creatoris annuntiantis interea in homines Christum suum, quacunque id ratione fecit, tam reuelationem quàm intercessionem suam differens, eadem ratione dico illum patientiam debuisse creatori, in Christo quoque suo dispositiones suas executuro, vt perfecta & expleta omni operatione æmuli Dei & æmuli Christi, tunc & ipse proprias dispositiones superduceret. Ceterum penitentia tantæ patientiæ fecit, quod non in finem rerum creatoris perseverauerit. Vanè sustinuit prædicari Christum eius, què non sustinuit exhiberi. Aut sine causa intercidit temporis alieni decursum, aut sine causa tam diu non intercidit. Quid illum detinuit, quidve turbauit? Atquin in vtrunque commisit, post creatorem quidem tam tardè reuelatus, ante Christum verò eius tam properè. Alterum verò iam dudum debuerat traduxisse, alterum nondum. Ne illum quidem tam diu sæuientem sustinuisse: istum verò adhuc quiescentem inquietasse, circa ambos excidens ab optimi Dei titulo, certè varius & ipse & incertus, tepidus scilicet in creatorem, & calidus in Christum, & vanus vtrouique. Non magis enim compefcuit creatorem, quàm obstitit Christo. Manet & creator, qualis omninò est; veniet & Christus, qualis & scribitur. Quid venit post creatorem, quem emendare non valuit?

Quid ante Christum eius reuelatus est, quem reuocare non potuerit? Aut si emendauit creatorem, post illum reuelatus, ut emendanda præcederent; ergo & Christum eius æquè emendaturus expectasse debuerat, proinde & illius posterior emendator futurus, sicut creatoris. Aliud est, si & ipse post illum rursus adueniet, ut primo quidem aduentu processerit aduersus creatorem, legem & Prophetas destruens eius, secundo verò procedat aduersus Christum, regnum redarguens eius. Tunc ergo conclusurus ordinem suum, tunc si fortè credendus est, aut si iam hinc perfecta res est eius, vanè ergo venturus est, nihil scilicet peracturus. [His præferim quasi de gradu primo adhuc & quasi de longinquo. Sed & hinc iam ad certum & cominus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad scripturas scilicet creatoris. Secundum eas enim probaturus, Christum creatoris fuisse, ut postea Christo suo adimpletas, necesse habeo ipsarum quoque scripturarum formam, & (ut ita dixerim) naturam demandare, ne tunc in controuersiam deductæ, quum adhibentur ad causas, & sua & causarum defensione commixtæ, obtundant lectoris intentionem. Duas itaque causas Prophetici eloquij adlego agnoscendas abhinc aduersariis nostris; Vnam, qua futura interdum pro iam transactis enuntiantur. Nam & diuinitati compeit, quæcunque decreuerit, ut perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam uniformem statum temporum dirigit æternitas ipsa, & diuinationi propheticæ magis familiare est, id quod prospiciat, dum prospicit, iam visum atque ita iam expunctum, id est, omni modo futurum demonstrare, sicut per Esaiam, Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam verò non auerti à sputaminibus. Siue enim Christus iam tunc in semetipsum secundum nos, siue Prophetes de semetipso secundum Iudæos pronuntiabat, nondum tamen factum pro iam transacto sonabat. Alia species erit, qua pleraque figuratè portenduntur per ænigmata, & allegorias, & parabolas, aliter intelligenda quàm scripta sunt. Nam & montes legimus destillaturos dulcorem, non tamen ut sapam de petris, aut defrutum de rupibus speres: & terram audimus lacte & melle manantem, non tamen ut de glebis credas te vnquam placetas & famias coacturum, quia nec statim aquilicem & agricolam se Deus repromisit, dicens: Ponam flumina in regione sitienti, & in solitudine cedrum & buxum. Sicut & prædicans de Nationū conuersione, Benedicent me bestia agri, sirenes & filia passerum, non utique ab hirundinum pullis & vulpeculis, & illis monstruosis fabulosisque cantricius fausta omnia relaturus est. Et quid ego de isto genere amplius? quum etiam hæreticorum Apostolus ipsam legem indulgentem bubus terentibus os liberum, non de bubus, sed de nobis interpretetur; & petram potui subministrando comitem Christum adleget fuisse, docens proinde & Galatas, duo argumēta, filiorum Abrahamæ allegoricè cucurrisse, & suggerēs Ephesius, quod in primordio de homine prædicatum est relicto patrem & matrem, & futuris duobus in vnam carnem, id est in Christum & Ecclesiam agnoscere. [Si satis constat de istis interim duabus proprietatibus Iudaicæ litteraturæ, memento lector constiruisse, ut quum tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma scripturæ, sed de statu causæ. Quum igitur hæretica dementia cum Christum venisse præsumeret, qui nunquam fuerat annūtiatus; sequebatur ut eum Christum nondum venisse contenderet, qui semper fuerat prædicatus: atque ita coacta est cum Iudaico errore sociari, & ab eo argumentationē sibi struere, quasi Iudæi certi & ipsi alium fuisse qui venit, non modò respuerint eum ut extraneum, verum & interfecerint eum ut aduersarium, agniti sine dubio, & omni officio religionis profecturi, si ipsorum fuisset. Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, sed Pontica cauerat, errare Iudæos in Christum suum non licere, quando etsi nihil tale prædicatum in illos inueniretur, vel sola utique humana conditio deceptui obnoxia, persuasisset, Iudæos errare potuisse, quā homines, nec statim in præiudicium sumendum de sententiā eorum, quos credibile fuerit errasse. Porro quum & prædicatū sit non agnituros eos Christum, ideoque etiam perempturos, iam ergo ipse erit & ignoratus & interemptus ab illis, in quem ita admissuri prænotabantur. Hoc si probari extigis, non eas scripturas euoluam, quæ interemptibilem Christum edicentes, utique & ignorabile affirmant: nisi enim ignoratus nihil scilicet pati posset: sed reseruat is ad causam passionum, eas prædicationes in præsentī sufficere adhibere, quæ interim ignorabilem probent Christum, & hoc breuiter dum ostendunt omnem vim intellectus ademptam populo à creatore. Auferam, inquit, sapientiam sapientium illorum, & prudentiam prudentium eorum abscondam: Et Aure

Isai. 50.

Ier. 3.

Exod. 3.

Isai. 43.

Isai. 41.

Isai. 43.

1. Cor. 9.

1. Cor. 10.

Gal. 4.

Ephes. 5.

vi.

1. Cor. 2.

Isai. 29.

A Aure audietis, & non audietis: & oculis videbitis, & non videbitis: Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos concluserunt, ne quando auribus audiant, & oculis videant, & corde coniciant, & conuertantur, & sanem illos. Hæc enim obfuscationem salutarium sensuum meruerant, labijs diligentes Deum, corde autè longè absistentes ab eo. Igitur si Christus quidem annuntiabatur à creatore solidante tonitruum, & concludente spiritum, & annuntiante in homines Christum suum secundum Amos Prophetam: si omnis spes Iudæorum, nedum dicam etiam gentium, in Christi reuelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur non agniti & non intellecturi, ablati agnitionis, & intelligentiæ viribus sapientia atque prudentia, quod annuntiabatur, id est, Christus, erraturus in eum principalibus sapientibus eorum, id est, scribis: & prudentibus eorum, id est, Phariseis, pariter & populo auribus audituro, & non audituro, utique Christum docentem: & oculis visuro, & non visuro, utique Christum signa facientem, secundum quod & alibi: Et quis cæcus, nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominatur eorum? Sed & quum exprobrat per eundem Esaiam: Filios generavi & exaltaui, at illi me reiecerunt. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Nos quidem certi, Christum semper in Prophetis locutum, spiritum scilicet creatoris, sicut Propheta testatur, Spiritus personæ eius, Christus Dominus, qui ab initio vicarius patris in Dei nomine & auditus sit & visus: scimus & ipsius voces eiusmodi fuisse iam tunc Israël exprobratis, quæ in illi commissuri prædicabantur, Dereliquistis Dominum, & in iram prouocastis sanctum Israël. Si verò non in Christum, sed in ipsum potius Deum volueris referre omnem Iudaicæ ignorantia de pristino reputationem, nolens etiam retrò sermonem & spiritum, id est, Christum creatoris despectum ab eis & non agnitum, sic quoque reuinceris. Non negans enim filium & spiritum & substantiam creatoris esse Christum eius, cõcedas necesse est, eos qui patrem non agnouerint, nec filium agnoscere potuisse, per eiusdem substantiæ conditionem, cuius si plenitudo intellecta non est, multò magis portio, certè quā plenitudinis consors. His ita dispectis, iam apparet quomodo & respuerint Iudæi Christum, & interemerint, non ut extraneum Christum intelligentes, sed ut suum non agnoscentes. Qui enim extraneum intelligere potuissent, de quo nihil vnquam fuerat annuntiatum, quum intelligere non potuissent, de quo semper fuerat prædicatum? Id enim intelligi vel non intelligi capit, quod habendo substantiam prædicationis, habebit & materiam vel agnitionis vel erroris. Quod verò materia caret, non admittit sapientiæ euentum. Et adeo non quā alterius Dei, Christum auersari persequiturque sunt; sed quā solummodo hominem, quem planum in signis, & æmulum in doctrinis existimabant, ut & ipsum hominem quā suum, id est, Iudæum, sed Iudaismi exorbitatorem & destructorem, deduxerint in iudiciū, & suo iure punierint, aliquid scilicet non iudicaturi. Tantò abest ut alienum Christum intellexisse videantur, qui nec hominem eius ut alienum iudicauerunt.

C ⁴³ Discat nunc hæreticus ex abundantia cū ipso licebit Iudæo, rationem quoque errorum eius, à quo ducatum mutuatus, in hac argumentatione, cæcus à cæco in eandem deductus foueam. Duos dicimus Christi habitus à Prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse, vnum in humilitate, utique primum, quum tãquam ouis ad victimam deduci habebat, & tanquā agnus ante tondentem sine voce ita non aperies os suum, nec aspectu quidem honestus. Annuntiauius enim, inquit, de illo sicut puerulus, sicut radix in terra sitiens, & non est species eius, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorè, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum. Homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem. Ut positus à patre in lapidem offensionis & petra scandalum minoratus ab eo modicum citra angelos, vermem se pronuntians, & non hominem, ignominiam hominis, & nullificamen populi. Quæ ignobilitatis argumenta primo aduentui cõperunt, sicut sublimitatis secundo, quum fiet iam non lapis offensionis nec petra scandalum, sed lapis summus angularis post reprobationem assumptus, & sublimatus in consummationem templi, Ecclesiæ scilicet, & petra sanè illa apud Danielem de monte præcisa, quæ imaginem secularium regnorum comminuet & conteret. De quo secundo aduentu idem Prophetes: Et ecce cum nubibus caeli tanquam filius hominis veniens venit vsque ad vertex dierum, & aderat in conspectu eius: Et qui assistebant, adduxerunt illum, & data est ei potestas regia, & omnes Nationes terræ secundum genera, & omnis gloria famulabunda, & potestas eius vsque in æuum, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non

Isai. 6.

Isai. 29.

Amos 4.

Hier. 14.

Gen. 29.

Isai. 42.

Isai. 1.

Thren. 4.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

Isai. 1.

vitabitur. Tunc scilicet habiturus & speciem honorabilem, & decorem indeficientem **D**
 super filios hominum: ⁴⁹ Tempestiuus enim, inquit, decore citra filios hominū, effusa est
Isal. 44. gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æuū. Accingere ensē super femur
Isal. 8. tuum, potens tempestiuitate tua & pulchritudine tua; quū & pater posteaquā diminuit
Zachar. 12. eum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronabit illum, & subiiciet omnia
 sub pedibus eius. ⁵⁰ Tunc & cognoscent eum qui cōpugerunt, & cædent pectora sua tri-
 bus ad tribum, utique quod retrō non agnouerunt eum in humilitate cōditionis huma-
 næ constitutum: Et homo est, inquit Hieremias, & quis cognoscer illum? quia &: Natiui-
 tatem eius, inquit Esaias, quis enarrabit? Sic & apud Zachariam in persona Iesu, immō &
Hier. 17. in ipsius nominis sacramēto, verus summus sacerdos patris Christus Iesus, duplici habitu
Isai. 53. in duos aduētus deliniatur, Primō sordidus indutus, id est, carnis passibilis & mortalis in-
Zachar. 3. dignitate, quum & diabolus aduersabatur ei, auctor scilicet Iudæ traditoris, ne dicā etiā
 post baptisma tentator. Dehinc despoliatus pristinas sordes, ⁵¹ & exornatus podere & mi-
Ioan. 13. tra & cidari munda, id est, secundi aduentus gloria & honore. ⁵² Si enim & duorū hircorū
Matth. 4. qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem, nōne & illi vtrumque ordinē
Zachar. 3. Christi figurant? Pares quidem atque consimiles propter eundem Dominum cōspectum,
Leui. 16. quia non in alia venturus est forma, ut qui agnosci habeat à quibus & læsus est. Vnus qui-
 dem eorum circumdatus coccino, maledictus & consputatus, & conuulsus, & compun-
 ctus à populo extra ciuitatem abiiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus
 Dominicæ passionis. Alter verò pro delictis oblati, & sacerdotibus templi in pabulum **E**
 datus, secundæ repræsentationis argumēta signabat, qua delictis omnibus expiatis sacer-
 dotes templi spiritalis, id est, Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi visceratione quadam frue-
 rentur, ieiunantibus ceteris à salute. Igitur quoniam primus aduētus & plurimū figuris
 obscuratus, & omni inhonestate prostratus caneatur, secundus verò & manifestus &
 Deo condignus: idcirco quē facile & intelligere & credere potuerūt, eum solū intuentes,
 id est, secundum, qui est in honore & gloria, nō immerito decepti sunt circa obscuriorē,
 certē indigniorē, id est, primum. Atque ita in hodiernum negant venisse Christū suū,
 quia non in sublimitate venerit, dum ignorāt etiā in humilitate fuisse venturum. [⁵³ De-
 finat nunc hæreticus à Iudæo, Aspice (quod aiunt) à vipera mutuari venenum: euomat iam
 hinc proprii ingenij virus, phantasma vindicans Christum, nisi quod & ista sentētia alios
 habebit auctores, ⁵⁴ præcoquos & abortiuos quodammodo Marcionitas, quos Apostolus
 Ioannes Antichristos pronuntiauit, negantes Christum in carnē venisse, & tamen nō vt
 alterius Dei ius constituerent, quia & de isto notati fuissent, sed quoniam ⁵⁵ incredibile
 præsumperant Deum carnem. Quo magis Antichristus Marcion sibi eā rapuit præsum-
 ptionem, aprior scilicet ad renuendam corporalem substantiam Christi, qui ipsum Deū
 eius nec auctorem carnis induxerat, nec resuscitatore, optimum videlicet, & in isto, &
 diuersissimum à mendaciis & fallaciis creatoris. Et idē Christus eius ne mentiretur, ne
 falleret, & hoc modo creatoris forsitan deputaretur, non erat quod videbatur, & quod e-
 rat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo: proinde Deus Christus, nec Deus, cur
 enim non etiam Dei phantasma portauerit? An credam ei de interiore substantia, qui sit **F**
 de exteriorē frustratus? quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in a-
 perto? Quomodo autem in semetipso veritatem spiritus fallacia carnis confundens, ne-
 gatam ab Apostolo, lucis, id est, veritatis, & fallaciæ, id est, tenebrarum commisit cōmu-
 nicationem? Iam nūc quum mēdaciū deprehenditur Christus, caro: sequitur vt & om-
 nia quæ per carnem Christi gesta sunt, mendacio gesta sint, congressus, contactus, conui-
 ctus, ipsæ quoque virtutes. ⁵⁶ Si enim tangēdo aliquem liberauit à vitio; vel tactus ab ali-
 quo, quod corporaliter actum est, non potest verē actum credi, sine corporis ipsius veri-
 tate. Nihil solidū ab inani, nihil plenum à vacuo perfici licuit. Putatiuus habitus, putati-
 uus actus: imaginarius operator, imaginariæ operæ. Sic nec passionē Christi eius fidē me-
 rebuntur. Nihil enim passus est, qui non verē est passus. Verē autem pati, phantasma non
 potuit. Euersum est igitur totum Dei opus. Totum Christiani nominis & pondus & fru-
 ctus, mors Christi negatur, quam ⁵⁷ tam impressē Apostolus mandat, utique veram,
 summum eam fundamentum Euangelij constituens, & salutis nostræ & prædicationis
 suæ: Tradidi enim, inquit, vobis in primis, quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris,
 & quod sepultus sit, ⁵⁸ & quod resurrexerit tertia die. Porro si caro eius negatur, quomo-
 do mors eius asseueratur, quæ propria carnis est passio per mortē ⁵⁹ deuertentis in terram,
 de qua

A de qua est sumpta, secundum legem sui auctoris: Negata verò morte dum caro negatur,
 nec de resurrectione constabit. Eadem enim ratione non resurrexit, quā mortuus nō est,
 non habendo substantiam scilicet carnis, cuius sicut & mors, ita & resurrectio est: Proinde
 resurrectione Christi infirmata, etiam nostra subuersa est. Nec ea enim valebit, propter
 quam Christus venit, si Christus non resurrexit. Nam sicut illi qui dicebant resurrectionem
 mortuorū nō esse, reuincuntur ab Apostolo ex resurrectione Christi: ita resurrectione
 Christi non consistente, aufertur & mortuorum resurrectio. Atque ita inanis est fides *Ibidem.*
 nostra, inanis est & prædicatione Apostolorum. Inueniuntur autem etiam falsi testes Dei,
 quod testimonium dixerint quasi resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. Et su-
 mus adhuc in delictis. Et qui in Christo dormierunt, perierunt: sanē resurrecturi, sed phā-
 tasmate forsitan, sicut & Christus. [⁶⁰ In ista quæstione qui putaueris opponendos esse
 nobis angelos creatoris, quasi & illi in phantasmate putatiuæ utique carnis egerint apud
 Abraham & Loth, & tamen verē sint & congressi, & passii, & operati quod mandatum eis
 fuerat. Primō non admitteris ad eius Dei exempla quem destruis; nam & quanto melio-
 rem & perfectiorem Deum inducis, tantō non competunt illi eius exempla, quo nisi di-
 uersus in totum, nō erit omninō melior atque perfectior. Dehinc scito, nec illud cōcedi
 tibi, vt putatiua fuerit in angelis caro, ⁶¹ sed veræ & solidæ substantiæ humanæ. Si enim
 difficile nō fuit illi, putatiuæ carnis veros & sensus & actus exhibere, multō facilius ha-
 buit eius & sensibus & actibus verā dedisse substantiā carnis, vel quā proprius auctor &
 artifex eius. Tuus autē Deus eo quod carnem nullā omninō produxerit, meritō fortas-
 se phantasma eius intulerit, cuius non valuerat veritatem. Meus autem Deus, qui illam *Gen. 2.*
 de limo sumptam, in hac reformauit qualitate, nondum ex semine coniugali, & tamen
 carnem, æquē potuit ex quacunque materia Angelis quoque astruxisse carnem, ⁶² qui
 etiam mundum ex nihilo in tot ac talia corpora, & quidem verbo ædificauit. Et utique
 si Deus tuus veram quandoque substantiam angelorum hominibus pollicetur: Erunt *Matth. 22.*
 enim, inquit, sicut angeli: cur non & Deus meus veram substantiam hominum angelis
 accommodarit? Vnde sumptam? Quia nec tu mihi respōdebis vnde illa apud te angelica
 sumatur, sufficit mihi hoc definire, quod Deo congruit, veritatem scilicet eius rei, quam
 tribus testibus sensibus obiecit, visui, tactui, auditui. Difficilius Deo mentiri, quā
 carnis veritatem ⁶³ vnde vnde producere, licet non nata. ⁶⁴ Ceterū & alijs hæreticis definiē-
 tibus carnem illam in angelis ex carnē nasci debuisse, si verē fuisset humana, certa ratione
 respondemus, quā & humana verē fuerit, & innata. Humana verē propter Dei veritatem
 à mendacia & fallacia extranei: & quia nō possent humanitūs tractari ab hominibus, nisi
 in substantia humana. Innata autem, quia solus Christus in carnē ex carne nasci habebat,
 vt natiuitatem nostram natiuitate suā reformaret: atque ita etiam mortem nostrā morte
 sua dissolueret, resurgendo in carne, in qua natus est, vt & mori posset. ⁶⁵ Ideoque & ipse
 cum angelis tūc apud Abraham in veritate quidem carnis apparuit, sed nōdū nata, quia *Gen. 18.*
 nondum morituræ, sed & discentis iā inter homines conuersari. Quo magis angeli neque
 ad moriēdum pro nobis dispositi, ⁶⁶ breuem carnis commeatum non debuerunt nascē-
 do sumpsisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerāt, sed vnde vnde sumptam, & quo-
 modo omninō dimissam, mentiti eam tamen non sunt. Si creator facit angelos spiri-
 tus, ⁶⁷ & apparitores suos ignem flagrantem: tam verē spiritus quā & ignem, idem illos
 verē fecit & carnem: vt nunc recordemur, & hæreticis renuntiemus eius esse promissum
⁶⁸ homines in angelos reformandi quandoque, qui angelos in homines formati aliquan-
 do. [⁶⁹ Igitur nō admissus ad cōsortium explororū creatoris vt alienorum, & suas ha-
 bentium causas, velim ædas & ipse cōsiliū Dei tui, quo Christum suum nō in veritate
 carnis exhibuit. Si aspernatus est illam vt terrenā, & (vt dicitis) stercorebus inferam, cur
 non & simulacrum eius proinde despexit? Nullius enim dedignantæ rei imago dignāda
 est, sequitur statum similitudo. Sed quomodo inter homines conuersaretur, nisi per ima-
 ginem substantiæ humanæ? Cur ergo non potius per veritatem, vt verē conuersaretur, si
 necesse habebat conuersari? quanto dignius necessitas fidem, quā ⁷⁰ stropham admini-
 strasset? Satis miserum Deum instituis, hoc ipso quod Christum suum nō potuit exhibere
 nisi in indignæ rei effigie, & quidem alienæ. Aliquantis enim indignis conueniet vti no-
 stris, sicut alienis non congruet vti, licet dignis. Cur enim non in aliqua alia digniore
 substantia venit, & in primis sua, ne & indigna & aliena videretur eguisse? si creator meus
 per rubum quoque & ignem, idem postea per nubem & globum cū homine congressus *Exod. 3.*
Ibidem. 19.

Job. 38. est, & elementorum corporibus in representationibus sui vsus est, satis hæc exempla diuina potestatis ostendunt, Deum non eguisse aut falsæ aut etiam veræ carnis paratura. Ceterum si ad certum spectamus, nulla substantia digna est quam Deus induat. Quodcumque induerit ipse, dignum facit, absque mendacio tamē. Et ideo quale est, vt dedecus existimarit veritatem potius quam mendacium carnis? Atquin honorauit illam fingendo.

Gen. 2. XI. Quanta iam caro est, cuius phantasma necessarium fuit Deo superiori? [72 Totas istas præstigijs putatiuæ in Christo corpulentia, Marcion illa intentione suscepit, ne ex testimonio substantiæ humanæ, natiuitas quoque eius defenderetur, atque ita Christus creatoris vindicaretur, vt qui nascibilis, ac per hoc carnis annuntiaretur. Stultissimè & hic Ponticus, quasi non facilius crederetur caro in Deo non nata, quam falsa, præstruentibus vel maximè fidem istâ angelis creatoris in carne vera conuerfatis, nec tamen nata. 73 Nam & Philumene illa magis persuasit Apelli, ceterisque desertoribus Marcionis, ex fide quidem Christum circumtulisse carnem; nullius tamen natiuitatis, vt potè de elementis eam mutuatum. Quod si verebatur Marcion, ne fides carnis, natiuitatis quoque fidem induceret, sine dubio qui homo videbatur, natus vtique credebatur. nam & mulier quædam exclamauerat, Beatus venter qui te portauit, 74 & vbera quæ hauristi. & Quomodo mater & fratres eius, dicti sunt foris stare? 75 Et videbimus de his capitulis suo tempore. Certè quum & ipse se filium hominis prædicaret, natum scilicet profitebatur. Nunc vt hæc omnia ad Euangelij distulerim examinationem, tamen quod supra statui, si omni modo natus credi habebat qui homo videbatur, vanæ natiuitatis fidem cõsilio imaginariæ carnis 76 expungendam putauit. Quid enim profuit non verè fuisse quod pro vero haberetur, tam carnem quam natiuitatem? Aut si dixeris, viderit opinio humana: iam Deum tuum honoras fallaciæ titulo, si aliud se sciebat esse, quam quod homines fecerat opinari. Iam tunc potuisti etiam natiuitatem putatiuam illi accommodasse, ne in hanc quoque impigisses quæstionem. 77 Nam & mulierculæ nonnunquam pregnantes sibi videtur, aut sanguinis tributo, aut aliqua valetudine in flatu. Et vtique debuerat phatasmatis scenam decurrerit, ne originem carnis non defaltasset, qui personam substantiæ ipsius egisset. Plane natiuitatis mendacium recusasti: ipsam enim carnem veram ædidisti. Turpissimum scilicet Dei, etiam vera natiuitas. 78 Age iam perora in illa sanctissima & reuerèda opera nature, inuere in totum quod es, carnis atque animæ originem destrue: cloacam voca vterum, tanti animalis, id est, hominis producendi officinam: persequere & partus immunda & pudenda tormenta, & ipsius exinde puerperij spurcos, anxios, 79 ludicros exitus. Tamè quum omnia ista destruxeris, vt Deo indigna confirmes, non erit indignior morte natiuitas, & cruce infantia, & natura pœna, & carne damnatio. Si verè ista passus est Christus, minus fuisset nasci. Si mendacio passus est, vt phantasma, potuit & mendacio nasci. Summa ista Marcionis argumeta, per quæ alium efficit Christum, satis opinor, ostēdimus, non consistere omnino, dum docemus magis vtique competere Deo veritatem quam mendacium eius habitus, in quo Christum suum exhibuit. Si veritas fuit, caro fuit: si caro fuit, natus est. Ea enim quæ expugnat hæc heresis, confirmantur, quum ea per quæ expugnat, destruantur. Itaque si carnis habitus, quia natus, & natus, quia carnis, quia phantasma non fuerit, ipse erit agnoscendus, qui in carne & ex natiuitate venturus annuntiabatur à creatoris Prophetis, vt potè Christus creatoris. [80 Prouoca nunc, vt soles, ad hanc

Isai. 7. XI. Esaiæ comparationem Christi, cõtendens illam in nullo conuenire. Primò enim, inquis, Christus Esaiæ Emmanuel vocari habebit; dehinc virtutè sumere Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Porro iste qui venit, neque sub eiusmodi nomine est, 81 editus, neque vlla re bellica functus est. At ego te admonebo, vti cohærentia quoque vtriusque capituli recognoscas. 82 Subiuncta enim est & interpretatio Emmanuelis, Nobiscum Deus, vt non solum sonum nominis spectes, sed & sensum. Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuel, suæ gentis est. 83 Sensus autem eius quod est: Deus nobiscum, ex interpretatione communis est. Quare ergo an ista vox, Nobiscum Deus, quod est Emmanuel, exinde quod Christus illuxit, agitur in Christo. Et puto non negabis, vt potè qui & ipse dicas, Deus nobiscum dicitur, id est, Emmanuel. Aut si tā vanus es, vt quia penes te Nobiscum Deus dicitur, non Emmanuel, id circò nolis venisse illum cuius proprium sit vocari Emmanuel, quasi non hoc sit & Deus nobiscum, inuenies apud Hebræos Christianos, immò & Marcionitas Emmanuelē nominare, quum volunt dicere Nobiscum Deus: sicut & omnis gens, quoquo sono dixerit, Nobiscum Deus, Emmanuelē pronuntiabit,

A nuntiabit, in sensu sonum expungens. Quod si Emmanuel nobiscum Deus est, Deus autem nobiscum Christus est, qui etiam in nobis est: (quotquot enim in Christo tincti estis, Christum induistis) tam proprius est Christus in significatione nominis, quod est nobiscum Deus, quam in sono nominis, quod est Emmanuel. Atque ita constat venisse iam illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel venit, id est nobiscum Deus. [84 Equè & sono nominum ducis, quum virtutem Damasci, & spolia Samariæ, & regem Assyriorum, sic accipis, quasi bellatorem portendant Christum creatoris, non animaduertens quid scriptura præmittat. 84 Quoniam priusquam cognoscat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutè Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Antè est enim inspicias ætatis demonstrationem, 85 an hominem iam Christum exhibere possit, nedum imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signa belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo vel de curru vel de muro, sed de nutricis aut gerulæ suæ collo siue dorso hostem destinaturus: atque ita Damascum & Samariam pro mamillis subacturus. Aliud est si penes Ponticos, 86 Barbariæ gentis infantes in prælium erumpunt, credo 87 ad solem vncti prius, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati, 88 qui antè norint lanceare quam lancinare. Enimvero si nusquam hoc natura cõcedit, antè militare quam viuere, antè virtutem Damasci sumere quam patris & matris vocabulum nosse, sequitur vt figurata pronuntiatio videatur. 89 Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur; & tamen creditur Prophetiæ. Et meritò. Præstruxit enim fidem incredibili rei, rationem ædendo quod in signo esset futura. Propterea, inquit, dabit vobis Dominus signum, Ecce virgo concipiet in vtero, 90 & pariet filium. Signum autem à Deo nisi nouitas aliqua monstruosa tam dignum non fuisset. Denique & Iudæi quando ad nos deiciendos mentiri audent, 91 quasi non virginem, sed iuenculam concepturam & parituram scriptura contineat, hinc reuincuntur, quod nihil signi videri possit res quotidiana, iuenculæ scilicet prægnatus & partus. In signum ergo disposita virgo & mater, meritò creditur: infans verò bellator non æquè. Non enim & hic signi ratio versatur. Sed signo natiuitatis nouæ ascripto, exinde post signum alius ordo iam infantis edicitur, mel & butyrum manducaturi. Nec hoc vtique in signum est, malitiæ non assentatur, & hoc enim infantia est, sed accepturi virtutem Damasci & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum. Serua modum ætatis, & quare sensum prædicationis: 92 immò redde Euangelio veritatis, quæ posterior detraxisti, & tam intelligitur Prophetia, quam renuntiat expuncta. Maneant enim Orientales illi Magi, in infantia Christum recentem auro & thure munerantes, & acceperit infans virtutem Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod omnibus notum est, 93 Orientis virtutem, id est, vim & vires auro & odoribus pollere solitam, certè est creatoris virtutem ceterarum quoque gentium aurum constituere, sicut per Zachariam dicit: Et Iudas pertinet apud Hierusalem, & congregabit omnem valentiam populorum per circuitum aurum & argentum. De illo autem tunc auri munere etiam Dauid: Et dabitur illi ex auro Arabiæ. Et rursus, Reges Arabum & Saba munera afferet illi. 94 Nam & Magos Reges habuit ferè Oriens, 95 & Damascus Arabiæ retrò deputabatur antequam transcripserit in Syrophœnicen, ex distinctione Syriarum, cuius tunc virtutem Christus accepit, accipiēdo insignia eius, aurū scilicet & odores. Spolia autem Samariæ, ipsos Magos: qui quum illum cognouissent, & muneribus honorassent, & genu posito adorassent quasi Deū & regē sub testimonio indicis & ducis stellæ, spolia sunt facti Samariæ, id est, idololatriæ, credentes videlicet in Christum. Idololatriam enim Samariæ nomine notauit, vt ignominiosæ ob idololatriam, qua descuerat tunc à Deo sub rege Hieroboam. Nec hoc enim nouum est creatori figuratè vt translatione nominū, ex comparatione criminū. 96 Nam & ἀποχώρας 3. Reg. 11. Sodomorum, appellat ἀποχώρας Iudæorum, & populū ipsum, populum Gomorre vocat. 97 Sic Isai. 19. Et idem alibi: 98 Pater, inquit, tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæ: ob consimilem impietatem. Quos aliquando etiam suos filios dixerat, Filios generavi & exaltaui. 99 Sic Isai. 19. & Ægyptus nonnunquā totis orbis intelligitur apud illum, superstitionis & maledictionis elogio. 100 Sic & Babylon etiam apud Ioannem nostrum Romanæ vrbs figura est, Apoc. 17. proinde magnæ & regno superbæ & sanctorum Dei debellatricis. 101 Hoc itaque vsu Magos quoque Samaritarum appellatione titulauit, despoliatos quod habuerant cum Samaritis, vt diximus, idololatriam. Aduersus regem autem Assyriorum, aduersus Herodem intellige, cui vtique aduersati sunt Magi, tunc non renuntians de Christo,

YY ij

XIIII. quem interciperere quærebat. [100] Adiuuabitur hæc nostra interpretatio, dum & alibi bellatorum existimans Christum, ob armorum quorundam vocabula & eiusmodi verba, ex reliquorum quoque sensuum comparatione conuinceris: 101 Accingere, inquit Dauid, enssem super femur. Sed quid supra legis de Christo: Tepestius decore præter filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis. Rideo si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratia blandiebatur. Sic item subiugens: Et extēde, & prospere, & regna; adiecit: Propter veritatem & lenitatem & iustitiā. Quis enim ense operabitur, & non contraria potius lenitati & iustitiæ dolum & asperitatem & iniustitiam, propria scilicet negotia præliorum? Videamus ergo an alius sit ensis ille, cuius alius est actus.

102 Nam & Apostolus Ioannes in Apocalypsi enssem describit ex ore Dei prodeuntem bis acutum, præacutum, quem intelligi oportet sermonem diuinum, bis acutum duobus Testamentis, Legis & Euangelij, acutum sapientia, infestum diabolo, 103 armantem nos aduersus hostes spirituales nequitiae & concupiscentiae omnis, amputantem etiam à charissimis ob Dei nomen. Quod si Ioānem agnitum non vis, habes communem magistrū Paulum, præcingentem lumbos nostros veritate & lorica iustitiæ, & calciantem nos preparationem Euangelij pacis, non belli: assumere iubentem scutum fidei, in quo possumus omnia diaboli ignita tela extinguere, & galeam salutaris, & gladiū spiritus, quod est, inquit, Dei sermo. 104 Hanc & Dominus ipse machæram venit mittere in terram, non pacem. Si tuus Christus est, ergo & ipse bellator est: si bellator non est, machæram intērans allegoricam, licuit ergo & Christo creatoris in Psalmo sine bellicis rebus enssem sermonis Dei præcingi figuratō, cui supradicta tempestiuitas congruat, & gratia labiorum, quem tunc iam cingebatur super femur apud Dauid, quandoque misurus in terram. Hoc est enim quod ait, Et extēde, & prosperare, & regna. Extendens sermonem in omnem terram, ad vniuersarū gentium vocationem, prosperaturus successu fidei, quā est receptus, & regnās exinde quā mortē resurrectione deuicit. Et deducet te, inquit, mirificē dexterā tua. Virtus scilicet gratiæ spiritualis, qua Christi agnitio deducitur, Sagittæ tuæ acutæ, per volatīa vbique præcepta, minātes traductionem cordis, cōpungentes & transfigentes conscientiam quaque. Populi sub te concident, vtique adorantes. Sic bellipotēs & armiger Christus creatoris: sic & nunc accipiens spolia nō solius Samariæ, verūm & omnium gētium. Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Figuratē itaque & Domino eiusmodi loquente, & Apostolo scribente, non temerē interpretationibus eius vtimur, quarum exempla etiam aduersarij admittunt: atque ita in tātum Esaiæ erit Christus qui venit, in quantum non fuit bellator, quia non talis ab Esaiā prædicatur. [105] De quæstione carnis, & per eam natiuitatis, & vnius interim nominis Emmanuelis huc vsque. De ceteris verō nominibus, & in primis Christi, quid pars diuersa respōdebit: Si proinde commune est apud vos Christi nomen, quemadmodum & Dei, vt sicut vtriusque Dei filium Christum competat dici, sic vtrunque patrem Dominum, certē ratio huic argumētationi refragabitur. Dei enim nomen quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communicari, quibus diuinitas vindicatur, sicut & idolis, dicente Apostolo, Nam & sunt qui dicuntur Dij, siue in cælo, siue in terris. Christi verō nomen non ex natura veniens, sed ex dispositione, proprium eius efficitur, à quo dispositum inuenitur. Nec in communicationem alij Deo subiacet, maximē æmulo, & habenti suam dispositionē, cui & nomina priuata debent. Quale est enim quod diuersas dispositiones duorum commentati Deorum, foecietatem nominum admittunt, in discordiam dispositionum? quando nulla magis probatio assisteret duorum & æmulorum Deorum, quā si in dispositione eorum etiam diuersitas nominum inueniretur. 106 Nullus enim status differentiarum, non nisi proprietatibus appellationum consignatur. Quibus deficientibus si quando, nunc 107 Græca catachresis de alieno abutendo succurrit: apud Deum autem deficere puto nihil debet, nec de alieno instrui dispositiones eius. Quis hic Deus est, qui filio quoque suo nomina à creatore vēdicat? nō dico aliena, 108 sed vetera & vulgata, quæ vel sic nō competēt Deo nouo & incognito. Quo modo denique docet 109 nouam plagulam non assui veteri vestimēto, nec vinum nouum veteribus vtribus credi, assutus ipse & indutus nominum senio? Quomodo abscidit Euangeliū à lege, tota lege vestitus: in nomine scilicet Christi. Quis illum prohibuit aliud vocari: aliud prædicantem, aliunde venientem, cum propterea nec corporis susceperit veritatem, ne Christus creatoris crederetur? Vanē autem noluit eum se videri, quem voluit vocari: quādo etsi verē corporeus fuisset, magis Christus creatoris non

A non videretur, si non vocaretur. At nunc substantiam respuit, cuius nomē etiam accepit, etiā substantiam probaturus ex nomine. 110 Si enim Christus vnctus est, vngui vtique corporis passio est: qui corpus nō habuit, vngui omninō nō potuit. Qui vngui omninō nō potuit, Christus vocari nullo modo potuit. Aliud est, si & nominis phātalima affectauit. Sed quomodo, inquit, irreperet in Iudæorum fidem, nisi per solenne apud eos & familiare nomen? Inconstantem aut subdolum Deum narras, aut diffidentiae, aut malitiositatis consilium est, fallendo quid promouere. Multo liberius atque simplicius egerunt Pseudoprophetae, aduersus creatorem in sui Dei nomine venientes. Sed nec effectum consilij huius inuenio, quum facilius aut suum crediderint Christum, aut planum potius aliquē, quā alterius Dei Christum, sicut Euangelium probabit. [111] Nunc si nomen Christi, vt spōrtulam furunculus, captauit, 112 cur etiam Iesus voluit appellari, non tam expectabili apud Iudæos nomine? Nec enim si nos per Dei gratiam intellectum consequuti sacramentorū eius, hoc quoque nomē agnoscerimus Christo destinātū, idē & Iudæis quibus adēpta est sapientia, nota erit res. Denique ad hodiernum, Christum sperant nō Iesum, 113 & Heliam potius interpretātur Christum quā Iesum. Qui ergo & in eo nomine venit in quo Christus nō præsumebatur, potuit in eo solo nomine venisse quod solum præsumebatur. Ceterum quum duo miscuit, speratum & insperatum, expugnatur vtrumque consilium eius. Siue enim idē Christus, vt interim quasi creatoris irreperet, obrepit Iesus, quia non sperabatur Iesus in Christo creatoris: siue vt alterius haberetur, nō finit Christus, quia nō alterius sperabatur Christus quā creatoris. Quid horum constare possit ignoro. Cōstitit autem vtrumque in Christo creatoris, in quo inuenitur etiā Iesus. Quomodo inquis? disce & hic 114 cum partiaris erroris tui Iudæis. Quum successor Moyfi destinaretur Aueses filius Naue, transfertur certē de pristino nomine, & incipit vocari Iesus? Certē, inquis. Hanc prius dicimus figuram futuri fuisse. 115 Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod sumus nos nati in seculi desertis, introducturus erat in terram promissionis melle & lacte manentem, id est, vitæ æternæ possessionem, qua nihil dulcius: idque non per Moysen, id est, non per legis disciplinam sed per Iesum, id est, per Euangelij gratiam, prouenire habebat, circumcisus nobis petrina acie, id est, Christi præceptis (petra enim Christus) idē is vir, qui in huius sacramēti imagine parabatur, etiam nominis Dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus. Hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse restatus est, quū ad Moysen loquebatur: 116 Quis enim loquebatur nisi spiritus creatoris, qui est Christus? Quum ergo mandato diceret populo, 117 Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in via, & introducat in terram quam paraui tibi, intende illi & exaudi eum, ne in obaudieris eum: non enim cælauit te, quoniam nomen meum super illum est. Angelum quidem eum dixit ob magnitudinem virtutum quas erat editurus, & ob officij Prophetæ nuntiantis scilicet diuinā voluntatem: Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. Identidem nomen suum confirmauit, quod ipse ei indiderat, quia nō angelum nec Auesen, sed Iesum eum iusserat exinde vocitari. Ergo si vtrumque nomen competit in Christum creatoris, tanto vtrumque non competit in Christum non creatoris, sicut nec reliquus ordo. Facienda est denique iam hinc inter nos certa ista & iusta præscriptio, & vtique parti necessaria, qua determinatum sit nihil omninō commune esse debere alterius Dei Christo, cum Christo creatoris. Nam & à vobis proinde diuersitas defendenda est, sicut à nobis repugnanda est: quia nec vos probare poteritis alterius Dei venisse Christum, nisi eum longē alium demonstraueritis à Christo creatoris: nec nos eum creatoris vendicare, nisi talem eum ostenderimus, qualis constituitur à creatore. 118 De nominibus iam obduximus. Mihi vendico Christū, mihi defendo Iesum. [119] Reliquum ordinem eius cum scripturis conferamus. Quodcunque illud corpusculum sit, quoniam habitum, & quoniam cōspectum fuit, si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis, meus erit Christus; talis enim habitu & aspectu annūtiabatur. Adest rursus Esaias: Annūtiavimus, inquit, coram ipso velut puerulus, velut radix in terra sitiētī, & Iesai. 53. non est species eius neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Sed species eius inhonorata, deficiens citra omnes homines. Sicut & supra patris ad filium vox. 120 Quemadmodum expauescent multi super te, sic sine gloria erit ab hominibus forma tua. Nam etsi tempestius decore apud Dauid supra filios hominum, sed in allegorico illo statu gratiæ spiritualis: cum accingitur enssem sermonis, qui verē species & decore & gloria ipsius est: ceterum 121 habitu incorporabili apud eundem Prophetam; vermis

Isai. 21. etiam & non homo, ignominia hominis & nullificamen populi. Neque interiorem quali-
Isai. 11. tatem eius, eiuscemodi annuntias. Si enim plenitudo in illo spiritus constitit, ¹²² agnosco
 virgam de radice Iesse, flos eius meus erit Christus, in quo requieuit secundum *Esaïam*
 spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & vigoris, spiritus agnitionis & pietatis,
 spiritus timoris Dei. neque enim vlli hominum, diuersitas spiritualium documentorum
 competeat nisi in Christum, flori quidem ob gratiam spiritus adaequatum, ex stirpe au-
 tem Iesse deputatum per Mariam inde censendum. Expostulo autem de proposito, si das
 ei omnis humilitatis & patientiae & tranquillitatis intentionem, & ex his *Esaïae* erit Chri-
 stus, Homo in plaga, & sciens ferre imbecillitatem: qui tanquam ovis ad victimam addu-
 ctus est, & tanquam agnus ante tondentem non aperuit os. Qui neque contendit neque
 clamauit, nec audita est foris vox eius: qui harundinem contuliam, id est, quassam Iudaeo-
 rum fidem non comminuit: qui linum ardens, id est, momentaneum ardorem gentium
 non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non potest alius esse, quam qui
 praedicebatur. Oportet actum eius ad scripturarum regulam recognosci, duplici, nisi fal-
 lot, operatione distinctum, praedicationis & virtutis. Sed de utroque titulo sic disponam,
 ut quoniam ¹²³ ipsum quoque Marcionis Euangelium discuti placuit, de speciebus do-
 ctinarum & signorum illuc differamus quasi in rem praesentem: hic autem generaliter ex-
 pungamus ordinem ceptum, docentes praedictorem interim annuntiarum Christum per
Isai. 50. *Esaïa*, ¹²⁴ Quis enim, inquit, in vobis qui Deum metuit? exaudiat vocem filij eius. ¹²⁵ Itē medi-
Isai. 53. *Math. 8.* **XVII.** ¹²⁶ De exitu planē puto diuersitatem tentatis inducere, negantes passionem crucis in Christum
 creatoris praedicatam, & argumentantes insuper non esse credendum, ut in id genus mor-
Deut. 21. tis expouerit creator filium suum, quod ipse maledixerat: Maledictus, inquit, omnis qui
 pependerit in ligno. ¹²⁷ Sed huius maledictionis sensum differo dignae sola praedicatione
1. Cor. 1. crucis, de qua nunc maximē quaeritur, quia & aliās antecedit rerum probatio rationem.
 De figuris prius edocebo. Et utique vel maximē sacramentum istud figurari in praedica-
Gen. 22. tione oportebat, quanto in credibile, tanto magis scādalo futurum, si nudē praedicaretur:
 quantoque magnificum, tanto magis obumbrādum, ut difficultas intellectus gratiam Dei
 quaereret. ¹²⁸ Itaque in primis Isaac quum à patre in hostiam deditus, lignū sibi ipse por-
Gen. 37. taret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi à patre, & lignum passio-
 nis suae baiulantis. ¹²⁹ Ioseph & ipse Christum figuratus, nec hoc solo (ne demorer cur-
 sum) quod persecutionem à fratribus passus est, & venundatus in Aegyptum ob Dei gra-
Deuter. 33. tiam, sicut & Christus à Iudaeis carnaliter fratribus venūdatus, à Iuda quum traditur. Nā
 & benedicatur in haec verba, ¹³⁰ Tauri decor eius, cornua vnicornis cornua eius, in eis na-
 tiones ventilabit pariter ad summum vsque terrae: non utique rhinoceros destinabatur v-
 nicornis, nec minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur, taurus ob vtranque
 dispositionem, aliis ferus ut iudex, aliis mansuetus ut saluator, cuius cornua essent crucis
 extrema. Nam & in antemna naui, quae crucis pars est, extremitates cornua vocatur: vni-
 cornis autem media stipitis palus. ¹³¹ Hac denique virtute crucis, & hoc more cornutus,
 vniuersas gentes & nunc ventilat per fidem, auferens à terra in caelum, & tunc per iudi-
 cium ventilabit, deiiciens de caelo in terram. Idem erit & alibi taurus apud eandem scri-
 pturam, quum Iacob in Simeonem & Leui exporrigens benedictionē, in Scribas & Pha-
Gen. 49. risaeos (ex illis enim deducitur census istorum) spiritualiter interpretatur: ¹³² Simeon & Le-
 ui perfecerunt iniquitatem, ex sua haeresi, qua scilicet Christum sunt persecuti. In conci-
 lium eorum ne venerit anima mea, & in stationem eorum ne incubuerint iecora mea: quia
 in indignatione sua interfecerunt homines, id est, Prophetas, & in concupiscentia sua ca-
 ciderunt nervos tauro, id est, Christo, quem post necem Prophetarum interfecerunt, &
 suffigendo nervos eius clavis, defauiuerunt. Ceterum vanum si post homicidia, alicuius
Exod. 17. bouis illis exprobrat carnificinam. ¹³³ Iam verò Moyses quid utique tūc tantum quum Ie-
 sus aduersus Amalech praeliabatur, expansis manibus orabat residens, quando ¹³⁴ in rebus
 tam attonitis, magis utique genibus positus, & manibus cadentibus pectus, & facie humi
 volutante, orationem commendare debuisset: nisi quia illic vbi nomē Domini Iesu dimi-
 cabat, dimicaturi quādoque aduersus diabolus, crucis quoque erat habitus necessarius,
Num. 21. per quam Iesus victoriam esset relaturus. ¹³⁵ Idem rursus Moyses post interdictam omnem
 rei similitudinem, cur aereum serpentem ligno impositum, pendentis habitu in spectacū-
 lum Israël salutare proposuit eo tempore quo à serpentibus exterminati sunt: nisi quod
 & hic Dominicae crucis vim intentabat, qua serpens diabolus publicabatur, & laeso
 cuique

A cuique à spiritualibus colubris, intuenti tamen & credenti in eam, sanitas morsum pecca-
 torum, & salus exinde praedicebatur? [¹³⁶ Age nunc si legisti penes Dauid, ¹³⁷ Dominus ^{xix.}
 regnauit à ligno, expecto quid intelligas, nisi fortē lignarium aliquem regem significari *Psal. 95.*
 Iudaeorum, & non Christum, qui exinde à passione ligni superata morte regnauit. ¹³⁸ Eri
 enim mors ab Adam regnauit vsque ad Christum, cur Christus non regnasse dicatur à li-
 gno, ex quo crucis ligno mortuus, regnum mortis exclusit? Proinde & *Esaïas*: ¹³⁹ Quo-
 niam, inquit, pater natus est nobis, & datus est nobis filius. Quid noui, si non de filio Dei
 dicit? Cuius imperium factum est super humerum ipsius. Quis omnino regum insigne
 potestatis suae humero praefert, & non aut capite diadema, aut manu sceptrum, aut ali-
 quam propriae vestis notam? Sed solus nouus rex nouorum aetorum Christus Iesus, noue
 gloriae & potestatem & sublimitatem suam humero extulit, crucem scilicet, ut secundum
 superiorem Prophetiam exinde Dominus regnaret à ligno. Hoc lignum & *Hieremias* ti-
 bi insinuat, dicitur praedicans Iudaeis, ¹⁴⁰ Venite, mittamus lignum in panem eius, uti-
 que in corpus. Sic enim Deus in Euangelio quoque vestro reuelauit, ¹⁴¹ panem corpus
 suum appellans, ut & hinc iam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse, cuius re-
 tro corpus in panē Prophetes figurauit, ipso Domino hoc sacramentū postea interpreta-
 turo. Si adhuc quaeris Dominicae crucis praedicationē, satis iam tibi potest facere ¹⁴² vige-
 simus primus Psalmus, totam Christi continens passionem, canentis iam tunc gloriam
 suam: Foderunt, inquit, manus meas & pedes, quae proprie atrocitas crucis. Et rursus *Psal. 21.*
 quum auxilium patris implorat: Saluum, inquit, fac me ex ore leonis, utique mortis,
B ¹⁴³ & de cornibus vnicorniorum humilitatē, de apicibus scilicet crucis, ut supra ostendi-
 mus. Quam crucem nec ipse Dauid passus est, nec vllus rex Iudaeorum, ne putes alterius
 alicuius prophetari passionem, quā eius qui solus à populo tam insigniter crucifixus est.
 Nunc & si omnes istas interpretationes respuerit & irriserit haeretica duritia, concedam
 illi nullam Christi crucem significatam à creatore: quia nec ex hoc probabit alium esse
 qui crucifixus est, nisi fortē ostenderit hunc exitum eius à suo Deo praedictum; ut di-
 uersitas passionum, ac per hoc etiam personarum, ex diuersitate praedicationum vindice-
 tur. Ceterum nec ipso Christo eius praedicto, nedum cruce ipsius, sufficit in meum
 Christum solius mortis Prophetia: Ex hoc enim quod non est aedita qualitas mortis, po-
 tuit & per crucem euenisse, tunc alij deputanda, si in alium fuisset praedictum: nisi si
 nec mortem volet crucis, tunc negatam, quo magis erubescat, si suum quidem Chri-
 stum mortuum annuntiat, quem negat natum: meum verò mortalem negat, quem na-
 scibilem confitetur. Et mortem autem & sepulturam & resurrectionem Christi mei, vna
 voce *Esaïae* volo ostendere dicentis: ¹⁴⁴ Sepultura eius sublata de medio est. Nec sepultus
 enim esset nisi mortuus, nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem. De-
 nique subiecit: ¹⁴⁵ Propterea ipse multos haereditati habebit, & multorum diuidet spolia. *Isai. 57.*
 Quis enim alius nisi qui natus est, ut supra ostēdimus? Pro eo quod tradita est anima eius
 in mortem. Ostensa est enim causa gratiae huius, pro iniuria scilicet mortis repensandae.
C Pariter ostensum est, haec illum propter mortem consecuturum, post mortem utique per
 resurrectionem consecuturum. [¹⁴⁶ Sufficit hucusque de his interim ordinem Christi ^{xx.}
 decurrisse, quo talis probatus qualiter annuntiabatur, non alius haberi debeat, quā
 qui talis annuntiabatur: ut iam ex ista consonantia rerum eius, & scripturarum creato-
 ris, illis etiam restituenda sit fides ex prauidicio maioris partis, quae ad diuersas sententias
 vel in dubium deducuntur vel negantur. Amplius nunc superstruimus ea quoque paria
 ex scripturis creatoris, quaeq; post Christum futura praecinebantur. Nec enim dispositio
 expuncta inueniretur, si non ille venisset, post quem habebat euenire. Aspice vniuersas
 nationes de voragine erroris humani, exinde emergentes ad Deum creatorem, ¹⁴⁷ & ad
 Deum Christum, & si audes, nega prophetatum. Sed statim tibi in Psalmis promissio pa-
 tris occurret: Filius meus es tu, ego hodie generavi te. Postula à me, & dabo tibi gentes *Psal. 2.*
 haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Nec poteris magis Dauid fi-
 lium eum vindicare quā Christum, aut terminos terrae Dauid potius promissos, qui
 intra vnicam Iudaeorum gentem regnauit, quā Christo, ¹⁴⁸ qui totum iam orbem Euā-
 gelij sui fide cepit. Sic & per *Esaïam*: ¹⁴⁹ Ecce dedi te in dispositionem generis mei in lu-
 cem nationum aperire oculos caecorum, utique errantium, exoluere de vinculis vincetos,
 id est, de delictis liberare, & de cella carceris, id est, mortis, sedentes in tenebris, ignorantiae
 scilicet. Quae si per Christum eueniunt, nō in alium erūt prophetata, quā per quem

eueniunt. Item alibi: ¹⁵⁰ Ecce testimoniū cum nationibus posui, principem & imperantem nationibus. Nationes quæ te non sciunt, inuocabunt te, & populi confugient ad te. Nec enim hæc in Dauid interpretaberis, quia præmisit, ¹⁵¹ Et disponam vobis dispositionem æternam, religiosa & fidelia Dauid. Atquin hinc magis Christum intelligere debetis ex Dauid deputatum carnali genere ob Mariæ virginis censum, de hoc enim promissio iuratur in Psalmo ad Dauid: ¹⁵² Ex fructu ventris tui collocabo super thronum tuum. Quis iste venter est? Ipsi Dauid: utique non, neque enim pariturus esset Dauid. Sed nec vxoris eius, non enim dixisset, ex fructu ventris tui, sed potius ex fructu vëtris vxoris tuæ. Ipsi ergo dicendo ventrem, superest vt aliquem de genere eius ostenderit, cuius ventris futurus esset fructus caro Christi, quæ ex vtero Mariæ floruit. Ideoque & fructum ventris tantum nominavit, vt propriè ventris, quasi solius ventris, non etiam viri: & ipsum ventrem ad Dauid redegit, ad principem generis, & familiæ patrem: nam quia viro deputare non poterat virginis eum ventrem, patri deputavit. Itaque in Christo noua dispositio inuenitur hodie: hæc erit quam tunc creator pollicebatur, religiosa & fidelia Dauid appellans quæ erant Christi, quia Christus ex Dauid: immò ipsa erit caro eius, religiosa & fidelia Dauid, tam sancta religione, & fidelis ex resurrectione. Nam & Nathan Propheta ¹⁵³ in secundo Basilium, & professionem ad Dauid facit: ¹⁵⁴ Semè tuum quod erit, inquit, ex ventre tuo. Hoc si in Salomonem simpliciter edifferes, risum mihi incuties. Videbitur enim Dauid peperisse Salomonem. An & hîc Christus significatur, ex eo ventre semè Dauid, qui esset ex Dauid, id est, Mariæ? Quia & ædem Dei magis Christus ædificaturus esset, hominem scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabitaret Dei spiritus, in Dei filium magis Christus habendus esset quàm Salomon filius Dauid. Denique & thronus in æuum, & regnum in æuum, magis Christo comperit quàm Salomoni, temporali scilicet regi: sed à Christo misericordia Dei non abscessit, Salomoni verò etiam ira Dei accessit post luxuriam & idololatriciam. ¹⁵⁵ Suscitauit enim illi sarā, id est, hostem, Idumæum. Quis ergo nihil horum comperat in Salomonem, sed in Christum, certa erit ratio interpretationum nostrarum, ipso etiam exitu rerum probante, quas in Christum apparet prædicatas: & ita in hoc erunt sancta & fidelia Dauid. Hunc Deus testimonium nationibus posuit, nō Dauid: principem & imperantem nationibus, non Dauid, qui soli Israël imperauit. Christum hodie inuocant Nationes quæ eum non sciebant, & populi ad Christum hodie confugiunt, quem retrò ignorabant. Non potest futurum dici, quod vides fieri.

¹⁵⁶ Sic nec illam iniectionem tuam potes sistere ad differentiam duorum Christorum, quasi Iudaicus quidem Christus populo soli ex dispersione redigendo destinatur à creatore, vester verò omni humano generi liberando collatus sit à Deo optimo, quum postremo priores inueniantur Christiani creatoris quàm Marcionis, exinde vocatis omnibus populis in regno eius, ex quo Deus regnauit à ligno, ¹⁵⁷ nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione. Sed & reuictus de Nationum vocatione, conuertere iam in profelytos. Quæris qui de Nationibus transiant ad creatorem, quando & profelyti diuersæ & propriæ conditionis seorsum à Propheta nominantur: ¹⁵⁸ Ecce, inquit Esaias, profelyti per me accedent ad te: ostendens ipsos quoque profelytos per Christum accessuros ad Deum. ¹⁵⁹ Et Nationes, quod sumus nos, proinde suam habebant nominationem, sperantes in Christum. ¹⁶⁰ Et in nomine, inquit, eius, Nationes sperabunt. Profelyti autem quos in Nationum prædicatione substituis, non in Christi nomine sperare solent, sed in Moyse ordine, à quo institutio illorum est. Ceterum allectio Nationum à nouissimis diebus exorta est. Iisdem verbis Esaias, ¹⁶¹ Et erit, inquit, in nouissimis diebus manifestus mons Domini, utique sublimitas Dei, & ædes Dei super summos montes, utique Christus catholicū Dei templum, in quo Deus colitur, constitutum super omnes eminentias virtutum & potestatum. Et veniet ad eum vniuersæ Nationes, & ibunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in ædem Dei Iacob, & annuntiabit nobis viam suam, & incedemus in ea. Ex Sion enim exhibit lex, & sermo Domini ex Hierusalē. Hæc erit via sua nouæ legis Euangelium, & noui sermonis in Christo iam non in Moyse. Et iudicabit inter Nationes, de errore scilicet earum. Et reuincet populum amplum, ipsorum in primis Iudæorum & profelytorum. Et concident machæras suas in aratra, & ¹⁶² sibynas in falces, id est animorum nocentium & linguarum infestarum, & omnis malitiæ atque blasphemæ ingenia, conuertent in studia modestiæ & pacis. Et non accipiet gens super gentē machæram, utique discordiæ, & non discent amplius bellare, id est inimicitias perficere, ¹⁶³ vt & hîc discas

A hîc discas Christum non bellipotentem, sed paciferum repromissum. Hæc autem prophetata nega, quum coram videntur, aut adimpleta quum leguntur. Aut si non negas vtrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata. Inspice enim adhuc etiam ipsum introgressum, atque decursum vocationis in Nationes à nouissimis diebus adeuntes ad Deū creatorem, non in profelytos, quorum à primis magis diebus allectio est. Etenim fidem istam Apostoli induxerunt. ¹⁶⁴ Habes & Apostolorum opus prædicatum, **xxi**. ¹⁶⁵ Quam tempestiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, non bellum nec malum. Respondit & Psalmus: In omnem terram exiuit sonus eorum, ¹⁶⁶ & in terminos terræ voces eorum, circumferentium scilicet legem ex Sion profectam, & sermonem Domini ex Hierusalem, vt fieret quod scriptum est. ¹⁶⁷ Longè quique à iustitia mea, appropinquauerunt iustitiæ meæ & veritati. Quum huic negotio accingeretur Apostoli, ¹⁶⁸ renuntiauerunt presbyteris, & archontibus, & sacerdotibus Iudæorum. ¹⁶⁹ An non vel maximè, inquit, vt alterius Dei prædicatores? Atquin ipsius eiusdem, cuius scripturam cum maximè implebant, Diuertite diuertite, inclamat Esaias, excedite illinc, & immundum ne attingeritis, blasphemiam scilicet in Christum. Excedite de medio eius, utique synagogæ, ¹⁷⁰ separamini qui Domini causam portatis. Iam enim, secundum supra scripta, reuelauerat Dominus brachio suo sanctum, id est, virtute sua Christum coram nationibus, vt viderint vniuersæ Nationes & summa terræ salutem, quæ erat à Deo. Sic & ab ipso Iudaismo diuertentes, quum legis obligamenta & onera, Euangelica iam libertate mutarent, Psalmum exquebantur, Dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis iugum eorum. Postea certè quàm tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania, Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Quæ dehinc passi sunt Apostoli? Omnem, inquit, iniquitatem persecutionum, ab hominibus scilicet creatoris, vt aduersarij eius quem prædicabant. Et qui creator, si aduersarij erat Christi, non modò prædicat hoc passuros Apostolos eius, verum & exprobrat: Nam neque prædicaret alterius Dei ordinem, quem ignorabat, vt vultis, neque exprobrasset, quod ipse curasset. ¹⁷¹ Videte quomodo perit iustus, neque quisquam excipit corde, & viri iusti auferuntur, nec quisquam animaduertit. A persona enim iniustitiæ sublatus est iustus, quis nisi Christus? ¹⁷² Venite, inquit, auferamus iustum, quia inutilis est nobis. Præmittens itaque & subiungens proinde passum etiam Christum, æquè iustos eius eadem passuros, tam Apostolos, quàm & deinceps omnes fideles prophetauit, signatos illa nota scilicet de qua Ezechiel: Dicit Dominus ad me: ¹⁷³ Pertransi in medio portæ mediam Hierusalem, & da signum Tau in frontibus virorum. ¹⁷⁴ Ipsa est enim littera Græcorum Tau, nostra autem T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Hierusalem, in qua fratres Christi, filios scilicet Dei, gloriam patri Deo relatores, psalmus vigesimus primus canit ex persona ipsius Christi, ad patrem, Enarrabo nomen tuum fratribus meis, ¹⁷⁵ in medio Ecclesiæ hymnum tibi dicam. Quod enim in nomine & spiritu ipsius hodie fieri habebat, meritò à se futurum prædicabat: Et paulò infra: A te laus mihi in Ecclesia magna. ¹⁷⁶ Et in sexagesimo septimo: In Ecclesiis benedicite Dominum Deum, ¹⁷⁷ vt pariter concurreret & Malachiæ Prophetia: Non est voluntas mea, dicit Dominus, & sacrificia vestra non accipiam, quoniam ab ortu solis vsque in occasum nomen meum glorificatum est in Nationibus, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum: Gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia quum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & Ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum, debes iam erumpere vt dicas, spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. ¹⁷⁸ Nunc quia cum Iudæis negas venisse Christum eorum, tu cognosce & exitum ipsorum, quem post Christum relaturi prædicabantur ob impietatem qua eum & despexerunt & interemerunt. Primum enim ex die qua secundum Esaiam: ¹⁷⁹ Proiecit homo aspernamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & noctuis, id est, ex quo genus hominum dilucidata per Christum veritate idola proiecit, vide an quod sequitur expunctum sit: ¹⁸⁰ Abstulit enim Dominus sabaoth à Iudæa, & ab Hierusalem inter cetera, & Prophetā, & sapientē architectum, spiritum scilicet sanctum, qui ædificat Ecclesiam, templum scilicet & domum & ciuitatem Dei. Nam exinde apud illos destitit Dei gratia. ¹⁸¹ Et mandatum est nubibus, ne pluerent imbrem super vineam Sorech, id est, cœlestibus beneficiis, ne pro-

uenirent domui Israël. Fecerat enim spinas, ex quibus Dominum coronauerat, & non D
iustitiam, sed clamorem quo in crucem eum extollerat. Et ita subtractis charismatū ro-
ribus, ¹⁸² lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Dehinc quum ex perseverantia furoris, &
nomen Domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est: Propter vos blasphematur
nomen meum in nationibus (Ab illis enim cœpit infamia) & tempus medium à Ti-
berio vsque ad Vespasianū, non pœnitentiam intellexissent, ¹⁸³ facta est terra eorum de-
serta, ciuitates eorum exultæ igni, regionem eorum sub ipsorum conspectu extranei de-
uorant. derelicta est filia Sion, tanquam specula in vinea, vel in cucumerario casula, ex
quo scilicet Israël Dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, sed dereli-
quit, & in indignationem prouocauit sanctum Israël. Sic & machæra conditionalis
comminatio: Si nolueritis nec audieritis me, machæra vos comedet; probauit Christum
fuisse, quem nō audiendo, perierunt. ¹⁸⁴ Qui & in Psalmo quinquagesimo octauo disper-
sionem eis postulat à patre: Disperge eos in virtute tua. Qui & rursus per Esaiam in exul-
sionem eorum perorans: ¹⁸⁵ Propter me hæc, inquit, facta sunt vobis, in anxietate dor-
mieris. Satis vanè, si hæc non propter eum passi sunt, qui propter se passuros pronuntia-
rat, sed propter Christum Dei alterius. Atquin Christum, inquam, alterius Dei dicitis,
à creatoris virtutibus & potestatibus, vt ab æmulis in crucem actum. Sed ecce defensum
ostenditur à creatore, ¹⁸⁶ & dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet subreptum
eum asseuerauerant, & locupletes pro morte eius, qui scilicet & à Iuda traditionem rede-
merant, & à militibus falsum testimonium cadaueris subrepti. Igitur aut non propter il-
lum acciderunt ista Iudæis, sed reuinceris conspirante sensu scripturarum cum exitu re-
rum & ordine temporum: aut si propter illum acciderunt, non potuit creator vicisci, nisi
suum Christum, remuneraturus potius Iudam, si aduersarium Domini sui peremissent.
Certè si nondum venit Christus creatoris, propter quem hæc passuri prædicantur, quum
venerit ergo, patientur. Et vbi tunc filia Sion derelinquenda, quæ nulla hodie est? ¹⁸⁷ Vbi
ciuitates exurendæ, quæ iam in tunulis? Vbi dispersio gentis, quæ iam extorris? Red-
de statum Iudææ, quem Christus creatoris inueniat, & alium contendere venisse. ¹⁸⁸ Iam
verò quale est, vt per cœlum suum admiserit, quem in terra sua esset interempturus, ho-
nestiore & gloriosiore regni sui regione violata, ipsa aula sua & arce calcata? An hoc ma-
gis affectauit? Planè Deus zelotes, tamen vicit. Erubescere qui victo Deo credis. Quid spe-
rabis ab eo qui se protegere non valuit? Aut enim per infirmitatem oppressus est à virtu-
tibus & hominibus creatoris, aut per malitiositatem, vt tantum illis sceleris patientia in-
figeret. [¹⁸⁹ Immo, inquis, spero ab illo (quod & ipsum faciat ad testimonium diuer-
sitaris) regnum Dei æternæ & cœlestis possessionis. Ceterum vester Christus pristinum
statum Iudæis pollicetur, ex restitutione terræ, & post decursum vitæ, apud inferos in si-
nu Abrahæ refrigerium. Deum optimum, si reddit placatus, quod & abstulerat iratus. O
Deum tuum qui & cædit & sanat, condit mala & facit pacem. O Deum etiam ad inferos
vsque misericordem. ¹⁹⁰ Sed DE SINE V ABRAHÆ suo tempore. ¹⁹¹ De restitutione ve-
rò Iudææ, quam & ipsi Iudæi, ita vt describitur, sperant, locorum & regionum nomi-
bus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Christum & in Ecclesiam, & habitum
& fructum eius spiritualiter competat, & longum est persequi, & in alio opere digestum,
quod inscribimus DE SPE FIDELIVM, & in præsentem vel eo otiosum, quia non de
terrena, sed de cœlesti promissione sit quæstio. Nam & confitemur in terra nobis regnū
repromissum, sed ante cœlum, sed alio statu, vt potè post resurrectionem in mille annos
in ciuitate diuini operis Hierusalem cœlo delata, quam & Apostolus matrem nostram
sursum designat, & πολιτευμα nostrum, id est, municipatum in cœlis esse pronuntians, ali-
cui vtique cœlesti ciuitati eum depurat. ¹⁹² Hanc & Ezechiel nouit, & Apostolus Ioan-
nes vidit, & qui apud fidem nostram est nouæ Prophetiæ sermo testatur, vt etiam effi-
giem ciuitatis ante repræsentationem eius conspectui futuram in signum prædicarit.
¹⁹³ Denique proximè expunctum est Orientali expeditione. Constat enim, ethnicis quo-
que testibus, in Iudæa per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de cœlo pe-
pendisse, omni mœniorum habitu euanescente de profectu diei, & aliàs de proximo nul-
lam. Hanc dicimus excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum
vtique spiritualium copia, in cōpensationem eorū quæ in seculo vel despeximus vel amisi-
mus à Deo prospectam. Siquidem & iustū & Deo dignum, illic quoque exultare famulos
eius, vbi sunt & afflicti in nomine ipsius. Hæc ratio regni cœlestis. Post cuius mille an-
nos,

A nos, intra quam ætatem concluditur sanctorum resurrectio, pro meritis maturiùs vel tar-
diùs resurgentium, tūc & mundi destructione & iudicij conflagratione commissa, demu-
tati in atomo; in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelæ superindumen-
tum transferemur in cœleste regnum, de quo nunc sic idè retractatur, quasi non præ-
dicato apud creatorem, ac per hoc alterius Dei Christum probante, à quo primo & so-
lo sit reuelatum. Disce iam hinc illud & prædicatum à creatore, & sine prædicatione
credendum apud creatorem. Quid tibi videtur, quum Abrahæ semen post primam pro-
missionem, ¹⁹⁴ quam in multitudinem arenæ repromittitur; ad instar quoque stellarum
destinatur, nōne & terrenæ & cœlestis dispositionis auspicia sunt? Quum Isaac benedi-
cens Iacob filium suum. Det, ait, tibi Deus de rore cœli, & de opimitate terræ, nōne v-
triusque indulgentiæ exempla sunt? Denique animaduertenda est hîc etiam structura be-
nedictionis ipsius. Nam circa Iacob, qui quidem posterioris & prælatoris populi figura
est, id est, nostri: prima promissio cœlestis est roris: secunda, terrenæ opimitatis. Nos
enim primò ad cœlestia inuitamur, quum à seculo auellimur, & ita postea inuenimur e-
tiam terrena consecuturi. ¹⁹⁵ Et Euangelium vestrum quoque habet: Quærite primū
regnum Dei, & hæc adicientur vobis. Ceterum ad Esau promittit benedictionem ter-
renam, & subiicit cœlestem: De opimitate terræ (dicens) erit inhabitatio tua, & à rore
cœli. Iudæorum enim dispositio in Esau priorum natu, & posteriorum affectu filiorum à
terrenis bonis imbuta per legem, postea ad cœlestia per Euangelium credèdo deducitur.
B ¹⁹⁶ Quum verò Iacob somniat scalas obfirmatas in terra ad cœlum, & angelos alios a-
scendentes, & alios descendentes, innixum desuper Dominum temerè si fortè interpre-
tabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quò alij perueniant, vnde alij decidant,
Domini constitutum esse iudicium. Cur autem vt euigilauit, & primū loci horrore
concessus est, conueritur ad interpretationem somnij? Quum enim dixisset, quàm terri-
bilis est locus iste, Non est, inquit, aliud, sed ædes Dei, & hæc porta cœli. Christum
Dominum enim viderat, templum Dei, & portam eundem per quem aditur cœlum. Et
vtique portam cœli non nominasset, si cœlum non aditur apud creatorem. Sed est & por-
ta quæ recipit, & quæ perducit, strata iam à Christo, de quo Amos: ¹⁹⁷ Qui ædificat in
cœlum ascensum suum, vtique non sibi soli, sed & suis qui cum illo erunt. ¹⁹⁸ Et circum-
dabis enim illos tibi, inquit, tanquam ornamentum sponsæ. Ita per illum ascensum ad
cœlestia regna tendentes miratur spiritus dicens: ¹⁹⁹ Volant velut qui sunt milui. ²⁰⁰ Vt
nubes volant, & velut pulli columbarum ad me; scilicet simpliciter vt columbæ. Aufere-
mur enim in nubibus obuiam Domino, secundum Apostolum (illo scilicet filio homi-
nis veniente in nubibus, secundum Danielem) & ita semper cum Domino erimus, cate-
nus dum & in terra & in cœlo, qui ob vtriusque promissionis ingratos, ipsa etiā ele-
menta testatur: ²⁰¹ Audi cœlum, & in aures percipe terra. Et ego quidem, etiam si nul-
lam spei cœlestis manum mihi toties scriptura porrigente, satis haberem huius quoque
promissionis præiudicium, quòd iam terrenam gratiam teneam, expectarem aliquid &
de cœlo, à Deo cœli, sicut & terræ: ita crederem Christum sublimiora pollicentem, eius
esse qui & humiliora promiserat, qui & experimenta maiorum de paruulis fecerat, qui
hoc inauditi si fortè regni præconium soli Christo reseruauerat, vt per famulos quidem
terrena gloria, cœlestis verò per ipsum Deum annuntiaretur. At tu hinc quoque alium
argumentaris Christum, quòd regnum nouum annuntiet. Prius est, aliquod exemplum
indulgentiæ proferas, ne meritò dubitem de fide tantæ promissionis quam sperandam
dicis; immò ante omnia est, vt quem cœlestia prædicas repromittere, aliquod cœlū pro-
bes eius. At nunc vocas ad cœnam, nec domum ostendis: allegas regnum, nec regiam
monstras. An quia Christus tuus cœleste regnum repromittit, non habens cœlum? quo-
modo & hominem præstitit, non habens carnem? O phantasma omne, ô præstigia ma-
gnæ etiam promissionis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRUM III. ADVERSUS MARCIONEM.

CAP. I.

1. **E**cundum vestigia pristini erroris; &c.] *Capitulum hoc inscriptum: Christum, non alterius Dei intelligendum, quam creatoris. Atqui fuisse amissum pristinum opus, fraude tunc fratris dehinc Apostata; supra habes initio libri primi.*
2. post de curiam defensionem vnicæ diuinitatis; &c.] *Tempore libri duobus præcedentibus.*
3. illic scilicet pronuntiandam regulæ interuersionem, vbi posteritas inuenitur, &c.] *Istud tum latè tractauit Auctor supra lib. de Prescript. aduers. her. c. 20. ac sequi. Vbi supra etiam adnotauimus lib. 1. aduers. Marc. cap. 1. num. 23. Ad quem locum haud dubiè adludat, quum hic subdit: Quod etiam primo libro intexui, sicuti ad prædictum librum de Prescriptionibus hic adludatur illis verbis: Ceterum in præscriptionum compendiis vincit; cui similes locos eodem libro adnotatos habes cap. 15. num. 98. Eodem pertinet, quod infra dicit cap. 3. Fidei victicris vetustatis.*

CAP. II.

4. Hinc denique gradum confere, &c.] *Titulum huic capiti dedimus: Suspectum esse, quod tam subito venerit Christus Marcionis, antequam pater de eo restaretur. Atqui de Proverbio: gradum conferre, vide nostra Prolegomena, quod placet magis, quam illud vnius cod. MS. Vatic. gradum confere. Lego autè prorsus ex vitroque P. alicano: hoc enim ordinis fuerat. Et est Tertullianicum: præcunte suggestu eius.*
5. quem numquam mandator designauit, &c.] *Mandator (inquit Rhenanus) est, qui aliquid agendum committit; Mandatarius, qui suscipit. Repetit autem mox iterum & tertio: Mandatorem, & rursum cap. 4. Legimus deinde more Tertulliano: Atquin, pro: Atqui. Tertullianica verò sunt: catenus, quæ, & paraturam (sicuti de hoc postremo etiam adnotauit Rhenanus) item: substructam.*

CAP. III.

6. Non fuit (inquis) ordo eiusmodi necessarius, &c.] *Inscriptione huic fecimus capiti: Quod solæ signorum virtutes Christum Dei filium non probauerint. Sunt autem verba Marcionis vsque ad illud: At ego negabo, &c.*
7. ex auctoraui.] *Hoc est (inquit Rhenanus) auctoritate destituit, infirmavit; vox certè Tertulliano frequentissima.*
8. Siquidem edicens multos venturos, &c.] *Paraphrasticos citat illud Matth. 24. Multi venient Pseudochristi, &c. Illi autem: temerariam signorum & virtutum fidem; vt etiam apud Pseudochristos facillimam, haud absimile est illud supra lib. de Prescriptionibus aduers. heret. cap. 44. num. 289. Adiciant præterea multa de auctoritate cuiusque doctoris hæretici, illos maximè doctrinæ suæ fidem confirmasse, mortuos suscitasse, debiles reformasse, futura significasse, vti meritò Apostoli crederentur, quasi nec hoc scriptum sit; venturos multos, qui etiam virtutes maximas æderent. Sic etiam B. August. lib. 13. contra Faustum, c. 5. Miracula non facitis, quamquam si faceretis, caueremus, per instruendum nos Dominum, & dicentem: Exsurgent multi, &c. & Tract. 14. in Ioannem: Pontius fecerit miraculum, & Do-*

natus orauerit, & responderit Deus de celo; primò, aut falluntur, aut fallunt; postremò, facillos montes transferre, si charitatem non habent, nihil sunt; sed quomodo habent, qui diuiserunt vnitatem? Atqui non propterea sensisse Auctorem veritatem signorum & virtutum apud hæreticos aliquando fuisse, aut futuram; patet tum infra lib. 5. aduers. Marc. c. 16. Vbi tractans illud 2. Thessal. 2. ait: Quæro, cur veniat in omni virtute, & signis, & ostentis mendacij; tum apertius supra lib. de Anima, c. 57. Vbi ostendit animam Samuelis Prophetæ à pythónico spiritu nõ extractam, ex eo inter cetera, quod demò in Antichristo sit signa portentosa aditus, ad dens, eundem spiritum & in Pseudoprophete, & in Apostata facillè mentiri. Quod ipsum etiam paulo prius ibidem his verbis confirmat: Corpora denique videbantur Pharaoni & Ægyptiis Magicarum virgarum dracones, sed Moysei veritas mendaciū deuorauit; addens mendacio posse Simonis hæreticos etiam Prophetarum animas ab inferis mouere; vbi vide & Adnotat. nostras num. 636. 637. & 638. Et aud dubiè in hoc imitatus B. Irenæum lib. 1. c. 8. & apertius lib. 2. cap. 37. quem etiam locum descripsit Eusebius in Ecclesiastica historia. Valeant ergo qui Tertullianum aliter interpretantur.

9. quasi locum in balneis, &c. occupauit, &c.] *De hoc proverbio vide nostra Prolegomena.*

10. hoc fidem cludet.] *V. alic. MS. cod. 1. legit: cludet: vtrumque non malè: cludere enim pro claudere veteribus vsitatum. Varroni de re Rustica cap. 3. Plinio lib. 37. Seneca Thebaïdos 1. & ipsi quoque Cicero lib. 2. de Natura Deorum.*

11. interdum per famulos suos retrò ædidisse, interdum per Christum suum ædidas destinasse.] *Priori parte adludit ad virtutes per Moysen editas, Exod. 7. & deinceps, posteriori ad illud Isai. 61. Spiritus Domini super me, &c. sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis vñsum. Id enim de se Christus interpretatur Luc. 4.*

CAP. IIII.

12. Deditatus opinor est, &c.] *Capitulum hoc inscriptum: Deuise proinde Christum Marcionis, non ante, sed post Christum Creatoris venire. Sunt autem Tertullianica Voces: reuincendi, retractare, intercessionem pro obstaculo, temporis alieni decursum neutro genere. Sine autè legas cum excusis: & vanus utrobique, sive cum 1. Vatic. MS. cod. vanus in vitroque, perinde est.*
13. tunc si fortè credendus est,] *Si fortè, pro, fortè sicut etiam hic adnotauit Rhenanus, & alibi frequentissimè.*

CAP. V.

14. His præluserim, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus: De duabus causis seu duplici intellectu eloquij Prophetici. Non refert autem sive cum excusis legas: præluserim, sive cum 2. Vatic. MS. cod. proluserim; & cominus, cum illis, aut cum his: cominus. Atqui de Proverbialibus formulis: præludere de gradu primo, ad certum & cominus dimicare, ac aliquas lineas præducere ad quas erit dimicandum, vide nostra Prolegomena.*

15. scripturarum formam, & vt ita dixerim, naturam

turam demandare.] *Notè dixit: demandare, pro eo ac si diceret: adlegare, ac ex scripturis petere. Id enim non obscure significat, quum subiungit: ne tunc in controuersiam deductæ, quum adhibentur ad causas, &c. obundant lectoris intentionem; & deinceps. Duas itaque causas prophetici eloquij adlego agnoscendas.*

16. Vnam, quæ futura interdum pro iam tractatis enuntiantur, &c.] *Quum varia sint huius exempla, in quibus Prophetica diuinitio id quod prospicit quasi iam visum atque expunctum (id est, etiam Rhenano interprete, adimpletum) pronuntiat, vnicum adferi Isai. 50. Auctori testimonium: Dorsum meum posui in flagella, &c. de quo vide supra lib. de Resurr. carn. c. 20. n. 151. Est autem adnotatu digna iam tum varia expositio eius loci, sive de Christo secundum nos, id est, Ecclesie interpretationem; sive de Propheta Isaiæ secundum Iudæos; quippe qui interpretacionibus talibus verba Prophetarum deprauarunt. Legimus autem secundo loco: vniuniformem statum temporum, ex 1. Vatic. MS. cod.*

17. Alia species erit, quæ pleraque figuratè portenduntur.] *Huius plura exempla recenset Auctor; eò quod diuersa sint: ænigmata, allegoria, & parabola, sicuti manifestus est, quum vt plurimum sit opus.*

18. Nam & montes legitimus destillaturos dulcorem, &c.] *Sive sic legas cum Vulgatis, sive: destillaturos cum MS. 1. Vatic. cod. non refert; vtrumque enim Columella vsitatum est eodem significato. Atqui quamquam reperitur istud tum Joeli. 3. tum Amos 9. adnotauimus priorem locum ad marginem, vbi legitur: distillant montes dulcorè, & colles fluent lacte. Ad quod etiam respexisse videtur Auctor, quum paulopost citat illud Exod. 3. ac 13. terram lacte & melle manantem.*

19. Sapam de petris, aut defuturum de rupibus, &c.] *Sapam (inquit Varro de vit. pop. Rom. lib. 1. sicuti à Nonio citatur) appellabat, quod de musto ad mediam partem decoxerat; defuturum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuifaciendo.*

20. placentas & samias.] *Latini coniecit legendum, Psofias, ego malim Psofias; est enim ψωφίον Ioan. 13. quod transferunt interpretes, buccellam intinctam, quam Christus Iudæis tradidit, & apud alios, etiam iuri carniū intinctam buccellam significat. Videtur itaque eius generis liba exigua Auctor intelligere. Nihil tamen immutandum putauimus, quod etiam MS. cod. 2. Vatic. legit Samias; maximè quum apud Athen. lib. 14. Dypnosoph. cap. 19. mentio fiat placentiarum Samiarum quæ in deliciis erant, à Samo eorum opifice, quantum apparet, ita dictarum.*

21. aquilicem.] *Aquilicem (inquit Rhen.) appellare videtur ab aquis eliciendis, quem à legendis aquis aquilegem alij vocant. Aquilices olim Tusci erant arte quadam & remedio pluuia elicientes, quum fruges nimia scitias tantum non enecaret. Vnde dictum Aquilicium. Aquileges inueniendorum fontium periti erant, & aquas ad aqueductus colligebant. Plinius lib. 26. cap. 6. Tusim (inquit) sedat Bechion, quæ Tusilago dicitur. Duo eius genera: syluestri vbi nascitur, subesse a quibus credunt, & hoc habent signum aquileges. Meminit Aquilegi, quæ scrutandarum aquarum ars est, Plinius lib. 31. Sed videtur mihi posteriores istam differentiam non obseruasse, quando Auz. Arcadius Turcoconsult. Digest. de iure immunitatis, lib. 50. Aquilices etiam inter eos refert, quibus grauior conditio vacationem ali-*

quam munerum tribuit; aquileges, vt arbitror, intelligens. Structores (inquit) carpentarij, scandularij, gladiatores, aquilices, tubarij, cornuarij, arcuarij, &c. Apparet porro, omnium disciplinarum ac rerum absolutissima cognitione præditum fuisse Tertullianum, ex hoc loco & alijs similibus.

22. Ponam flumina in regione sitienti, &c.] *Hæc citat ex Isaiæ, partim cap. 41. partim cap. 43. Nam illud Ponam flumina in regione sitienti, reperitur c. 43. vbi ἀψυδρον vertit: terram sitientem, pro eo quod B. Cypri. lib. 2. Testim. adu. Iud. c. 4. in inaquosam terram, ac Latinus interpres LXX. in inaquosum. Et ipse Tertull. lib. 4. cap. 13. in terra inaquosa. Illud verò: & in solitudine (vbi eandem vocem ἀψυδρον vertit B. Cypri. Epist. 63. ad Cæcil. locum inaquosum) cedrum & buxum, (sive enim transpono hæc verba secundum editiones omnes) Isai. 41. Rursum quod sequitur: Benedicent, &c. Isai. 43.*

23. Benedicent me bestie agri, &c.] *Benedici (inquit Rhenanus) eleganter interpretatur, fausta omnia ab aliquibus, sive sanctum omen ab aliquo referre. Atqui: Filias passerum transtulit Auctor, pro eo quod alij struthionum, quia vox στρουθίων viroque significat. Verum Sirenes, Græcè σειρήνες, appellans moniturosas fabulosasque cantatrices, ostendit se agere de Sirenibus illis virginibus, quarum notissimam fabulam primus commentus est Homerus Odyss. μ. non verò de aubus illis, quarum Plinius meminit lib. 10. cap. 47. quod confirmatur ex eo, quod vox Hebræa & dracones significat, sicuti B. Hieronym. transtulit, & fabulas; quam adeò LXX. transtulerunt Sirenes, cæque (vbi addit Auctor) fabulosas.*

24. hæreticorum Apostolus.] *Intelligit Apostolum Paulum per Marcionem aditum ac truncatum, qui tamen etiam interpretetur legem de bubus (sive bubus, vti legit alter Vatic. MS. cod.) terentibus; de quo loco vide supra lib. 2. aduersus Marcionem, cap. 17. num. 109. ac de petra potui subministrando comite Christo, 1. Cor. 10. infra lib. 5. adu. Marc. cap. 7. sicuti etiam de duobus argumentis filiorum Abraham Gal. 4. & similiter quod suggerit Ephesius, c. 5. de duobus futuris in vnam carnem, id est in Christum & Ecclesiam agnoscere. Atqui lego: docens proinde & Galatas, pro: ad Galatas, ex 1. Vatic. MS. codice.*

CAP. VI.

25. Si satis constar de istis, &c.] *Capitulum hoc inscriptum: Quod Christum ignoratum iri à Iudæis, atque adeò etiam Marcionitis eodem errore sociatis, per scripturas prænuntiarum sit. Est autem in hoc imitatus B. Iustinum Martyrem adu. Tryphonem; & Auctorem vicissim B. Cyprianus loco infra citato.*

26. Iudaicæ litteraturæ, &c.] *Loqui Auctorem rellè adnotat Rhenanus de libro veteris Instrumenti, quos supra Tomo 1. Apologet. c. 19. Iudaicum sacramentum nuncupat. Alibi certè Tom. 2. lib. de Falolol. cap. 10. litteraturam interpretatur litteratoriam eruditionem; nec absimiliter alicubi lib. de Anima. Tertullianicum verò est illud: retractetur. Atqui sive legas: atque ita coacta est, vt vulgò legitur, sive: atque inde cum 1. MS. cod. non refert.*

27. Rhodia lex.] *Notat (inquit Rhenanus) Marcionem, quod nauclerus esset & Barbarus, adludens ad legem Rhodiam de iactu, cuius sit mentio in libro Digest. titulo ad legem Rhodiam de iactu. Ea lex ad nauigantes, & nauarchum ipsum pertinet, iubens eleclatum è nau mercium damnatum, iuxta seruaturæ rerum estimationem*

ab unoquoque esse compensandum. Hic proprie de ea re non agit, sed ioci tantum gratia Marcioni, qui nauiculariam olim fortassis exercuerat, in Barbara Ponti regione natus; non Rhodiam legem (qua nauica quidem est, sed tamen Romana, ac à prudentissimis hominibus lata) Verum Ponticam ac Barbaram aliquam legem casuisse scribit; errare Iudeos in Christum sum non licere. Quomodo vero nauicleris dicatur, & quod Ponticus Marcion, supra vide initio lib. I. num. 2. Recte etiam adnotat Rhenanus: deceptui, accipi pro deceptione. Atqui I. V. Atic. MS. codex hic legit: cauerit, pro: cauerat, & mox fuerat, pro: fuerit, sed perinde est.

28. Porro quum & prædicatum sit, non agnitos eos Christum, ideòque etiam perempturos, &c.] Non dubito quin reperire sit eiusmodi scripturas in Veteri Testamento, sed ad eas omnes respicit Apostolus I. Cor. 2. his verbis: Ceterum si scisset, numquam dominum gloria crucifixissent, de quibus latius infra Auctor lib. 5. adu. Marc. cap. 6. Supplemus autem ex V. Atic. 2. MS. cod. vtique & ignorabilem.

29. sed referuntis eis ad causam passionum, &c.] Nempe ad caput sequens, vbi passiones Christi prædictas ostendit. Atqui sicuti paulo ante: prædicatum, eodem & hic & alibi significatu prædicationes, pro prædicationibus, accipit Auctor. Legat autè Lector: sufficere cum vulgatis, vel sufficit cum I. V. Atic. MS. cod.

30. Auferam (inquit) sapientiam sapientium illorum, &c.] Quis hic addat: illorum, & mox: eorum, patet additum fuisse bis olim apud 70. ἄντων, quod hodie desideratur; & tamè lectum olim, est verisimile, quum sic legatur iam à Chaldaico Paraphraste, quam in Hebræo contextu, & etiam priori loco, à B. Iustino Martyre aduersus Tryphonem.

31. Et: Aure audietis, &c.] Omnino sic distinguendū. neq; enim, Et, reperitur Jsaï. 6. Mirum est autem quomodo vertat: & oculis videbitis; quum nō modò apud Isaïam, sed & Matth. 13. & Act. 28. legatur ab omnibus, qui LXX. editionem citant: & videntes videbitis; nec dissentiant Ebraea & Chaldaica editiones, neque etiam B. Cyp. Test. lib. 1. c. 3. Vbi locum hūc imitatur hoc titulo: Quod Dominum neque cognitur, neque intelletur, neque recepturi essent; nisi fortassis respexerit ad illud Rom. 11. Vbi etiam ad huc locum I. I. ad Iud. Dedit illis Deus spiritum transpunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, quamquam hoc ad sequentia referri possit.

32. nequando auribus audiant, & oculis videat, &c.] Elegantiæ gratia, ut magis correspondeat illi: auribus grauitè audierunt, & oculos concluderunt, videtur istud transposuisse Auctor: pro eo quod alij omnes, locis mox citatis & Ioan. 12. ipse quoque Cyprianus, nequando oculis videat, & auribus audiant. Transfuit autem: coniciant, vocè Græcè συνῶσι, pro eo quod alij omnes: intelligant; atque aded accipit: conicere, pro cogitare, seu mente reuoluere, iuxta significationem alteram vocis Græcæ.

33. labijs diligentes Deum, &c.] Hic rursum differt Auctor legendo: diligentes Deum, pro eo quod B. August. alicubi: colentes, & alij omnes honorantes; etiam B. Iren. li. 4. c. 25. ac Iustinus Martyr vbi supra. Fortassis ideo, quia eo quod colimus & honoramus aliquem, diligimus, aut dilectionem simulamus, eadē significatione qua τὸ τιμῶς, & honore dignus, & charus transferri solet.

34. secundum Amos Prophetam, &c.] Omnino legendum: Amos. Nam præterquā quod Amos ab Auctore adscribitur hæc Prophetia: Qui solidat tonitruum,

&c. supra li. adu. Herm. c. 32. non reperitur usquam simile quid apud Iohelam, at legitur secundū LXX. Amos 4. & eius titulo citatur etiam ab Ambrosio lib. 2. de spiritu sancto, c. 7. B. Basilio contra Eunomium, li. 4. Athan. li. de Fid. vnit. & trinit. ac li. Contra eos qui dicebant spiritum sanctum esse creaturam, Euseb. Demons. Euang. li. 4. c. 22. B. August. li. 18. de Ciuitate Dei, cap. 2. & Concilio Sardien. referente Socrate hist. li. 2. c. 20. & Didym. lib. 11. de spiritu sancto. Qui etiam omnes cum Auctore legunt, & eodem modo interpretantur illud: adnuntians in homines Christum suum, pro eo quod B. Hieron. Vertit: eloquium. Quod conuicisse ex similitudine Vocum Hebraicarū, quod ille legerit: Malecho, LXX. Verò Melicho, adnotauit Leo de Castro in Comment. huius Prophetæ, qui MS. exstat apud Reuerendiss. Dn. Lindanum Ruyemundensem Episcopum.

35. si omnis spes Iudæorum, nedum dicam etiā gentium, &c.] Adhuc videtur tum ad illud Hieron. 14. Expectatio Jfraël saluator, siue: saluans, vbi habent LXX. & illud Gen. 29. Jpsie erit expectatio gentium; nam spem non aliud esse quā expectationem boni, ipse Cicero definit lib. 4. Tusc. (cul. quest. atque aded pro expectatione ab Auctore hic accipitur. Atqui siue legas ex V. At. I. MS. cod. redestinatatur, siue: destinatur cum aliis, non refert; verum ex eodem supplemus: & prudentibus eorum (id est) Pharisæis, eo quod illud: eorum supra legatur num. 30.

36. secundum quod & alibi: Et quis cæcus, &c.] Sic recens hunc locum distinximus; scripturam citatā Jsaï. 42. eodem modo interpretantur B. Iustinus Martyr, vbi supra, Hieron. Theodor. ac Procopius in Comment.

37. Nos quidem certi Christum semper in Prophetis locutum, &c.] Quod B. Aug. li. 2. de Trinit. & adu. Maxim. Arianū adfirmare non audeat, pro certo pronuntiat Auctor; non modò locutum semper in Prophetis Christum, sed & in Dei nomine & auditum & visum; idque non hic duntaxat, sed etiam supra T. I. lib. adu. Iud. c. 9. n. 114. 115. ac 116. & infra rursum li. 5. adu. Marc. vbi Epist. 2. ad Cor. tractat, ac li. adu. Praxean. Verum de hoc eius Paradoxo latius inter Prolegomena.

38. Spiritum scilicet creatoris. De hoc etiam tum Auctoris, tum aliorum quorundam Veterum, etiam B. Cypriani paradoxo (quod habet etiam supra Tom. I. Apolog. cap. 21. num. 314. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 1. num. 2. ac loco mox citato lib. adu. Praxean) Vide nostra Prolegomena. Repetitur etiam secundo paulopost: & spiritum (id est) Christum creatoris, & rursum: Non negans enim filium & spiritum & substantiam creatoris esse Christum eius.

39. Spiritus personæ eius, Christus Dominus.] Ita omnino legendum censeo, pro: Persona spiritus nostri Christus Dominus. Nam imprimis nimum variaret Auctor à LXX. Thren. 4. vbi legitur non modò iuxta Græcos & Latinos codices: Spiritus faciei nostræ, seu: vultus nostri, siue: ante faciem nostram, Christus Dominus; sed etiam iisdem citatur verbi in eandem sententiam à B. Iren. lib. 3. cap. 11. B. Iust. Mart. Apolog. 2. ad Anton. Pium, & Rufino in Symbolum; à quibus etiam haud multum dissentit editio Ebraea, qua legit: Spiritus oris nostri, & Chaldaea: spiraculum spiritus vitæ qui est in naribus nostris. Deinde sic legit & etiam interpretatur eundem locum Auctor infra lib. aduersus Praxean. Nam & scriptura quid dicit: Spiritus personæ eius Christus Dominus. Ergo si Christus personæ paternæ spiritus est; meritò spiritus, cuius persona erar,

rat, id est, patris eius, faciem suam, ex vnitate scilicet, pronuntiauit. Pro quo etiam facit quod legit infra loco citato, lib. 5. aduers. Marc. cap. 11. & supra quoque li. 2. c. 27. Persona Dei Christus Dominus. Atqui personam pro vultu seu facie accipi ab Auctore, tum ex his locis patet, tum quod infra eodem loco li. 5. aduers. Marc. legit ex Psalmis: Significatū est super nos lumen personæ tuæ Domine, pro eo quod vulgatus interpret: vultus tui. Ceterum differt in eo à LXX. quod legat: personæ eius, pro eo quod alij omnes: nostræ.

40. Dereliquistis Dominum, &c.] Tandem aliquando deprehendi istud haberi I. I. iuxta LXX. pro eo quod ex Hebræo vertit B. Hieron. Dereliquerunt Dominum, & blasphemauerunt sanctum Israël; idque ex B. Cyprian. tum loco citato, vbi idem argumentum tractat, tum etiam alibi. Huc etiam adludens Tertull. supra lib. adu. Iud. cap. 3. ac 13. legit: & ad indignationem pro-uocastis sanctum Israël, & similiter infra huius libri cap. 22. Siue autem legas: qui patrem non agnouerunt, cum V. Atic. I. MS. cod. siue cum vulgatis: agnouerint, perinde est.

41. Id enim intelligi vel nō intelligi capit, &c.] Sæpè (inquit Rhen.) iam indicauimus usum Verbi capit apud hunc Auctorem. Simillimum est illud libro proxime superiori, cap. 9. Capit etiā (inquit) imaginem spiritus dicere flatum. Atqui quod pro: Christū auerfati, non hic modo, sed etiam alibi V. At. I. MS. cod. legit: aduersati, non displicet, ob similes nonnullas Auctoris phrasas; sed nolui in contextu quicquam immutare, quod alter V. Atic. MS. legat: auerfati.

42. planum insignis.] Rectè ad marginem adnotauit Rhenanus, hoc est: impossibile. Simile est illud T. I. Apolog. cap. 21. vti magum æstimarent de potestate, vbi vide Adnot. nostras num. 121. Eadem significatione Plinius lib. 35. c. 18. loquitur de Plano Regio, qui Prolæo in deliciis erat. Nam à Græca voce πλάτος in familiam Latinam transfuit ea vox, quam aded etiam de impostoribus quibusdam interpretatur Eustathius Homeri interpretis in Odyssæan.

CAP. VII.

43. Discat nunc hæreticus ex abundantia cum ipso licebit Iudæo, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: De duplici Christi aduentu à Prophetis demonstrato. Atqui iisdem verbis hic repetit que supra lib. adu. Iud. cap. 14. ex quo aliquot hic locos castigauimus, & hinc ibi vicijsim.

44. rationem quoque errorum eius, à quo ducatur mutuatus, &c.] Mutuatus (inquit Rhen.) ad-vertiturque Accusatiuum refertur. De Pronerbio vero: cæcus à cæco in eandem deductus foueam, vide nostra Prolegomena.

45. Duos dicimus Christi habitus, &c.] Meminit eiusdem rei non modò hic Auctor, sed etiam Apolog. cap. 21. num. 320. Supplemus autem: os suum ex MS. cod. supra, quia & Græcè & Latine ab omnibus legitur.

46. nec aspectu quidem honestus, &c.] Similiter etiam: nec, pro: ne. Honestus (inquit Rhen.) pro pulcro, seu supra adnotauimus. Sic accipiendum quod infra sequitur: omni inhonestate prostratus, id est: deformitate.

47. Vt positus à patre, &c.] Hic nouam periodum distinximus, quod habetur alibi, nempe Jsaï. 8. saltem iuxta sententiam LXX. quem locum rectè interpretatur de

Christo. Nam consensit B. Petrus epist. 1. cap. 2. quum dixit: Credentibus honor, non credentibus, lapis offensio-nis & petra scandali. Sicuti & ibi: Minoratus, &c. ac rursum: Verumem se pronuntians, &c. quia illud reperitur Psal. 8. hoc verò Psal. 21. Atqui noua voce: nullificamen ab Auctore transfertur, quod supra: abiectionem.

48. & aderat in conspectu eius, &c.] Adiecit & ex lib. aduers. Iudeos, quia Græcè legitur Daniel. 7. Vbi pro eo quod Græcè est dumtaxat: ἡγή ἐνώπιον αὐ-τῆ ὡσοῦν ἐχθρῶν, transfuit Auctor: & aderat in conspectu eius, & qui adfitebant, adduxerunt illum, non hic modo, sed etiam supra. Qui legisse etiam videtur dumtaxat: ἡγή αὐτῶ ἐλθόν ἢ ἀρχῆ ἢ βασιλείας, quod vertit: potestatem regiam, quum ab aliis interferatur etiam: ἡγή τιμῆ, id est: & honor.

49. Tempestiuus, &c. decore, &c.] De vocibus Tertullianicis: Tempestiuus, ac: tempestiuitate, vide supra prædictum lib. adu. Iud. c. 9. n. 108. Legunt autè MS. V. At. 2. benedixit te Deus in æternum, pro: in æuum; sed quia hoc etiā paulo ante legitur, malimus retinere. Supplemus verò sicuti supra: sub pedibus eius.

50. Tunc & cognoscent eum qui compugerunt eum, &c.] Supra: quem; sed perinde est: vbi que enim in hoc loco Zachar. 12. citando variat Auctor, sicuti non semel adnotauimus. Supplemus verò sicuti supra: in humilitate conditi onis humanæ constitutum, & transponimus: quia &: Natiuitatem eius (inquit Iaias) quis enarrabit: ac immò & in ipsius nominis sacramento, pro: ipso.

51. & exornatus podère & mitra & cidari munda, &c.] Retenta est ab Auctore vox Græca ποδῆρον, quæ Latinus LXX. interpret rectè vestem talarem transfuit, quæ à talis, sicuti vox illa ἀπὸ τῶν ποδῶν, deducta est. Deinde addit explicationis causā, & mitrā, quia neque Græcè, neque Chaldaicè, Ebraicè, aut Latine aliud legitur quā: cidari munda. Sunt enim Synonyma mitra, cidaris, pro sacerdotali capitis ornameto.

52. Si enim & duorum hircorum qui ieiunio offerebantur, &c.] Locum hunc desumpsit haud dubiè Auctor ex B. Iustino Martyre aduersus Tryphonem. Sic enim ille: Et qui in ieiunio duo hirci parces accipi iubebantur; quorum alter erat emissarius (ἀποπομωκότος) malorumque depulsor fiebat; alter autem in oblationem sumebatur, duorum Christi aduentuum designatio erant. Prioris quidem, quum cum deluti emissarium atque arumnas auertentem emisissent seniores vestri & sacerdotes, manus ei inferentes, & morte illum multantes. Posterioris autem, quum in eodem Hierosolymorum loco, ipsum agnoscitū ignominia à vobis adfectum. Ac paulopost: Et enim, quod ibidem duorum hircorum, qui in ieiunio offerri sunt iusti, oblatio, non alibi quā in Hierusalem fieri permissa est, sitis. Addeus autem uterque: in ieiunio, significare videtur illam oblationem duorum hircorum fieri solere mense septimo decima die mensis, quo iubebantur adfigere animas suas religione perpetua, cuius eodem capite sit mentio. Nam adfigere animas interpretatur B. Hieronym. lib. 1. aduersus Iouinian. ieiunare. B. Cyrillus in Commentario idipsum significat, vocans festum illud Propitiationis, quod alij Expiationis, quod tertium erat præcipuarū sollempnitatum, sicuti patet Leuitici 23. ad quas omnes Hierosolymam proficisci iubebantur. Atqui supplemus ex sepe dicto lib. aduersus Iudeos: à quibus & lætus est, & legitimus.

ZZ iij

Vnus quidem, pro: Alter autem, ac: conputatus, pro: conputus. Porro mirum est, ex quo loco (nam Ierem. 16. non habetur) additum sit illud ab Auctore: circumdatus coccino, maledictus, & conputatus, & compunctus, & conuulsus à populo; nisi paraphrasticus dicitur id potius ad Christum referre quam ad Hircum emissarium. De Visceratione denique vide supra cap. ult. lib. adu. Iud. num. 164. ex quo loco supplementum: id est secundum, qui est: sicut in honore & gloria.

CAP. VIII.

53. Definat nunc hereticus à Iudæo, &c.] In-
scriptionem huic capiti dedimus: Quod si Christus
in phantasmate, non in vera carne venerit, etiam
verè mortuum non esse, neque resurrexisse pro
peccatis nostris. Eiusdem argumenti est quod tractauit
supra lib. de Carne Christi, cap. 5. Verè mortuum &
crucifixum esse Christum, & proinde verè etiam
natum. Atque de Proverbio: Aspice à vipera mutua-
tur venenum, vide nostra Prolegomena. Sive autem le-
gas: mutare cum Vatic. I. MS. cod. sive: mutuari, cum a-
liis, non refert.

54. præcoquos & abortiuos.] similiter vocatur Viti-
ca supra Tom. I. lib. de Pallio, cap. 1. Romana præcoqua,
nisi quod hic adiectiue accipiatur. Perinde verò est, sive cum
Vatic. I. MS. cod. legas: abortiuos, sive cum reliquis: aborti-
tuos; nam quid differant abortus, & abortus, supra a-
licubi ex Nonio adnotauimus.

55. incredibile præsumperant Deum carnem.]
Adnotat Rhenanus Græcam esse figuram, ac si diceret:
Deum secundum carnem; sed etiam constabit sensus, si
subintelligatur: Deum carnem factum.

56. Si enim tangendo, &c.] Tangendo Chris-
tus à vitio liberauit, Matth. 8. 9. 17. ac 20. tactus ve-
rò ab aliquo, Matth. 8. ac 14. Hos itaque locos ad margi-
nem adnotauimus.

57. tam impressè.] Hoc aduerbio (inquit Rhenanus)
vsus est etiam supra, ut in libro de Carne Christi, cap.
12. Et vt impressius dixerim. Eodem, c. 20. Hoc qui-
dem impressius, quod factum potius dicit, quam
natum.

58. & quod resurrexerit tertia die, &c.] Omnino sic
locum hunc castigauit ex Vatic. 2. MS. cod. pro, resurrexit,
quod præcedat: mortuus sit, ac sepultus sit.

59. deuertentis in terram, &c.] Rectè etiam hic
accipit Rhenanus deuerrere eadem significatione qua ali-
bi: deuersari, ac: deuersoria, pro: diuertere, ac: diuer-
sari, & diuersoria. Atque prorsus legimus cum Lati-
nio: si Christus non resurrexit, pro: si Christus non
ualebit, ex 1. V. at. MS. cod. item: Atque ita inanis est fi-
des nostra, inanis est & prædicatio Apostolorum;
nisi malit quis transponere verba, sicut ipse Aposto-
lus 1. Cor. 15. Inanis est prædicatio nostra, inanis est
& fides nostra.

CAP. IX.

60. In ista quaestione, qui putaueris, &c.] Titulum
huic capiti dedimus: Non suffragari Marcioni ange-
los Creatoris, qui Abraham & Loth apparuerunt,
Gen. 18. ac 19. Sunt autem verba Marcionis vsque ad illud
(ubi proinde nouam periodum facimus) Primò, &c. At-
qui similes loci sunt supra lib. de Carne Christi, cap. 3. ac 6. &
lib. de Resurr. carn. cap. 62.

61. sed verè & solidè substantiæ humanæ, &c.]
De hoc (quod mos repetit, & c. 1. iterum) vide Prolego-
mena nostra inter Tertulliani paradoxa.

62. qui etiam mundum ex nihilo in tot ac ta-
lia corpora, &c.] Ita legimus ex Vtroque MS. Vatic. cod.
pro: & eo quod subiungatur: & quidem verbo. Atque
quod mundum ex nihilo edificauerit Deus, supra
latè tractatur lib. adu. Hermog. cap. 2. 15. 21. ac 22. &
alibi frequentius.

63. vnde vnde producere, &c.] Sic tum ex nostra,
tum ex Dn. Latini coniectura supplementum, ubi vnde semel
dumtaxat legebatur, & similiter non multo post: vnde
vnde sumptam; maxime quum subiungat: & quoquo
modo omnino dimissam. Quare non est opus, vt acci-
piamus cum Rhenano, vnde, pro alicuius, aut pro: vnde-
libet, vt interpretatur infra lib. 4. cap. 18. illud: qui neque
vnde speraret.

64. Ceterum & aliis hæreticis, &c.] Agit de
Apelle, qui (sicut indicatur supra lib. de Carne Christi
cap. 6.) non modo Christi, sed & angelorum carnem ex
sideribus factam asseruisse videtur. Atque supplementum ex
Vatic. 2. vt natiuitatem nostram natiuitate sua re-
formaret.

65. Ideoque & ipse cum angelis, &c. in veritate
quidem carnis apparuit, &c.] Id ipsum habet etiam
supra dicto cap. 6. lib. de Carne Christi, sed ad paradoxa
Auctoris tractatum ea de re distulimus inter Prolego-
mena. Supplementum verò iterum ex Vatic. 2. fed & di-
scensit.

66. breuem carnem commeatum, &c.] Hoc est (in-
quit Rhenanus) facultatem breuis temporis agendi in car-
ne. Similes phrasæ habes alius Auctoris libris.

67. & apparitores suos ignea flagrantem.]
Citat hoc ex Psalm. 103. sicuti alicubi supra ex: Apostolo
Hebr. 1. quando legit: flammam ignis; Idque secundum
veterem Psalmorum Latinorum editionem, qua videban-
tur ante B. Hieronymi ex Græco, que est adita à Fabio,
castigationem; quum alij omnes verunt: ignem vren-
tem. Græcè hodie (quod mirum est) Vtrobique legitur
πυρὸς φῶτος. Accipit autem iterum: apparitores, pro:
ministris, & renuntiemus, pro: demonstramus.

68. homines in angelos reformandi quando-
que, &c.] Quo sensu id dixerit Auctor, nempe quod ad
similitudinem angelorum homines reformandi sint, satis
superque indicat supra dicto cap. 62. lib. de Resurr. carnis.
Denique (inquit) non dixit: Erunt angeli, ne ho-
mines negaret; sed tamquam angeli, vt homines
conseruaret. Non abstulit substantiam, qui simi-
litudinem adtribuit. Eodem itaque modo etiam intel-
ligi debet, quod supra eiusdem lib. cap. 26. in regno Dei
reformatam & angelificatam carnem dixit. Certè
eodem pertinet, quod non angelorum substantiam homi-
nibus post diem iudicij, sed perfectum (id est, perfectio-
nem) ad angelicæ plenitudinis mensuram tempe-
raturum dumtaxat, promittat Auctor supra lib. de A-
nima, cap. 56. Quare mirari satis nequeo, quod Guido Car-
melita lib. de hæret. cap. 36. Tertulliano adscribat errorem,
tamquam qui non modo malos in demones (sicut aut illi,
aut potius Tertullianus adscribit B. Augustinus, nam
nusquam apud illum reperitur) sed & animas bonas in
angelos conuertendas tradiderit. Maxime quum etiam su-
pra lib. aduers. Valentianos ita loquatur c. 32. Et tamen
(inquit) illuc habeo deuertere; vbi post excessum
omnino non nubitur; vbi superindui potius quam
despoliari; vbi etsi desp. olior, sexui meo deputor;
angelis non angelus, non angela.

CAP. X.

69. Igitur non admissus ad cõsortium, &c.] Ca-
put hoc

put hoc inscriptissimus: Quod si caro in Christo nege-
tur tamquam indigna, etiam carnis imago in illo
dedignanda sit. Atque rectè hic Rhenanus: ipse me, in-
quit, sensus cogit, vt hic dictionem vti, veterem in tui,
consilium Dei tui, quo Christum tuum, &c. Exem-
plaria vetusta consentiunt in errore.

70. stropham administrasset, &c.] Stropham (in-
quit idem Rhenanus) dolium, versutiam, atque imposturam
significat. Græcè στροφῆ. Qui etiam addit: Aliquantis
accipi, pro aliquot, & subaudi: rebus.

71. per rubum quoque & ignem, &c.] Istud re-
peritur Exod. 3. illud: per nubem, Exod. 19. ac 24. Vbi
interim etiam in flamma ignis apparuit Dominus; deni-
que illud: per globum, id est, turbinem, Job. 38. Que in-
terim versione, magis indicat significationem duplicem
turbinis Auctoris, qui etiam globum significat, quam Vocis
Græcæ λαιλαπτος, que dumtaxat turbinem venit si-
gnificat. Atque etiam hic: representationibus, pro
comparationibus accipit Auctor. Iterum autem (vti etiam
adnotauit Rhenanus) paratura, pro materia. De Proverbiali
denique formula: ad certum spectare, vide nostra
Prolegomena.

CAP. XI.

72. Totas istas præstigas, &c.] Inscriptionem
huic capiti dedimus: Quod etiã vera fuerit in Christo
natiuitas; alioqui mendaciam Deo, non veritas,
tribueretur. Quod ipsum argumentum tractauit supra
lib. de Carne Christi, cap. 12. 3. 4. 5. & 6.

73. Nam & Philumene illa magis persuasit
Apelli, &c.] De Philumene vide Adnotat. nostras di-
cto cap. 6. num. 54. & locos ibidem citatos. De Apelle ibi-
dem citauimus Adnot. nostras supra lib. de Prescript. adu.
hæret. cap. 51. hæret. 19. nu. 32. 4. & infra Tom. 4. ad frag-
menta libri Auctoris aduersus Apellem, vbi etiam tra-
ctatur: quomodo desertor Marcionis ipse fuerit.

74. & vbera quæ hausisti.] Vatic. 1. MS. codex:
sumpsisti, forte succisisti, quem admodum noster Vulgatus
interpretes, Luc. 11.

75. Et videbimus de his capitulis suo tempo-
re, &c.] Sive addas: in, cum 2. MS. Vatic. sive omittas,
perinde est. Adludis autem tum ad lib. de Carne Christi
supra, cap. 7. & infra lib. 4. adu. Marcionem, cap. 26. tra-
ctans Verba iam citata cap. 11. Luca, tum illud c. 8. Mater
& fratres eius dicti sunt foris stare. Hoc est enim quod
addit: Nunc vt hæc omnia distulerim ad Euangelij
examinationem. Atque Tertullianicum est: credi habe-
bat, & cap. sequenti: vocari habebit, & cap. 20. ha-
bebat euenire.

76. expungendam, &c.] Id est (Rhenano etiam in-
terprete) adimplendam; nam & cap. sequenti similiter di-
xit: in sensu sonum expungens, ac cap. 13. prophetia
renuntiat expuncta, & rursum cap. 17. expunga-
mus ordinem captum, & cap. 20. nec enim dispo-
sitis expuncta inueniretur, ac libro adu. Iud. cap. 11.
post quem habebant expungi; item cap. 13. expun-
ctum est. Nos verò periodum sequentem notula interro-
gationis clausimus; & deinde legimus: Aut si dixeris,
viderit opinio humana.

77. Nam & mulierculæ nonnumquam præ-
gnantes sibi videtur, &c.] Quia experientia nostri tem-
poris istud frequenter contingit, notatu dignè causæ
quas subiungit Auctor, quia aut sanguinis tributo
(quomodo etiam alicubi supra dixit: totius naturæ tri-
buta) aut aliqua valetudine inflata. Qui plura cupit,
consulat Hippocratem ac Galenum Medicorum Principes.

Atque de Proverbio: scenâ decurrere, & personam
desaltare, videat nostra Prolegomena.

78. Age iam perora, &c.] Ad verbum ferè eadem
repetit (sicut etiam adnotauit Rhenanus) que supra di-
cto cap. 4. lib. de Carne Christi, atque adde confirmatur le-
ctio Rhenani ibidem num. 35. Hancne venerationem,
ò Marcion, naturæ, pro quo hic dicit: sanctissima &
veneranda naturæ opera. Legimus autem prorsus ex
altero Vatic. MS. cod. vt Deo indigna confirmes, pro:
Deo digna, planè alieno sensu. Sed perinde est, sive cum
vtroque legas: Si mendacio passus fuit, sive: passus est;
& eadem ratio de: efficit, & effectit. Atque ibi nouam
periodum facimus: Si veritas fuit, &c.

79. ludicris exitus, &c.] Videatur mihi (inquit
idem Rhenanus) aliquando legendum: lubricos, sed ipse
respicit ad id quod in libro de Carne Christi dicit, de in-
fante recens adito loquens: Blanditiis derideret. Et
max: illum per ludibria nutritum. Item ibidem infra,
cap. 5. æquè illum & natiuitatis & infantia imaginari-
aria vacua ludibria subire potuisse.

CAP. XII.

80. Prouoca nunc vt soles, &c.] Titulum huic ca-
piti dedimus: Quod etsi non sono nominis, signifi-
catione tamen Christus Emmanuel fuerit. Quum
autem isdem penè verbis more suo hic repetat, que supra
dixit Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 9. sicut hinc illum locum,
etiam illic hoc caput subinde castigauimus, non repeten-
tes quæcunque illic adnotauimus. Atque sunt verba Mar-
cionis: Primò enim, &c. vsque At ego te admone-
bo. Et reperitur illud: Christus Emmanuel vocari
habebit, Isai. 7. quod verò sequitur: dehinc virtutem
sumere Damasci, & c. Isai. 8.

81. Subiuncta est enim & interpretatio, &c.]
Aut istud intelligendū de interpretatione nominis Em-
manuel, Matth. 1. vbi legitur: Et vocabunt nomen
eius Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscū
Deus, sicuti supra adnotauimus; aut, quod magis placet,
explicationis gratia à LXX. fuit additum, & parenthesi
inclusum, id est: Nobiscum Deus; nam sic etiam cita-
tur in locus Isai. à B. Iustino Martyre tum Apolog. 2. ad
Antoninum, tum libro aduersus Tryphonem. Quid? quod
Auctor libri de Trinitate infra Tom. 5. disertis verbis sic
citet: Quid? quum Isaias dicat: Ecce virgo concipiet,
& pariet filium, & vocabitur nomen eius Em-
manuel, id est: Nobiscum Deus.

82. Sensus autem eius, quod est: Deus nobis-
cum, &c.] Eodem modo interpretatur hunc locum aduer-
sus Iudæos (qui, sicuti Marcionita, idem argumentū con-
tra Christum opponebant) tum Auctor dicti libri de Tri-
nitate, tum Euthymius in Matthæum, ac Theophylactus,
& is antiquior B. Ioan. Chrysof. hom. 5. in Matth. cap. 1.
ac B. Basilium in s. Christi generationem, tum B. August.
sermone 4. de Natiuit. Domini, & Lactant. lib. 4. cap. 12.
quem admodum Latius multo deducit Leo de Castro in
Isaiam; quibus addo etiam quæst. & respons. 35. inter ope-
ra B. Iustini Martyris, ac Epiphani. her. Collyridianorum.
Atque omnino, sicuti supra lib. adu. Iud. supplementum: Aut
si tam vanus es, vt quia penes te: Nobiscum Deus,
dicitur; & e contrario paulo post, omissa priori loco voce:
Deus, legimus: sicut & omnis gens, quoquo sono
dixerit: Nobiscum Deus. Denique parenthesi inclusi-
mus verba illa Gal. 3. (Quotquot enim in Christo
tincti estis, Christum induistis.)

CAP. XIII.

83. Æquè & sono nominū ducetis, &c.] Caput
ZZ iiij

hoc inscriptum: Quod verba Isaia, bellatorem fore Christum, nisi spiritualiter, non portendant. Istud verò caput integrum similiter isdem penè verbis supra habetur lib. adu. Iud. cap. 9. quare & inde etiam aliquot locos, sicuti hinc illic, castigauimus. Imprimis suppletur: & secundum MS. vtrouque Vatic. codices, mox legimus: quid scriptura præmittat, pro: promittat.

84. Quoniam priusquam cognoscat puer vocare patrem, &c.] Etiam hic suppleta est vox: puer, quippe quam habent editiones omnes Isai. 8. Quum autem pro eo quod alij legunt: coram Rege Assyriorum, Auctor transferat vtrouque, & insuper etiam sub finem huius capituli: aduersus Regem Assyriorum; Videtur legisse: ἐναντία, pro: ἐναντί, quod alij Græci codices legunt: imitatus quantum apparet in hoc B. Irenæum lib. 3. cap. 18.

85. an hominem iam Christum, &c.] Suprà: virum legit Auctor, sed nos supra alicubi adnotauimus: hominem, ab eo, pro viro, nonnumquam accipi. Cui etiam magis iustitiam est: hostem destinare, quam quod habet supra designare.

86. barbaræ gentis.] Sic legimus ex vtrouque MS. Vatic. codice: Barbaricæ; quia illud Auctori frequens est, & sic usurpatur etiam supra lib. 1. adu. Marc. cap. 2. num. 16.

87. Ad solem vncti, &c.] Adhuc ad Athletarum morem, ad quem tacite aduersit Auctor supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. vbi commemoratur lucea vnctio, ac lib. ad Martyr. cap. 3. quum dicit: qui vos spiritu vnxit; qui ad solem vncti solebant, vti viribus essent valentiores.

88. qui antè norint lanceare quam lancinare.] Quum dicto cap. 1. lib. 1. adu. Marc. reperitur verbum lancinatur, pro: pungitur, videtur prima facie hic ita accipi lancinare, sicuti lanceare, pro lanceis configere; sed putamus lancinare potius hic accipi, eo quod præmittitur: butyro stipendiati, pro manus lancibus admoouere; eligat Lector quod volet. Confirmatur interim hæc coniectura ex eo quod sequitur: antè militare quam viuere; & talibus vocibus solet Auctor delectari.

89. Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur, &c.] Ista sunt iterum verba Marcionis, vsque ad illud: Et tamen creditur Prophetiæ, sicuti legitur in MS. Vatic. cod. quod magis placet, quam: Prophetæ, quod vulgò legitur; eo quod postea sequatur: & tam intelligitur Prophetia.

90. quasi non virginem, sed iuueculam, concepturam & parituram scriptura contineat.] Suppletur est hic ex lib. adu. Iud. vox: scriptura; & legitur à nobis mox: merito creditur, pro: crederetur, ac: alius ordo, pro: alibi. Atqui istud desumpsit Auctor ex B. Iustino Mart. adu. Tryphonem, & B. Irenæo lib. 3. cap. 24. sicuti etiam ab Eusebio citatur lib. 5. cap. 8. qui Theodotioni Epheso & Aquile Pontico Iudæis profelytis hanc falsam translationem adscribit. Post hos verò omnes, pulcre sic illos redarguit B. Hieronymus lib. 1. adu. Iovin. Scio Iudæos exponere solere; in Hebræo, Halma, non virginem sonare, sed adolescentulam, & reuera propriè Bethula appellatur: Adolescentula verò vel puella non Halma dicitur, sed Naara. Quid est igitur quod significat Halma? Absconditam virginem, id est, non salum virginem, sed cum ἐπιτροσει virginem, quia non omnis virgo abscondita est, nec ab hominum sortuito separata conspectu. Denique & Rebecca in Genesi, ab nimiam castitatem, & Ecclesia typi, quem in sua virginitate signabat, Halma

scribitur, non Bethula, sicuti manifestum esse poterit ex sermonibus pueri Abraham, quos loquitur in Mesopotamia (nempe Gen. 14.) In eo enim loco, in quo ait: Pingo que egredietur, ut hauriat aquam, scriptum est: Halma, id est, virgo secreta, & nimia parentum diligentia custodita. Cuius similia repetit etiam idem B. Hieron. Commentariis in Isai. cap. 7. & Matth. 1. ac in traditionibus Hebraicis. Feu-ardentius verò noster in dictum locum B. Irenæi, addit & alium tertium locum scripturæ, Exod. 2. vbi Maria soror Moysi Halma appellatur, ad quem Lectore remitto, quo videat etiamnum Iudæos in simili translatione eius loci Caluim, Oecolampadium & Castalione. Quos tamen etiam impugnarunt Origenes in Isaiam, & 1. lib. adu. Celsum, & Euseb. lib. 7. demonstr. Euang. cap. 2. ac Epiphanius in Theodosianis, sicuti Leoni Castro creditur, Comment. in Isaiam, vbi latissime adu. Iudæos, & Erasimum quoque ipsum eadem de re disputat.

91. Immo redde Euangelio veritatis, quæ posterior detraxisti, &c.] Adhuc ad priora capita Euangelij B. Lucae, quæ Marcion inde detraxit, sicuti patebit infra sub initium lib. 4. adu. Marc. aut potius ad integrum Euangelium secundum Mattheum, eo quod sequatur: Maneant enim Orientales, &c. per quos Prophetia (nempe, quam hic tractat, Isai. 8.) renuntiat, id est, demonstrat expuncta, id est, completa. Vbi lego sicuti supra, & secundum 2. Vatic. cod. Maneant enim, pro: autem, item: acceperit infans, pro: acceperit.

92. Orientis virtutem, id est, vim & vires, auro & odoribus pollere solitam, &c.] De hoc videre est Plinium in Naturali historia, quibus potissimum locis Orientis, aurum reperitur, ihu verò & myrrham aliisque odores, notè est maxime in Arabia nasci, vel ex ipso Auctore supra Tom. 1. Apolog. cap. 4. 2. num. 554. Sciât, inquit, Sabæi, pluris & carioris suas merces sepe liendis Christianis profligari, & apertius cap. 30. nu. 442. granathuris appellat Arabicæ aiboris lacrymas, vbi vide Adnotat. nostras ex Plinio. Eodem pertinet illud lib. de Cor. milit. cap. 10. num. 108. Arabiæ aliquid incedo. Atqui ex Vatic. 1. MS. cod. castigauimus: certè est creatoris, pro: creatori, & sicuti supra supplemus: sicut per Zachariam dicit. Sine autem legas sicut supra: Et Iudas pertendet Hierusalem, sicuti sicuti hic: pertendet apud Hierusalem, perinde est, nisi quod hoc magis consentiat editioni hodiernæ LXX.

93. Nam & Magos Reges habuit ferè Oriens, &c.] Sic etiam hunc locum suppleuimus ex lib. adu. Iud. Atqui imprimis, quales Magi fuerint qui ad Christum venerant, nempe Astrologi, tradit Auctor supra lib. de Idolol. cap. 9. aduens: scientiam, sed vsque ad Euangelium permissam. Atqui quod etià Reges fuerint, verisimile sit ex Plinij loco ibidem citato num. 52. vbi dicit quod Magia in Oriente Regum Regibus imperat, cui consentit Cicero lib. 1. de Diuinat. Et id ipsum constanter etiam adserunt cum Auctore (sicuti à Melchiore Cano citatur loc. Theolog. lib. 11.) Auctor libri de bapt. Christi, inter Opera B. Cypriani, B. Athan. qu. 2. ad Regem Antiochum, B. Hieron. in Psal. 71. B. August. lib. de Mirab. sacre scripturæ (quem ipse esse non dubito, nisi quod à quodam scolo mutatus sit contextus, qui erat secundum LXX. iuxta translationem B. Hieronymi) B. Chrysof. hom. 6. in Matth. Christ. Druithmarus in c. 2. Matth. Claudian. in Epigrammat. & alij recentiores plerique, quibus adicit Reuerendiss. Dominus Cornelius Iansenius Episcopum Gandauensis in Concord. Euang. Theophylactum

in Commentario, addè, tres illos fuisse, ex Leone primo suis in Sermonibus de Epiphania. Et etiam id ipsum confirmatur ex illo Psal. 71. supra & hic etiam citato ab Auctore: Reges Arabum & Saba dona, munera afferet illi; sicuti etiam hic lego, pro: offerent, quia Græcè est: προσέξουσιν.

94. & Damascus Arabiae retrò deputabatur, antequam transcripseret in Syrophœnicen, &c.] Istud, sicuti alia pleraque, ad verbum desumpsit ex B. Iustino Martyre aduersus Tryphonem: Ceterum, inquit, quod Damascus Arabiae terræ fuerit & sit, quamuis nunc ei quæ Syrophœnicæ dicitur, accensetur, nec vestri aliqui inficiari possunt. Quibus consentis ex parte Isaia Prophetæ, quum cap. 7. caput Arabia Damascus vocat. Apud quem Iustinum non modo hi Magi appellantur: ab Arabia venientes, & Arabes, sicuti Arabici, & Rama in Arabia locus recitetur, cuius gratia dixerit Propheta Hieremias cap. 31. repetitum Matth. 2. Vox in Rama audita est; quod in Rama, id est, dicitur Magis Arabibus audita sit. In quo etiam hic illi consentit Auctor, & alicubi B. Gregorius & Anselmus in Commentario. Et pro his facit, quod paulo ante diximus num. 92. de thure & myrrha, quod potissimum in Arabia nascantur, & qua nu. proximo ex Psal. 71. Verba adduximus. Nec obstat, quod ex Oriente venisse legantur, quia Arabia Felix ex aduerso Hierusalem sita est, inter Orientem & Meridiem, atque adeo modo Orientalis, modo Meridionalis dici potest; non secus atque Mesopotamia (ex qua alij Magos venisse scribunt, & potè posteros Balaam) in Oriente collocata dicitur, quæ tamen est inter Aquilonem & Orientem. Certè eandem sequitur sententiam Epiphanius in Compend. cath. fidei, tradens Magos hosce ortos ex liberis Ceturæ ab Abraham relegatis; qui in regione Magodia Arabiarum partium sibi domicilium constituerunt, & iuxta Isaiæ Vaticinium, obtulerunt Christo virtutem Damasci & spolia Samaritæ, id est, spolia quæ Abraham à Regibus prædatoribus, ex Damasco & Arabia recuperauerat: in hoc duxit ab Auctore differens; quod ad litteram Prophetiam interpretetur, quem alij Allegoricè.

95. Nam & ἀπὸ χθονος Sodomorum, &c.] Sicuti istud Isaiæ cap. 1. sic solet citare illud Psal. 2. ἀπὸ χθονος congregati sunt in vnum; Græcè malens eloqui, quod alij translulerat: Principes; & rursum illud Isai. 3. translulit: venturum in iudicium Deum cum presbyteris & Archontibus populi: de quo vide supra librum de Resurr. car. cap. 10. & lib. adu. Hermog. cap. 19. ac vtrouque Adnotat. nostras, & rursum, infra lib. adu. Praxean.

96. Pater, inquit, tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa, &c.] Istud etiam ex B. Iustino Martyre adu. Tryphonem desumpsit, ex quo, & Græca editione LXX. legimus: Chetæa, pro: Cethea, maxime quum Hebraicam Heth litteram in χ mutare soleant Græci. Reperitur autem Ezechiel. 16. vers. 3. Accipitur autem iterum vox: elogio, paulo post, in malam partem.

97. Sic & Aegyptus nonnumquam, &c.] Id quod lib. adu. Iudæos adnotauimus num 105. confirmatur etiam lib. de spectac. cap. 3. his verbis: Quum Aegypto & Aethiopiæ comminatur, in omnem gentem peccatitiam præiudicat.

98. Sic & Babylon figura est, &c.] De hoc aliquid diximus supra lib. adu. Iudæos, num. 106. quibus adde Orrosium lib. 7. cap. 2. & Comment. Aræte Casar. in Apocal. cap. 17. qui disertis verbis, ibi significari scribunt ve-

terem Romam, quum adhuc idolorum immunditiis & abominationibus deseruere, & sanguinem Martyrum effunderet. Eodem adludit Auctor, dum adicit: magnæ, & regno superbae, & sanctorum Dei debellatrici. Atque hoc est quod B. Hieron. sub calcem li. 2. adu. Iovin. Romam sic adloquitur: Que scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti. Calumnianus ergo, qui Babylonem Ecclesiam Romanam à Tertulliano & B. Hieronymo vocari scribunt, qui de vrbe Romana dumtaxat loquantur, qui etiam vni simplicioribus facilius imponerent, ad marginem hic adnotauerunt: Roma Babylon: quod expungendum censemus, maxime quum idem B. Hieron. Epist. ad Marcellum, etsi Romam adhuc Babylonem nuncupet, tamen fateatur ibi esse sanctam Ecclesiam; vni rectè adnotauit Nicolaus Sanderus Anglus lib. 8. de Visibili Monarchia, latè hanc materiam tractans. Hoc vnum hic adiciamus: Marcionis hæresim, tamquam Babylonem secundam, increpari ab Epiphaniao ber. 4. 2. cōf. ut. 13. ex Epist. ad Cor. 1. haud dubiè adludens ad eundem locum Apocalypsis.

99. Hoc itaque vsu, Magos quoque Samaritarum appellatione titulauit, &c.] Eodem modo istud Isaiæ interpretantur, non modo B. Iustinus, sed etiam B. August. serm. 4. de Theophan. & Epiphanius in Compend. cathol. fidei, nec multum dissentiunt B. Chrysof. hom. 2. in Mat. & B. Amb. lib. 3. in cap. 3. Lucæ. At quod sequitur: Regem Assyriorum Herodem intelligi, peculiare est Auctori & B. Iustino Martyri. Chrysof. diabolus intelligit.

C A P. XIII.

100. Adiuuabitur hæc nostra interpretatio, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etià in Psalms, Christo figuratè armorum vocabula adaptetur. Atqui etiam integrum hoc caput supra reperire est lib. adu. Iudæos, cap. 9. ex quo adeo etiam quadam hic castigauimus.

101. Accingere (inquit Dauid) enfem, &c.] Sic iterum lego sicuti supra, pro: ense. De vocibus: tempestiuus; &: tempestiuitate, iterum illic remittens Lectorem num. 108. sicut supra cap. 7. num. 49. Distinguens etiam sicuti supra: Sic item subiungens: Et extende, & prosperare, & regna, adiecit: Propter veritatem & lenitatem, &c. deinde suppletur: contraria potius lenitati & iustitiæ.

102. Nam & Ioannes Apostolus in Apocalypsi, &c.] Facit etiam hic locus aduersus eos, qui Ioannem Apostolum negant Auctorem Apocalypseos, Verum de hoc latius infra lib. 4. cap. 5. vbi etiam Marcionem in eo errore fuisse tradit, quo fit de cap. præced. Apocalypsi citans, dixerit: apud Ioannem nostrum, vtpotè quem Marcion non agnouerit.

103. armantem nos aduersus hostes spirituales nequitia, &c.] Paraphrasticòs translulit: hostes spirituales, pro eo quod alibi: spiritalia, Ephes. 6. qui etiam proprius accedit ad vocem Græcam περιεσώζουσι Vertens: præcingentem, omiſſa voce: induentem, quæ tamen Græcè est, & transferens etiam: diaboli, pro: πονηρῆς, eadem significatione qua alibi: malum, pro: diabolo accipit: & propriè galeam salutatis, vni Græcè est τὸ στήθος, quod legit etiam B. Hieronymus in Commentariis dictæ Epistolæ. Atqui, iuxta phrasin Auctoris, legimus ex Vatic. 2. MS. præparationem Euangelij, pro: præparatione.

104. Hanc & Dominus ipse machæram, &c.] Retinere maluit vocem Græcam μάχην, Matth. 10.

quam Latine transferre gladium, tamque etiam secundo
reperit. Suppleo autem & lego ex li. adu. Iudaeos: ensem
fermonis Dei praecingi, ex utroque MS. Vatic. cod.
Et deducit te, pro: deducit. Rursum ex illo iuxta quod
adnotati legendum nu. 111. per voluntia ubique praec-
cepta, imitantes traductione vnus cuiusque cor-
dis, compungentes & transfigentes (sicut etiam le-
gunt MS. 2. Vatic. pro: transfigurantes) conscientiam
quamque; pro eo quod corrupte legebatur: peruolantia
vbique praeccepta, & minae, & traductiones, &c.

C A P. XV.

105. De quaestione carnis, & per eam natiuitatis,
&c. Titulum huic capiti dedimus: Quod nomen
Christi, Marcionis Christo non competat. Adlu-
dit autem ad illud Matth. 1. Iesus qui dicitur Christus,
ac 27. bis: qui dicitur Christus. Eodem pertinet illud
Ioan. 1. ac 3. quia non sum ego Christus, quippe quibus-
verbis indicat B. Iohannes Baptistam, peculiarem aliquem
Christum venturum; & illud Andreae, Ioan. 1. I n-
nimus Messiam, quod est interpretatum Christus; cui
similis est Petri confessio: Tu es Christus, Matth. 16. &
qua habentur Marc. 8. 14. 15. & Luca 2. 3. 4. 9. 22. ac
23. Item illud Samaritanorum, Ioan. 4. Messias venit qui di-
citur Christus; & similia verba saepissime repetita Ioan.
7. 9. 10. 11. 12. ac 20. & Act. 2. 9. 17. ac 18. maxime ve-
ro Act. 4. Vbi de Iesu interpretatur illud Psal. 2. ad-
uersus Christum eius.

106. Nullus enim status differentiarum, &c.]
simile est illud Nonij: Nomen est proprium vocabulum
singulorum. Cui similia rursus habes infra lib. sequenti.
Est autem vox Tertullianica: si quando, pro: quando;
& particula illa: puto, paulopost interiecta.

107. Graeca catachresis de alieno abutendo, &c.]
Adluit ad illud Quintil. c. 8. de Tropis: ὑπερβασις,
quam recte abusione dicimus; quae non habetibus no-
men suum, accommodat quod in proximo est.

108. sed vetera & vulgata.] Adluit tum ad no-
men Christi Regibus omnibus adaptatum in Veteri Te-
stamento, tum ad peculiaria vetera & vulgata de ipso
Christo testimonia, 1. Reg. 1. ac 2. Reg. 23. Psal. 2. 88. ac
131. Eccles. 4. 7. Isai. 45. iuxta 70. Threnor. 4. Dan. 9. &
Abac. 3. Ex quibus illud Psal. 2. aduersus Christum e-
ius, lib. de Resurr. carn. c. 20. & rursus infra lib. 4. adu.
Marc. cap. 21. de Christo Iesu interpretatur Auctor &
rursum li. adu. Praxean, & similiter illud Isai. 45. Dicit
Dominus meus Christo meo domino, supra lib. adu. Iud.
cap. 7. Item, illud Thren. 4. Spiritus personae eius, Chri-
stus dominus, supra huius lib. c. 6. & locis aliis ibidem
adnotatis. Denique illud Dan. 3. de Christo duce, latissi-
me profertur supra lib. adu. Iud. toto cap. 8.

109. nouam plagulam non ad sui veteri vestimē-
to, &c.] Jisdem verbis transfuit illud Matth. 9. supra T.
2. li. de Orat. c. 1. Vbi, quod Christus probare non videtur, fa-
ctum tamen a Christo insinuat (quod mirum est) in Oratio-
ne Dominica. Quibus verbis ἐπιβλήσας plagulam trans-
tulit, quod infra li. 4. adu. Marc. additamentum, & Ver-
bis βόλαςοι modò: recondit; modò: credit, modò: cō-
mittit, sicuti vocem ἐπιβλήσας, adfuit, paraphrasticòs,
& infra: immittit proprie. Atqui de hoc infra latius li.
adu. Marc. c. 11. vbi istud ipsum Luca 5. pertrahat.

110. Si enim Christus vnctus est, &c.] Adluit
ad significatione nominis χριστός, quod vnctus interpre-
tatur, tum ad loca vniuersa veteris & noui Testamenti,
vbi Messias Christus vocatur, quippe quod vnctus signi-
ficet. Quod pertinet in primis illud quod dicit supra li. adu.

Jud. c. 8. traclans Prophetiam Dan. 9. & vnctus est San-
ctus Sanctorum, id est, Christus; tñ illud li. de Baptif.
cap. 7. Vnde Christus dicitur a Chrismate; & quod
habet infra lib. aduers. Praxean: Si tamen nomen est
Christus, & nō appellatio potius, vnctus enim si-
gnificatur; ac Christus ab vnctionis sacramēto; &
si pater Christus est, pater vnctus est; & vtique ab
alio. Aut si à semetipso, proba. Sed non ita dicunt
Acta Apostolorum (nempe c. 4.) in illa exclamatione
ad Deum: conuenerunt enim vnuerfi in ista ciui-
tate aduersus sanctū filium tuum quē vnxiisti, &c.
Sic & Petrus: (Act. 2.) Firmissime itaque cogno-
scat omnis domus Israël, quod & Dominum &
Christum, id est, vnctum, fecerit eum Deus, hunc
Iesum quem vos crucifixistis; item quod addit: no-
men Christus accidens esse, quod ab vnctione cō-
uenit. Quibus adicere licet etiam illud Act. 10. quomo-
do vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute. De Messia
autem nomine peculiari, Graecè & Latine solum inuenire
est loca illa duo supracitata initio huius capitis, Ioan. 1.
& 4. alioqui, vbi cumque 70. translulerunt Christum in
veteri Testamēto, Hebraicè Messiaχ leguntur. Atqui de
plano, id est, impostore, sup. vide Adn. nostras c. 6. n. 42.

C A P. XVI.

111. Nunc si nomen Christi, &c.] Caput hoc in-
scripsimus: Quod etiam Iesu nomen, Christo Mar-
cionis non competat. In quo rursus repetit serē eadē,
quae supra li. adu. Iud. c. 9. & imitatur B. Iustinū Martyrē
adu. Tryphonē. De Proverbiali verò formula: sportulam
furunculus captauit, vide nostra Prolegomena.

112. cur etiam Iesus voluit appellari, &c.] Ad-
luit ad illud Matth. ac Luca 1. Et vocabis nomē eius
Iesum, addita etiā nominis interpretatione: Ipse enim sal-
uum faciet populum suū à peccatis eorū. Hoc est enim quod
dicit infra li. adu. Praxean. Nomē Iesus propriū esse,
quod ab angelo impostū est. Idē nō semel, sed primū
ad ipsam virginē Mariā, deinde & ad Ioseph. sunt autem
Tertullianica: expectabili, prosperato, & ad hodiernū.

113. & Heliam potius interpretatur Christum,
&c.] Iudaei in hunc errorem induci fuerē, per illud Ma-
lachia Propheta: Ecce ego mitto vobis Heliam Pro-
phetam, antequam Veniat dies Domini magnus. Verūm
de die iudicij illud, praeterquam quod clara sint verba, in-
telligit Auctor supra lib. de Resurr. carn. c. 22. quū dicit:
Nemo adhuc excepit Heliam. Immo & ipse Christus,
Matth. 17. ac Marc. 9. Helias quidē, inquit, venturus est;
quamquam & ipse venisse illum dicat in virtute Heliae.
Plura de hoc vide apud B. Iustinum Martyrem aduersus
Tryphonem Iudaeum, vbi latissime illius obiectionē refellit,
& B. August. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 29.

114. cum partiarii erroris tui Iudaeis, &c.] si-
mitem phrasim habes supra lib. de Resurr. carn. cap. 2. parti-
arios sententiae illorum. Atqui de quo errore consen-
tias Iudaei cum Marcionitis, patet supra c. 6. Quum igitur,
inquit, haeretica dementia eum Christum venisse
praesumeret, qui numquam fuerat adnuntiatus; sequebatur,
vt eum Christum nondum venisse contenderet, qui semper
fuit praedicatus: atque ita coacta est cū Iudaico errore lociari.
Qua ipsa, quamquam paulo obscurius, iterum repetit cap. 7. & 8.

115. Nā quia Iesus Christus secundū populum,
&c.] Pulcre explicat, imitatus etiam hic B. Iustinum
Martyrem aduers. Tryphonem, in quo Iesus filius Naue
figura fuerit Iesu Christi; adludens ad Ios. cap. 4. & 5.
vbi ille introduxisse legitur primū populū Israël in
terram

terram promissionis (sive: repromissionis, sicut su-
pra legitur) melle & lacte manantem, deinde: cir-
cuncidisse. Quod ipsum repetitur ab Auctore (vbi hunc
locum citat) lib. 4. adu. Marc. traclante illud Luc. 4. Quid
nobis & tibi est Iesu? Vbi etiam repetit: Iesus nomē
Dei esse in filio Naue. In quo illum imitatur B. Au-
gust. lib. 16. contra Faustum, c. 18. 19. ac 20. & B. Hieron.
li. adu. Iouin. ac Rufin. in Symbolo. Immo eadē serē etate
id ipsum tradit Origenes in Exod. cap. 17. & hom. 1. in
Ioseph. Plura vide apud Leonem de Castro aduersus Iudaeos
modernos, in illud Isai. 7. Et vocabis nomen eius Emma-
nuel. Atqui supplemus & distinguimus iuxta lib. adu.
Iudaeos: sed per Iesum, id est, per Euāgelij gratiam,
prouenire habebat (en iterum phrasim Auctoris) cir-
cuncis nobis petrina acie, id est, Christi praecep-
tis (petra enim Christus) idē is vir, qui in huius
sacramenti imagine, &c. sicut ex MS. 1. Vatic. cod.
hic castigauimus, pro: imagines. Porro eodem modo in-
terpretatur dictam Iesu Naue historiam, B. Ambros.
sermone 4. in Psal. 118. ac ad finem Psal. 40. & B. Au-
gust. tum locis citatis, tum qu. 103. lib. 2. super Exodum.

116. Quis enim loquebatur nisi spiritus crea-
toris, &c.] De his loquendi formulis, quae frequentes ha-
bet, vide nostra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris.
Magis proprie habetur pro hoc supra, Dei filius.

117. Ecce ego mitto angelum meum, &c.] Etiā
in interpretatione huius loci Exod. 23. primū de Iesu
Naue, ac allegoricòs de Iesu Christo, imitatur Iustinum
Martyrē. Vbi supra. Legimus verò phrasim Tertullianicā: ne
inobaudieris eū, pro: inobedieris; seu potius sin-
gulari numero totum hoc comma legimus, sicuti supra:
intende illi, & exaudi eum, ne inobaudieris eum;
maximè quum sic legat B. Iustinus Martyr, & aditiones
omnes, Hebraicae, Chaldaicae, Graecae, & Latinae; & pro-
fus legendum: non enim caeluit te, supra lib. adu. Iud.
adnotauimus num. 116. Ex eodem castigauimus: Ange-
lum quidem eum, pro: meum; item paulopost ex Vat.
1. MS. cod. sicut nec reliquus ordo. Est autem vox Ter-
tullianica: repugnanda actiue, pro: impugnanda.

118. De nominibus iam obduximus, &c.] Recte
accipit hoc Rhenanus, pro: euicimus, & hic, & supra, ac
infra saepius

C A P. XVII.

119. Reliquum ordinem eius cum scripturis
conferamus, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus:
Scripturis cōfirmari habitum Christi ignobilem.
In eo autem hic aduersus Marcionem, partiarii (vbi pau-
lo ante dixit) erroris, repetit, quod supra aduersus Iudaeos
dicto cap. 9. ex quo quadam hic castigauimus. Cui similia
etiam supra adduxit Auctor c. 7. & proinde etiam lib.
adu. Iudaeos cap. 16. Quare legimus paulopost, sicut ibi:
accingitur ensem, pro: ensc.

120. Quemadmodum expauescent multi su-
per te, &c.] Locum hunc tandem reperi Isai. 52. iuxta
Lxx. seu potius secundum Veteres Patres 53. qui illud in-
cipiunt eo loco: Ecce intelliget, &c. Imitatur verò etiam in
hoc B. Iustinum Martyrem Apolog. 2. quod locum illum,
de contumeliis Christo factis in passione intelligat. Graecè
est, ἐκσθένοντοι, quod magis proprie vertitur ab aliis:
ob stupefcent; quam ab Auctore: expauescent; &
vnica vox est ἐκσθένοντοι, pro eo quod hic est: sine glo-
ria erit.

121. habitu incorporabili, &c.] Sive sic legas cum
excussis, voce antiqua, & fortassis Tertullianica, sive: in-
corporali cum 1. MS. Vatic. cod. perinde est. Nam supra

lib. de Carne Christi, cap. 11. tradit Auctor: incorpora-
le nihil esse, nisi quod non est. Quod quamquam ad
Paradoxa eius pertinet, tamen ad intellectum facit huius
loci, quum dicit apud eundem Prophetam (nempe
David Psal. 20.) habitu incorporabili dici Christū,
eo quod apud illum appellatur: vermis & non homo,
ignominia hominis (hoc enim iterum addo, sicuti su-
pra cap. 7. & lib. adu. Iud. cap. 16.) & nullificamen
populi.

122. agnosco virgam de radice Iesse, &c.] Tra-
clat eundem locum ad idem insitutum supra Auctor
lib. adu. Iud. num. 119. & insuper lib. de Carne Christi,
cap. 21. Ex quorum priori loco castigauimus: censendum
(nempe Christum) pro: censendam. Vbi etiam vide Ad-
notas nostras num. 119. de loco illo Isai. 52. Qui neque
contendit neque clamauit, &c. Vnde etiam supple-
mus: non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu
luminis sui.

123. ipsum quoque Marcionis Euangelium dis-
cuti placuit, &c.] Non refert, sive cum Rhenano legas:
discuti, sive: excuti cum utroque MS. Vatic. cod. Ad-
luit autem rursus ad lib. 4. aduersus Marcionem. Vbi de
praedicatione & virtutibus Christi agit. Atqui va-
rios locos Tertulliani, vbi voce expungi vitur, videre est
supra lib. aduers. Iud. num. 121. & hoc ipso lib. cap. 11.
num. 76.

124. Quis enim, inquit, in vobis qui Deum
meruit? exaudiat vocem filij eius.] Ita hunc locum
Isai. 50. citat & interpretatur B. Cyrillus Comment. in
Isaiam; ex quo etiam suppletur prior huius scripturae pars,
qua in exemplari, quo vsus est B. Hieron. non reperiebatur,
& tamen genuinam esse constat, vt potē non hic modò ci-
tata, sed etiam infra lib. sequ. 4. adu. Marc. cap. 22. secun-
dum quem locum emendauimus: exaudiat, pro: & exau-
diat, maximè quum Graecè sine coniunctione habeatur
ὑπακούσατω. Quod autē (inquit Leo de Castro in Isaiā)
pro seruo, quod Hebraea lectio praefert, Tertullianus vertit:
filium, inde factum est, quod Lxx. reddant παῖδα, &
haec vox παῖς virumque significet, qua voce vsus ferē repe-
riuntur Lxx. quoties de Christo agitur, quantum apparet,
vt vtrumque significaretur, & seruum fuisse secundum
humanam naturam, & Dei filium. Quod videtur etiam
monuisse Tertullianum, cur Deum legere vtrobique ma-
luerit quam Dominum; quamquam interim Vatic. 1.
MS. hoc legat; Hebraicè certè est hic nomen tetragram-
maton.

125. Item medicatorem, &c.] Quem hic medi-
catorem, infra lib. 4. adu. Marc. cap. 35. remediato-
rem languorum vocat, eundem hunc locum Isai. 53.
citans.

C A P. XVIII.

126. De exitu planē, &c.] Capiti huic titulum
imposuimus: Quod etiam exitus & passio crucis in
Christum praedicata sit, scripturis Pentateuchi. Vbi
etiam repetit Auctor, quod supra profectus fuit li. adu.
Jud. cap. 10. Vtrobique autem non semel exitus pro morte
accipitur, sicuti etiam alibi frequenter. Atqui etiam hic
imitatur Auctor, allegatis penē iisdem verbis ac scriptu-
ris, B. Iustinum Martyrem adu. Tryphonem Iudaeum, qui
id ipsum argumentum proponebat, cuius hic sit mentio, de
loco illo Deuteron. 21. Maledictus omnis qui pepen-
derit in ligno. A quo latissime haec obiectio soluitur, &
praeter locos scripturae hic citatos, tamquam figura crucis
Christi adducuntur: Lignum vite in paradiso, Gen. 3.
Virga Moysi, qua ad liberationem populi missus mare dis-

secuit, & è petra aquam produxit, Exod. 14. ac 17. Lignum in Mara, quod aquas dulces reddidit, Exod. 15. Virga in aquas missa à Iacob, Gen. 30. Virga eiusdem qua fluvium transiit, Gen. 32. Et scala quam à se disam dicit, cui inmixta fuerat Deus, Gen. 28. Virga Aaron, Num. 17. & lignum quod plantatum legitur iuxta exitum aquarum, Psal. 1. Lignum quod Eliza in aquam proiecit, 4. Reg. 6. Virga demique qua Judam patrem esse demonstravit filiorum Thamar, Gen. 38.

127. Sed huius maledictionis sensum differo, &c.] Invenio istud Deuter. 21. tractatum ab Auctore hic; insinuat, dignam fuisse maledictionem hanc, quam Christus subiret ex prædicatione crucis; quam iterum hic late per figuras Veteris Testamenti profequitur.

128. Itaque imprimis Isaac, &c.] Similiter Christi signum fuisse Isaac, quando à patre immolandum offertur, tradit B. Cyprian. lib. de Bono patientia, & Isidorus ac Hrabanus in Comment.

129. Ioseph & ipse Christum figuratus, &c.] Figuram Græcam hic adnotat Rhenanus. De Ioseph vero idipsum etiam habet B. August. serm. 86. de tempore, & Hrabanus in Comment. Atqui supplemus ex lib. adu. Iud. cap. 10. quod perfectionem à fratribus passus est, & venūdatus est in Ægyptum ob Dei gratiam, sicut & Christus à Iudæis carnaliter fratribus venditus, à Iuda quom traditur. Nam & benedicitur in hæc verba. Vbi cur omiserimus illud à patre, vide Adnot. nostras num. 128.

130. Tauri decor eius, cornua vnicornis, &c.] Istud ipsum de Ioseph à Moysè prolatum Deuter. 33. non modo Justinus Martyr (ex quo ferè ad verbum hæc desumpsit Auctor) sed etiam B. August. quest. in Deuter. cap. 56. & Hrabanus in Comment. de Christo interpretantur. De Vnicorni autem vide Vbi supra, Adnot. nostras, num. 129. & de Minotauro bicorni, num. 130. Legimus autem hic: crucis extima, ex 1. MS. Patic. cod. Item supplemus sicuti supra legitur: Nā & in antemna nautis, quæ crucis pars est, &c. Vbi verò autē media stipitis palus. Adnotat Rhenanus figuram Græcam hic esse, tamquam si dicatur: vnicornis, secundum media, id est, mediam stipitis partem, palus.

131. Hac denique virtute crucis, &c.] De crucis religione etiam aitate Auctoris vstata, supra late tractauimus Tom. 1. Apolog. cap. 16. num. 238. vbi crucis religiofos Christianos tacite fatetur, & similia crucis trophæa, labara, aliæque apud Gentes vstata in medium adfert; quo fit, ut imagines crucis, immo & Christi cruci adfixi, non tunc modo, sed & ab Apostolorum aitate venerationi fuisse, ibidem comprobauerimus; adlegatis ibidem inter cetera tum hoc Tertulliani, tum B. Iustini Martyris apertioribus locis (quæ hic Auctor imitatur) ex lib. adu. Tryphonem, & Apolog. 2. quod hic monuisse sufficiat vti Lectorem illic remittamus. Atqui est Tertullianica phrasis (ex illis enim deducitur census istorum.) Supplemus autem & legimus, sicuti supra in Simeonē & Leui exportrigens benedictionē, in Scribas, &c.

132. Simeon & Leui, &c.] De hac scriptura Gen. 49. vide supra lib. adu. Iud. num. 132. Adhuc autem ad Auctorem & alios veteres, Hrabanus noster in Comment. his verbis: Quisdam hoc quod in LXX. legitur: In furore suo (pro quo Auctor: in indignatione sua) interfecerunt homines, & in desiderio (sive concupiscentia sua, vti hic & supra) subneruauerunt taurum (pro quo hic: cæciderunt neruos tauro) prophetice homines interfeceros Apostolos, & subneruatum

taurum Christum interpretantur. Supplemus autem & distinguimus Veluti supra: quem post necem Prophetarum interfecerunt, & suffigendo neruos eius clauis, defæuerunt. Quomodo si legamus, non opus est dicere cum Rhenano: hic esse Synecdochen.

133. Iam verò Moyses quid vti que, &c.] Hic etiam imitatur B. Iustinum Martyrem adu. Tryphonem, & vtrumque B. Cyprianus Testim. lib. 2. adu. Iud. cap. 21. cuius inscriptio est: Quod in passione & crucis signo virtus omnis sit & potestas; & Hrabanus in Comment. Exod. 17. Legimus autem: orabat, pro: orat; correspondet enim cum 1. Patic. MS. cod.

134. in rebus tam attonitis, magis vti que genibus positus, &c. orationem commendare debuisset, &c.] Legimus: genibus positus, pro: depositus, sicuti supra nisi quis malit cum dicto Patic. cod. MS. legere: dispositus. Supplentes mox: vbi nomen Domini Iesu dimicabat. Atqui etiam hic confirmatur tum ab Auctore, tum à B. Iustino Martyre, Veteris Ecclesie orandi consuetudo: genibus positus, & manibus cædenti-bus pectus, & facie humi volutante, sive: volutata, vti supra legitur; de qua vide Adnot. nostras supra Tom. 1. Apolog. c. 30. num. 440. & Tom. 2. lib. de Orat. cap. 13. num. 51. ac ad B. Cyprian. lib. de Orat. Domiu. c. 7. num. 9.

135. Idem rursus Moyses, &c.] Præterquam quod supra lib. 2. adu. Marc. cap. 22. num. 143. & lib. de Idol. cap. 5. num. 22. iisdem penè verbis sit vsus; tacens (viti eius verbis vti) de figura remedij, certe etiam hoc desumpsit Auctor ex D. Iustino Mart. adu. Tryphonem, quibus idipsum inculcat, vtrumque verò imitatur B. Gregorius Nazianz. Conc. Paschali, B. August. in Epist. ad Gal. Epiphani. contra Ophitas, & Hrabanus in Comam. idque secuti ipsum Christum interpretem Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Supra verò Adnotat. nostras ad Apolog. num. 238. adnotauimus, diligenter animaduertenda verba illa: pendentes habitu. Hic verò etiam notatu dignum (quod supra lib. adu. Iud. non habetur) inruenti tamen & credenti in eam, crucem nempè, vti vel hinc confirmetur Ecclesie vetustissima consuetudo, qua non solum ante imaginem crucis genua flectimus, sed etiam eam intuemur, credentes in Christum ipsum, cuius pendentes in cruce typos nobis per crucis imaginem representatur, quam ipsam cerimoniam, adorationem appellat Ecclesia, verbis illis qua in Parasceue sollempniter cantat: Crucem tuam adoramus, &c. Atqui rursus hic, sicuti supra, supplemus & legimus: in spectaculum Israël salutare proposuit, eo tempore quo à serpentibus exterminati sunt, nisi quod & hic, &c. omisso illo: post idololatiam, quia post illam alia fuit punitio per gladij occisionem, at (sicuti etiam legitur 1. Cor. 10.) postquam Deum tentarunt (Num. 21.) à serpentibus perierunt.

C A P. XIX.

136. Age nunc, si legisti penes Dauid, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod eadem crux & passio Christi prædicata sit in Psalms & Prophetis. In quo iterum eadem repetit, quæ supra lib. adu. Iud. sub finem cap. 10. ex quo etiam hic quedam emendauimus, & rursus imitatur B. Iustinum Martyrem aduersus Tryphonem.

137. Dominus regnauit à ligno, &c.] Sententiam nostram supradicto libro num. 133. qua veram esse huius loci Psal. 95. lectionem adserimus, confirmant hæc verba

verba B. Iustini Martyris libro sepe citato: Ex Psalmo (inquit) 95. quem Dauid cecinit, per pauca hic abstulerunt (Magistri vestri): à ligno. Quam enim ad verbum ita fuisse dictum: Dicite in nationibus; Dominus regnauit à ligno, reliquerunt: Dicite in nationibus; Dominus regnauit. Quod sit vti nominatum illud: à ligno, vti obique ab Auctore etiam explicetur, & ter repetatur, & insuper etiam infra legitur c. 21.

138. Etsi enim mors ab Adam regnauit vsque ad Christum, &c.] Istud Auctor paraphrasticus citat, ex Apostolo Rom. 5. Ibi enim habetur vti primū: Mors regnauit ab Adam vsque ad Moysen; sed postea adicitur: Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit; quibus verbis tacite indicauit: mortem non solum vsque ad Moysen, sed etiam vsque ad Christum quodammodo regnasse. Quamquam magis proprie Epiphani. her. 2. contra Marcionem dictum locū explicet, dum dicit, in Moysen mortem intercisam, in Christo abolitam, iuxta illud eiusdem Apostoli 1. Cor. 11. Vbi est mors aculeus tuus?

139. Quoniam, inquit, puer natus est nobis, & datus est vobis filius. Quid noui, si nō de filio Dei dicit: Cuius imperium, &c.] Sic omnino distinguendus est hic locus, sicuti supra, pro eo, quod à prioribus separatur vsus. 9. verbis, illud: & datus est nobis, cum addito: filius.

140. Venite, mittamus lignum in panem eius, &c.] Ista integra periodus Hierem. 11. citatur, & rursus infra lib. 4. cap. 40. vbi de Sacramenti Eucharistie institutione Lucae 22. agitur, ad quod Euangelium hic alludit, dum subdit: in Euangelio quoque vti, vti quod solum recipere Marcion. Atqui de hac scriptura ibi latius. Hic adlemus dumtaxat, quod B. Iustinus libro toties citato, scribit etiam hunc Hieremia locum à Iudeis resectum fuisse, non ita dum ante sua tempora; quum tamen existarent exemplaria in eorum Synagoga, in quibus ea verba continerentur; idque ea de causa, quod inde probari potest Iudeos consilium iniisse de Christo, ut ipsum in cruce suspensum occiderent. Sive autem legas: mittamus, sicuti hic & supra, sive: iniiciamus, vti B. Iustini interpres, cum 2. MS. Patic. cod. sine denique: coniciamus, sicuti infra, perinde est.

141. panem corpus suum appellans, &c.] Quod his verbis confirmetur veritas corporis Domini in Eucharistia (iuxta verba Euangelistarum & B. Pauli, ad quæ adhuc Auctor) non nos modo supra lib. adu. Iud. num. 134. sed & ipsi Magdonburgenses adnotarunt; hoc loco comprobantes verè & substantialiter corpus Christi in Eucharistia distribui. In hoc dumtaxat hallucinati, dum hunc locum citant, vti probent panem cum corpore Domini remanere. Verum id supra late impugnamus Tom. 2. lib. de Orat. cap. 6. num. 23. vel eo ipso, quod dicat panem corpus suum appellans, aut faciens, quum alioqui dicere debuisset, in pane, vel sub pane. Neque verò obstat, quod hic additur: vti & hinc iam eum intelligas corporis sui figuram pani dedisse (sic enim legimus ex Patic. 2. pro: pane, quod magis placet quam coniectura Latinij: corpori suo figuram pane dedisse (quia, sicuti infra lib. 4. aduers. Marc. cap. 40. late deducimus vbi similia habet Auctor) quodammodo & veritas corporis Christi & figura est in hoc sacramento; quo loco etiam septem locos reperire est ipsius Tertulliani, quibus apertissime veritas corporis Christi comprobatur. His adde, quod merito quis

dubitarit, num dicta verba: vti & hinc iam, &c. germana sint. Auctoris necne, aut saltem omnia, eo quod supra lib. aduers. Iud. neque in excelsis legantur, neque in MS. codicibus.

142. vigesimus primus Psalmus totam Christi continens passionem, &c.] Similiter B. Iustinus vbi supra: Psalmum istum (inquit) non in Christum conceptum esse ait, cæcipientes prorsus, neque intelligentes; neminem in gente vestra, qui vtiquam Rex sive Christus sit dictus, manus & pedes quum videret perfossum, neque per mysterium hoc, mortuum, hoc est, in cruce suspensum esse, extra hunc solum Iesum. Quæ occasione prouide, pulcherrimè Psalmum XXI. integrum interpretatur, & latissime. Legimus autem sicuti supra: quæ proprie atrocitas crucis, pro: atrocita.

143. & de cornibus vnicorniorum humilitatem, &c.] Sic iterum supplemus & legimus, sicuti supra MS. pro: vnicornis; nam etiam B. Iustinus Martyr legit & interpretatur, sicuti Auctor, vnicornium; nisi forte ex proposito illud Auctor legerit, ut magis accederet ad illud Deuter. 33. citatum capite precedenti, dum inquit, sicut supra ostendimus: cornua vnicornis, cornua eius; sed interim vtrumque locum quasi concilians B. Iustinus: Nam quod omnium, inquit, cornuum vnicornium cornu solum crucis forma sit, antea toties explicui. Supplemus autem etiam: ne putes alterius alicuius prophetari passionem, quam eius qui solus, &c. & paulo post iterum legimus, sicuti supra, ex Patic. 2. MS. cod. & per crucem cuenisse, pro eo quod erat: per Christum.

144. Sepultura eius sublata de medio est, &c.] Quem locum alij ad marginem, apud B. Iustinum Martyrem, & nos supra, illos secuti, lib. aduers. Iud. adnotaueramus esse Isai. 53. tandem reperimus Isai. 57. secundum LXX. præterquam quod aliter distinxisse videantur hi duo Auctores (sicuti iterum etiam lib. 4. aduers. Marc. cap. 43.) legentes: Erit in pace, sepultura eius sublata de medio est, pro eo quod alij Patres legunt & interpretantur: Erit in pace sepultura eius, ablata est de medio; sic enim B. Cyprian. lib. 2. aduers. Iud. cap. 14. B. Hieronym. Cyrillus, Procopius & Theodoretus in Comment. Isaiæ. Solum B. Ambros. lib. de Cain & Abel cap. 2. cum Auctore consentit, citans dumtaxat eadem hæc verba. Atqui pulchre, citatis etiam ipsi distolorum Patrum verbis, disputat de hoc loco Ieo de Castro Comment. in Isaiam, contra Iudaisantes Parabulum & Isidorum Clarium.

145. Propterea ipse multos hereditati habebit, &c.] Istud reperitur Isai. 53. Atqui retinimus: hæreditati habebit, tamquam Tertullianicum; & sicuti supra post illud: & multorum diuidet spolia, adiciamus: Quis enim alius nisi qui natus est, vti supra ostendimus; (nempè c. 13.) Pro eo, &c. Legentes etiam: vti que per resurrectionem consecuturum, pro eo quod mendosissime legebatur: consecuturus.

C A P. XX.

146. Sufficit huc vsque de his interim, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod post aduentum Christi contigerit etiam nationum conuersio, iuxta Prophetiam Dauid, quippe quæ de illo aut alio haudquaquam possit intelligi. Reperit autem etiam hic pleraque, quæ supra lib. aduers. Iudæos, sub finem cap. 11. & 12. Rursus etiam B. Iustinus

Martyrem imitatur, & utrumque B. Cyprian. Test. lib. 1. adu. Jud. cap. 21. Est vero rursus Tertullianicum decucurriffe.

147. & ad Deum Christum, &c.] Hic supplemus, sicut etiam supra legitur, ex 1. Vatic. MS. cod. Quod verè Christus sit Deus, infra latius tractabimus lib. aduers. Praxean, ubi id ex Apostolo comprobatur. Atque sicut supra ex eodem MS. cod. Vatic. castigauimus: occurret, pro: occurrat; ac: Postula à me; pro: de; & : David filium eum vendicare; pro: eius; denique: regnauit, pro: regnarit.

148. qui totum iam orbem Euangelij sui fide cepit, &c.] supra c. ult. lib. adu. Iud. Euangelij sui radiis illustrauit. Quomodo autem id verum fuerit etate Tertulliani, vide eiusdem libri Adnotat. nostras cap. 7. num. 30. & deinceps.

149. Ecce dedi te in dispositionem generis mei, &c.] Adieciimus sicuti supra: mei, quia illud interpretatur B. Iustinus Martyr ubi supra, Lactant. lib. 5. c. 20. ac B. Cyrillus episc. de Immacul. virg. c. 2. & legunt BB. Cyprian. Test. lib. 2. adu. Iud. c. 7. Ambros. de Virg. lib. 3. & Euseb. Demonstr. Euang. lib. 9. c. 15. Idè qd magis, quod apud LXX. corrupta à Judæis lectio generis Israël euanium seruetur; quod miratur unè mecum Leo de Castro, quum Orig. episc. ad Aphricanum, & in Leuitici. 23. hom. 12. iam tum significauerit, adulteratū fuisse quod LXX. transulerūt: generis nostri. Atque familiare est Auctori, ut ubique vocem: ἀδελφῶν, dispositionem veritat, quam alij: est autem tum hic, tum paulopost; & celam, pro: domo.

150. Ecce testimonium eum nationibus posui, &c.] Hæc huic loco, ad finem capitis vsque peculiaria sunt. Ad idè institutum verò hunc locum Isai. 55. adlegant, non modò BB. Iustinus & Cyprianus loca citatis, sed etiam Auctor lib. de Trinit. infra Tom. 5. Euseb. Cesar. Demonstr. Euang. lib. 6. c. 23. Ambros. serm. 5. & August. conc. 6. in Psal. 118. Theodoret. etiam in Comment. qui adnotat lectione esse LXX. testimonium, pro eo quod & quila & Theodotian ac Hebræi omnes, testem.

151. Et disponam vobis, &c.] Hæc verba paulo ante ibidem legitur, quarum illud: religiosa & fidelia Dauid, latissime & pulcherrimè hic Auctor ex collatione aliarum scripturarum explicat, & paucis rursus infra lib. 4. adu. Marc. c. 1. ubi, quomodo etiam hic sub finem capituli legit: Sancta Dauid & fidelia, cum B. Iustino & aliis Patribus, pro eo quod hic: religiosa & fidelia, utriusque vox Græca ὁσια significat.

152. Ex fructu ventris tui, &c.] Etiam istud Psalmi 131. pulcherrimè explicat, apud quem proinde lego: Ipius ergo dicendo ventrem, pro: Ipius autem: & ut Latina sit oratio, sic quod sequitur distinguo: immò ipsa erit caro eius, religiosa & fidelia Dauid. Atque, quod de Resurrectione, fidelia, tamquā perpetua, cum aliis Veteribus interpretatur Auctor, imitatur Paulum Act. 13.

153. in secundo Basilium, &c.] Prorsus sic legendum, pro: in primo; nam præterquam quod reperitur hæc scriptura 2. Reg. 7. certè eandem etiam citat ex secundo βασιλειῶν B. Cyprian. Testim. lib. 1. adu. Iud. c. 15. & lib. 2. c. 1. Similes autem phrasæ Auctoris sunt infra lib. 4. c. 21. Habes tertium Basilium, si & quartū resoluas, & c. ac rursus, c. 14. Sic & retrò in βασιλειῶν. Fraque nouam derivationem Latinam facit Auctor Basilium, pro eo quod alij: Regnorum transferunt, sicuti etiam adnotauimus Adnot. nostris in B. Cyprian. dict. lib. 1.

Testim. n. 7. Quum autem Auctor & 2. & 3. & 4. Basilium nominatim citet; videtur olim non fuisse ea distinctio quæ hodie existat apud LXX. Vt duo primi Samueles nuncupentur, reliquis vero primus & secundus Regum seu Regnerum; maxime quum etiam B. Cyprianus non semel βασιλειῶν primum citet, secundum, tertium, & quartum.

154. Semen tuum, quod erit, inquit, ex ventre tuo, &c.] Sic hunc locum castigauimus ex editione LXX. quæ hodie existat, pro eo quod erat: Semini tuo, & c. ex ventre ipsius; maxime quum illud etiam legat locis citatis B. Cyprianus. Adhuc autè ad verba ibidè sequentia Auctor: Hic edificabit mihi ædem, quum subiungit: Quia & ædem Dei, similiter quū addit: Denique & thronus in æuum, & regnum in æuum, ad illa ibidem: Et erigam thronum eius in seculum, & c. & regnum eius in seculum.

155. Suscitauit enim illi Satan, id est, hoste, Idumæum, &c.] Adhuc id est, quia haud dubiè: hostem, addidit, explicandi gratia, quid per Satā intelligeret; quæ voce, sicuti & Græcè σατάν, indeclinabiliter vitur hic Auctor. B. Cyprianus Latine Sathanam transfulsi lib. de unit. Ecclesiæ, lib. de Oratione Dominica, & Testim. lib. 3. c. 80. Atque de Salomone similes locos adnotatos habet supra lib. 2. adu. Marc. cap. 23. num. 152.

CAP. XXI.

156. Sic nec illam iniectionem, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod non Iudæorum tantum, sed maxime gentium ad Christum conuersio scripturis prædicta sit. Imitatur verò etiam hic B. Iustinus Martyr aduersus Tryphonem, præsertim de profelytis.

157. nullo adhuc Cerdone, necdū Marcione, &c.] De Cerdone Marcionis magistro vide supra lib. de Præscript. adu. hæret. c. 51. hæc. 16. num. 321.

158. Ecce, inquit, Isaias, profelyti per me accedēt ad te, &c.] Quid Profelyti, supra adnotauimus lib. adu. Iud. cap. 1. num. 1. Quo autem loco Isaias hæc habeat, hæcenus reperire non potui, nisi forte c. 16. ubi initio capituli legitur: Habitabunt apud te profugi mei, olim illud lectum fuerit apud LXX. nam totum hoc caput præcisum à Iudæis, & nescio quæ alia Græca prorsus cum Hebræo conuenientia ab illis substituta, adnotauit Leo de Castro in Isaiam. Si quis alius aliquid certius reperire possit, per me licet. Sunt qui adscribunt Isai. 52. sed neque ibi reperitur.

159. Et Nationes, quod sumus nos, &c.] Sic omnino distinguendus est hic locus noua periodo; nam quæ præcedunt, sunt verba Marcionis, ab eo loco: quando & profelyti, & c. Legimus autem etiā cum 1. MS. Vat. cod. habebant, pro: habeant.

160. Et in nomine, inquit, eius, Nationes sperabunt, &c.] Similiter hunc locum interpretatur non modò Tertullianus, sed ceteri Veteres omnes de Vocatione gentium ad Christum.

161. Et erit, inquit, in nouissimis diebus, &c.] Et hunc locum Isai. 2. similiter Auctor interpretatur supra lib. aduers. Iudæos, c. 3. imitatus etiam in hoc B. Iustinus Martyrem ubi supra; & utrumque imitatur B. Cyprianus lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 18. hoc titulo: Quod in nouissimis temporibus idem mons manifestaretur, super quem gentes venirent. Supplemus autem sicut supra, & apud Isaiam: & ædes Dei; ac paulopost: hæc erit via sua nouæ legis Euangelium. Rursus etiam citatur & explicatur infra initio lib. 4. adu. Marc. Ex Syon enim exibat Lex, &c.

162. & Sibynas in falces, &c.] Probiusque maluit Auctor

Auctor vocem Græcam seruare hic & infra, pro quo supra: lanceas. Nam (uti etiam ante me adnotauit Rhennus) apud Isaiam iuxta LXX. versio Græcè legitur, καὶ τὰς ἐκείνων ὡς τῶν εἰς ἀπέρον. Est autem ἐκείνων, venabili genus Auctore Tertulliano. Suidas ὁλοκλήτως ἐκείνων significare scribit, hoc est, telum prorsus ferreum. Nonnumquam δὲ γὰρ sine ὡς ἀπὸ τῶν, id est, lanceæ vel enses. Omnino autem castigamus sicut supra: & non discent amplius bellare, pro: dicent, quia Græcè est, μὴ μάθωσιν.

163. Vt & hic discas Christum nō bellipotentem, &c.] Adhuc id caput supra 13.

CAP. XXII.

164. Habes & Apostolorū opus prædicatū, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiā Apostolorū prædicatio in Nationes, prædicta sit, idque nō alterius, sed eiusdè Dei, qui etiam ad exēplar Christi à Iudæis persecutionem passi sunt.

165. Quam tempestiuū pedes euangelizatū pacem, euangelizatū bona, &c.] Rursus hic: tempestiuū, pro: pulcri. Eodem autè modo locū huic citant Euseb. lib. 3. Demost. Euang. c. 1. Origenes in c. Ioan. 13. B. Ambros. lib. de Isaac & anima, c. 4. ac Euseb. in Leuit. c. 4. B. August. contra Faustū, lib. 32. c. 10. & B. Hilarius lib. 5. de Trinitate, Apostolus denique Rom. 10. Quare etiā hic corruptam esse lectione LXX. a Judæis rectè adnotauit Leo de Castro, atque adeò corrigi debet, & legi: ὡς ὡς γοιοὶ οἱ πόδες τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἀκούω εἰρήνης τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων τὸ ἀγαθόν, pro eo quod hodie deest ὡς γοιοί, ac bis legitur ἀγαθῶν ἐκείνων, & ὡς repetitur.

166. & in terminis terræ voces eorū, &c.] Mirum est quod Auctor tum hic, tum supra c. 7. lib. adu. Iud. vocem οὐρανῶν verterit dumtaxat: terræ, quam alij Interpretēs omnes, & Psal. 18. & Rom. 10. transferunt: orbis terræ. Suprà autem paraphrasticè legit: & vltique in terminos, & verba, sicuti alij, pro quo hic: voces, utrumque significat Græcum ὅμιλον.

167. Longè quique à iustitia mea, adpropinquauerūt iustitiæ meæ, & veritati, &c.] Istud haud dubiè sumpsit ex c. 46. Isaiæ, ubi nunc legitur dumtaxat: qui longè à iustitia, adpropinquauit iustitiā meam. Videntur itaque legisse Auctor ἰστίαν, pro: ἰστίαν; & legisse præterea aliquam vocem quæ veritatem significet, & tamè neque in Græcis, neque in Hebræis aut Chaldaicis exemplaribus inuenitur.

168. renuntiauerunt presbyteris & Archōtibz & sacerdotibus Iudæorū.] Renuntiare hic accipiuntur sicuti supra T. 2. lib. de Corona militis, c. 3. dixit de baptismo: nos renuntiare diabolo; alibi plerumque accipit renuntiare, pro: demonstrare. Adhuc autè ad c. 4. Act. quum presbyteris, id est, senioribus, & Archōtibz, id est, principibus, & sacerdotibus Iudæorū, responderūt: Si iustū est in conspectu Dei vos potius audire quam Deū, iudicate. Sine ad illud Act. 13. Vobis prius oportuerat prædicare verbum Dei, ecce conuertimur ad Gentes.

169. An nō vel maxime, inquit, vt alterius Dei prædicatores? &c.] Verba sunt hæc Marcionis, sicuti etiā illa paulopost: Omnem inquis, & c. vsque: Et qui.

170. Separamini qui Domini causam portatis] Paraphrasticè interpretatur causā Domini Auctor, ac si dicere velis Propheta: Causā Domini agitis, dū nomē eius ubique prædicatis; pro eo quod est apud adiciones omnes: vasa Domini; nisi malis quis hoc legendū cū Latino: sed illud habent etiā Vat. MS. cod. Conformiter autè Auctori, de Apostolis istud interpretatur B. Hieronymus, quod

Apostolus 2. Cor. 16. & alij Veteres in genere ad omnes Christianos referunt. Atque addit: Iā enim secundum supra scripta, & c. nepè apud eundè Isaiam, immediatè ante verba iā citata. Atque peculiare est Auctori, quod legat & interpretetur: reuclauerat Dominus brachio suo sanctū, pro eo quod alij omnes: brachium sanctum suū; qui vertit etiā: summa terræ, quod est Græcè ἀκρογῶνις, & salutē, σωτηρίαν; pro eo quod interpres Latinus LXX. fines terræ, & salutare, minus propriè. Auctori correspondet B. Cyprian. Test. lib. 2. adu. Iud. c. 4. præterquam quod legat: brachium suum illum sanctum.

171. Videre quomodo perit iustus, &c.] Locum hunc de Christo & Apostolis interpretatur etiā Auctor infra lib. 4. adu. Marc. & in Scorpiaco; imitatus B. Iustinus Mart. Apol. 2. pro Christ. & adu. Tryphonem; & utrumque secutus B. Cyprian. Test. adu. Iud. lib. 2. c. 14. cū quibus reuimimus; perit, pro eo quod hodie Græcè est ἀπὸ λέπ, id est: perit. Legentes cū omnibus tam Græcis quam Latinis Patribus, conformiter etiam Hebræico textui auferuntur; pro: auferentur; & iniustitiæ, pro: iustitiæ, sicuti etiam ante me castigandum dixit Latinus.

172. Venite, inquit, auferamus iustum, &c.] Sicut istud ex c. 2. citat libri Sapientia, sic supra etiā addidit ad id quod sequitur ibidè, G auis etiā nobis est ad videndū, supra T. 2. lib. de Patrib. c. 5. Et hoc Tomo lib. de Præscript. adu. hæret. c. 7. etiā Salomoni adtribuit illud Sap. 1. In simplicitate cordis quærite Dominū; quo loco vide Adnot. nostras n. 51. Eodè autè modo de Christo interpretatur hanc scripturā, Clemens Alexadr. lib. 5. Stromatum, ubi similem Platonis locū ex 2. lib. de Repub. adlegat, Auctor lib. de Montibus Syon & Syna aduersus Iud. Quorum Clemes cum Auctore nostro legit: auferamus; aliter, sicuti vulgò omnes ex Græco Interpretēs: circumueniamus; hodie Græcè est ἐνεσθῶσιν, quod insidias tendere propriè significat; quare videtur aliud quàm hodie legisse Auctor. Adnotatum fuit ad marginem, & in Indice scripturarum B. Iustini Martyris adu. Tryphonem, tamquam Sap. 2. quod ille citat: Vinciamus iustum, quia inuitilis est nobis; verum reperitur iuxta LXX. Isai. 3. pro eo quod B. Hieron. vertit: Dicite iusto, quoniam benè; nam sic citatur etiam à Rufino in Symbolum Apostolorum, inter opera B. Cypriani.

173. Pertranſi in medio portæ, mediā Hierusalem, &c.] Legimus: mediā Hierusalem, pro: in media; quia illud nō modò supra legitur lib. adu. Iud. c. 11. sed & Græcè apud LXX. ubi quum hodie legatur cōformiter Hebræo & Chaldaico textui: ἀνέλθῃ μεσῶν τῶν πύλων, id est: pertrās mediam ciuitatem, videtur legisse Auctor πύλων, quod portā significat. Atque castigamus etiam sicuti supra: & da signū Tau, pro: signa, quia non modò hodie Græcè σημάδιον legitur, sed etiā sic B. Cyprian. lib. ad Demetr. n. 52. ac lib. 2. Testim. adu. Iudæos c. 22. ubi vide Adnotat. nostras, de legitima additione vocis Tau ex B. Hieron. n. 105. & supra quoque n. 142.

174. Ipsa est enim littera Græcorū Tau, nostra autem T. species crucis, &c.] Hæc ipsum imitati videtur Patres nostri, dum in Missalibus antiquis initio Canonis in littera T. ubi legitur: Te igitur clementissime Pater, solent pictam exhibere crucem Christi; in cuius locum hodie successit ipsa Crucis imago, pagina proximè præcedenti. Et verò Tertullianum ferè ad verbum imitatus B. Hieron. in Comment. Extrema, inquit, Tau littera crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frōtibz pingitur, & frequētī manus inscriptione signatur. Cui similis est locus de signo crucis in frontibus.

Supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 3. ubi num. 40. latissimè ea de re tractauimus, & locos insuper aliquot nostris in B. Cyprianum adnotauimus, & aliquid etiam supra ad lib. de Baptis. num. 1. de signaculo crucis in Baptismo diximus. Quòd pertinere videtur etiã, vel potius ad signum crucis in sacrificio Missæ, quod mox subiungit Auctor: & signaculum frontium.

175. in medio Ecclesiæ hymnum tibi dicã, &c.] Voluit Auctor Latine exprimere quòd Græcè est: ὕμνωσω σε, pro quo alij Psal. 21. malunt vertere: laudabo te. Exprimi etiam sua phrasi: A te laus mihi, pro eo quod Græcè est: ἐπιτιμῶς μὲν: & ab aliis transfertur: laus mea. Præterea autem lectionem, est non sequatur, tamen confirmat B. Justinus Mart. aduers. Tryphonem, dum illud interpretatur de hymnis, quos Christus cum Apostolis celebravit; inter quos præcipuus ille, quo dicto, post institutionem sacre Eucharistiæ, exierunt in montem Oliueti, Matth. 26. Unde hymnorum vsus in Ecclesia sumptisse suam originem, adnotauimus ad lib. de Orat. Dominicã B. Cypri. num. 6. & supra etiam adigimus Tom. I. Apolog. cap. 39. num. 520.

176. Erin sexagesimo septimo, &c.] Omnino se castigauimus, pro: quinquagesimo septimo; neque enim ibi reperitur, sed Psal. 67. quod citat iuxta editionè Romanam: In Ecclesiis benedicite Dominũ Deum, pro quo Gallicana & ex Hebræo editio: Deo Domino.

177. vt pariter concurreret & Malachiæ Prophetia, &c.] Etiam hic necessariò emendauimus, Malachiæ, pro: Michæ; nam præterquam quòd legatur hæc scriptura Malach. 1. etiam Malachiæ nomine eam nominatim citat Auctor supra lib. adu. Iud. cap. 5. num. 22. & infra lib. 4. adu. Marc. cap. I. num. 13. Ex quo posteriori loco legimus: glorificatum est, pro: gloriatum, eo quod supra legatur: clarificatum; quo loco vide Adnot. nostras contra Magdenburgenses, qui dictis duobus locis calumniantur Tertullianum hanc Malachiæ Prophetiam interpretari, non de Ecclesiæ sacrificiis, vti ibi loquitur, seu sacrificio, sic hic & infra; quum hic disertis verbis sacrificia explicentur: Gloriæ relatio & benedictio, quæ proprie ad Missæ officium pertinent) & laus & hymni (quæ ad Horarum cantum referri debent) & Ecclesiarum sacramenta & munditiæ sacrificiorum; quæ ad Eucharistiæ sacramentum & sacrificia pertinere quis negare audeat? Et verò, latissimè omnes locos Tertulliani, quibus sacrificij Ecclesiæ mentionem facit, adnotauimus lib. de Orat. num. 1.

CAP. XXI II.

178. Nunc quia cū Iudæis negas venisse Christum eorum, &c.] Caput hoc inscriptissimè: Iudæorum exitium, quod ob impietatem in Christum passuros esse prædictum est, iam completum esse. In quo rursum ad verbum ferè imitatur lib. adu. Iud. cap. 13. unde etiam quadam loca castigauimus ac suppleuimus. Rursum autem exitũ vtriusque, pro: exitio accipit. Suppletus verò: & despexerunt & interemerunt.

179. Proiecit homo aspernamenta sua, &c.] More suo nouè Auctor: aspernamenta hic dixit, quæ supra: abominamenta, pro eo quod Græcè est ἰσά. 2. βδελύματα, quod alij: abominations vertunt. At sicuti ibi sic & hic castigauimus: vanis & noctuis, pro: nociuis, vti accipiat noctuas pro Vespertilionibus.

180. Abstulit enim Dominus, &c.] Pulcrè & hunc locum interpretatur, legens: Abstulit; vti indicet iam completam esse Prophetiam, sicuti etiam alicubi B. Cyprianus; rectè addens: inter cetera, quia multo latius

hæc Jsaïas cap. 3. profequitur. Idem interim, qui hic & supra: sapientem architectum interpretatur spiritum sanctum; infra lib. 5. adu. Marc. cap. 6. etiam Paulum Apostolum allegoricòs interpretatur.

181. Et mandatu est nubibus ne pluerent, &c.] Nouam peridũ hic auspicamur, quòd reperitur hæc scriptura Iſai. 5. castigantes sicuti etiã supra: vineã Sorech, pro: Soreth, de quo vide & Adnotas. nostras ibide num. 160. Siue autem legas: charismatum roibus, sicuti hic & supra excusi; siue: charismatibus prioribus, velut ibi MS. siue cum Patric. 1. MS. cod. hic: charismatum rationibus; non refert, nisi quòd elegantius videatur subtractis charismatũ rationibus, vti Metaphoricòs adludat ad rationes quæ subducuntur siue subtrahuntur in computũ.

182. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, &c.] Istud Matth. 11. eodem sensu B. Justinus citat, adu. Tryphonem Iudæum, & B. Cyprian. lib. Testim. 1. adu. Iud. cap. 9. titulo: Quòd lex prior, quæ per Moysen data est, cessatura esset. Legimus autem sicuti supra: ex perseverantia furoris, pro: ea, claudentes parenthesi (ab illis enim cepit infamia) retinentes etiam lectionè Rhenani: & tempus medium (id est, figura Græcã, per tempus medium) à Tyberio vsque ad Vespasianum, non penitentiam intellexissent; pro quo altera lectio supra non ita mihi placet. Vespasianũ autem nominat, eo quòd sub illo vastata sit Hierusalem, vti ex Iosephi & Philoni historis Iudæicis notius est, quam vt pluribus sit opus.

183. facta est terra eorum deserta, &c.] Hæc verba desumpta sunt ex Iſa. c. 1. quæ non modo dicto c. 13. sed etiã c. 3. lib. adu. Iud. supracitata sunt; ex quibus locis suppletus ac legimus: ciuitates eorũ exusta igni, ac: derelicta est filia Syon tamquam specula. In hoc solũ differt prior locus, quòd hic & alibi legatur specula in vinea, vel in cucumerario casula, ibi verò: casã in vinea, vel custodiariũ in cucumerario; quomodo etiã B. Cyprian. Test. lib. 1. adu. Iud. c. 6. hoc titulo: Quòd Hierusalẽ perdituri essent Iudæi; & ante hos B. Iren. lib. 4. c. 7. Item Auctor Altercat. Ecclesiæ & Synagoga apud August. Græcè est, hodie priori loco σκηνή, quòd umbraculum proprie, posteriori ὀψοφουλῆκιον, quòd pomorum custodiariũ significat. Vide etiam similem locũ infra lib. 4. adu. Marc. vbi ad ipsum Iosephum adludere videtur.

184. Qui & in Psalmo quinquagesimo octauo, &c.] Rursum hic castigandum Auctorem, pro: quinquagesimo septimo, ipse Psal. 58. loquitur, ex quo citatur illud: Disperge illos in virtute tua. Ita enim, sicuti supra, legendum, pro: Disperde, vox Græcã διασπορεύς plus satis indicat, & aditiones omnes consentiunt, maxime quum pramittatur ab Auctore: dispersionem eis postulat.

185. Propter me hæc, inquit, facta sunt vobis, in anxietate dormietis, &c.] Verbu his finitur c. 50. Iſaïæ, quæ ipsa eodem modo interpretatur de incendio totius Iudææ post mortem Christi saluatoris, B. Cyrill. & Hieron. in Commentariis; quamquam & aliũ sensum allegoricum habet; præterquam quòd legunt: Per me. Certè phrasi Græcã δι' ἐμῆ, etiam apud alios Auctores cum Accusativo causam significans, rectè transfertur. Propter me. Sunt autem iterum verba Marcionis: Atquin Christũ, &c. v. que, Sed ecce, &c.

186. & dati sunt pessimi pro sepultura, &c.] Quasi aliud agens explicat illud Jſai. 53. etiam supra citatiũ c. 10. lib. adu. Iud. Et dabo malos pro sepultura, & diuites pro morte eius; quod pulcrè explicat, de militibus,

tibus, qui (sicuti est Matth. 28.) subreptum eum (sic enim lego, pro: subreptam eam) nempe Christum, adseuerauerant; & de occupatis iudicibus (nempe Principibus Iudæorum) qui à militibus falsum testimonium cadaveris subrepti, & antea à Iuda traditore (sicuti est Luc. 22.) traditionem redemerant. Atqui legimus sicuti supra c. 13. conspirante sensu scripturarũ, &c.

187. Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumultu, &c.] Simile est illud de Iudæis supra Tom. 1. Apolog. c. 21. dispersi, palabundi, & cœli & soli fide extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo rege; quibus, nec aduenarum iure, terram patriam, saltem vestigio, salutare conceditur; quæ ipsa Verba descripsit B. Cyprian. sub finem libri de Vanitate I dolorum.

188. Iam verò quale est, vt per cœlum suum admiserit, &c.] Intelligit hoc de Ascensu Christi in cœlum Dei creatoris, de quo imprimis Marc. 16.

CAP. XXI III.

189. Immo, inquis, spero ab illo, &c.] Inscriptionem huic capiti postremo dedimus: Quòd restitutio terræ Iudææ allegoricè sit interpretanda. Atqui de regno terreno mille annorum post hanc vitam, quæ inter par adixã Auctoris meritò referatur, latius in Prolegomenis; hic dumtaxat, de variã agemus lectione scripturarum, quos pro se peperam citat. Sunt autem iterum verba Marcionis: Immo, inquis, spero ab illo, vsque: ceterum.

190. Sed de sinu Abrahæ suo tempore, &c.] Adludit ad librum DE PARADISO, aut potius ad librum 4. adu. Marc. c. 4. vbi tractat illud Luc. 16. quod legitur De sinu Abrahæ, in quo Lazarus refrigerium; & de inferis, vbi diuersè tormenta describuntur; ostendens, aliud esse inferos, aliud sinum Abrahæ, ad quem locum hæc de re latius.

191. De restitutione verò Iudææ, &c.] Quòd restitutio Iudææ (de qua est illa inter cetera Apostolorũ interrogatio, Act. 1. Nūquid in tempore hoc restitues regnum Iſrahel; & etiam illud Luc. 24. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturũ Iſrahel) allegorica interpretatio, in Christum cõpetat & Ecclesiam; latius infra Tom. 4. ad fragmenta libri DE SPE FIDELIVM; quò etiã Lectorem remittit Auctor; quãdã, quantum apparet, hic ex illo repetens, quum subdit: Nam & confitemur, &c. Quòd opus sit extaret, possemus certius adnotare, quibus locis scriptura, prophetata sit restitutio Iudææ. Nobis autem occurrit illud Hierem. 31. Qui dispersit seu ventilaui Iſrahel, congregabit eũ, &c. quãquam hoc vel ad Iſrahel spiritualem populũ Christianum referendum sit, vel ad reditum ex Babylone. Item illud Ezech. 28. Colligam Iſrahel ab omnibus gentibus, &c.

192. Hanc & Ezechiel nouit; & Apostolus Ioannes vidit, &c.] De Ioanne Apostolo (quæ adeo iterum hic facit Auctorem Apocalypicos) quòd Hierusalem de cœlo delatam viderit, Apocal. 21. satis notum est; de Ezechiele non ita, nisi forte adludat ad c. 48. sua Prophetia postremum in calce; vbi postquam ciuitatem Hierusalem descripsit, hæc habet Epiphonema: Et nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem. Ab Irenæo quidem citatur quòd supra adduximus de restitutione Iudææ, Ezech. 28. sed nihil hic ad institutum facit.

193. Denique proximè expunctum est Orientali expeditione, &c.] Prodigiũ istud hæctenus reperire apud ethnicos, immò nec apud Ecclesiasticos historia scriptores, potui; quare Lectori diligenti inquirendum re-

linquo, an in expeditione Orientali Seneri Imperatoris (de qua loqui videtur Auctor) aliquid tale contigerit in Iudæa. Atqui quo sensu dicat Auctor: demutati in angelicam substantiam, supra diximus cap. 9. nu. 68. Peculiari enim significatione: substantia ab Auctore vsurpatur; sicut etiam illud: retractatur, pro: tractatur.

194. Quam in multitudinem arenæ repromittitur, &c.] Rhenanus hic putat etiam figuram esse Græcã, ac si dicat: secundum quam, nempe primam repromissionem; verum: si qua, legatur, nihil opus fuerit; quãquam nihil immutare voluerim, eo quòd illud etiam legant MS. Patric. cod. Prima repromissio reperitur Gen. 13. altera, 15. Benedictio verò, qua benedixit Isaac Iacob filium suum, Gen. 27.

195. Et Euangelium vestrum quoque habet, &c.] Adludit rursum ad Euangelium Marcionis, siue Lucæ adulteratum; in quo retinuit ille illud Luc. 12. Querite primũ regnum Dei, & hæc adiciuntur vobis, sicut patet infra lib. 4. adu. Marc. c. 29. Distinguius autè benedictionem Esau, Gen. 27. in hunc modum: De opimitate terræ, dicens, erit inhabitatio tua. Vbi opimitas vox est Tertullianica, solino nihilominus etiam nota, vbi de arbore Medica agit.

196. Quum verò Iacob, &c.] Istud quod reperitur Gen. 28. paraphrasticòs transtulit, non ad verbum. Legimus autem cum 1. Patric. MS. cod. ad interpretationem somnij, pro: somni. Atqui ad verbum transtulit: ἐν ἧν ἔβητο, ἀλλ' ὁ οἶκος θεῶν. Non est aliud, sed ædes Dei.

197. Qui ædificat in cœlo ascensum suum, &c.] Eodem modo rursum hunc locum Amos 9. interpretatur Auctor infra lib. 4. adu. Marc. cap. 34. & iterum lib. 5. cap. 15. denique & in scorpiaco cap. 10. vbi latius de illo.

198. Et circumdabis enim illos tibi, inquit, tamquam ornamentum sponiæ. Istud, est prima facie videatur Auctor citare ex eodem Amos, reperitur nihilominus Iſai. 49. & citatur etiam lib. 4. adu. Marc. vbi de eo latius.

199. Volant velut qui sunt milui; &c.] Citat istud ex Iſai. cap. 31. nam ὄρνεις non dumtaxat, aues omnis generis significat, quod alij vertunt, sed etiam accipitres alicubi apud Hesiodum. Atqui Plinio teste, lib. 10. c. 10. Milui ex accipitrum sunt genere.

200. Vt nubes volant, & velut pulli columbarum ad me, &c.] Hic nonam peridũ fecimus, quòd alibi reperiat, nempe Iſai. 60. (quemadmodum id ipsum citat Auctor infra lib. 5. adu. Marc. cap. 15. quum explicat illud 1. Thessal. 4. quòd hic etiam citatur: Aufcremur, enim in nubibus (sic enim etiã hic lego, pro: in nubes) obuiam Domino.) Vbi aliter legit, sicut etiam hodie Græcè est: & columbæ cum pullis. Ex quo loco etiam conuixi præcedentibus: ad me, distinguens commate quòd sequitur: scilicet; quãquam illud ad me nusquam apud Patres legatur, neque hodie in vlla editione. Atqui parenthesi inclusimus illud (illo scilicet filio hominis veniente in nubibus secundum Danielem) de quo loco Dan. 7. infra latius lib. 4. adu. Marc. c. 39. vbi c. 21. Lucæ tractat.

201. Audi cœlum, & in aures percipe terra, &c.] Auctor quod Græcè est ὅρα τὸν οὐρανόν, transtulit: in aures percipe, pro quo alij maluerunt vertere: auribus percipe. Suppletus autem ex Patric. 1. MS. cod. paulo post: & experimenta. Atqui deinde iam secundò habes: si forte, hoc ipse capite, pro: forte.

SCRIPTRVS Tertullianus aduersus opus Marcionis ex contrarietatum
oppositionibus Antitheseis cognominatum, ad separationem Legis & Euan-
gelij coactum, qua duos Deos diuersos, alterum veteris, alterum noui testa-
menti diuidebat.

- I. Imprimis diuersitatem preceptorum & disciplinarum non negans, in unum & eun-
dem Deum competere demonstrat; ex eo quod ipse Deus creator per Prophetas suos
aliam Legem nouam, Euangelij nempè, orituram prädixerit pro veteri, ac testamentum
aeternum pro temporali.
- II. Deinde, non solum Luca Euangelium (quod Marcion adulteratum admittebat, nul-
lo tamen adscripto titulo) sed etiam Ioannis & Matthæi Apostolorum, & Marci
Apostolici viri, non minus ac Luca, auctoritatem habere præscribit.
- III. Neque verò obstare quod Apostolus Paulus ad Galatas Apostolos reprehendat; non
enim de Euangelij deprauatione aut interpolatione, sed de conuersatione tantum fuisse
denotatos, immò ipsa eorum Euangelij Digesta à Pseudoapostolis fuisse peruersa.
- III. Atqui, dum disputatur de titulo Euangelij, quod Marcion suum, Auctor item suum,
id est, Luca, adfirmat adulteratum; ei præscribi auctoritatem, quod antiquius reperie-
tur, & illi vitiationem quod posterius; maxime, quum Marcion aliquando Catholica
Ecclesia crediderit, & postea in heresin descierit.
- V. Quippè, quum Luca Euangelium auctoritatem habeat ab Ecclesiis Apostolicis, apud
quas quod sacrosanctum est, ab Apostolis traditum constat; & proinde etiam cetera
Euangelia, Ioannis, Matthæi, & Marci; sed & Apocalypsis, ex ordine Episcoporum
ad originem recensio.
- VI. Porro ad institutum veniens Auctor, nullam esse veteris & noui Testamenti di-
uersitatem, vel inde præscribit; quod Christus noster impleuerit Prophetias creatoris,
& representauerit promissiones eius, ac Leges adiuerit.
- VII. Quod ipsum, primum comprobatur ex capite quarto Luca sub finem, de demonio ex-
pulso in Synagoga Capharnaum, eo quod tria Luca prima capita, & initium quarti,
tamquam sua sententia contraria erassisset Marcion.
- VIII. Ex eodem capite, partim ante, partim post dictam historiam (nam etiam hoc trāspos-
suerat Marcion) de doctrina Christi apud Nazareth in Synagoga, & alijs demonijs.
- IX. Item ex capite quinto Luca, de uocatione Apostolorum Simonis & filiorum Ze-
bedæi, ac leproso mundato.
- X. Ex eodem de Paralytico curato, & appellatione Filij hominis.
- XI. De Publicano adleto à Domino, & de ieiunio, ac Christo sponso, & Parabola vi-
ni noui ac veteris; ex eodem capite.
- XII. Dein ex capite v. de discipulis colligentibus spicas, ac sanata manu arida in Sabbato.
- XIII. Ex eodem, de ascensu & oratione nocturna in monte, Apostolorum XII. numero,
mutatione nominis Petri, ac conuentu gentium ad Christum.
- XIII. De beatitudinibus, seu sermone Domini in monte, ex eodem.
- XV. De varijs maledictionibus, quibus V. a Phariseis imprecatus est; ex eodem.
- XVI. De præcepto dilectionis tam inimicorum quam proximi, ex eodem.
- XVII. De sermone interdicto, alijsque Domini verbis penè ad finem vsque eiusdem capituli.

Ex

- Ex capite etiam vij. Luca, de fide Centurionis, resuscitato filio viduae, Ioanne Bapti-
sta, & muliere peccatrice. XVIII.
- Posthæc ex capite viij. Luca, de diuitibus mulieribus adhaerentibus Christo, de verbis
Domini ad discipulos, & de matre ac fratribus Christi. XIX.
- De miraculis Christi, quibus ventis ac mari imperauit, legionem demonum eiecit, &
fluxum sanguinis curauit in muliere; ex eodem. XX.
- Et ix. item capite Luca, de discipulis ad prædicandum missis, pasto populo in solitu-
dine, confessione Petri: Tu es Christus, & prædicta persecutione fidelium. XXI.
- De ostensione Christi cum Moysè & Helia in secessu montis, ex eodem. XXII.
- De verbis Domini ad Phariseos, dilectione paruulorum, & increpatione eius qui
dixerat: Sequar te quocumque ieris; ex eodem. XXIII.
- Porro & ex capite x. Luca, de adlezione LXX. discipulorum, & potestate illis
data. XXIII.
- De oratione Domini ad Patrem, verbis ad discipulos, & responso facto legis Docto-
ri; ex eodem. XXV.
- Exinde ex capite xj. Luca, de oratione Dominica, alijsque orandi formis & para-
bolis eò pertinentibus; de surdo demonio expulso, ac de exclamatione mulieris de turba. XXVI.
- De Phariseis signum petentibus, & alijs eorundem increpationibus; ex eodem. XXVII.
- Ex capite xij. Luca, de verbis Domini varijs ad discipulos, & parabola diuitis
blandientis sibi de prouentu agrorum suorum. XXVIII.
- De cura non agenda anima de victu, & corpori de vestitu; succingendis lumbis, ac
seruis beatis, & igne misso in terram, alijsque verbis Domini; ex eodem capite. XXIX.
- Rursum ex capite xij. Luca, de curatione Sabbato facta, parabolis, alijsque verbis
Domini. XXX.
- Etiam ex capite Luca xij. quales ad cœnam vel prandium vocandi sint, ac de cœ-
na ad quam vocauit multos. XXXI.
- Item ex capite xv. Luca, de oue & dragma perditis & inuentis. XXXII.
- Ex capite etiam xvj. Luca, de duobus Dominis, Deo, & Mammona; ac dicto
Domini: Lex & Prophetæ vsque ad Joannem. XXXIII.
- De diuortio prohibito, ac proinde coniugio adprobato; & inferno ac sinu Abrahae;
ex eodem. XXXIII.
- Deinceps ex cap. xvij. Luca, de verbis Domini diuersis, Leprosi decem curatis, &
interrogatione Phariseorum de regno Dei. XXXV.
- Similiter ex cap. xvij. Luca, de parabolis iudicis, ac Pharisei & Publicani oran-
tium in templo; verbis Domini ad adolescentem diuitem, & cæco curato. XXXVI.
- Ex capite etiam xix. Luca, de Zachæo, & seruorum parabola qui secundum ratio-
nem fœnerata pecuniæ dijudicantur. XXXVII.
- Itidem ex cap. xx. Luca, de varijs verbis Domini ad Phariseos, Principes Sacerdo-
tum, Sadduceos, & Scribas. XXXVIII.
- Præterea & ex xxxj. Luca capite, de venturis in nomine Christi & signis ultimi
finis, ac de doctrina Christi in templo & secessu in montem elæonem. XXXIX.
- Item ex cap. xxxij. Luca, de die Paschæ electo ad Passionem, venditione ac prodicione
Iudæ, & de distributione corporis & sanguinis Christi. XL.
- De imprecatione illi facta, per quem traderetur filius hominis, ac osculo traditoris; &
de responso Domini ad interrogationem an ipse esset Christus, ex eodem capite. XLI.

AAa iij

- XLII. Ex capite quoque xxiiij. Luca, de simili responso in domo Pilati, iudicio apud eundem Pilatum & Herodem, crucifixione, signis in morte, exspiratione, & sepultura Domini.
- XLIII. Denique ex cap. xxiiij. Luca, de mulieribus ad sepulcrum, cum odorum paratura, resurrectione post biduum, de apparitionibus Christi, quæ mulieribus, discipulis, ac Apostolis factæ sunt, & de missione Apostolorum ad prædicandum vniuersis nationibus.

Ceterum libri huius quarti aduersus Marcionem mentionem facit Auctor, quoties Euangelij Marcionis meminit. Tale est illud supra libro de Carne Christi, cap. 7. ubi paucis tractat illud Luca 8. Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? Audiatur igitur (inquit) & Apelles quid iam RESPONSVM SIT à nobis MARCIONI, EO LIBELLO QVO EVANGELIVM IPSIVS PROVOCAVIMVS; ad-ludens haud dubiè ad caput infra xix. Quò etiam adlusit libro 3. aduers. Marc. cap. 11. & ibidem etiam ad xxvj. cap. infra, quum dixit: Nam & mulier quædam exclama-uerat: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ hausisti; & Quomodo mater & fratres eius dicti sunt foris stare? Sed videbimus de his capitulis suo tempore. Item & ad cap. x. infra, addens: Certè quum & ipse se filium hominis prædicaret, natum scilicet profitebatur. Nunc, vt hæc omnia ad Euangelij distulerim examinationem. In genere autem rursus hunc librum insinuat eiusdem lib. 3. cap. 17. Sed de vtroque (inquit) titulo sic disponam, vt quoniam ipsum quoque Marcionis Euangelium discuti placuit, de speciebus doctrinarum & figurarum illuc differamus: quasi in rem præsentem. Quare & titulum huius libri auximus, addentes: DE ANTI THESISIBVS EIVS EX EVANGELIO. Hunc porro à Rhenano aditum, ab eo solo castigatum ex Paterniacensi, & Hirsaugiensi, deinde ex Gorziensi exemplaribus, primùm cum Scholijs, deinde & Adnotationibus; nos iterum ex duobus codicibus M. S. Vaticanis, & coniecturis quibusdam Dn. Latini, emendauimus, nouis Argumento & Adnotationibus auctum.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM
Liber quartus, de Antithesibus eius
ex Euangelio.

CAP. I.



M NEM sententiam, & omnem paraturam impij atque sacrilegi Marcionis, ad ipsum iam Euangelium eius prouocamus, quod interpolando suum fecit. Et vt fidem instrueret, dotem quandam commentatus est illi, opus ex contrarietatum oppositionibus, Antithesis cognominatum, & ad separationem Legis & Euangelij coactum, qua duos Deos diuidens, proinde diuersos, alterum alterius Instrumenti, vel (quod magis vsui est dicere) Testamenti, vt exinde Euangelio quoque secundum Antithesibus credendo patrocineretur. Sed & istas proprio congressu cominus, id est, per singulas iniectiones Pontici cæcidissem, si non multò opportunius in ipso, & cum ipso Euangelio, cui procurant, retunderetur, quanquam tam facile est præscriptiue occurrere, equidem vt accepto eas faciam, vt rato habeam, vt nobiscum facere dicam, quo magis de cæcitate auctoris sui erubescant nostræ iam Antitheses aduersus Marcionem. Atque ad eò confiteor alium ordinem decucurrissè in veteri dispositione apud creatorem, alium

A alium in noua apud Christum. Non nego distare documenta eloquij, præcepta virtutis, Legis disciplinas, dum tamen tota diuersitas in vnum & eundem Deum competat, illum scilicet à quo constat dispositam sicut & prædicatam. Olim concionatur Esaias proditram ex Sion legem, & sermonem Domini ex Hierusalem, aliam vtique legem, aliùmque sermonem: denique iudicabit, inquit, inter nationes, & traducet populum plurimum, scilicet non vnus gentis Iudæorum, sed nationum quæ per nouam legem Euangelij, & nouum sermonem Apostolorum iudicantur & traducuntur apud semetipsas de pristino errore, simul crediderunt, atque exinde concidunt machæras suas in aratra, & sibynas, quod genus venabulorum est, in falces, id est, seros & sæuos quondam animos conuertit in sensus probos, & bonæ frugis operarios. Et rursus: Audite me, audite me, populus meus, & reges auribus intendite in me, quoniam lex prodibit à me, & iudicium meum in lucem nationum, quo iudicauerat atque decreuerat nationes quoque illuminandas per Euangelij legem atque sermonem. Hæc erit lex apud Dauid inuituperabilis, quæ perfecta, conuertens animas, vtique ab idolis ad Deum, hic erit & sermo de quo idem Esaias: Quoniam, inquit, decisum sermonem faciet Dominus in terra. Compendiatum est enim nouum Testamentum, & à legis lacinijs oneribus expeditum. Sed quid pluribus, cum manifestius, & luce ipsa clarius nouatio prædicetur à creatore per eundem? Ne rememineritis priorum, & antiqua ne recogitaueritis. Vetera transferunt, noua oriuntur. Ecce facio noua quæ nunc orientur. Item per Hieremiam: Nouate vobis nouamen nouum, & ne seueritis in spinas, & circumcidimini præputia cordis vestri. Et alibi: Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & perficiam domui Iacob & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua arripui dispositionem eorum, ad educendos eos de terra Ægypti. Adeò pristinum testamentum temporale significat, dum mutabile ostendit, etiam dum æternum de postero pollicetur. Nam per Esaiam, Audite me, & viuicetis, & disponam vobis testamentum æternum: adificiens sancta & fidelia Dauid, vt id testamentum in Christo decursurum demonstraretur. Eundem ex genere Dauid secundum Mariæ censum, etiam in virga ex radice Iesse processura figuratè prædicabat. Igitur si alias leges aliòque sermones, & nouas testamentorum dispositiones à creatore dixit futuras, vt etiam ipsorum sacrificiorum alia officia potiora, & quidem apud nationes destinarit, dicente Malachia: Non est voluntas mea in vobis, inquit Dominus, & sacrificia vestra nõ excipiam de manibus vestris, quoniam à Solis ortu vsque ad occasum glorificatum est in nationibus nomen meum, & in omni loco sacrificium homini meo offertur, & sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura: necesse est, omnis demutatio veniens ex inuouatione, diuersitatem ineat cum his quorum sit, & contrarietatem ex diuersitate. Sicut enim nihil demutatam quod non diuersum, ita nihil diuersum quod non contrarium. Eiusdem ergo deputabitur etiam contrarietas ex diuersitate, cuius fuerit demutatio ex inuouatione. Qui disposuit demutationem, iste instituit & diuersitatem. Qui prædicauit inuouationem, iste prænuntiauit & contrarietatem. Quid differentiam rerum ad distantiam interpretaris potestatum? Quid antithesibus exemplorum distorques aduersus creatorem, quas in ipsis quoque sensibus & affectionibus eius potes recognoscere? Ego, inquit, percütiam, & ego sanabo; Ego, inquit, occidam, & ego viuificabo; condens scilicet mala, & faciens pacem. Quæ etiam soles illum mobilitatis quoque & inconstantia nomine reprehendere, prohibetam quæ iubet, & iubentem quæ prohibet. Cur ergo non & antithesibus ad naturalia reputasti, contrarij sibi semper creatoris? Nec mundum saltim recogitare potuisti, nisi fallor, etiam apud Ponticos ex diuersitatibus structum æmularum inuicem substantiarum. Prius itaque debueras alium Deum luminis, alium tenebrarum determinasse, vt ita posses alium Legis, alium Euangelij asseuerasse. Ceterum prædicatum est ex manifestis, cuius opera & ingenia per antithesibus constant, eadem forma constare etiam sacramenta. Habes nunc Antithesis expeditam à nobis responsionem. Transeo nunc ad Euangelij sanè non Iudaici, sed Pontici, interim adulterati demonstrationem, præstructuram ordinem quem aggredimur. Constituimus in primis, Euangelicum Instrumentum Apostolos auctores habere, quibus hoc munus Euangelij promulgandi ab ipso Domino sit impostum: si & Apostolicos, non tamen solos, sed cum Apostolis, & post Apostolos: quoniam prædicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloriæ studio, si non adfuit illi auctoritas magistrorum, immò Christi, qui magistros Apostolos fecit. Denique nobis fidem ex

nis. Denique vbi manus illi Marcion intulit, tunc diuersum & æmulum factum est ab Apostolicis. Igitur dabo consilium discipulis eius, vt aut & illa conuertant, licet serò, ad formam sui, quo cum Apostolicis conuenire videantur (Nam & quotidie reformant illud prout à nobis quotidie reuincuntur) aut erubescant de magistro vtrouque traducto, quum Euangelij veritatem nunc ex conscientia¹⁰ tramittit; nunc ex impudentia, euertit. His ferè compendiis vrimur, quum de Euangelij fide aduersus hæreticos expeditur, defendentibus & temporum ordinem posteritati falsariorum præscribentem, & auctoritatem Ecclesiarum¹¹ traditioni Apostolorum patrocinantem: quia veritas falsum præcedat necesse est, & ab eis procedat à quibus tradita est. [¹² Sed alium iam hinc inimicus gradum, ipsum (vt professi sumus) Euangelium Marcionis prouocantes, si quoq; probaturi adulteratum. Certè enim totum quod elaborauit etiam Antitheseis præstruendo, in hoc cogit, vt veteris & noui Testamenti diuersitatem constituat, proinde Christum suum à creatore separaturus, vt Dei alterius, vt¹³ alienum Legis & Prophetarum. ¹⁴ Certè propterea contraria quæque sententiæ suæ erant conspirantia cum creatore, quasi ab assertoribus eius intexta: competentia autem sententiæ suæ reseruauit. ¹⁵ Hæc cõuenimus, hæc amplectemur, si nobiscum magis fuerint, si Marcionis præsumptionem percusserint, tunc & illa constabit eodem vitio hæreticæ cæcitatæ erasa, quo & hæc reseruata. Sic habebit intentio & forma opusculi nostri, sub illa vtiq; conditione quæ ex vtraque parte condita sit. ¹⁶ Constituit Marcion alium esse Christum, qui Tiberianis temporibus à Deo quõdam ignoto reuelatus sit in salutem omnium gentium: alium qui à Deo creatore in restitutionem Iudaici status sit destinatus, quandoque venturus. Inter hos magnam & omnem differentiam scindit, quantam inter iustum & bonum, quantam inter Legem & Euangelium, quantam inter Iudaismum & Christianismum. Hinc erit & nostra præscriptio, qua defigimus nihil Christo Dei alterius commune esse debere cum creatore. Ceterum creatoris pronuntiandum, si administrauerit dispositiones eius, si impleuerit Prophetias eius, si adiuuerit leges eius, si repræsentauerit promissiones eius, si restaurauerit virtutes eius, si sententias reformauerit, si mores, si proprietates expresserit. Huius pacti & huius præscripti, quæso te Lector, memineris vbiq; & incipe recognoscere aut Marcionis Christum, aut creatoris. [¹⁷ Anno quintodecimo principatus Tiberiani, ¹⁸ proponit, Deum descendisse in ciuitatem Galilææ Capharnaum, ¹⁹ vtiq; de cælo creatoris, in quod de suo antè descenderat. Et quid ergo ordinis fuerat, vt prius de suo cælo in creatoris descendens describeretur? Cur enim non & ista reprehendam, quæ non implent fidem ordinariæ narrationis, deficientes in mendacio semper? Planè semel dicta sint, ²⁰ per quæ iam alibi retractauimus: An descendens per creatorem, & quidem aduersus ipsum potuerit ab eo admitti, & inde tramitti in terram æquè ipsius. Nunc autem & reliquum ordinem descensionis exposulo, tenens descendisse illum. Viderit enim sicubi apparuisse positum est. Apparere subito, ex inopinato, sapit conspectum, qui semel impegit oculos in id quod sine mora apparuit. Descendisse autem; dum it, videtur & subito oculos; de facto etiam ordinem facit. Atque ita cogit exigere, quali habitu, quali suggestu, quonam impetu vel temperamento, etiam quo in tempore dici noctisve descenderit. Præterea quis viderit descendentem, quis retulerit, quis asseuerauerit, rem vtiq; nec asseueranti facile credendam. Indignum denique vt Romulus quidem ascensus sui in cælum habuerit Proculum affirmatorem; Christus verò descensus de cælo sui non inuenerit annuntiatorem; quasi non sic & ille ascenderit iisdem mendacij scalis, sicut & iste descendit. Quid autem illi cū Galilæa, si non erat creatoris, cui ista regio destinabatur ingressuro prædicationem, dicente Esaia: ²¹ Hoc primum bibito, citò facito, regio Zabulon & terra Nephtalim, & ceteri qui maritimam ad Iordanem, Galilæa nationum, populus qui sedetis in tenebris, videte lumen magnum; qui habitatis terram, sedentes in vmbra mortis, lumen ortum est super vos. Bene autem quòd & Deus Marcionis, illuminator vindicatur nationum, quo magis debuerit vel de cælo descendere, & si vtiq; in Pontum potius descendere quàm in Galilæam. Ceterum & loco & illuminationis opere secundum prædicationem occurrentibus Christo, iam eum prophetarum incipimus agnoscere, ostendètem in primo ingressu venisse se, non vt Legem & Prophetas dissolueret, sed vt potius adimpleret. ²² Hoc enim Marcion, vt additum, et asit. Sed frustra negabit Christum dixisse, quod statim fecit ex parte. Prophetiam enim interim de loco adimpleuit, ²³ de cælo statim ad synagogam. ²⁴ Vt dici solet: Ad quod venimus, hoc age. ²⁵ Marcion aufer etiam illud de Euangelio: Nō sum missus nisi ad oues perditas

v. i.

v. i. de cap. 3. & 4. Luc. 3. Luc. 4.

Jsa. 9.

Matth. 5.

Luc. 4. Matth. 15.

A ditas domus Israël. Et non est auferre panem filiis, & dare eum canibus, ne scilicet Christus Israël videretur. Sufficiunt mihi facta pro dictis. Detrahe voces Christi mei, res loquentur. Ecce venit in synagogam: certè ad oues perditas domus Israël. Ecce doctrinæ suæ panem prioribus offert Israëlitis: certè vt filios præfert. Ecce aliis eum nondum impertit: certè vt canes præterit. Quibus autem magis impertisset quàm extraneis creatoris, si ipse in primis non fuisset creatoris? Et tamen quomodo in synagogam potuit admitti, tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus, de tribu, de populo, de domo, ²⁶ de censu denique Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ natiuitatis Romana archiua custodiunt? Meminerant certè, ²⁷ nisi circuncisum scirent, non admittendum in sancta sanctorum. Sed etsi passim synagoga adiretur; ²⁸ non tamen ad docendum nisi ab optimè cognito & explorato & probato, iam pridem in hoc ipsum, vel aliunde commendato cum hoc munere. ²⁹ Stupebant autem omnes ad doctrinam eius. Planè. Quoniam, inquit, in potestate erat sermo eius. Non quoniam aduersus Legem & Prophetas docebat. Vtique enim eloquium diuinum & vim & gratiam præstabat, magis exstruēs quàm destruens substantiam Legis & Prophetarum. Alioquin non stupebant, sed horrent: nec mirarentur, sed statim auersaretur destructorem Legis & Prophetarum, & vtiq; in primis alterius Dei prædicatorem: quia nec potuisset aduersus Legem & Prophetas docere, & hoc nomine aduersus creatorem, non præmissa diuersæ atque æmula diuinitatis professione. Quum ergo nihil tale scriptura significet, nisi solam vim & potestatem sermonis admirationi fuisse: facilius ostendit, secundum creatorem docuisse illum, quia non negauit, quàm aduersus creatorem, quia non significauit. Atque ita aut eius erit agnoscendus secundum quem docuit, aut præuaricator iudicandus, si secundum eum aduersus quem venerat, docuit. ³⁰ Exclamat ibidem spiritus dæmonis: Quid nobis & tibi est Iesu? Venisti perdere nos, scio qui sis, sanctus Dei. Hic ego non retractabo, an & hoc cognomen competierit ei quem nec Christum vocari oporteret, si non creatoris. ³¹ Alibi iam de nominibus exposulatum est. At nunc discepto, quomodo hoc eum vocari cognouerit dæmon, nulla vnquam retrò emissa prædicatione in illum, à Deo ignoto & in id temporis muto, cuius nec sanctum eum contestari potuit, vt ignoto iam ipsi suo creatori. Quid autem iam tale adiderat nouæ diuinitatis, per quod posset alterius Dei sanctus intelligi? tantum quòd synagogam introgressus, & nec sermone operatus aliquid aduersus creatorem? Sicut ergo quem ignorabat, nullo modo poterat Iesum & sanctum Dei agnoscere, ita quem norat agnouit. Nam & Prophetam meminerat sanctum Dei prædicasse, & Iesum nomen Dei esse in filio Naue. ³² Hæc & ab angelo exceperat secundum nostrum Euangelium: Propterea quod in te nascetur, vocabitur sanctum filium Dei, & vocabis nomen eius Iesum. Sed & habebat vtiq; sensum aliquem Dominicæ dispositionis (licet dæmon tamen) magis quàm alienæ, & nondum satis cognitæ, nam & præmisit, Quid nobis & tibi? non quasi in ³³ extraneum Iesu, ad quem pertinent spiritus creatoris. Nec enim dixit, quid tibi & nobis, sed quid nobis & tibi: se deplorans & forti suæ exprobrans: quam iam videns, adiicit, Venisti perdere nos, aded iudicis & vltoris, & vt ita dixerim, sæui Dei filium agnouerat Iesum, non optimi illius & perdere & punire nesciens. Quorsum hunc locum præmissimus? vt & Iesum à dæmone non alium doceamus agnitum, & à semetipso non alium confirmatum quàm creatoris. ³⁴ Atquin, inquis, increpuit illum Iesus. Planè vt inuidiosum, & in ipsa confessione perulantem, & malè adulantem: quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem dæmonum venisset, & non potius ad hominū salutem, qui nec discipulos de subaetione spirituum, sed ³⁵ de candida salutis gloriari volebat. Aut cur eum increpuit? Si quasi mentitum in totum, ergo non fuit Iesus, nec Dei sanctus omnino. Si quasi ex parte mentitum, quòd eum Iesum quidem & sanctum Dei, sed creatoris existimasset, iniustissimè increpuit hoc sentientem, quod sciebat sentiendum, & hoc non existimantem quod ignorabat existimandum, alium Iesum & alterius Dei sanctum. Quòd si verisimiliorem statum non habet increpatio, nisi quem nos interpretamur, iam ergo & dæmon nihil mentitus est, non ob mendacium increpitus, ipse enim erat Iesus, præter quem alium dæmon agnouisse non poterat: & Iesus eum confirmauit quem agnouerat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem. [³⁶ Nazaræus vocari habebat secundum Prophetiam Christus creatoris. vnde & ipso nomine nos Iudæi Nazaræos appellant per eum. Nam & sumus de quibus scriptum est: Nazaræi exalbari sunt super niuem. Qui scilicet retrò luridati delinquentiæ ma-

Ibidem.

Luc. 2.

Luc. 4.

Ibidem.

Ibidem.

Num. 13.

Luc. 1.

Luc. 4.

Ibidem.

v. i. i.

etiam de

c. 4. Lucæ.

Matth. 2.

Thren. 4.

culis, & nigrati ignorantiae tenebris. Christo autem appellatio Nazaraei competitura D erat ex infantiae latebris, ad quas apud Nazareth descendit vitando Archelaum filium Herodis. Hoc propterea non omisi, quia Christum Marcionis oportuerat omne commercium eierasse etiam locorum familiarium Christi creatoris, habentem tanta Iudaeae oppida non ita Christo creatoris per Prophetas emancipata. Ceterum Prophetarum erit Christus, ubicunque secundum Prophetas inuenitur. Er tamen ⁷⁹ apud Nazareth quoque nihil noui notatur *pradicasse, dum aliò merito vnus prouerbij eiectus, refertur* ⁸⁰. Hic primum manus ei iniectas animaduertens, necesse habeo iam de substantia eius corporali praesumere, quod non possit phantasma credi, qui contactum, & quidem violentia plenum, *detentus & captus, & ad praecipitium usque protractus*, admiserit. ⁸¹ Nam & si per medios euasit, sed antè iam vim expertus, & postea dimissus, scilicet soluto uti assolet tumultu, vel etiam irrupto, non tamen per caliginem eluso, quae nulli omnino tactui succidisset, si fuisset.

⁸² *Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res.*

Etiam secularis sapientiae digna sententia est. Ad summam, & ipse mox tetigit alios, ⁸³ quibus *minus imponens*, utique sentendas, *beneficia medicinarum conferebat*, tam uera, tam non imaginaria, quam erant per quas conferebat. Ipse igitur est Christus Esaiam, remediator ualitudinum. ⁸⁴ Hic, inquit, imbecillitates nostras aufert, & languores portat. ⁸⁵ Portare autem Graeci etiam pro eo solent ponere, quod est tollere. Sufficit interim mihi generalis re-promissio. Quodcunque curauerit Iesus, meus est. Veniemus tamen & ad species curationum. Ceterum & à daemone liberare, curatio est ualitudinis. ⁸⁶ Itaque *spiritus nequam* quasi ex forma iam prioris exempli cum testimonio *excedebant uociferantes, Tu es filius Dei: cuius Dei, vel hic pareat. Sed proinde increpabitur & iubebantur tacere.* Proinde enim Christus ab hominibus, non à spiritibus immundis, uolebat se filium Dei agnosci. Ille Christus duntaxat cui hoc congruebat: quia praemiserat per quos posset agnosci, & utique digniores praedicatorum. Illius erat, praconium immundi spiritus respicere, cui sancti abundabant. Porro qui nunquam fuerat annuntiatus (si tamen uolebat agnosci, frustra autem uenerat, si nolebat) non esset aspernatus testimonium alienae & cuiuscumque substantiae, qui propriae non habebat, qui in aliena descenderat. Iam nunc & quae destructor creatoris, nihil magis gestisset quam à spiritibus ipsius agnosci, & diuulgari praetimore, ⁸⁷ nisi quod Marcion Deum suum timeri negat, defendens bonum non timeri, sed iudicem apud quem sint materiae timoris, ira, sequitia, iudicia, uindicta, damnatio. Sed & daemones timore utique cedebant. Ergo timendi Dei filium confitebantur, occasionem habitura non cedendi, si non timendi. Et ille iussu & increpitu ea expellens, non suauis quàm bonus, timendum se exhibebat. Aut nunquid idèd increpabat, quia timebatur nolens timeri? Et quomodo ea uolebat excedere, quod nisi timore non facerent? Cecidit ergo in necessitatem, quàm disparem se naturae suae ageret, quum posset, ut bonus semel eis parcere. Cecidit & in aliam praeruaricationis notam, quum se à daemone quasi filium creatoris sustineret timeri ut iam non propria potestate expelleret daemones, sed per creatoris auctoritatem. ⁸⁸ *In solitudine procedit.* Solennis & huiusmodi regio creatoris. ⁸⁹ Oportebat sermonem illic quoque uideri in corpore, ubi egerat aliquando & in nube. Competebat & Euangelio habitus loci, qui placuerat & Legi. ⁹⁰ Capiat itaque iocunditatem solitudo, hoc Esaias promiserat. ⁹¹ *Detentus à turbis: Oportet me, inquit, & aliis ciuitatibus annuntiare regnum Dei.* Ostendebat iam alicubi Deum suum? Non puto adhuc usque. Sed de eis loquebarur qui alium quocumque Deum nouerant. Nec hoc credo. Ergo si nec ille alium Deum adiderat, nec illi nouerant praeter creatorem, eiusdem Dei regnum portendebat, quem solum sciebat notum eis qui audiebant. ⁹² De tot generibus operum quid utique ad piscaturam respexit, ⁹³ ut ab illa in Apostolos sumeret Simonem, & filios Zebedaei? Non enim simplex factum uideri potest, de quo argumentum processurum erat, ⁹⁴ *dicens Petro trepidanti de copiosa indagine piscium: Ne time, abhinc enim homines eris capiens.* Hoc enim dicto intellectum illis suggererebat adimpletae Prophetiae: se eum esse qui per Hieremiam pronuntiabat: Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur illos, homines scilicet. ⁹⁵ Denique *relictis nauiculis sequuti sunt eum*, ipsum intelligentes qui ceperat facere quod edixerat. Aliud est, si affectauit de nauiculariorum collegio adlegere, habiturus Apostolum quandoque nauiclerum Marcionem. Prastruximus quidem aduersus Antitheseis nihil proficere proposito Marcionis, quam putat diuersitatem Legis &

Euan-

A Euangelij, ut & hanc à creatore dispositam, denique praedicatam in repromissione nouae legis & noui sermonis & noui Testamenti. Sed quoniam attentius argumentatur apud illum suum, nescio quem ⁹⁶ *συνταλάει παρον*, id est, comiseronem, & *συμμοσθιδρον*, id est, coodibilem, ⁹⁷ in *leprosi purgationem*, non pigebit ei occurrere. & in primis figuratae legis vim ostendere; quae ⁹⁸ in exemplo leprosi non contingendi, immò ab omni commercio submouendi, communicationem prohibebat hominis delictis commaculati; cum qualibus ⁹⁹ & Apostolus cibum quoque uetat sumere: participari enim stigmata delictorum quasi ex contagione, si quis se cum peccatore miscuerit. Itaque Dominus uolens altius intelligi Legem, per carnalia spiritalia significatam: & hoc nomine non destruens, sed magis extruens, quam pertinentius uolebat agnosci: *tetigit leprosum*, à quo etsi homo inquinari potuisset, Deus utique non inquinaretur, incontaminabilis scilicet. Ita non praescriberetur illi quod debuerit legem obseruare, & non contingere immundum, quem contactus immundi non erat inquinaturus. Hoc magis meo Christo competere sic doceo, dum tuo non competere demonstro. Si enim ut emulus legis tetigit leprosum, nihil faciens praecipuum legis, per contemptum inquinamenti, quomodo posset inquinari, qui corpus non habebat quod inquinaretur? Phantasma enim inquinari non posset. Qui ergo inquinari non poterat ut phantasma, iam non uirtute diuina incontaminabilis erit, sed phantasmatis inanitate: nec contempsisse uideri potest inquinamentum, cuius materiam non habebat: ita nec legem destruxisse, qui inquinamentum ex occasione phantasmatis, non ex ostentatione uirtutis euaserat. ¹⁰⁰ Si autem Heliseus Prophetes creatoris, uicini leprosum Naaman Syrum ex tot leprosis Israelitis emundauit, nec hoc ad diuersitatem facit Christi, quasi hoc modo melioris, dum Israelitem leprosum emundauit, extraneus, quem Iesus Dominus emundare non ualuerat, Syro facilius emundato, significato per Nationes emundationis in Christo lumine earum quae ¹⁰¹ septem maculis capitalium delictorum inhorrent, idololatria, blasphemiam, homicidio, adulterio, stupro, falso testimonio, fraude. Quapropter septies quasi per singulos titulos in Iordane lauit: simul & ut totius hebdomadis caneret expiationem, ¹⁰² quia unius lauacri uis & plenitudo Christo soli dicebatur, facturo in terris, sicut sermonem compendiatum, ita & lauacrum. Nam & hoc opponit Marcio: Heliseum quidem materia eguisse, aquam adhibuisse, & eam septies: Christum uero uerbo solo & hoc semel uncto, curationem statim representasse. Quasi non audeam & uerbum ipsum in substantiam creatoris vindicare. Nullius rei non ille potior auctor, qui prior. Incredibile planè, ut potestas creatoris uerbo remedium uitij unius operata sit, quae uerbo tantam mundi molem semel protulit? Vnde magis dinoscitur Christus creatoris, quàm ex uerbi potestate? Sed idèd alius Christus, quia aliter quàm Heliseus, quia potentior dominus famulo suo. Quid constituit Marcion, proinde res agi à seruis, quemadmodum ab ipsis dominis? Non times ne in dedecus tibi uertat, si idèd Christum negas creatoris, quia potentior fuerit famulo creatoris, qui ad Helisei pusillitatem maior agnosceatur, si tamen maior. Par enim curatio, licet distet operatio. Quid amplius praestitit tuus Christus, quàm meus Heliseus? Immo quid magnum praestitit tui Christi uerbum? quum id praestiterit quod fluuius creatoris. ¹⁰³ Secundum haec, cetera quoque occurrunt. Quantum enim ad gloriae humanae auersionem pertinebat: *uertit eum diuulgare*: quantum autem ad tutelam legis, iussit ordinem impleri. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer manus quod praecipit Moyses.* Argumenta enim figurata ut puta prophetatae legis adhuc in suis imaginibus tuebatur, quae significabant hominem quondam peccatorem, uerbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum, orationem scilicet & actionem gratiarum apud Esaiam, per Christum Iesum catholicum patris sacerdotem. Itaque adiecit, ¹⁰⁴ *ut sit uobis in testimonium.* Sine dubio; quo testabatur se legem non dissoluere, sed adimplere: quo testabatur se ipsum esse, qui morbos & ualitudines eorum suscepturus annuntiabatur. Hanc tam congruentem & debitam interpretationem testimonij, adulator Christi sui Marcion, sub obtentu mansuetudinis & lenitatis quærit excludere. Nam & bonus, inquit, praeterea sciens omnem qui lepra esset liberatus, solennia legis executurum, idèd ita praecipit. Quid tum? Perseuerauitne in bonitate, id est, permissione legis an non? Si enim bonus perseuerauit, numquam destructor erit legis, nec Dei alterius habebitur, cessante legis destructione per quam alterius Dei vindicatur. Si non perseuerauit bonus destruendo postea legem, falsum ergo testimonium postea collocauit apud illos in curatione leprosi: deseruit enim bonitatem, dum destruit legem. Ma-

Bbb ij

Ius iam, quando legis euerfor: si bonus, quum legis indultor. Sed & eo quoddam indultit legi D obsequium, bonam legem confirmauit. Nemo enim malo obsequi patitur. Ergo & sic malus, si obsequium malae legi indultit: & sic deterior, si bonae legis destructor aduenit. Proinde si ut sciens omnem qui lepra liberatus esset ita facturum, ideo praecipit munus offerre, potuit & non praecipisse quod sciebat vltro futurum. In vanum ergo descendit quasi legem destruturus, quum cedit obsecutoribus legis. Atquin quasi sciens formam eorum, magis ab ea auertendos praeuire debuerat, si in hoc venerat. Cur ergo non tacuit, ut homo solo suo arbitrio legi obediret? tunc enim aliquatenus posset videri patientiae suae praestitisse. Sed adicit etiam auctoritatem suam exaggeratam testimonij pondere. Cuius iam testimonij, nisi legis assertae? Certè nihil interest quomodo firmaverit legem, siue quae bonus, siue quae superuacua, siue quae patiens, siue quae inconstans, dum te Marcion¹⁰⁴ de gradu pellam. Ecce praecipit legem impleri. Quocunque modo praecipit, eodem potuit etiam illam praemisisse sententiam: Non veni legem dissoluere, sed adimplere. Quid ergo tibi fuit de Euangelio erasisse quod saluum est? confessus es enim praebonitate fecisse illum, quod negas dixisse. Constat ergo dixisse illum, quia & fecit: & te potius vocem Domini de Euangelio erasisse, quam nostros iniecisse. [¹⁰⁵ *Cura etiam de cur & paralyticus, & quidem in coetu spectante populo.* ¹⁰⁶ Videbit enim, inquit Esaias, populus c. v. Lucae. ¹⁰⁷ *sublimitatem Domini & gloriam Dei. Quam sublimitatem & quam gloriam? Conualescite manus dimissae, & genua dissoluta: hoc erit paralyticus. Conualescite, nec timete. Non otiosè iterans, conualescite: nec vanè subiungens, nec timete: quoniam cum redintegratione membrorum, virium quoque representationem pollicebatur,* ¹⁰⁸ *Exsurge, & tolle grabatum tuum: simul & animi vigorem ad non timendos qui dicturi erant, Quis dimittet peccata, nisi solus Deus? Habes itaque iam & specialis medicinae dispensatam Prophetiam, & eorum quae medicinam sunt secuta. Pariter & dimissorem delictorum Christum recognosce* ¹⁰⁹ *apud eundem Prophetam, Quoniam, inquit, in plurimis dimittet delicta eorum: & delicta nostra ipse aufert.* ¹¹⁰ *Nam & in priore, ex ipsius Domini persona: Et si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut niuem exalbabo: & si tanquam coccinum, velut lanam exalbabo. In roseo sanguinem ostendens Prophetarum: in coccino Domini, ut clariorum. Etiam Micheas de venia delictorum: Quis Deus, quomodo tu eximens iniquitates, & praeteriens iniustitias residuis hereditatis tuae? Non tenuit in testimonium iram suam, quia voluit misericordiam. Auertet & miserebitur nostri. Demerget delicta nostra, & demerget in profunda maris peccata nostra. Sed et si nihil tale in Christum fuisset praedicatum, haberem huius benignitatis exempla in creatore, promittentia mihi & in filio patris affectus.* ¹¹¹ *Video Nisiuitas scelerum veniam consecutos à creatore, ne dixerim tunc quoque à Christo, quia à primordio egit in patris nomine. Lego & Nathan Prophetam agnoscenti David delictum suum in Vriam, dixisse: Et Dominus circumduxit delictum tuum, & non morieris. Proinde & Achab regem, maritum Iezabel, reum idololatriae & sanguinis Nabuthae, veniam meruisse, poenitentiae nomine: Ionatham filium Saulis, resignati ieiunij culpam deprecatione delesse. Quid de ipso populo retexam totiens delictorum indulgentia* ¹¹² *restitutio, ab eo scilicet Deo; qui mauult misericordiam quam sacrificium, & peccatoris poenitentiam quam mortem. Prius est igitur, neges creatorem indulsisse aliquando delicta. Consequens est, ut ostendas nec in Christum suum tale quid eum praedicasse: & ita probabis nouam istam Christi noui scilicet benignitatem, si probaueris, nec parem creatori, nec praedicatam à creatore. Sed & peccata dimittere, an eius possit esse qui negetur tenere, & an eius sit absolueri, cuius non sit etiam damnare: & an congruat eum ignoscere, in quem nihil sit admissum,* ¹¹³ *alibi iam congressi maluimus admonere quam retractare.* ¹¹⁴ *De filio hominis duplex est nostra praescriptio, neque mentiri posse Christum, ut se filium hominis pronuntiare, si non verè erat: neque filium hominis constitui, qui non sit natus ex homine, vel patre vel matre: atque ita discutiendum, cuius hominis filius accipi debeat, patris an matris. Si ex Deo patre est, utique non est ex homine. Si non & ex homine, superest ut ex homine sit matre. Si ex homine, iam apparet, quia ex virgine. Cui enim homo pater non datur, nec vir matri eius deputabitur. Porro cui vir non deputabitur, virgo est. Ceterum duo iam patres habebuntur, Deus & homo, si non virgo sit mater. Habebit enim virum ut virgo non sit, & habendo virum duos patres faciet, Deum & hominem, ei qui & Dei & hominis esset filius.* ¹¹⁵ *Talem si forte Castori aut Herculi natiuitatem tradunt fabulae. Si haec ita distinguuntur, id est, si ex matre filius est hominis, quia*

A quia ex patre non est: ex matre autem virgine, quia non ex patre homine: hic erit Christus Esaias, quem concepturam virginem praedicat. Qua igitur ratione admittas filium ^{Jai. 7.} hominis Marcion, circumspicere non possum. Si patris hominis, negas Dei filium; si & Dei, Herculem de fabula facis Christum; si matris tantum hominis, meum concedis; si neque patris hominis, ergo nullius hominis est filius, & necesse est mendacium admittere, qui se quod non erat, dixit. Vnum potest angustiis tuis subuenire, si audeas aut Deum tuum ¹¹⁶ patrem Christi hominem quoque cognominare, quod de Aëone fecit Valentinus: aut virginem hominem negare, quod nec Valentinus quidem fecit. Quid nunc si ipso titulo filij hominis, censetur Christus apud Danielelem? nonne sufficit adprobatione ^{Dan. 7.} prophetici Christi? Quum enim id se appellat quod in Christum praedicabatur creatoris, sine dubio ipsum se praestat intelligi in quem praedicabatur. Nominum communio simplex si forte videri potest, & tamen nec Christum, nec Iesum vocari debuisse defendimus, diuersitatis conditionem tenentes. Appellatio autem quod est filius hominis in quantum ex accidenti obuenerit, in tantum difficile est ut & ipsa concurrat super nominis communionem. Ex accidenti enim proprio est, maxime quum causa non conuenit eadem, per quam deueniat in communionem. Atque adeo si & Christus Marcionis natus ex homine diceretur, tunc & ipse caperet appellationis communionem, & essent duo filij hominis, sicut & duo Christi, & duo Iesus. Ergo quum appellatio propria est eius in quo habet causam, si & alij vindicetur in quo est communio nominis, non etiam appellationis, suspecta iam sit communio nominis quoque in eo cui vindicatur sine causa communio appellationis: & sequitur ut vnus idemque credatur, qui & nominis & appellationis capax inuenitur, dum alter excluditur, qui non habet appellationis communionem, carè causa. Nec alius erit capax vtriusque, quam qui prior, & nomen sortitus est Christi, & appellationem filij hominis, Iesus scilicet creatoris. ¹¹⁷ Hic erat visus Babylonio regi in fornace cum martyribus suis quartus, tanquam filius hominis; idem ipsi Danieli reuelatus directo filius hominis, veniens cum caeli nubibus iudex, sicut & scriptura demonstrat. Hoc dixi sufficere potuisse de nominatione prophetica circa filium hominis. Sed plus mihi scriptura confert, ipsius scilicet Domini interpretatione. Nam cum Iudaei solummodo hominem eius intuentes, necdum & Deum certi, quae Dei quoque filium, merito retractarent, non posse hominem delicta dimittere, sed Deum solum, cur non secundum intentionem eorum de homine *eis respondit; Habere eum potestatem dimittendi delicta*, ¹¹⁸ *quando & filium hominis nominans, hominem nominaret? nisi quia ideo ipsa voluit eos appellatione filij hominis ex instrumento Danielis repercutere, ut ostenderet eum & hominem qui delicta dimitteret, illum scilicet solum filium hominis apud Danielis Prophetiam, consecutum iudicandi potestatem, ac per eam utique & dimittendi delicta. Qui enim iudicat, & absoluit. Ut scandalo isto discusso per scripturae recordationem facilius eum agnoscerent, ipsum esse filium hominis ex ipsa peccatorum remissione.* ¹¹⁹ *Denique nusquam adhuc professus est se filium hominis quam in isto loco primum, in quo primum peccata dimisit, id est, in quo primum iudicauit, dum absoluit. Ad haec quodcunque diuersa pars fuerit argumentata, quale sit, inspice. Nam in illam necesse est amentiam tendat, ut & filium hominis defendat, ne mendacem eum faciat, & ex homine neget natum, ne filium virginis concedat. Quod si & auctoritas diuina, & rerum natura, & communis sapientia non admittunt in insaniam haereticam, occasio est & hic, interpellandi quam breuissimè de substantia corporis aduersus phantasmata Marcionis. Si natus ex homine est, ut filius hominis, corpus ex corpore est. Planè facilius inuenias hominem natum cor non habere vel cerebrum, sicut ipsum Marcionem, quam corpus ut Christum Marcionis. Atque adeo inspice cor Pontici aut cerebri. [¹²⁰ *Publicanum adlectum à Domino* in argumentum deducit, quasi ab aduersario legis adlectum extraneum legis, & Iudaismi prophanum. Excidit ei vel de Petro legis homine, & tamen non tantum adlecto, sed etiam testimonium consecuto agnitionis praestitae à patre. Nusquam legitur; ¹²¹ *lumen; & spem, & expectationem nationum, praedicari Christum. Atquin probauit potius Iudaeos, dicendo,* ¹²² *Medicum sanis non esse necessarium, sed malè habentibus. Si enim malè valentes voluit intelligi ethnicos & publicanos, quos adlegebat, sanos Iudaeos confirmabat, quibus medicum necessarium negabat. Hoc si ita est, malè descendit ad legem destruendam, quasi ad malam valitudinem remediandam, in qua qui agebant, benè valebant, quibus medicus necessarius non erat. Quale est au-**

tem vt similitudinem medici proposuerit, nec impleuerit? Nam sicut sanis medicum nemo adhibet, ita nec in tantum extraneis, quantum est homo à Deo Marcionis, suum habens & auctorem & protectorem, & ab illo potius medicum Christum. Hoc similitudo præiudicat, ab eo magis præstari medicum, ad quem pertinent qui languent. ¹²² Vnde aurem & Ioannes venit in medium? ¹²³ Subitò Christus, subitò & Ioannes. Sic sunt omnia apud Marcionem, quæ suum & plenum habent ordinem apud creatorem. ¹²⁴ Sed de Ioanne cetera alibi. Ad præsentem quosque articulos respondendum est. Nunc illud tuebor, vt demonstrarem & Ioannem Christo, & Christum Ioanni conuenire, vtique Prophetæ creatoris, quâ Christum creatoris, atque ita erubescat hæreticus, Ioannis ordinem frustra frustratus. Si enim nihil omninò administrasset Ioannes, secundum Esaiam, ¹²⁵ vociferator in solitudine, & preparator viarum Dominicarum, per denuntiationem & laudationem poenitentiae; si non etiam ipsum inter ceteros tinxisset, *nemo discipulus Christi manducantes & bibentes ad formam discipulorum Ioannis assidue ieiunantium & orantium præcasset*: quia si qua diuersitas staret inter Christum & Ioannem & gregem vtriusque, nulla esset comparationis exactio, vacaret prouocationis intentio. Nemo enim miraretur, & nemo torqueretur, si diuersæ diuinitatis æmulæ prædicationes, de disciplinis quoque inter se non conuenirent, non cõuenientes prius de auctoritatibus disciplinarum: ad id Ioannis erat Christus, & Ioannes Christi, ambo creatoris, & ambo de Lege & Prophetis, prædicatores & magistri. Sed & Christus reiecit Ioannis disciplinam vt Dei alterius, & discipulos defendisset, vt merito aliter incedentes, aliam scilicet & contrariam initiatos diuinitatem. At nunc humiliter reddens rationem, ¹²⁶ quod non possent ieiunare nisi sponsi quam dñi cum eis esset sponsus, postea uerò ieiunatuos promittens, quum ablati ab eis non uis esset, nec discipulos defendit, sed potius excusauit, quasi non sine ratione reprehensos: nec Ioannis reiecit disciplinam, sed magis concessit tempori Ioannis, eam præstans vt temporis, vt tempori suo eam destinans, reiecturus alioquin eam, & defensus æmulos eius, si nõ ipsius fuisset. Iamque teneo meum Christum etiam in nomine sponsi, de quo Psalmus: Ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo. ¹²⁷ A summo cœli profectio eius, & deuersio eius ad summum vsque eius. Qui etiam per Esaiam gaudens ad patrem: Exultet, inquit, anima mea in Domino; induit enim me indumentum salutatis, & tunicam iocunditatis; ¹²⁸ velut sponso, circumposuit mihi mitram; & velut sponsam ornauit me ornatu. In se enim & Ecclesiam deputat, de qua idem spiritus ad ipsum: ¹²⁹ Et circumpones tibi omnes eos velut ornamentum sponsa. Hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex uocatione gērium accessit. Siquidem legisti: ¹³⁰ Veni sponsa de Libano. Eleganter Libani vtique montis mentione iniecta, qui turis vocabulo est penes Græcos. De Idololatria enim sibi sponsabat Ecclesiam. Nega te nunc dementissimum Marcion. Ecce legem tui quoque Dei impugnas: ¹³¹ Nuptias non coniungit, coniunctas non admittit, neminem tinguat, nisi cœlibem, aut spadonem, morti aut repudio baptismata seruat. Quid itaque Christum eius sponsum facis? Illius hoc nomen est, ¹³² qui masculinum & feminam coniunxit, non qui separauit. ¹³³ Errasti in illa etiam Domini pronuntiatione, qua videtur noua & vetera discernere. In flatus es vtribus veteribus, & exerebratus es nouo vino, atque ita veteri, id est, priori Euangelio pannum hæreticæ nouitatis assuisti. In quo alter creator (velim discere) quum per Hieremiã præcepit: Nouate vobis nouamen nouum, nõnne à veteribus auertit? ¹³⁴ quum per Esaiam edicit: Vetera transierunt; & ecce noua quæ ego facio, nõnne ad noua cõuertit? Olim hanc statuimus destinationem pristinorum à creatore potius repromissam à Christo exhiberi, sub vnus & eiuisdem Dei auctoritate, cuius sint & vetera & noua. Nam & *vinum nouum is non cõmittit in veteres vres*, qui & veteres vres non habuerit, & *nouum additamentum nemo iniicit veteri vestimento*, nisi cui non defuerit & vetus vestimentum. Ille non facit quid, si faciendum non est qui habeat vnde faciat, si faciendum esset; itaque si in hoc dirigebat similitudinem, vt ostenderet se Euangelij nouitatem separare à legis vetustate, suam demonstrabat & illam à qua separabat, alienorum separationem non fuisse notandam, quia nemo alienis sua adiungit, vt ab alienis separare possit. ¹³⁵ Separatio per coniunctionem capit de qua fit. Itaque separabat, & in vno ostendebat fuisse, sicut & fuissent, si non separaret. Et tamen si concedimus separationem istam per reformationem, per amplitudinem, per profectum, sicut fructus separatur à semine, quum sit fructus ex semine: sic & Euangelium separatur à Lege, dum prouehitur ex Lege: aliud ab illa, sed non alienum: diuersum, sed

A sed non contrarium. Nec forma sermonis in Christo noua, quum similitudines obicit, quum quæstiones refutat, ¹³⁶ de septuagesimo septimo venit Psalmo: Aperiam, inquit, in parabola os meum, id est, similitudinem: eloquar problemata, id est, edisseram quæstiones. Si hominẽ alterius gentis probare voluisses, vtique de proprietate loquelæ probares. ¹³⁷ De sabbato quoque illud præmitto, nec hanc quæstionem consistere potuisse, ¹³⁸ si nõ *Dominum sabbati* circumferret Christus. Nec enim *disceperetur cur destrueret sabbatum*, si destrueret: porro destrueret deberet, si alterius Dei esset, nec quisquam miraretur facientem quod illi congruebat. Mirabantur ergo, quia non congruebat illi Deum creatorem circumferre, & sabbatum eius impugnare. Et vt prima quæque decidamus, ne eadem vbique nouemus ad omnem argumetationem aduersarij ex aliqua noua Christi institutione nitentem: hæc iam definitio stabit, ideò de nouitate institutionis cuiusque disceptatum, quia de nouitate diuinitatis nihil erat vsque adhuc æditum, sicuti nec disceptatum: nec posse retorqueri ex ipsa nouitate institutionis cuiusque, satis aliam à Christo demonstratam diuinitatem, quando & ipsam nouitatem pronuntiatam à creatore constiterit, in Christo non esse miradam. Et oportuerit vtique prius alium Deum exponi, postea disciplinam eius induci, quia Deus auctoritatem præstet disciplinæ, non Deo disciplina, nisi si & Marcion planè tam peruersas non per magistrum litteras didicit, sed per litteras magistrum. Cetera de sabbato ita dirigo: Si sabbatum Christus interuertit, secundum exemplum fecit creatoris. ¹³⁹ Siquidem in obsidione ciuitatis Hierichũtis circumlata per muros arca testamēti septem diebus, etiam sabbato, ex præcepto creatoris sabbatum operatione destruxit, vt putant qui hoc & de Christo existimant, ignorantes neque Christum sabbatum destruxisse, neque creatorem, vt mox docebimus. Et tamen per Iesum tunc quoque concussum est sabbatum, vt & hoc in Christum renuntiaretur, etiam si odio infecutus est solennissimum Iudæorum diem, vt Christus non Iudæorum. De odio quoque sabbati profectus, creatorem, vt Christus ipsius, sequebatur, exclamantem ore Esaiæ: ¹⁴⁰ Neomenias & sabbata vestra odit anima mea. Sed & hæc quoque modo dicta sint, scimus adhibendam tamen in hac specie etiam abruptam defensionem aduersus abruptam prouocationem. Nunc & ad ipsam materiam disceprabo, in qua visa est destruere sabbatum Christi disciplina. ¹⁴¹ Esurierant discipuli, ea die sabbati de ceptas manibus effrixerant; cibum operati, ferias rupebant. ¹⁴² Excusat illos Christus, & reus est sabbati læsi, accusant Pharisæi, Marcion caprat status controuersia (vt aliquid cludam cum mei Domini veritate) scripti & voluntatis. de scriptura enim sumitur creatoris, & de Christi voluntate color, ¹⁴⁴ quasi de exemplo *Dauid introgressi sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis*. Meminerat enim & ille hoc priuilegium donatum sabbato à primordio, quo dies ipse cõpertus est, ¹⁴⁵ veniam ieiunij dico. ¹⁴⁶ Quum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, solummodò permisit in parasceue; vt sabbati sequentis ferias pridiana pabuli paratura ieiunio liberaret. Benè igitur quod & causam eandem secutus est Dominus in sabbati, si ita volunt, diei destructione; benè quod & affectum creatoris expressit in sabbati non ieiunandi honore. Denique tunc demum sabbatum destruxisset, etiam ipsum creatorem, si discipulos sabbato ieiunare mandasset aduersus statum scripti & voluntatis creatoris. Sed quoniam discipulos ¹⁴⁷ non constanter tuebatur, sed excusat, quoniam humanam opponit necessitatem quasi deprecatricem, quoniã potiorẽ honorem sabbati seruat non contristandi quàm vacandi, quoniam Dauid comirèsque eius cum discipulis suis æquat in culpa & in venia, quoniam placet illi quia creator indulgit, quoniam de exemplo eius, & ipse tam bonus est, ideò alienus est à creatore? ¹⁴⁸ Exinde obseruat Pharisæi, si medicinas sabbatis ageret, vt accusarent eum; certè quâ sabbati destructorem, non quâ noui Dei professorem: fortalsè enim huc solum articulum vbique ingeram, alium Christum nusquam prædicatum. In totum autem errabant Pharisæi circa sabbati legem, non animaduertentes cõditionaliter eam indidentem ferias operum sub certa specie eorum. Nam quum de die sabbati dicit: Omne opus tuum non facies in ea; dicendo: tuum, de humano opere definit, quod quisque ex artificio vel negotio suo exequitur, nõ de diuino. Opus autem salutis & incolumitatis nõ est hominis, sed Dei proprium, sicut & rursus in lege: ¹⁴⁹ Non facies, inquit, omne opus in ea, nisi quod fiet omni animæ, id est, in causa animæ liberandæ. Quia opus Dei etiam per hominem fieri potest in salute animæ, à Deo tamẽ, quod facturus fuerat & Christus homo, quia & Deus. In hunc ergo sensum legis inducere volens illos, per manus arefactæ restitutionem, ¹⁵⁰ interrogat, *Licetne sabbatis benefacere, an non animam liberare*,

an perire: Vt id operis promittens quod pro anima facturus esset, admoneret eos, quæ D opera sabbati lex prohiberet, humana scilicet, & quæ præciperet, diuina scilicet, quæ fierent animæ omnia, dominus sabbati dictus, quia sabbatum vt rem suam tuebatur. Quod etiam si destruxisset, meritò, quâ dominus, magis ille qui instituit. Sed non omninò destruxit quâ dominus, vt hinc iam apparere possit, ne tum quidem in arcæ circulatione apud Hierichuntem sabbatum à creatore destructum. Nam & illud opus Dei erat, quod ipse præceperat, & quod propter animas disposuerat hominum suorum, in discrimine belli constitutas. Sed & si odium alicubi sabbatorum professus est, vestra sabbata dicendo, hominum ea deputans, non sua, quæ sine Dei timore celebrat populus plenus delictis; labijs Deum diligens, non corde: suis sabbatis, id est, quæcunque disciplina eius agerentur, aliud statum fecit, quæ per eundem postea Propheten vera, & delicata; & non prophananda pronuntiat. Ita nec Christus omninò sabbatum rescindit, cuius legem tenuit, & supra in causa discipulorum pro anima operatus; esurientibus enim solatium cibi indulxit; & nunc *Manum aridam curans*, factis vbique ingerens, Non veni dissoluere legem, sed adimplere, si Marcion hac voce os ei obstruxit. Adimpleuit enim & hic legem, dum conditionem interpretatur eius, dum operum differentiam illuminat, dum facit quæ lex de sabbati feriis excipit, dum ipsum sabbati diem benedictione patris à primordio sanctum, benefactione sua efficit sanctiorem, in quo scilicet diuina præsidia ministrabat, quod aduersarij alijs diebus præstitisset, ne sabbatum creatoris ornaret, ne opera debita sabbato redderet. In quo die si & Helisæus Prophetes Sunamitidis filium mortuum restituit in vitam, vides Pharisæe, tuncque Marcion, olim creatoris esse sabbatis benefacere, animam liberare, non perdere, nihil Christum noui intulisse, quod non sit ex forma, ex lenitate, ex misericordia, ex prædicatione quoque creatoris. Nam & hic specialis medicinæ Prophetiam representat. Inualescunt manus dissolutæ, sicut & genua dissoluta in paralytico.

XIII. ex cod. c. 6. Lucæ. 40. *Isai. 40.*

Luc. 4. *Isai. 52.*

Num. 1. *Isai. 21.* *Psal. 3.*

Luc. 6. *Num. 33.* *Exod. 18.* *Iosue 4.* *Isai. 43.*

Luc. 6. *Gen. 17.* *Num. 13.*

1. Pet. 2. *Isai. 8.* *Luc. 6.*

certè euangelizat Sion & Hierusalem pacem, & bona omnia, certè *ascendit in montem, & illic pernoctat in oratione*, & vtique auditur à patre. Euolue igitur Prophetas, & ordinem totum recognosce. In montem excelsum, inquit Esaias, ascende, qui euangelizans Sion, extolle cum vigore vocem tuam, qui euangelizans, Hierusalem. Adhuc in vigore obstupescabant in doctrina eius, erat enim docens tanquam virtutem habens. Er rursus: Propterea cognosceret populus nomen meum in illa die. Quod nomen nisi Christi? quod? ego sum ipse qui loquebar: Tunc enim ipse erat, qui in Prophetis loquebatur, sermo, filius creatoris. Adsum dum hora est in montibus, vt euangelizans auditionem pacis, euangelizans bona. Item Naum ex duodecim: Quoniam ecce veloces pedes in monte euangelizantis pacem. De voce autem nocturnæ orationis ad patrem manifestè Psalmus: Deus meus clamabo per diem, & exaudies: & nocte, & non in vanitatem mihi. Et alibi de loco & voce eadem, Psalmus: Voce mea ad Dominum exclamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Habes nominis representationem, habes sanctum euangelizantis, habes locum montis, & tempus noctis, & sonum vocis, & auditum patris, habes Christum Prophetarum. Cur autem duodecim Apostolos elegit, & non alium quemlibet numerum? Næ & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum vocibus Prophetarum, sed & argumētis rerum prædicatū. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo: Duodecim fontes Elim; & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis; & duodecim lapides ab Iesu de Iordane electos, & in arcam testamēti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur, proinde vt fontes & amnes, rigaturi aridum retrò & desertum à notitia orbem Nationum, sicut & per Esaiam: Ponam in terra inaquosa flumina. Proinde vt gemmæ, illuminaturi sacram Ecclesiæ vestem, quam induit Christus pōtifex patris. Proinde vt & lapides, solidi fide, quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit, & in sacrarium testamenti sui recepit. Quid tale de numeri defensione cōpetit Christo Marcionis? Non potest simpliciter factum ab illo quid videri, quod potest videri non simpliciter factum à meo. Eius erit res, apud quem inuenitur rei præparatura. Mutat & Petro nomē de Simone; quia & creator Abrahe, & Saræ; & Aufeꝝ nomina reformauit, hūc vocando Iesum, illis syllabas adiuciendo. Sed & quur Petrum? Si ob vigore fidei, multæ materiæ solidæque nomen de suo accommodarent. An quia & petra & lapis Christus? Siquidem & legimus positum eum in lapidem offendiculi, & in petram scandali. Omitto cetera. Itaque affectauit carissimo discipulorum, de figuris suis peculiariter nomen communicare, puto proprius quàm de non suis. *Conueniunt à Tyro & ex alijs regionibus multitudo*

A *tudo etiam transmarina.* Hoc expectabat Psalmus: Et ecce Allophyli & Tyrus, & populus Æthiopū isti fuerunt illic. Mater Siō dicit homo, & homo factus est in illa (quoniam Deus homo natus est) & ædificauit eam volūrate patris: vt scias ad eū tunc Gentiles conuenisse, quia Deus homo natus, erat ædificaturus Ecclesiam ex voluntate patris, ex Allophyli quoque. Sic & Esaias: Ecce isti venient de lōginquo, isti autē venient ab Aquilone & mari, alij autem de terra Persarum. De quibus & rursus: Attolle per circuitū oculos tuos, & vide, omnes congregati sunt. De quibus & infrā: Vides ignotos & extraneos, & dices cordi tuo, Quis istos genuit mihi? Porro hos quis mihi educavit? At hi mihi vbi fuerunt? Hic erit Christus non Prophetarum? Et quis erit Christus Marcionitarum? si peruersitas placet, qui non fuerit Prophetarum. Venio nunc ad ordinarias sententias eius, per quas proprietatem doctrinæ suæ inducit ad edictū (vt ita dixerim) Christi ex cod. c. sti, *Beati mendici* (sic enim exigit interpretatio vocabuli quod in Græco est) *quoniam illi. Lucæ. lorum est regnum cælorum.* Iam hoc ipsum, quod à benedictionibus cœpit, creatoris est, qui vniuersa prout edidit, nulla alia voce quàm benedictionis dedicauit. Eructauit enim, inquit, cor meum sermonem optimum. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & noui quoque Testamēti initiator agnoscitur de veteri exēplo. Quid ergo mirum est, si & ab affectibus creatoris ingressus est per huiusmodi dictionem, semper mendicos, & pauperes, & humiles, ac viduas, & pupillos vsque diligentis, consolantis, asserentis, vindicantis? vt hęc Christi quasi priuatam benignitatem, riuulum credas de fontibus saluatoris. Reuera quò dirigam, nescio, in tanta frequentia eiusmodi vocum, tãquam in sylua, vel in prato, vel in nemore, pomorum, passim, prout incidit, res petenda est. Inclamat Psalmus: Iudicate pupillo & mendico, & humilem & pauperem iustè tractate. Liberate pauperem, & mendicum de manu peccatoris eruite. Item Psalmus septuagesimus primus: Iustitia iudicabit mendicos populi, & faciet saluos filios pauperum. Et in sequentibus de Christo: Omnes nationes seruient ei. Dauid autem vni genti Iudaicæ præfuit, ne quis in Dauid putet dictum, quia & ille susceperat humilem, & necessitatibus laborantibus. Quod liberauit, inquit, à dynasta mendicum, parceret mēdico & pauperi, & animas pauperum saluas faciet: Ex vsura, & iniustitia redimet eorum animas, & honoratum nomen eorum coram ipso. Item: Auertantur peccatores in inferos, omnes nationes quæ Dei obliuiscuntur, quoniam non in finem obliuioni habebitur mendicus, tolerantia pauperum non peribit in finem. Item: Quis sicut Deus noster, qui habitat in excelsis, & humilia prospēctat in cælo & in terra. Qui suscitauit mendicum de terra, & de stercore exaltat pauperem, vt sedere eum faciat cum principibus populi, vtique in regno suo. Sic & retrò in Basilis, Anna mater Samuelis spiritu gloriā Deo reddens: qui, inquit, excitat pauperem de terra, & mendicum, vt sedere eum faciat cū dynasti populi, vtique in regno suo, & in thronis gloriæ, vtique regalibus. Per Esaiam verò quomodo inuehitur in vexatores egenorum? Vos autem ad quid incenditis vineam meam, & rapina mendici in domibus vestris? Cur vos læditis populum meum, & faciem mendicorum cōfunditis? Et rursus: Væ qui scribunt nequitiam, & diripientes iudicata pauperum populi mei. Quæ iudicia quoque & viduis exigit, vt & ipfis egenis solatij. Iudicate pupillo, & iustè tractate viduam, & venite conciliemur, dicit Dominus. Cui tantus affectus in omnem conditionē humilitatis creatoris est; eius erit & regnum quod à Christo repromittitur, ad cuius affectum iam dudum pertinent: ij, quibus repromittitur. Nam etsi putas creatoris quidem terrenas promissiones fuisse, Christi verò cœlestes, benè quòd cælum nullius alterius vsque adhuc Dei apparet, nisi cuius & terra. Benè quòd creator vel minora promisit, vt facilius illi & de maioribus credam, quàm qui nunquam de minoribus prius fidē liberalitatis suæ struxit. *Beati esurientes, quoniam ipsi saturabuntur.* Possem hunc titulum in superiorem transmississe, quòd non alij sunt esurientes, quàm pauperes & mendici, si non & hanc promissionem creator specialiter in Euangelij scilicet sui præstructionem destinasset. Siquidem per Esaiam de eis quos vocaturus esset à summo terræ, vtique Nationes, Ecce, inquit, veni lociter & leuiter aduenient. Velociter, quâ properantes sub finibus temporum. Leuiter, quâ sine oneribus pristinæ legis. Non esurient, neque sitient. Ergo saturabuntur. Quod vtique nisi esurientibus & sitientibus non promittitur. Et rursus: Ecce, inquit, qui seruiunt mihi, saturabuntur, vos autem esurietis. Ecce qui seruiunt mihi, bibent, vos autem sitiētis. Videbimus & contraria ista, an Christo præministrantur: interim quod esurienti-

bus saturitatem repromittit, Dei creatoris est. ¹⁸⁴ *Beati plorantes, quia ridebunt.* Decurre sententiam Esaia: Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in iocunditate, vos autem confundemini. ¹⁸⁵ Ecce qui seruiunt mihi, oblectabuntur, vos autem clamabitis præ dolore cordis. Et hæc contraria apud Christum recognosce. Certè oblectatio & exultatio in iocunditate illis promittitur, qui in diuersa conditione sunt, mœstis & tristibus & anxiiis. Scilicet etiã Psal. cxxv. *Qui seminant, inquit, in lacrymis, in exultatione metent.* Porrò tam exultantibus & iocunditatem capientibus risus accedit, quàm mœrentibus & dolentibus fletus. Ita creator materias risus & fletus prædicans, risuros plorantes prior dixit. Igitur qui à cõsolatione pauperum, & humilium, & esurientium, & flentium exorsus est, statim se illum repræsentare gestiuit, quem demonstraerat per Esaia: Spiritus Domini super me, ¹⁸⁶ propter quod vnxit me ad euangelizandum pauperibus. Beati ^a mœdici, quoniam illorum est regnum cœlorum, Misit me, curare obritos corde. Beati ^b qui esuriunt, quoniã ipsi saturabuntur; ¹⁸⁷ Aduocare languentes. Beati ^c qui plorant, quoniam ridebunt; Dare lugentibus Sionis gloriam, pro cinere vnguenti iocunditatem, & gloriæ habitum pro spiritu tædij. Hæc si statim admissus Christus administruit, aut ipse est qui se ad hæc venturum prædicauit: aut si nondum venit qui prædicauit, ridiculè, sed necessariè dixerim, fortasè mandauerit Christo Marcionis. ¹⁸⁸ *Beati eritis quum vos odio habebunt homines, & exprobrabunt, & euertent nomen vestrum, velut malum, propter filium hominis.* Hac pronuntiatione sine dubio ad tolerantiã exhortatur. *Quid minus creator per Esaia? Ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum ne minuamini. Quæ ignominia, quæ nullificatio? quæ futura erat propter filium hominis. Quem istum? qui est secundum creatorem. Vnde probabimus? Excidio in ipsum quoque prædicato? sicut per Esaia ad auctores odij Iudæos: Propter vos blasphematur nomen meum in Nationibus. ¹⁹⁰ Et alibi: Sancite eum qui circumscribit animam suam, qui aspernamento habetur à Nationibus, famulis, & magistratibus. Si enim odium in illum filium hominis prædicabatur, qui secundum creatorem est, Euangelium autem nomen Christianorum, vtiq; à Christo deductum, odio futurum contestatur, propter filium hominis, quod est Christus, eum filium hominis in causa odij constituit, qui erat secundum creatorem, in quem odium prædicabatur. Et vtiq; si nondum venisset, non potuisset nominis odium, quod agitur hodie, ¹⁹¹ personam nominis antecessisse. Nam & sancitur penes nos, & animam suam circumscribit, propter nos eam ponens: & aspernamento habetur à Nationibus. Et qui natus est, ipse erit filius hominis, propter quem & nomen nostrum recufatur. [¹⁹² *Secundum hæc, inquit, faciebant Prophetis patres eorum.* O Christum versipellem, nunc destructorem, nunc asfertorem Prophetarum, destruebat vt æmulus, cõuertens discipulos eorum, sibi assererat vt amicus, suggillans insectatores eorum. Porrò in quantum nõ congruisset Christo Marcionis assertio Prophetarum, ad quorum venerat destructione; in tantum congruit Christo creatoris suggillatio in insectatores Prophetarum, quos in omnibus adimplebat, vel quia magis creatoris est delicta patrum filiis exprobrare, quam eius Dei qui nec propria cuiusque castigat. Sed non statim, inquis, Prophetas tuebatur, si iniquitatem Iudæorum affirmatam volebat, quòd nec cum Prophetis suis piè egissent. Atquin nulla hæc iniquitas exprobranda erat Iudæis, laudandis potiùs & probandis si eos figurauerunt, ad quorum destructionem post tantum æui Deus optimus motus est. Sed puto iam & non optimus, iam aliquid & cum creatore moratus, nec in totum ¹⁹³ Epicuri Deus. ¹⁹⁴ Ecce enim demutat in maledictionem, & ostendit eum se esse qui nouit offendi & irasci: *Væ enim dicit.* Sed sit nobis quæstio de verbi istius qualitate, quasi non tam maledictionis sit quàm admonitionis. Et quid causæ interest, quando & admonitio nõ sit sine aculeo comminationis, maxime per Væ amarior facta? Et admonitio autem & comminatio, ¹⁹⁵ eius erunt qui norit irasci. Nemo enim admoñebit & nemo comminabitur, ne quid faciat, nisi qui factum vindicabit. Nemo vindicabit, nisi qui norit irasci. Alij agnoscunt quidem verbum maledictionis, sed volunt Christum sic Væ pronuntiasse, non quasi ex sententia sua propriè, sed quòd Væ à creatore sit, & voluerit illis asperitatem creatoris opponere, quo suam supra in benedictionibus ¹⁹⁶ sufferentiam commendaret. Quasi non creatori cõpetat, quã vtrunque præstanti & bonum Deum & iudicem, vt quia præmiserat in benedictionibus benignitatem, subiiceret etiam in maledictionibus seueritatem, amplitudinem disciplinæ vtriusque instruendæ, tam ad benedictionem sectandam, quàm ad maledictionem præcauendam. Nam & ita præmiserat: ¹⁹⁷ Ecce posui ante vos benedictionem & maledictionem. Quod*

A Quod etiam in hæc Euangelij dispositionem portendebat. Alioquin qualis est ille, qui vt suam insinuaret bonitatem, creatoris opposuit asperitatem? ¹⁹⁸ Infirmã cõmendatio est, quæ de alterius destructione fulcitur. Atquin opponens asperitatem creatoris, timendum eum confirmauit. Si timendum, magis vtiq; obaudiendum quàm negligendum. Et incipit iam Christus Marcionis creatori docere. Tunc, si ¹⁹⁹ Væ creatoris est quod in diuites spectat, ergo Christus non est diuitibus offensus, sed creator: & ratas habet Christus diuitum causas, superbiam dico, & gloriam & sæculi studia, & Dei incuriam, per quæ Væ merentur à creatore. Sed quomodo non eiusdem sit diuites reprobare, qui supra mendicos probat? Nemo non contrarium eius quod probauerit reprobat. Itaque si creatori deputabitur maledictio in diuites, eiusdem defenderet benedictio in mendicos: & totum iam opus Christi, creatoris est. Si Deo Marcionis ascriberetur benedictio in mendicos, eiusdem imponetur & maledictio in diuites: & erit par iam creatoris tã bonus quàm & iudex: nec erit iam discrimini locus quo duo Dei sunt: sublatoque discrimine, supererit vnum Deum renuntiare creatorem. Igitur Væ, si & vox maledictionis est, vel alicuius austerioris inclamationis, & à Christo dirigitur in diuites, debeo creatorem diuitum quoque aspernatorem probare, sicut probaui mendicorum aduocatores: vt Christum in hac quoque sententia creatoris ostendam ²⁰⁰ locupletantis Salomonem. Sed quia permissa sibi optio: ²⁰¹ maluit ea postulare quæ sciebat Deo grata, sapientiam, & meruerat etiam diuitias consequi, quas non magis voluit: quanquam & diuitias præstare non incongruens Deo sit, per quas & diuites solatio iuantur, & multa inde opera iustitiæ & dilectionis administrantur.

B Sed accidentia vitia diuitiis illa in Euangelio quoque *Væ diuitibus* asseribunt: ²⁰² *Quoniam, inquit, recepistis aduocationem vestram.* Vtiq; ex diuitiis, de gloria earum & secularibus fructibus. Itaque in Deuteronomio Moyses. ²⁰³ Ne, inquit, quum manducaueris, & repletus fueris, & domos magnas ædificaueris, pecoribus, & bubus tuis multiplicatis, & pecunia & auro, exaltetur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui. ²⁰⁴ Quemadmodum & Ezechiam regem thesauris inflatum, & de eis potius quàm de Deo gloriatum apud illos qui ex Perfide aduenerant, insilit per Esaia. Ecce dies veniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt: & quæ patres tui congeserunt, in Babylonem transferentur. ²⁰⁵ Sic & per Hieremiam quoque edicit: Ne gloriatur diues in diuitiis suis, & qui gloriatur, scilicet in Deo gloriatur. ²⁰⁶ Sic & in filias Sionis inuehitur per Esaia, cultu & diuitiarum abundantia inflatas, ²⁰⁷ comminabundus & alibi nobilibus & superbis. Dilatauit orcus animam suam, & aperuit os suum, & descendit in clyti, & magni, & diuites, (Hoc erit Christi Væ super diuites) & humiliabitur homo, vtiq; exaltatus diuitiis, & inhonorabitur vir, vtiq; ob substantiam honorabilis. ²⁰⁸ De quibus & rursus: Ecce Dominus virtutum cõuertabit gloriosos cum valentia, & elati comminuetur, & ruent gladio sublimes, qui magis quàm diuites? Quia receperint scilicet aduocationem suam, gloriam & honorè, sublimitatem ex diuitiis. A quibus auertens nos & in Psalm. XLVII. Ne timueris, inquit, quum diues factus fuerit homo, & quum abundabit gloria eius, quoniam quum morietur, nõ tollet omnia, nec descendet cum illo gloria sua. ²⁰⁹ Item in LXI. Ne desideraueritis diuitias, & si relucet ne adieceritis cor. Idipsum postremò verbum, Væ, olim per Amos in diuites affluentes deliciis destinatur: ²¹⁰ Væ, inquit, qui dormiunt in lectis eburneis, & deliciis fluunt in thoris suis, qui edunt hæcos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus bouum lactantes, complaudentes ad sonum organorum: tanquam perseuerantia depurauerunt, & non tanquam fugientia, qui bibunt vinum liquatum, & vnguentis primariis vnguuntur. Igitur & si tantummodò dehortantem à diuitiis ostenderem creatorem, non etiam prædamnatam diuites etiam verbo ipso quo & Christus, nemo dubitaret ab eodem adiectam in diuites comminationem per Væ Christi, à quo ipsarum materiarum, id est, diuitiarum dehortatio præcurrisset. comminatio enim dehortationis accessio est. ²¹¹ Ingerit Væ etiam saturatis, quia esurient etiam videntibus nunc, quia iugebunt. His respõdebunt illa quæ supra benedictionibus opposita sunt apud creatorem. Ecce qui mihi seruiunt saturabuntur, vos autem confundemini, vtiq; ploraturi qui nunc ridetis. Sicut enim in Psalmo: *Qui seminant in lacrymis, in læticia metent:* ita in Euangelio: *Qui in risu seminant, scilicet lætitia, in lacrymis metent.* Hæc olim creator simul posuit, Christus solummodò distinguendo, non mutando renouauit. ²¹² *Væ quum vobis benedixerint homines, secundum hæc faciebant & Pseudoprophetis patres illorum.* Equè creator benedictionis & laudis humanæ sectatores inculcat per Esaia:

J.ii.3. ²¹² Populus meus qui vos beatos dicunt, seducunt vos, & vias pedum vestrorum disturbant. Prohibet & aliàs fidere omnino in hominem, sic & in laudē hominis, vt per Hieremiam; Maledictus homo qui spem habet in homine. ²¹³ Nam & in Psalmo cxvii. Bonum est fidere in Dominum, quàm fidere in hominē. Et bonū est sperare in Dominum, quàm sperare in principes. Ita totum quod ab homine captatur, ²¹⁴ abduxit creator, nedum benedictionem. Pseudoprophetas autem laudatos siue benedictos à patribus eorum, tam eius est exprobrare, quàm Prophetas vexatos & recufatos: sicut iniuriæ Prophetarum nō pertinuisent ad Deum ipsorum, ita nec gratiæ Pseudoprophetarū displicuisēt, nisi Deo *xvi. de Prophetarum.* [²¹⁵ *Sed vobis dico, inquit, qui auditis:* ostendens hoc olim mandatum à creatore, ²¹⁶ *Loquere* in aures audiētium. ²¹⁷ *Diligite inimicos vestros & benedicite eos qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos calumniantur.* Hæc creator vna pronūtiatione clusit per Esaiam: *4. Esai. 15.* ^b *Dicite, fratres nostri estis, eis qui vos oderūt. Si enim qui inimici sunt, & oderūt, & maledicunt, & calumniantur, fratres appellandi sunt, vtique & benedici odientes, & orari pro calumniatoribus iussit, qui eos fratres deputari præcepit. Nouam planē patientiā docet Christus, etiam vicem iniuriæ cohibens permissam à creatore; oculum exigente pro *Exod. 21.* ²¹⁸ *oculo, & dentem pro dente;* ²¹⁹ *contra ipse alteram amplius maxillam offerri iubens, & super tunicam pallio quoque cedi.* Planē hæc Christus adiecit, vt supplementa consentanea disciplina creatoris. Atque aded hoc statim renuntiandum est, an disciplina patientiæ prædicatur penes creatorem. Sic per Zachariā præcepit, ²²⁰ *ne vnusquisque malitiæ fratris sui meminerit, sed nec proximi.* Nam & rursus: *Malitiam, inquit, proximi sui vnusquisque ne recogitet. Multo magis patientiam indixit iniuriæ, qui indixit obliuionem. Sed & quum dicit: Mihi vindictam, & ego vindicabo: proinde patientiam docet vindictæ expectatricem.* ²²¹ *In quantum ergo non capit, vt idem videatur, & dentem pro dente, oculum pro oculo, in vicem iniuriæ exigere, qui non modò vicem, sed etiam vltionem, etiam recordationem & recogitationem iniuriæ prohibet: in tantū aperitur nobis quomodo oculum pro oculo, & dentem pro dente censuerit, non ad secundam iniuriam talionis permittendam, quam prohibuerat interdicta vltione; sed ad primam coercendam, quam prohibuerat talione opposito, vt vnusquisque respiciens licentiam secundæ iniuriæ, à primâ semetipsum cōtineret. Facilius enim vim comprimere scit repræsentatione talionis, quàm reprimissione vltionis. Vtrumque autem constituendum fuit pro natura & fide hominum: vt qui Deo crederet, vltionem à Deo expectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret. Hanc legis voluntatem de intellectu laborantem, dominus & sabbati & legis & omniū paternarum dispositionum Christus & reuelauit, & compotem fecit, mandans alterius quoque maxillæ oblationem, vt tanto magis vicem iniuriæ extingueret; quam & lex per talionem voluerat impedisse, certè quam Prophetia manifestè coercuerat, & memoriam iniuriæ prohibens, ²²² *& vltionem ad Deum redigens.* Ita si quid Christus intulit, non aduersario, ²²³ *sed adiutore præcepto, nō destruxit disciplinas creatoris. Denique si in ipsam rationem patientiæ præcipiendæ, & quidem tam plenè atque perfectè considerem, non consistet, si non est creatoris, qui vindictam reprimittit, qui iudicem præstat. Alioquin si tantum patientiæ pondus non modò non reperciendi, sed & aliam maxillam præbendi, & non modò non remaledicendi, sed etiam benedicendi, & non modò non retinendi tunicam, sed amplius & pallium concedendi, is mihi imponit qui non sit me defensor, in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est vltio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse nō præstat: aut si mihi non permittebat, ipse præstaret. Quoniam & disciplinæ interest iniuriam vindicari. ²²⁴ *Metu enim vltionis omnis iniquitas refrenatur. Ceterum passim emissa libertate dominabitur, vtrumque oculum effosura, & omnem dentem excitatura præ impunitatis securitate. Sed hoc est Dei optimi & tantum boni, patientiæ iniuriam facere, violentiæ ianuam pandere, probos non defendere, improbos nō coercere. ²²⁵ *Omni petenti te, dato, vtique indigenti: vel tanto magis indigenti, si etiam & abundantanti. Ne quis ergo indigeat, in datorem paratam habes in Deuteronomio formam creatoris: Non erit, inquit, in te indigens: ²²⁶ *vti benedicens benedicat te Dominus Deus tuus: Datorem scilicet, qui fecerit non esse indigentem. Et plus hinc, non enim petenti iubet dari. Sed nō sit, inquit, indigens in te, id est, cura vltro ne sit. quo magis petenti præiudicat dandum, etiam in sequentibus: Si autem fuerit indigens è fratribus tuis, non auertes cor tuum, nec constringes manum tuam à fratre tuo indigente. Aperiens aperies illi manum, scœnus scœnerabis illi quantum desiderarit.******

A desiderarit. scœnus enim nisi petenti dari non solet. ²²⁶ Sed de scœnore postmodum. Nunc si qui voluerit argumentari, creatorem quidem fratribus dari iussisse, Christum verò omnibus petētibus, vt hoc sit nouum atque diuersum, immò vnū erit ex his per quæ lex creatoris erit in Christo. Non enim aliud Christus in omnes præcipit, quàm quod creator in fratres. Nam & si maior est bonitas quæ operatur in extraneos, sed non prior ea quæ antè debetur in proximos. Quis enim poterit diligere extraneos? Quod si secundus gradus bonitatis est in proximos, qui in proximos primus est, eiusdem erit secundus gradus cuius & primus, facilius quàm vt eius sit secundus, cuius non existit primus. Ita creator & secūdū naturæ ordinem primū in proximos docuit benignitatem, emissurus eam postea in extraneos: & secundum rationem dispositionis suæ, primò in Iudæos, postea & in omne hominum genus. Ideoque quamdiu intra Israël em erat sacramētum, meritò in solos fratres misericordiam mandabat. At vbi Christo ²²⁷ dedit gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ, & cepit expūgi quod dictū est per Osce: ²²⁸ *Non populus meus, populus meus: & non misericordiam consequuta, misericordiam consequuta, Natio scilicet: exinde Christus in omnes legem paternæ benignitatis extendit, neminem excipiens in miseratione sicut in vocatione. Ita & si quid amplius docuit, hoc quoque in hæreditatem gentium accepit. ²²⁹ *Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis.* In isto præcepto vtique alia pars eius subauditur: Et sicut vobis nō vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis. Hoc si nouus Deus & ignotus retrò, & nondum planè editus præcepit, qui me nulla antehac institutione formauerit, qua prius scireim quid deberē mihi velle vel nolle, **B** atque ita & aliis facere, quæ mihi vellem: nō facere, quæ & mihi nollem, ²³⁰ passiuatatem sententiæ meæ permisit, nec astrinxit me ad conuenientiam voluntatis & facti, vt id aliis faciam quod mihi velim, & id nec aliis faciam quod mihi nolim. Nō enim definit quid mihi atque aliis debeam velle vel nolle, vt ad legem voluntatis patem factum, & possim alij non præstare, quod ab alio mihi velim præstitum, amorem, obsequium, solatium, præfidiū, & eiusmodi bona: proinde & alij facere quod ab alio mihi fieri nolim, vim, iniuriā, contumeliam, fraudem, & eiusmodi mala. Denique hac incōuenientia voluntatis & facti, ²³¹ agunt Ethnici nondum à Deo instruiti. ²³² Nam etsi natura bonum & malum notum est, non tamen Dei disciplina: à qua cognita, tunc demum conueniētia voluntatis & facti ex fide, vt sub metu Dei agitur. Itaque Deus Marcionis quum maximè reuelatus sit, tamē reuelatus non potuit huius præcepti, de quo agitur, tam strictum, & obscurum, & cœcum adhuc, & facilius pro meo potius arbitrio interpretandum, compendium emittere, ²³³ cuius nullam præstruxerat distinctionem. At enim creator meus & olim & vbiq; præcepit indigentes, pauperes, & pupillos, & viduas, protegi, iuuari, refrigerari: sicut & per Esaiam, ²³⁴ *Infringito esurienti panem tuum, & mendicos qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito: & nudum si videris tegito. Item per Ezechielem de viro iusto, Panem suum dabit esurienti, & nudum conteget. Satis ergo iam tunc me docuit ea facere aliis, quæ mihi velim fieri. Proinde denuntians, Non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit ne faciam aliis quæ fieri mihi nolim: & ided ipse erit præceptum in Euangelio, qui illud retrò & præstruxit & distinxit, & ad arbitrium disciplinæ suæ disposuit: & meritò iam compendio subtrinxit, quoniam & aliàs recisum sermonē *Isai. 10.* ^{XVII.} *facturus in terris Dominus, id est, Christus prædicabatur. [Hic nunc de scœnore quū interponit, ²³⁵ *Et si scœneraueritis à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? percurte sequentia Ezechiele de eodem viro iusto. ²³⁷ Pecuniam, inquit, suam scœnori non dedit, & quod abundauerit non sumet: scœnoris scilicet redundantiam quod est vsura. Prius igitur fuit vt fructum scœnoris eradicaret, quò facilius assuefaceret hominem ipsi quoque scœnori si fortè perdendo, cuius fructum didicisset amittere. Hanc etenim dicimus operam legis fuisse procurantis Euangelio. Quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinæ Christianæ nitorem, primis quibusque præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat. Nam & supra, ²³⁸ *Et pignus, inquit, reddet, vtique si non sit soluendo: quia solutori vtique pignus restituendum esse, vtrum homo scriberet? Multò manifestius in Deuteronomio: ²³⁹ *Non dormies super pignus eius. Redditione reddes illi pallium circa solis occasum, & dormiet in pallio suo. ²⁴⁰ Adhuc clariùs supra. Dimittes omne debitum quod tibi proximus debet, & fratrem tuum non reposes: quoniam remissio Domini Dei tui inuocata est. Porro quū debitū dimitti iubet, ²⁴¹ vtique non exsoluero plus enim est; & si exsoluero, quū reposesci vetat, quid aliud docet quàm nō exsolueros scœne-******

Luc. 6. remus, qui tam detrimentum scœnori indixit? ²⁴² *Et eritis filij Dei.* Nihil impudentius, si ille D nos sibi filios faciet, qui nobis filios facere non permittit, auferendo connubium. Quomodo in id nomen alleciturus est suos, quod iam erasit? Filius spadonis esse nō possūm, maxime quum patrem habeam eundem quem & omnia. Nam tam patrem omnium qui conditor vniuersitatis, quā spado qui nullius substantiæ conditor. Et si marem ac scœminā nō miscuisset creator, & si non vniuersis quoque animalibus filios cōcessisset, hoc eram eius ante paradysum, ante delictum, ante exiliū, ante duos, vnum. denuō factus filius sui statim quum me manibus enixus est, quum de suo halitu mouit. Ille me nunc rursus filium nuncupat, iam non in animam, sed in spiritum pariens. ²⁴³ *Quia ipse,* inquit, *suauis est aduersus ingratos & malos.* ²⁴⁴ Enge Marcion, satis ingeniosè detraxisti illi; pluuias & soles, ne creator videretur. Sed quis iste suauis, qui ne cognitus quidem vsque adhuc? quomodo suauis à quo nulla beneficia præcesserant? Hoc genus suauitatis, qua soles & imbres qui scœnerauerat, non recepturus ab humano genere vt creator; qui pro tanta elementorum liberalitate facilius idolis quā sibi debitū gratiæ referētes homines vsque adhuc sustinet. Verè suauis etiā spiritualibus cōmodis. ²⁴⁵ Eloquia enim Domini dulciora super mel & fauos. Ille igitur & ingratos suggillauit, qui gratos experiri merebatur. Cuius solem & imbres tu quoque Marcion ingratos habuisti. Ceterū tuus non poterat iam queri ingratos, qui non parauerat gratos. Misericordiam quoque præcipiens. ²⁴⁶ *Estote,* inquit, *miseri cordes, sicut pater vester misericors est vesteri.* Hoc erit, Panem infringito esurienti, & medicos sine tecto in domum tuam inducito, & nudū si videris tegito, & iudicate pupillo, & iustificate viduā. Agnosco doctrinam eius veterem, qui mauult misericordiā, quā sacrificiū. Aut si alius nunc misericordiam præcepit, quia & ipse misericors sit, cur tanto æuo misericors mihi non fuit? ²⁴⁷ *Nolite iudicare ne iudicemini. Nolite condemnare ne condemnemini. Dimitte & dimitte tibi. Date & dabitur vobis, mensuram bonam, pressam, ac florem dabit in sinum vestrum. Eadem qua mensi eritis mensura, remerietur vobis.* Vt opinor, hæc ²⁴⁸ retributionē pro meritis prouocatam sonant. A quo ergo retributio? Si ab hominibus tantū: ergo humanam docet disciplinam & mercedem, & in totū hominibus obediemus. Si à creatore vt à iudice, & dispendio meritorum: ergo illi nostrum impellit obsequium, apud quem cōstituit retributionem captandam vel timendam, prout quisque iudicauerit, aut cōdenauerit, aut dimiserit, aut mēsus fuerit. Si ab ipso: ergo & ille iā iudicat, quod Marcio negat. Eligāt itaque Marcionitæ, ne tanti sit de magistris regula excidere, quā Christum aut hominibus aut creatori docentem habere. ²⁴⁹ *Sed cæcus cæcum ducit in foueam.* Credūt aliqui Marcioni. Sed non est discipulus super magistrū. Hoc & meminisse debuerat Apelles, Marcionis de discipulo emēdator. *Eximat & de oculo suo trabem hæreticus, tunc in oculo Christiani, si quam putat stipulam, reuincat.* Proinde & arbor bona nō proferat malū fructum, quia nec veritas hæresim: nec mala bonum, quia nec hæresis veritatem. Sic nec Marcio aliquid boni de thesauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de Marcionis. multo enim hæc cōgruentius in ipsos interpretabimur, ²⁵⁰ quæ Christus in homines allegorizauit, nō in duos Deos, secundum scandalū Marcionis. Puto me nō temerè huc vsque adhuc lineæ insistere, qua definitio nusquam omninō alium Deum à Christo reuelatum. ²⁵¹ In hoc solo adulteriū Marcionis manus stupuisse miror, nisi quod etiā larrones timent. Nullū maleficium sine formidine est, quia nec sine cōscientia sui. Tam diu ergo & Iudæi nō alium Deum norant, quā prater quem neminē adhuc norant: nec alium Deum appellabant, quā quem solū norāt. Si ita est, quis videbitur dixisse, ²⁵² *quid vocatis Domine Domine?* Vtrūme qui nunquam hoc fuerat vocatus, vt nusquā adhuc æditus? An ille qui semper Dominus habebatur, vt à primordio cognitus? Deus scilicet Iudæorum. Quis itē adiecit potuisset, & non facitis quæ dico? Vtrūme qui cum maximè edogere tentabat: an qui à primordio ad illos & Legis & Prophetarum eloquia mandauerat? Qui & inobaudientiam illis exprobrare posset, etiam si nunquam aliā exprobrasset. Porro qui ante Christum, Populus iste me labijs diligit, cor autem eorum longè absistit à me, concionatus est, veterem vtique illis contumaciam imputabat. Alioquin quā absurdum, vt nouus Deus nouus Christus, nouæ tantæque religionis illuminator, contumaces & inobsequentes pronuntiaret, quos non potuisset experiri.

XVIII. [²⁵³ Proinde extollenda fide Centurionis, incredibile si is professus est talem se fidem nec in Israël inuenisse, ad quem non pertinebat fides Israël. Sed nec exinde pertinere poterat adhuc curda vt probaretur vel compararetur, ne dixerim adhuc nulla. Sed cur non licuerit illi alienæ fidei exemplo vti? Quoniam si ita esset, dixisset talem fidem nec in Israël vnquam

A vnquam fuisse: ceterū dicēs talem fidem debuissē inueniri in Israël, quique ad hoc venisset, vt eam inueniret, Deus scilicet & Christus Israël, quam nō sugillasset, nisi exactor & sectator eius. Æmulus verò etiam maluisset eam talem inuentam, ad quā infirmam & destruendam magis venerat, non ad comprobendam. ²⁵⁴ *Resuscitauit & mortuum filium ibidem.* videtur, non nouum documentum. Hoc & Prophetæ creatoris ædiderant, quāto magis filius? Ad eō autem in illud vsque momenti, nullum alium Dominus Christus intulerat, vt omnes illic creatori gloriā retulerint, dicētes: ²⁵⁵ *Magnus Prophetes prodijt in nobis, & respexit Deus populū suum.* Quis Deus? vtique cuius populus, & à quo Prophetæ. Quod si illi quidem creatorem glorificabant, Christus verò & audiens & sciens non corripuit, & quidem in tanto documento mortui resuscitati creatorem adhuc orantes, sine dubio aut non alium circumferebat Deum, quā quē in suis beneficiis atque virtutibus honorari sustinebat: aut quale est vt illos tam diu errantes sustineret, ad hoc veniens vt errori eorum mederetur? ²⁵⁶ Sed scandalizatur *Ioannes auditus virtutibus Christi* vt alterius. At ego rationē scādali prius expediam, quō facilius hæretici scādalum explodam. Ipso iam Domino virtutū sermone & spiritu patris operāte in terris, & prædicante, necesse erat portionem spiritus sancti, quæ ex forma prophetici moduli in Ioanne egerat ²⁵⁷ præparaturam viarum Dominicarum, abscedere iam ab Ioanne, redactam scilicet in Dominum, vt in massalem suam summam. Itaque Ioannes communis iam homo & vnus iam de turba, scandalizabatur quidem quā homo, sed non quā alium Christum sperans vel intelligens, qui neque vnde speraret vt nihil noui docentem vel operantem. Nemo hæsitauit de aliquo, quem dum scit non esse, nec sperat nec intelligit. Ioannes autem certus erat neminem Deum præter creatorem, vel quā Iudæus, etiam Prophetes planè facilius quāsi hæsitauit de eo, quem quum sciat esse, an ipse sit nesciat. Hoc igitur metu & Ioannes, ²⁵⁸ *Tu es,* inquit, *qui venis, an alium expectamus?* Simpliciter inquirens an ipse venisset quem expectabat, Tu es, qui venis, id est, qui venturus es, an alium expectamus? Id est, an alius est quem expectamus, si non tu es quem venturum expectamus? Sperabat enim sicut omnes opinabantur ex similitudine documentorum, potuisse & Prophetam interim missum esse, à quo alius esset, id est, maior ipse scilicet Dominus, qui venturus expectabatur. Atque ad hoc erat Ioannis scandalum, quod dubitabat ipsum venisse quem expectabāt, quem & prædicatis operationibus agnouisse debuerant; ²⁵⁹ *vt Dominus, per easdem operationes agnoscendum se nuntiauerit Ioanni.* Quæ quum constet prædicata in Christum creatoris, sicut ad singula ostendimus, satis peruersum, vt Christum non creatoris per ea renuntiarit intelligendum, per quæ magis Christum creatoris agnosci compellebat. Multo peruersius, ²⁶⁰ si & testimonium Ioanni perhibet, non Ioannis Christus, Prophetam eum confirmans, immò & supra, ²⁶¹ *vt angelum, ingerens etiam scriptum super illo: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam.* Eleganter ad superiorem sensum, scandalizati Ioannis commemorans Prophetiam: vt confirmans præcursorem Ioannem iam aduenisse, extingueret scrupulum interrogationis illius, Tu es, qui venis, an alium expectamus? Præcursores enim iā functo officium, præparata via Domini, ipse erat intelligendus, cui præcursor ministrauerat, ²⁶² *Maiores quidem omnibus natis mulierum, sed non idē subiecto, ei qui minor fuerit, in regno Dei;* quasi alterius sit Dei regnū, in quo modicus quis maior erit Ioanne: alterius Ioanes, qui omnibus natis mulierum maior sit. Siue enim de quocunque dicit modico per humilitatem, siue de semetipso, quia minor Ioanne habebatur, omnibus scilicet in solitudinem concurrentibus ad Ioannem potius quā ad Christum: Quid existis videre in solitudinem? tantundem & creatori competit, & Ioannem ipsius esse maiorem natis mulierum, & Christum vel quemque modicum, qui maior Ioanne futurus sit in regno æquè creatoris, & qui sit maior tanto Propheta, qui non fuerit scandalizatus in Christum, quod tunc Ioannem minuit. ²⁶³ Diximus de remissa peccatorum. ²⁶⁴ Illius autem peccatricis ²⁶⁵ *scœminæ* argumētum eō pertinebit, vt quum *pedes Domini osculis figeret, lacrymis inūdaret, crinibus detergeret, unguento perduceret,* solidi corporis veritatem non phantasma inane traetauerit. ²⁶⁶ Et vt peccatricis pœnitentia, secundum creatorem meruerit; veniam præponere solitum sacrificio. Sed & si pœnitentiæ stimulus ex fide acciderat, per pœnitentiam ex fide iustificatam, ab eo audiit, *Fides tua te saluam fecit,* qui per Abacuc pronuntiarat, ²⁶⁷ *Iustus ex fide sua viuict.* Quod diuites Christo mulieres adharebant, quæ de facultatibus suis ministrabant ei, inter quas & vxor regis procuratoris; de Prophetia est. ²⁶⁸ *Has enim vocabat per Esaiam: Mulieres diuites exsurgite, & audite vocem meam;* ²⁶⁹ *Isai. 32.*

vt discipulas primò, dehinc vt operarias & ministras ostenderet, filia in spe audite sermo. **D** nes meos. Dies anni mementote cum labore in spe. Cum labore enim quo sequebatur, & ob spem, ministrabant. *Æ*què de parabolis semel sufficiat probatum, hoc genus eloquij à creatore promissum. ²⁶⁹ At nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum: Aure audietis & non audietis, dedit Christo frequenter inculcare, *qui habet aures audiat*. Nò quasi ex diuersitate auditum permetteret Christus, quem ademisset creator: sed quia còminationem exhortatio sequebatur, Primò aure audietis, & nò audietis, dehinc qui habet aures audiat. Non enim audiebāt vtrò qui aures habebāt: sed ostēdebat aures cordis necessarias, quibus illos audituros negarat creator. Et idè per Christum adiicit, ²⁷⁰ *Videte quomodo audiat & non audiat*: non corde scilicet audientes, sed aure. Si dignum sensum pronuntiationi accomodes pro sensu eius qui auditui suscitabat, etiam dicēdo, Videte quomodo audiat, nò audietis minabatur. Sanè nominatur mitissimus Deus, quia nec iudicat, nec irascitur. Hoc probat etiam subiaccens sensus. ²⁷¹ *Ei qui habet dabitur, ab eo autem qui non habet, etiā quod habere se putat auferetur ei*. Quid dabitur? Adiectio fidei, vel intellectus, vel salus ipsa. Quid auferetur? Vtique quod dabitur, a quo dabitur, & auferetur: Si à creatore auferetur, ab eo & dabitur. Si à Deo Marcionis dabitur, ab eo & auferetur. quoquo tamen nomine còminatur ablationem, non erit eius Dei qui nescit còminari, quia nò nouit irasci. ²⁷² Miror autem quum *lucernam negat abscondi solere*, qui se tanto seculo absconderat maius & necessarius lumē, quum omnia de occulto in apertū repromittit, qui Deū suum vsque adhuc obumbrat, expectans opinor nasci Marcionem. Venimus ad cōstantissimum argumentum omnium qui Domini natiuitatem in controuersia deferunt. ²⁷³ Ipse, inquit, *contestatur se non esse natum, dicendo, Quæ mihi mater, & qui mihi fratres?* ²⁷⁴ Ita semper hæretici aut nudas & simplices voces, coniecturis quò volunt rapiunt: aut rursus cōditionales & rationales, simplicitatis conditione dissoluunt, vt hoc in loco. Nos contrariò dicimus, primò non potuisse illi *annuntiarī, quòd mater & fratres eius foris starent quærentes videre eum*, si nulla illi mater & fratres nulli fuissent, quos vtiq; norat qui annūtiarāt, vel retrò notos, vel tunc ibidem compertos, dum eū videre desiderāt, vel dum ipsi nuntium mandant. Ad hanc primam propositionem nostram solet ex diuerso responderi, *Quid enim si tentandi gratia nuntiatum est ei?* Sed hoc scriptura non dicit, quæ quanto significare solet ex tēratione quid factum. ²⁷⁵ Ecce legis doctor assurrexit tentans, eū & de tributi consultatione: Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum: tanto vbi non facit tentationis mentionē, non admittit tentationis interpretationem. Et tamen ex abundanti causas tentationis expostulo, cui rei tentauerint illum, per nominationem matris & fratrum. Si vt scirēt naturæ esset, an non: quando de hoc fuit quæstio quam ex ista tēratione discuterent? *Quis autem dubitaret natū, quem videret hominē? Quem audisset filium se hominis professum: Quem de cōspectu omnis humanæ qualitatis dubitaret Deū, aut filiū Dei credere, Propheten facilius existimantes licet magnum aliquem vtiq; tamen natum. Etiam si in exploratione natiuitatis tentandus fuisset, quodcunque aliud argumētum tentationi competisset, quàm per earum personarum mentionem quas potuit etiā natus non habere. Dic mihi, omnibus natis mater adiuuit: omnibus natis adgenerantur & fratres: nò licet patres magis & sorores habere, vel & neminē?* ²⁷⁶ Sed & census cōstat actos sub Augusto nunc in Iudæam per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuissent. Ad eò nullo modo constitit ratio tentationis istius. Et verè mater & fratres eius foris stabāt. Superest & inspicere sensum nò simpliciter pronūtiantis; *Quæ mihi mater aut fratres?* quasi ad generis & natiuitatis negationem; sed & ex causæ necessitate & conditione rationali. Tā proximas enim personas foris stare extraneis intus defixis ad sermones eius, amplius & auocare eū à solenni opere quærentes, meritò indignatus est, nò tā abnegauit quàm abdicauit. Atque ad eò quū præmisisset: *Quæ mihi mater & qui mihi fratres?* subiūgens, *nisi qui audiunt verba mea & faciunt ea*, trāstulit sanguinis nomina in alios, quos magis proximos pro fide iudicaret. Nemo autem transfert quid, nisi ab eo qui habet id quod transfert. Si ergo matrem & fratres eos fecit qui non erant, quomodo negauit eos qui erant? meritum scilicet conditione, non ex proximorum negatione: in semetipso docēs, *Qui patrem aut matrem aut fratres præponeret verbo Dei, non esse dignum discipulum. Ceterum ex hoc magis matrem & fratres confitebatur, quòd illos nolebat agnoscere: quòd alios adoptabat, confirmabat quos ex offensā negauit, quibus non vt veriores substituit, sed vt digniores. Denique nihil magnum, si fidem sanguini præposuit, quem non habebat.*

A habebat. ²⁷⁷ *Quis autem iste est qui & ventis & mari imperat?* nimirum nouus dominator atque possessor elementorum subacti iam & exclusi creatoris. Non ita est. Sed agnorāt substantiæ auctorem suum, quæ famulis quoque eius obaudire consueuerant. Inspice Exo-c. ^{Exod. 14.} *Lucæ.* dum Marcion; Aspice mari rubro vastiori super omnia stagna Iudææ, virgam Moysi imperantem, vt funditus proficillum, & pari vtrinque stupore discriminis fixum, sicco populum pede, intestino itinere transmitteret, rursusque sub eiusdem virgæ nutu, redeunte natura, Ægyptium exercitum vndarum concordia obrueret: ²⁷⁸ in quod opus & Ausfri seruerunt. ²⁷⁹ Lege ex sorte familiæ dirimendæ in transitu eius Iordanis machæram fuisse, ^{Iosue 3.} cuius imperum atque decursum planè & Iesus docuerat Prophetis transmeantibus stare. ^{4.} Quid ad hæc? Si tuus Christus est, non erit potentior famulis creatoris. Sed his solis exemplis vsus essem, si nò etiam prædicatio marinæ istius expeditionis Christum antecessisset. Nam quū transfretat, Psalmus expungitur: Dominus, inquit, super aquas multas. Quum vndas freti discutit, ²⁸⁰ Abacuc adimpletur: Disperges, inquit, aquas itinere. Quū ad minas eius eliditur mare, Naum quoque absoluitur: ²⁸¹ Comminans, inquit, mari & arenam: ²⁸² *Qui inuenis in vno homine multitudine demonum, legionem se professam*, vtiq; spiritalem, disce & Christum expugnatorem spiritualium hostium, spiritualiter armatum, & spiritualiter bellicosum intelligendum: atque ita ipsum esse, qui cū legione quoque dæmonū erat dimicaturus: vt & de hoc bello Psalmus possit videri pronūtiasse: Dominus validus, Dominus potēs in bello. Nam cum vltimo hoste morte præliatus, per trophæum Crucis triumphauit. ²⁸⁴ Cuius autem *Dei filium Iesum legio testata est?* Sine dubio cuius tormēta & abyssum nouerant & timebāt. nec enim videtur posse ignorasse adhuc quòd noui & ignoti Dei virtus operaretur in terris: quia verisimile non est creatorē ignorasse. Si enim aliū supra se Deum ignorauerat aliquando, tamen iam infra cœlum suū agentem, vtiq; compererat. quòd autē Dominus comperisset, iam & vniuersæ familiæ innotuisset in eodē mundo, & intra eundē ambitum cœli, quo peregrina diuinitas conuersaretur. In quantum ergo & creator scisset eā, & substantiæ eius, si fuisset: in tantū quia nulla fuit, non alium dæmones sciebant quàm Dei sui Christū. Non *deperunt* ab alio, quod meminissent petēdum sibi à creatore, *ueniam scilicet* ²⁸⁵ *abysci* creatoris. Denique impetrauerunt, quo merito? Quia mentiti erāt, quia sœui Dei filium eum fecerant? Et qualis erit qui mētitos iuuabat, qui infamātes sustinebat? Sed enim quia mentiti non erant, quia Deū abyssū & suum cognouerāt, ita eum se & ipse cōfirmavit, quem cognouerunt dæmones Iesum iudicem & vltoris Dei filium. Ecce aliquid & de illis pusillitatibus & infirmitatibus creatoris in Christo. Ignoratiā enim & ego adscribere ei volo. Permittite mihi aduersus hæreticū. ²⁸⁶ *Tangitur à foemina qua sanguine fluitabat, & nesciuit à qua Quis me, inquit, tetigit?* Etiā *excusantibus discipulis, perseverat* in ignoratiæ voce: ²⁸⁷ *Tetigit me aliquis*, idque de argumēto affirmat. *Sensi enim virtutem ex me profectam*. Quid dicit hæreticus? Sciebātne personā? Et cur quasi ignorās loquebatur? ²⁸⁸ Vt confessionē certè prouocaret, vt timorē probaret. Sic & Adā aliquādo quæsierat, quasi ignorans: *Adam vbi es?* Habes & creatorē cum Christo excusatum, & Christum creatori adæquatum. Sed & hoc, qui aduersarius legis, ²⁸⁹ vt quia lex à contactu foeminae sanguinantis sumimouet, idcirco gestierit non tantum contactum eius admittere, sed etiam sanitatem donare. O Deum non natura beneficū, sed æmulatione! ²⁹⁰ At enim si fidem mulieris inuenimus ita meruisse, quum *dicit: Fides tua te saluam fecit*, quis es vt æmulationem legis interpreteris in isto factō, quod ipse Dominus ex fidei remuneratione æditum ostendit? Sed hanc vis mulieris fidem constituere, qua contempserat legem. Et cui credibile, vt mulier nullius adhuc Dei conscia, nullius adhuc nouæ legis initiata, legem irrumperet, eam cui adhuc tenebatur? Quæ denique fide irrupit in quem Deum credens, quem spernens? Creatorem? Certè enim ex fide tetigit. Si ex fide creatoris, quæ alium Deum ignorabat: & quomodo legem eius irrupit? Tam enim irrupit, si irrupit, quàm ex fide creatoris. Quomodo enim vtrumque conueniet, vt & irruerit, & ex fide eam irruerit, propter quam irrupisse non debuit? ²⁹¹ Dicam: fides hæc fuit primò, qua Deum suum confidebat; misericordiam malle quàm ipsum sacrificium, qua eum Deum certa erat operari in Christo, qua sic eum tetigit, nò vt hominem sanctum, nec vt Prophetā, quem cōtaminabilem

pro humana substantia sciret: sed ut ipsum Deum, quem nulla spurcitia pollui posse præsumperat. Itaque non temerè interpretata est sibi legem, ea contaminari significantem, quæ essent contaminabilia: non Deum, quem in Christo confidebat. Sed & illud recogitauit, ²⁹¹ ordinarium & solennem menstrui vel partualis sanguinis fluxum in lege taxati, *Leuit. 15. c. 12.* qui veniat ex officio naturæ, non ex vitio valetudinis. Illa autem ex vitio valetudinis redundabat, cui non modum temporis, sed diuinæ misericordiæ auxilium necessarium sciebat. Atque ita potest videri legem non irrupisse, sed distinxisse. Hæc erit fides, quæ cõtulerat etiam intellectum. ²⁹² Nisi credideritis, inquit, non intelligetis. Hanc fidem probans Christus eius fœminæ, quæ solum credebat creatorem, eius fidei se Deum respondit, quam probauit. Nec illud omitam, quod ²⁹³ dum tangitur vestimentum eius, utique corpori non phantasmati inditum, corpus quoque demonstrabatur: non quasi iam de hoc retractemus, sed quia ad præsentem conspirat quæstionem. Si enim non erat veritas corporis, phantasma utique contaminari, quæ res vacua, non posset. Qui ergo non potest contaminari præ inanitate substantiæ, quomodo voluisset? Ut æmulus legis mentiebatur, qui non verè polluebatur. [²⁹⁴ *Dimittit discipulos ad prædicandum Dei regnum.* Nunquid vel hic adix. c. Luc. dit, ²⁹⁵ cuius prohibet eos victui aut vestitui quid in viam ferre? Quis hoc mandasset, ²⁹⁶ nisi qui & coruos alit, & flores agri vestit? Qui boui quoque terenti libertatem oris ad veniam pabuli ex opere summouendi antè præcepit: ²⁹⁷ quia dignus operarius mercede sua. Hæc Marcion delectat, dum sensui salua sint. ²⁹⁸ At quum *inbet puluerem excutere de pedibus, in eos à quibus excepti non fuissent, & hoc in testimonium mandat fieri: nemo testatur quod non iudicio destinatur: inhumanitatem qui in testationem redigi iubet, iudicem comminatur.* Nul- lum Deum nouum à Christo probatum illa etiam opinio omnium declarauit, quia ²⁹⁹ *Christum Iesum; alij Ioannem, alij Heliam, alij unum aliquem ex veteribus Prophetis Herodi assenerabāt.* Ex quibus quicumque fuisset, non utique ob hoc est suscitatus, ut alium Deum post resurrectionem prædicaret. ³⁰⁰ *Pascit populum in solitudine,* de pristino scilicet more. Aut si non eadem & maiestas, ergo iam minor est creatore, qui non vno die, sed annis quadraginta; nec de inferioribus *maternis panis & piscis;* sed de manna cœlesti; nec *quinque circiter,* sed *sex cetera milia hominum* protelauit. Adeo autem ea fuit maiestas, ut & pabuli exiguitatem non tantum sufficere, verum etiam *exuberare,* de pristino voluerit exemplo. Sic enim & in tempore famis sub Helia viduæ Sareptensi modica & suprema alimenta ex Prophetæ benedictione per totum famis tempus redundauerant. ³⁰¹ Habes tertium Basiliarum, si & quartum resoluas, inuenies totum hunc ordinem Christi circa illum Dei hominem; qui oblatos sibi viginti hordeaceos panes quum populo distribui iussisset, & minister eius proinde cõparata multitudine & pabuli mediocritate, respondisset, quid ego hoc dem in conspectum centum milibus hominum? Da, inquit, & manducabunt: quonia hæc dicit Dominus: Et manducauerunt & reliquerunt reliquias secundum dictum Domini. O Christum & in nouis veterem. ³⁰² Hæc itaque qui viderat Petrus, & cum pristinis compararat, & non tantum retrò facta, sed & in futurum iã tunc prophetantia recognouerat, *interroganti Domino, quis nam illis videretur,* quum *pro omnibus responderet: Tu es Christus;* non potest non eum sensisse Christum, nisi ³⁰³ quem nouerat in scripturis, quem iam recēsebat in factis. Hoc & ipse confirmat vsque adhuc patiens, immò & silentium indicens. Si enim Petrus quidem non poterat alium eum cõfiteri, quam creatoris, ³⁰⁴ *ille autem præcepit, ne cui hoc dicerent,* utique id noluit prouulgari quod Petrus senserat. Immò, inquis, quia non rectè senserat, noluit mendacium disseminari. Sed aliam silentij causam edixit, ³⁰⁵ quia *oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à presbyteris & scribis & sacerdotibus, & interfici, & post tertium diem resurgere.* Quæ quum prædicata sint, & ipsa in Christum creatoris, ³⁰⁶ sicut suis locis implebimus: sic quoque ipsum se ostendit esse, in quem prædicabantur. Certè & si non essent prædicata, eam causam indicti silentij protulit, quæ non Petri errorem demonstraret, sed obeudarum passionum necessitatem. ³⁰⁷ *Qui voluerit, inquit, animam suam saluam facere, perdet illam: & qui perdidit eam propter me, saluam faciet eam.* ³⁰⁸ Certè filius hominis hanc sententiam emisit. Perspice igitur & tu cum rege Babylonio, fornacem eius ardentem, & inuenies illic tanquam filium hominis (nondum enim verè erat, nondum scilicet natus ex homine) iam tunc istos exitus constituentem. Saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro Deo perdere conspirauerant: Chaldæorum verò perdidit, quas illi per idololatriam saluas facere maluerant. Quæ est ista noua doctrina, cuius vetera documenta sunt? Quamquam & prædicationes martyriorum tam futurorum, quam ³⁰⁹ à Deo mercedem relatorum decurrerunt. Vide,

A Vide, inquit Esaias, quomodo perit iustus, & nemo excipit corde. Et viri iusti auferuntur, *Isai. 57.* & nemo cõsiderat. Quando magis hoc fit, quam in persecutione sanctorum eius? Utique non simplex, nec de naturæ lege cõmunis, sed illa insignis & pro fide militaris: in qua qui animam suam propter Deum perdit, seruat illam: ut & hic tamen iudicem cognoscas, qui malum animæ lucrum perditione eius, & bonum animæ detrimentum, salute eius remuneratur. Sed & zelotem Deum mihi exhibet, malum malo reddentem. ³¹⁰ *Qui confusus, inquit, me fuerit, & ego confundar eum.* Quando nec confusionis materia conueniat, nisi meo Christo: cuius ordo magis pudendus, ³¹¹ ut etiam hæreticorum conuitiis pateat, omnem natiuitatis & educationis fœditatem, & ipsius etiam carnis indignitatem, quanta amaritudine possunt perorantibus, Ceterum quomodo ille est obnoxius confusionis, qui eam non capit? non vulua licet virginis tamen fœminæ, coagulatus etsi non femine, tamen ex lege substantiæ corporalis, ex fœminæ humore: non caro habitus ante formam: non pecus dictus post figuram: ³¹² non nouem mensium cruciatu ³¹³ deliberatus: non subita dolorum concussionem cum tanti temporis cœno per corporis cloacam effusus ad terram: nec statim lucem lacrymis auspicatus & primo retinae sui vulnere, nec multum ablutus: ³¹⁴ nec sale & melle medicatus: nec panis iam sepulturæ inuolucrum initiatus: nec exinde per immunditias inter sinus volutatus, molestus vberibus, diu infans, vix puer, tardè homo: sed de cœlo expositus, semel grandis, semel totus, statim Christus, spiritus, & virtus, & Deus tantum. Ceterum ut non verus, qui non videbatur, ita nec de crucis maledicto erubescēdus, cuius carebat veritate carens corpore. Non poterat itaque dixisse: *Qui me cõfusus fuerit.* Non ster hoc debuit pronuntiasse, Minoratus à patre modico citra angelos, Vermis, *Psal. 8.* & non homo, ignominia hominis, & nullificamē populi: quatenus ita voluit, ut liuore eius sanaremur: ut dedecore eius salus nostra cõstaret. Et meritò se pro suo homine deposuit, *Isai. 53. Gen. 1.* pro imagine & similitudine sua, non aliena; ut, quoniam homo non erubuerat lapidem & lignum adorans; eadem constantia non confusus de Christo, pro impudētia Idololatriæ, satis Deo faceret per impudentiam fidei. Quid horum Christo tuo competit Marcion ad meritum confusionis? Planè pudere te debet, quod illum ipse finxisti. [³¹⁵ Nam & hoc vel maximè erubescere debuisti, quod illum cum *Moyse & Helia in secessu montis conspici pateris,* ex eod. c. quorum destrutor aduenerat. Hoc scilicet intelligi voluit ³¹⁶ *vox illa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite:* id est, non Moysem iam & Heliam. Ergo sufficiebat vox sola sine ostentatione Moyse & Helia. Definiendo enim quem audirent, quoscūque alios vetuisset audiri. Aut nunquid Esaiam & Hieremiam, ceterosque quos non ostēdit, permisit audiri, si vetuit quos ostēdit? Nunc & si præsentia illorum fuit necessaria, non utique ³¹⁷ *in colloquio* ostenderentur, quod familiaritatis indicium est: nec *in consorcio claritatis,* quod dignationis & gratiæ exemplum est: sed & in fordibus aliquibus, quod destructionis argumentum est, immò in tenebris creatoris, quibus discutiendis erat missus. longè etiam discreti à claritate Christi, qui voces & litteras ipsas eorum, ab Euāgelio suo erat separaturus. Sic in alienos demonstrat illos, dum secum habet. Sic relinquēdos docet, quos sibi iungit. Sic destruit, quos de radiis suis exstruit. Quid faceret Christus ipsorum? Credo secundum peruersitatem, tales eos reuelasset, quales Christus Marcionis debuisset: aut quoscūque alios secū, quam Prophetas suos. Sed quid tam Christus creatoris, quam secum ostēdere prædicatores suos? cum illis videri, ³¹⁸ quibus in a reuelationibus erat visus: cum illis loqui, a *Exod. 3. 4.* qui b eum fuerant locuti: cum eis gloriam suam communicare, ³¹⁹ a c quibus Dominus 6. ac 3. Reg. gloriæ nuncupabatur: ³²⁰ cum principalibus suis, ³²¹ quorum alter d populi informator ali- 17. 18. 19. quando, alter reformator quandoque: alter iniciator veteris Testamenti, alter cõsumma- 21. & 4. tor noui? Igitur & Petrus meritò cõtubernium Christi sui agnoscens indiuiduitate eius, Reg. 19. suggerit consilium. ³²² *Bonum est nos hinc esse.* bonum planè, vbi Moyse scilicet & Helia. Et ac 3. Reg. *faciamus hic tria tabernacula; vnum tibi, & Moyse vnum, & Helia vnum.* ³²⁴ *Sed nesciōs quid diceret.* 17. Quomodo nesciōs: vtrumne simplici errore, an ratione, quam defendimus in causa nouæ c *Exod. 33.* prophetiæ, gratiæ, ecclasiæ, id est, amentiam cõuenire? In spiritu enim homo constitutus, e 3. Reg. præsertim quum gloriam Dei conspiciat, vel quum per ipsum Deum loquitur, necesse est ex- 19. cidat sensu, obumbratus scilicet virtute diuina, ³²⁵ de quo inter nos & Psychicos quæstio d *Exod. 20.* est. Interim facile est amentiam Petri probare. Quomodo enim Moysem & Helia cognouisset nisi in spiritu? Nec enim imagines eorum vel statuas populus habuisset & similitudi- *Matth. 19.* nes ³²⁶ *Lege prohibente, nisi quia in spiritu viderat: & ita quod dixisset in spiritu, non in sensu constitutus, scire non poterat.* Ceterum si sic nescit quasi errans, eo quod putaret il- *Malac. 4.* *Luc. 9.* *Exod. 20.*

Luc. 9. Iorum esse Christum, ³²⁷ ergo iam constat & supra Petrum interrogatum à Christo quem De se existimaret, vt de creatoris dixisset, Tu es Christus: quia si tunc alterius Dei illū cognouisset, hic quoque non errasset. Quod si idē & hic errauit, quia & supra, ergo certus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem à Christo reuelatam, & vsque adhuc non errasse Petrum, Christo vsque adhuc nihil eiusmodi reuelante: & tamdiu non alterius deputandum Christum, quam creatoris, cuius omnem & hic ordinem expressit.

Ibidem. ³²⁸ Tres de discipulis arbitros futura visionis & vocis assumit: & hoc creatoris est, ³²⁹ In tribus, ¹ **Deut. 19.** inquit, testibus stabit omne verbum. ³³⁰ In montem ² secedit: agnosco formam loci. ³³¹ Nam & pristinum populum apud montem & visione & voce sua creator initiarat. Oportebat in eo suggestu consignari nouum Testamentum, in quo cōscriptum vetus fuerat. **sub** eodem etiam ambitu nubis, quam nemo dubitauit de aere creatoris conglobatam, nisi & nubes suas illō deduxerat, quia & ipse per cœlum creatoris viam ruperat: aut proinde & nubo creatoris ³³² precario vsus est. Itaque nec nunc muta nubes fuit, ³³³ sed vox solita de cœlo, & patris nouum testimonium super filio: atque in secundo Psalm. Filius meus es tu: ego hodie genui te. De quo & per Esaiam: Quis Deum metuens, audiat vocem filij eius? Itaque iam representās eum, *Hic est filius meus*, vtique subauditur quē repromissi. Si enim repromissi aliquando, & postea dicit, Hic est: eius est exhibitentis voce vt in demonstratiōne promissi qui aliquādo promissus, nō eius cui possit respōderi: ipse enim tu quis es qui dicas, Hic est filius meus, de quo nō magis prēmisi, quam te ipsum quod prius erat reuelasti? *Hic igitur audite*, quē ab initio edixerat audiendū in nomine Prophetæ, quoniam & **Deuter. 18.** Prophetes existimari habebat à populo. ³³⁴ Prophetam, inquit Moyses, suscitabit vobis Deus ex filiis vestris, secundum carnalē scilicet sensum: tanquā me audieris illum. ³³⁵ Omnis autem qui illum non audierit, exterminabitur anima eius de populo suo. Sic & Esaias: Quis in vobis metuens, exaudiat vocem filij eius. Quam & ipse pater commendaturus erat. ³³⁶ Siftens enim inquit verba filij sui, dicendo scilicet, hic est filius meus dilectus, hunc audite, itaque & si facta translatio sit auditionis à Moyse & Helia in Christo, sed nō vt ab alio Deo, nec ad alium Christum, sed à creatore in Christum eius secundum decessionem veteris, & successionem noui Testamenti. Non legatus, inquit, Esaias, nec nuntius, ³³⁷ sed ipse Dominus saluos eos fecit, ipse iam prædicās & implens Legem & Prophetas. Tradidit igitur pater filio discipulos novos, ostensis prius cum illo Moyse & Helia in claritatis prærogatiua, atque ita dimissis, ³³⁸ quasi iam & officio & honore dispunctis, vt hoc ipsum cōfirmaretur propter Marcionem, societatem esse etiam claritatis Christi cum Moyse & Helia. Torum autem habitum visionis istius habemus etiam apud Abacuc, vbi spiritus ex persona interdum Apostolorum, ³³⁹ Domine audiui auditum tuū & extimui. Quem magis quam vocis cœlestis illius, Hic est filius meus dilectus, hunc audite? Cōsideraui opera tua, excidi mente. Quo magis quam cum visa claritate eius nesciit quid diceret Petrus? In medio duorū animalium cognosceris, Moyse & Helia. ³⁴⁰ De quibus & Zacharias vidit in figura duarum olearum, & duorum ramulorum oleæ. Nam hi sunt, de quibus dictum est, Illi duo filij opimitatis assistunt Domino vniuersæ terræ. Et rursum idē Abacuc: Operuit cœlos virtus, vtique nubo illo. Et splendor eius vt lux erit: vtique qua etiam *vestitus eius refulsit*. ³⁴¹ Et si commemoremur promissionis Moyse, hic inuenietur expuncta.

Exod. 33. Quum enim desiderasset conspectum Domini Moyses dicēs, Si ergo inueni gratiam coram te, manifesta te mihi, vt cognoscenter videam te, eum conspectum desiderans in quo hominem esset acturus, quod Propheta sciebat: ceterum Dei faciem (iam audierat) nemo homo videbit me, & viuet. & hunc, inquit, sermonem quem dixisti faciam tibi. Et rursum Moyses: Ostende mihi gloriam tuam. Et Dominus similiter de futuro: Ego præcedam in gloria mea. Et reliqua. Et in nouissimo. Et tunc videbis posteriora mea. Non lumbos nec stivas, sed quam desiderauerat gloriam in posterioribus temporibus reuelandam. In qua facie ad faciem visibilem se ei repromittit, etiam ad Aaronem dicens: Si fuerit Prophetes in vobis, in visione cognoscat illi, ³⁴² & in visione loquar ad eum, non quomodo ad Moysen, os ad os loquar ad eum in specie (vtique hominis quā erat gestaturus) non in ænigmatē. ³⁴³ Nam & si Marcion noluit eum colloquentem Domino ostensum, sed stantem, tamen & stans os ad os stabat, & faciem ad faciem, cum illo, inquit, non extra illum, in gloriam ipsius nedum in conspectum. De qua gloria nō aliter illustratus discessit à Christo, quam solebat à creatore: ³⁴⁴ proinde tunc oculos percutere filiorū Israelis, quemadmodum & nunc excæcati Marcionis, qui hoc quoque argumētum aduersus se fa-

A se facere non vidit. Suscipio in me personam Israelis. [³⁴⁵ Stet Christus Marcionis, & exclamavit: ³⁴⁶ O genitur a incredula, quousque ero apud vos? quousque sustinebo vos? Statim à me audite debet. Quisquis es ³⁴⁷ ἐπερχόμενος, prius ede qui sis, & à quo venias, & quod in nobis tibi ius. **ix. Lucæ.** Vsque adhuc creatoris est totum apud te. Planē si ab illo venis, ³⁴⁸ & illi agis, admittimus increpationem. Si verò ab alio, dicas velim quid nobis vnquam de tuo commifisti, quod credere debuiffemus, vt exprobres incredulitatem, qui nec te ipsum aliquando nobis reuelasti? Quam olim apud nos agere cœpisti, vt tempus queraris? In quibus nos sustinuisti, ³⁴⁹ vt patientiam imputes? Asinus de Æsopi puteo modò venis, & iam exclamas. [Suscipio adhuc & personam discipulorū in quos insiliit, O Natio incredula, quam dū ero vobiscum, quam diu vos sustinebo? Hanc eruptionem eius vtique hoc modo iustissimè repercuterem; Quisquis es ἐπερχόμενος, prius ede qui sis, à quo venias, quod tibi ius sit in nobis? Vsque adhuc puto creatoris es, & idē secuti sumus recognoscētes omnia illius in te. Quod si ab illo venis, admittimus increpationem. Si verò alij agis, oro te, dicas quid nobis aliquando commifisti duntaxat de tuo, quod iam credidiffemus, vt exprobres incredulitatem, qui nec auctorem tuum vsque adhuc edis. Quam olim autem apud nos agere cœpisti? vt tempus quoque opponas. In quibus autem nos sustinuisti? vt & patientiam iactes. Asinus de Æsopi puteo, modò huc apparuit, & iā exclamat.] Quis nō ita iniustitiam increpationis retudiffet, si eius eum credidiffet, qui nondum queri debuiffet? nisi quod nec ille eos insiliffet, si nō olim apud illos in Lege, in Prophetis, in virtutibus & beneficiis deaersatus, incredulos semper fuiffet expertus. ³⁵⁰ Sed ecce Christus diligit paru-

B los tales esse docens debere qui semper maiores velint esse. Creator autē vfos pueris immisit, vt cificēs Heliazum Propheten, cōiucia ab eis passum. Satis impudens Antithesis, quū tā diuersa committit, paruulos & pueros: innocētē adhuc ætatem, & iudicij iam capacem, quæ fa conuincari poterat, ne dicā blasphemare. Quia ergo iustus Deus, nec pueris impiis pepercit, exigēs maiori ætati honorem, & vtique magis à minore. Quā verò bonus adeò diligit paruulos, vt apud Ægyptum benefecerit obstetricibus protegentibus partus Hebræos periclitantes edicto Pharaonis. Ita & hæc affectio Christi, cū creatore est. Iam nūc Deus Marcionis ³⁵¹ qui connubium auersatur, quomodo videri potest paruulorum dilector, ³⁵² quorum tota causa connubium est? Qui semen odit, fructum quoque excretur necesse est. Næ ille sauior habendus Ægyptio rege. Nam Pharaon educari non sinebat infantes. Ille nec nasci, auferens vitam illis etiam decem mensium in vtero. At enim quāto credibilius, vt eius deputeretur affectio in paruulos, qui benedicendo cōnubium in propagationem generis humani, ipsum quoque fructum connubij benedicendo promissit, qui de infantia primus est. ³⁵³ Representat creator ignium plagam Helia postulantē in illo Pseudopropheta. Agnosco iudicis seueritatem; ³⁵⁴ è contrario Christi lenitatem, increpatis eadem animaduersionem destinantes discipulos, super illum viculum Samaritarum. Agnoscat & hæreticus ab eodem seuerissimo iudice promitti hanc Christi lenitatem, Non cōtender, inquit, nec vox eius in platea audietur. Harundinem quassatam non comminuet, & linum fumigans non extinguet. Talis vtique multo magis homines non erat crematurus. ³⁵⁵ Nam & tunc ad Heliam. Non in igni (inquit Dominus) sed in spiritu miti, ³⁵⁶ At enim humanissimus Deus cur recusat eum, qui se tam indiuiduum illi comitem offert? Si quia superbè vel ex hypocrisi dixerat, sequar te quocunque ieris; ergo aut superbiam aut hypocrisin recusandam iudicando, iudicem gessit. Et vtique damnauit, quem recusauit, non cōsecuturum scilicet salutem. Nam sicut ad salutem vocat quem nō recusat, vel etiam quem vltro vocat, ita in perditionem damnat quem recusat. ³⁵⁷ Illi autem causato patris sepulturam, quum responderet; Sine mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annūtia regnum Dei: vt rāque legem creatoris manifestè confirmauit, & de sacerdotio in Leuitico prohibentem sacerdotes supremis etiam parentum interesse: Super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introibit, & super patrem suum non contaminabitur: Et de deuotione ³⁵⁸ in Arithmis, Nam & illic qui se Deo vouerit, inter cetera iubet, ne super vllam animam introeat defunctam, ne super patris quidem, aut matris, aut fratris. ³⁵⁹ Puto autem & deuotioni & sacerdotio destinabat, quem prædicando regno Dei imbuerat. Aut si non ita est, satis impius pronuntiandus, qui nulla ratione legis intercedente, sepulturas parentum despici à filiis imperabat. ³⁶⁰ Quum verò & tertium illum, prius suis valedicere parantem, prohibet retrò respectare, sectam creatoris exequitur. ³⁶¹ Hoc & ille noluerat fecisse quos

a Gen. 19. ex Sodomis a liberarat. [165] Adlegit & alios septuaginta Apostolos super duodecim. Quod e-
 D XXIIII. nim XII. secundum totidem b fontes in Elim; si non & septuaginta, secundum totidem arbuta pal-
 ex 10. c. marum: 164 Antitheseis plurimum causarum diuersitas fecit, non potestatum. Sed qui diuer-
 Lucæ. sitatem causarum non respexit, facile eam potestatum existimauit. Profecionem c filiorum
 Luc. 10. Israël, creator, etiam illis spoliis aureorum & argenteorum vasculorum, & vestium,
 b Num. 33. nec peram discipulis in viam ferre præscripsit. Illi enim in solitudine promouebantur, hi autem
 c Exod. 12. in ciuitates mittebantur. 167 Considera causarum offerentiam, & intelliges vnam & ean-
 Luc. 10. dem potestatem, quæ secundum penuriam & copiam expeditionem suorum disposuit,
 proinde per ciuitates abundantiam circueiens, sicut & egituram per solitudinem struxerat.
 ibidem. 168 Etiam calceamenta portare vetuit illos. Ipse enim erat; sub quo nec in solitudine per tot an-
 Dent. 29. nos populus calceamenta detruerat. 169 Neminem, inquit, per viam saluaueritis. O Christum
 Luc. 10. destructorem Prophetarum, a quibus hoc quoque accepit. Helisæus, quum Giezin pue-
 A. Reg. 4. rum suum mitteret in viam ad filium Sunamitidis resuscitandum de morte, puto sic ei
 præcepit: 170 Accinge lumbos tuos, & fume bacillum meum in manum, & vade: quem-
 cunque conueris in viam, ne benedixeris eum, id est, ne salutaueris. Et qui te benedixerit,
 ne responderis ei: id est, ne resalutaueris. Quæ est enim inter vias benedictio, nisi ex occur-
 Luc. 10. su mutua salutatio? 171 Sic & Dominus: In quam introissent domum, pacem ei dicere: exemplo eo-
 4. Reg. 4. dem est. Mandauit enim & hoc Helisæus, quum introisset ad Sunamitin, diceret ei: Pax vi-
 ro tuo, pax filio tuo. 172 Hæc erunt potius nostræ Antitheseis, quæ comparant, non quæ se-
 Luc. 10. parant Christum. 173 Dignus est autem operarius mercede sua, quis magis pronuntiarit, quam
 Deus iudex? Quia & hoc ipsum, iudicare est, dignum facere mercede operarium. Nulla re-
 tributio non ex iudicatione constitit. Iam nunc & hic lex consignatur creatoris, etiam bo-
 ues operantes dignos operarios mercede iudicantis. Boui, inquit, terenti os non colliga-
 Dent. 25. bis. 174 Quis tam præstans in homines, nisi qui & in pecudes? Quod si & Christus dignos
 Luc. 10. pronuntiat mercede operarios; excusauit præceptum illud creatoris de vasis aureis & ar-
 Exod. 12. genteis Ægyptiorum auferendis. Qui enim villas & vrbes operati fuerint Ægyptiis, digni
 Exod. 1. utique operarij mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compensacionem,
 Luc. 10. quam aliàs a dominatoribus exigere non poterant. 175 Regnum Dei neque nouum, neque
 inauditum sic quoque confirmauit, dum illud iubet annuntiarum appropinquasse. Quod enim
 longè fuerit aliquando, id potest dici appropinquasse. Si autem nunquam retrò fuisset, ante-
 quam appropinquasset, nec dici potuisset appropinquasse, quod nunquam longè fuisset.
 Omne quod nouum & incognitum est, subitum est. Omne quod subitum est, quum an-
 nuntiatum, tunc primum speciem inducens, tunc primum accepit tempus. Ceterum nec
 retrò tardasse poterit, quam diu non annuntiabatur: nec ex quo annuntiarum cœperit, ap-
 ibidem. propinquasse: 176 Etiam adiicit, ut eis qui illos non recepissent, dicerent: Si itote tamen appropinquasse
 regnum Dei: si hoc non & comminationis gratia mandat, vanissimè mandat. Quid enim ad
 illos si appropinquaret regnum, nisi quia cum iudicio appropinquat, in salutem scilicet eo-
 rum, qui annuntiationem eius recepissent. Quomodo, si comminatio non potest sine exe-
 ibidem. cutione, habes Deum executorem in comminatore, & iudicem in vtroque. 177 Sic & pul-
 uevem iubet excuti in illos, in testificationem, 178 & ad horretiam terre eorum, nedum commu-
 nicationis reliquæ. Si enim inhumanitas & inhospitalitas nullam ab eo relaturæ sunt vl-
 tionem: cui rei præmittit testificationem, minas utique portedentem? Porro quum etiam
 Dent. 23. creator in Deuteronomio 179 Ammonitas & Moabitas prohibeat recipi in Ecclesiam,
 quod populum Ægypto profectum in humanè & inhospitaliter copii defraudassent: ergo
 Luc. 10. in Christum inde manasse costabit 180 communicationis interdictum, vbi habet formam.
 1. Reg. 8. 181 Qui vos spernit, me spernit. Hoc & Moyse creator: 182 Non te contempserunt, sed me. Tam
 Luc. 10. enim Apostolus Moyse, quam & Apostoli Prophetæ. Equãda erit auctoritas vtriusque
 officij, ab vno eodemque domino Apostolorum & Prophetarum. 183 Quis nunc dabit pose-
 statem calcandi super colubros & scorpios. Vtrumne omnium animalium dominus, an nec vnus
 Isai. 11. lacertæ Deus? Sed bene quod creator hæc potestatem 184 etiam paruulis pueris per Esaiam
 re-promisit, coniceret manum in cauernam aspidum, & in cubile natorum aspidum, nec
 omnino lædi. Et vtrique scimus (salua simplicitate scripturæ: nam nec & ipsæ bestia nocere
 Ephes. 5. poterunt, vbi fides fuerit) figuratè scorpios & colubros portendi spiritalia malitiæ, quorum
 ipse quoque princeps in serpentis, & draconis, & eminentissimæ cuiusque bestia nomine depu-

A deputetur penes creatorem, largitum hanc potestatem priori Christo suo, 185 sicut nona-
 gessimus Psalmus ad eum: Super aspidem & basiliscum incedes, & concubabis leonem & draconem. Sicut etiam Esaias: 186 Illa die superducat Dominus Deus macharam sanctam, & Isai. 27.
 magnam & fortem, Christum scilicet suum, in draconem illum colubrum magnum & tor-
 tuosum, & interficiet eum illa die. 187 Sed quum idem: Via munda & via sancta vocabitur, Isai. 35.
 & non transibit illic immundum, nec erit illic via immunda: qui autem dispersi erunt, vade-
 rent in ea, & non errabunt: & non erit iam illic leo, nec ex bestiis pessimis quicquam ascen-
 det in eam, nec inuenietur illic: quum viam fides demonstrat, per quam ad Deum perueni-
 mus, iam tunc eidem via, id est, fidei hanc euacuationem & subiectionem bestiarum polli-
 cetur. Denique & tempora promissionis congruere inuenias, si quæ antecedunt, legas. In-
 ualescite manus dimissæ & genua resoluta. Tunc patefient oculi cæcorum, & aures exaudi-
 ent surdorum. Tunc saliet claudus vt ceruus, & clara erit lingua mutorum. Igitur vbi
 Luc. 4. 5. 6. medicinarum edidit beneficia; tunc & scorpios & serpentes sanctis suis subdidit, ille scilicet
 Luc. 7. 9. cet qui hanc potestatem; vt & aliis præstaret, prior acceperat a patre: & secundum ordinem
 Luc. 10. prædicationis exhibuit. [188] Quis Dominus cæli inuocabitur, qui non prius factor ostē-
 ditur? 189 Gratiarum enim, inquit, ago, & confiteor Domine cæli, quod ea quæ erant abscondita sapientibus
 x. xv. & prudentibus, reuelaueris paruulis. Quæ ista? & cuius? & a quo abscondita? & a quo reuelata? Si
 x. Lucæ. a Deo Marcionis abscondita & reuelata, qui omnino nihil præmiserat in quo aliquid abs-
 Luc. 10. conditum esse potuisset, 190 non Prophetias, non parabolas, non visiones, non vlla rerum,
 aut verborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuras, vel ænigmatum nebulas
 B obumbrata: sed ipsam magnitudinem sui absconderat, quam 191 cum maximè per Chri-
 stum reuelabat: satis iniquè. Quid enim deliquerant sapientes & prudentes, vt absconderetur
 illis Deus, ad quem cognoscendum non suffecerat sapientia atque prudentia illorum,
 nulla via data ab ipso per aliquam operum prædicationem, vel vestigia, per quæ sapientes
 atque prudentes deduceretur. Quamquam & si in aliquo deliquissent erga Deum
 ignotum, pone nunc notum, non tamen zeloten eum experiri debuissent, qui dissimilis
 creatoris inducitur. Igitur si nec materias præmiserat, in quibus aliquid occultasset: nec
 reos habuerat, a quibus occultasset: nec debuerat occultasse, etiam si habuisset: iam nec re-
 uelator ipse erit, qui absconditor non fuit: ita nec dominus cæli, nec pater Christi, sed ille,
 in quem competunt omnia. Nam & abscondit præmissio obscuritatis prophetiæ instru-
 mento, cuius intellectum fides mereretur: Nisi enim credideritis, non intelligetis; & reos
 Isai. 7. habuit sapientes atque prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intelligibilem Deum non
 Rom. 1. requirentes, vel 192 perpetam in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministran-
 tes: & nouissimè, zelotes est. denique olim hoc per Esaiam concionabatur, quod Christus
 Exod. 20. gratulatur. Perdam sapientiam sapientium, & 193 prudentiam eorum celabo: Sicut & alibi
 Isai. 29. tam abscondisse, quam reuelaturum esse significat: 194 Et dabo illis thesauros absconditos,
 Isai. 29. inuisibiles aperiam illis. 195 Et rursus: Quis alius disciet signa ventriloquorum, & diuina-
 Isai. 45. tiones ex corde, auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum infatuans? Si au-
 tem & Christum suum illuminatorem Nationum designauit: Posui te in lucem Nationum,
 C Isai. 42. quas interpretamur in nomine paruulorum, sensu scilicet retrò paruas, & imprudētia in-
 Isai. 49. fantes, iam verò & humilitate fidei pusillas: facilius utique credemus eundem etiam paru-
 ulis reuelasse per Christum, qui & retrò absconderit, & per Christum reuelationem re-
 promiserit, aut si Deus Marcionis ea quæ a creatore abscondita retrò fuerat, patefecit: er-
 go iam creatori negotium gessit, res eius edisserens. 196 Sed in destructionem, inquis, vti
 traduceret eas. Ergo illis traduxisse debuerat, quibus creator abscondit, sapientibus & pru-
 dentibus. Si enim benignitate faciebat, illis erat agnitio præstanda, quibus fuerat negata:
 non paruulis, quibus nihil creator inuiderat. Et tamen vsque adhuc, puto, probamus ex-
 structionem potius Legis & Prophetarum inueniri in Christo, quam destructionem. 197 Om-
 Luc. 10. nia sibi tradita dicit a patre. Credas, si creatoris est Christus, cuius omnia, quia non minori se
 tradidit omnia filio creator, quæ per eum condidit, per sermonem suum scilicet. Ceterum
 si 198 περὶ ἑσθλοῦ ille: Quæ sunt omnia quæ illi a patre sunt tradita? Quæ sunt creatoris? Ergo
 bona sunt quæ pater filio tradidit: & bonus iam creator, cuius omnia bona sunt: & ille iam
 non bonus, qui in aliena bona inuasit, vt filio traderet, docens alieno abstinere. Certè mē-
 dicissimus, qui nec filium vnde ditaret habuit, nisi de alieno. Aut si nihil de creatoris tradi-
 tum est ei a patre: & quomodo hominem creatoris sibi vindicat? Aut si solus homo ei tradi-
 ditus est, omnia homo non est. Scriptura autem omnium edicit traditionem filio factam.

Sed & si omnia, ad hominum genera, id est, ad omnes Nationes interpretaberis, & has filio tradidisse creatoris est: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut si habet & ipse aliqua sua, quæ omnia filio traderet, pariter cum homine creatoris, ostende vnum aliquem ex omnibus, in fidem, in exemplum, ne tam merito non credam eius esse omnia, cuius nihil video, quàm merito credam, etiam quæ non video eius esse, cuius sunt vniuersa quæ video. ³⁹⁸ Sed: *Nemo scit qui sit pater, nisi filius, & qui sit filius, nisi pater, & cuiusque filius reuelauerit.* Atque ita Christus ignotum Deum prædicauit. ³⁹⁹ Hinc enim & alij hæretici fulciuntur, opposcentes creatorem omnibus notum, & Israël secundum familiaritatem, & Nationibus secundum naturam. Et quomodo ipse testatur nec Israël cognitum se? Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit: nec Nationibus. ⁴⁰⁰ Ecce enim nec de nationibus, inquit, nemo, propter quod & illas stulticiū similitudine deputauit, & Sionem tanquam speculam in vinca dereliquit. Vide ergo an confirmatio sit prophetice vocis, & exprobrantis ignorantiam in Deum humanam, quæ fuerit ad filium vsque. Nam & idem subtexit: ab eo cognosci patrem, cui filius reuelauerit: quoniam ipse erat qui positus à patre illuminatio Nationum annuntiabatur, utique de Deo illuminandarum: etiam Israël, utique per agnitionem Dei plenior. Ita non proficiet argumenta in fidem Dei alterius, quæ creatori competere possunt: quia quæ non competunt creatori, hæc poterunt in fidem proficere Dei alterius. Si & sequentia inspicias: ⁴⁰¹ *Beati oculi qui vident quæ videntis: Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderunt quæ vos videtis:* de superiori sensu descendunt: Ad eum neminem, ut decuit, Deum cognouisse, quādo nec Prophetæ vidissent, quæ sub Christo videbantur. Nam si non meus esset Christus, nec Prophetarum hoc in loco mentionem collocasset. Quid enim mirum, si non viderant res Dei ignoti, & tanto post æuo reuelati? Quæ autem fuisset felicitas eorum qui tunc videbant quæ alij merito vidisse non poterant, si non erant consecuti representationem eorum, quæ nunquam prædicarant, nisi quoniam qui poterant vidisse, qui Dei sui res eas etiam prædicauerant, non tamen viderant? Hæc autem felicitas erit aliorum, qui videbant, quam alij tantum prædicauerant. ⁴⁰² Denique ostendemus, & iam ostendimus, ea visa in Christo quæ fuerant prædicata: abscondita tamen & ab ipsis Prophetis, ut absconderentur & à sapientibus & à prudentibus seculi. ⁴⁰³ In Euangelio veritatis, *legis doctor Dominum aggressus: Quis sciens, inquit, vitam æternam in consequatur?* In hæretico vita solūmodo posita est, sine æternæ mentione, ut doctor ⁴⁰⁴ de ea vita videatur consuluisse, quæ in lege promittitur à creatore longæua: & Dominus, idem illi ⁴⁰⁵ secundum legem responsum dedisse: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & totis viribus tuis,* quoniam de lege vitæ sciscitabatur. Sed sciebat utique legis doctor quo pacto ⁴⁰⁶ vitam legalem consequi posset, ut non de ea interrogasset, cuius regulas etiam docebat. Sed quia & mortui iam suscitabantur à Christo, exsuscitatus ad spem ⁴⁰⁷ æternæ vitæ, per exempla recidivæ, ne plus aliquid obseruationis exigeret sublimior spei, idcirco consuluit de æternæ vitæ consecutione. Itaque Dominus ut nec ipse alius, nec aliud nouum inferens præceptum, quàm quod principaliter ad omnem salutem, & vtramque vitam facit, ipsam caput ei legis opponit omnifariam diligendi Dominum Deum suum. Denique si de vita longæua & ille consuluit, & Christus respondit, quæ sit penes creatorem, non de æterna quæ sit penes Marcionis Deum, quomodo consequitur æternam? Non utique eodem modo quo & longæuam. ⁴⁰⁸ Pro differentia enim mercedum, operatum quoque credenda distantia est. Ergo non ex dilectione Dei tui consequetur vitam æternam Marcionites: sicut longæuam dilector creatoris. Sed quale est, ut non magis diligendus sit qui æternam pollicetur, si diligendus est qui longæuam repromittit? Ergo eiusdem erit vtraque vita, quum eadem est vtrique vitæ captanda disciplina. Quod creator docet, id & Christo opus est diligere, ut præstet, interueniente & hic illa præscriptione, qua facilius apud eum debeant credi maiora, apud quem minora præcedunt, quàm apud eum cui nullam de maioribus fidem aliqua minora præparauerit. Viderit nunc si æternam nostri addiderunt. Hoc mihi satis est, quod Christus ille æternæ non longæ vitæ inuitator, de longæua cōsultus quam destruebat, non ad æternam potius exhortatus est hominem quam inferebat. Quid, oro te, fecisset Christus creatoris, si qui creatori diligendo edificauerat hominem, non erat creatoris? Credo negasset diligendum creatorem. [⁴⁰⁹ *Quum in quodam loco orasset ad patrem illum superiorem, satis impudentibus & temerariis oculis suspiciens ad cælum creatoris, à quo tam aspero & sæuo & grandine & fulmine potuisset elidi, sicut* ⁴¹⁰ *Hierusalem suffugi ab eo po-*

xxv.
ex cxi.
Luca.
Luc. xi.

A eo potuit, ⁴¹¹ *aggressus eum ex discipulis quidam: Domine, inquit, doce nos orare, sicut & Ioannes discipulos suos docuit.* Scilicet quia alium Deum aliter existimaret orandum. Hoc qui præsumperat, prius est probet alium Deum æditum à Christo. nemo enim antè voluisset orare nosse, quàm didicisset quem oraret. Igitur si didicerat, proba. Si nusquam vsque adhuc probas, scito illum in creatorem formam orationis postulasse, in quem etiam discipuli Ioannis orabant. Sed quia & Ioannes nouum aliquem ordinem orationis induxerat, idcirco hoc & à Christo discipulus eius postulandum non immeritè præsumperat, ut & illi de proprio magistri sui instituto, non alium, sed aliter Deum orarent. Proinde nec Christus antè orationis notitiam discipulo contulisset, quàm Dei ipsius. Ita & ipse in eum docuit orationem quem discipulus vsque adhuc nouerat. Denique sensus orationis quem Deum sapiant recognosce. ⁴¹² Cui dicam: *Pater?* Ei qui me omnino non fecit, à quo originem non traho; an ei qui me faciundo & instruendo generauit? ⁴¹³ A quo *Spiritum sanctum postulem?* à quo nec mundialis spiritus præstatur: an à quo fiunt etiam angeli spiritus; cuius & in primordio spiritus super aquas ferebatur? ⁴¹⁴ *Eius regnum optabo venire,* quem nunquam regem gloriæ audiui? an in cuius manu etiam corda sunt regum? ⁴¹⁵ *Quis dabit mihi panem quotidianum?* qui nec milium mihi condidit; an qui etiam de cælo panem angelorum quotidianum populo suo præstitit? ⁴¹⁶ *Quis mihi delicta dimittet?* qui ea non iudicando non retinet; an qui si non dimiserit, retinebit ut iudicet? ⁴¹⁷ *Quis non sinet nos deduci in tentationem?* quem poterit tentator non timere; an qui à primordio tentatorem angelum prædamnavit? Hoc ordine qui alij Deo supplicat & non creatori, non orat illum, sed infamat. ⁴¹⁸ Proinde à quo *petam ut accipiam;* apud quem *queram ut inueniam;* ad quem *pulsabo ut aperiarur mihi?* Quis habet petenti dare: nisi cuius omnia? cuius sum etiam ipse qui peto. Quid autem perdidit apud Deum illum, ut apud eum queram & inueniam? Si sapientiam atque prudentiam, has creator abscondit, apud eum ergo queram. Si salutem & vitam, & has apud creatorem. Nihil alibi queretur ut inueniatur, quàm vbi latuit ut appareat. Sic nec aliorum pulsabo, quàm vnde sum functus. Denique si accipere & inuenire, & admitti, laboris & instantiæ fructus est, illi qui petiit, & quæsuit, & pulsauit, intellige hæc à creatore mandari & repromitti. Ille enim Deus optimus, vltro veniens ad præstandum non suo homini, nullum illi laborem, nec instantiam indixisset. Iam enim non optimus si non vltro daret non petenti, & inuenire præstaret non querenti, & aperiret non pulsanti. Creator autem potuit indicere ista per Christum, ut quia delinquendo homo offenderat Deum suum, laboraret, & instantia petendi acciperet, & querendi inueniret, & pulsandi introiret. ⁴¹⁹ Sic & præmissa *similitudo nocturnum panis petitorum amicum facit,* non alienum, & ad amicum pulsantem, non ad ignotum. Amicus autem etiam si offendit, magis creatoris est homo quàm Dei Marcionis. Itaque ad eum pulsar, ad quem ius illi erat, cuius ianuam norat, quem habere panes sciebat, *cubantem iam cum infantiibus* quos nasci voluerat. Etiam quod serò pulsar, creatoris est tempus. Illius & serum, cuius seculum & seculi occasus. ad Deum autem nouum, nemo serò pulsasset, tantum quod lucefcentem. Creator est, qui & ianuam olim Nationibus clauserat, quæ olim pulsabatur Iudæis: is & exurgit & dat, & si iam non quasi amico, non tamen quasi extraneo homini, sed quasi molesto, inquit. Molestum autem tam citò Deus recens neminem pati potuit. ⁴²⁰ Agnosce igitur & patrem, quem etiam appellas creatorem. Ipse est qui scit quid filij postulent. Nam; & panem petentibus, de cælo dedit manna; ⁴²¹ & carnem desiderantibus emisit ortygometram, ⁴²² *non serpentem pro pisce, nec scorpionem pro ouo.* ⁴²³ Illius autem erit *non dare malum pro bono,* cuius vtrumque sit. Ceterum Deus Marcionis non habens scorpionem, non poterat id se dicere non daturum, quod non habebat: sed ille qui habens & scorpionem, non dat. ⁴²⁴ Itaque & *Spiritum sanctum is dabit,* apud quem est & non sanctus. ⁴²⁵ *Quum surdum demonium expulisset* ⁴²⁶ ut & in ista specie curationis a Elaiæ occurrisset ⁴²⁷ *in Beelzebule dicitur eicere demonia: si ego, inquit, in Beelzebule eicio demonia, filij vestri in quo eiciunt?* hac voce quid magis portedit, quàm in eo eicere se, in quo & filij eorum? In virtute scilicet creatoris. Nam si putas sic accipiendum, Si ego in Beelzebule eicio demonia, filij vestri in quo? quasi illos suggillaret in Beelzebule eicientes, resister tibi prior sensus, ⁴²⁸ *non posse Satanam diuidi aduersus semetipsum.* Adeo nec illi in Beelzebule eiciebant, sed ut diximus in virtute creatoris, quam ut intelligi faceret, subiungit: ⁴²⁹ *Quod si ego in digito Dei expello demonia,* *ergone appropinquauit in vos regnum Dei?* Apud Pharaonem enim venefici illi adhibiti aduersus Moysen, virtutem creatoris digitorum Dei appellauerunt. *Digitus Dei est*

DDD

hoc, quod significarent etiam modicum, validissimum tamen. Hoc & Christus ostendens, commemorator non obliterator vetustatum, scilicet suarum, virtutem Dei, digitum Dei dixit, non alterius intelligendum quam eius apud quem hoc erat appellata. Ergo & regnum ipsius appropinquauerat, cuius & virtus digitus vocabatur. ⁴³⁹ Merito igitur applicuit ad *parabolam fortis illius armati, quem validior alius oppressit*, principem dæmoniorum, quem Beelzebulem & Satanam supra dixerat, significans digito Dei oppressum, non creatorem ab alio Deo subactum. Ceterum *quomodo adhuc staret regnum eius* in suis terminis, & legibus, & officiis, quem licet integro mundo vel sic potuisset videri superasse validior ille Deus Marcionis, si non secundum legem eius etiam Marcionitæ ⁴⁴¹ morentur; in terram defluendo, sæpè & à scorpio docti non esse superatum creatorem. ⁴⁴² *Exclamat mulier de turba: Beatum utrum qui illum portasset, & vbera quæ illum educaissent: Et Dominus: Immo beati qui sermonem Dei audiunt & faciunt. Quia & retrò sic reiecerat matrem aut fratres, dum auditores & obsecutores Dei præfert. Nam nec hic mater assistebat illi. Adeò nec retrò negauerat, vt ne tum quum id rursus audit: rursus proinde fœlicitatem ab vtero & vberibus matris suæ transtulit in discipulos, à qua non transtulisset si eam non haberet.* [⁴⁴³ Alibi malo purgare quæ reprehendunt Marcionitæ in creatore. Hic enim sufficit, si ea in Christo reperiuntur. Ecce inæqualis & ipse inconstans, leuis, aliud docens, aliud faciens: ⁴⁴⁴ Iubet a omni petenti dare, ⁴⁴⁵ & b ipse signum petentibus non dat. Tanto quo lucè suam ab hominibus abscondit: & ⁴⁴⁶ negat lucernam abstruendam, sed cõfirmat super candelabrum proponendam, vt omnibus luceat. Verat remaledicere, multo magis vtique maledicere: ⁴⁴⁷ & vae ingerit Pharisæis & doctoribus legis. Quis est tam similis Dei mei, Christus nisi ipsius? Sæpè iam finimus nullo modo potuisse illum destructorem legis denotari, si alium Deum promulgasset. ⁴⁴⁸ Ideò & tunc Pharisæus, qui illum vocarat ad prandium, retractabat penes se, cur non prius tinctus esset quam recubisset ⁴⁴⁹ secundum legem, qui Deum legis circumferret. Iesus autem etiam interpretatus est ei legem, ⁴⁵⁰ dicens: illos calicis & carini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina & iniquitate, vt significaret vasculorum munditias hominum esse intelligendas apud Deum. Quia & Pharisæus de homine non de calice illoto apud se tractauerat. Ideò exteriora, inquit, calicis lauatis, id est, carnem: interiora autem vestra non emundatis, id est, animam: adiciens, *Nonne qui exteriora fecit, id est, carnem, & interiora fecit, id est, animam?* quo dicto apertè demonstrauit, ad eundem Deum pertinere munditias hominis exterioris & interioris, cuius vterque sit, præponentis misericordiam non modò lauacro hominis, sed etiam sacrificio. Subiungit enim: ⁴⁴¹ *Date quæ habetis elemosynam, & omnia munda erunt vobis. Quòd si & alius potest Deus misericordiam mandasse, non tamen antequàm cognitus. Porrò & hic apparet illos non de Deo increpitos, sed de eius disciplina, à quo illis & figuratè vasculorum munditiæ, & manifestè misericordiarum opera imperabantur. ⁴⁴² Sic & holyscula decimantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes oburgat. Cuius Dei vocationem & dilectionem, nisi cuius & rutam & mentam, ex forma legis de decimis offerebant? Totum enim exprobrationis hoc erat quòd modica curabant, ei vtique cui maiora non exhibebant, dicenti: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, qui te vocauit ex Ægypto. Ceterum nec tempus admisset, vt Christus tam præcoquam, immò tam acerbam adhuc dilectionem, expostularet nouo & recenti Deo, ne dixerim nondum palàm facto. ⁴⁴³ *Primatum quoque captantes locorum, & honorem salutationum, quum incusat, sectam creatoris administrat, eiusmodi principes Sodomorum & Pharisæos appellantis; prohibentis etiam confidere in Præpositos; immò & in totum miserimum hominem pronuntiantis qui spem habet in homine. Quòd si propterea quis affectat principatum vt de officiis aliorum gloriatur, quia officia vetuit eiusmodi sperandi & confidendi in hominem, idem & affectatores principatum increpuit. ⁴⁴⁴ *Inuchitur & in doctores ipsos legis, quòd onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem aggredi auderent, non legis onera suggillans quasi detestator eius: quomodo enim detestator, qui cum maxime ⁴⁴⁵ potiora legis prætereuntes incusabat, elemosynam & vocationem & dilectionem Dei; ne hæc quidem graua, nedum decimas rutarum, & munditias catinorum? Ceterum excusandos potiùs censuisset, si importabilia portare non possent. Sed quæ onera taxat? quæ ipsi de suo exaggerabant, ⁴⁴⁶ docentes præcepta doctrinas hominum, commodorum suorum causa, ⁴⁴⁷ iungentes domum ad domum, vt quæ proximi sunt auferrent; clamantes populum, amantes munera; sectantes retributionem;***

tionem; diripientes iudicata pauperum, vt esset illis vidua in rapinam, & pupillus in prædam. De quibus idem Esaias, Væ qui valent in Hierusalem. Et rursus: Qui vos postulant, ^{Isai. 28.} dominantur vestri. Qui magis quam legis doctores? Hi si & Christo displicebant, vt sui ^{Isai. 3.} displicebant. Alienæ enim legis doctores non omnino pulsasset. ⁴⁴⁸ Cur autem *Væ audiunt* ^{Luc. 11.} etiam, quòd edificarent Prophetis monumenta interemptis à patribus eorum, laude potiùs digni, qui ex isto opere pietatis testabantur se non consentire factis patrum; si non erat zelotes, ^{Exod. 20.} qualem arguunt Marcionitæ, delicta patrum de filiis exigentem vsque in quartam nationem? ⁴⁴⁹ Quam verò clauem habebant legis doctores nisi interpretationem legis? ^{ad cy-} ^{Luc. 11.} ^{Isai. 7.} ^{Luc. 11.} ^{Matth. 15.} ^{Luc. 11.} *ius intellectum neque ipsi adibant, non credentes scilicet: Nisi enim credideritis, non intelligetis: neque alios admittebant, vtique docentes præcepta potiùs, & doctrinas hominum. Qui ergo nec ipsos introeuntes, nec aliis aditum præstantes, increpabat, obrectator habendus est legis an fautor? Si obrectator, placere debebant, & præclusores legis. Si fautor, iam non & æmulus legis. Sed hæc omnia ad infuscandum creatorem ingerebat vt sæuam, erga quem delinquentes Væ habituri essent. Et quis sæuam non potiùs timeret prouocare deficiendo ab eo? Tanto magis ergo demerendum docebat, quem timendum ingerebat. Sic oportebat Christum creatoris. [⁴⁵⁰ Merito itaque non placebat illi hypocrisis Pharisæorum, labiis scilicet amantium Deum, non corde. ⁴⁵¹ *Cauete, inquit discipulis, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis*, non prædicatio creatoris. Odit contumaces patris filius, non vult suos tales existere in illum: non in alium, in quem hypocrisis fuisse admittit, cuius exemplum à discipulis caueretur. Ita Pharisæorum prohibet exemplum. In eum prohibebat illud admitti, in quem admittebant Pharisæi. ⁴⁵² Igitur quoniam hypocrisis eorum taxarat, vtique calantem occulta cordis, & incredulitatis secreta superficialibus officiis obumbrantem, quæ clauem agnitionis habens, nec in ipsa introiret, nec alios sineret: ideò adiicit: ⁴⁵³ *Nihil autem opertum quod non patefiet, & nihil absconditum quod non dinoscetur*: ne quis existimet illum Dei ignoti retrò & occulti reuelatione & adagnitionem intentare, ⁴⁵⁴ quum subiiciat, etiam quæ inter se mussitarant vel tractarant scilicet super ipso dicentes, Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebule, in aperitum processura, & in ore hominum futura, ex Euangelij promulgatione. *Dehinc conuersus ad discipulos, ⁴⁵⁵ Dico autem, inquit, vobis amicis meis, nolite terri ab eis qui vos solummodò occidere possunt, nec post hoc vllam in vobis habent potestatem. Sed iis erit Esaias prædicens: Vide quomodo iustus aufertur, & nemo aduertit. ⁴⁵⁶ Demonstrabo autem vobis quæ timeatis. Timeate eum qui postquam occiderit, potestatem habet mittendi in gehennam, Creatorè vtique significas. Itaque dico vobis, huc timeate.* Et hoc in loco sufficeret mihi, si quæ timeri iubet, offendi vetat: & quem offendi vetat, demereri iubet: & qui hæc mandat ipsius est, cui timèdo, & nõ offendendo, & demerendo procurat. Sed habeo & de sequentibus sumere. ⁴⁵⁷ *Dico enim vobis: Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo. Qui cõfitebitur autem in Christo, occidi habebunt coram hominibus, nihil vtique amplius passuri post occisionem ab illis. Hi ergo erunt quos supra præmonet, ne timeant tantummodò occidi: ideò præmittens non timendam occisionem, vt subiungeret substruendam confessionem. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur coram Deo, ab eo vtique qui illum confitentem confessurus fuisset. Si enim confessorem confitebitur, ipse est qui & negatorem negabit. Porrò si confessor est, cui nihil timendum est post occisionem, negator erit cui timendum est etiam post mortem. Itaque quum creatoris sit quod timendum est post mortem, gehennæ scilicet pœna, & negator ergo creatoris est. Si autem & negator, & confessor, qui post occisionem nihil ab homine passurus est, à Deo planè passurus si negaret: atque ita Christus creatoris est, qui ostendit negatores suos creatoris gehennam timere debere. Post deterritam itaque negationem, sequitur & blasphemiam formidandæ admonitio: ⁴⁵⁸ *Qui dixerit in filium hominis, remittetur; illi autem qui dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei. Quòd si iam remissio & retentio delicti, iudicem Deum sapiunt, huius erit spiritus sanctus non blasphemandus, non remissuri scilicet blasphemiam: sicut & supra non negandus, occisuri scilicet etiam in gehennam. Quòd si & blasphemiam Christum à creatore auertit, quomodo aduersarius ei venerit, non scio. Aut si & per hæc seueritatem eius infuscat, non remissuri blasphemiam, & occisuri etiam in gehennam, superest vt & illius diuersi Dei impunè & spiritus blasphemetur, & Christus negetur, & nihil intersit de cultu eius, de contemptu: & sicut de contemptu nulla pœna, ita & de cultu nulla speranda sit merces. ⁴⁵⁹ *Perductos ad potestates, prohibet ad interu-****

gationem cogitare de responsione. Sanctus enim, inquit, spiritus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis. Si eiusmodi documentum creatoris est, eius erit & præceptum cuius præcessit exemplum. ⁴⁶⁰ Balaam Prophetes in Arithmis arcessitus à rege Balach, ad maledicendum Israël. ^{23.} ^{24.} cum quo prælium inibat, simul spiritu implebatur, nõ ad quam venerat maledictionem, sed quam illi ipsa hora spiritus suggerebat, benedictionem pronuntiabat, antè professus apud nuntios regios, mox etiam apud ipsum, id se pronuntiatum quod Deus ori eius indidisset. Hæ sunt nouæ doctrinæ noui Christi, quas olim famuli creatoris iniuerunt. Ecce planè diuersum exemplum Moyfi & Christi. ⁴⁶¹ Moyfes rixantibus fratribus vltro intercedit, & iniuriosum increpat. Quid proximum tuum percute? Et reicitur ab illo: Quis te constituit magistrum aut iudicem super nos? ⁴⁶² Christus verò postulatus à quodam, vt inter illum & fratrem ipsius de diuidenda hereditate componeret, operam suam, & quidem tam probæ causæ denegauit. Iam ergo melior Moyfes meus Christo tuo, fratrum paci studens, iniuriæ occurrens. Sed enim optimi & non iudicis Dei Christus? Quis me, inquit, iudicem constituit super vos? Aliam vocem excusationis inuenire non potuit, ne ea vteretur, qua improbus vir, & impius frater assertorem probitatis atque pietatis excusserat. Denique probauit malam vocem, vtendo ea, & malum factum, pacis inter fratres componendæ declinatione. Aut nunquid indignè tulcrit, hoc dicto fugatum Moysen. Ideo que in causa pari disceptatum fratrum, voluit illos commemoratione eiusdem dicti confundisse? planè ita. Ipse enim tunc fuerat in Moyse, qui talia audierat, spiritus scilicet creatoris. ⁴⁶³ Puto iam alibi satis commendasse nos diuitiarum gloriam damnari à Deo nostro, ipsos dynastas detrahente de solio; & pauperes alleuante de sterquilinio. ⁴⁶⁴ Ab eo ergo erit & parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum, cui Deus dicit: Stulte hæc Isai. 39. & nocte animam tuam reposcent. Quæ autem parasti, cuius erunt? Sic denique rex de gazis & apothecis deliciarum suarum apud Persas gloriatus, per Esaiam malè audiuit. [⁴⁶⁵ Quis nollet curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu, nisi qui ista homini antè proposuit: & exinde præstans, meritò curam eorum, tanquam æmulam liberalitatis suæ prohibet, qui & substantiam ipsius animæ accommodauit potiore escæ, & materiam ipsius corporis figurauit potiore tunica? ⁴⁶⁶ Cuius & corui non seruit, nec metunt, nec in apothecis condunt, & tamen aluntur ab ipso. ⁴⁶⁷ Cuius & lilia & fenum non texunt, nec nent, & tamen vestiuntur ab ipso: cuius & Salomon gloriosissimus, nec vllò tamen sterculo cultior. Ceterum nihil tam abruptum, quàm vt alius præstet, alius de præstantia eius securè agere mandet, & quidem derogator ipsius. Denique si quasi derogator creatoris, non vult de eiusmodi friuolis cogitari, de quibus nec corui nec lilia laborent, vltro scilicet pro sua vilitate subiectis, paulò post parebit. Interim cur ⁴⁶⁸ illos modicæ fidei incusat, id est, cuius fidei? eiusne quam nondum poterant perfectam exhibere Deo, tantum quod velatò quum maximè discentes eum: an quam hoc ipso titulo debebant creatori, vti crederent hæc illum vltro generi humano sumministrare, nec de eis cogitarent? Nam & quum subiicit: Hæc enim nationes mundi querunt, non credendo scilicet in Deum conditorem omnium & præbitorem, ⁴⁶⁹ quos pares gentium nolebat, in eundem Deum modicos fidei increpabat, in quem gentes incredulas notabat. Porro quum & adiicit: ⁴⁷⁰ Scit autem pater opus esse hæc vobis; prius quæram quem patrem intelligi velit Christus. Si ipsorum creatorem demonstrat, & bonum confirmat, qui scit quid filiis opus sit. Sin illum alium Deum, quomodo scit necessarium esse homini victum atque vestitum, quorum nihil præstitit? Si enim scisset, præstitisset. Ceterum si scit quæ sunt homini necessaria, nec tamen præstitit, aut malignitate aut infirmitate non præstitit. Professus autem necessaria hæc homini, vtique bona confirmauit. Nihil enim mali necessarium. Et non erit iam depreciator operum & indulgentiarum creatoris, vt quod supra distuli, expunxerim. Porro si quæ necessaria scit homini, alius & prospexit & præstat, quomodo hæc ipse promittit? An de alieno bonus est? ⁴⁷¹ Querite enim, inquit, regnum Dei, & hæc vobis adiciuntur. Vtique ab ipso. Quod si ab ipso, qualis est qui aliena præstabit? Si à creatore cuius & sunt, quis est qui aliena promittat? Ea si regno accedent, secundo gradu restituenda, eius est secundus gradus, cuius & primus: eius victus atque vestitus, cuius & regnum. Ita tota promissio creatoris est, parabolæ status, similitudinum peræquatio, si nec in alium spectant, quàm ⁴⁷² cui per omnia parauerint. ⁴⁷³ Sumus serui, dominum enim habemus Deum. Succingere debemus lumbos, id est, expediti esse ab impedimentis ⁴⁷⁴ laciniosæ vitæ & implicitæ; item lucernas ardentes habere, id est, mentes à fi-

de ac-

A de accensas, & operibus veritatis relictes, atque ita expectare Dominum, id est, Christum. *Ibidem.* Vnde redemptum? si à nuptiis, creatoris est, cuius nuptiæ. Si non creatoris, nec ipse Marcion inuitatus ad nuptias isset, Deum suum intuens detestatorem nuptiarum. Defecit itaque parabola in persona Domini, si non esset, cui nuptiæ cõperunt. In sequenti quoque parabola satis errat, qui ⁴⁷⁵ furem illum cuius horam si pater familiæ sciret, non sineret suffodi domum suam, *Ibidem.* in personam disponit creatoris. Fur enim creator, quomodo videri potest Dominus totius hominis? Nemo sua furatur aut suffodit, sed ille potius qui in aliena descēdit, & hominem à domino eius alienat. Porro quum furem nobis diabolus demōstret, cuius horam etiam in primordio si homo scisset, nunquã ab eo suffossus esset. ⁴⁷⁶ Propterea iubet vt parati simus, quia quæ non putamus hora, filius hominis adueniet, non quasi ipse sit fur, sed iudex, scilicet eorum, qui se non parauerint, nec cauerint furem. Ergo si ipse est filius hominis, iudicem teneo, & in iudice creatorem defendo. Si verò Christum creatoris in nomine filij hominis hoc loco ostendit, vt eum furem portendat, qui quando venturus sit, ignoremus, habes supra scriptum, Neminem rei suæ furem esse: Saluo & illo quod in quantum timendum creatorem ingerit, in tantum illi negotium agens, creatoris est. ⁴⁷⁷ Itaque interroganti Petro, in illos ait & in omnes parabolam dixisset, ⁴⁷⁸ ad ipsos & ad vniuersos qui Ecclesiis præfuturi essent, proponit actorum similitudinem, ⁴⁷⁹ quorum qui benè tractauerit cõseruos absentia domini, reuerso eo omnibus bonis præponetur. ⁴⁸⁰ Qui verò secus egerit, reuerso domino qua die nõ putauerit, hora qua non scierit, illo scilicet filio hominis Christo creatoris, non fure, sed iudice, segregabitur, & pars eius cum infidelibus ponetur. Proinde igitur aut & hic iudicem dominum opponit, & illi catechizat: aut si Deum optimum, iam & illum iudicem affirmat, licet nolit hæreticus. Temperare enim tentant hunc sensum, quum Deo eius vindicatur, quasi tranquillitatis sit & mansuetudinis, segregare solummodò & partem eius cum infidelibus ponere, ac si non sit vocatus, vt statui suo redditus, quasi nõ & hoc ipsum iudicatio fiat. Stultitia. Quis erit exitus segregatorum? Nonne amissio salutis? Siquidem ab eis segregabuntur qui salutem consequentur. Quid igitur infidelium status? Nonne damnatio? Aut si nihil patientur segregati & infideles, æquè ex diuerso nihil consequentur reuerti & fideles. Si verò consequentur salutem reuerti & fideles, hanc amittant necesse est ex diuerso segregati & infideles. Hoc erit iudicium, quod qui intendit, creatoris est. ⁴⁸¹ Quem alium intelligam cadentem se, nos paucis aut multis plagis, & prout commisit illis, ita & exigentem ab eis, quàm retributorem Deum? Cui me decet obsequi, nisi remuneratori? Proclamat Christus tuus, ⁴⁸² Ignem veni mittere in terram. Ille optimus, nullius gehennæ dominus; qui paulò antè discipulos, ne ignem postularent, inhumanissimo vinculo coërcuerat, quando iste Sodoman & Gomorran nimbo igneo exussit: quando cantatum est, ⁴⁸³ Ignis ante ipsum procedet, & cremabit inimicos eius? quando & per Osee comminatus est, ⁴⁸⁴ Ignem emittam in ciuitates Iudæ? ⁴⁸⁵ vel per Esaiam, Ignis exarsit ex indignatione mea? Non mentiat. Si non est ille qui de rubo quoque ardenti vocem suam emisit, viderit quem ignem intelligendum contendas. Etiam si figura est, hoc ipso quod de meo elemento argumenta sensui suo sumit, meus est, qui de meis vritur. Illius erit similitudo ignis, cuius & veritas. Ipse melius interpretabitur ignis istius qualitatem, adiciens, ⁴⁸⁶ Putatis venisse me pacem mittere in terram? non, dico vobis, sed separationem. Machæram quidem scriptum est. Sed Marcion emendat, quasi non & separatio opus sit machæra. Igitur & ignem euersionis intendit, qui pacem negauit. Quale prælium, tale & incendium. Qualis machæra, talis & flamma, neutra congruens Domino. ⁴⁸⁷ Denique: Diuidetur, inquit, pater in filium, & filius in patrem; & mater in filiam, & filia in matrem; & nurus in socrum, & socrus in nurum. Hoc prælium inter parentes si in ipsis verbis tuba cecinit Propheta, ⁴⁸⁸ vereor ne Michæas Christo Marcionis prædicaret. ⁴⁸⁹ Et ideò hypocritas pronuntiabat, cæli quidem & terræ faciem probantes, tempus verò illud non dinoscentes. Quo scilicet adimplens omnia quæ super ipsos fuerunt prædicata, nec aliter docens debuerat agnosci. Ceterum quis posset eius tempora nosse, cuius per quæ probaret non habebat? ⁴⁹⁰ Merito exprobrat etiam quod iustum non à semetipsis iudicarent. ⁴⁹¹ Olim hoc mandat, per Zachariam: Iustum iudicium & pacatorium iudicate. Per Hieremiam: Facite iudicium & iustitiam. Per Esaiam: Iudicate pupillo, & iustificare viduam; imputans etiam vineam Sorech, quod non iudicium fecisset, sed clamorem. Qui ergo docuerat vt facerent ex præcepto, is exigebat vt facerent & ex arbitrio. Qui seminauerat præceptum, ille & redundantiam eius vrgebat. Iam verò quàm absurdum vt ille mandaret, iustè iudicare,

DDd iij

Luc. 12. qui Deum iudicē iustum destruebat. ⁴⁹² Nam & iudicem qui mittit in carcerem, nec ducit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante, in persona creatoris obtreccationis nomine differūt. Ad quod necesse habeo eodem gradu occurrere. Quotiescūque enim seueritas creatoris opponitur, totiens illius est Christus, cui pertimorem cogit obsequium. [⁴⁹³ Questionem ex c. xiii. rursus de curatione sabbato facta quomodo discussit? ⁴⁹⁴ Vnusquisque vestrum sabbatis non soluit asinum aut bouem suum à præsepi, & ducit ad potum? Ergo secundum conditionē legis operatus, Luc. 13. legem confirmauit, non dissoluit, iubentem nullum opus fieri, nisi quod fieret omni animæ, quanto potius humanæ? Parabolarum congruentiam vbique recognoscor exigere. ⁴⁹⁵ Simile est regnum Dei, inquit, grano sinapis, quod accepit homo, & seminauit in horto suo. Ibidem. Quis in persona hominis intelligendus? utique Christus: Quia licet Marcionis, filius hominis est dictus, qui accepit à patre semen regni, sermonem scilicet Euangelij, & seminauit in horto suo utique in mundo: putà nunc in homine. Sed quum in suo horto dixerit, nec mundus autem nec homo illius sit, sed creatoris, ergo qui in suum seminarit, creator ostenditur. Aut si, vt hunc laqueum euadant, conuerterint hominis personam à Christo in hominem accipientem semen regni, & seminantem in horto cordis sui, nec ipsa materia alij conueniet quàm creatori. Quale est enim vt lenissimi Dei regnum, quod etiam iudicij feruor lacrymosa austeritate subsequitur. De sequenti planè similitudine vereor, ne fortè alterius Dei regno portendat. ⁴⁹⁶ Fermento enim comparauit illud; non azymis quæ familiariora sunt creatori. Congruit & hæc coniectura mendicantibus argumēta. Itaque & ego vanitatem vanitate depellam, fermentationem quoque congruere dicens regno creatoris, ⁴⁹⁷ quia post illam clibanus vel furnus gehennæ sequatur. Quoties adhuc se iudicem ostendit, & in iudice creatorem? Quoties utique eiecit & damnat reiiciendo. ⁴⁹⁸ Sicut hinc quoque: Quum surrexerit, inquit, pater familiae (quod, nisi quod dixit Esaias, Quum surrexerit comminuere terram?) & cluserit ostium, utique excludendis iniquis, quibus pulsantibus respondet: Nescio unde sitis. ⁴⁹⁹ Et rursus enumeratibus quod coram illo ederint, & biberint, & in plateis eorum docuerit, adiciet: Recedite à me omnes operarij iniquitatis; illic erit stertus, & frendor dentium. Vbi? foris scilicet, ubi erunt exclusi, ostio cluso ab eo. Ergo erit poena, à quo fit exclusio in poenam, ⁵⁰⁰ quum videbunt iustos introeuntes in regnum Dei, se verò detineri foris. Aquo? Si à creatore, quis erit ergo intus recipiens iustos in regnum? Deus bonus. Quid ergo illuc creatori, vt foris detineat in poenam, quos aduersarius eius exclusit, suscipiendos à se utique magis in aduersarij bilem? Sed & ille exclusurus iniquos, sciat utique creatorem illos derenturum in poenam, aut non sciat oportet. Ergo, aut nolente eo detinebuntur, & minor est illo qui detinet, cedens ei nolens: aut si vult ita fieri, ipse ita faciendum iudicauit, & non erit melior creator ipse auctor infamiae creatoris. Hæc si nulla ratione consistūt, vt alius punire, alius liberare credatur, vnus erit tam iudicium quàm & regnum: & dum vnus est vtrunque, qui & iudicat creatoris est. [⁵⁰¹ Ad prandium vel ad cœnam qualeis vocari iubet? Qualeis ostenderat per Esaiam: a Confringe panem tuum esurienti, & medicos & qui sine te cœto sunt, induc in domum tuam, qui b scilicet humanitatis istius vicē retribuere non possunt. Hanc si Christus captari vetat, c in resurrectione eam repromittens; creatoris est forma; cui non placent d amantes munera, scdantes retributionem. Etiam inuitatoris parabola cui magis parti occurrat expendo. ⁵⁰² Homo e quidam fecit cœnam, & vocauit multos. Vtique cœnæ paratura, vitæ æternæ saturitatem figurat. Dico primò extraneos & nullius iuris affines inuitari ad cœnam non solere, certè facilius solere domesticos & familiares. Ergo creatoris est inuitasse, ad quem pertinebant qui inuitabantur, & per Adam quâ homines, & per patres quâ Iudaici, non eius ad quem neque natura pertinebant, neque prærogatiua. Dehinc si is mittit ad conuiuas, qui cœnam parauit, sic quoque creatoris est cœna, qui misit ad conuiuas admonendos, antè iam vocatos per patres, admonendos autem per Prophetas: non qui neminem miserit admonendum, nec qui nihil prius egerit ad vocandum, sed ipse descenderit subitò: tantum quod innotescens, iam inuitans: tantum quod inuitans, iam in conuiuium cogens, eandem faciens horam cœnandi & ad cœnam inuitandi. ⁵⁰³ Excusant se inuitati. Si ab alio Deo, meritò, quia subitò inuitati. Si non meritò, ergo nec subitò. Si autem non subitò inuitati, ergo à creatore à quo olim: Cuius denique declinauerant vocationem, tunc primò dicētes ad Aaronem: Fac nobis Deos qui præeant nobis. Atque exinde, Aure audientes, & non audientes, vocationem scilicet Dei. ⁵⁰⁴ Qui pertinentissimè ad hanc parabolam per Hieremiam: Audite (inquit) vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis

Ibidem. Exod. 23. ac 34. Luc. 13.

Ibidem. Isai. 2. Luc. 13. Ibidem.

Ibidem.

xxxix. ex xii. c. Luc. Luc. 14. a Isai. 58. b Luc. 14. c Ibidem. d Isai. 1. e Luc. 14.

Ibidem.

Exod. 32. Isai. 6. Hierem. 11.

A ibitis in omnibus viis meis quascunque mandauero vobis. Ecce inuitatio Dei. Et non audierunt, inquit, & non aduerterunt aurem suam. Ecce recusatio populi. Sed abierūt in iis quæ concupierunt corde suo malo. ⁵⁰⁵ Agrum emi, & boues mercatus sum, & uxorem duxi. Et adhuc ingerit. Et emisi ad vos omnes famulos meos Prophetas. Hic erit spiritus sanctus admonitor conuiuarum, die & ante lucem. Et non ⁵⁰⁶ audiit populus meus, & non intendit auribus suis, & obdurauit collum suum. ⁵⁰⁷ Hoc vt patri familia renuntiatum est, motus tunc (benè quod & motus: negat enim Marcion moueri Deum suum, ita & hoc meus est) mandata de plateis & vicis ciuitatis facere sublectionem. Videamus an eo sensu quo rursus per Hieremiam, ⁵⁰⁸ Nunquid solitudo factus sum domui Israël: aut terra in incultum derelicta? Id est, Nunquid non habeo quos allegam, aut vnde allegam? Quoniam dixit populus meus, non venimus ad te. Itaque misit ad alios vocandos, ex eadem adhuc ciuitate. ⁵⁰⁹ Dehinc loquitur abundante, præcepit etiam de viis & sepibus colligi, id est, nos iam de extraneis gentibus, illa scilicet æmulatione, qua in Deuteronomio, ⁵¹⁰ Auertam faciem meam ab eis, & monstrabo quid illis in nouissimis, id est, alios possessuros locum eorum: quoniam genitura peruersa est, filij in quibus fides non est. Illi obæmulati sunt me in non Deo, & prouocauerunt me in iram in idolis suis: & ego obæmulabor eos in non Natione, in Natione insipienti prouocabo eos in iram, in nobis scilicet quorum spem Iudæi gerunt; ⁵¹¹ De qua illos gustaturos negat Dominus, derelicta Sione tanquam specula in vinea & in cucumerario casulas posteaquàm b & nouissimam in Christum inuitationem recusauit. Quid ex hoc ordine secundum dispositionem & prædicationes creatoris recedendo competere potest illi, cuius nec ordinem habet, nec dispositionem ad parabolæ conspirationem, qui totum opus semel fecit? Aut quæ erit prima vocatio eius, & quæ secundo actu admonitio? Antè debent alij excusare, postea alij conuenisse. Nunc autem pariter vtramque partem inuitare venit, de ciuitate, de sepibus, aduersus speculū parabolæ: nec potest iam fastidiosos iudicare quos nunquam retrò inuitauit, quos cum maximè aggreditur. Aut si de futuro eos iudicat, cōtempturos vocationem: ergo & sublectionem loco eorum ex gentibus de futuro portendit. ⁵¹² Planè ad hoc secundo venturus est vt gentibus prædicet. Et si venturus est autem, puto non quasi vocaturus adhuc conuiuas, sed iam collocaturus. ⁵¹³ Interea qui cœnæ istius vocationem in cœleste conuiuium interpretaris spiritualis saturitatis & iucunditatis, memento & ⁵¹⁴ terrenas promissiones vini & olei & frumenti & ipsius ciuitatis, æquè in spiritalia figurari à creatore. [⁵¹⁵ Quem & dragmam perditam quis requirit? Nonne qui perdidit? Quis autè perdidit? Nonne qui habuit? Quis verò habuit? Nonne cuius fuit? Si igitur homo non alterius est res, quàm creatoris, is eum habuit cuius fuit. Is perdidit, qui habuit. Is requisit, qui perdidit. Is inuenit, qui quæsiuit. Is exultauit, qui inuenit. Ita vtriusque parabolæ argumentum vacat circa eum, cuius non est ouis neque dragma, id est, homo. Non enim perdidit, quia non habuit: nec requisit, quia non perdidit: nec inuenit, quia nec requisit: nec exultauit, quia non inuenit. ⁵¹⁶ Atque aded exultare illius est de penitentia peccatoris, id est, de perditione recuperatione, qui se professus est olim, malle peccatoris penitentiam quàm mortem. [⁵¹⁷ Quibus duobus dominis neget posse seruire, ⁵¹⁸ quia alterum offendit sit necesse, alterum defendi, ipse declarat, Deum proponens & Mammonam. Deinde Mammonam quem intelligi vult, si interpretem non habes, ab ipso potes discere. Admonēs enim nos, de secularibus suffragia nobis prospicere amicitiarum, ⁵¹⁹ secundum serui illius exemplum, qui ab actu summotus, dominicos debitores diminuit, cautionibus releuat in subsidium sibi. ⁵²⁰ Et ego, inquit, dico vobis, facite vobis amicos de Mammona iniustitia, de nūmo scilicet, de quo & seruus ille. In iustitiæ enim auctorem & dominatorem totius seculi nummum scimus omnes. ⁵²¹ Cui famulatam videns Phariseorum cupiditatem amentauit hæc sententiam, Non potestis Deo seruire & Mammonæ. ⁵²² Irvidebāt denique Pharisei pecuniæ cupidi, quod intellexisset scilicet Mammonam de hummo dictum, ne quis existimet in Mammona creatorem intelligendum, & Christum à creatoris illos seruitute reuocasse. Quid nūc potius ex hoc discere, vnum à Christo Deum ostensum. Duos enim dominos nominauit, Deū & Mammonā, creatorem & nummum. Denique non potestis Deo seruire, utique ei cui seruire videbatur: & Mammonæ cui magis destinabantur. Quod si ipse alium se ageret, nō duos dominos, sed tres demonstrasset. Et creator enim dominus, quia Deus. Et utique magis dominus, quàm Mammonas: magisque obseruādus, quàm magis dominus. Quale est enim, vt qui Mammonam dominum dixerat, & cum Deo iunxerat, verè ipsorum dominum taceret, id est, creatorem? Aut nunquid tacendo eo, concessit seruiendum ei esse, si solummodo sibi

Luc. 14. a Isai. 1. b Luc. 14.

xxxix. ex cap. xvi. Luc. Luc. 15. Ibidem.

Ibidem.

xxxix. ex c. xvi. Luc. Luc. 16. Ibidem.

Ibidem.

& Mammonæ negauit posse serui? Ita cum vnum Deum ponit nominaturus & creator. D
rem, si alius esset ipse, creatorem nominauit, quem dominum sine alio Deo non posuit.
Ibidem. Et illud itaque relucebit, ¹³³ quomodo dictum: *Si in Mammona iniusto fideles non extitissent, quod*
verum est, quis vobis credet? In nummo scilicet iniusto, non in creatore: quem & Marcion iu-
Ibidem. stum facit. ¹³⁴ *Et si in alieno fideles inuenti non essis, quod meum est quis dabit vobis?* Alienum enim
debet esse à seruis Dei, quod iniustum est. Creator autem quomodo alienus erat Pharisæis,
proprius Deus Iudaicæ gentis? Si ergo hæc non cadunt in creatorem, sed in Mammonam,
quis vobis credet quod verius est, & quis vobis dabit quod meum est, non potest quasi
alius dixisset de alterius Dei gratia. Tunc enim videretur ita dixisse, si eos in creatore, non
in Mammonam infideles notando, per creatoris mentionem distinctiones fecisset Dei
Ibidem. alterius non commissuri suam veritatem infidelibus creatoris. Quomodo tunc alterius vi-
deri potest, si non ad hoc proponatur, vt à re de qua agitur, separetur? ¹³⁵ Si autem & *insti-*
ficientes se coram hominibus Pharisæi spem mercedis in homine ponebant, illo eos sensu incre-
Hier. 17. pabat, quo & Propheta Hieremias: ¹³⁶ Miser homo qui spem habet in homine. ¹³⁷ Si &
Luc. 16. adicit: *Scit autem Deus corda vestra,* illius Dei vim commemorabat qui lucernam se pronun-
Hier. 11. 17. tiabat, scrutantem tenes & corda, si superbiam tangit, ¹³⁸ *quod elatum est apud homines, pero-*
20. *sum est Deo,* Esaiam ponit ante oculos: Dies enim Domini sabaoth, ¹³⁹ in omnem cõume-
Luc. 16. liosum & superbum, in omnem sublimem & elatum, & humiliabuntur. Possunt iam collige-
Isai. 2. re cur tato æuo Deus Marcionis fuerit in occulto. Expectabar, opinor, donec hæc omnia
disceret à creatore. Didicit ergo vsque ad Ioannis tempora, atque ita exinde processit
Luc. 16. E
annuntiare regnum Dei, dicens: ¹⁴⁰ *Lex & Prophetæ usque ad Ioannem, ex quo regnum Dei an-*
nuntiatur: quali non & nos limitem quendam agnoscamus Ioannem cõstitutum inter ve-
tera & noua, ad quem desineret Iudaismus, & à quo inciperet Christianismus: non tamen
vt ab alia virtute facta sit sedatio Legis & Prophetarum, & initiatio Euangelij, in quo est
Dei regnũ, Christus ipse. ¹⁴¹ Nam & si probauimus, & vetera trãsitura, & noua successura
prædicati à creatore; si & Ioannes antecursor & præparator ostenditur viarum Domini,
Euangelium superducturi, & regnum Dei promulgaturi: & ex hoc iam quod Ioannes ven-
nit, ipse erit Christus qui Ioannem erat subsecuturus vt antecurforem: & si deseruit vetera,
& cœperunt noua interstite Ioanne, non erit mirum quod ex dispositione est creatoris:
¹⁴² vt vnde magis probetur, quàm ex Legis & Prophetarum in Ioannem occasu, & exinde
ortu, regnũ Dei. ¹⁴³ *Transseat igitur cœlum & terra ciuius,* sicut & Lex & Prophetæ, *quàm vnus*
Luc. 16. *apex verborum Domini.* Verbum enim, inquit Esaias, Dei nostri manet in æuum. Nam quo-
Isai. 40. niam in Esaiam iam tunc Christus, sermo scilicet & spiritus creatoris, Ioannem prædicarã;
Ibidem. vocem clamantis in deserto parare viam Domini: in hoc venturũ, vt Legis & Prophetarum
ordo exinde cessaret, per adimpletionem, non per destructionem, & regnum Dei à
Christo annuntiaretur: idem subtexuit, facilius elementa transitura, quàm verba sua: con-
firmans, hoc quoque quod de Ioanne dixerat, non præterisse. ¹⁴⁴ Sed Christus diuor-
tium prohibet, dicens: ¹⁴⁵ *Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium commisit; qui*
xxxiii. *ex eod.* *dimissam à viro duxerit, æquè adulter est.* Vt sic quoque prohibeat diuortium, illicitum facit re-
xvi. c. *lucæ.* *puclatæ matrimonium, Moyses verò permittit repudium in Deuteronomio: Si sumpserit*
Luc. 16. *quis uxorem, & habitauerit cum ea* ¹⁴⁶ & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam,
Deu. 24. *eo quod inuentum sit in illa impudicum negotium, scribet libellum repudij, & dabit in*
Manh. 16. *manu eius, & dimittet illam de domo sua. Vides diuersitatem Legis & Euangelij, Moysi*
& Christi? Planè. ¹⁴⁷ Non enim recepisti illud quoque Euangelium eiusdem veritatis, &
eiusdem Christi, in quo prohibens diuortium, propriam quæstionem eius absoluit: Moyses
propter duriciam cordis vestri præcepit libellum repudij dare: à primordio autem non
fuit sic: quia scilicet qui marem & foeminam fecerat, erunt duo, dixerat, in carnem vnã.
Quod Deus itaque iunxit, homo non disjunget. Hoc enim responso, & Moysi constitutionem
protexit, vt sui: & creatoris institutionem direxit, vt Christus ipse. Sed quatenus
Luc. 16. ex his reuincendas es, quæ recepisti, sic tibi occurram, ac si meus Christus. Nonne & ipse
Gen. 2. prohibens diuortium, & patrem tamen gestans eum qui marem & foeminam iunxit, ex-
cusauerit potius quàm destruxerit Moysi constitutionem. Sed ecce sic tuus sit iste Chri-
stus contrarium docens Moysi & creatori, vt si non contrarium ostendero, meus sit. Dico
enim illũ conditionaliter nunc fecisse diuortij prohibitionem, si idem quis dimittat uxorem
vt aliam ducat. Qui dimiserit, inquit, uxorem, & aliam duxerit, adulterium commi-
Luc. 16. sit. & qui à marito dimissam duxerit, æquè adulter est, ex eadem vtique causa qua nõ licet
dimitti,

A
dimitti, vt alia ducatur: illicite enim dimissam pro indimissa ducens, adulter est. Manet
enim matrimonium quod non ritè diremptum est. Manente matrimonio nubere, adul-
terium est. Ita si conditionaliter prohibuit dimittere uxorem, non in totum prohibuit, &
quod non prohibuit in totum, permisit. Aliud est vbi causa cessat, ob quam prohibuit. Et
iam non contrarium Moysi docet, cuius præceptum alicubi conseruat: nõdum dico con-
firmat. Aut si omninõ negas permitti diuortium à Christo, quomodo tu nuptias dirimis,
nec coniungens marem & foeminam, ¹⁴⁸ nec alibi coniunctos ad sacramentum baptis-
matis & Eucharistie admittens, nisi inter se coniuauerint ¹⁴⁹ aduersus fructum nuptia-
rum, vt aduersus ipsum creatorem? Certè quid facit apud te maritus, si vxor eius commi-
serit adulterium. Habebitne illam? ¹⁵⁰ Sed nec tuum Apostolum sinere coniungi prostitu-
ta, membra Christi. Habet itaque & Christum assertotem ¹⁵¹ iustitia diuortij. Iam hinc
confirmatur ab illo Moyses ex eodem titulo prohibens repudium, quo & Christus, si
inuentum fuerit in muliere negotium impudicum. Nam & in Euangelio Matthæi: ¹⁵²
Qui dimiserit, inquit, uxorem suam præter causam adulterij, facit eam adulterari: æ-
què adulter censetur & ille qui dimissam à viro duxerit. Ceterum præter ex causa adulte-
rij, nec creator disjungit, quod ipse scilicet coniunxit, eodem alibi Moysæ constituente
¹⁵³ eum qui ex compressione matrimonium fecerat, non posse dimittere uxorem in om-
ne tempus. Quod si ex violentia coactum matrimonium stabit, quanto magis ex conue-
nientia voluntarium? Sicut & Prophetæ auctoritate: *Vxorem iuuetutis tuæ non dimit-*
Malac. 2. *tes.* Habes itaque Christum vltro vestigia vbiq; creatoris ineuntem, tam in permitten-
do repudio, quàm in prohibendo. Habes etiam nuptiarum ¹⁵⁴ quoquò velis latere prospè-
ctorem, quas nec separari vult prohibendo repudium, nec cum macula haberi, tunc per-
mittendo diuortium. Erubescere non coniungens quos tuos quoque Christus coniunxit.
Luc. 16. Erubescere etiam disjungens sine eo merito, quo disungi voluit & tuus Christus. Debeo
nunc & illud ostendere, vnde hanc sententiam deduxerit Dominus, quòve direxerit. Ita
enim plenius constabit, eum non ad Moysen destruendum spectasse per repudij ptoposi-
tionem subito interpositam: quia nec subito interposita est ¹⁵⁵ habens radicem ex eadem
Ioannis mentione. Ioannes enim retundens Herodem, ¹⁵⁶ quod aduersus legem uxorem
fratris sui defuncti duxisset, habetis filiam ex illa (non aliã hoc permittente, immò & præ-
cipiente lege, ¹⁵⁷ quàm si frater illiberis decesserit, vt à fratre ipseus & ex costa ipsius suppa-
raretur semen illi) coniectus in carcerem fuerat, ab eodem Herode postmodum & occi-
sus. Facta igitur mentione Ioannis Dominus, & vtique successus exitus eius, illicitorum
matrimoniorum & adulterij figura iaculatus est in Herodem; adulterum pronuntians,
etiam qui dimissam à viro duxerit: quod magis impietatem Herodis oneraret, qui non mi-
nus morte quàm repudio dimissam à viro duxerat: & hoc fratre habente ex illa filiam, &
vel eo nomine illicite, ex libidinis non ex legis instinctu: ac propterea Prophetæ quoque
assertorem legis occiderat. Hoc mihi disseruisse proficiet, etiam subsequens argumentum
¹⁵⁸ *dimittis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahamæ requiescentis.* Nam & illud quantũ ad
scripturæ superficiem subito propositum est, quantũ ad intentionem sensus, & ipsum co-
hæret mentioni Ioanis malè tractati, & suggillati Herodis malè meritati, vtriusque exitũ
deformans, Herodis tormenta, & Ioannis refrigeria, vt iam audiret Herodes: ¹⁵⁹ *Habent*
illic Moysen & Prophetas, illos audiant. Sed Marcion aliorum cogit, scilicet vtrãque merce-
dem creatoris, siue tormeti, siue refrigerij apud inferos, determinet eis positam qui Legi
& Prophetis obedierint, Christi verò & Dei sui cœlestem definiat sinum & portum. Re-
spondebimus, & hac ipsa scriptura reuincete oculos eius, ¹⁶⁰ quæ ab inferis discernit Abrahamæ
sinum pauperi. Aliud enim Inferi, vt puto, aliud quoque Abrahamæ sinus. Nam & magnum ait
intercedere regiones istas profundum, & transitum vtrinque prohibere. Sed nec alienasset diues oculos
& quidem de longinquo, nisi in superiora, & de altitudinis longinquo per immensam illã di-
stantiam sublimitatis & profunditatis. Vnde apparet sapienti cuique, qui aliquando Ely-
sios audierit, esse aliquam localem determinationem, quæ sinus dicta sit Abrahamæ, ad reci-
piendas animas filiorum eius etiam ex Nationibus, patris scilicet multarum Nationum in
Abrahamæ censum deputandarum, & ex eadem fide qua & Abraham Deo credidit, nullo
sub iugo legis, nec in signo circuncisionis. ¹⁶¹ Eam itaque regionem sinum dico Abrahamæ,
etiam nõ cœlestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium præbituram animabus
iustorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis ex-
pungat: tunc apparitura cœlesti promissione quam Marcion suo vindicat, quasi nõ à crea-

tore promulgatam, ¹⁵² Ad quam ascensum suum Christus ædificat in cœlum, secundum D
 Amos 9. Amos: utique suis: ubi est & locus æternus, ¹⁵³ de quo Esaias: Quis annuntiabit vobis lo-
 Isai. 33. cum æternum, nisi scilicet Christus incedens in iustitia, loquens viam rectam, odio habes
 in iustitiam & iniquitatem? Quod si æternus locus re promittitur, & ascensus in cœlum æ-
 Gen. 15. dicitur à creatore, promittente etiam semen Abraham velut stellas cœli futurum, utique
 Luc. 16. ob cœlestem promissionem, salua ea promissione, ¹⁵⁴ cur non capiat sinum Abraham dici,
 temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago,
¹⁵⁵ ac cãdida quãdã vtriusque iudicij prospiciatur. Admones quoque vos hæreticos dum
 in vita estis, Moysen & Prophetas vnum Deum prædicantes creatorem, & vnũ Christũ
 prædicantes eius, & vtrumque iudicium pœnæ & salutis æternæ apud vnicum Deum po-
 I. Reg. 2. sitũ; qui occidat & viuificet. ¹⁵⁶ Immo, inquit, nostri Dei moneta de cœlo, nõ Moysen &
 Luc. 6. Prophetas iussit audiri, sed Christum: Hic audite. Merito. Tunc enim Apostoli fati iam
 audierant Moysen & Prophetas, qui secuti erant Christum, credẽdo Moysi & Prophetis.
¹⁵⁷ Nec enim accepisset Petrus dicere: Tu es Christus, antequam audiisset & credidisset
 Moysi & Prophetis, à quibus solis adhuc Christus annũtiabatur. Hæc igitur fides eorum
 meruerat, vt etiam voce cœlesti confirmaretur iubente illum audiri, quem agnouerant;
 euangelizantem pacem, euangelizantem bona; annũtiantem locum æternum; ædifican-
 tem illis ascensum suum in cœlum. Apud inferos autem de eis dictũ est: Habet illic Moy-
 sen & Prophetas, audiant illos: qui non credebant, vel qui nec omnino sic credebant esse
 post mortem superbiæ diuitiarum, & gloriæ deliciarum, supplicia annuntiata à Moysi &
 Prophetis: decreta autem ab eo Deo, ¹⁵⁷ qui de thronis deponit dynastas; & de sterquilini-
 nis eleuat inopes. Ita quum vtriusque pronuntiationis diuersitas competat creatori, non
 erit diuinitatum statuenda distantia, sed ipsarum materiarum. [¹⁵⁸ Conuersus ibidem
 ad discipulos: ¹⁵⁹ *Va, dicit, auctori scandalorum, expedisse ei si natus non fuisset, aut si molino saxo ad
 collum deligato præcipitatus esset in profundum, quã unum ex illis modicis, utique discipulis eius,
 scandalizasset.* Æstima quale supplicium comminetur illi. Nec enim alius vlcisctetur scan-
 dalum discipulorum eius. Agnosce igitur & iudicem, & illo affectu pronuntiantẽ de cura
 suorũ, quo & creator retro: Qui tetigerit vos, ¹⁶⁰ ac si pupillam oculi mei tangat. Idem
 tenus eiusdem est. ¹⁶¹ *Peccantem fratrem iubet corrigi;* quod qui non fecerit, utique deliquit,
 aut ex odio volens fratrem in delicto perseuerare, aut ex acceptance personæ, parcens ei:
 habens Leuiticum: Non odies fratrem tuum in animo tuo, ¹⁶² traductione traduces pro-
 ximum tuum, utique & fratrem, & non sumes propter illum delictum. Nec mirum si ita
 docet, ¹⁶³ qui pecora quoque fratris tui, si errãtia in via inueneris, prohibet despicias: quo
 minus ea reducas fratri tuo, nedum ipsum sibi. ¹⁶⁴ Sed & *venia des fratri in te delinquenti iubet,*
 etiam septies, parum planẽ. Plus est enim apud creatorem, qui nec modum statuit, in infini-
 tum pronuntians, Fratrĩs malitiæ memor ne sis. ¹⁶⁵ Nec petenti eam præstes mandat, sed
 & non petenti. Nõ enim donec offensam vult, sed obliuiscaris. ¹⁶⁶ Lex leprosoꝝ quãtã
 sit interpretationis erga species ipsius vitij, & inspectationis summi sacerdotis, nostrum
 erit scire: Marcionis, ¹⁶⁷ morositatẽ legis opponere, vt & hĩc Christum æmulũ eius affir-
 met præuenientem solennia legis etiam in curatione decem leprosoꝝ, ¹⁶⁸ quos tantummodo ire
 iussos, vt se ostenderent sacerdotibus, in itinere purgauit, sine tactu iam & sine verbo tacita pote-
 state, & sola voluntate: quasi necesse sit femel; remediatoꝝ læguorum & vitiorum annun-
 tiato Christo, & de effectibus probato, de qualitatibus curationum retractari: aut creato-
 rem in Christo ad legem prouocari: si quid aliter quã lege distinxit, ipse perfecit; cum a-
 liter utique Dominus per semetipsum operetur, siue per filiũ, aliter per Prophetas famu-
 los suos maximæ documenta virtutis & potestatis, quæ vt clariora & validiora quã pro-
 pria, distare à vicariis fas est. ¹⁶⁹ Sed eiusmodi & alibi iam dicta sunt, in documento supe-
 riore. Nunc etsi præfatus est; multos tũc fuisse leprosoꝝ apud Israëlem, in diebus Helisæi
 Prophætæ, & neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum: nõ utique & numerus faci-
 et ad differentiam Deorum, in destructionem creatoris, vnum remediantis, & prælatio-
 nem eius qui decem emundarit. Quis enim dubitabit plureis potuisse curari ab eo, qui
 vnum curasset, quã ab illo decem, qui nõquam retrõ vnum? Sed hac cum maximẽ pro-
 nuntiatione diffidentia Israëlis vel superbiã pulsar: quod cum multi essent illuc leprosi, &
 Prophetes non deesset, etiam ædito documento nemo decucurrisset ad Deum operãtem
 in Prophetis. Igitur quoniam ipse erat authenticus pontifex Dei patris, inspexit illos se-
 cundum legis arcanum, significantis Christum esse verum disceptatorem & climatorem huma-
 huma-

A humanarum macularum. Sed & quod in manifesto fuit legis, præcepit: *Ite, ostendite vos sa-* Luc. 17.
cerdotibus. Cur, si illos antè erat emundaturus? An quasi legis illusor, vt in itinere curatis
 ostenderet, nihil esse legem cum ipsi sacerdotibus? & utique viderit si cui tam opiniosus
 videbitur Christus, immo digniora sunt interpretanda, & fidei iustiora: Ideo illos reme-
 diatos, quã secundum legem iussi abire ad sacerdotes obaudierant: neque enim credibile
 est, emeruisse medicinam à destructore legis obseruatores legis. ¹⁷⁰ Sed cur pristino lepro-
 so nihil tale præcepit: quia nec Helisæus Syro Naaman: & tamen nõ idcirco nõ erat crea-
 toris. Satis respondi, sed qui credidit, intelligit etiam alius aliquid. Disce igitur & causas. ^{Ibidem.}
 In Samaria regionibus res agebatur, vnde erat & vnus interim ex leprosis. ¹⁷¹ Samaria autem de-
 sciuerat ab Israële, habens schisma illud ex decem tribubus, quas auulsas per Achia Pro-
 phetam, collocauerat apud Samariam Hieroboam. Sed & aliã semper sibi placetẽs erãt
 Samaritani de montibus & puteis patrum: sicut in Euangelio Ioannis Samaritana illa in
 colloquio Domini apud puteum, ¹⁷² Nã tu maior sis, & cetera. Et rursus: Patres nostri
 in isto monte adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis oportet adorare. ¹⁷³ Itaque
 qui & per Amos: Vã, dixerit eis, qui confidunt in monte Samariæ, iam & ipsam restituere
 dignatus, de industria; iubet ostendere se sacerdotibus, utique qui non erant, nisi vbi &
 templum, subiiciens Samaritam Iudæo, quoniam ex Iudæis salus, licet Israëlitæ & Sama-
 ritæ: tota enim promissio tribui Iudæ Christus fuit: vt scirent Hierosolymis esse & sacer-
 dotes & templum, & matricem religionis, & fontem non puteum salutis. Et ideò vt vidit
 agnouisse legem illos Hierosolymis expungendam, ex fide iam iustificandos sine legis or-
 dine remediauit. Vnde & vnum illum solum ex decem, memorem diuinæ gratiæ Sa-
 mariten miratus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat, *gloriam Deo* ^{Ibidem.}
reddens: hoc & Domino volente interpretari legem. Et tamen cui Deo gratiam reddidit
 Samarites, quando nec Israëlites alium Deum vsque adhuc didicisset? Cui alij quã cui
 omnes remediati retrõ à Christo: ¹⁷⁴ Ideò: *Fides tua te saluum fecit, auduit:* quia intellexerat
 veram se Deo omnipotenti oblationem, gratiarum scilicet actionem, apud verum tem-
 plum & verum pontificem eius, Christum facere debere. ¹⁷⁵ Sed nec Pharisæi possunt vi-
 deri de alterius Dei regno consuluisse Dominum, quando venturũ sit, quandiu alius à Christo ædi-
 tus Deus non erat: nec ille de alterius regno respondisse, quã de cuius cõsulebatur. *Non*
venit, inquit, regnũ Dei cum obseruatione. Nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos ^{Ibidem.}
est. Quis nõ ita interpretabitur, intra vos est, id est, in manu, in potestate vestra: si audiat,
 si faciatis Dei præceptum? Quod si in præcepto est Dei regnum, propone igitur contra,
¹⁷⁶ secundum nostras Antitheseis, Moysen, & vna sententia est. ¹⁷⁷ Præceptum, inquit,
 excelsum non est, nec longè à te. Non est in cœlo, vt dicas, quis ascendet in cœlum, & de-
 ponet nobis illud, & auditum illud faciemus? nec vltra mare est, vt dicas, quis transfreta-
 bit & sumet illud nobis, & auditum illud faciemus? Prope te est verbum, in ore tuo, & in
 corde tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc erit: Non hĩc nec illic; ecce enim intra vos
 est regnum Dei. Et ne argumentetur audacia hæretica, de regno creatoris, de quo consu-
 lebatur, non de suo respondisse eis Dominum, sequentia obstant. ¹⁷⁸ *Dicens enim: Filium* ^{Ibidem.}
hominis antè multa pati & reprobari oportere, antè aduentum suum, in quo & regnũ substantiali-
 ter reuelabitur, suum ostendit & regnum de quo responderat, quod passiones & reproba-
 tiones ipsius expectabat. Reprobati autem habens & postea agnosci, & assumi, & extolli,
 etiam ipsum verbum reprobari, inde decerpit, vbi in lapidis ænigmatẽ vtraque reuelatio
 eius apud Dauid canebatur: prima recusabilis, secunda honorabilis. Lapis, inquit, quem
 reprobauerunt ædificantes, iste factus est in caput anguli. A Domino factum est hoc. Va-
 num enim si credidimus Deum de contumelia aut gloria scilicet alicuius prædicasse, vt
 non eum portenderet, ¹⁷⁹ quem; & in ^a lapidis & in ^b petri; & in ^c montis figura portende-
 ret. Sed si de suo loquitur aduentu, ¹⁸⁰ cur eum ^d diebus Noë & Lot comparat terris & arro-
 cibus, Deus & lenis & mitis? Cur admonet *meminisse uxoris Lot;* quæ præceptum creato-
 ris nõ impunè contempsit, si nõ cum iudicio venit vindicandorum præceptorum suo-
 rum? Etiã si vindicat vt & ille, si iudicat me, non debuit per eius documenta formare quẽ
 destruit, ne ille me formare videatur. Si verò & hĩc nõ de suo loquitur aduentu, sed de Iu-
 dæi Christi, expectemus etiam nunc ne quid de suo prædicet, illum interim esse creden-
 tes, quem omni loco prædicat. [¹⁸¹ Nam & *orandi perseverantiam & instantiam mandans,* pa-
 rabolam iudicis ponit, coacti audire viduam, instantia & perseverantia interpellationum eius. Ergo iu-
 dicem Deum ostendit orandum, non se, si non ipse est iudex. Sed subiunxit facturum Deum.]

vindicatam electorum suorum. Si ergo ipse erit iudex qui & vindex, creatorem ergo meliorem Deum probauit, quem electorum suorum clamantium ad eum die ac nocte vindicem ostēdit.

Ibidem. ¹⁸² Et tamen, cum templum creatoris inducit, & duos adorantes diuersa mente describit, Pharisaeum in superbia, Publicanum in humilitate: idēque alterum reprobatum, alterum iustificatum descendisse, utique docendo qua disciplina sit orandum, cum & hīc orandum constituit, à quo relaturi essent eam orandi disciplinam siue reprobaticem superbiae siue iustificatricem humilitatis. Alterius Dei nec templum, nec oratores, nec iudicium inuenio penes Christum, nisi creatoris. Illum iubet adorare ¹⁸³ in humilitate, ut alleuatore *humilium*, non in superbia, ut destructore *superborum*. Quem alium adorandum mihi ostendit, qua disciplina, qua spe? Neminem opinor. ¹⁸⁴ Nam & quam docuit orationem, creatori probauimus conuenire. Aliud est si etiam adorari quā Deus optimus & vltro bonus non vult.

Ibidem. ¹⁸⁵ Sed quis optimus, nisi vnus, inquit, Deus? Non quasi ex duobus Diis vnum optimum ostenderit, sed vnum esse optimum Deum solum, qui sic vnus sit optimus, quā solus Deus. Et utique optimus, qui pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos, sustinens & alens & iuuans etiam Marcionitas. Denique interrogatus ab illo quodam: *Præceptor optime, quid faciens vitam æternam possibebo? de præceptis creatoris an ea sciret, id est, faceret, exposulauit: ad contestandū præceptis creatoris vitam acquiri sempiternā.* ¹⁸⁶ Cūque ille principaliora quæque affirmasset obseruasse se ab adolescentiā, vnus, inquit, tibi desit. *Omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cælo, & veni, sequere me.* Age Marcio, omnēque iam cōmiserones & coodibiles eius hæretici quid audebitis dicere? Rescidiſſe ne Christus priora præcepta, non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testādi, diligendi patrem & matrem? An & illa seruauit, & quod decerat, adiecit, quanquam & hoc præceptum largitionis in egenos vbiq; diffusum sit in Lege & Prophetis, uti gloriosissimus ille obseruator præceptorum, pecuniam multo cariorē habiturus traduceretur? Saluū est igitur & hoc in Euāgelio: Nō veni dissoluere Legem & Prophetas, sed potius adimplere. Simul & cetera dubitatione liberauit, manifestando vnus esse, & Dei nomen & optimi, & vitam æternam & thesaurum in cælo, & semetipsum, cuius præcepta supplendo & conseruauit & auxit: secundum Michæam quoque hoc loco recognoscendus, dicentem: ¹⁸⁷ Si annūtiavit tibi homo quid bonum? aut quid à te Dominus exquirat, quā facere iudiciū, diligere misericordiam, & paratum esse sequi Dominū Deum tuū? Et homo enim Christus annuntians quid sit bonum, scientiam legis: *Præcepta, inquit, scis? facere iudicium: Vende, inquit, quæ habes; diligere misericordiam: & da, inquit, egenis; paratum esse ire cum Deo: & veni, inquit, sequere me.* ¹⁸⁸ Tam distincta fuit à primordio Iudæa gens, per tribus & populos & familias & domos, ut nemo facile ignorari de genere potuisset, vel de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse pendentibus. Iesus autem Marcionis & natus nō dubitaretur, qui homo videbatur, utique quā nō natus nullam potuerat generis sui in publico habuisse notitiam, sed erat ¹⁸⁹ vnus aliqui deputandus ex iis, qui quo modo ignoti habebantur. ¹⁹⁰ Quum igitur prætereuntem illum cæcus audisset, cur exclamauit: *Iesu fili Dauid miserere mei, nisi quia filius Dauid, id est, ex familia Dauid non temerē deputabatur, per matrē & fratres, qui aliquando ex notitia utique annuntiati ei fuerant?* ¹⁹¹ Sed antecedentes increpabant cæcum, uti taceret. Merito, quoniam quidem vociferabatur, non quia de Dauid filio mentiebatur. Aut doce increpantes illos scisse, quod Iesus non esset filius Dauid: ut idcirco silentium cæco indixisse credantur. Sed & si doceres, facilius illos ignorasse præsumeretur, quā Dominum falsam in se prædicationem sustinere potuisse. Sed paties Dominus, non tamen confirmator erroris, immo etiam detector creatoris, ut non prius hanc cæcitatē hominis illius enubilasset, ne vltro Iesum filium Dauid existimaret. Atquin ne patientiam eius infamaretis, nec vllam rationem dissimulationis illi affingeretis, ne filium Dauid negaretis, manifestissimē confirmauit cæci prædicationem, & ipsa remuneratione medicinæ, & testimonio fidei. *Fides, inquit, tua te saluum fecit. Quid vis cæcū credidisse? Ab illo Deo descendisse Iesum ad detectionem creatoris, ad destructionem Legis & prophetarum, non illum esse; qui ex radice Iesse, & ex fructu lumborum Dauid destinabatur; cæcorum quoque remunerator? Sed nondū puto eiusmodi tunc cæci erant, qualis Marcion, ut hæc fuerit cæci illius fides, qua crediderit in voce, Iesu fili Dauid.* ¹⁹² Qui hoc se & cognouit, & ab omnibus cognosci voluit, fidem hominis etsi meliūs oculatā, etsi veri luminis compotem, exteriore quoque visione donauit, ut & nos regulam simulque mercedem fidei disceremus. Qui vult videre Iesum, Dauid filium credat per virginis cœsum.

Qui

A Qui non ita credet, nō audiet ab illo, Fides tua te saluum fecit. Atque ita cæcus remanebit ruens in Antithesim, ruentem & ipsam Antithesim. Sic enim cæcus cæcum deducere solet. ¹⁹⁴ Nam si aliquando Dauidem in recuperatione Sionis offenderant cæci resistentes, quo minus admittiretur (in figuram populi proinde cæci non admitturi quandoque Christum filium Dauid) idē Christus ex diuerso cæco subuenit, ut hinc se ostenderet nō esse filium Dauid, & ex animi diuersitate bonus cæcis, quos ille iusserat cædi. Et cur fidei, & quidem prauæ præstitisse se dixit. ¹⁹¹ Atquin & hoc filius Dauid, Antithesim de suo retundendam. Nam & qui Dauid offenderant, cæci: nunc verò eiusdem indecoris homo supplicem se obtulerat filio Dauid. Idcirco ei satisfaciendi quodammodo placatus filius Dauid, restituit lumina, cum testimonio fidei, qua hoc ipsum crediderat, exorandum sibi esse filium Dauid. Et tamen Dauid audacia hominum puto offenderat, non valetudo. [¹⁹² Consequitur & ^a Zachæi domus salutē. Quo merito? Nunquid vel ille crediderat Christum à Marcione venisse: Atquin adhuc in auribus erat omnium vox illa cæci, ^b Misere mei Iesu fili Dauid: ¹⁹⁷ & ^c omnis populus laudes referebat Deo: nō Marcionis, sed Dauid. Enim verò ^d Zachæus ¹⁹⁸ etsi all'ophylus, fortasse tamē aliqua notitia scripturarum ex commercio Iudaico afflatus: plus est autem, & ignorans Esaiam præcepta eius impleuerat. ^e Confringito, inquit, panem tuum esurienti: & non habentes testum, in domum tuam inducitur; ¹⁹⁹ hoc cum maximē agebat, ^f exceptum domo sua pascens Dominum. Et ^g nudum si videris, contegito; hoc cum maximē promittebat, in omnia misericordiae opera ^h dimidium substantiae offerens. ²⁰⁰ Dissoluens violentiorum contractuum obnexus, & ⁱ dimittens cōdictos in laxamentum, & omnem conscriptionem iniquam dissipans; dicendo: ²⁰¹ *Et si cui quid per calumniam eripui, quadruplum reddo. Itaque Dominus, hodie, inquit, salus huic domui.* Testimonium dixit salutaria esse quæ præceperat Prophetes creatoris. Cum verò dicit: ²⁰² *Veni enim filius hominis saluum facere quod perit: iam non contendo cum venisse, ut saluum faceret quod perierat, cuius fuerat, & cui perierat quod saluum venerat facere: sed in alterius quæstionis gradum dirigo. De homine agi nulla dubitatio est.* ²⁰³ Hic quū ex duabus substantiis constet, ex corpore & anima: quarendum est, ex qua substantiæ specie periisse videatur. Si ex corpore, ergo corpus perierat, anima non. Quod perierat, saluum facit filius hominis: habet igitur & caro salutem. si & anima perierat, animæ perditio saluti destinatur: caro quæ non perit, salua est. Si totus homo perierat ex vtraque substantia, totus homo saluus fiat necesse est: & elisa est sententia hæreticorum negantium carnis salutem. Iam & Christus creatoris confirmatur, qui secundum creatorem totius hominis salutem pollicebatur. ²⁰⁴ *Seruorum quoque parabola, qui secundum rationem fœnerata pecunia dominicæ diiudicantur, iudicē ostendit Deum, etiam ex parte seueritatis, non tantum honorantem, verum & auferentem quod quis videatur habuisse.* ²⁰⁵ Aut si & hic creatorem finxerit auferentem, tollentem quod non posuerit, & metentem quod nō seuerit: hic quoque me ille instruit, cuius pecuniam ut fœnerē edocet. [²⁰⁶ Sciebat Christus baptismum Ioannis unde esset, & cur quasi nesciens interrogabatur? Sciebat non responduros sibi Phariseos, & cur frustra interrogabat? An ut ex ore ipsorum iudicaret illos, vel ex corde? Refer ergo & hæc ad excusationem creatoris, & ad comparisonem Christi: & considera iam quid secuturum esset, ²⁰⁷ si quid Pharisei ad interrogationem renuntiassent. Pute illos renuntiasse humanum Ioannis baptismum, statim lapidibus elisi fuissent. ²⁰⁸ Existeret aliquis Marcion aduersus Marcionem qui diceret: O Deum optimum, d Deum diuersum à creatoris exemplis. Sciens præcepta ituros homines, ipse illos in præruptū imposuit. ²⁰⁹ Sic enim & de creatore, in arboris lege, tractatur. *Sed de cælis fuit baptismum Ioannis. Et quare, inquit, Christus, non credidisti ei? ergo qui credi voluerat Ioanni, increpaturus quod non credidissent, eius erat ²¹⁰ cuius sacramentum Ioannes administrabat. Certē nolentibus renuntiare quid saperent, quum & ipse vicem opponit: *Et ego non dico vobis in qua virtute hæc facio, malum malo reddidit.* ²¹¹ *Reddite quæ Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Quæ cæci Dei? quæ similia sunt denario Cæsaris, imago scilicet & similitudo eius. Hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imaginē & similitudine & nomine & materia expressus est. Quærat sibi monetam Deus Marcionis. Christus denarium hominis suo Cæsari iubet reddi non alieno: nisi quod necesse est qui suum denarium non habet. Iusta & digna præscriptio est in omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis. Ceterum aliud consulenti, aliud respondere, demeritis est. Quo magis absit à Christo quod ne homini quidem conuenit. ²¹² Sadducei resurrexerunt negatores, de ea habentes interrogationem, proposuerant Domino ex lege materiam*

EEc

mulieris, quæ septem fratribus ex ordine defunctis, secundum præceptum legale nupsisset, cuius viri deputanda esset in resurrectione. Hæc fuit materia quæstionis, hæc substantia consultationis. Ad hoc respondisse Christum necesse est. Neminem timuit, vt quæstiones aut declinasse videatur; aut per occasionem earum, quod aliàs palàm non docebat subofundisse.

Ibidem. ⁶³ Respondit igitur: *Eluius quidem aui filios nubere.* Vides quàm pertinenter ad causam. Quia de æuo venturo quærebatur, in quo neminem nubere definiturus, præstruxit hîc quidem nubî, vbi sit & mori. Quos verò dignatus sit Deus, illius aui possessione & resurrectione à mortuis, neque nubere, neque nubî, quia nec morituri iam sint, quum similes angelorum fiant, Dei & resurrectionis filij facti. Quum igitur sensus responsionis non ad aliud sit dirigendus, quàm ad propositum interrogationis: si hoc sensu responsionis, propositum absoluitur interrogationis, non aliud responso Domini sapit quàm quo quæstio absoluitur. Habes & tempora permissarum & negatarum nuptiarum, non ex sua propria, sed ex resurrectionis quæstione. Habes & ipsius resurrectionis confirmationem, & totum quod Sadducæi sciscitabantur, non de alio Deo interrogantes, nec de proprio nuptiarum iure quærentes. Quod si ad ea facis respondere Christum, de quibus non est consultus, negas eum de quibus interrogatus est respondere potuisse, Sadducæorum scilicet sapientia captum. Ex abundanti nunc & post præscriptionem, retractabo aduersus argumentationes coherentes. ⁶⁴ Nacti enim scripturæ textum, ita in legendo decucurrerunt. Quos autem dignatus est Deus illius æui; illius æui Deo adiungunt, quòd alium Deum faciunt illius æui. Quum sic legi oporteat: Quos autem dignatus est Deus, vt facta hîc distinctione post Deum, ad sequentia pertineat, illius æui: id est; quos dignatus sit Deus, illius æui possessione & resurrectione. Non enim de Deo, sed de statu illius æui consulēbatur, cuius vxor futura esset post resurrectionem in illo æuo. ⁶⁵ Sic & de ipsis nuptiis responsum subuertunt: vt filij huius æui nubunt, & nubuntur, de hominibus dictum sit creatoris, nuptias permittentis: se autem quos Deus illius æui alter scilicet dignatus sit resurrectione, iam & hîc non nubere: quia non sint filij huius æui. Quando de nuptiis illius æui consultus, non de huius, eas negauerat de quibus consulēbatur. Itaque qui ipsam vim & vocis & pronuntiationis & distinctionis exceperant, nihil aliud senserunt, quàm quod ad materiam consultationis pertinebat. ⁶⁶ Atque adeò scribæ, Magister, inquirunt, benè dixisti. Confirmauerat enim resurrectionem, formam eius ædendo aduersus Sadducæorum opinionem. Denique testimonium eorum qui ita eum respondisse præsumpserant, non recusauit. ⁶⁷ Si autem scribæ Christum filium Dauid existimabant, ipse autem Dauid Dominum eum appellat, quid hoc ad Christum? Non Dauid errorem scribarum obrundeat, sed honorem Christo Dauid procurabat: quem Dominum magis quàm filium Dauid confirmabat, quod non congrueret destructori creatoris. At ex nostra parte quàm conueniens interpretatio: Nam qui olim à cæco illo filius Dauid fuerat inuocatus, quod tunc reticuit, non habens in præsentia scribas; nunc vtrò coram eis de industria protulit, vt se quem cæcus secundum scribarum doctrinam filium tantum Dauid prædicarat, Dominum quoque eius ostenderet, remunerata quidem fide cæci, qua filium Dauid crediderat illum, pulsata verò traditione scribarum, qua non & Dominum eum norant. Quodcunque ad gloriam spectaret Christi creatoris, sic non alius tueretur, quàm Christus creatoris. [⁶⁹ Olim constitit de nominum proprietate, ei illam; qui prior & a Christum suum in homines annuntiaret; & Iesum transnominaret. Constabit itaque & de impudentia eius; ⁶⁰ qui multos dicat venturos in nomine ipsius, quod non sit ipse, si non Christus & Iesus creatoris est, ad quem proprietates nominum pertinet. Amplius & prohibeat eos recipi, ⁶¹ quorum & ipse par sit, vt qui proinde in nomine venit alieno, si non ipse erat à mendacio nominis præuenire discipulos, qui per proprietatem nominis possidebat veritatem eius. Venient denique illi, dicentes: Ego sum Christus. Recipies eos qui consimilem recepisti. Et hic enim in nomine suo venit. Quid nunc, quod & ipse veniet nominum Dominus Christus & Iesus creatoris? Reiciies illum? Et quàm iniquum, quàm iniustum, & optimo Deo indignum, vt non recipias eum in nomine suo venientem, qui alium in nomine eius recepisti. Videamus & quæ signa temporibus imponat. ⁶² Bella, opinor, & regnum super regnum, & gentem super gentem, & pestem, & fames terræque motus & formidines, & prodigia de cælo: quæ omnia seuerò & atroci Deo congruunt. Hæc quum adiciunt etiam oportere fieri, quem se præstat; destructorem an probatorem creatoris? cuius dispositiones confirmat impleri oportere, quas

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

A vt optimus tam tristes quàm atroces abstulisset, potius quàm constituisset, si non ipse fuissent. ⁶³ Ante hæc autem persecutiones eis prædicat & passiones venturas, in martyrium vtique & in salutem. ⁶⁴ Accipe prædicatum in Zacharia: Dominus, inquit, omnipotēs proteget eos, & consument illos, & lapidabunt lapidibus fundæ, & bibent sanguinem illorum velut vinum, & replebunt quasi pateras altare; & saluos eos faciet Dominus illo die, velut oues populum suum, quia lapides sancti volutant. Et ne putes hæc in passiones prædicari, quæ illos tot bellorum nomine ab allophylis manebant, respice ad species. Nemo in prædicatione ⁶⁵ bellorum legitimis armis debellandorum, lapidationem enumerat popularibus cæteris magis & inermi tumultui familiarem. Nemo tanta in bello sanguinis flumina paterarum capacitate metitur, aut vnus altaris cruentatione adæquat. Nemo enim appellat eos, qui in bello armati & ipsi ex eadem feritate certantes, cadunt: sed qui in sua proprietate atque patientia dedites potius semetipsos quàm vindicantes trucidantur. Denique quia lapides, inquit, sancti volutant, nō qui milites pugnant. Lapidēs enim sunt & fundamenta super quæ nos ædificamus; extructi secundum Paulum, super fundamentum Apostolorum, qui lapides sancti oppositi omnium offensui volutabant. ⁶⁶ Et hic igitur ipse vetat cogitari, quid responderi oporteat apud tribunalis, qui & Balaam quod nō cogitauerat, immò contrā quàm cogitauerat, suggestit; & Moyli causato linguæ tarditatem, os repræmisit; ⁶⁷ & sapientiam ipsam, cui nemo resisteret, per Esaiam demonstrauit: Hic dicet, ego Dei sum, & clamabit in nomine Iacob, & alius inscribetur in nomine Israëlis. Quid enim sapientius & in contradicibilius cōfessione simplici & exerta in martyris nomine ⁶⁸ cum Deo inualecentis, quod est interpretatio Israëlis? Nec mirum si is cohibuit præcogitationem, qui & ipse à patre excepit pronuntiandi tempestiuè subministrationem, ⁶⁹ Dominus mihi dat linguam disciplinæ, quādo debeam proferre sermonem: nisi Marcion Christum non subiectum patri inferet. ⁷⁰ A proximis quoque persecutiones & nominis ex odio vtique blasphemiam prædicatam, non deo rursus ostendere. ⁷¹ Sed per tolerantiam, inquit, saluos facietis vosmetipsos; de qua scilicet Psalmus, ⁷² Tolerantia, inquit, iustorum non periet in finem. Quia & alibi, Honorabilis mors iustorum: ex tolerantia sine dubio, quia & Zacharias: ⁷³ Corona autem erit eis qui tolerauerint. Sed ne audeas argumentari Apostolos vt alterius Dei præcones, à Iudæis vexatos; memento Prophetas quoque eadem à Iudæis passos, tamen non alterius Dei Apostolos fuisse, quàm creatoris, ⁷⁴ Sed monstrato dehinc tempore excidij, quum cœpisset vallari exercitibus Hierusalem, signa iam vltimi finis enarrat, ⁷⁵ solis & lune siderumque prodigia, & in terra angustias Nationum obstupescientium velut à sonitu maris fluctuantis pro expectatione imminentium orbis malorum. Quod & ipsa vires cœlorum concuti habeant, accipe Ioëlem: ⁷⁶ Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem & ignem, & fumi vaporem. Sol conuertetur in tenebras, & in sanguinem luna, priusquàm adueniat dies magnus & illustis Domini. Habes & Abacuc, ⁷⁷ Fluminibus dirumpetur terra, videbunt te, & parturient populi; Disperges aquas gressu; Dedit abyssus sonum suum, sublimitas timoris eius elata est: Sol & luna constitit in suo ordine, in lucem coruscationes tuæ ibunt in fulgorem: fulgur scutum tuum, in comminatione tua diminues terram, Et in indignatione tua depones Nationes. Conueniunt opinor & Domini pronuntiationes & Prophetarum, de concussionibus mundi, & orbis elementorum, & Nationum. Post hæc quid Dominus: ⁷⁸ Et tunc videbunt filium hominis venientem de cælis cum plurima virtute. Quum autem hæc fuerint, erigetur vos, & leuabitur capita, quoniam adpropinquauit redemptio vestra. In tempore scilicet regni, de quo subiecta erit ipsa parabola. ⁷⁹ Sic & vos quum videritis omnia hæc fieri, scitote appropinquasse regnum Dei. Hic erit dies magnus Domini & illustis, venientis de cælis filij hominis secundum Danielem, ⁸⁰ Ecce cum cæli nubibus tãquam filius hominis adueniēs, &c. Et data est illi regia potestas; quam in parabola postularurus exierat, relicta pecunia seruis, qua sceneretur. Et vniuersæ Nationes, quas promiserat ei in Psalmo pater, Postula de me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et gloria omnis seruiēs illi, & potestas eius æterna quæ non auferetur, & regnū eius quod non corumpetur; quia nec morientur in illo, nec nubent, sed erunt sicut angeli. De eodem aduentu filij hominis & fructus eius apud Abacuc: ⁸¹ Existi in salutē populi tui ad saluos faciendos Christos tuos; erecturos scilicet se, & capita leuatuos in tempore regni redemptos. Igitur quum & hæc quæ sunt promissionum, proinde conueniant sicut, & illa quæ sunt concussionum ex consonantia Propheticarum & Dominicarum pronuntiationum, nullam hîc poteris interstruere distinctionem, vt concussiones quidem referas ad

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

creatorem scilicet Deū, quas nec sinere nedum expectare deberet Deus optimus. D
 promissiones verò Deo optimo deputes, quas creator ignorās illū non prophetasset. Aut
 si suas prophetauit non distantes à promissionibus Christi, par erit in libertate optimo
 Deo, nec plus videbitur à Christo tuo repromitti, quàm à meo filio hominis. ⁶⁴² Ipsum
 decursum scripturæ Euāgelicæ ab interrogacione discipulorum vsque ad parabolam fieri, ita inueni-
 es contextu sensus filio hominis hinc atque illinc adhærere, vt in illum compingat, &
 tristia & læta, & concussiones, & promissiones, nec possis separare ab illo alteram partem.
 Vnius enim filij hominis aduentu constituto inter duos exitus concussionum & promissio-
 num, necesse est ad vnum pertinere filium hominis, & incommoda Nationum, & vota
 sanctorum, qui ita positus est in medio, vt communis exitibus ambobus, alterum conclu-
 surus aduentu suo, id est, incommoda Nationū, alterum incipiens, id est, vota sanctorum:
 vt siue mei Christi concesseris aduentum filij hominis, quo mala imminetia ei deputes
 quæ aduentum eius antecedunt, cogaris etiam bona ei ascribere quæ ab aduentu eius ori-
 untur: siue tui malueris, quo bona ei ascribas quæ ab aduentu eius oriuntur, cogaris ma-
 la quoque ei deputare quæ aduentum eius antecedunt. Tam enim mala coherent aduen-
 tui filij hominis antecedendo, quàm & bona subsequendo. Quare igitur quem lex duobus
 Christis cōstituas in persona vnus filij hominis, in quā vtraque dispositio referatur. Aut
 & creatorem optimum, aut & Deum tuum asperum dedisti natura. In summa ipsius para-
 bolæ considera exemplum: ⁶⁴³ *Aspice ficum & arbores omnes quum fructum protulerint, intelli-
 gunt homines a statem appropinquasse. Sic & vos quum videritis hæc fieri, scitote in proximo esse regnū
 Dei.* Si enim fructificationes arbuscularum signum æstiuo tempore præstant antecedendo
 illud: proinde conflictationes orbis signum prænotant regni præcedendo illud. Omne
 autem signum eius est res, cuius est signum. Et omni rei ab eo imponitur signum, cuius est
 res. Ita si conflictationes signa sunt regni sicut fructificationes æstatis, ergo & regnū crea-
 toris est, cuius cōfliktationes deputantur, quæ signa sunt regni. Præmiserat oportere hæc
 fieri tam atrocia, tam dira Deus optimus, certè à Prophetis & à Lege prædicata, adeò Le-
 gem & Prophetas nō destruebat, quum quæ prædicauerant, confirmat perfici oportere.
 Adhuc ingerit: ⁶⁴⁴ *Nō transiturum cœlum ac terram, nisi omnia peragantur.* Quænam ista? Si quæ
 à creatore sunt, meritò sustinebunt elementa Domini sui ordinem expungi. Si quæ à Deo
 optimo, nescio an sustineat cœlū & terra perfici, quæ æmulus statuit. Hoc si patitur crea-
 tor, zelotes Deus non est. Transeat age nūc terra & cœlum. Sic enim Dominus eorū de-
 stinavit, dum verbum eius maneat in æuum. sic enim & Esaias prænuñtavit: ⁶⁴⁵ *Admonē-
 tur & discipuli ne quando orauerint corda eorū crapula & ebrietate & secularibus curis, & insistat eis
 repentinus dies ille, velut laqueus,* vtique oblitus Deum ex plenitudine & cogitatione mundi:
 Moyse erit admonitio. Adeò is liberabit à laqueo dici illius, qui hanc admonitionem re-
 trō intulit. Erant & loca alia apud Hierusalem ad docendum, erant & extra Hierusalem
 ad secedendum, ⁶⁴⁶ sed enim per diem in templo docebat, vt qui per Osee prædixerat: ⁶⁴⁷ In
 templo meo me inuenerunt, & illic disputatum est ad eos, ⁶⁴⁸ *Ad noctem verò in eleo-
 nem secedebat.* Sic enim Zacharias demonstrarat. Et stabunt pedes eius in monte elæone. F
 Erant horæ quoque auditorio competentes. ⁶⁴⁹ *Diluculo conueniendum erat,* quia per E-
 saiam quum dixisset Dominus: *Dat mihi linguam disciplinæ, adiecit, opposuit mihi
 manū aurem ad audiendum.* Si hoc est Prophetias dissoluere, quid erit adimplere?
 [⁶⁵⁰ Proinde scit & quando pati oporteret eum, ⁶⁵¹ cuius passionem lex figurat. ⁶⁵² Nam;
 è tot^a festis Iudæorum, ^b *Pascha diem elegit.* In hoc enim sacramentum pronuntiarat Moy-
 ses, ⁶⁵³ *Pascha e est Domini.* Ideò & affectum suum ostendit, ⁶⁵⁴ *Concupiscentia d concupiui
 a Pascha edere vobiscum, antequam patiar.* ò legis destructorem, qui concupierat etiam Pas-
 cha seruare. ⁶⁵⁵ Nimirum veruecina illum Iudaica delectaret? An ipse erat, qui e tanquam
 d ouis ad victimam adduci habens, & tanquam ouis coram rōdente, sic os non aper-
 e turus, figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebatur: ⁶⁵⁶ *Poterat & ab extraneo
 Luc. 22. quolibet tradi, ne dicerem & in hoc Psalmum expunctum: ⁶⁵⁷ Qui mecum panem e-
 Psal. 40. dit, leuabit in me plantam. ⁶⁵⁸ Poterat & sine præmio tradi. Quanta enim opera traditoris
 Luc. 22. circa eum, qui populum coram offendens, nec tradi magis potuisset quàm inuadi? Sed
 Amos 2. hoc alij competisset Christo, non qui Prophetias adimplebat. Scriptum est enim, ⁶⁵⁹ Pro
 Matth. 27. eo quod venundedere iustum. ⁶⁶⁰ Nam & quantitatem & exitum pretij postea Iuda pœ-
 Hier. 32. et nitente reuocati, & in emptionem dati agri figuli, sicut in Euangelio Marthæi continet-
 Zach. 11. tur, Hieremias præcanit: Et acceperunt triginta argenteos pretium apreciati vel hono-
 rati,*

A rati, & dederunt eos in agrū figuli. ⁶⁶¹ Professus itaque se concupiscentia concupisse edere ^{Luc. 22.}
 Pascha vt suum (indignum enim vt quid alienum concupisceret Deus) *acceptum panem &* ^{Ibidem.}
distributum discipulis, ⁶⁶² corpus suum illum fecit, hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corpo-
 ris mei. Figura autem non fuisset, ⁶⁶³ nisi veritatis esset corpus. Ceterum vacua res, quod
 est phantasma, figuram capere non posset. ⁶⁶⁴ Aut si propterea panem corpus sibi fixit,
 quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit ⁶⁶⁵ *tradere pro nobis.* Faciebat ad vanita- ^{Ibidem.}
 tem Marcionis vt panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non
 magis ⁶⁶⁶ peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens veterem fuisse
 istam figuram corporis Christi, dicentis per Hieremiam: ⁶⁶⁷ *Aduersus me cogitauerunt
 cogitatum, dicentes: Venite, coniciamus lignum in panem eius, scilicet crucem in cor-
 pus eius? Itaque illuminator antiquitatum quid tunc voluerit significasse panem, satis de-
 clarauit, corpus suum vocans panem. ⁶⁶⁸ Sic & in calicis mentione testamentum constituens, san- ^{Ibidem.}
 guine suo obfirmatum, substantiam corporis confirmavit. Nullius enim corporis sanguis po-
 test esse, nisi carnis. Nam & si qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certè
 sanguinem nisi carnea non habebit. Ita consistit probatio corporis de testimonio carnis,
 probatio carnis de testimonio sanguinis. Vt autem & sanguinis veterem figuram in vino
 recognoscas, aderit Esaias, *Quis, inquit, qui aduenit ex Edom? rubor vestimentorum* ^{Isai. 63.}
eius ex Bosor. ⁶⁶⁹ Sic decorus in stola violenta cum fortitudine? *Quare rubra vestimenta*
 tua? & indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato? Spiritus enim propheticus
 velut iam contemplantandum Dominum ad passionem venientem; carne scilicet vesti-
 tum, vt in ea passum, cruentum habitum carnis in vestimentorum rubore designat, con-
 culcata & expressa vi passionis tanquam de foro torcularis, quia exinde quasi cruentati
 homines de vini rubore descendant. Multò manifestius Genesis in benedictione Iudæ,
⁶⁷⁰ ex cuius tribu, carnis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda delinia-
 bat. ⁶⁷¹ *Lauabit, inquit, in vino stolam suam, & in sanguine vuae amictum suum: stolam* ^{Gen. 49.}
& amictum carnem demonstrans, & vinum sanguinem. Ita & nunc sanguinem suum in
*vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. [⁶⁷² *Va ait, per quem traditur filius* ^{x l. i. ex}
 hominis. Ergo iam vae constat imprecationis & comminationis inclamationem intelligē- ^{eod. cap.}
 dam, & irato & offenso deputandam, nisi si Iudas impunè erat tantum sceleris relaturus. ^{xxii. Luc.}
 Aut si impunè, vacat vae. Si non impunè, vtique ab eo puniendus in quem scelus tradi- ^{Luc. 22.}
 tionis admisit. Porro si sciens passus est hominem, quem ipse comitatu suo ascuerat, in
 tantum scelus ruere, ⁶⁷³ noli iam de creatore circa Adam retractare, quæ in tuum quo- ^{Gen. 3.}
 que Deum retorquentur, aut ignorasse illum qui non ex providentia obstitit pecca-
 turo, aut obstitere non potuisse, si ignorabat, aut noluisse si & sciebat & poterat, at-
 que ita malitiosum iudicandum, qui passus sit hominem suum ex delicto perire. Suadeo
 igitur agnoscas potius & in isto creatorem, quàm parem illi Deum optimum, aduersus
 sententiam tuam facias. ⁶⁷⁴ Nam & Petrum præsumptoriè aliquid elocutum, negatio-
 ni potius destinando, zelotem Deum tibi ostendit. ⁶⁷⁵ *Debit etiam osculo tradi* ^{Luc. 22.}
 C ^{Luc. 22.} *cus scilicet Christus, vt eius scilicet filius; qui labiis à populo diligebatur. ⁶⁷⁶ *Perduntur* ^{Jfai. 29.}
 in confessum, an ipse esset Christus? interrogatur. De quo Christo Iudæi quæsisserunt nisi de suo? ^{Luc. 22.}
 Cur ergo non vel tunc alium eis prodidit? vt pati posset, inquit, id est, vt ille opti-
 mus ignorantes adhuc in scelus mergeret. atquin & si dixisset, passurus esset. ⁶⁷⁷ *Si di-* ^{Ibidem.}
xero enim, inquit, vobis, non creditis. Porro non credituri, perseverassent in necem eius, &
 cur non magis passurus esset, si alterius Dei ac per hoc aduersarium creatoris manifestas-
 set? Ergo non vt pateretur, alium se tunc quoque superedit ostendere: sed quoniã ex ore
 eius confessionem extorquere cupiebant, nec confesso tamen credituri, qui eum ex ope-
 ribus scripturas adimplentibus agnouisse debuerant: Ita eius fuit occultasse se, cui vltro
 debebatur agnitio. Et tamen adhuc eis manum porrigens, ⁶⁷⁸ *Abhinc, inquit, erit filius ho-* ^{Ibidem.}
minis sedens ad dexteram virtutis Dei. ⁶⁷⁹ Suggerebat enim se ex Danielis Prophetia filium ho- ^{Dan. 7.}
 minis, & è Psalmo Dauid, sedentem ad dexteram Dei. Itaque ex isto dicto & scripturæ ^{Psal. 109.}
 comparatione illuminati, quem se vellet intelligi, ⁶⁸⁰ *Ergo, inquit, tu Dei filius es? Cuius* ^{Luc. 22.}
 Dei, nisi quem solum nouerāt? Cuius Dei, nisi quē in Psalmo meminērāt dixisse filio suo, ^{Psal. 109.}
 Sede ad dexteram meam. *Sed respondit, Vos dicitis quia ego sum.* Atquin confirmavit id se esse
 quod illi dixerant, dum rursus interrogant. Vnde autem probabis interrogatiuè, &
 non ipsos confirmatiuè pronuntiasse, Ergo tu filius Dei es. Vt quia obliquè ostenderat
 se per scripturas filium Dei intelligendum, sic senserint, ergo tu Dei es filius, quod te non
 EEe iij***

X L I I .
exc. xxii.
Lucæ.
Luc. 23.
Luc. 22.
Luc. 23.
Jfai. 3.
Pfal. 2.

Luc. 23.
Osee 10.
Luc. 23.
Jfai. 53.
Jfai. 50.
Pfal. 21.
Luc. 23.
Ibidem.
Jfai. 53.
Luc. 23.
Pfal. 21.
Luc. 23.
Pfal. 21.
Ibidem.

Luc. 23.

Jfai. 50.
Amos 8.
Luc. 23.
Amos 8.
Luc. 23.
Jfai. 1.
Pfal. 30.
Luc. 23.
Ibidem.

Ibidem.
Pfal. 1.


X L I I I .
exc. xxiiii.
Lucæ.
Osee 5, et 6.
Luc. 24.

vis apertè dicere : atque ita & ille , Vos dicitis , confirmatiuè respondit : & aded sic fuit pronuntiatio eius , vt perferuerint in eo , quod pronuntiatio sapiebat . [681 Perductum enim illum ad Pilatum onerare ceperunt quod se Regè diceret , Christum sine dubio Dei filiū , sessurū ad Dei dexteram . Ceterum alio eū titulo grauassent incerti an filiū Dei se dixisset , nisi Vos dicitis sic pronuntiaffer , hoc se esse quod dicerent . 682 Pilato quoque interroganti , Tu es Christus , proinde , Tu dicitis , ne metu potestatis videretur amplius respondisse . 683 Constitutus est igitur Dominus in iudicio . Et statuit in iudicio populum suum . Ipse Dominus in iudicium veniet cum presbyteris & archontibus populi secundum Esaiam . Atque exinde omne scriptum passionis suæ impleuit , 684 Tumultuatæ sunt ibidem nationes , & populi meditati sunt inania . Astiterunt reges terræ , & archontes cōgregati sunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius . Nationes , Romani qui cum Pilato fuerat . Populi , tribus Israël . Reges , in Herode . Archontes , in summis sacerdotibus . Nam & Herodi velut munus à Pilato missus , Osee vocibus fidem reddidit ; de Christo enim prophetauerat : 685 Et vincitum cum ducent xenium regi . 686 Delectatus est denique Herodes viso Iesu , nec vocem vllam ab eo audiuit . Tanquam agnus enim coram tondeute , sic non aperuit os suum ; quia Dominus dederat illi linguam disciplinæ , vt sciret quomodo cum oportere proferre sermonem . Illam scilicet linguam , 687 quam in Psalmo adglutinatā gutturi suo tunc probabat , non loquendo , 688 Et Barrabas quidem nocentissimus , vita , vt bonus donator ; Christus verò iustissimus , vt homicida morti expostulatur . 689 Sed & duo scelesti circumferuntur illi ; vt inter iniquos scilicet deputaretur . 690 Vestitū planè eius à militibus diuisum , partim forte concessum Marcion E abstulit , respiciens Psalmi prophetiam , Dispertiti sibi sunt vestimenta mea , & in vestitum meum fortem miserunt . 691 Aufer igitur & crucem ipsam . Idem tamen Psalmus de eo non tacet , Foderunt manus meas & pedes meos . 692 Totus in illo exitus legitur : Circundederunt me canes , synagoga maleficorum circumuallauit me . Omnes qui spectabant me , naso irridebant me . Locuti sunt labiis , & capita mouerunt . Sperauit in Deum , liberet eum . Quò iam testimonium vestimentorum habe falsi tui prædem , totus Psalmus vestimenta sunt Christi . 693 Ecce autem & elementa cōcutiuntur , Dominus enim patiebatur ipforum . Ceterum aduersario læso , cœlū luminibus floruisse , magis sol radiis insultasset , magis dies steterisset , libenter spectans pendentem in patibulo Christum Marcionis . Hæc argumenta quoque mihi competissent , etsi non fuissent prædicata . 694 Cœlum , inquit Esaias , vestiam tenebris . Hic erit dies , de quo & Amos , 695 Et erit illa die dicit Dominus , occidet sol meridie . (Habes & horæ sextæ significationem) & contenebrabit super terram . 696 Scissum est & templi velum , angeli eruptione ; dereliquentis filiam Sionis , tanquam in vinea speculam , & in cucumerario casulam . 697 O quantum perferuerat etiam xxx . Psalmo Christū ipsum reddere . Vociferatur ad patrem ; vt & moriens vltima voce Prophetas adimpleret . 698 Hæc dicto exspirauit . Quis ? Spiritus semetipsum , an caro spiritum ? sed spiritus semetipsum exspirare non potuit . Alius est qui exspirat , alius qui expiratur . Si spiritus exspiratur , ab alio expiratur necesse est . Quòd si solus spiritus fuisset , discessisse potius diceretur quàm exspirasse . Quis F igitur exspirat spiritum nisi caro ? quæ & spirat quando illum habet , & ita eū quum amittit exspirat . Denique si caro nō fuisset , phantasma carnis . Phantasma autem spiritus fuit : spiritus autem semetipsum exspirauit , & exspirando discessit . Sine dubio phantasma discessit , quum spiritus qui erat phantasma discessit , & nusquam comparuit phantasma cum spiritu . 699 Nihil ergo remansit in ligno . Nihil pependit etiam post expirationem . Nihil de Pilato postulatū . Nihil de patibulo detractū . Nihil sindone inuolutū . Nihil sepulcro nouo cōditū . Atquin non nihil . Quid igitur illud fuit ? Si phantasma , adhuc ergo inerat & Christus . Si discesserat Christus , ergo abstulerat phantasma . Superest impudentiæ hæreticæ dicere , phantasma illic phantasmatis remansisse . Sed si & Ioseph corpus fuisse nouerat , quod tota pietate tractauit : ille Ioseph qui non consenserat in scelere Iudæis , 700 Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum , & in via peccatorum non stetit , & in cathedra pestium non sedit ; oportuerat etiam sepulchrum Domini prophetari , ac iam tunc merito benedici . [701 Si nec mulierum illarum officium præterit Prophetia , quæ ante lucem conuenerunt ad sepulcrū cum odorum paratura . De hoc enim per Osee : Vt 702 quærant , inquit , faciem meam ante lucem vigilabunt ad me dicentes , Eamus & conuertamur ad Dominum , quia ipse eripuit , & curabit nos , percussit , & miserebitur nostri , sanabit nos post biduum , in die tertia resurgemus . Quis enim hæc non credat in recogitatu mulierum illarum volutata , inter dolorem præsentis destitutionis , 703 qua percussæ sibi videbantur à Domino , & spem

A spem resurrectionis ipsius qua restitui ritè arbitrantur ? 704 Corpore autem non inuenio ; sub-
lata erat sepultura eius de medio , secundum Esaiam : 705 Sed & duo ibidem angeli apparue-
runt : Tot ferè laterensibus vti solebat ; in duobus a testibus consistens Dei sermo . 706 Reuer-
tentes b quoque à sepulcro mulieres , & ab illa angelorū visione prospiciebat Esaias : c Mulieres , b
inquit , venientes à visione , venite ad renuntiandum scilicet Domini resurrectionem . c Ipsi . 27 .
707 Benè autem quòd incredulitas discipulorum perferuebat , vt in finem vsque defensio nostra
confisteret , Christum Iesum nō alium se discipulis ædidisse quàm Prophetarum . 708 Nam
quum duo ex illis iter agerent , & Dominus eis adhaesisset , non comparens quòd ipse esset , etiam dissi-
lans de conscientia rei est : Nos autem putabamus , inquit , ipsum esse redemptorem Israël , vtique
suum Christum , id est , creatoris , aded nec alium se ædiderat illis . Ceterum non existima-
rent eum creatoris , & quum creatoris existimaretur , non sustinisset hanc de se existima-
tionem , si non is esset qui existimatur . Aut ipse erit auctor erroris , & prauaricator veri-
tatis aduersus Dei optimi titulum . Sed nec post resurrectionem aliū se eis ostendit , quàm
quæ existimatum sibi dixerant . Planè inuictus est in illos , 709 O insensati & tardi corde , in non
credendo omnibus quæ locutus est ad vos . Quæ locutus non alterius se Dei esse probat , sed eius-
dem Dei . 710 Nam eadem & angeli ad mulieres : Rememoramini quæ locutus sit vobis in Galilæa , ibidem .
dicens : quòd oportet tradi filium hominis & crucifigi , & tertia die resurgere . & quare oportebat ?
nisi quia ita à Deo creatore scriptum . Igitur increpauit illos vt de sola passione scādaliza-
tos , & vt dubios de fide resurrectionis annūtiatæ sibi à fœminis : per quæ nō crediderant
ipsum fuisse quem existimarent . Itaque quòd existimauerant , id volens credi se , eum se
confirmabat quem existimauerant , creatoris scilicet Christum redemptorem Israël . De
corporis autem veritate quid potest clarius ? quum 711 hastantibus eis ne phantasma esset , immo
phantasma credentibus : Quid turbati estis (inquit) & quid cogitationes subeunt in corda vestra ? videte
manus meas & pedes , quia ego ipse sum , quoniam spiritus ossa non habet , sicut me videtis habere . Et
Marcion quædam contraria sibi , illa credo industria eradere de Euāgelio suo noluit , vt ex
his quæ eradere potuit , nec erasit , illa quæ erasit , aut negetur erasisse , aut meritò erasisse di-
catur . Nec parcat nisi eis quæ non minus aliter interpretando quàm delendo subuertit .
Vult itaque sic dictum , quasi , Spiritus ossa non habet , sicut me videtis habentem , ad spi-
ritum referatur , sicut me videtis habentem , id est , non habentem ossa , sicut & spiritus . Et
quæ ratio tortuositatis istius ? quum simpliciter pronuntiare potuisset , quia spiritus ossa
non habet , sicut me videtis non habentem . Cur autem inspectui eorum manus & pedes
suos offert , quæ membra ex ossibus constant ? Si ossa non habebat , cur adiicit : Et scitote
quia ego sum , quem scilicet corporeum retrò nouerat ? Aut si phantasma erat vsquequa-
que , cur illos phantasma credentes increpabat ? 712 Atquin adhuc eis non credentibus , propter-
ea cibum desiderauit , vt se ostenderet etiam dentes habere . Impleuimus , vt opinor , spon-
sionem . Exhibuimus Iesum Christum Prophetarum doctrinis , sententiis , affectibus , sen-
sibus , virtutibus , passionibus , etiam resurrectione , non alium quàm creatoris , 713 Siqui-
dem & Apostolos mittens ad prædicandum vniuersis Nationibus , in omnem terram exire sonum
eorum , & in terminos terræ voces eorum , Psalmum adimplèdo , præcepit . Misereor tui
Marcion , frustra laborasti . Christus enim Iesus in Euāgelio tuo , meus est .

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM III. ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1.  Mncem sententiã , & c . j Caput primum inscri-
psimus : Quòd aliam Legem nouam exori-
turã ipse Deus creator per Prophetas præ-
dixit . Siqui rectè iterū hîc interpretatur & hanc pa-
raturã materiam , & argumentorū adparatum ; quomodo
etiam infra sub finè cap. 2. dicit : authenticã paraturam .
2. quod interpolando suum fecit , & c .] Omnino
sic legimus , pro : interpolando , tum hîc , tum sapiissime
postea hoc libro ; tam , quòd interpolare , teste Nonio , tra-
ctum sit ab arte fullonia , qui polendo diligenter vetera
quæque , quasi in nouam speciem mutant ; quàm quòd

etiam supra illud legatur lib. de præscrip. aduers. hæret.
cap. 38. verbis infra citandis , cap. 4. num 35. Vbi , quòd
quatuor modis hæretici scripturas interpolauerint ,
adnotatū habes num. 225. ac 226. nempe : detractioe ,
adiectione , transmutatione , (quod manu interuer-
tere appellat ibidem Auctor) denique : sensu exposi-
tionis diuerso ; & similiter cap. 17. eiusdem libri num.
105. esse verbum Iureconsultorum ibidem adnotauimus .
3. Antithesis cognominatum , & c .] Mallem : An-
titheseis , tum quòd B. Hieron. sic appellet Apologet. ad
Pammach. & Marcell. de calumniis Rufini : Et Antithe-
seis (inquit) Marcionis de meis operibus fabricatus est ;
E E c i i i j

sicut habent emendationes codices, pro eo quod alij perperam deperit; tum quod supra etiam lib. I. adu. Marc. cap. 19. legatur: Nam hæc sunt Antithesis Marcionis, id est, contrariae oppositiones; quæ conantur discordiam Euangelij cum Lege committere; tum denique quod infra hoc sequenti libro frequenter Antithesis plurali versus numero. Verum illud reuincimus quod infra initio cap. 2. legatur: Habes nunc Antithesis expeditam à nobis responsionem, maxime quum etiam hic sic legantur Vatic. 2. MS. cod. Vocem verò hanc explicans, dicit: opus ex contrarietatum oppositionibus Antithesis cognominatum, & ad separationem Legis & Euangelij coactum. Vide de eodem opere supra lib. I. adu. Marc. num. 1.

4. vel (quod magis vsui est dicere) Testamenti, &c.] Adnotandus hic locus contra scotos quosdam, qui contempta voce: Testamenti, semper Vetus & Nouum instrumentum appellant, scriptura sacra partes duas; & alibi, vbi cumque in scripturis Testamentum vertitur per interpretem Latinum, transferunt factum seu pactum; etiam in iis scripturis a quas adluit Apostolus Hebr. 9. Quum tamen ibi addatur: Vbi enim Testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris; quod nullo pacto in pactum competit, quod volunt significare vocem Hebraicam, neque etiam in dispositionem, quomodo transfert aliquoties Auctor vocem δίκαιον, quam tamen rectè Testamentum trāsferri, sicuti etiam Hebraicā vocem Berith, multis ostendit Leo de Castro in Isaiam non vno in loco; maxime verò ad illud Isai. 55. infra citatum: Et disponam vobis testamentum æternum. Atqui legitur quidem Vatic. 1. MS. cod. quod magis est in vsu dicere. Verum vulgata lectio Tertullianica est, sicuti etiam illud: Antithesis cominus cedere, proverbialis est formula, de qua latius inter Prolegomena.

5. cui procurant, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) cui inserviunt more procurantium res aliena. Cum Dativo semper construit, crebro hac locutione utens. Lib. 1. aduers. Marcion. cap. 25. Emulatio autem liberando homini procurat. A quo etiam illud: præscriptiue explicatur: præcedendo videlicet præscriptionem longioris temporis atque possessionis.

6. simul crediderunt, &c.] Simul (inquit Rhenan.) pro simul ac, siue postea quam. Quomodo etiam accipi, indicamus supra lib. de Anima cap. 19. n. 2. 51. & Tom. 2. lib. de Virg. velandis, alibi. Vide ibi Adnotat. nostrum num. 91.

7. Audite me, audite me, populus meus, &c.] Istud inuenitur apud LXX. Isai. 51. ex quibus sustuli vocula: &c. ante: populus meus, superflua. In eo quod sequitur: Hæc erit lex apud David inuituperabilis, transfertur ab Auctore vox: ἀμαρτία proprie, Psal. 18. vbi: immaculata legitur apud Latinos plerisque, & in editione Romana est irreprehensibilis. Secundum alia interim aditiones castigauimus: conuertens animas, pro: animam.

8. Quoniam (inquit) decifum sermonem faciet Dominus in terra, &c.] Istud partim citatur ex Isai. c. 10. iuxta LXX. partim ex c. 9. Rom. vbi Apostolus legit: in terra, pro eo quod significantius LXX. in orbem terra vniuerso.

9. Compendiatum, &c.] Compendiatum (inquit Rhenan.) hoc est, in compendium contractum. Legimus autem ex utroque Vatic. MS. cod. prædicetur, pro: prædicatur.

10. laciniosus, &c.] Laciniosa onera (inquit idem) vocat multiplicia, & qua homines occupationibus distin-

bant, sicut impedit ingressum vestis laciniosa.

11. Ne rememineritis priorum, & antiqua ne cogitaueritis, &c.] Istud quidem reperitur Isai. 43. & id quod sequitur: Ecce facio noua quæ nunc orientur; sed illud intermedium: Vetera transferunt, noua oriuntur, interpositum ex Apostolo 2. Cor. 5. vti tacite ostendat adlusisse ad illud Isai. Apostolum. Quod ipsum fecit supra lib. I. adu. Marcionem, cap. 20. legens: Vetera transferunt, ecce noua quæ ego nunc facio. Vbi vide Adnot. nostras nu. 1. 4. 2. & n. 143. de sequenti scriptura Hierem. 4. Nouate vobis, &c. ex quo loco castigauimus huius præputia, pro: præputio.

12. Ecce veniunt dies, &c.] Rursum hic emendamus: veniunt, pro: venient, ex MS. cod. Vatic. supra lib. adu. Iud. cap. 3. num. 10. & domui Iuda, pro: Iudæ, iuxta Græcos codices & alios omnes. Mirum est autem quomodo utrobique legatur: Domui Iacob, quum Hierem. 31. Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Latinè, legatur: domui Israël: item: in die qua arripui dispositionem eorum, pro: manum eorum, quod habent alij omnes.

13. Non est voluntas mea in vobis, &c.] De loco isto Malachie 1. & vero eius intellectu de sacrificio Ecclesiæ, vide supra lib. adu. Iud. cap. 5. num. 22. & lib. aduers. Marc. 3. cap. 22. num. 177. Ex quibus locis hic castigamus: nomini meo offertur, pro: nomine meo offeretur. Habent quidem 2. MS. Vatic. cod. dicente Malechiam, sed placet magis: Malachia, quod sic à LXX. appelletur, & etiam priori loco legatur. Atqui ex isdem castigamus: quorum sit, pro: sit; & paulo post legimus: iste prænuntiavit, pro: pronuntiavit.

14. Ego (inquit) percutiam, & ego sanabo, &c.] Has Antithesis supra latius & ex instituto tractatas habes lib. 2. aduers. Marc. cap. 14. Legimus autem mox iuxta 1. Vatic. MS. cod. ex diuersitatibus structum, voce Tertullianica, pro: constructum.

CAP. II.

15. Habes nunc Antithesis expeditam à nobis responsionem, &c.] Titulus huic capiti dedimus: Quod non solum Lucæ, sed etiam Ioannis, Matthæi, ac Marci Euangelia suam auctoritatem habeant. Non placet autem quod adnotat Rhenanus, Vocandi casum hic esse: ò Antithesis, sed potius puto Genitiuum esse Auctoris, suo more non curioso in usurpatione vocabulorum Græcorum in Latinam translationem colentem. Est verò vox Tertullianica: præstructuram. Atqui legimus ex 1. Vatic. MS. cod. Christi qui (pro quæ) magistros Apostolos fecit.

16. Denique nobis fidem ex Apostolis Ioannes & Matthæus insinuant; ex Apostolicis Lucas & Marcus instaurant, &c.] Rectè Euangeliorum auctenticos Auctores dicit aut Apostolos, aut Apostolicos, ut excludat Euangelia diuersarum hæresum; cuiusmodi enumerat B. Hieron. Proæmio Commentariorum in Matthæum iuxta Aegyptios & Thomam & Mathiam & Bartholomæum, & xij. quoque Apostolorum, confecto nomine, Basilidum; item Apellus, & similia; quibus adicere etiam licet Marcionis Euangelium, id est, B. Lucæ à Marcione adulteratum, vti initio huius capiti dictum est. Item Euangelia Hebionitarum, Encratitarum, & Nazaranorum; de quibus latè tractat Sixtus Senensis Biblioth. Sanctæ lib. 2. Quod verò alio ordine eos enumeret Auctor quàm B. Hieron. B. August. & alij imitati Ezechielis primam visionem cap. 1. videtur considerasse materiam præsentem, quam huius libris tractat; vti potè, quum B. Ioannes velut aquila ceteris aliis de vna diuinitate tractauerit;

uerit; B. Matthæus hinc homini ad similitudinem de humanitate Christi, quæ duo controuertebantur à Marcione; B. verò Lucas à sacerdotio sumpsit initium, hinc vituli forma descriptus; denique B. Marcus à voce leonis rugientis in deserto, id est, Joanne Baptista, ea de causa faciem leonis adscriptam habes. Et verò etiam Apocal. 4. nō eo ordine collocatur quatuor animalia, per quæ Euangeliæ quatuor intelliguntur, & B. Irenæus lib. 3. c. 11. ubi ostendit non posse esse plura aut pauciora quàm quatuor Euangelia, hoc ordine ponit, Ioannis, Lucæ, Matthæi, Marci. Quis quod apud ipsam Auctorem infra Tom. 4. lib. 2. adu. Marc. carmine conscripto, recensentur ordine vulgato:

Illi Matthæus, Marcus, Lucasque, Joannes. Illud mirandum, quomodo dicat fidem à Ioanne & Matthæo insinuatam, instauratam verò à Luca & Marco, quum tamen constet Marcum & Lucam scripsisse post Matthæum quidem, sed diu ante Ioannem. Verum proprie accipit Auctor instaurare, pro ad instaur alterius, nempe Matthæi, componere. Atqui de occasione scripturum 4. Euangeliorum vide Epiphani. her. 51.

17. Viderit enim si narrationem dispositio variat, &c.] Quomodo narrationem quidem dispositio variat in Euangelistis 4. sed de capite fidei cōueniat inter eos, pulcherrimè tractat B. August. libris 4. de Consensu Euangelistarum; quod etiam pertinent Canones Euangelici ab Eusebio adii, & in linguam Latinam versi à B. Hieronymo, inter opera eius Tom. 9. Sunt autem Tertullianica: Viderit, ac: variat.

18. & possem hiciam gradum figere, &c.] De Proverbio: gradū figere, vide nostra Prolegomena, sicuti etiam de illo: frontem erigere. Atqui facit pro Edictis Pontificis & regis, quibus prohibentur libri absque titulo Auctoris, quod hic habet Auctor: non agnoscendum opus, quod nullam fidem premitat de plenitudine tituli, & professione debita Auctoris, præsertim grassantibus hæresibus, sicuti & nunc & tempore Tertulliani.

19. Lucam videtur Marcion elegisse, quem cederet, &c.] id est, quæ cædendo interpolaret. Haud enim absimiliter B. Irenæus lib. 1. cap. 29. Et super hac (inquit de Marcione) id quod est secundum Lucam Euangelium circumcidens, & omnia que sunt de generatione Domini conscripta auferens, & de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissime cōditorem huius vniuersitatis suum patrem confitens Dominus conscriptus est; semetipsum esse veraciorem, quàm sunt hi qui Euangelium tradiderunt Apostoli, suavit discipulis suis; non Euangelium, sed particulam Euangelij tradens eis. Eodem pertinet quod de Cerdone, atque adeo de Marcione eius discipulo scribit Auctor supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 51. her. 16. Solum Euangelium Lucæ, nec tamen totum recipit. Finitus utrobique B. Irenæum, tum loco citato, tum lib. 3. cap. 14. Hinc & Epiphanius her. 4. 2. stilus (inquit) ipse Euangelium secundum Lucam indicat. Quum autem amputatus sit, & neque principium, neque medium, neque finem habeat, vestimenti à multis tinea: corrosi similitudinem præ se fert; quo loco etiam adnotat loca Euangelij Lucæ aut detruata, aut sursum deorsum posita, aut deprauata, sicuti infra adnotare statuimus, ad singula quæ ab illo ponuntur ex Luca loca.

20. scætor Pauli, &c.] Istud habet disertis verbis B. Hieron. Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum: Lucas (inquit) scætor Apostoli Pauli, & omnis peregrina-

tionis eius comes, scripsit Euangelium, de quo idem Paulus: Misimus (inquit) cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias; & ad Colossenses: salutat vos Lucas Medicus; & ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Et ibidem idem B. Hieron. Quidam (inquit) iustificatur, quotiescumque in Epistolis suis Paulus dicit: Iuxta Euangelium meum, de Luca significare volumine. Eodem pertinet quod infra dicit cap. 5. Nam & Lucæ Digestum, Paulo adscribere solent. Quo loco auctoritatem Euangelij Lucæ commendat in quantum nostrum est, quod hic deprimere videtur, tanquam à Marcione, vti supra dictum est, deprauatum.

21. ad cognoscendos Apostolos & consultandos, &c.] Hoc paraphrasticè interpretatur, quod obscurè satis legitur Gal. 2. Consuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus; vultè explicans illud: ne forte in vacuum currerem. Voce autem consultandos, (sicuti adnotauit Rhenanus) quæ frequentatiua est, vitur, æquè atque primitiua.

22. Igitur si ipse illuminator Lucæ, &c.] Illuminator Lucæ Paulus vocatur, quod fidei lumen Lucæ insinuarit, eodem significatu, quo capite sequenti dicitur de Euangelio anteriori, quod Paulum illuminauit, & ab eo Lucam. Atqui ex 1. Vatic. MS. cod. legimus: auctoritatem antecessorum, pro: antecessorem.

CAP. III.

23. Sed enim Marcion nactus Epistolam Pauli ad Galatas, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Quod reprehensio Apostolorum à Paulo facta, non de Euangelij fuerit prædicatione (sicuti obiecit Marcion verbis his in medium productis) sed de cōuersione. Quam interpretationem etiam habes supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 23. & lib. 1. aduersus Marc. cap. 2. ac 2. latissime, & infra lib. 5. cap. 3. vbi locum hunc tractat Gal. 2.

24. Proinde si & Pseudapostoli irreprestant.] Eos intelligit quos Apostolos Gal. 2. ἰσοδιδάσκουσας nuncupat, qui circumcisionem vindicabant, vti est Gal. 5. & Iudaicos fastos obseruantes, vti est Gal. 4. & dies & menses, & tempora, & annos. Quæ ad cōuersionem obseruanda veniunt contra modernos hæreticos, qui illum locum adducere non verentur aduersus Ecclesiam Catholicam fastos, quum disertis verbis Iudaicos Auctor interpretetur, idque non hic modo, sed etiam infra lib. 5. cap. 4. ubi hunc locum tractat, ubi & nos de eo latius.

25. ad eò non de prædicatione, &c. denotantur, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) arguebantur, vti in libro de Patientia, c. 3. Parum hoc si non proditorum suum secum habuit, nec constanter denotauit.

26. de sola conuictus inæqualitate, &c.] Hoc est (sicuti supra Auctor lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 23.) quod quum conuixisset ethnicis, postea se à conuictu eorum separabat, personarum respectu.

27. & inde sunt nostra Digesta, &c.] Similiter c. 5. infra: Digestum Lucæ, eius Euangelium nuncupat Auctor, voce à iureconsultis mutuata; apud quos non modo exstant Digestorum Iuris Ciuilis noui & antiqui libri 50. sed etiam veterum libri sic ferè inscribuntur. Atqui alibi diximus quod cataclysmus generalem inundationem significet, quem hic metaphorice accipit, & interpretatur pro: inundatione.

CAP. IIII.

28. De titulo quoque funis ducendus est cōtentionis, &c.] Titulum huic capiti adscribimus: Quod inde constet: Euangelium Lucæ nostrum, anti-

quius esse quam Marcionis, quod ab illo adulteratum sit. Onissimus autem hic voculam: ergo, plane superfluum. Et de Prouerbiali formula: funem contentio- nis ducere, latius inter Prolegomena nostra.

29. ci præscribens auctoritatem quod anti- quius reperitur, &c.] De hoc latè supra Auctor lib. de Præscript. aduers. har. postissimum cap. 29. 30. & 31.

30. æmulatione, &c.] Emulatio hic accipitur, & iterum paulopost pro: imitatione, sicuti supra adnotauimus ad cap. 38. lib. de Præscript. adu. har. num. 2. 27. sed alibi ferè accipitur ab Auctore æmulus, pro: cõtrario, & æmulatio, pro: inuidia.

31. vt & ipse illi Marcion aliquando crediderit, &c.] Quod Marcion aliquando in catholicam do- ctrinam apud Romanenses, atque adeo etiam Euan- gelio Lucæ crediderit, vide supra dicto cap. 30. lib. de Præscript. adu. har. num. 166. (Et lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 20.) item de pecunia vsque ad ducenta tertertia in primo colpe catholicæ fidei Ecclesiæ collata, & mox cum ipso proiecta, num. 168. & 169. Quorum priori loco ostendimus apud Romanensem Ecclesiam fuisse semper catholicam doctrinam, & quid catho- licum dicatur, eodem libro adnotauimus, cap. 26. nu. 156. At qui desciit rectè accipi scribit Rhenanus, pro: de- sciuit, à verbo desisco.

32. aduersus Epistolam quoque ipsius, &c.] De Epistola Marcionis dicto lib. 1. adu. Marc. num. 2. & 21. de Antithesibus eiusdem libri eodem num. 2. & hu- ius libri cap. 1. num. 3.

33. Si enim id Euangelium, &c.] Hyperbaton est, & obscurissimus locus, quem clariorem reddidimus, in- clusis parenthesi verbis istis: (penes nos viderimus, an & penes Marcionem) uti accipiat: viderimus, iuxta phrasin Tertulliani & Cypriani, quam frequentissimè adnotauimus.

34. vt interpolatum à protectoribus Iudaismi, &c.] Quam supra cap. 1. num. 2. interpolare accepit pro omni immutatione, hic solummodo loquitur de ea in- terpolatione, quæ per additionem fit: vtpote quum Mar- cion omnia ea quæ rescidit ab Euangelio Lucæ, diceret ad- dita à protectoribus Iudaismi, sed falsè. Hoc est enim ipsum quod paulopost subiungit: Euangelij à Tiberia- nis vsque ad Antoniniana tempora euerfi, cuius se emendatorem Marcion gloriabatur. At qui de tem- pore hoc intermedio à Tiberio vsque ad Antoninum Maiorem, sine Pium, & quando hæresin suam cæperit Marcion, vide supra lib. 1. adu. Marc. cap. 19. num. 128. 130. & 131. Est autem hic Tronia.

35. hæresis, quæ sic semper emendat Euangelia dum vitiat, &c.] In genere similiter omnibus hæreticis adtribuit Auctor supra toto dicto cap. 38. lib. de Præscript. aduers. har. Quibus fuit (inquit) propositum aliter docendi, eos necessitas cõegit aliter disponendi instrumenta doctrinæ: Non potuisset (enim) illis succedere corruptela doctrinæ sine corruptela in- strumentorum eius, detractione, vel adiectione, vel transmutatione.

36. & spiritus Prophetarum Prophetis erunt subditi, &c.] Mirum est quod legat: erunt subditi, quæ Græcè sit ὑποτάσσεται, quod præsentis temporis est. Per- tit autem euerfionis vocè Græcam ἀναστρέφεται, pro eo quod alij: disensionis, eo quod per seditionem, quam pro- priè ea vox significat, euerfio rerum contingat.

CAP. V.

37. In summa si constat, &c.] Caput hoc inscripsi-

mus: Quod non Lucæ modò, sed & Ioannis, Mat- thæi, ac Marci Euangelia, & Ioannis Apocalypsis auctoritatem habeant, ab Ecclesiis Apostolicis, & ordine Episcoporum ad originem recenseo.

38. id verius quod prius, &c.] Ad verbum ferè transcripsit quod supra dixit sapediello libro de Præscript. adu. har. c. 31. Id est dominicum & verum, quod sit prius traditum; de quo etiam tractauit capite præce- denti. Id autem quod hic addit: ab initio, quod ab A- postolis tractat loco priori Auctor cap. 32. & latius cap. 36. Maxime verò ad id quod hic additur: pariter vtique; constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. Nam etiam ibi subiicitur: Percurre Ecclesias Aposto- licas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolo- rum suis locis præsententur, &c. Proxima est tibi Achaia; habes Corinthos. Si non longè es à Ma- cedonia; habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere; habes Ephesum. Si autè Italiae adiaces; habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præsto est. De quibus Ecclesiis vide ibidem Adnotationes nostras n. 208. 209. 210. 212. & 213. Hic verò præterea Galatas adiungit, quos ad regulâ recor- rectos, sine correctos (vti habes 1. Par. MS. cod.) dicens, adludit ad illud Gal. 6. Et quicumque hanc regulâ secuti fuerint, pax super illos; quemadmodum paulo antè ibi: quod lac à Paulo Corinthij hauserint, ad illud 1. Cor. 3. Lac vobis potum dedi.

39. quibus Euangelium & Petrus & Paulus san- guine quoque suo signatum reliquerunt.] Similes lo- cos habes citatos supra dicto libro c. 32. n. 186. & c. 36. n. 214. quò compendij gratia Lectorem remittimus; hoc tã- tum dicam, facere etiam hunc locum contra eorum men- dacium longè impudentissimè, qui adfirmare audent Pe- trum Romanumquam fuisse.

40. Habemus & Ioannis alumnos Ecclesias.] Ex eo quod sequitur: Nam etfi Apocalypsin eius, &c. patet adludere Auctorem ad septem Ecclesias, quarum ad- loquitur Ioannes angelos sine Episcopos, Apocal. 2. & 3. nempe Ephesiam, Smyrnæam, Pergamènâ, Thya- tirensem, Sardensem, Philadelphiensem, & Lao- dicenam.

41. Nam etfi Apocalypsin eius Marcion respuit, &c.] Cerdoni, atque adeo etiam Marcioni qui ead- dem dicere conatus est quæ ille, adscribit hunc erro- rem etiam supra dicto lib. Auctor cap. 51. har. 16. quum dicit: Acta Apostolorum & Apocalypsin quasi fal- sa reicit. Alij qui de hæresibus scripserunt, ipsi Marcio- ni malunt adscribere. Philastrum hæreticis alijs imputat, sine nomine tamen, quod Euangelium Ioannis & Apo- calypsin Cerintho adscripserint; Epiphanius verò har. 51. Alagis vtrumque adscribit, qui tamen dumtaxat Euan- gelium Ioannis Cerintho tribuerint; Apocalypsin verò quasi falsam respuerint; varijs argumētis, sed inutilibus, id conantes probare; quos ibidem ipse refellit. At qui econ- trario, imprimis Auctor hic disertis verbis dicit. Ordo tamen Episcoporu ad originem recensio in Ioan- nem stabit Auctorem. Quem inquit Ioannem, cuius Apostolicas Ecclesias mox recensuit, præmittens: cõ- stare id ab Apostolis esse traditum, quod apud Ec- clesias Apostolorum fuerit sacrosanctum; ipsam ergo Ioannem Apostolum. Ipsum insinuauit Auctor, dum supra lib. de Præscript. aduers. har. cap. 33. & infra Scorpiaco aduersus Gnosticos, cap. 12. eidem Ioanni adtri- buit Apocalypsin, & Epistolâ eius primâ, de qua quum Ioan-

Ioannis Apostoli sit, nemo dubitat. Et clarius supra lib. 3. aduers. Marc. quum c. 13. dixisset (sicuti etiam lib. aduers. Iud. cap. 9.) Sic & Babylon, etiam apud Ioannem nostrum, adludens ad cap. 17. Apocal. eiusdem libri cap. 14. alium locum citans Apocal. 1. Nam & Apostolus (inquit) Ioannes in Apocalypsi; Et rursum lib. 3. adu. Marc. cap. ult. adludens ad cap. 21. Apocal. de Hierusa- lem de cælo delata: Hanc (inquit) & Apostolus Ioannes vidit. Item infra Tomo 4. lib. adu. Marc. 4. car- mine conscripto, cap. 6. Apocal. citans, eidem Ioanni illud adtribuit, qui Euangelium scripserit, in hæc verba:

Fœderis hinc etiam noui inenarrabilis auctor Discipulus Ioannis, animas pro numine passas Testatur tali sese vidisse sub ara,

Clamantes Dei vindictam pro cæde potentis.

Alibi certè plerumque Ioanni nominatum adscribit (haud dubiè aduersus hanc hæresin munies Lectores) & dicto libro de Præscript. aduers. har. cap. 39. Apocalypsin Domini; citat autem frequentissimè sicuti alius scripturas sacras etiam in materia fidei, atque adeo pro autentica agnoscit. Porro qui similes veterum locos de- siderat, consulat Adnotation. nostras in lib. 3. Testim. B. Cypriani aduersus Iud. cap. 16. numer. 48. Quorum omnium apertissimè B. Iustinus Martyr lib. adu. Trypho- nem: Vir (inquit) apud nos quidam, cui nomen erat Ioan- nes, è duodecim Apostolis Christi vnus, in ea quæ ei ex- hibita est ἄποκαλυψαι, &c. Qui vult omnium obie- ctionum in cõtrarium pulcram refutationem, videat Six- tum Senensium Biblioth. Sanctæ lib. 7. hæres. 10. Porro generositatem rectè interpretatur Latinus, genus & o- riginem.

42. ordo tamen Episcoporum ad originem re- census, &c.] Quænti à Petribus fieri solet continus Epi- scoporum ad originem vsque Apostolicam successio, quam his verbis haud dubiè intelligit, vide supra Adnotat. no- stras ad lib. de Præscript. adu. har. cap. 32. num. 183. ad illud: Adant ergo origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentes, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apoculis, vel Apocolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habuerit Auctorem & antecessorem, Quò pertinet adeo etiam illud quod paulopost subiungitur: Habet pla- nè & illud (nempe Euangelium Marcionis) Ecclesias, sed suas, tam posteras quam adludas; quatum ti- centum (id est, primam ab origine recensioem) requiritas, facilius apostaticum inuenias, quam Apostolicum. Ita enim centum ab Auctore vbi que accipi, supra adno- tauimus lib. 1. adu. Marc. cap. 21. n. 149. vbi profus etiam similem locum habes.

43. Marcionis verò plerisque nec notum, &c.] Lo- cum obscurissimus, & haud dubiè corruptus. Rhenanus pu- trauit mederi posse, si pro eo quod habebant MS. priores: in ilis natum, vt non eodem natum, legeretur: nullis autem notum, vt non eo damnatum; sed nimis libe- rum videtur adicere: autem, quod etiam Vatic. cod. non habent, est hic mendosi; nisi quòd semel legant: totum, pro notum; & κακοφωνία adducit repetitio illa: ple- ti que nec notum, nullis autem notum. Ego ita que consilio legendum: Plerisque nec notum, nullis to- tum notum, vt cum eo damnatum (vti, pertineat ad damnationem, qua non Marcion solus, sed & libri eius ab Ecclesiis Apostolicis damnatus fuerit) aut quod ma- gis placeat: vt cum eodem natum; nihil tamen in con- textu immutandum censui.

44. Faciunt fauos & vespa, &c.] Bene est, quòd fauis vesparum comparet Ecclesias Marcionitarum; vt hinc nullum sibi patrocinium sumant, qui contra Sym- bolum fidei, quod unicam Catholicam Ecclesiam confite- tur (quod tueretur B. Cyprianus libro de Pnitare Ecclesiæ, & B. August. libris suis aduers. Donatistas de vnico ba- ptismo) adserere non verentur plures Ecclesias, etiam hæ- reticorum. Vespa enim (Varrone teste lib. 3. de re Ru- stica, cap. 16.) quæ similitudinem Apis habet, neque scia est operis, & nocere solet morsu, quam Apes à se se- comunt. Fauus autem dicitur, quem fingunt multica- natum è cera, quum singula caua sena latera habeant, quod singulis pedes dedit natura. Et verò quum distin- guat ibidem Varro inter cibum, domum, & opus; Ci- bum (inquit) foris capiunt Apes, inuis opus faciunt, id est, fauos melle faciunt. Vbi indicat fauos quidem etiam facere Vespas, id est, domos, quas vnâ cum Apibus in- habitant, sed opus non facere, id est, fauos melle non facere. Haud secus Ecclesias quidem ad instar Catho- licorum adificiant hæretici, sed quas non tam melle quam veneno faciunt; insuper morsu suo Apibus, id est, Ca- tholicis nocent; quare & rectè etiam ab eis secerantur, & excommunicantur. Haud distimile est quod habet Epiphanius har. 44. de Vespa: In fruticibus & herbis nidum facit; & instar faui sibi ipsi capias quasdam con- struit, in quibus capsis sobolem deponit. Quare rectè Ru- finus in dictum Symbolum inter opera B. Cypriani: Mul- ti (inquit) alij Ecclesias congregauerunt; vt Marcion, vt Valentinus, vt Hebion, vt Manichæus, vt Arius, & ceteri omnes hæretici. Sed illa Ecclesia non sunt sine ma- cula, aut ruga perfidia. Et ideò dicebat de illis Prophetia: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. De hac autem Ecclesia quæ fidem Christi inte- gram seruat, audi quid dicat Spiritus sanctus in Canticis Cantarum: Vna est columba mea, &c. ne prolixio- res simus. Idem est quod hic præmisit Auctor: Ha- bet & illud Ecclesias, sed suas, adulteras, & apo- staticas.

45. Eadem auctoritas Ecclesiarum Apostoli- carum ceteris quoque patrocinabitur Euangelij, &c.] Hinc non est absimile quod alicubi habet B. Augu- stinus, Euangelij non crederem, nisi Ecclesia Euangelia es- se tradidisset.

46. licet, & Marcus quod adidit, Petri adfir- metur, &c.] Istud repetit etiam B. Hieronym. Catal. Scriptor. Ecclesiast. Marcus (inquit) discipulus & in- terpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audie- rat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euan- gelium. Quod quum Petrus audisset, probauit, & Ecce- sia legendum sua auctoritate adidit; sicut & Clemens in sexto Hypotyposon libro scribit. At qui de Digesto Lucæ, quod Paulo adscribere solent, vide supra num. 20.

47. capit, magistrorum videri, &c.] Hunc locum (inquit Rhenanus, cui & nos adsentimus) nostrum se- cuti iudicium, ac memores solitam Tertullianum verbo capit suo more vti, capita nomen vertimus in capit verbum, vt nunc sic legatur: capit, magistrorum vi- deti, &c. Hoc est: Possunt magistrorum videri ea que discipuli promulgauerint; vt supra lib. 2. aduersus Marc. cap. 9. Capit etiam imaginem spiritus dicere sta- tum, & lib. 3. cap. 6. id enim intelligi vel non in- telligi capit, vt de alijs locis ob breuitatem taceamus. Sunt autem Tertullianica: quæ Apostolica, & de- dicata, pro: incœpta; & non multò post: decucurre-

tant, & decurrifse.

48. ut si qui Euangelium peruerterant, &c.] *Adnotat ad illud Gal. 1. qui volunt peruertere, siue conuerrere Euangelium; Græcè est: μεταστρέψαι, quod proprie significat ad aliud detorquere; quare & rectè paulopost Auctor: illa conuertant ad formam sui; quo significatu etiam accipit illud: euerit, sub finem.*

49. (nam & quotidie reformant illud, prout à nobis quotidie reuincuntur) &c.] *Parentesi hoc inclusimus, uti constat magis sensus, & lectio 2. Vatic. MS. cod. aut erubescant, pro: erubescunt. Est autem hic notanda hereticorum inconstantia, qui quotidie reformare solent sua scripta, sicuti vidimus in Melancthone, qui sexies aut septies suam Confessionem Augustanam immutauit; & modo duo, modo tria, modo plura Sacramenta Ecclesie admisit, prout quotidiè à Catholicis reuincuntur.*

50. tramittit.] *Pro: transmittit (inquit Rhenan.) adlegans similem locum infra: & inde tramitti in terram. Idem est quod ante dixit: conuerrere, quod à distinguat ab: euertere.*

51. traditioni Apostolorum patrocinatam, &c.] *De Traditionibus Apostolorum non semel supra adnotauimus, maxime uero cap. 3. lib. de Cor. milit. num. 27. ubi & alios locos nostros habes adnotatos.*

CAP. VI.

52. Sed aliam iam hinc inimus gradum, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod Christum constet Dei creatoris prophetias representasse (id est, sicuti sepius adnotauimus, presentes reddidisse & adimpleisse) atque ad eò eiusdem sit Dei nouum & uetus Testamentum. Cuius pre scripti & pacti meminisse uult ubique Lectorum Auctor, atque ad eò hic ipsius libri huius materiam nunc primum significat, quod nempe hoc toto libro ostendat, Noui Testamenti ueritatem conuenire cum figuris Veteris Testamenti. Atqui inter Prolegomena nostra tractatum uide etiam illud Prouerbij: alium inire gradum.*

53. alienum Legis & Prophetarum, &c.] *Præ supra (inquit Rhenan.) lib. de Resurr. carnis, cap. 44. In re aliena salutis. Item cap. 16. in alienam culpam.*

54. Certè propterea contraria quæque sententia lue eratit, &c.] *Omniibus hereticis id familiare est, ut contraria sua sententia eradant in scripturis, atque ad eò etiam nostris. Sic libros duos Machabæorum reiciunt, eo quod sanctorum post hanc uitam orationibus & sacrificiis pro defunctis suffragentur; Epistolam Iacobi & Apocalypsin, quod faciant pro bonorum operum meritis; Epistolam denique Petri secundam, quod suas hereses nouissimis hisce temporibus ibi prædictas animaduertant.*

55. Hæc conueniemus, &c.] *Sic etiam supra locum Rhenan. adnotat, sed non occurrit locus; nisi forte lib. de Patient. cap. 12. ubi: conuenientiam pro pacto accipit Auctor; uti sit sensus: De his conueniemus, seu paciscemur, pro quo facit quod sequitur: sub illa utique conditione quæ ex utraque parte condita sit.*

56. Constituit Marcion alium esse Christum qui Tiberianis temporibus, &c.] *De hac illius heresi supra lib. 1. adu. Marc. cap. 19. num. 126. aliquid adtigimus; quam late refutat Auctor initio capiti sequenti.*

CAP. VII.

57. Anno quintodecimo Principatus Tiberiani, &c.] *Caput hoc inscripsimus: De demonio expulso in synagoga Capharnaum ex cap. 1111. Lucæ. Et quia*

totum Euangelium Luca maiori ex parte hoc libro interpretatur, ad marginem ubique addidimus initio capiti, de quo capite Luca desumptum sit, & ipsa uerba Luca, quæ explicat ex professo, aliis characteribus excudi iussimus; uti Professores sacrarum litterarum statim inuenire queant locum illum, quem forte in Terulliano requirunt. Atqui facit ad loci huius intellectum illud Epiphani her. 4. 2. statim (inquit) in principio, omnia quæ à Luca tractata sunt, hoc est quod dicit: Quando quidem multi aggressi sunt, &c. & quæ habentur de Elizabeth, & de angelo nuntium ferente Mariæ uirgini, & de Ioanne ac Zacharia, & de genealogia natiuitatis in Bethleem, & de baptisate, hæc omnia referunt & transliunt; & principium Euangelij hoc fecit: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris. Ad idendum enim est: imperij apud Epiphani. tum ex translatione Auctoris, qui Principatum Tiberianum uertit, tum quod illud legant tam Græcæ & Latine, quam Syriacæ aditiones.

58. Proponit eum descendisse in ciuitatem Galilææ Capharnaû, &c.] *Illud initium sumserat Marcion ex 3. cap. Lucæ; cui coniungit (omissis reliquis omnibus quæ 3. cap. & initio cap. 4. continentur), illud cap. 4. uersu 31. usque ad 38. descendit in ciuitatem Galilææ Capharnaum.*

59. utique de cælo creatoris, &c.] *Tum ex hoc loco, tum ex eo quod supra habet lib. 1. aduers. Marc. cap. 19. patet, adicisse dictis uerbis Marcionem: de cælo, sic enim ibi legitur ex sententia Marcionis: Anno xv. Tiberij Christus Iesus de cælo manare dignatus est; quod ipsum interim etiam subintelligitur, quippe qui antea Deus Dei filius, cælum sedem habuerit suam, hic interim Marcionem irridet, quod eum Christum creatoris negarit, qui & de cælo creatoris, & in terram creatoris descenderit, tamquam qui, sicuti duos Deos, ita etiam, quantum apparet, duos cælos imaginatus sit, unum suum, id est, sui Dei, alterum: creatoris. Atque ad eò descensus duos etiam faciebat, priorem de suo cælo in cælum creatoris, alterum de cælo creatoris in ciuitatem Galilææ Capharnaum, atque ad eò in terram creatoris.*

60. per quæ iam alibi retractauimus: An, &c.] *De cælo quidem & mundo Dei Marcionis supra tractauit lib. 1. aduers. Marc. cap. 15. sed hæcenus locum reperire non potui, ubi disputet: An descendens per creatorem (id est, creatoris cælum) & quidem aduersus ipsum, potuerit ab eo admitti, & inde tramitti (sic enim rursus lego cum Rhenano pro: transmitti) in terram æquæ ipsius. At qui non omisit, quod Terullianicum sit illud: Viderit, legitimus cum 1. Vatic. MS. cod. Apparere subitò, pro: subitum, quod sic non semel legat Auctor lib. 3. aduers. Marc. cap. 2. ubi pulchre illud refutat: & distinguimus ad maiorem intellectum: Descendisse autem; dum it, uidetur, & subitò oculos; de facto etiam ordinem facit.*

61. ut Romulus quidem ascensus sui in cælum habuerit Proculum adfirmatorem, &c.] *Haud aliter B. Cyprianus, Auctorem haud dubie imitatus, lib. de Idolol. uanitate: Romulus (inquit) peierante Proculo Deus factus, ubi uide Adnotation. nostras num. 19. Hoc est autem quod addit Auctor: ascendisse illum mendacij scalis. Omitimus autem uocem Dei, superfluam, iuxta 1. Vatic. MS. cod. legentes: Christus uero descendit sui, &c.*

62. Hoc primum bibito, citò facito, &c.] *It-*

rum restituumus: bibito, secuti uestigia 2. Vatic. MS. codicum, pro eo quod Rhenanus substituerat: obito; Nipote qui non aduerterat, citari Isaiam ab Auctore iuxta LXX. qui illud, non hoc legit; maxime quum etiam nominatim interpretetur B. Ambros. Comment. in Psal. 1. Bibe Christum, & B. Basilus in Comment. huius loci: bibe fidem, ut paraphrasticos aduerserit LXX. ad illud: Omnes scientes uenite ad aquas; B. Cyrillus: bibe primum predicationem Christi; ut indicet primum susceptam predicationem Christi in Capharnaû Galilææ; quomodo etiam Eusebi. li. 7. Demost. Euag. c. 4. qui interim li. 9. referri illud manu ad primum signum aquæ mutata in uinum. Joan. 2. Verum illud magis placet, quod Matt. 4. legitur: Venit, & habitauit in ciuitate Capharnaû maritima, in finibus Zabulò & Nephtalim, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulò & terra Nephtalim uiam maris trans Iordanem, Galilææ gentiù, populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione & umbra mortis lux orta est eis, ubi uertit iuxta emendationes codicum Euangelista: uiam maris, id est, interprete Theophylacto: iuxta uiam, pro eo quod LXX. & ceteri: maritimam, id est, iuxta maritimam; pro quo Auctor: qui maritimam, nempe inhabitatis; In hoc differens à LXX. qui hodie existant, quod legit: & Iordanem, pro quo conformiter omnibus aliis castigauimus: ad Iordanem, ut accipiatur ad, pro: trans. & i populus qui sedetis in tenebris, uidete lumen magnù, qui habitatis terram, sedentes in umbra mortis, lumen ortum est super uos, pro eo quod illi: qui sedebat, ac uidet, & habitantes in regione & umbra mortis, lumen oriatur uobis. Auctorem sequitur B. Cyp. Testim. lib. 1. c. 2. in eo quod legit: uidete, & lumen oriatur super uos, in reliquis legens partim secundum Isaiam, partim iuxta Mattheum, coniungens utramque lectionem: uiam maris, & qui maritimam inhabitatis, quomodo ibi legendum censeo, pro: uia, & maritima; quia utrumque Græcè legitur in Accusatiuo, & addendum etiam secundum quod legitur omnes: Galilæa.

63. Hoc enim Marcion ut additum erasit, &c.] *Quum neque hodie inueniatur apud Lucam: Nò ueni legem & Prophetas dissoluere, sed adimplere; sed Matth. 5. aut olim lectum fuit etiam apud Lucam, aut intelligitur eratum esse cum reliquo toto Euangelio Matthæi; quantum interim infra c. 9. sub finem dubitare uideatur, an olim in Euangelio Luca id ipsum lectum sit, quum dicit: Sine dubio; quo testabatur se legem non dissoluere, sed adimplere. & similiter infra quum dicit: Quocumque modo præcepit, eodè potuit etiã illa premiffisse sententiam: Non ueni legem dissoluere, sed adimplere. Quid ergo tibi fuit, de Euangelio erasisse quod saluum est; & rursus c. 12. sub finem: factis ubique ingerens: Non ueni dissoluere legem, sed adimplere, si Marcion hac uoce os ei obstruxit.*

64. de cælo statim ad Synagogam, &c.] *Videtur hinc amplius aliquid legisse in suo Euangelio Luca Auctor, nempe: ad Synagogam, uel: & in Synagoga docebat eos. Hodie insinuat id quidem, sed præmittuntur uerba quæ hic deinceps explicat Auctor: stuebant autem, &c.*

65. ut dici solet: Ad quod uenimus, hoc age, &c.] *De hoc Prouerbio uide nostra Prolegomena.*

66. Marcion aufer etiam illud de Euangelio: Nò sum missus, &c.] *Intelligere Auctorem tum id quod præcessit, tum istud de Euangelio Matthæi, etiam hinc patet; neque enim istud apud Lucam reperitur, sed Matthæi 15. Proprie autè uertit: perditas, quod Græcè est: τὸ ἀπολαδοῦσα. sicut & illud: & Non est auferre panem*

filii, & dare eum canibus, ubi more suo omittit: bonum, quod tamen habent Græci & Latini & Syriaci codices. Cui similis est phrasit in illis uerbis supra citatis n. 63. Quid ergo tibi fuit, &c. Atqui legitimus ex 2. Vatic. MS. cod. Sufficiunt, pro: sufficiant, & uoces Christi mei, pro: uocem, quia illius sententiam citauit.

67. de censu denique Augusti, &c.] *Frequentissimè census Augusti, seu Cæsaris, commemorat Auctor, quantum apparet, eo quod illud Luca 2. eraserit Marcionem. Verum de iis latinis infra cap. 19.*

68. nisi circumcisum scirent, non admittèdum in sancta sanctorum, &c.] *Videtur appellare Auctorem: sancta sanctorum, eam partem templi, in qua Christus annorum duodecim sedens in medio Doctorum inuenus est; secundum quod reperitur Luca 2. erasum tamen etiam cum reliquis à Marcione.*

69. non tamen ad docendum, &c.] *Hinc confirmatur quod supra dixi n. 64. legisse Auctorem in Euangelio Luca: & in Synagoga docebat illos, omisa per Marcionem uoce: Sabbathis.*

70. Stupebant autem omnes ad doctrinam eius. Planè. Quoniam (inquit) in potestate erat sermo eius, &c.] *Hic habes adiectum ab Auctore & Marcione: omnes, quod hodie hic nò legitur, neq; in Græcis neque in Latinis, neque in Syriaco codicibus, c. 4. sed c. 2. Legit autem, & meo iudicio rectius, secundum phrasin Auctoris, paulopost alter Vatic. MS. cod. aduersarentur destructorem; sed retinere malui: auerferentur.*

71. Exclamat ibidem spiritus dæmonis: Quid nobis & tibi est Iesu? Venisti perdere nos, scio quis sis, sanctus Dei.] *In his uerbis sequentibus Luc. 4. omisit Auctor duas uoces, nempe: Sine, ante illud: Quid nobis, &c. & te, legens dumtaxat: Scio quis sis; quæ tamen ab aliis omnibus leguntur hoc loco, sed omittuntur Marc. 2. Deinde prætermittit: Nazarene, quod ubique legitur; legit etiam & interpretatur sine interrogatione illud: Venisti perdere nos. Sine autem legas cum excussis nec Christum, siue: ne, cum utroque Vatic. cod. perinde est.*

72. Alibi iam de nominibus expositulatum est, &c.] *Nempe supra li. 3. adu. Marc. c. 12. de nomine Emmanuel; c. 15. de Christi nomine; & 16. de nomine Iesu, atque ad eò de Iesu nomine Dei in filio Naue. Legimus autem mox ex 1. Vatic. MS. cod. per quod posset, pro: possit.*

73. Hæc & ab angelo exceperat secundum nostrum Euangelium: Propterea, &c.] *Rectè addit: secundum nostrum Euangelium; nam reperitur Luc. 1. illud Angeli ad Mariam: Propterea quod nascetur ex te, uocabitur sanctum filius Dei; & pauloante etiam illud: & uocabis nomen eius Iesum.*

74. extraneum Iesu, &c.] *Hoc est (inquit Rhenanus) in alienum à Iesu. Sic dixit lib. de Resurr. carnis c. 16. Extranea gloria, rursus lib. 2. aduers. Marcion. cap. 13. Quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? Simili phrasit infra initio c. 11. dixit: extraneum legis, & Iudaismi prophanum, intelligens à Iudæis reiectum Christum tamquam prophanum. Paulopost autem supplēmus ex Vatic. 2. MS. cod. ut & Iesum.*

75. Atquin (inquis) increpuit illū Iesus, &c.] *Auctor pro reprehendere usurpat: increpuit, pro: increpauit, ad instar Plauti, qui dixit in Amphitryone: Ita increpuit me Iupiter, et paulopost: increpuit, pro: increpat. etiã Linius uisitatū li. 3. Bell. ciu. quæ dixit: graniter increpuit. Legimus autè ex altero Vatic. MS. cod. & malè adulantem, pro: ut sitem aliquanto post: existimarem, & exi-*

stimandum, pro: xstimantem, & xstimandum.

76. de candida salutis, &c.] Candidam (inquit ille Rhen.) substantiue pro veste usurpat, a qua dicti sunt candidati, videlicet honoris apud Romanos olim pettores.

C A P. VII.

77. Nazareus vocari habebat secundum Prophetiam, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De doctrina Christi in Synagoga apud Nazareth, & aliis demoniis expulsis, ex eodem capite IIII. Lucae. Quorum prior historia premititur, posterior sub finem capitis postponitur precedenti, etiam per Marcionem intermedio miraculo curata socrus Petri a febris. Neg. miru est, postpositam hanc historiam a Marcione (immò fortassis ab Auctore) eo quod in Nazareth Christo dictum fuerit: Quanta audimus facta in Capharnaum, facta hic in patria tua, adludens nempe ad miracula a Christo facta, sed potest id referri, non ad miracula iam tractata de expulso demone, sed ad miracula que describuntur Matth. 3. de sanato omni languore & infirmitate per totam Galilaam, atque adeo etiam in Capharnaum, qua haud dubie contigerat, antequam recederetur in Nazareth ubi nutritus fuerat. Atqui more suo loquitur Auctor qui dicit: Nazareus vocari habebat, adludens ad Matth. 2. ubi legitur quod (sicuti paulopost etiam hic citatur) Christus adhuc in infantia, vitando Archelaum filium Herodis apud Nazareth descendit; ut adimpleretur (inquit Matthaeus) quod dictum est per Prophetas: Quonia Nazareus vocabitur. Ad quae scripturae margini adnotauimus Matth. 2. quod alioqui per quos Prophetas dictum sit, adhuc sub iudice lis est, iam inde a tempore B. Hier. qui quum li. de Opt. genere interpretandi ad Pammachium scripsisset, adludens ad illud Isai. 11. Et flos sine Nazareus (vbi scribit esse Hebraice) de radice eius ascendet, Commentario tamem in Mattheum probat idem dici per Prophetas, quod apud certum aliquem Prophetam non reperitur, sed ubique apud omnes Prophetas, ubi Christum sanctum appellat. Leo interim de Castro in dictum Isaiam locum, prophetatum olim istud putat Gen. 49. & Deut. 33. per Ioseph, & Iudicum 13. per Samsonem, quorum ille (saltem Hebraice,) hic vero etiam Graece secundum LXX. Nazareus appellatur. Disputat Lector vestra sententia si verisimilior. Porro magis conforme est Graeco contextui ut legatur iuxta 1. Patic. MS. cod. nos Iudei Nazareos appellat, quam quod erat antea: Nazarenos.

78. Nazareus exalbati sunt super niuem, &c.] Patic. 2. MS. cod. exaltati; sed illud confirmatur per Rhenanum similibus vocibus, quibus Auctor dicitur; tum infra quum venit: & super niuem exalbabo, tum supra alicubi ubi dicitur: exalbidus, deinde reperitur Thren. 4. & c. 8. & c. 2. id est: emundati sunt, pro quo Auctor: exalbati sunt, Nazareus eius super niuem. Atqui Tertullianica sunt: lurdati, delinquentia, nigrati, & cie-rasse, sicut etiam emancipata, & non multo post: sicuti adfolet, ac: succidisset.

79. apud Nazareth quoque nihil noui notatur praedicasse, dum aliud merito vnus prouerbij eiectus refertur.] Haecenus occasione historiae Luc. 4. (sicuti initio capitis dictum est) adtulit scripturas de Nazareo et Nazareus, nunc in copendium redigit, quod latius ab Euangelista dictum est. Christum apud Nazareth legisse in libro, atque adeo nihil noui praedicasse, & merito vnus prouerbij, nempe illius: Nemo propheta acceptus est in patria sua, aliud id est, in alias partes: eiectum refertur.

80. Hic primum manus ei iniectas animaduertens, &c.] Hic persequitur quod ibidem habetur: Et eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum (manus

iniectas animaduerte) usque ad supercilium montis, &c. ut precipitarent eum. Habes itaque & ad precipitium usque protractum. Atqui inde Auctor verum corpus Christum habuisse confirmat.

81. Na etsi per medios euasit, &c.] Rursum pergit in eo quod sequitur ibidem: Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Quod ita interpretatur Auctor, ut non per caliginem eluserit eos Christum, sed potius (vbi eius verbus & phrasin) dimissus sit soluto, uti adfolet, vel etiam irrupto tumultu.

82. Tangere enim & tangi, &c.] Istud etiam supra citatum habes ab Auctore lib. de Anima c. 5. ubi Luctatio nominatim adscribit, qui quo loco id habeat, adnotauimus num. 78. Certè ethnici esse eum verum hic indicat, quum subdit: etiam saecularis sapientia.

83. quibus manus imponens, &c.] Hic iterum pergit in Verbis c. 4. Lucae, qua tamen (vbi initio huius capitis diximus) sub finem capitis habentur, post miraculum in Capharnaum. Ibi verò sic legitur: At ille singulis manus imponens, curabat eos, pro quo Auctor: beneficia medicinarum conferebat.

84. Hic (inquit) imbecillitates nostras aufert, &c.] Supra li. 3. adu. Marc. c. 17. transfuit Auctor: abstulit, & portauit, iuxta quod citatur Mat. 8. Hic vero citat sicuti habetur Iust. 53. saltem iuxta Veterum lectionem LXX. quam Mattheus secutus est, quum hodie aliter legatur, ipse peccata nostra portat, & pro nobis dolet.

85. Portare autem nostram Graeciam pro eo solent ponere, quod est tollere, &c.] Phrasin enim non solum portare significat, sed etiam tollere. Hinc illud Gregorij Nazianzen: & c. 2. ubi dicitur, id est, ventum auferrant.

86. Itaque spiritus nequam, &c. excedebant vociferantes: Tu es filius Dei, &c.] Hic iterum expressit verba Luca 4. sicuti & quum subiicit: Sed proinde increpabantur & iubebantur tacere. Hoc est enim quod ibi legitur: & increpans non sinebat ea loqui. Atqui illud inuicem: vel hic patet, rectè adnotat accipi Rhen. pro: appareat, alibi etiam visitatum Auctori & Inuicem, cuius etiam sunt peculiaris: qua destructor, & non paulopost: qua bonus.

87. nisi quod Marcion Deum suum timeri negat defendens bonum, &c.] Hanc Marcionis haeresim confutatam habes li. 1. adu. emundat. c. 7. 25. 26. & 27.

88. In solitudinem procedit, &c.] Rhenanus censet legendum: In solitudinem procedit sollempnis, & huiusmodi, &c. sed non animaduertit illud: In solitudinem procedit, iterum ex Luc. c. 4. de sumptu sub finem; cui adicit Auctor iuxta castigationem Gelemy: Sollempnis & huiusmodi regio creatoris, id est, vel ipso Rhenano teste, adfecta, & in quam sapius solet secedere. Similiter enim dicitur infra alicubi: ordinarium & sollempne. Atqui videtur Auctor legisse dumtaxat Graecè eis & c. 2. ubi hodie additur & c. 2.

89. Oportebat sermonem (nempe Dei, id est, Christum) illic quoque videri in corpore, ubi egerat aliquando & in nube.] Nempe in solitudine. Apparuisse enim Dominum in nube filiis Israel in solitudine, constat Exod. 19. atque adeo rectè addit: Euangelio placuisse habitum loci, qui placuerat Legi, vtpote quum Lex in solitudine Synai promulgata fuerit.

90. Capiat itaque iocunditatem solitudo, &c.] Rectè addit Auctor: Hoc Isaias promiserat. Reperitur enim Isai. 35. & 4. 2. praeterquam quod legisse videatur Auctor, sicuti est in Hebræo: iocunditatem capiat, pro eo quod hodie est apud LXX. latrare, cap. 42. & quod secundum vtramque additionem legitur cap. 35. latabitur.

91. De-

91. Detentus à turbis: Oportet me, inquit, & aliis ciuitatibus adnuntiare regnum Dei.] Hoc iterum adfert ex sine cap. 4. Lucae, conueniens vnum esse Deum, cuius regnum praedicabat Christus. Est proinde ibi addenda interrogationis nota: Ostenderat iam alicubi Deum suum?

C A P. IX.

92. De tot generibus operum, &c.] Caput hoc inscripsimus: De uocatione Apostolorum Petri & filiorum Zebedaei, ac leproso mundato, ex cap. v. Lucae Intermisset interim adhuc ex cap. praecedenti, quod Christus dixit apud Nazareth de vnico leproso Naaman Syro emundato per Heliseum.

93. vt ab illa (nempe piscatura) in Apostolos sumeret Simonem & filios Zebedaei, &c.] Simonem mox Petrum, vti et Euangelista Lucas, nuncupat, & filios Zebedaei Iacobum & Ioannem. Sunt autem haec verba Auctoris, non Euangelista.

94. dicens Petro trepidanti de copiosa indagine piscium: Ne time, abhinc enim homines eris capiens, &c.] Haec apud Lucam reperitur, ubi vocem θάλασσαν transfuit: trepidationem, pro eo quod alij: stuporem, & indignem, quod Graecè est: τῆς ἀγῶνης, pro: venatione seu captura, quemadmodum verum alij. Legimus autem mox ex 1. additione Rhenani, se eum esse, pro: enim; ubi quod adfert testimonium, reperitur Hier. 16.

95. Denique relictis nauiculis secuti sunt eum, &c.] Hoc iterum ex Luca persequitur, ita vt in compendium illius verba conuenerat. Legimus autem: adlegere, ex vno Patic. MS. cod. sicuti & alibi, pro: allegere. Cur autem Marcion nauclerus vocetur, vide supra lib. 1. adu. Marc. 2. ubi de Antithesibus eius.

96. σωματικῶν, id est, commiseronem, & συμμισησῶν, id est, coodibilem.] Ego censo quidem ex margine in textum irrepisse Graecarum Vocum interpretationem, sed quod legat eam alter Patic. cod. retinuit. Sunt autem Voces illae Graecae compositae ab Auctore à σῶμα & τολμαίωτος, & σῶμα & μισῶντος, voce derivata à μισος, que odium significat. Agit autem de aliquo sectatore Marcionis.

97. in leprosi purgationem.] Hic quasi aliud agens conuertit se Auctor ad historiam purgationis leprosi per Christum factae etiam Luc. 5. quem ille non leprosum dixit, sed plenum lepra commiserat. Cum autem Christus tetigerit leprosum, & sic curauerit, late disputat, quomodo hoc non repugnet legi Veteri.

98. in exemplo leprosi non contingedi, immò ab omni commercio submouendi, &c.] Leprosos non contingendos, expressè non mandatur in Legge, hinc fortassis potius: exemplo vitur Auctor, quam voce legis, sed Num. 5. iubentur ab omni commercio submoueri, his verbis: Eiciate ex castris omnem leprosum. Atqui non multò post sunt verba Tertullianica: Ita non praescribetur illi, & amulus legis.

99. Si autem Helisaeus Propheta, &c.] Videtur hic rursum ex obiectione Marcionis recurrere ad id quod ex cap. 4. omisium fuerat: Et multi leprosi erant in Israel sub Helisaeo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus, qua occasione pulcherrimè ipsam illam historiam 4. Reg. 6. explicat. Legimus autem ex 2. Patic. MS. cod. emundauit extraneus, pro: emundat. Atqui illud: significato per nationes emundationis, rectè interpretatur Rhenanus, quum subsit significatio emundandarum nationum.

100. septem maculis capitalium delictorum, &c.] Longè altam habes quam qua communitè traditur septè

capitalium delictorum enumerationem, vtpote quum hic enumeretur: idololatria, blasphemia, homicidium, adulterium, stuprum, falsum testimonium, & fraus. Quorum idololatria & blasphemia possunt ad superbiam referri, homicidium ad iram, adulterium & stuprum ad luxuriam, falsum testimonium & fraus ad auaritiam, sed restabunt praeterea, inuidia, gula, & acedia. Tria autè ex his enumeratis adulterium, fraudè, homicidium, B. Cypr. etiam inter mortalia crimina ponit lib. de bono Patientiae, ubi vide Adnot. nostras nu. 36. Auctor denique infra Tom. 5. li. de Pudicitia, eadem ista inter grauiora & exitiosa, immò & mortalia enumerat, praeter falsum testimonium, cuius loco ibi negationem addit; fornicationem illic appellans, quam hic stuprum more suo. Atqui nescio an etiam alibi adnotauerimus, contra quam alij plerique, Auctorem: delicta appellare quidem omnis generis peccata, sed sicut & hic, pleraque grauiora.

101. quia vnus lauacri vis, &c.] Omissimus: &, quod hic premittebatur. Atqui de vno lauacro à Christo reprobato, id est, ad effectum deducto, vide supra lib. de Baptismo, cap. 15. Sunt autem verba obiecta à Marcione: Helisaeum quidem, &c. usque: Quasi non audeam, & rursum ibi: Sed idèd alius Christus, &c. usque: Quod constituis, &c. Rectè etiam hic adnotat Rhenanus: ne in dedecus tibi vertat, accipi: vertat absolute, procedat. Pusillitate verò frequenter usurpat Auctor.

102. Secundum haec, cetera quoque occurrunt, &c.] His verbis iterum reuertitur ad tractationem cap. 5. Lucae, ubi verum Dominus eum diuulgare, & iussit: Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod praecipit Moyses. Nèpè Levit. 14. Vbi quod addat: munus, videtur id legisse Auctor, non solum Matth. 8. sed etiam apud Lucam. Maxime quum Epiphani. her. 42. Confut. 1. hunc locum tractans, indicat reprobasse eam Vocem Marcionem, ubi pulchrè hinc probat Christum legis sacerdotium non reprobasse, & Moysi praecipit fieri constituisse, atque aduò à Deo Patre suo legem Moysi datam. Legimus autem ex 2. Patic. MS. cod. prophetatæ legis, pro eo quod erat mendosissime: propheta.

103. vt sit vobis in testimonium, &c.] Constat ex peruersione Marcionis sic legisse Auctorem, quum non modo Luca 4. sed & Matth. 8. ac Marci 1. legatur: in testimonium illis; maxime quum istud etiam adfirmet non semel Epiphani. loco iam citato, addens: Vtrumque legatur, facere contra Marcionem, eo quod testem se faciat Christus, quod non venerit vt legem dissolueret (vbi bis etiam hic repetit Auctor) sed adimpleret. Atqui ex illis legimus: adimplere, pro: implere, & Hanc tã congruentem, pro: Hanc totam, & non multò post ex altero eorundem: an non pro: aut, & numquã, pro: nusquam, & infra: Atquin, pro: Atqui, & cur ergo, pro: enim. Sunt porro iterum verba Marcionis: Nam & bonus, & usque: quid tum? & c. Quinque etiam habes phrasin Tertullianicam: qua destructor, hic, & sub finem capitis: qua bonus, qua superuacuis, qua patiens, qua inconstans.

104. de gradu pellam, &c.] De hoc Proverbio vide nostra Prolegomena. Legimus autem: Quocumque modo praecipit, ex 1. Patic. MS. cod. pro: praecipit, quia illud etiam praemittitur. Item etiam secundò: erasisse, pro: eradicasse.

C A P. X.

105. Curatur & Paralyticus, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: De Paralytico curato, & appellatione filij hominis, ex eodem capite v. Lucae. Atqui paucissimis his verbis integram historiam contrahit.

Curatur & paralyticus, & quidem in coetu (ut potest docente Christo) spectante populo ; quippe quum per teatum submissus fuerit in medium. Quod miraculum in Capernaum contigisse patet Matth. 9.

106. Videbit enim (inquit) Ifaias populus sublimitatem Domini & gloriam Dei, &c.] Reperitur hoc secundum LXX. Isai. 35. sicut & id, quod sequitur: conualescite, &c. praeuquam quid transponat sublimitatem, & gloriam. Citatur Virumque etiam infra hoc eodem libro cap. 12.

107. Conualescite manus dimissae, & genua dissoluta, &c.] Auctor quod est in editione LXX. ἰσχυροῦς, hoc est: confortate, accipit passiuè, & uerit: conualescite, tum hic, tum in eo quod subiungitur: Conualescite, nec timere; & infra sub finem cap. 12. Inualescunt, & accipitur ab eo: dimissae, pro: remissae, seu dissolutae, sicut infra, seu resolutae, sicut uocem Graecam ἀνεμύλιαι uerit Interpres Irenaei lib. 3. cap. 22. Vbi conformiter Auctori legitur bis: Confortamini, cui consentit etiam B. Cyprian. Testim. lib. 2. adu. Iud. cap. 7. Atqui habes etiam hic repraesentationem uirium, pro eo quod uires praesentes reddit, dum restituit.

108. Exsurge, & tolle grabatum tuum, &c.] Hic prosequitur uerba Christi, Luc. 5. quae protulit post obmurmurationem Iudaorum, quam etiam hic subiungit: Quis dimittet peccata, nisi solus Deus? Sic enim legitur ex 2. Vatic. MS. cod. pro: dimittit, quia ab aliis omnibus legitur: Quis dimittere potest. At uerò uerit grabatum, quod Graecè est κλιβιδιον, pro eo quod alij lectum.

109. Quoniam (inquit) in plurimis dimittet delicta eorum, & Delicta nostra ipse aufert.] Legimus ex Vatic. 1. MS. cod. Quoniam, pro: Quomodo. Istius uerò Prophetiae necessario duo membra distinguimus, quia est eodem capite Isai. 53. utrumque habeatur, ordine tamen transposito. Posterius enim de quo supra nu. 84. praeterquam quod ibi imbecillitatem, hic uerò, Petri 2. delicta uertat, habetur uersu 4. prius uerò uers. 12. ubi interrim paulo aliter hodie legitur: Et ipse delicta multorum tulit.

110. Nam & in priore, &c.] Nempe, parte eiusdem Prophetiae, quod subaudiatur, etiam sicum 1. Vatic. MS. legas: in primore; quod non displicet. Quae enim adfert uerba, Isai. 1. habentur, è quibus nunc tamquam roscum transfuit, quod infra Scorpiaco adu. Gnosticos, cap. 12. rufum; & tamquam coccinum, quod ibi: uermiculum; ubi etiam paulo aliter locum hunc explicat B. Cyprian. lib. 1. aduers. Iud. cap. 24. maluit retinere ipsas uoces Graecae in Latinam translatus coloniam: uelut phoeniceum, pro quo alij puniceum, & coccinum.

111. Quis Deus quomodo tu?] Habentur haec iuxta LXX. Mich. 7. Vbi imprimis castigauimus ex MS. 2. Vatic. residuis hereditatis tuae, pro: residuas, quia Graecè est τοῖς κληρονομοῖς; deinde omisso bis, & (quod apud Prophetam non habetur) distinguimus cum uulgarioribus codicibus tum Graecis, tum Latinis LXX. Non tenuit in testimonium iram suam, quia uoluit misericordiam (pro eo quod corruptè erat: & misericordè.) Auertat (quod accipit absolute, pro: reuertitur, quomodo alij transferunt uocem Graecam ἐπιστρέφει) & miserebitur nostri. Demerget (sic etiam ex 2. Vatic. cod. bis, pro: dimerget) delicta nostra, & demerget in profunda (pro eo quod erat: profundo, quia Graecè est βόθρη) maris peccata nostra. Quamquam interim sit adnotanda etiam alia secundum LXX. distinctio, quam

habet B. Hieronym. in Comment. ista: residuis hereditatis tuae non tenuit in testimonium iram suam, &c. qui etiam tradit LXX. & editionem quintam ueritisse ἰσχυροῦς, id est: testimonium; quod Symmachus: in sempiternum; Theodotio: in finem; ipse uerò uirò, addens uocem Hebraeam, omnia haec significare.

112. Video Niniuitas, &c.] Istud Ion. 3. reperitur, quod de Dauid adfert 2. Reg. 12. de Achab, 3. Reg. 21. & de Ionatha, 1. Reg. 14. quod nempe deprecatione, non sua, sed populi, deleta sit ei culpa, resignati (hoc est, alius aperti, eo quod eis occasione dabat infringendi) ieiunij. Denique quod sequitur: qui mauult misericordiam quam sacrificium, Ofee 6. & peccatoris penitentiam quam mortem, Ezech. 33. Atqui illud de Dauid: circumduxit delictum tuum, rectè interpretatur Rhenan. deleuit, oblituit, ignouit, Graecè est ἐπίλειπε.

113. alibi iam congressi, &c.] Adludit ad lib. 1. aduers. Marc. cap. 26. 27. & 28. ubi sic concludit: Quomodo (inquit) uidebitur delicta dimittere, qui non uidebitur retinere? quia retinetur, si iudicaret. Si absolutio mortis est, quomodo absolueret à morte, qui non deuinxit ad mortem? deuinxisset enim, si non ab initio damnasset. Reperit autem id ipsum sub finem huius capitis: Qui enim iudicat, & absoluit; & rursus cap. 26. Quis mihi delicta dimittet? quia non iudicando non retinet? an qui si non dimiserit, retinebit ut iudicet? Denique & cap. 28. Quod si iam remissio & retentio delicti iudicem Deum sapiunt. Haec enim toties reperit Auctor, ut probet Deum iudicem, quod negabat Marcion.

114. De filio hominis, &c.] Hic rursus ad Lucam redit, ad illud nempe infra citatum sub finem huius capitis: potestatem habet filius hominis dimittere delicta. Cui additur ab Euangelista: in terra, & utrumque retorquetur per Epiphanius in Marcionem loco supradictato Consut. 2. Si igitur (inquit) filium hominis seipsum pronuntiat, non negat ipse uirgenitus incarnationem, & frustra apud te cantatur, quod in existimatione (siue phantasmate, ut mauult loqui Auctor, id ipsum obiciens) apparuerit. Et si habet potestatem in terra, non aliena est terra à creaturis eius, & patris ipsius.

115. Talem si forte Castori aut Herculi natiuitatem tradunt fabulae, &c.] Si forte, pro: forte, tum hic, tum infra, quum dicitur, si forte uideri potest (inquit Rhenanus.) Qui etiam adnotat utrumque Iouis filij Castorem ex Leda Tindari coniuge, Herculem ex Alcmena Amphytrionis: atque adeo rectè Auctor talem natiuitatem fabulas illis tradere dicit, ut potest filios, ut ita dicam, Dei & hominis. Atqui de Castore & Polluce, quos Castores nuncupare solent fabulae, uide supra Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 8. num. 71. Verum paulopost sequentia sic distinguo, ut constet sensus: Si patris hominis, negas Dei filium: si & Dei, Herculem de fabula facis Christum; si matris tantum hominis, meum concede; si neque patris hominis, ergo nullius hominis est filius, & necesse est, &c.

116. patrem Christi hominem quoque cognominare, quod de Aene fecit Valentinus, &c.] Ad hoc respicit Auctor, quod quum ex Aeonibus omnibus (uti narratur supra cap. 12. lib. aduers. Valent.) concinnatum dixerit Valentinus Iesum, quem & Christum cognominabat; inter quos in secunda tetraide Homo & Ecclesia (de quibus ibidem cap. 7. quo-

quodammodo patrem Christi hominem cognominarit. Lego autem non ita multo post: nonne sufficere potuisset, & ad istud adludens addit: Hoc dixi sufficere potuisset; & postea: si & alij uindicetur, & cui uindicatur, pro: uindicetur, & uindicatur, ex Throque MS. Vatic. cod.

117. Hic erat uisus Babylonio Regi in fornace cum martyribus suis, &c. tamquam filius hominis, &c.] Haud aliter infra cap. 21. Perspice igitur & tu cum Rege Babylonio fornacem eius ardentem, & inuenies illic tamquam filium hominis (nondum enim uerè erat, nòdum scilicet natus ex homine.) Et ex eadem historia citatur Daniel. 3. Tom. 2. li. de Orat. cap. 12. qui tres sanctos, in fornace Regis Babylonij orantes, cum sarabaris & tyaris suis exaudiuit. Atqui sapissime habes citatum quod hic adfert: de filio hominis ueniente cum nubibus caeli, Dan. 7. Sicut autem rursus Tertullianica: quò Dei quoque filium, & tractarent, pro: tractarent.

118. Denique nusquam adhuc professus est se filium hominis, quàm in isto loco primum, &c.] Loquitur Auctor de Euangelio Lucae solummodo, secundum quod in isto loco primum professus est se filium hominis. Nam si de Euangelio omnibus loquamur, ante hoc miraculum recenset D. Mathaeus illud Christi: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet, quod primum repetitur Luc. 9. Utrum autem prius contigerint uerba illa Christi ante istud miraculum, si autem postea, quod indicare uidetur Auctor, alij disputandum relinquo. Atqui de Proverbiali formula: Cor non habere uel cerebrum, uide Prolegomena nostra.

C A P. XI.

119. Publicanum adlectum à Domino, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De publicano adlecto à Domino, ieiunio, sponso Christo, ac parabolis uini ueteris & noui, ex eodem capite quinto Lucae. Atque autem de Mathaeo publicano in Apostolum adlecto.

120. lumen, & spem, & expectationem nationum, predicari Christum, &c.] Primum Isai. 42. & 49. illud sapissime citatum ab Auctore: Dedit in lumen nationum. Deinde, quum alibi nusquam inuenire poterimus, ubi spes nationum predicatur Christus; conicio Auctorem adludere ad illud Gen. 49. Et ipse erit spes & expectatio gentium, ut utrumque ponat ad maiorem efficaciam.

121. Medicum fanis non esse necessarium, sed malè habentibus, &c.] Sensum potius hic reddidit Auctor quàm uerba Christi, quae prosequitur Luc. 5. Fox est autem iterum Tertullianica: remediandam, sicuti supra cap. 8. remediator. Atqui legitur ex 2. Vatic. MS. cod. Hoc similitudo praeiudicat, pro: Haec.

122. Vnde autem & Ioannes uenit in medium, &c.] Sic quasi aliud agens, prosequitur illud: Quare discipuli Ioannis ieiunant assidue, & orant, tui autè manducant & bibunt? Uerit enim Auctor: assidue uocem πυνυει, pro eo quod alij magis proprie: frequenter.

123. Subitò Christus, &c.] Reperit quod supra cap. 7. ex sententia Marcionis adduxit, & late consueti lib. 3. aduers. Marc. cap. 2.

124. Sed de Ioanne cetera alibi, &c.] Nempe infra cap. 18. Legimus autem omisso: enim, superfluo, cum ueroque h. s. Vatic. cod. Ad praesentes quoque, &c.

125. uociferator in solitudine, & preparator uiarum Dominicarum, &c.] Paraphrasticè, non ad uerbum citatur hic ab Auctore illud Isai. 40. repetitum Matth. 3. Marc. 2. & Luc. 3. Fox clamantis in deserto, Parate uiam Domini. Sunt autem Tertullianica paulopost uacaret prouocationis intentio, pro: frustranea effect; & contrariam inuicem diuinitatem, ubi figuram Graecam adnotauit esse Rhenanus.

126. quòd non possent ieiunare filij sponsi, quamdiu cum eis esset sponsus; postea uerò ieiunatos promittens, quum ablatas ab eis sponsus esset, &c.] Rursus hic transit ad Christi responsonem Pharisaeis & Scribis factam; ubi in hoc solum differt à uulgata editione, quòd ibi legitur: Numquid potestis facere ieiunare, hic uerò simpliciter: non possunt ieiunare.

127. A summo caeli profectio eius, &c.] Uerit uox Graeca ἄνωθεν, profectio, ab Auctore Isai. 18. & κενότυπος, deuersio, pro quibus apud alios: regressio, & occurfus. Deuersio enim pro: diuisione, Auctori est uisitata, uel Rhenano etiam teste.

128. Velut sponso, circumposuit mihi mitrā, & uelut sponsam ornauit me ornato, &c.] Omnino sic hunc locum supplendi, quia omnes editiones tam LXX. quam Theodotianae illud: circumposuit mihi mitrā, ad sponsum referunt, & addunt uelut sponsam: ornauit me ornato; pro quo quia Graecè est ἰδοσμός, uerit B. Hieronym. secundum LXX. mundo muliebri. Quia autem istud ad Christum refert Auctor, etiā Ecclesiae id ex parte competere significat, quum subdit: In se enim & Ecclesiam deputat, ubi adicio: enim, ex 2. Vatic. MS. cod.

129. Et circūpones tibi omnes eos uelut ornamentū sponsae, &c.] Hic quoque ex altero Vatic. MS. cod. castigauimus: circūpones, pro: circūponēs, & sponsa, pro: sponsa; nam Graecè est ἡ ἄνθη ἡ ἀνθή ἡ ἀνθή ὡς ἰδοσμός ὡς ἰδοσμός. Arcessit autem more suo uisitata Auctor, pro accessit.

130. Veni sponsa de Libano, &c.] Reperitur istud Cantic. 4. Eleganter (inquit Auctor) Libani montis mentione iniecta, qui turis (sic Vatic. 2. pro: turis) uocabulo est penes Graecos. Eodem enim more uocatur ἡ Ἰβανός mons Arabiae, & ἡ Ἰβανός ueris arbor apud Dioscoridem. Post quae uerba nouam distinguimus periodum: De Idololatria enim, &c.

131. Nuptias non coniungit, &c.] Suprà eandem Marcionis heresim isdem uerbis expressit & consueti Auctor, lib. 1. aduers. Marc. cap. 29. Non tinguitur (quare & hic more Tertulliano: tinguit, substitui-mus, pro: tingit) nisi uirgo, nisi uiridua, nisi caelebs, nisi diuortio baptisina mercata; ubi uide nostras Adnotationes num. 195. Hic paulo amplius: morti (inquit) aut repudio baptisina seruat; atque adeo uidetur salutem in morte admississe coniugatos ad baptisina. Aduersus autem eundem hunc disputat, ex uoce sponsi, qua ipse Christus uisitat.

132. qui masculum & foeminam coniunxit, &c.] Istud parum desumpsit Metaphrasticè Auctor ex Gen. cap. 2. partim Matth. 19.

133. Errasti in illa etiam Domini pronuntiatione, &c.] Pergit ad reliqua uerba Domini Luc. 5. nempe illa quae recitat paulopost, quamquam ordine immutato: Nemo uinum nouum committit in utres ueteres, & nouum additamentum nemo inicit ueteri uestimento. De quo loco aliquid supra adnotauimus lib. 3. adu. Marc. c. 15. nu. 109. Sed hic adiciendum quod habet Epiphanius; haeresim Marcionis, partim ex occasio-

ne huius scripturae originem cepisse; quod quum ille proponeret (in compendium redigo qua latius ille prosequitur); hanc scripturam Ecclesie Dei presbyteris, & illi interpretantur vires veteres & nonnos aliter quam ipse; atque adde, ante a patre eiectus ex Ecclesia, ab eis in communionem non recipitur: Ego (inquit) scindam Ecclesiam vestram. Verum Ecclesiam, inquit ille, non discedit, sed seipsum. Atque hoc ipsum est quod hic dicit Auctor: Veteri, id est, priori Euangelio, pannum hareticae nouitatis alluisti. Qui etiam pulcre ostendit non posse dicta verba intelligi (quod volebat Marcion) de veteri & nouo Testamento. Atqui sic distinguo quod sequitur: In quo alter creator (velim discere) quum per Hieremiam præcepit: Nouate, &c. nonne à veteribus auertit quum per Isaiam, &c.

134. quum per Isaiam edicit: Vetera tranferunt; ecce noua quæ ego facio, &c.] Quandoquidem hanc scripturam integræ (omisso: & intermedio) Isaiæ tribuit, apparet quod nunc legitur 2. Cor. 5. Vetera tranferunt, etiam olim lectum fuisse Isai. 43. de quo vide supra cap. 1. num. 11. Vbi & de præcedenti scriptura Hierem. 4. Nouate, &c. Legimus autem paulopost, omiſſa semel dictione: Dei, secundum alteram V. atic. MS. sub vnius & ciuicem Dei auctoritate.

135. Separatio per coniunctionem capit de qua fit. Ostendimus (inquit Rhenanus) in superioribus scholis rarum ac insolentem huius verbi capit usum in hoc Auctore. sensus est: Separatio per coniunctionem accidit de qua fit. Capit, id est: capax est fieri. Datur. Possibilis est.

136. de septuagesimo septimo venit Psalmo: Aperiam (inquit) in parabolam os meum, &c.] Apertissime hæc scripturam adfert Auctor, ut ostendat, nihil noui esse, quod Christus in nouo Testamento parabolis dicitur. Quum autem non LXX. sed LXXVII. Psalmo reperitur istud, eo maiori audacia castigati illud septuagesimo septimo, quod non existimem Auctorem numerum Psalms addidisse, sed ex margine irrepisse in contextum. Mirum interim illud, quod legat conformiter translationi Hebrææ: In parabolam, quum editiones reliquæ, Vetus, Romana, & Gallicana legant: in parabolis, & consentiat textus Græcus LXX. Seruauit autem Vocem Græcam παραβολαῖς, pro quo vulgata editio obſcurius: propositiones. Porro adnotatu dignum, quod tamen vulgo satis notum est: Si hominem alterius gentis probare voluisses, vtique de proprietate loquelæ probares.

CAP. XII.

137. De Sabbato quoque, &c.] Caput hoc inscriptum: De discipulis vellentibus spicas, & homine aridam manum habente curato in Sabbato, ex Luca cap. vi. Quæ quum obicerentur à Marcione, ut diuersitatem statueret veteris & noui Testamenti; multis scripturis Auctor deducit, etiam in Veteri Testamento Sabbatis operâ Dei facta fuisse. In quo illum imitatur etiam Epiphanius vbi supra, Conſutat. 3. & 21.

138. si non Dominum Sabbati circumferret Christus, &c.] Hic adludit ad illud Christi: Dominus est filius hominis etiam Sabbati; de quo sic Epiphanius. Duo statim (inquit) simul, & filium hominis & Dominum Sabbati, seipsum Saluator constituitur; docens ut ne sabbatum alienum à sua creatione putetur. Quo fit, ut etiam hic iuxta 1. V. atic. MS. cod. legamus: Dominum, pro: Deum, maxime quum infra etiam legatur: Dominus Sabbati dictus, quia sabbatum vt rem suam tueba-

tur. Quamquam interim multipost istud legatur Luc. 6. & præcedant, quæ hic subiungit Auctor, pro commoditate tractatus.

139. Siquidem in obſidione ciuitatis Hierichûtis circumlata per muros arca Testamenti, septem diebus, etiam Sabbato, &c.] Auctor supra Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 4. & finito spatio dici septimi, sicut prædictum erat, ruerunt muri ciuitatis. Ex quo manifestè ostenditur, in numero istorum dierum septem incurrisse diem Sabbati. Septem enim dies, vnde cumque initium acceperint, Sabbati diem secū concludant necesse est. Et similiter legitur secundum editiones omnes Iosue 6. Quare & nos castigauimus septem diebus, pro eo quod erat: octo; facile enim fuit numeros immutare, & vnicō tantum puncto distans VII. & VIII. numeri; maxime quum etiam Hebr. 11. legatur: sicut muri Hiericho corruerunt circuitu dierum septem. Atqui Iosue, mox iuxta LXX. vocat: Iesum.

140. Neomenias & Sabbata vestra odit anima mea, &c.] Similiter supra dicto loco lib. aduers. Iud. citatur: Sabbata vestra odit anima mea. & Tom. 2. lib. de Jdolol. cap. 14. Sabbata vestra & neomenias & ceremonias odit anima mea. & supra lib. 2. aduers. Marc. cap. 22. Sollemnitates & dies festos, & vestra Sabbata odit anima mea. Quibus locis non integrum contextum Isaiæ citat, sed omiſſis intermediis coniungit dumtaxat initium & finem, sicut hic, & libro aduers. Iud. eos, legens secundum translationem Symmachii: Neomenias & Sabbata vestra odit anima mea, quem admodum etiam Origenes in cap. 28. Numerorum, & B. Cyrillus Alexandr. lib. 9. contra Iulianum. Aut transponit verba, aut vnum aliquid adicit intermedium. Verum lib. aduers. Marc. 1. cap. 20. integrum locum citat, sicut Isai. 1. iuxta LXX. legitur: Neomenias vestras & Sabbata, & diem magnum non sustineo, ferias & ieiunium (vobis transpositis, & omiſſo quod secundo repetitur, Neomenias) & dies festos vestros odit anima mea.

141. Esurierant discipuli, ea die spicas decerptas manibus effrixerant, cibum operati, ferias rupebant, &c.] Sic expressit suis verbis Auctor quod est initio cap. 6. Luca: Factum est autem in Sabbato secundo primo (quæ sabbatum id fuerit, non adingit Auctor) quum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant, conficantes manibus. Vbi, pro: conficantes, est Græcè ἀσχοῦτες, quod conficere significat, de radere, in minus partes secare, terere, attenuare; atque adde mendosum esse patet illud quod in exc. codicibus Tertulliani legitur, effixerant, quod etiam an Latinum sit, merito quis dubitet. Proinde emendauimus: effixerant; nam efficare, pro fricando excutere (quod proprie huic loco competit) usurpatum est etiam Seneca Epist. 96. Vbi (inquit) hebetilis & obtusus, aut mala consuetudine obsessus, diu rubigo animorum effricanda est. Quamquam interim adhuc obſoletum est Verbum illud effixerant, pro: effricauerant; sed solet talibus delectari Auctor.

142. Excusat illos Christus, & reus est Sabbati læsi, accusant Pharisei, &c.] Etiam hic adludit ad verba Luca, sed alio ordine; nam primum accusarunt Pharisei, dicentes: Quid facitis quod non licet in Sabbato? & deinde excusat illos Christus verbis supra indicatis num. 138. Dominus est filius hominis etiam Sabbati.

143. status controuersie (vt aliquid cludâ cum mei Domini veritate) scripti & voluntatis, &c.] Sic omnino legitur, omiſſo: quali, interiecto, quod superabundabat, iuxta alterum MS. V. atic. cod. Atqui status scripti & voluntatis, quem mox iterum repetit, Iureconsultorum phrasis est, qua distinguunt inter statum scripti & voluntatis, ipse autem Auctor vtrumque in Christo defendit.

144. quasi de exemplo David introgressi Sabbatis templum, & operati cibum, audenter fractis panibus propositionis. Etiam hoc, quasi aliud agens, adducit ad c. 6. Luca, vbi dicitur: David intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant. Auctor interim addit: Sabbatis, quod neque ibi, neque Matth. 12. & Marc. 2. neque etiam 1. Regum 21. (Vnde sumpsit historia Christus) reperitur; forsatis, vt magis ad institutum faceret, putauit id subintelligi, eo quod illud aliqui non videatur facere ad confirmationem eius, quod non nouum sit operari cibum in Sabbatis.

145. veniam ieiunij dico, &c.] Veniam ieiunij quam intelligit, mox subiungit: ieiunio liberare, id est, relaxationem à ieiunio; quod priuilegium illud Sabbato donatum à primordio non inuenio in scripturis; & tamen etiam Damascenus lib. 4. de Orthod. fide, c. 24. Videatur indicare in lege Moysi aliquid tale promulgatum fuisse, quum dicit: Lege præcipiente, non seipſos die Sabbati adſurgendos esse.

146. Quum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, &c.] Istud haud difficile fuit reperire Exod. 16. quod nempe postquam prohibuisset creator nihil mannae relinqui usque mane, atque adde in biduum colligi manna, permisi tamen in feria sexta, quam paraceuen vocat Auctor; vt sabbati feret in Sabbato, quod dixit Auctor eleganter, Sabbati ferias; à quo rursus repetitur: paratura, vox frequentis, usurpata, sicut paulopost: vacandi.

147. non constanter, &c.] Sic etiam lib. de Patient. cap. 3. supra Tomo 2. Proditorem suum, &c. nec constanter denotauit. Cui adnotationi Rhenani adicio, accipi hic constanter eodem modo quo dixit Cicero 1. Tuscul. constanter & conuenienter, aut Epist. ad Attic. li. 4. Epist. 83. constanter & libere.

148. Exinde obseruant Pharisei, si medicinas Sabbatis agerent, vt accusarent eum, &c.] Rursus redit ad explicanda porro alia Christi, Luc. 6. in hoc differens ab editione vulgata, quod solos Phariseos, non verò & Scribis commemoret; deinde quod consentiat potius Euangelium Matth. 9. & Marc. 3. in illo: vt accusarent eum; quum apud Lucam habeatur: Vi inuenirent vnde accusarent eum. Rursus autem vox Tertullianica: quâ, bis hic repetitur.

149. Non facies, inquit, omne opus in ea, nisi quod fiet omni animæ, &c.] Quum nusquam istud reperire poterimus in lege Moysi quam hic adlegat; suspicor olim id lectum fuisse Exodi 31. Vbi hodie legitur: Omnis qui faciet in eo opus, peribit anima illa de medio populi sui, aut potius Leuit. 23. vbi frequentissime repetitur: Opus seruile non facietis in eo, & Omnis qui faciet in eo opus, peribit anima illa de medio populi sui; maxime quum eundem hunc locum citet etiam supra lib. aduers. Iud. cap. 4. haud absimiliter: Omne opus seruile non facietis in eo; præterquam quod ad animam pertinet. Quod etiam adludere videtur B. Hieron. in cap. 18. Isaiæ, his verbis: Lege præceptum est, ne in Sabbatis opus

seruile faciamus, ne accendamus ignem, vt in vno sedeamus loco; vt illa tantum faciamus, quæ ad animæ salutem pertinent.

150. interrogat: Licetne Sabbatis bene facere, an non animam liberare, an perdere? &c.] Profertur dento verba Christi Luc. 6. vbi proprie translit: τί ἐστὶν, Licetne, & ὁσῶσαι vna voce, translit, liberare; in hoc differens à reliquis omnibus, quod non legat: an male, sed dumtaxat: an non. Bis autem rursus repetitur: quâ, more Tertulliano.

151. quæ per eundem postea Propheten vera, & delicata, & non prophananda pronuntiat, &c.] Quum de Sabbatis loquatur, & eundem Propheten haud dubie Isaiam intelligat, vt potè cuius sunt verba scripturarum duarum præcedentium; existimauimus adludere Auctorem partim ad illud Isai. 58. Sabbata delicata sancta Deo tuo, quæ etiâ reperire est apud B. Iustin. Mart. aduersus Tryphonem, partim ad illud bis ter de repetitum Isai. 56. Custodientes Sabbata mea, vt nō prophanent ea. Atque adde existimo profus legendum: delicata, pro: dilecta.

152. & nunc manum aridam curans, &c.] Hic iterum redit ad verba Luca. 6. sicut & multo prius, quum dixit: per manus arefactæ restitutionem; nam Lucas habet: & restituta est manus eius; ea nempe ipsa; quâ prius aridam dixit.

153. dum conditionem interpretatur eius, &c.] Hic in compendium redigit quicquid dixit hoc capite factū à Christo in adimpletionem, non verò in dissolutionem legis de Sabbato; nempe: dum conditionem interpretatur Sabbati, quod à Domino institutum sit, atque adde Dominus Sabbati sit filius hominis; vt potè cum mutare, sit eius qui instituit, dum operum differentiam illuminat, subindicans licere Sabbatis bene facere, non male facere, animas liberare, non perdere; dum facit quæ Lex de feriis Sabbati excipit, nempe quod ad animam pertinet; dum ipsum diem Sabbati, benedictione patris à primordio sanctum (sicut legitur Gen. 2.) benefactione sua (vox Tertullianica, pro: beneficio restituit manus aride) efficit sanctiorem.

154. In quo die si & Helisæus, &c.] Habetur istud 4. Reg. 4. sed potius videtur haberi contrarium hodie, quod non in die Sabbati contigerit. Verum videtur suo more accepisse Auctor & hoc est: non pro: nonne; quum dicitur: non Calendæ & non Sabbatum? At si dicat, quare hodie vadis ad eum, qui sit & Neomenia & Sabbatum; quibus diebus proficisci non licet?

CAP. XIII.

155. Certè euangelizat Sion, &c.] Caput hoc inscriptum: De ascensu in montem, & oratione nocturna; Apostolorum duodecim numero, mutato Petri nomine, & gentium ad Christum confluxu, ex eodem cap. 6. Luca. Adludit autè hic ad impletam Prophetiam Isai. 52. quam paulopost citat.

156. ascendit in montem, & illic pernoctat in oratione, &c.] Hæc verba sunt Luca 6. præterquam quod omittat Dei, quod tamen habent omnes alij codices Græci, Latini, quam Syriacus.

157. In montem excelsum, inquit Isaias, &c.] Hæc Prophetiam Isai. 40. eodem modo de Christo in monte orante interpretatur B. Ambros. lib. 5. in Lucam, cap. 6. Nec differt hic ab aliis Auctor, nisi quod legat: cum vigore, vbi alij: in; ego verò quia mox legit, in vigore, etiâ sic primo loco restitui.

158. Et rursus: Propterea cognoscat populus, &c.] FFF iiii

ducabunt, pro eo quod hic: saturabitur, ibi ad verbum, hic vero ad sensum exprimens; nam sicuti praeiit: Non esurient, neque sitient: ergo saturabuntur. Atqui inuenitur istud Isai. 65.

184. Beati plorantes, quia ridebunt, &c.] Rursus hic citatur istud sicuti est Matth. 5. nam Luca 6. legitur: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

185. Ecce qui seruiunt mihi, oblectabuntur, &c.] Sic restituit ex utroque MS. V.atic. cod. pro eo quod erat id ipsum quod mox repetit: exultabunt in iocunditate. nam Graece priori loco est Isai. 65. (quod caput iterum citat) εὐφροσύνη, & infra etiam sic legitur, cap. 15. & omnino sic legendum patet ex hac sequenti interpretatione Auctoris: Certè oblectatio & exultatio, &c. Qui etiam vertit: pra dolore, pro eo quod vulgatus Interpres LXX. propter dolorem. Sicut autem mox legitur illud Psal. 125. in exultatione metent, cum alii, sive in gaudio, cum 1. V.atic. MS. cod. non refert.

186. propter quod vixit me ad euangelizandum pauperibus, &c.] Hic rursus aliam habet distinctionem horum verborum Isai. 61. quam aut LXX. Graeci & Latini hodie, aut Hebraei & Chaldaei codices; nam illi sic distinguunt: propter quod vixit me, ad euangelizandum pauperibus misit me; at Auctor coniungit sequentibus: misit me curare obtritos corde: Quorum illud completum dicit Auctor per illud: Beati mendici, &c. hoc vero per illud: Beati qui esuriunt, quoniam ipsi (sic enim iterum suppleo) saturabuntur; denique illud, quod omnis reliquis adfert Auctor: Aduocare languentes, per illud: Beati qui plorant, &c. Quod adplicat etiam illud: Dare lugentibus Syonis gloriam; pro cinere (nam omittit: & superfluum, quod nulla habet aditiones) vnguenti iocunditatem (quod legit Auctor, pro eo quod alij: vnguentum iocunditatis) & gloriae habitum pro spiritu tædij; ubi tædij more suo accipit pro: errore.

187. Aduocare languentes, &c.] Aduocare (inquit Rhenanus) pro consolari, & aduocatum agere languentium, quem ipse vocat infra Aduocatozem, nempe cap. sequenti, quum dicit: mendicorum aduocatozem. Quod pertinet etiam illud ibidem (ut hic omnia simul congerimus) recepistis aduocationem vestram, & quod ad illum locum adfert Rhenanus, lib. de Patientia, cap. 11. Vbi similem locum Matth. 5. citat Auctor: Itaque talibus aduocatio & risus promittitur.

188. Beati eritis, quum vos odio habebunt homines, & exprobrabunt & eiicient nomen vestrum, velut malum, propter filium hominis.] Hic prosequitur Auctor quartam & vltimam Luc. 6. beatitudinem, praeterquam quod omittit illud: & quum separabunt vos, quod etiam Matth. 5. non habetur; & tamen genuinum esse constat ex B. Cypriano. Sicut autem legas: velut malum sive: nequam, cum altero V.atic. MS. cod. non refert.

189. & nullificatione eorum ne minuamini, &c.] Nullificationem hic usurpat Auctor, sicuti supra non semel: nullificamen, pro: contemptus; quod alij transferunt Isai. 51. Qui etiam legunt: vin camini, pro eo quod est hic: minuamini, Graece est ἄνωγειν. Atqui mox supplemus ex 1. V.atic. MS. cod. ad auctores odij Iudaeos.

190. Et alibi: Sancite eum qui circumscribit animam suam, &c.] V.atic. 1. MS. cod. sanctificate eum, & infra: Nam & sanctificatur penes nos, pro: san-

ctur; sed nihil certi definire possum, eo quod hanc scripturam, quantum apparet, non Isai (quia dicit: Et alibi) sed alicuius alterius Prophetæ, hactenus reperire non potuimus.

191. personam nominis.] Nouè personam nominis (nempe Christiani, vii praeiit) quum alioqui non solet nisi ad homines, aut sanctam Trinitatem, personam nomen adplicari.

CAP. XV.

192. Secundum hæc, inquit, faciebant Prophetis patres eorum, &c.] Caput hoc inscripsimus: De variis maledictionibus Pharisæorum. Vtpote quas his verbis occasione (nempe persecutionis) quam non solum facturi erant Apostolis, sed etiam Prophetis iam olim fecerant, multis Luc. 6. Christus comminatur. Atqui imitatus Auctorem Epiphanius, similiter istum scripturæ locum obicit Marcioni, Confiti 6. si Prophetarum, inquit, meministi, non negat Prophetas; si damnat Prophetarum eadem, & improperat persecutoribus & occisoribus ipsorum, non alienum est à Prophetis; sed Deus ipsorum est, qui illos fecit. Qui interim legit: secundum eundem modum, pro: secundum hæc; in quo consentit illi codex Syriacus, sed vulgatus Interpres vertit quod est Graecè ἡ τῶν τῶν, & Auctori nostro quoque consentiunt alij, quod legat: patres eorum, pro eo quod Epiphanius: patres vestri.

193. Epicuri Deus, &c.] De Deo Epicuri, vtpote stupido, qui nihil rerum curaret, frequenter supra diximus.

194. Ecce enim demutat in maledictione, &c.] Sic legitur ex altero V.atic. MS. cod. pro: maledictione. Transsum autem facit Auctor ad ipsas varias maledictiones Pharisæorum, expletans imprimis quid vae, tum alibi in scripturis, tum Luc. 6. significet; dicens: etiã vox maledictionis non esset, saltem esse admonitionis, nõ sine aculeo comminationis.

195. eius erunt qui norit irasci, &c.] An Auctor irasci Deo tribuerit necne, (sicuti etiam hic apparet) latius in nostris Prolegomenis inter eius Paradoxa. Contra heresim vero Marcionis, qua vindictam à Deo auferebat, atque ad eò timendum esse negabat, sub finem lib. 1. aduers. Marc. aliquot capitibus disputauit Auctor.

196. Sufferentiam, &c.] Sufferentia, inquit Rhenanus, substantiuum nomen, pro: patientia, quam & benignitatem mox interpretatur.

197. Ecce polui ante vos, &c.] Deuter. 30. Graecè habetur ἐδὼκα & πρὸ πρὸς ὧν ἔπιβον, quod vertit Latinus Interpres LXX. ad verbum: Dedi ante faciem vestram; Auctor contraxit in sensum potius.

198. Infirma commendatio, &c.] Ea nempe, inquit Rhenanus, quæ de alterius destructione fulcitur. Qui etiam adnotat: par cum Genitio consru: par creatoris; adlegans similem locum dicti lib. de Patientia, cap. 16. magnitudinis par.

199. Vae, &c. quod in diuites spectat, &c.] Hic transit ad illud, infra repetitum, Luc. 6. vae diuitibus; ubi pulcrè explicat diuitum causas, quibus offensus est Christus, superbiam, gloriam, sæculi studia, & Dei incuriam; ut ne quis omnes diuites reprobari existimet, sicuti latius hic prosequitur, vtpote non eos, per quos opera iustitiæ & dilectionis administrantur, idque nominatim contra Marcionem, qui videbatur sentire diuitias omnino damnandas.

200. Locupletantes Salomonem. Sed quia permiffa

missa sibi optione, &c.] Historia hæc describitur 3. Reg. 3.

201. Quoniam, inquit, recepistis aduocationem vestram, &c.] Id est, sicuti supra num. 187. diximus: consolationem. Prosequitur vero verba Luc. 6. in hoc differens, quod vocem Graecam ἀπέχετε vertit: recepistis, tum hic, tum paulopost, pro eo quod alij: Habuistis; quasi volens explicare significationem illam, qua significat aliunde accipere, velut censum aut reditum ex aruis; quod optimè hic conuenit, & eodem modo vertitur à vulgato Interprete, Matth. 6. mercedem suam receperunt. Sic etiam vertit Syriacus Interpres. Haud multo aliter, sed magis conuenienter voci Graeca, vertit Interpres frenai lib. 3. cap. 14. percipitis.

202. Ne, inquit, quum manducaeris, &c.] Mirum est cur verterit: domos magnas, quum Graecè sit μεγάλας, pro quo alij: pulcras, vii etiam ex Hebraeo & Chaldaeo Interpretes; Deinde, quod: pecoribus verterit, quum Graecum προβάτων oues significet; notatu dignum, nam pecus, proprie pro oue usurpauit, non vno in loco Plinius, & alicubi Quintilianus ἀγρογῆς non malè etiam transfuit pecunia, quia significat etiam pecuniam argenteam, non verò argentiū duntaxat, quod alij vertere maluerunt.

203. Quemadmodum & Ezechiam, &c.] Similiter etiam infra huius ipsius lib. cap. 18. Sic denique Rex Ezechias, de gazis & apothecis deliciarum suarum apud Persas gloriatus, per Isaiam malè audiuit. Mirandum verò, quod Persas, aut illos qui ex Perfide venerant, transfulerit Auctor; quum aditiones omnes etiam LXX. Babylonios legant. Sensum etiam potius reddidit, quam verba, vertens in Babylonem transferentur, quum Graecè sit: ἡ ἑτα, pro eo quod alij verterunt: venient.

204. Sic & per Hieremiam quoque edicit: Ne glorietur, &c.] Castigauimus: edicit, ex altero cod. MS. V.atic. pro: edidit, quia illud familiare est Auctori. Atqui ibi etiam sensum potius quam verba secutus est, quum citat illud Hierem. 9. & qui gloriatur, scilicet in Deo gloriatur.

205. Sic & in filias Sionis inuehitur, &c.] Adludit ad illud Isai. 3. Pro eo quod exaltatae sunt filiae Sion, &c. quem locum late explicat B. Cyprian. lib. de Habitu virginum.

206. Comminabundus & alibi, &c. Dilatauit orcus, &c. (Hoc erit Christi Vae super diuites) & humiliabitur, &c.] Sic hic locum recens distinximus; ubi in omnibus consentit LXX. Isai. 3. praeterquam quod omittit: De non cesserit item: & exuliamt in ea; Orcum more Poëtico vertens, quod alij infernum.

207. De quibus & rursus: Ecce Dominus virtutum, &c.] Tandem reperi hunc locum Isai. 10. eo loco ubi B. Hieron. transfuit: Ecce dominator Deus sive Dominus exercituum, confringet legumculam, &c. in quem locum B. Hieron. LXX. autem, inquit, pro torculari sive lagūcula nouum sensum inferentes, gloriosos interpretati sunt. In hoc solum differt à LXX. qui hodie existant, quod legat: conturbabit, pro: conturbat.

208. Item in LXI. Nempe Psal. Nam quod praeiit: Ne timueris, &c. citauit ex Psal. 48. Castigauimus autem LXI. pro: LXII. ex utroque V.atic. MS. cod. & ex altero: Ne desideraueritis diuitias, ac: adieceritis, pro: desideraueris, & adieceris; nam plurali numero ab omnibus legitur. Aliter interim distinguit Auctor, quam vulgò legitur; rapinas nolite concupiscere; diui-

tia si adfluant, nolite cor adponere, quum autè Graecè sit ἐὰν ἔβῃ, videtur Auctor accepisse relucere, pro: adfluere.

209. Vae, inquit, qui dormiunt in lectis eburneis, &c.] Omisimus enim superfluum, iuxta alterum V.atic. MS. cod. Atqui in hoc solum differt Auctor ab hodierna aditione LXX. Amos 6. quod vertat de gregibus bouum, pro eo quod Interpres eorum Latinus: de armentis, duntaxat. Verim B. Chrysost. in Comment. & B. Iustini Mart. adu. Tryphonem Interpretes: de bubilibus, verterunt, vii expriment magis vocem Graecam: βουόλων; saltem si Leon de Castro Comm. MS. in Amos fides habenda; qui pulcrè illud: complaudentes interpretatur de choreis. Deinde perseuerantia vertit, quod Graecè est: ἰεσυλότα, pro eo quod alij: stantia, & vinum liquatum, pro defecato. Legimus autem more Tertulliano: vnguntur, pro eo quod erat: vnguntur.

210. Ingerit vae etiam saturatis, quia esurient, etiam ridentibus nunc, quia lugebunt, &c.] Prosequitur suo more in 3. persona pluralis numeri, quod habetur Luc. 6. in 2. cui addit paulopost: ploraturi. Castigauimus autem: vos autem confundemini, pro: confundimini; quia non solum Isai. 65. sed supra quoque sic legitur cap. precedenti. Atqui quod addidit in Euangelio: Qui in risu seminant; hoc vult duntaxat, praecedentibus Euangelij verbis insinuari; neque enim habentur ea verba sicut in Euangelio.

211. Vae quum vobis benedixerint homines; secundum hæc faciebant & Pseudopropheticis patres illorum, &c.] Eodem modo haec verba Christi Luc. 6. citat B. Ireneus lib. 3. cap. 14. ut pseudopropheticis legat, quemadmodum Graeci codices & emendatores Latini omnes; pro quo solus Beda legit & interpretatur: Prophetis, si Erasmo credendum.

212. Populus meus qui vos beatos dicunt, &c.] Graecè est λαὸς ἐβλῶντες, Isai. 3. quod magis proprie: beatos dicunt, vertit Auctor quam LXX. Interpres: beatificantes. Atqui illud: Maledictus homo, &c. habetur Hierem. 17.

213. Nam & in Psalmo cxvii. Bonum est, &c.] Omnino sic castigandū, pro: cxix. quia reperitur Psal. 117. Legit autem MS. V.atic. 2. cōfidere in Domino quam confidere in homine, ac: sperare in Domino quam sperare in Principibus; sed praeterquam quod supra lib. 2. cap. 19. eodem modo legat Auctor, certe Graecæ lectio Accusatiuos habet; praeterquam quod castigandū iuxta vestigia utriusque MS. in Dominum utrobique, pro eo quod erat: in Deum, quia Graecè est: τὸν κύριον.

214. abdixit creator, &c.] Abdixit (inquit Rhenanus) pro: abdicauit, reiecit, repudiavit.

CAP. XVI.

215. Sed vobis dico, inquit, qui auditis, &c.] Inscriptionem huic capiti imposuimus: De praeccepto dilectionis inimicorum, aliisque verbis Domini, ex eodem adhuc cap. 6. Lucae.

216. Loquere in aures audientium, &c.] Nihilquam similem locum reperire potui, praeter illud 4. Esdr. 15. Loquere in aures plebis meae.

217. Diligite inimicos vestros, & benedicite eos qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos calūniantur, &c.] Hic pergit in verba Christi Luc. 6. Atqui V.atic. MS. cod. alter legit: benefacite eis qui vos oderunt, & sic habet Euangelista Lucas, addens, & interueniens: & benedicite maledicentibus vobis, (quod postremū etiam supra citat Auctor Tom. 2. lib. de Patientia)

etiam, cap. 6. illud coniungens solummodo cum: Diligite inimicos vestros, & postea addens: & orate, &c.) mox quoque non videtur abhorreere à lectione utriusque Auctoris, dum coniungit illa quatuor quae sunt Luc. 6. qui inimici sunt, & oderunt, & maledicunt, & calumniantur, sed nolui quidquam immutare, tum quod illud Isai. 6. Dicite, fratres nostri estis, eis qui vos oderunt, ad benedictionem pertineat, non ad beneficentiam, cuius etiam hic multa apud Auctorem mentio; tum quod rursus repetat Auctor: utique, & benedici odientes, & orari pro calumniatoribus iussit. Fortassis omisit illud hic Auctor, quod non inueniret scripturam veteris Testamenti, qua moneret inimicis benefacere. Verba autem Marcionis sunt: Nouam planè patientiam, &c. usque ad illud: Planè, &c.

218. contra, ipse alteram amplius maxillam offerri iubens, & super tunicam pallio quoque cedi, &c.] Eodem modo non multopost: sed amplius & pallium concedendi, & supradicta lib. de Patient. c. 7. qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit; Quod etsi possit adhiberi (sicut ibi ad marginem adnotauit) Matth. 5. tamen etiam apud Lucam sic legitur: Videatur Auctor: quod mirum est, quum hodie & Graecè & Latine aptius legatur: ab eo qui auferit tibi vestimentum (Graecè ἡμῶν, id est, exteriorem vestem, quam Vulgatus Interpret. Matt. 5. pallium vertit) etiam tunicam nolim prohibere. Atqui est hic vox Tertullianica: renuntiantium, pro, demonstrandum.

219. Ne vnusquisque malitiae fratris sui meminerit, &c.] In hoc differt Auctor à LXX qui hodie existant, Zachar. 7. quod legat meminerit, ubi alij iuxta Graecum exemplar: memineritis, sicuti etiam in sequenti testimonio Zachar. 8. Malitiā proximi sui vnusquisque (sic iterum lego ex V. atic. i. MS. cod. pro: quisque) ne recogitet; pro eo quod alij: recogitetis. B. Hieron. de priori loco partim consentit cum Auctore in Comment. partim dissentit, at posteriori nobiscum conuenit: Qui etiam: malitiam utrobique transfert, ἡμαρταν, eam dicens duplici modo posse accipi, pro afflictione, & pro malo; quo fit ut similiter emendandus sit Interpret. Latinus LXX. loco secundo.

220. In quantum ergo non capit, &c.] Proxius iuxta alterum cod. MS. V. atic. sic legitur, omisa dictione: fidem, superflua; accipientes: non capit, more Tertullianico, pro: non videtur possibile. Explicat autem, quomodo conueniant illud Deuter. 32. Mihi vindictam, &c. cum illo, Exod. 21. Oculum pro oculo, &c. Accipitur rursus vox Tertullianica representatione, pro: ad effectum deductione. Sive verò legas: consideret cum 1. V. atic. MS. cod. sive: fideret cum alij, perinde est; nam & cap. praecedenti num. 213. similem variationem adnotauimus ex eodem.

221. & ultionem ad Deum redigens, &c.] Sic etiam supra (inquit Rhenanus) locutus est. Et infra: Redactam scilicet in Dominum.

222. sed adiutore praecipio, &c.] Pro (inquit idem) adiuuante praecipio, ut lib. 1. aduers. Marc. cap. 8. A tempore arbitro & metatore initij & finis. Legit autem mox: consideremus, alter V. atic. MS. cod. pro: considerem, sed istud magis placet, eo quod sequatur: is mihi imponit, &c.

223. Metu enim ultionis omnis iniquitas refrenatur, &c.] Potest istud non solum torqueri aduersus Marcionem, qui iudicem Deum, atque adeo nullum volebat agnoscere, sed & contra eos, qui passim libertatem non so-

lum verbo, sed & factis defendere non verentur, nam (ut verbis Auctoris utar) passim emissa libertate iniquitas dominabitur.

224. Omni petenti te, dato, &c.] Pergit in explanatione cap. 6. Luca. Lego autem iuxta primam additionem in margine ex vestigijs variarum lectionum: in datorem paratam, eo quod repetatur mox: Datorem scilicet.

225. Vt benedicens benedicat te, &c.] Et sic in eo differt ab additione LXX. hodierna, Deuter. 15. quod illi habeant, quia, & benedicet. Ex quibus suppleo: à fratre tuo indigente, & mox castigo: desideratit (iuxta etiā 1. V. at. MS. cod.) pro: desiderat.

226. Sed de fœnore postmodum, &c.] Nempè capite sequenti, ubi de hoc latius legitur autem mox: Christus in omnes praecipit, pro: praecipit, ex 1. MS. V. atic. & supplemus: primum in proximos docuit benignitatem, ex utroque.

227. dedit gentes hereditatem, &c.] Omnis iuxta utrumque MS. V. atic. cod. in, eo quod Psal. 2. ad quæ adludit, non legitur. Rursus autem hic: expungit, id est (Interprete Rhenano) adimpleri.

228. Non populus meus, populus meus, &c.] Istud, iuxta sensum potius quam verba simul ex 1. & 2. Osee capite iunxit Apostolus Rom. 9. Quum enim Osee 1. fiat mentio filia, cuius nomen absque misericordia, sive: non misericordiam consecuta; & filij, cui nomen: non populus meus, initio 2. cap. dicit: Dicite fratri (nempè illi cui nomen: non populus meus) populus meus, & forori vestrae (cui nomen: non misericordiam consecuta; quorum utrumque sic repetitur sub finem 2. cap. praeposito ordine quem Apostolus immutauit) & misererebor eius quae fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus, quare & ad marginem adnotauit: Osee 1. & 2. Atque adeo (ut hoc obiter adiciam) magis probanda est lectio illa, quam etiam Graecè in Comment. ad c. 1. Osee agnoscit B. Hieron. Rom. 9. & non misericordiam consecutam, Graecè ἡλεηθῆναι, pro eo quod alij: ἡχοπηθῆναι.

229. Et sicut vobis fieri vultis ab hominibus, ita & vos facite illis, &c.] Prosequitur rursus verba Luc. 6. In quo praecipio subaudiri, addit Auctor: Et sicut vobis non vultis fieri ab hominibus, ita & vos ne faciatis illis: quantum apparet, adludens ad illud Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri, vide ne tu aliquando alteri faciatis.

230. passiuatatem sententiae meae permisit, &c.] Id est, (inquit Rhenanus) libertatem, communitatem ad utrumque. Vt videlicet sententia sive voluntas mea sit communis, nec adstricta, sed soluta ac libera ad hoc vel illud agendum, aut non agendum. Sic in lib. adu. Hermogenem cap. 41. Hæc, in quibus, non est, hæc turbulencia, & passiuatatem non est; item lib. adu. Valent. c. 30. Illi verò (inquit) & de passiuatate vitæ, & de licentia delictorum, generositatem suam vindicent; item lib. de Pulio, dicit passiuatatem aduerbialiter, pro: passiuè.

231. agunt ethnici nondum à Deo instructi, &c.] Videtur adludere ad illud Matth. 5. Nomen & ethnici hoc faciunt, pro quo apud Lucam: peccatores; atque adeo confirmatur hæc lectio Vulgati Interpretis, pro quo alij, & ipsa editio Bibliorum Regiorum, quod mirror publicani; sat scio quod Graecè sit iterum τελωνοι, sed illud olim lectum fuisse etiam Graecè, patet ex Comment. B. Chrysostomi.

232. Nam etsi natura bonum & malum notum est, &c.] Eodem modo hic loquitur Auctor, quo dixit

dixit Apostolus Rom. 2. gentes natura ea quae legis sunt facere. De cuius Vario, & tamen catholico intellectu, vide eius loci Veterum Commentarios, & infra lib. 5. adu. Marc. Supplemus autem paulopost ex alt. V. atic. MS. cod. & olim & vbique; ubi habes ab ipso Auctore interpretatum: iuuari, quod ibidem subiungit, & alibi frequenter vsurpat: refrigari.

233. cuius nullam praestruerat distinctionem &c.] Sive hoc legas, sive cum Rhenano: praestruerat, perinde est. Vtrumque quidem Auctori vsuratum est, nempè: praestruerat, pro: perstrinxerat, seu leniter indicaret, (pro quo facit quod paulopost habet: substrinxit.) sed praestruerat retinui, quod subiungatur: retrò & praestruxit & distinxit; item quod magis loco conueniat.

234. Infringito esurienti panem tuum, & mendicos qui sine recto sunt, in domum tuam inducito, &c.] Sic suppleuimus & castigauimus hunc locum, partim ex cap. sequenti, partim ex cap. 31. infra, pro eo quod erat dumtaxat: Infringito panem tuum mendicis, & qui sine recto sunt, &c. Maximè quum respondeant non modo LXX. Isai. 58. sed etiam ex Hieron. & Chaldeo Interpretes, & praeterea, tamquam similem locum, citet Auctor illud Ezech. 18. Panem suum dabit esurienti, & nudum conteget; ubi iterum non legitur: dabit, sed iuxta additiones omnes: dederit; sic enim magis hoc ad institutum facit. Castigauimus verò: satis ergo iam tunc, ex utroque MS. V. atic. cod. pro: iam nunc.

C A P. XVII.

235. Hic nunc de fœnore, &c.] Caput hoc inscriptum: De fœnoris fructu interdicto, aliisque verbis Domini, ad finem vsque cap. vi. Lucæ.

236. Et si fœneraueritis à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis; &c.] Magis clare hodie verit nosse Interpret. Vulgatus, Luc. 6. Et si mutuum dederitis his à quibus, &c. Id enim hic adnotandum, quod sacra scriptura δοκεῖτε variè accipiat, & proinde variè illud vertant Interpretes, modo: mutuum dare, modo: fœnerari; nam utrumque vox Graeca significat. Auctor verò vbique fœnerari transiit, etiam ubi pro: mutuum accipiendum est, sicuti capite praecedenti, fœnus fœnerabis, & hoc loco: Et si fœneraueritis, item: fructum fœnoris, &: exsolutores fœneremus, ac: detrimentum fœnoris indixit, denique: soles & imbres qui fœnerauerat. Immo verò illud Ezechielis 18. Pecuniam suam fœnoris non dedit, (quod haud dubie pro vsura accipiendum) ipse interpretatur: fœnoris redudantiam, sive fœnoris fructum. Quod adnotatu dignum non modo contra Iudeos, qui ex illo Deuter. 15. fœneraberis gentibus multis, vsuras permittebant (ut etiam hodie) in extraneos, sed & aduersus Carolum Molinæum & alios, qui vsuram centesimam, atque adeo fœnoris redudantiam, licitam homini Christiano, non verentur tueri. Certè contra sentiunt Veteres omnes Interpretes in illud Luc. 6. hic non tractatum ab Auctore: Mutuum date, nihil inde sperantes; & Auctor hoc loco, dum interpretatur illud iam citatum Ezechielis: fœnoris pecuniam suam non dedit, & quod abundauerit, non sumet; fœnoris scilicet redudantiam, quod est vsura. Addens etiam: Prius igitur fuit, ut fructum fœnoris eradicaret, &c. Certè B. Cyprianus lib. de lapsis, num. 24.

peccata, ob quæ Ecclesia persecutionem passa sit suo tempore, enumerat: vsuras multiplicatibus fœnus (id est, mutuum) augete. Supra modum etiam detestatur vsuras tamquam grauissimam peccata B. Basilus non vno in loco, adludens ad hunc locum Lucae, quum dicit: Mutuo dare Christus praecipit, sed non sub vsuris. Nec absimiliter B. Ambrosius lib. de Tobia, cap. 13. ac 14. & latissime lib. 3. Officiorum, cap. 3. usque ad 21. ubi adlegat pro se illud Psal. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & illud Psal. 54. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & non defecit de plateis eius vsura & dolus, & scripturam hic citatam Ezech. 18. & eam qua hic tractatur Luca 6. Denique pulchrè interpretatur illud iam citatum: Fœnerabis gentibus multis, etiam si proprie accipiatur. Quid? quod etiam ipsam centesimam vsuram impugnet; fortassis, quod per Imperatores Christianos tum permitteretur: Veniunt (inquit cap. 11.) kalenda, parit fors centesimam. Veniunt menses singuli, generantur vsurae, malorum parentum mala proles. Hæc est generatio vyperarum. Creuit centesima, petitur, nec soluitur; adplicatur ad fortem. Fit maledictum propheticum. Dolus in dolo; vsura, improbi seminis satura deterior. Itaque iam non centesima incipit esse, sed summa, hoc est, non fœnoris centesima, sed fœnus centesima.

237. Pecuniam, inquit, suam fœnoris non dedit, &c.] Legimus omnino: fœnoris, pro: fœnore, quia Graecè est Ezech. 18. ἐπὶ τῶνα, id est: ad fœnus seu vsuram. Vbi etiam legitur πλεονασμὸν, id est, superabundantiam; pro quo Auctor: quod abundauerit. Super quo loco B. Hieronymus in Comment. similiter citat Psal. 14. & in concordiam reducens Veteris scripturae locos: In principio, inquit, legis (Deuter. nempè 15. & 17.) à fratribus tantum fœnus tollitur, in Propheta ab omnibus vsura prohibetur. Deinde illud: & quod abundauerit, ita accipit, ut referatur ad omnis rei superabundantiam, etiam frumenti, vini, olei, & similibus; quod ipsum etiam inculcat loco citato B. Ambrosius, & B. August. serm. 2. in Psal. 36. Vbi videtur adluisse ad id quod Auctor subiicit: quorumdam fidem paulatim primis quibusque praecipis adhuc balbutientis benignitatis informabat; de Ezechiele loquens. Est autem etiam illud Tertullianicum: si forte, sicut &: procurantis Euangelio.

238. Et pignus, inquit, reddet, &c.] Proxius sic legendum pro: reddes, quia adludit ad verba eiusdem Ezechielis 18. supra, id est, paulo ante, praecedentia: & pignus reddiderit; quod ipsum B. Hieronymus in dicto Comment. interpretatur de eo debitore (nam additur in Propheta: debitori) de quo in lege scribitur quod pauper sit; etiam adludens ad verba sequentia. Ibi autem: vtrum homo scriberet? accipit hominem pro aliquo homine.

239. Non dormies super pignus eius, &c.] Istud est ad quod loco citato adludit B. Hieronymus. Nam praecedit Deuter. 24. Si autem homo pauper est; quod Auctor tamen adhuc strictius accipit. Atqui etiam hic ἡμαρταν tum ab Auctore, tum à Latino interprete LXX. pallium vertitur.

240. Adhuc clarius supra: Dimittes, &c.] Rectè addit: supra, quia reperitur Deuter. 15. ubi agit de remissione, quæ fiebat anno septimo. Vertitur verò ab Auctore: inuocata est, vox ἐπιπέλαγναι, ab aliis: cognominata.

241. utique non exsoluto plus enim est; & si exsoluto, &c.] sic recens ad maiore intellectum istud

distinximus. *Primum autem* *Primum* *MS. cod. habet hic: ex-*
soluturo, & rursus: exsoluturos, pro: exsolutu-
ros; voces obsoletas quidem, qualibus Auctor delectari
solet, sed quis in textum inserere sum verius, quod cum
excusis consentiret alter Primum MS. codex.

242. Et eritis filij Dei, &c.] *stud iterum profe-*
quitur ex Luc. cap. 6. omittens (aut quod Marcion non
haberet, aut quod contra eum directe non faceret) illud
intermedium: & erit merces vestra multa. Quamquam
autem vulgatus Interpres legat: filij altissimi, confor-
miter Græco textui, ipse Auctor vocem ὑψίστων vide-
tur transferre: Dei, eo quod ubique vox illa in scriptu-
ris, & similiter Altissimus Latine pro Deo accipia-
tur. Trahat hac occasione rursus Auctor aduersus
Marcionem de connubio à Deo approbato; de
quo latius supra cap. penult. lib. I. adu. eundem. Primum est
autem lectio vnius cod. Primum MS. qui patre habeam,
pro: quum.

243. Quia ipse, inquit, suauis est aduersus in-

gratos & malos, &c.] *Hic etiam sunt verba Christi*
Luc. 6.
244. Euge, Marcion, satis ingeniosè detraxisti
illi (nempe Deo) pluias & soles, &c.] *Aut hic sub-*
iciebatur olim ante Marcionem Luc. 6. qui solem suum
facit oriri, & pluit super iustos & iniustos, aut potius,
quum nulli veterum id Luca adscribant, hoc vult, quod,
similium locorum gratia, Euangelium Matthæi à Cano-
ne scripturarum, atque adeo dicta verba detraxerit. At-
qui ibi: qui pro tanta elementorum, &c. adluit
ad illud Rom. I. seruiuerunt creature potius quam creatori.

245. Eloquia enim Domini dulcia super mel &
fauos, &c.] *Interpretè hic agit, dum eloquia Domini*
Isal. 18. transtulit, pro: iuauia, nã pro eisdem haberi so-
let apud Psalmistam; quod maxime ex Psalmo 118. manife-
stum sit, ubi in singulis versibus sunt hæc synonyma (si-
cuti iam olim ante me adnotauit Radulphus Tungrensis
libro de Can. obseru. cap. 9. inter Auctores diuinorum Of-
ficatorum ab Historio nostro editos) Via, lex, mandatum,
verba (sive eloquia) iustificationes, sermones aut iudicia,
Domini. Peculiare item est Auctori, quod legat: fauos,
pro eo quod alij omnes: fauum.

246. Estote, inquit, misericordes, sicut pater
vester misertus est vestri, &c.] *Pergit iterum in ex-*
plicatione Verborum Domini, Luc. 6. Primum addimus ex Primum
MS. 2. cod. vester; quod illud habeant tam Græca
quam Syriaca editio; à quibus in hoc, quod mirum est,
differit Auctor, quod legat: misertus est vestri, pro eo
quod hodie eadem etiam voce Græca legitur: misericors
est; in quo tamen eum imitatur B. Cyr. Epist. 52. ad
Antonianum. Fortassis ut explicet magis vocem Græ-
cam οὐκ ἐλεῶν; ut accipiat, non pro: misericorde,
qui dumtaxat condolet miseris, sed pro eo qui misertus
est. Atqui lego mox, suppleo ac distingo sicuti supra
cap. præc. num. 234. & mendicos sine tecto in do-
num tuam inducito, & nudum si videris tegito;
deinde quia alia scriptura est, &c. Iudicate pupillo, &c.

247. Nolite iudicare ne iudicemini. Nolite,
&c.] *Prosequitur sequentia Luc. 6. usque ad illud: vt*
opinor, &c. In quibus differit imprimis, quod legitur: ne
iudicemini, & ne condemnemini, pro eo quod alij
omnes: & non iudicabimini, item: & non condemna-
bimini, etiam Græcè & Syriacè; deinde quod omittat:
coagitatam, Græcè, σεσαλευμένον, in quo illi consen-
tii Syriaci Interpres, nam πεπιεσμένον proprie trans-
tulit: pressam. Denique, quod legat dumtaxat: fluen-

tem, quum Græcè sit ὑπερχεινόντων, id est: superes-

248. retributionem pro meritis, &c.] *Facit ite-*
rum hic locus pro meritis operum, & retributione
quæ à Deo fit iudice & dispunctore, id est (vel
Rhenano Interprete) adimpletore, & satisfactore me-
ritorum, de quo supra latius Tom. 2. libri de Patien-
tia, & ad Martyras. Rursus autem repetit (de quo to-
ties supra) quod Marcion Deum iudicem negabat.

249. sed cæcus cæcum ducit ad foueam. Cre-
dunt aliqui Marcioni. Sed non est discipulus
super magistrum, &c.] *Quasi aliud agens etiam, hæc*
duas similitudines Luc. 6. adfert, & Marcioni, ac
Apelli eius de discipulo emendatori, adplicat Au-
thor; etiam addens: Eximat & de oculo suo trabem
hæreticus, tunc in oculo Christiani, si quam pu-
tas stipulam, reuincat, adludens ad illud: Quid vi-
des festucam (seu: stipulam, Græcè ἄχρητον) in oculo
fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consi-
deras? Et rursus explicat illud de iisdem. Proinde &
arbor bona non proferat malum fructum, quia
nec veritas hæreticis; nec mala bonum, quia nec
hæresis veritatem. Adiciens iuxta similitudinem
eiusdem Luca: Sic nec Marcion aliquid boni de the-
sauro Cerdonis malo protulit, nec Apelles de
Marcionis.

250. quæ Christus in homines allegorizauit,
non in duos Deos, secundum scandalum Mar-
cionis, &c.] *De hoc quomodo ex arbore bona &*
mala duos Deos commentus fuerit Marcion, vide supra
lib. I. adu. eundem, cap. 2. Atqui de Proverbio: adhuc li-
neæ insistere, vide nostra Prolegomena.

251. In hoc solo adulterium Marcionis manus
stupuisse miror, &c.] *Adulterium (inquit Rhenan.)*
id est, adulterationem, vitiationem, violationem, quam
Euangelio videlicet alibi intulit.

252. Quid vocatis Domine Domine, &c.] *Om-*
nino sic hæc verba Luc. 6. restitimus, pro: vocas, eo quod
sequatur etiam apud Auctorem: & non facitis quæ
dico: maxime quum omnes alij etiam sic legant Græcè,
Latine, & Syriacè. Porro omittit hic Auctor parabolam
de adificantiibus domum, fortassis quod Marcion resci-
disset.

C A P. XVIII.

253. Proinde extollenda fide Ceturionis, &c.]
Titulum huic capiti dedimus: De curato seruo Cen-
turionis, & viduæ filio resuscitato; testimonio
Ioani dato, & scæmina peccatrice; ex ca. vii. Luca.
Atqui ex tota historia curati serui Ceturionis, non aliud
trahat hic Auctor, quam illud: talem se fidem nec in
Israële inuenisse. Sic enim more Terullianico legimus,
vii & mox: fides Israëlis, pro eo quod alij: Israël. Porro
haud absimiliter Auctori Epiphanius adu. Marc. Confut.
7. si, inquit, neque in Israël tantam fidem inuenit,
velut in Ceturione à gentibus progresso; igitur non vni-
perat fidem ipsius Israël, si enim aliena à Deo fuisset, &
non ipsius ac patris eius, non vtiq; fecisset huius laudem.
Atqui adhuc crudam fidem, rectè interpretatur Rhe-
nanus, quasi incipientem.

254. Resuscitauit & mortuum filium viduæ,
&c.] *Etiam hic totum miraculū paucissimè verbis pro-*
sequitur: de resuscitato mortuo filio viduæ apud
Naim;

Naim, Luc. 7. Loci autem ad quos adluit, ubi leguntur
Prophetæ creatoris etiam mortuos filios viduæ
resuscitasse: sunt 3. Reg. 17. de Elia, & de Heliseo
4. Reg. 4.

255. Magnus Prophetes prodit in nobis, &c.
resperxit Deus populum suum, &c.] *Hæc ipsa populi*
verba, post miracula iam tractata, pergit in Marcionem
retorquere.

256. Sed scandalizatur Ioannes auditis virtuti-
bus Christi, &c.] *Ad alia pergens Luc. 7. de Ioanne*
iracundatim instituit, atque adeo ad hunc locum adludit su-
pra Auctor cap. 11. quum dixit: Sed de Ioanne cetera
alibi. Atqui in hoc paradoxon perduxisse videtur Au-
thorem, quod Christus ad discipulos Joannæ hoc ipso ca-
pitulo dixerit: Et beatus qui non fuerit scandalizatus in
me; tamquam id de Ioanne Christus dixisset, id que ex sen-
tentia Marcionis loquens, qui (sicuti constat ex Epiphania
aduers. Marc. Conf. 8.) ita dicta verba interpretabatur.
Et de contraria Patrum aliorum sententia aliquid adsi-
gimus supra lib. de Baptis. cap. 10. num. 79. nam & ibi
similiter loquitur Auctor, & idipsum etiam insinuat
lib. de Præc. aduers. hæc. cap. 8. sicuti & ibi adnotauimus
num. 56. Vide etiam nostra Prolegomena, de paradoxo,
per quod appellatur mox: Christus, spiritus patris.

257. preparaturam viarum dominicarum, &c.]
Preparaturam (inquit Rhenanus) dixit, pro prepara-
tione, vt paraturam supra sepe. Est vero etiam phras
Terullianica: massalem summam, id est, integram,
vnde derivata à massa. Rectè vero adnotauit idem Rhe-
nanus ibi: qui neque vnde speraret, accipi, vnde, pro:
vnde aut vnde libet, & supra etiam alicubi sic loqui
Auctorem. Supplemus autè inter hæc duo: & vnus iam
de turba, ex vtroque MS. Primum cod.

258. Tu es, inquit, qui venis, an alium expe-
ctamus? &c.] *Prorsus sic legimus iuxta vtrumque MS.*
Primum cod. pro: speramus, tum quod Græcè sit Luc. 7.
περὸς τὸν ἄλλον, quod expectare, non sperare signi-
ficat; tum quod sequentibus verbis illud repetat. Deinde
legimus: id est, qui venturus es, pro eo quod erat men-
dossimè; qui venturus est. Atqui magis placet: sicut
omnes opinantur, quam quod habet alter Primum
MS. cod. sicut omnia somniabantur.

259. vt Dominus per easdè operationes agno-
scendum se nuntiauerit, &c.] *Adluit ad illud Luc.*
7. Euntes renuntiate quæ audistis & vidistis, &c. Ha-
bent verò 2. MS. Primum cod. Quæ quum constant præ-
dicata; sed magis placet lectio prior: constet.

260. si & testimonium Ioanni perhibet, &c.]
Sic effert Auctor quod habet Euangelista: *Capit de Ioan-*
ne dicere ad turbas; Vbi inter cetera Christus ait: Pro-
phetam, vtiq; dico plusquam (pro quo Auctor supra,
quum tamen Græcè sit τῷ ἐπιδοσκόπον) Prophetam.

261. ingerens etiam scriptum super illo: Ecce
ego mitto, &c.] *Pergit in eo quod addidit Christus:*
Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto, &c. Nam
sic etiam habet Euangelista Græcus; quo fit vt vocem: ego
intermediam (etiam si non habeat alter MS. Primum cod.)
retinuerimus; castigantes etiam ex alio illo, confor-
miter vulgata & Græca additioni: præparabit, pro:
præparet. Atqui etiam istud retorquet adu. Marc. Epi-
phan. Confut. 9.

262. Maiore quidem omnibus natis mulierū,
sed non ideò subiecto, ei qui minor fuerit, in re-
gno Dei; quasi alterius, &c.] *Sic omnino hunc locum*
& castigauimus, & distinximus, legentes: maiore, ex
1. Primum MS. cod. vt referatur ad illud quod hyperbati-
còs præmittitur: præcurfore enim iam functo offi-
cium, ubi rursus functus cum Accusatio. Atqui ex-
plicit hic, quamquam subobscurius Auctor (reliquis in-
termediis Christi verbis prætermisissis) illud: Maior in
natis (sic enim & Græcè legitur: ἐν γεννητοῖς) mu-
lierum (nam non legitur: Propheta, sicut nec Mattheus)
Ioanne Baptista nemo est, qui autem minor, in regno
Dei maior est illo. Sic enim distinxisse Auctorem pa-
ter ex eo quod præcedit: Dei regnum, in quo modic-
us quis maior erit Ioanne, & mox sequitur: &
Christum vel quemque modicum, qui maior
Ioan futurus sit in regno. Quomodo etiã B. Chrysost. in
Commentario, quod adeo & ego magis probo, quam B.
Ambrosij & Hieronymi distinctionem, qui multis modis
se torquent, vt rectam dent interpretationem, legentes: qui
autem maior in regno Dei.

263. Diximus de remissa peccatorum, &c.] *Su-*
pra, nempe cap. 10. huius libri. Porro sic primus legit Rhe-
nanus ex Gorziensi codice, pro: remissione, cui consen-
tit alter Primum MS. Nam Petrus, inquit Rhenanus re-
missam dixere, pro: remissione. Cyprianus lib. de bono
Patient. Dominis, inquit, baptizatur à seruo, & re-
missam peccatorum daturus, ipse non dedignatur lau-
cro regenerationis corpus ablueri. Idem Epist. 10. Qui au-
tem, inquit, blasphemauerit in spiritum sanctum, non ha-
bet remissam, sed reus est æterni peccati. Sic Missam di-
xit ea etiam pro missione: Vnde sacrificio id vocabulum
accommodatum est. Verum de eo latius supra lib. de O-
ratione, Tom. 2. Vbi etiam qua hic præterea adfert verba
Rhenanus, descriptissimus, quare hic, ne prolixiores simus,
prætermittimus.

264. Illius autem peccatricis scæminæ, &c.]
Eodem modo etiam ad confirmandam solidi corporis
Christi veritatem, hæc historiam Luc. 7. Epiphanius ad-
fert contra Marc. Confut. 10. *Vrgens præterea, illud Euan-*
geliste: ingressus in domum Pharisæi acubuit, eandem
confirmans Confut. 11. per ipsam quoque Christi adtesta-
tionem: Hæc lacrymis rigauit pedes meos, & vinxit, &
osculata est, vt ne quis putet solam fuisse hominū eam opi-
nionem de peccatrice, & non veram historiam. Qui, mirum
est, quod omiserit illud: & capillis tersit, nã priore quam
secundo loco, quum tamen Auctor id verterit: crinibus
detereret, qui eleganter etiam dixit: osculis figeret,
tamquam si transigere pedes deuotione sua voluisset, &
significantius: lacrymis inundaret, Græcè βρέχεν, &
vinguento perduceret, Græcè ἔλειπε.

265. Et vt peccatricis pœnitentia, secundum
creatorem meruerit; veniam, &c.] *Sic omnino istud*
distingendum. Atqui sententiam verè Catholicam pul-
crè explicat, dum & pœnitentiam dicit veniam me-
ruisse, & illud: Fides tua te saluam fecit, interpreta-
tur de pœnitentia ex fide iustificata, idque contra eos
qui iactant: fidem solam iustificare sine operibus fidei,
quum similes loci intelligendi veniant de fide per dile-
ctionem operante, vti ipse Apostolus loquitur.

266. Iustus ex fide sua uiuet, &c.] *Sic istud ca-*
stigauius ex 2. Primum MS. cod. pro: uiuit, quia eam esse
lectionem & 1. Primum MS. cod. ex Hebræo (sicut etiam partim
adnotauimus ad lib. 1. Testim. Cypriani adu. Iudeos c. 5.
num. 25.) ex B. Hieronym. Commentariis patet. Malim

etiam legere: ex fide mea, quia legisse idem Hieronym. LXX. scribit, & id legit B. Cyprianus; sed quia Symmachii editio habebat: tua, eodem teste, ad quam forte translata erat editio quam sequebatur Tertullianus, nihil immutauimus.

C A P. XIX.

267. Quod diuites Christo mulieres adhererant, &c.] Caput hoc inscripsimus: De diuitibus mulieribus adherentibus Christo, verbis Domini ad discipulos, & de matre ac fratribus Christi; ex viii. cap. Lucæ. Colligit autem inde imprimis Auctor, quod diuites fuerint illæ mulieres, eo quod de facultatibus suis ministrabant Christo, inter quas, inquit, & Joana vxor Chuse procuratoris Regis.

268. Mulieres diuites exurgite, & audite vocem, &c.] Sic necessarîo distinxit hæc verba [sai. 32. sicuti etiam suppleti & castigati: Filia in spe audite sermones meos. Dies anni memetote, &c. quod quum videretur sciole cuiquam non satis Latinum, ignorans phrasin Tertulliani, qua mementote & ipse & Interpres Latinus LXX. cum Accusatio construit, Graecismo utens, eo quod Græcè sit: ἡμέτερος ἐπιμνησθήσεσθε; substituit: sermones Dei. (omissa voce: meos) Anni mementote. Maxime quum etiam correspondant Hebraica & Chaldaica aditiones, & ipse B. Hieronym. in Commentariis.

269. At nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum: Aure audietis, &c.] Istud Isai. 6. Aure audietis, & non audietis (de quo supra cap. 6. lib. 3.) occasionem dedisse Christo dicit Auctor, tum Luc. 8. tum alibi frequenter inculcandi: Qui habet aures, audiat. Vbi mirum est omitti ab eo: audiendi, quod tamen habent etiam Græca & Syriaca aditiones.

270. Videte quomodo audiat & non audiat, &c.] Rectè interpretatur, πῶς: quomodo. Hic verò iterum variat à contextu Luc. 8. quum ibi à nemine legatur: & non audiat; quod tamen legisse Auctorem, patet ex eo quod sequitur: non corde scilicet audientes, sed aure. Est autem illud Tertullianicum: auditui suscitabat.

271. Ei qui habet dabitur, ab eo autem qui non habet, etiam quod habere se putat, auferetur ei, &c.] Pulcre locum hunc interpretatur Auctor: de adiectione fidei vel intellectus, vel salutis. Est etiam quasi interpres B. Lucas cap. 8. illius quod Matth. 13. & Marc. 4. legitur: etiam quod habet, auferetur ei; illud efferens, etiam quod habere se putat; quo etiam confirmatur vulgari nostri interpretis similis Versio, quantumvis Græcè sit: ὁ ἔχει καὶ ἐκείν.

272. Miror autem quum lucernam negat abscondi splere, &c.] Istud quidem etiam reperitur Luc. 8. sed ante illud num. 270. Videte quomodo audiat. Atqui; necessarius lumen, comparatiuū esse, non modo hic adnotat Rhenanus, sed etiam supra lib. de Carne Christi, cap. 7. num. 70.

273. Ipse, inquit, contestatur se non esse natum, dicendo: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres? &c.] Verba hæc sunt Marcionis, etiam supra obiecta lib. de Carne Christi cap. 7. & lib. 3. aduers. Marc. cap. 11. Vbi ad hunc locum Lectorem remittit Auctor, verbis supra ad argumenti huius libri finem adiectis; quorum priori loco eadem penè omnia habet quæ hic, eisdem penè verbis pronuntiat. Vbi interim plus hoc habet, quod insinuet, etiam hoc loco aliquid abstulisse hæreticos. Hoc est enim quod Marcioni obicit Epiphanius, Con-

st. 12. Non habet: Venerunt autem ad illum mater ipsius & fratres eius, &c. (sic enim suppleo ex Luca) sed solius: Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui sunt foris, &c. Cui interim aptè respondet: Etiam si superiora rescideris, ô Marcion, Euangely verba, quod facias Euangelistam non suffragari dictioni à quibusdam relata, nempe: Mater tua & fratres tui; non potes transgredi veritatem. Cur enim non multas dixit matres, &c. sed vnam dixerit, quæ venera ipsam genuit. Cui correspondet illud Auctoris: non potuisse illi adnuntiari, quod mater eius & fratres sui starent foris querentes videre eum, si nulla illi mater & fratres nulli fuissent. Quibus mox adicit Epiphanius: Et ne te seducat sermo quem dixit Dominus: Quæ est mater mea & qui fratres? Non enim negans matrem hæc dixit, sed intempestiuitatem eius enertens, qui hoc dixit, turba tanta circumstante, & ad salutarem eius doctrinam profusa, & ipso circa sanationes ac prædicationem occupato; auocatio enim esse videbatur hoc à susceptis negotiis. Hoc est enim quod haud procul à sine capitis hinc dicit Auctor: Superest & inspicere sensum, non simpliciter pronuntiantis: Quæ mihi mater, aut fratres? quasi ad generis & natiuitatis negationem; sed & ex causâ necessitate, & conditione rationali, &c.

274. Ita semper hæretici, &c.] Rursum notandum istud de hæreticorum peruersa scripturarum detorsione.

275. Ecce legis doctor adfurexit tentas, &c.] Hanc scripturam, quam supradicto lib. de Carne Christi, cap. 7. adscripsimus ad Marcionem, Matth. 22. hic malimus adnotare Luc. 20. eo quod id quod hic sequitur: & de tributi consultatione: Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, saltem secundum sensum legatur Luc. 20. atque adeo post præcedentem scripturam, quum apud Matth. eodem cap. 20. paulò prius id habeatur, quamquam interim ibi rectius adseruerim Matth. 19. Vbi proprie hæc verba habentur: ibi autem: propheten (sive prophetam, vi legit Vatic. I. MS. cod.) existimantes licet magnum aliquem; adludit ad verba Luc. 7. paulo ante tractata cap. 18. Magnus propheta prodit in nobis.

276. Sed & census constat actos sub Augusto, &c.] Similiter supra Auctor dicto lib. de Carne Christi cap. 2. Ausfer hinc (nempe ex Euangelio Luca cap. 2.) molestos semper Cæsaris census; hoc ipso lib. 7. de censu denique Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ natiuitatis Romana archiua custodiunt; & rursum infra c. 36. vt nemo facile ignorare de genere potuisset, vel de recentibus Augustianis censibus, tunc adhuc fortè pendentibus. Hic addit in Iudæam, & rectè, quia sub Syria nomine, cuius meminit Euangelista, comprehenditur etiam Iudæa. Verum hoc Auctori peculiare per Sentium Saturninum, quum tamen Luc. 2. descriptio facta sit à Præside Syria Cyriano, quem adeo etiam Cyrinum, seu Quirinum, nuncupat Iosephus Antiquit. lib. 18. cap. 3. & post eum Euseb. lib. 1. hystor. Eccl. c. 2. & 3. seu 5. idque anno 42. Imperij Augusti Cæsaris, quippe quo anno natum Christum aut circiter supra ostendimus, Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 8. nu. 78. Concordari poterunt mea quidem sententia hoc modo. Quod: Præside Cyriano, seu Quirino, census acti sint, at per Sentium Saturninum. Pro quo facit quod Græcè est Luc. 2. & apud Eusebium: ἡγεμόνωντος τῆς σαρδηνίας, id est, Præsidem agente seu Præside Syria Cyrenio; seu potius Cyriano; & quod ex

ex Syriaco transfertur: Sub præfectura Kyreni in Syria, denique quod B. Iulianus Mart. Apologet. 2. ad Antoninum: sub Cyrenio, quo fit vt etiam ego emendatior esse aditione vulgata ex existimem codices Latinos, qui omittentes: & legunt dumtaxat: qua descriptio primo facta est, Præside Syria Cyriano. Certè, & initio Imperij Augusti Consulatum gessit cum L. Muratio Plano, P. Sulpitius P. F. N. Quirinus, (quem eundem esse existimo cum Cyriano, atque adeo sub eo in Syria Præside dictos census actos,) & C. Sentius C. F. C. N. Saturninus, (sicuti etiam supra adnotauimus Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 1. num. 13.) bis sub eodem Consulatum gessit, primo cum Q. Lucretio Vestigione ante Christum natum, deinde quinto post anno (iuxta Consulatus fastos Goltziij) cum Sexto Aelio Cato. Versimile itaque est, quum neuter Consulatum egerit anno ipso nati Christi, fuisse Quirinum Syria Præsidem, & Sentium Saturninum id habuisse officij, vt census seu descriptionem per Iudæam faceret; & ab Euangelista designaret nominatum Quirinum, seu Cyrinum, quod magis notus esset; quippe qui in Syria Præsidem egerit, iuxta illud B. Ambrosij in Comment. Pulcre autem, quod & Præsidis nomen addidit, vt seriem temporum designaret: Præsides, inquit, inquit, Cyriano. Cui consentit & Julianus Pomer. libro 1. aduersus Iudæos, dicens: sub præside Syria Cyriano factam hanc descriptionem. Si interim etiam censorem parimoniorum fuisse Cyrinum velis asseruare ex Iosepho, loco ab Eusebio citato; adhuc dici possit illi Collegam fuisse adiunctum Sentium Saturninum. Porro mox supplemus: Superest & inspicere, &c. ex utroque MS. Vatic. cod. & deinde ex altero non tam abnegauit, castigantes ex eisdem: Quæ mihi mater, pro: Quis.

C A P. XX.

277. Quis autem iste est, &c.] Capiti huic inscriptionem fecimus: De miraculis Christi, quibus ventis & mari imperauit, legionem demonum eiecit, & à fluxu sanguinis curauit mulierem, ex eodem cap. viii. Lucæ. Sunt autem hæc verba admirantium Apostolorum. Est verò obaudire, pro: obedire, tam Tertulliano quam alijs Veteribus visitatissimum, & stupore discriminis vitur, pro: stupendo discrimine, sicuti (vel etiam Rhenano teste) intestino itinere, pro: intraneo, quomodo Vitruuius intestinum opus dicit. Atqui Epiphani. aduers. Marcionem Confut. 13. maualt vt eger ad comprobendam veritatem corporis Christi, illud quod paulo ante Luc. 8. præcedit: Nauigantibus ipsis obdormiuit; excitatus autem increpauit ventum & mare.

278. in quod opus & Austru seruerunt, &c.] Hoc addit Auctor, eo quod apud LXX. legatur: in vento Austro, Græcè νότος, vbi ex Hebræo vertit B. Hieronym.

279. Lege ex sorte familia dirimenda, &c.] Sive sic legas, sive cum Vatic. 1. MS. & forte, perinde est; neque interim adhuc obscuritate caret locus. Videtur autem mihi adludere ad sortem, qua eligebantur duodecim viri, Ios. 3. & 4. singuli de singulis tribubus, qui præcedebant arcam Domini in medio Iordanis; qui, quum veluti machæra quadam transiunt impediret, stare fecit Iesus Nave impetum & decursum aquarum transcurrentibus filiis Israël, quos Prophetas hic Auctor nuncupat. Atqui marinam expeditionem vo-

cat Christi transfectionem trans stagnum seu mare Galilææ, qua transiit erat in regionem Gerasænorum.

280. Abacuc adimpletur: Disperges, inquit, aquas itinere, &c.] Græcè est hodie Abac. 3. Διασπέρῃς ὕδατα ἐν ποταμῷ, vbi ex Hebræo vertitur: gurges aquarum transiit. Quare & hic castigati: Disperges (pro: Dispergens) aquas itinere. maxime quum sic legat B. Hieronymus in Commentariis; quare & in Bibliis Regiis sic corrigendum est, pro: disperdes.

281. Comminans, inquit, mari, & arefaciens illud, &c.] Istud legitur Naum 1. tam iuxta Hebræam & Chaldaicam, quam iuxta LXX aditionem. Atqui quid vindex, supra adnotauimus Tom. 1. lib. de Testim. animæ, cap. vlt. num. 28.

282. Age, nunc qui militarem, &c.] Istam Marcionis hæresin supra satis constat Auctor cap. 13. lib. 3. aduers. Marcionem.

283. quum iuuenis in vno homine multitudinem demonum, legionem se professam, &c.] Pergit in retorquendis verbis Luc. 8. aduers. Marcionem. Sive autem legas: Dominus potens in bello, ex Psal. 23. sive: in prælio, cum 1. Vatic. MS. cod. non refert.

284. Cuius autem Dei filium Iesum legio testata est, &c.] Quasi aliud agens prosequitur illud: Quid mihi & tibi est Iesu filii Dei altissimi? & ibi: veniam scilicet abyssi, id est, veniam ab abyso (sicuti supra cap. 12. veniam iciniij) ad illud: & rogauerunt illum ne imperaret illis vti in abyssum irent. Atqui depetunt, Rhenanus interpretatur: expetunt, nos: rogant. Similiter ibi: Denique impetrauerunt, vnicui verbo reddidit illud: At permisit illis.

285. Tangitur à scemina quæ sanguine fluitabat, &c.] Prosequitur aliam huius capitis historiam, ommissa filia Iairi Archisynagogi, quod mirum est (quomodo etiam Epiphanius Confutat. 14) ex tactu isto veritatem corporis Christi comprobans. Atqui quod addit: excusantibus discipulis, pertinet ad illud Petri, & illorum qui erant cum illo: Præceptor, turba te comprimunt & adfingunt, & dicit: quis tetigit me, quod ipsum etiam Epiphani. retorquet aduers. Marcionem; quem admodum & illud: Tetigit me aliquis, sensu enim virtutem ex me profectam.

286. Vt confessionem certè prouocaret, vt timorem probaret, &c.] Hic rursum adludit ad id quod sequitur: Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, &c. & ob quam causam tetigerit eum, iudicauit coram omni populo, & quem admodum confessam sanata est.

287. vt quia lex à contactu sceminae sanguinantis submouet, &c.] Adludit ad illud Leuit. 15. sub finem capitis: Hæc est lex, &c. Sanguinantis, id est, (vt B. Hieronym. quæ iugiter fuit sanguine) mulieris, pro quo hodie perperâ legitur apud LXX. ἡ ὀνομαζομένη, id est: seminisflua; sed repetendum ἡ ὀνομαζομένη, id est: sanguinisflua; neque enim egiit dicto capite de femina seminisflua, sed viro seminisfluo, & muliere sanguinante dies plures, non in tempore menstrui sui.

288. At enim si fidem mulieris inuenimus ita meruisse, quum dicit: Fides tua te saluam fecit, &c.] Quum eadem sint hæc verba Christi cum illis supra cap. 18. ad peccatricem: Fides tua te saluam fecit, & similiter ad illud institutum adferat illud Osee 6. misericordiam maualt quam sacrificium, eo modo intelligendū hic meritum fidei & fidei remunerationem, quomodo ibi adnotauimus nu. 265. nempe sicuti ibi

de fide per penitentiam, ita hic de fide per tactum operante.

289. æmulationem legis, &c.] Æmulationem legis accipit hic pro aduersatione legis; nam paulo prius habetur aduersarius legis, & sub finem huius capituli, æmulus legis; eodem modo quo Plinius dixit: *Æmula Romæ Carthago*, lib. 15. cap. 18. *Alibi aliter accipitur æmulatio, æmulari, & æmulus. Vtpote Tomo 2. libr. de Patientia, cap. vli. & lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 40. pro imitatione; item Tomo 2. lib. de Spectac. cap. 15. ac supra lib. de Baptis. cap. 17. pro inuidia. Atqui est etiam Tertullianicum: nullius adhuc nouæ legis initiata, vel Rhenano teste, qui adnotauit initiata cum Genitio; scuti etiam legem irrumpere, pro eo quod Christus dixit: legem soluere, quod ipsum scriptum hic repetit.*

290. Dicam: fides hæc fuit, &c.] Pulchre hanc mulieris fidem exaggetat, qua Christum nõ vt hominem sanctum, nec vt Prophetam, sed vt ipsum Deum agnouerit.

291. ordinarium & sollempne menstrui vel partialis sanguinis fluxum in lege taxari, &c.] *Locum hic non ita intelligendus, tamquam in lege etiam taxatus non sit fluxus sanguinis ex vitio valetudinis; nam paulo ante ad eam legem, Leuit. 15. adlusit Auctor num. 287. sed quod illis modum temporis lex præscripsit, non huic. Nam de ordinatio menstrui sanguinis fluxu legitur etiam Leuit. 15. Septem dies erit in menstruo suo; & de sollempni partialis sanguinis fluxu, Leuit. 12. Quæ pepererit masculum, immunda erit septem dies; quæ verò feminam, bis septem dies. Atqui de ea quæ ingem fluxum sanguinis patitur (quam sanguinantem supra nuncupat Auctor) dicitur: omnes dies fluxus immunditie eius erit immunda.*

292. Nisi credideritis, inquit, non intelligetis, &c.] Eandem hanc scripturam bis adfert B. Cyprianus, primum Testim. libro 1. aduers. Iudæos, cap. 5. hoc titulo: *Nihil posse Iudæos intelligere ex scripturis, nisi prius crediderint in Christum; deinde Testim. libro 3. ubi ostendit: tantum nos posse, quantum credimus. Rursum similiter in Symbolum Apostolorum, vt confirmet illud Apostoli Hebræi credere primo oportere accedere ad Deum. Auctor hic, non aliter. Locis adnotandi aduersus eos, qui etiam hodie nolunt credere nisi quod intelligunt. Sicut etiam apud Euseb. Demonstr. Euang. libro 7. cap. 2. B. Chrysof. hom. 51. in Ioannem cap. 7. B. Cyrill. Alexandr. in fine libri 7. aduers. Iulianum, B. August. in cap. 7. Ioan. & in fine li. 4. contra Faustum, B. Prosper cap. 19. lib. 1. de Vita contempti. Denique B. Basili. ac Theodor. in Istaia, & ipse quoque B. Hieronym. qui tamen versionem Symmachii in sua versione ex Hebræo retinuit. Nisi credideritis, non permanebitis.*

293. dum tangitur vestimentum eius, &c.] *Reliquis per præoccupationem adductis & explicatis, redit Auctor ad illud, quod initio miraculi huius Luc. 8. legitur: & tetigit fimbriam vestimenti eius; etiam inde comprobans, Corpus Christi verum, non phantasma, fuisse.*

C A P. XXI.

294. Dimittit discipulos ad prædicandum Dei regnum, &c.] *Titulum huic capiti dedimus: De discipulis ad prædicandum missis, populo pacto in solitudine, confessione Petri: Tu es Christus, & perpetua fidelium persecutione. Mirum est an-*

tem quod dixerit: discipulos, pro eo quod & Græcè & Latine & Syriacè legitur ab omnibus aliis: duodecim Apostolos; maximè quum de iis haud dubie hic loquatur, non de discipulis, quorum adlectionem infra habes tractatam cap. 24. Verum & B. Iohannes, & alij Euangelistæ non semel, de Apostolis loquentes, discipulos vocant.

295. cuius (nempe Dei) prohibet eos victui aut vestitui, quid in viam ferre? &c.] *Hic interrogatiois notulam necessarid adiecimus, & Tertullianus: in viam verit, iuxta quod Græcè est; sicut etiam victui & vestitui, pro: ad victum & vestitum; ita explicans illud Christi: nihil tuleritis in via neque sacculum neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Sic enim legitur Luc. 9. tum Græcè, tum Syriacè, tum etiam Latini emendatores codices.*

296. nisi qui & cornu alit, & flores agri vestit, &c.] *Adludit ad ea quæ infra explicantur ex cap. 12. Luc. cap. 29. & cornu aluntur, & lilia agri vestit Deus; de quibus ibi latius.*

297. quia dignus operarius mercede sua, &c.] *Non est istud cap. 9. Luca, sed cap. 10. de quo infra latius cap. 24. Quod videtur Marcion ibi deleuisse, eo quod hic sequitur: Hæc Marcion deleat.*

298. At quum iubet puluerem excutere de pedibus, in eos à quibus excepti non fuissent, & hoc in testimonium, &c.] *Prosequitur verba Christi. Quod autem hic: testimonium, mox testationem dicit, addens: neminem testari quod non iudicio destinetur; & qui inhumanitatem, id est, seuitiam, in testationem redigi iubet, iudicem comminari; sic tacite iterum probans: Deum iudicem, aduersus heresim Marcionis.*

299. Christum Iesum alij Ioannem, alij Heliam, alij vnum aliquem ex veteribus Prophetis Herodi adseuerabant, &c.] *Pergit in verbis Euangelistæ, quæ à variis variè prolata sunt, occasione eius, quod Herodes Tetrarcha hæsitabat quid esset Christus.*

300. Pascit populum in solitudine, &c.] *Pulchre etiam hoc miraculum perstringit, quo de materiis panis & piscis pauit quæ circiter hominum milia. Vbi iterum videtur homines pro viris accipere; nam Græcè est: ἄνδρες; non hic modo, sed etiam Exod. 12. (quod adludit) ubi egressa scribit sexcenta milia hominum; Græcè ἀνδρῶν, id est, virorum, absque parulis & mulieribus; quos (sicut est Exod. 16.) annis quadraginta manna cælesti protelauit, id est, (vt rectè interpretatur Rhenanus) diu sustentauit, & vitam eorum prorogauit; & insuper 4. Reg. 4. Verbis num. sequenti citatis, & Sapient. 7. ex semine hominis, ipse denique rursus Auctor infra sub finem huius capituli: tardè homo, id est, vir. Sine autem legas hæc verba: Aut si non eadem & maiestas, sicuti ab omnes; sine eadem ei, quod censet legendum Rhenanus; perinde est.*

301. Habes tertium Basilium, si & quartum resoluas, &c.] *Omninò sic legimus, pro: tertiam & quartam; neque enim in partes, sed libros, distinguit Auctor libros quatuor Regum; sicuti etiam supra adnotauimus cap. 14. num. 177. Dicit autem: Habes tertium Basilium, ac si dicat, quod præmissi de vidua Sareptensi, habes 3. lib. Basil. vtpote 3. Reg. 17. si & quartum resoluas, id est, aperias, more Tertulliano, inuenies (inquit) totum hunc ordinem Christi*

sti circa illum Dei hominem (nempe Helisæum, 4. Reg. 4.) in eo quod sequitur, de multiplicatione viginti panum hordeaceorum. Vbi pro eo quod habet Auctor: Quid ergo hoc dem (quod rectè castigauit Rhenanus, pro: idem, nam Græcè est τὸ αὐτὸ) in spectum centum milibus hominum; Græcè est (Vt etiã ante me adnotauit Latinus) ἑκατόν τε καὶ τὸν ἑκατόν; quo fit vt necessarid legendum sit, in conspectum; nam coram centum viris, translulerunt Interpretes tum LXX. tum ex Hebræo & Chaldeo. Malim etiam legere: centum hominum, omisso: milibus; sed quum id legant etiam 2. Vatic. MS. cod. nolui immutare, ex quibus castigauimus iuxta versiones omnes: Hæc dicit Dominus, pro: Hoc. Atqui etiam mutilum est illud: secundum dictum Domini; nam præcedit in scriptura: & manducauerunt, & reliquerunt reliquias. Sicut enim verit vltimum illud Auctor paraphrasticos, quod Græcè est dumtaxat: ἡ ἀνάπαισις; quare contextui etiam adiecimus.

302. Hæc itaque qui viderat Petrus, &c. interroganti Domino quisnam illis videretur, quum pro omnibus responderet: Tu es Christus, &c.] *Iterum prosequitur cap. 9. Luca, ubi notandum quod addidit Auctor: pro omnibus. Hoc enim significat Petrum fuisse Apostolorum os & caput, vel B. Chrysof. sic interpretante, Comment. in Math.*

303. quem nouerat in scripturis, &c.] *Eodem modo dicit supra lib. 3. adu. Marc. 15. Christi nomem vetus fuisse & vulgatum; ad quem locum (sicuti & hic) scripturas adnotauimus, ad quas adludit, Psal. 2. Isai. 45. Thren. 4. ac Dan. 9.*

304. ille autem præcepit ne cui hoc dicerent, &c.] *Prosequitur rursus verba Euangelistæ. Legit autem 1. Vatic. MS. cod. promulgari, sed placet alterius codicis MS. & vulgata lectio magis Tertullianicæ: prouulgari, id est, in vulgus spargi; maximè quum etiam alibi ea voce dicitur, si rectè memini. Atqui illa præteritio: Immo, inquis, &c. Marcionis est.*

305. quia oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à presbyteris, & scribis, & sacerdotibus, & interfici, & post tertium diem resurgere, &c.] *Pergit in Luca, retenta voce Græcæ: presbyteris, pro eo quod noster Interpretes: senioribus; legens dumtaxat: sacerdotibus, quum tamen Græcè sit: ἀρχιερέων, pro quo rectè noster Interpretes: principibus sacerdotum.*

306. sicut suis locis implebimus, &c.] *Nempe infra c. XL. & sequentibus, ubi ostendit prædicatam olim Christi passionem & resurrectionem à creatore.*

307. Qui voluerit (inquit) animam suam saluam facere, perdet illam: & qui perdiderit eam propter me, saluam faciet eam, &c.] *Rursum sunt hæc verba Christi apud Lucam, ad verbum ex Græco.*

308. Certè filius hominis, &c.] *De appellatione filij hominis vide supra tractatum expressum cap. 10. Vbi etiam citatur scriptura sequens Dan. 3. Adplicat verò hic peculiariter primam scripturam iam dictam paritem ad tres fratres & alios martyres Christi, alteram ad Chaldaeos.*

309. à Deo mercedem relaturorum, &c.] *In eandem sententiam paulo post, salutem (inquit) eius remuneraturus, de Martyribus loquens. Non ergo Martyria pæne sunt peccatorum, alioqui mercedem relatura non essent. Supplementum autem ex utroque Vatic. MS. cod.*

Sed & zelotem Deum mihi exhibet, quia mox sequitur: meo Christo.

310. Qui confusus (inquit) me fuerit, & ego confundar eum, &c.] *Pergit in Luca. Cur verò legamus: eum ex MS. Vatic. cod. pro: eius, supra adnotauimus lib. de Carne Christi, cap. 5. num. 47. item & Varietatem Auctoris utrobique ab aliis exemplaribus omnibus tam Græcis & Latinis, quam Syriacis.*

311. vt etiam hæreticorum conuitiis pateat, &c.] *Vide hæreticorum in natiuitatem Christi conuitia (vel ipso Rhenano teste) supra lib. de Carne Christi, cap. 4. Ab ipsa (inquit) carne Christi exorsus, perora age iam spurcitas genitalium in vtero elementorum, & quæ illic sequuntur, ne prolixiores simus; & similiter supra lib. 3. cap. 11. Age iam perora in illa sanctissima & reuerenda opera natura, &c. Atqui de Tertulliani opinione circa natiuitatem Christi ex Virgine Maria, an clauso, an aperto vtero exierit Christus, vide nostra Prolegomena. Vt etiam Rhenan. adnotauit, obnoxius confusionis, Tertull. more cum Genitio constituit; cuius est vstitutum alicubi supra, vt: pecus nuncupet embryonem, hoc est, hominem iam figuratum, sed nondum animatum. Porro quod hic dicit: Ex scæmna humore, alicubi supra dixit ex B. Virginis purissimis sanguinibus.*

312. non nouem mensium cruciatu, &c.] *Omninò istud sic castigauimus, pro: decem, tum quia supra dicto loco lib. de Carne Christi, legitur: per nouem menses, & similiter apud B. Hieronym. qui illum locum imitatur lib. aduers. Helisid. nouem mensibus vterum insolescentem; tum quod (etiam si Auctore teste lib. de Animi- ma, c. 37. num. 438. legitima natiuitas fermè decimi mensis ingressus sit) Christum non amplius quam nouè mensibus in vtero matris suæ B. Virginis Mariæ delituisse, vel inde constat; quod à die conceptus, qui factus est in ipsa adnunciatione Angeli, nempe xxv. Martii, vsque ad xxv. Decembris, non amplius quam nouem menses computentur. Fortassis aliquis existimans Auctorem adludere ad cap. 7. Sapientie; substituit decem, pro: nouem. Ibi enim sic legitur: in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis. Item: & primam vocem similem omnibus emisit plorans; in inuolumentis nutritus sum. Verum non animaduertit id Christo non posse competere, sicuti nec illud: ex semine hominis.*

313. deliberatus, &c.] *Pro: liberatus (inquit Rhen.) Quæ addi scribit: & primo retinaculi sui vulnere, propter neruum umbilicarem, qui refocari solet ab obstetrice.*

314. nec sale & melle medicatus, &c.] *Medicatus, sicuti & remediatus, voces sunt Tertullianicæ. Quomodo autem Christus dicatur spiritus, vide nostra Prolegomena. Atqui castigamus: Qui me confusus fuerit, pro: mei, quia sic paulo ante & alibi legitur, & legimus: Vermis, eo quod ex alio Psalmo citetur.*

C A P. XXII.

315. Nam & hoc vel maximè erubescere debuisti, quod illum cum Moyse & Helia in secessu montis conspici pateris, &c.] *Caput hoc inscriptissimum: De conspectu Christi cum Moyse & Helia, ex eodem capite ix. Luca. Quod pulcherrimè retorquet in Marcionem, qui alium Deum facebat veteris, alium noui Testamenti; quum hic simul apparuerint colloquentes cum Christo Moyse & Helia, quorum tamen destructorem aduenisse Christum, adstruebat Marcion.*

316. Vox illa de cælo: Hic est filius meus dilectus, hunc audite, &c.] *Istud eiusdem historici postremum per præoccupationem ad institutum suum cōmodius, primo loco ponit Auctor, cetera paulopost. In hoc differens, quod dicit: vox illa de cælo, pro eo quod vulgatus ex Græco & conformiter Syriacus Interpres: ex nube, quomodo etiā Matth. 17. & Marci 9. sed paraphrasticus, ut indicet non nubem fuisse naturalem, sed de cælo delapsam, atque adeo præter naturam formatam, iuxta quod præcedit: & facta est nubes, sive nubes lucida (vbi habet Matthæus) & obumbravit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem. Sine autem legis: Diffiniendo cum i. Patric. MS. cod. sive: definiendo cum aliis, non refert; alibi supra habes similem varietatem lectionum.*

317. in colloquio, &c. nec in confortio claritatis, &c.] *Adiudic ad illud Lucæ: & loquebantur cum illo; tum etiam explicat quod ille dixit: & visi sunt in maiestate; ac si dicat: in confortio claritatis, quod ipsum mox clarus dicit: quos de radiis suis exstruit. Respondeo vero Rhenanus adnotat legendum Unica dictione: in alienos, pro: in alienos. Si enim (inquit) in alienos dicit, pro: non alienos, ut alibi in bonis, & in ueris. Hoc in Tertulliano nouum non est. Qui etiam adnotat phrasin Auctoris: quā Prophetas, pro: potius quā. Ibi etiam: Sed quid tam Christus creatoris, subaudiit: facere debuit?*

318. quibus in reuelationibus erat visus, &c.] *Reuelationes quibus visus est Christus (iuxta Auctoris sententiam) Moyse, habes frequentissimas Exod. 3. 4. 6. & deinceps, ac ferè singulis capitibus etiam Leuitici, Numerorum, & Deuteronomij; Helix autem, 3. Reg. 17. 18. 19. 21. & 4. Reg. 1.*

319. qui cum fuerant locuti.] *De Moyse Christum locuto non est controuersia, quippe qui prædixerit Deuter. 18. Prophetam suscitabit vobis Deus ex filiis vestris; de Helia non item, nisi forte quod factio locutus sit Dominum, quum vidua Sareptanæ, (sicuti c. præced. adfert Auctor) alimenta suprema multiplicauit, & eiusdem viduæ filium mortuum suscitauit, quod citauit Auctor cap. 18. supra.*

320. à quibus Dominus gloriæ nuncupabatur.] *De hoc citatur paulopost ab Auctore illud Moyse, Ostende mihi gloriam tuam, Exod. 33. Sed de Helia non perinde, nisi dicamus Auctorem legisse 3. Reg. 19. Et ecce gloria Domini reuelatur, cum Chaldaeo paraphrastes; vbi tam ex Hebræo quā Græco hodie legitur: Et ecce Dominus transibit.*

321. cum principibus suis, &c.] *Patric. MS. cod. cum principibus suis. Sed illud magis Tertullianicum & Aphricanum stylum redolet, quos ita vocat Auctor, quod Moyse & Helia præcipui & primi fuerint Prophetarum veterum, iam dudum ante illos quos Maiores vocamus.*

322. quorum alter, &c.] *Nempè Moyse populi informator, utpote qui lege aliisque præceptis ceremonialibus, Exod. 20. & deinceps populum Israël informauit, atque adeo etiam fuit initiator veteris Testamenti, alter nempè Helias, & reformator quandoque, utpote de quo Christus Matth. 13. & Malach. iuxta LXX. Helias quidem restituet omnia, & consummator Testamenti noui, quia rediturus in fine mundi (sicuti etiam adnotauit Rhenanus) consummabit nouum Testamentum; iuxta illud Malach. 4. Mittam Heliam Thesbyten, antequam veniat dies Domini magnus, etiam supra citatum ab Auctore lib. de Anima, cap. 35. Porro sa-*

cit hic locus profusus contra eos, qui ex hac ipsa ostentatione Moyse & Helia cum Christo colligunt, duos illos testes, qui Apocal. 11. leguntur prophetari ante iudicium, fore Moysem & Heliam. Nam Moyse facit hic Auctor initiator veteris, Heliam noui Testamenti consummatorum; soli adeo Helia reditum ante iudicium, non Moyse; Quippe qui alibi non vno in loco Helia collegam futurum Enoch dicitur Verbis adferat, sicuti latius adnotauimus supra lib. de Anima, cap. 50. nu. 564. 565. & 566. vbi etiam ipsius sententiam adprobendam duximus; quod nec Joannes Evangelista cum illis rediturus sit; utpote quum duo tantum venturi legantur, & mortem Ioannes obierit. Atqui Auctori consentiunt de Enoch, tum Apostolus Hebr. 11. tum B. Irenæus lib. 5. adu. hæres. cap. 5. Auctor tractatus de Syon & Sina aduersus Iudeos, Tomo 3. operum B. Cypriani, B. Augusti. lib. 9. de Gen. ad litt. cap. 6. & lib. de Peccat. originali. cap. 23. 8. Eucherius in libris Regum, communis denique Ecclesia sententia. Atqui lego profusus: Igitur & Petrus meritò, pro: meritum, quod nullo sensu legebatur.

323. Bonum est nos hic esse, &c. faciamus hic tria tabernacula, vnum tibi, & Moyse vnum, & Helia vnum, &c.] *Et ac Verba longe ante præcedunt Vocem illam: Hic est filius meus dilectus.*

324. Sed nesciens quid diceret, &c.] *Etiā hic interpretatur B. Luc. quod Petrus dixerat, quod interpretatur de ecclasi, id est (ut inquit) amentia; & ad nouæ prophetiæ confirmationem perperam adducit, verum de eo latius inter Prolegomena, & præfatione in lib. 6. Auctoris de Ecclasi. Hoc tantum hic dicemus, ab Evangelista Marco eam interpretationem non probari, quia addit causam cur nesciret quid diceret: Erant enim timore exterriti. Atqui omnino cum Latino legimus, etiam primo loco: In spiritu enim homo, pro: in spiritum, quia ter postea sic legitur.*

325. de quo inter nos & Psychicos quæstio est, &c.] *Psychicorum hic primum omnium facta est ab Auctore mentio; quare patet initio hæreseos ab Auctore hunc librum conscriptum, verum tum de ordine horum librorum supra præfatiuncula in T. 3. tum de Psychicis, infra latius Tom. 5. ad librum De iceniis aduersus Psychicos.*

326. Lege prohibente, &c.] *Quo sensu Lex prohibuerit imagines, statuas, & similitudines, supra docuit Auctor lib. 2. cap. 22. nempè ut idololatriam cohiberet, propterea addens: non adorabitis ea, neque seruietis illis; vbi vide & Adnotationes nostras numer. 140. & 141.*

327. ergo iam constat, & supra Perrum interrogatum, &c.] *Nempè hoc ipso capite, aliquanto ante hanc transfigurationem Christi; de quo cap. præcedenti num. 302.*

328. Tres de discipulis arbitros futuræ visionis & vocis adsumit, &c.] *Istud ante omnia quæ iam explicata sunt ex hac historia, præcedit apud Lucam: & adsumpsit, inquit, Perrum & Iacobum & Ioannem, tres nempè de discipulis, id est, discipulis. Ita enim etiam Apostolos frequenter vocat, secutus Euangelium Ioannis.*

329. In tribus (inquit) testibus stabit omne verbum, &c.] *Citatur hoc secundum LXX. qui paulò aliter quā ex Hebræo legunt: In ore duorum testium, & in ore trium testium stabit omne verbum; quos sequi maluit, ut magis ad institutum saceret, quā legere*

cum aliis, tum Deuter. 19. tum Matth. 18. & 2. Cor. 13. in ore duorum testium vel trium; non aliter atque Ioannis 8. legitur dimittaxat: Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Quum enim sit diuinitus oratio, etiam alterum membrum verum est.

330. In montem secedit, &c.] *Etiā hoc initio huius historia commemoratur. Vbi paraphrasticus: secedit, vertitur ab Auctore, pro eo quod Lucas habet: ascendit, ut explicaret quod addit Matthæus: seorsum.*

331. Nam & pristinum populum, &c.] *Comparat veteri Testamento nouum, idque elegantibus verbis, & huic loco conuenientibus: (vel Rhenano teste) Oportebat in eo suggerere (id est, ornate & maiestate) consignari nouum Testamentum, Luc. 9. in quo conscriptum verus fuerat. Nempè: apud montem, in visione & voce, sub eodem etiam ambitu nubis, Exod. 19.*

332. precario vsus est, &c.] *Hoc est (inquit Rhenanus) ad tempus, velut si precibus obtinisset. Verum de hac Iureconsultorum loquendi formula alicubi supra latius.*

333. sed vox solita de cælo, &c.] *Iterum repetit ad maiorem explicationem, vocem de cælo solitam, Nempè: Hic est filius meus. Hunc igitur audite; appellans solitam vocem, eo quod etiam in veteri Testamento, iuxta quod hic citatur, Psalm. 2. & Isai. 50. Repraesentans autem hic iterum more Tertullianico accipitur, pro: praesentem sistens. Legimus vero: tu quis es, pro: qui, ex altero Patric. MS. cod. ante illud: non eius; colloquantes dicomina ad maiorem loci intellectum, paulo obfcurioris.*

334. Prophetam (inquit) Moyse, &c.] *Multo aliter hanc scripturam citat quā hodie habetur apud LXX. sed potius secundum quod citatur Act. 3. & 8. nec mirum, quum bis idipsum aliis verbis repetatur Deuter. 18. quorum priori loco magis accedit quod habet cum Apostolo Petro Auctor: suscitabit vobis, præterquam quod ibi est: tibi; ex posteriori vero loco desumpsit illud.*

335. Omnis autem qui illum non audierit, &c.] *Iu hoc interim differt ab omnibus, quod legat: ex filiis vestris, pro eo quod alij fratribus, & tamquam me audieris illum, quum alij illud: tamquam me, præcedentibus iungant. B. Cyprian. Testim. lib. 1. aduers. Iud. c. 18. maluit legere quod posteriori loco repetitur. B. Iren. lib. 3. cap. 12. non tam Deuter. 18. quā Act. cap. 3. citat, quomodo etiam Clemens Alexandr. Pædag. lib. 1. cap. 7. nec absimiliter Auctor quæst. & respons. inter opera B. Iustini Martyr. respons. 101. Quod eo diligentius adnotamus, ut ne quem offendant diuersa apud Patres huius scripturæ citatio.*

336. Sistens enim (inquit) verba filij sui, &c.] *Responsum vertit Auctor verba Isai. 44. Filij sui, pro eo quod est Græcè ποιός ος, pro quo alij: pueri sui, quo factum ut difficillime locus hic inueniri poterit, maxime quum B. Hier. ex Hebræo vertat: suscitans verbum, quod singulari numero etiam hodie habent LXX. Atqui eleganter dixit Auctor: decessionem veteris, & successionem noui Testamenti.*

337. sed ipse Dominus saluos eos fecit, &c.] *Sic correximus ex lib. de Carne Christi, supra cap. 14. vbi latissimè de hoc loco, num. 120.*

338. quasi iam & officio & honore disunctis, &c.] *Hoc est (Rhenano interprete) personis absolutisque.*

339. Domine audiui auditum tuum, &c.] *Iu hac scriptura Abac. 3. castigauit ex Patric. 2. MS. cod. Confiderai opera tua, pro: operam tuam, quia Græcè est apud LXX. τὸ ἔργον ὁσὶν ἔτιναι: verò: excidi mente (ita enim rectè explicat Vocem Græcam ἐξέσθην) pro eo quod illi habebant: excido mente. Consentit etiam Latinius; ex cuius coniectura lego: Quo magis, pro: Quanto. Atqui illud: In medio duorum animalium cognosceris, etiam de Moyse & de Helia interpretatur B. August. lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 32. & Tract. contra Iud. Pag. & Arr. cap. 17. Alias complures expositiones habes apud B. Hieron. in Comment. Paulopost denique distinximus ibi: Et splendor eius, &c. nouam periodum, eo quod nouo versu continetur, ibidem Abac. 3.*

340. De quibus & Zacharias vidit in figura, &c.] *Omnia hæc habentur Zacharia 4. apud quem Visæ commemoratur duæ oleæ, Græcè ἐλαίαι, sive oliuæ, versu 3. & 11. duo rami olearū, versu 12. (quod adeo malim legere quā quod habet: duorum ramulorum oleæ, sed nobis immutare, quod sic legant etiam Pat. MS. cod.) denique versu 14. Illi, sive isti (ut alij legunt) duo filij opimitatis (qui intermedium habent ceteri omnes) adfuerunt (sive adstiterunt, Græcè παρῆσαντες οὖν) Domino vniuersæ terræ. Ad Auctorem autem adludere videtur B. Hieron. dum Ecclesiasticos viros in Comment. hæc ipsa interpretari scribit de Moyse & Helia, sive lege & Prophetis.*

341. Et si commemoremur p̄missionis Moyse, &c.] *Hoc est (inquit Rhenanus) admoneamur; aut si in mentem veniat p̄missio Moyse. Atqui quum tractetur hic non minima cap. 33. Exod. pars, illud: ceterum Dei faciē (si audierat) nemo homo videbit & viuet, adtigit Auctor supra li. 2. cap. 27. sed infra latè explicat lib. adu. Præseant. P̄missionem ibidem factam Auctor Luc. 9. adimpletam intelligit, quum Moyse cum Helia gloriam Domini vidit. In ipso vero contextu citando, differt Auctor à LXX. primum legens: manifesta te mihi, ut cognosceret (γινώσκεις Græcè, cui eam Vocem Latinam correspondere adnotauit Latinius) videam te, pro eo quod illi: manifesta te mihi cognosceret, ut videam te. Atqui sic quæ sequuntur, distinguimus: Et in nouissimo, id est, in fine eius colloquij. Et tunc videbis posteriora mea. Non lumbos, &c. In qua, &c. re-promittit (sic enim profusus lego, pro: re-promittat; quia sequentia verba, adiu postea à Domino prolata sunt, Num. 12.) etiam ad Aaronem dicens: Si fuerit, omisso &c., quod ibi non reperitur.*

342. & in visione loquar ad eum, &c.] *Mirum est quod hic repetat: in visione; quum & Græcè apud LXX. & Hebræicè ac Chaldaicè legatur: in somno. Deinde tribus verbis expressit: nō quomodo ad Moysem, pro quo alij: Non sic seruus meus Moyse in omni domo mea fidelis; quod reliqua ad institutum non facerent. Hic autem necessariò sic distinguimus: os ad os loquar ad eum in specie (vtique hominis quā erat gestaturus) non in ænigmatate, pro quo postremo, alij omnes: per ænigmata.*

343. Nam et si Marcion noluit eum colloquentem Domino ostensum, sed stantem, &c.] *Videtur Marcion rescidisse illud ex Euangelio Luca: colloquentes cum illo. Quem impugnat Auctor iterum ex illo Exod. 33. tamen & stans os ad os stabat, & faciem ad faciem (Græcè dimittaxat ἐνώπιον ὤψεσθαι) &c. quæ magis videtur referri ad hanc historiam Luc. 9. vbi legimus ex altero Patric. MS. cod. in conspectum, pro:*

conspetu, quia precedit in gloriam.

344. proinde tunc oculos percutere filiorum Israelis, &c. Istud sic legitur Exod. 34. Et erat glorificatus adspetus cutis faciei Moysi, & timuerunt adpropinquare ei, iuxta LXX. & Chaldaeam paraphrasin; pro eo quod B. Hieron. ex Hebræo & Aquila aditio: Videntes, & cornutam Moysi faciem, timuerunt propere accedere; quod oculos percutere recte dixit Auctor, ut potest quum filij Israel splendore vultus sua repercuterentur, ut existimarent cornutam eius faciem; non quidem quod duo haberet cornua (ut recte B. Thomas Aquinas in Epist. Pauli 1. Cor. 3.) sicuti quidem pingunt, sed propter radios, quibus facies tota radiabat, quasi cornua quedam. Quamquam interim Erabanus in Comment. duo cornua referat ad duo Testamenta, unde videatur eius etate capisse modus ille pingendi.

C A P. XXIII.

345. Stet Christus Marcionis, &c. Inscruptionem huic capiti dedimus: De verbis Domini ad Pharisæos, puerorum dilectione, & increpatione eius qui dixit: Sequar te, aliisque vsque ad finem 1. x. cap. Lucae.

346. O genitura incredula, quousque ero apud vos, quousque sustinebo vos? &c. Genitura hic & infra, ac alibi saepe, pro generatione accipitur ab Auctore. Verba vero haec profert quasi ex persona Marcionis ad Catholicos, sed pulchre retorquet. Recte autem adiecit Rhenanus ex Gortiensis codice: quousque sustinebo vos; nam legitur etiam Luc. 9. Atqui mirum est, neque Auctorem neque Epiphanium ad Marc. Confut. 19. legisse aliud quam: O generatio incredula, quum alij omnes adiciant: & peruersa.

347. ἐπερχόμενοι, &c. Similiter infra cap. 25. Ceterum si ἐπερχόμενοι ille; ubi quomodo & hic, ad marginem adnotauit Rhenanus; superuenit enim Deum Marcionis intelligi, ut potest quum illud vox Graeca significet.

348. & illi agis, &c. Hoc est (inquit Rhen.) Actorem procuratoremque eius agis. Eodem pertinet illud elegantius dictum: quam olim apud nos agere cepisti, & quod non multo post sequitur: si vero alij agis. Atque ibi: ut tempus queratis, figuram esse Graecam adnotauit Rhenanus, ac si dicat, secundum tempus, vel de tempore.

349. ut patientiam imputes? &c. Recte adnotauit Latinus hoc paulo post alij verbis repeti patientiam iactas; quamquam interim ego existimem hic variam lectionem ex margine in contextum insertam; quo sit etiam [] signis hic inclusimus omnia haec: Suscipio adhuc & personam discipulorum, &c. vsque: Quis non ita, &c. neque enim verisimile est id ipsum bis ab Auctore repeti. Ego quidem censo illa omnia omittenda; sed quia legunt Vatic. MS. cod. malui retinere, & lineis iam dictis tamquam superflua includere. Atqui Prouerbum illud: A sinu de Aesopi puteo, tractatur cum reliquis internostri Prolegomena. Prorsus autem legimus; deuersatus, pro: diuersatus, quemadmodum ubique Auctor.

350. Sed ecce Christus diligit paruulos, &c. Redit ad verba Lucae, omittens illud (quod tamen adfert Epiphanius aduers. Marcion. Confut. 20.) filius enim hominis futurum est de tradatur in manus hominum. Tacens etiam occasionem, propter quam paruulum adprehendit, & secus se statuit, nempe ad obuiandum cogitationibus Apostolorum quae eorum maior esset, subiiciens interim illud: tales esse docens debere, qui semper

maiores esse velint. Vbi illud: semper, peculiare est Auctori, & nihilominus adnotanda lectio Auctoris consentiens cum vulgato interprete: maior, pro eo quod Erasmus, magnus. Sunt autem verba Marcionis vsque ad Satis impudens Antithesis. Vbi pulchre distinguitur inter paruulos, qui a Christo diligebantur, & pueros quibus Helisæus (4. Reg. 2.) viros immisit, tanquam inter innocentem adhuc etatem, & iudicij iam capacitatem. Atque adeo pueris impiis non pepercisse Deum creatorem, & paruulos dilexisse, ita ut apud Aegyptum (Exod. 1.) benefecit obstetricibus proregentibus partus Hebraeos periclitantes edicto Pharaonis.

351. qui connubium auerfatur, &c. Rursum hic MS. 1. Vatic. cod. aduerfatur legit, sed non refert. Contra vero hunc Marcionis errorem latius supra Auctor lib. 1. cap. 29. eoque ultimo, ubi idem penè verbis vitur, tum de duritia Marcionis maiori quam Pharaonis, Exod. 1. tum de benedictione connubij, Gen. 2.

352. quorum tota causa connubium est, &c. Totam causam accipit Auctor, pro pleraque; nam tria bona connubij adnotauit non vno in loco B. Augustinus: fidem, sacramentum, & prolem; quum interim plerique sepe prolium causa matrimonium contrahant. Nam totum (inquit Nonius) quod plus putatur: non pro cuncto alicubi accipi potest. Id enim disertis verbis indicat Auctor quum paulo post subiungit: ipsum quoque fructum connubij benedicendo promisit, qui de infantia primus est.

353. Repraesentat creator ignium plagam, &c. Repraesentare hic iterum accipit, pro praesentem facere, efficere, ac ad effectum deducere. Intelligere autem satis nequeo, quid veli per illud in illo Pseudopropheta. Neque enim 4. Reg. 1. postulauit Helias ignium plagam in aliquem Pseudopropheta, sed in duos quinquagenarios principes, & 50. qui erant cum illis, nisi forte existimari Auctor quinquagenarium alterum Pseudopropheta fuisse, immo & verumque. Nam etiam B. Ambrosius in 3. cap. Luc. sic loquitur: Numquid sancti Pseudopropheta; quos ad preces Heliae vltor caelestis iniuria ignis absumpsi: Quod si ita est, merito illi pro aeternis habendi Caluinistarum nostri temporis circumfessionem. Atque haec sunt verba Marcionis, quibus Antitheses suas confirmabat, ex eo quod Creator ignium plagam repraesentauerit, quum Christus prohibuerit, vsque ad illud; Agnoscat & haereticus.

354. è contrario Christi lenitatem; increpantis, eandem animaduersionem destinantes discipulos, super illum viculum Samaritarum, &c. Sic prorsus suppleuimus locum hunc antea mutilum, partim ex sequentibus, partim ex Euangelista, pro eo quod legebatur dumtaxat: è contrario Christi, &c. destinantis, &c. Nam quum non essent recepti Apostoli in viculum (Graece εἰς κώμην) Samaritanorum, & discipuli Iacobus & Joannes dixissent: Vis dicamus ut ignis descendat de caelo, & consumat illos: conuersus Christus, increpauit illos.

355. Nam & tunc ad Heliam. Non in igni (inquit Dominus) sed in spiritu miti, &c. Sic prorsus distinguendus & castigandus hic locus, ut legatur: in spiritu miti, pro: miti; tum quod sit Graecè 3. Reg. 19. (ut tunc accipiat pro: sub Veteri Testamento) οὐρανὸν λέγει, quod spiritum, id est, statum siue auram moderatam & tenuem significat, mitis vero pro moderata accipiat: tum quod aliqui contextui repugnaret Auctor, ubi

Vbi habetur: non in spiritu Dominus; maxime quum consentiat nobiscum alter Vatic. codex Manus.

356. At enim humanissimus Deus cur recusat eum, &c. Pergit in contextu Euangelista, addens ad iudicem Deum (quem negabat Marcion) pertinere, quod recusat Christus eum qui dixerat: Sequar te quocunque ieris. Paraphrasticè exponens recusat eum à Christo, quod tamen expressè non habet Euangelista Lucas; in hoc consentiens cum nostro Interprete, quod legat, ieris, pro quo Erasmus ex Graeco abierit. Atqui prorsus legimus cum altero MS. Vatic. cod. consecuturum salutem, pro: secuturum.

357. Illi autem caussato patris sepulchrum, quum responderet: Sine, mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & adnuntia regnum Dei, &c. Hic iterum probat Verba Christi conuenire cum Veteri Testamento.

358. & super patrem suum non contaminabitur, &c. Omissi Auctor quod est praeterea Lev. 21. & super matrem suam, iuxta editiones omnes; deinde non expressit, dictum illud fuisse de summo sacerdote dumtaxat, quod adeo sacerdotibus in genere videtur adtribuere.

359. in Arithmis, &c. Eodem modo librum Numerorum citat Auctor infra cap. 28. Balaam; inquit) Propheta in Arithmis, retenta voce Graeca, Latine vero B. Cyprianus ubique in Numeris, cuius lib. cap. 6. habetur quod hic Auctor citat.

360. Puto autem & deuotioni & sacerdotio destinabat, quem praedicando regno Dei imbuebat, &c. Facit istud pro sacerdotio noui Testamenti, in quo qui praedicando regno Dei imbuuntur, sese Deo deuouent, atque adeo pro uois tacitis sacerdotio annexi.

361. Quum verò & tertium illum, prius suis valedicere petentem prohibet retrò respectare, &c. Hac lectione Auctor confirmat lectionem illorum, qui sub finem cap. 9. Luca legunt: permittite mihi primum renuntiare (seu valedicere, quod hinc loco magis competit) his qui domi sunt: pro eo quod alij: his qui domi sunt. Neque verò erat opus alioqui istud proponere Christo, si ipse renuntiaffet omnibus suis, & Christum ita secutus fuisset, non enim opus erat ad hoc domum reuerti. Graeca voces indifferentes sunt ad verumque. Atqui sectam iterum in bonam partem accipit.

362. Hoc & ille noluerat fecisse (nempe: retrò respectare) quos ex Sodomis liberarat. Gen. 19.

C A P. XXIII.

363. Adlegit & alios septuaginta Apostolos super duodecim, &c. Caput hoc inscriptum: De adlectione LXX. discipulorum (quos Auctor, nusquam hac nomina distinguens, Apostolos vocat; sicuti cap. 22. discipulos nuncupat Petrum, Iacobum, & Joannem) & potestate illis data; ex cap. 10. Lucae. Atqui, praeterea quod Graecè sit hodie, ἐξουσίαν ὄντων, etiam sic legunt Theophylactus in Comment. Cyrillus loco in Catena Euangelica citato, Euseb. histor. Eccl. lib. 11. cap. 12. Dorotheus in Synopsi, & B. Irenaeus lib. 3. cap. 13. Similiter etiam inter Latinos legunt: septuaginta, (non: septuaginta duos) B. Ambrosius in Comment. & B. Hier. ad Eubolam, Mans. 6. Pro quo etiam faciunt LXX. palmæ, quæ tum illi duo postremo, tum Auctor discipulis Christi adplicat (sicut Apostolis fontes xij. in Elim) Num. 33. Præmissam quod loco citato Dorotheus LXX. dumtaxat nominatim recenset, & quod consentiat etiam Sy-

riaca versio. 364. Antithesis plurimum caussarum, &c. Plurimum (inquit Rhenanus) hic est Aduerbium, id est, plurimum, plerumque, ut supra. Atqui quod dicit: potestatum, idem est ac si dicat: Deitatum, nam duos Deos ex Antithesis suis nitebatur comprobare Marcion. Quod ipsum satis indicatur his verbis paulo post: vnam & eandem potestatem.

365. praeter oneribus conspationum, &c. Praeter (inquit idem) Aduerbialiter usurpat, pro: praeterea. Sic infra, cap. 34. Ceterum (inquit) praeter ex causa adulterij, nec creator difiungit. Consparionem autem verit, quod Graecè quoque unica voce legitur Exod. 12. τὸ σάις, pro quo B. Hieron. ex Hebræo farinam conspariam antequam fermentetur, & recte, nam & Nonius Marcellus adnotauit Graecis esse farinam aqua maceratam, manibusque subactam, quæ fermenti acorem nondum contraxerit; ut potest aptissimam ad conficiendum panes æzymos.

366. Christus autem nec petam discipulis in viam ferre praescripsit, &c. Prorsus sic legendum censo, pro: nec virgam; tum quod hoc neque Graecè, neque Syriacè, neque Latine in ulla Luc. 10. codicibus legatur; tum quod virga nihil faciat ad penuriam aut copiam; tum denique quod spoliis aureorum & argenteorum vaforum, & oneribus conspationum, magis opponatur petra, quam: virga; quippe quarum Antithesis vtebatur Marcion iam inde ab illo: Professionem, &c. vsque ad: Illi enim, &c.

367. Considera caussam offerentiam, &c. Sic (inquit Rhenanus) hic dicit offerentiam, ut ante dixit sufferentiam. Atqui more suo, circueiens accipit Altius Auctor, pro: circue praecipiens, quod indicat verbi praemisus: hi autem in ciuitates mittebantur.

368. Etiam calceamenta portare vetuit illos, &c. Hoc quoque Christi cum veteri lege conuenire insinuat, in eo quod nec in solitudine per tot (nempe XL) annos populus calceamenta detriuerat, sicuti legitur Deuter. 29.

369. Neminem, inquit, per viam salutaueritis, &c. Hic castigati in dictis B. Lucae: per viam; ex Vatic. altero MS. cod. pro: in via, quia Graecè est: τὴν τὴν ὁδὸν.

370. Accinge lumbos tuos, &c. Sic rectius vertit Auctor, quantumvis Graecè sit, 4. Reg. 4. τὴν ὁδὸν ἰν singulari numero, quam Interpres Latinus LXX. lumbum tuum; quia & Gaza in Aristotelem, alijque interpretes Graecorum Auctorum in plurali vertere solent. Addidit interim Paraphrasticòs illud: in via, quod neque Graecè est, neque in Hebræo aut Chaldaeo; quibus cum Auctor recte benedictionem, quæ Graecè legitur, interpretatur: ex occurfu mutuam salutationem. Atqui (inquit Rhenanus) conuenite Tertullianus usurpat pro: inuenire, deprehendere; quemadmodum supra locutus est non semel. In hoc ipso libro, cap. 6. Hæc (inquit) conuenimus.

371. Sic & Dominus: In quam introissent domum, pacem ei dicere, &c. Omissus in hoc loco Luc. 10. Ut, intermedium, plane superfluum; secuti 2. MS. Vatic. cod. Accipit autem dicere more suo, pro: quum dixit. Deinde accipit, tanquam bene precantis sit, illud 4. Reg. 4. Pax viro tuo, pax filio tuo (ubi tuo suppletus ex Vatic. 2. MS. cod.) quum iuxta editiones omnes interrogantis sit.

372. Hæc erunt potius nostræ Antitheseis, &c.] *Consentium Rhenano MS. legendo: Antitheseis, qui adnotat: Hæc ponit pro hæc, sicut in fine libri de Patruina dixit: Hæc disciplina, pro: Hæc disciplina.*

373. Dignus est autem operarius mercede sua, &c.] *Addimus est ex utroque MS. Vat. cod. quia legitur Luc. 10. ex quo loco Auctor tum Deū indicem comprobatur, tum rursus consonantiam ostendit cum lege veteri. Apud Evangelistam aptius legitur enim, quam: autē; ut ad præcedentia referatur. Atqui bene habet, ut os eis obstruatur, qui mercedem aut retributionem operum negare non verentur, quod Lucas dixerit: operarium mercede sua dignum, pro eo quod Matthæus: cibo suo.*

374. Quis tam præstans in homines, &c.] *Præstans (inquit Rhenanus) hic liberalem & benignum significat, à præstando, id est, exhibendo. Nam libro 2. cap. 16. præstantiam, pro liberalitate posuit. Sic & misericordiam (inquit) propter errantes, & patientiam propter nocentes. Et hoc ipso libro infra, cap. 29. Ceterum nihil tam abruptum, quam ut alius præstet, alius de præstantia eius securus agere mandet, hoc est, de præstantia sive exhibitione.*

375. Regnum Dei, &c. iubet adnunciari adpropinquasse, &c.] *Pergit ad sequentia Verba Christi. Hinc autem confirmatur illa Latinorum codicum lectio: Adpropinquavit in eos regnum Dei, pro eo quod alij: adpropinquabit, Græcè quoque & Syriacè sic legitur. Legimus autem ex altero MS. Vat. cod. tunc primum speciem inducens, pro: spem.*

376. Etiam adiicit: ut eis qui illos nō recepissent, dicerent: Scitote tamen adpropinquasse regnum Dei, &c.] *Vatican. MS. cod. Etia dicit, alter magis Tertullianicè: edidit, sed retinimus: adiicit. Repetit enim secundò id ipsum Christus etiam apud Lucā, de regno Dei, immò & tertio post verba sequentia.*

377. Sic & pulverem iubet excuti in illos, in reificationem, &c.] *Vnico verbo id ipsum repetit quod habet Lucas cap. 9. ad Apostolos xij. & hic magis dilatat his verbis: Dicite: etiam pulverem qui adhesit nobis in civitate vestra, excutimus in vos.*

378. Et ad horrentiam terræ eorum, &c.] *Sic prorsus lego ex coniectura Rhenani: pro eo quod erat: & adhaerentiam, id est: ut exhorrent terram eorum. Erat igitur huius formæ vocabulum horrentia, cuius sufferentia, offerentia, de quibus antè diximus; nisi quis malit legere: & abhorrentiam, vel quò magis accedunt MS. & horrentiam. Nullo autem pacto quadrare huic loco adhaerentiam, patet ex eo quod sequitur: nedum communicationis reliquæ; quia nullam communicationem cum illis habendam, etiam veteris Legis testimonio comprobatur.*

379. Ammonitas & Moabitas prohibeat recipi in Ecclesiam, &c.] *Istud quidem reperitur Deut. 23. eo quod inhumane & inhospitaliter traxissent populum, sed illud Auctoris: quod populum Aegypto profectum copiis defraudassent, non nisi ex consequenti, eo quod Balaam quem conduxerant (sicut legitur Deuter. loco hic citato, & Numer. 22.) ad maledicendum populo, docuit (Apostolo etiam Ioanne adstante Apoc. 2.) Balac Regem Moab mittere scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari, nempe cum filiabus Moab, sicut est Numer. 25. De quo etiam intelligitur illud Numer. 24. Peruntamen revertens ad locum malum, consulam tibi quid facies populus tuus populo isti. Et verò ob*

peccatum illud ita defraudarunt copiis populum, ut duo die interfecta fuerint 24. milia, sicut legitur Numer. 25.

380. Communicationis interdictum, &c.] *Ista pulcre appellat quod nos excommunicationem vocamus, de qua late tractauimus supra Tom. 1. Apolog. cap. 39. num. 502. Hic solum adnotatu dignum, quod pro iisdem habeat: abhorrentiam, sive: horrentiam communicationis, prohibitionem ne in Ecclesiam recipiantur, & communicationis interdictum.*

381. Qui vos spernit, me spernit, &c.] *Profecit, intermissis aliquot aliis quæ ad institutum non faciebant, Verba Evangelistæ, similem locutionem adferens ad Moysen, seu potius ad Samuelem.*

382. Non te contempserunt, sed me, &c.] *Istud reperitur 1. Reg. 8. Nusquam verò in Pentateuco simile quid ad Moysen dictum est. Et verò, id ipsum tamquam ad Samuelem dictum, nominatim citat B. Cyprianus cum hoc Luca loco, Epist. 55. ad Cornel. & Epist. 69. ad Florentium Pupianum, & nominatim ex libro Regnorum epist. 65. ad Rogatianum. Quo fit, ut etiam hic existimem contigisse Auctori $\mu\eta\mu\alpha\sigma\iota\omega\nu\delta\ \epsilon\mu\alpha\sigma\tau\eta\mu\alpha\epsilon$; hinc factum fortassis, ut B. Cyprianus tam disertis verbis nominatim Samuelem ubique tribuat; qui hos locos citat, ad comprobandam auctoritatem Episcoporum, qui Apostolorum successores existunt.*

383. Quis nunc dabit potestatem calcandi super colubros & scorpiones, &c.] *Rursum, intermissis aliquot quæ non tam aptè conveniebant ad refutandum Marcionem, profecit verba Luca. De differentia verò colubrorum sive serpentum, scorpionum & aspidum & lacertæ, vide Plinium.*

384. etiam paruulis pueris per Isaiam repro-misit, &c.] *Sic ex Vatican. MS. cod. pro: puerulis, ne sit $\chi\epsilon\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota\omega\epsilon$. Pro: natorum, Græcè est $\epsilon\tau\epsilon\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota\omega$, quod significat etiam, posteros, nepotes, oriundos. Veritè autem Paraphrasticus: nec lædi, eo quod sequitur: & non malefacient, neque perdere illum poterunt. Quò adludit Auctor quum subiicit: nam nec ipsæ bestia nocere poterunt.*

385. sicut nonagesimus Psalmus ad eum: Super aspidem, &c.] *Istud quod alij plerique de quouis iusto, atque adeò de Apostolis prædictum intelligunt, peculiariter ad Christum refert Auctor, imitatus B. Irenæum lib. 3. cap. 38.*

386. Illa die superducat Dominus Deus macharā, &c.] *Iterum macharā ex Græco retinuit, pro gladio: quod verò habet: in draconem illum colubrum magnum & tortuosum, differt in hoc ab aliis qui LXX. citantur Isai. 27. quod legant: colubrum fugientem, Græcè $\phi\epsilon\upsilon\gamma\omicron\nu\tau\alpha$, deinde omisso quod abia aditiones habent omnes: qui in mari adiungit præcedentibus: illa die (sicuti etiā Eusebius alicubi, teste B. Hieron. in Comm.) quod Hebræi & ceteri explanatores sequentibus.*

387. Sed quum idem (nempe Isaias inquit) Via munda, &c.] *Sic distinguendum est istud, & suppleendum: quod reperitur Isai. 35. Vbi in hoc solo differt à LXX. quod legat: & non transibit illic immundus, pro eo quod Græcè & Latine, Hebræicè & Chaldaicè: immundus. Atqui magis placet quod habent duo MS. Vat. cod. euacuationem & subiectionem bestiarum, quam: euacuationem, eo quod præmissis testimonia scripturarum de conculcatione leonis & draconis, interfectione draconis, colubri tortuosi, & quod ex bestiis pessimis non inueniretur quidquam; quæ omnia ad*

cu-

euacuationem, id est, interitum (sicuti vi solet Auctor) bestiarum pertinent, non euacuationem.

C A P. XXV.

388. Quis Dominus cæli inuocabitur, &c.] *Titulum huic capiti dedimus: De oratione Domini ad patrem verbis eius ad discipulos, & responso ad Legis Doctorem; ex eodem cap. x. Luca.*

389. Gratiarum enim (inquit) ago, & cōfiteor, &c.] *Præmissis explanationis causa Auctor, ut significet: confiteri, hic accipi pro: gratias agere; quum alibi multis in locis scripturæ aliter accipiatur; aut potius quod Marcion illud legeret, sicuti patet ex Epiphano aduers. eundem Confutat. 22. ubi præterea adiicit prætermissum fuisse à Marcione quod adeò etiam hic non habet Auctor) pater, item: & terræ, quum tamen paulopost retinuerit, Deo dissonante: Ita pater. Deinde paraphrasticus vertit: quod ea quæ erant abscondita sapientibus & prudentibus, reuelaueris paruulis, pro eo quod Christus apud Lucam: quod abscondisti hæc, &c. & reuelasti, &c. Bene autem habet, quod cum vulgato Interprete vertit Auctor: paruulis, quod Græcè est $\nu\mu\tau\omicron\iota\sigma$.*

390. non Prophetias, &c.] *Paucis complectitur omnis generis scripturas obscuras, quum addit: prophetias, parabolas, visiones, & rerum, verborum, aut nominum argumenta, per allegorias & figuras, vel anigmatum nebulas obumbrata. Unde mox subiicit Auctor: abscondisse creatorem hæc à sapientibus, præmissis obscuritatis Prophetarum instrumento. Valeant ergo qui scripturarum obscuritatem negant, & facilitatem omnibus obuiam etiam mulierculis iactant; non animaduertentes illud Isaiæ iterum hic repetitum: Nisi credideritis, non intellegitis.*

391. cum maximè, &c.] *Id est (inquit Rhenanus) in primis, omnium maximè, quem admodum supra admonuimus. Sic rursus infra, cap. 27. Qui quum maximè potiora legis prætereuntes inculabat. Est etiam Tertullianicum: dissimilis creatoris.*

392. perperam in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministrantes, &c.] *Hoc iterum vult Auctor, quod non semel supra dixit: Philosophi hæreticorum Patriarchæ.*

393. & prudentiam eorum celabo, &c.] *Sic prorsus castigandus hic locus Isai. 29. ex altero Vatican. MS. cod. pro: zelabo; nam supra lib. 3. aduers. Marcion. cap. 6. veritè Auctor: & prudentiam prudentium eorum abscondam, Græcè $\kappa\epsilon\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota\omega$; pro quo, quia alij verbis eundem sensum exprimens (vel B. Hier. teste in Comm.) Apostolus 1. Cor. 1. reprobo legat, substituisse videtur aliquis hic illud: zelabo, non animaduertens sequi apud Auctorem: tam abscondisse.*

394. & dabo illis thesauros, &c.] *Similiter etiam infra lib. 5. aduers. Marc. cap. 6. & 14. citat illud Isai. 45. in hoc differens tam à Græco LXX. quam ab Hebræis, Chaldaicis ac Latinis exemplaribus, quod legat: illis, pro eo quod alij: tibi.*

395. Et rursus: Quis alius disiciet signa ventriloquorum, &c.] *Eodem modo incipit hanc scripturam infra Auctor lib. aduers. Præcean; sequenti versu adplicans, quod hodie apud LXX. coniungitur præcedenti. Ventriloquorum verò (sicuti etiam alibi adnotauimus) vertit Auctor ex Græco $\epsilon\tau\epsilon\lambda\omicron\upsilon\sigma\alpha\iota\omega\delta\alpha\upsilon$, idque non hic modò, sed vbi cumque B. Hieron. vertit: Pythones) ita dictos iuxta Cyrilli & Ilychi Lexica, quod*

fingerent se Deos in ventre habere, atque adeò ex ventre loquerentur; quo fit ut mulieres Pythonicæ frequentiores viris fuerint. Atqui supplemus mox: Nationum, quas interpretamur, ex utroque MS. Vatican. codice.

396. Sed in destructionem (inquit) uti traduceret eas, &c.] *Verba hæc sunt à Marcione. Traducere verò interpretatur Rhenanus, hoc est, infamare, carpere, ut lib. de Præscript. adu. hæres. c. 33. Nam & sic (inquit) facilius traducuntur. Est autem Tertullianicum, etiam cap. præced. usurpatum, illud: puto.*

397. Omnia sibi tradita dicit à patre, &c.] *Pergit iterum in Verbis Evangelistæ. Atqui contra Arrianos facit, & quosdam Arrianizantes hodiernos, quod addit hic Auctor: quia non minori se tradidit omnia filio creator. Eodem etiam modo istum locum interpretantur B. Hilarius & Augustinus alicubi.*

398. Sed: nemo scit qui sit pater, nisi filius, & qui sit filius, nisi pater, & cuiusque filius reuelauerit, &c.] *In prima aditione ter hic id ipsum (quod haud dubiè pro varia codicum aditione ex margine in contextum irreperat) alij atque alij verbis repetebatur, in aliis quæ interea sunt excusa, mansit duplex lectio; fortassis quod existimarent hic citari primum Verba Lucae 10. deinde & Matth. 11. diuersa quidem, sed eiusdem sententiæ. Verum quum hæc iterum usque ad: Hinc enim, &c. ex persona Marcionis obiciantur, qui Matthæi Evangelium minime recipiebat; unicum hanc lectionem retinendam censuimus, sicuti etiam vestigia codicum Vatican. MS. prætermisissis illis: Nemo enim scit patrem nisi filius, & filium nisi pater. In hoc iterum differt Auctor, quod verba transponat, nam apud Lucam legitur: Nemo scit quis (pro quo Auctor: qui, more suo) sit filius nisi pater, & qui sit pater nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, pro quo Auctor dumtaxat: & cuiusque filius reuelauerit.*

399. Hinc enim & alij hæretici fulciuntur, &c.] *Ironiçis dicit Auctor: fulciuntur, quia per dicta Verba Christi potius reuincuntur, opponentes creatorem omnibus notum; ubi videtur ad Præceanos adludere, qui patrem & filium eundem falso adferentes, id nitentur probare ex reuelationibus frequentibus, quibus Deus Israël loquebatur familiariter.*

400. Ecce enim nec de Nationibus (inquit) nemo, &c.] *Quum quod præcedit, & quæ sequuntur, Isai. 1. & 40. reperiantur scripturæ testimonia; hic adludere censo Auctorem ad illud Isai. 63. Nec de Nationibus vir mecum.*

401. Beati oculi qui vident quæ videris. Dico enim vobis, quia Prophetæ non viderunt quæ vos videris, &c.] *Ad sequentia transit Christi ad discipulos suos verba; dumtaxat adferens quæ ad institutum de visione pertinebant, & in compendium contrahens; omisso etiam illo: & Reges. Atqui rursus Auctor: representationem accipit, pro conspectu rei presentis.*

402. Denique ostendemus, & iam ostendimus, &c.] *Neque enim hoc libro aliud docet quam: ea visa & adimpleta in Christo, quæ fuerant prædicata, utique & ab ipsis Prophetis abscondita, hoc est: obscure prædicta, quod rursus facit ad obscuritatem scripturæ comprobandam.*

403. In Evangelio veritatis Legis doctor Dominum adgressus: Quid faciens (inquit) vitam æternam consequar? &c.] *Euangelium veritatis vobis*

H H h

cat Luca Evangelium, hereticum vero Marcionis; videntur in quo vita solummodo posita erat, sine æternæ mentione. In quo Epiphanius vim non faciens, dumtaxat vitam à creatore promissam retorquet in Marcionem, Confutat 23. dum tractat illud: Hoc fac & vines. At illud habuit exemplaria omnia tam Græca & Syriaca quam Latina; ut non sit verisimile, (quod quasi per concessionem donare videtur paulopost Marcion) quod nostri æternam addiderint.

404. de ea vita videatur consuluisse, quæ in lege promittitur à creatore longæva, &c.] Intelligit illud Exod. 20. adiunctum præcepto de honorando patre & matre: ut sis longævus.

405. secundum legem responsum dedisse: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, &c.] Intelligit legem illam Deuteronomij 6. Diliges, &c. ubi quum dumtaxat tria illa habeantur: ex (sive in) toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, sicuti Græcè hic etiam est (sive: totis viribus tuis, quod legitur cum Interprete vulgato etiam Auctor) quod ad propositum non faceret concordia novi Testamenti cum veteri, omisit quartum illud: & ex tota mente tua. Neque vero Deut. 6. aliud unquam lectum fuisse satis indicat quod de Iosia scribitur 4. Reg. 13. quod reuersus sit ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi. Legitur interim etiam Marci 12. & ex toto intellectu.

406. vitam legalem, &c.] Id est, quantum mihi quidem videtur, à lege promissam longævam vitiq.

407. æternæ vitæ per exempla recidiuæ, &c.] Recidiuæ (inquit Rhenanus) id est: redeuntis, puta per resurrectionem à Christo factam. Vnde recidiuatum dixit lib. de Resurrect. carnis, cap. 18. quæ carnis recidiuatum pollicentur, id est, resurrectionem. Et, cap. 30. recidiuatus Iudaici status. Est vero etiam Tertullianicum illud: sublimior spei.

408. Pro differentia enim mercedum, operarum quoque credenda distantia est, &c.] Etiam hic locus adnotandus pro mercede operarum, sive operum. Rursum autem hic habes verbum Tertullianicum & Cyprianicum: viderit. Atqui legimus ex vtroque MS. Vatican. cod. Quid, oro te (phrasi rursus Tertullianica) pro: Quod.

C A P. XXVI.

409. Quum in quodam loco orasset, &c.] Caput hoc inscripsimus: De oratione Dominica, alii que orandi formis, & parabolis eò pertinentibus; de furdo dæmonio expulso, & exclamatione mulieris de turba; ex capite xi. Lucæ. Omisit enim hic Auctor reliqua capitis x. tum de eo qui incidit in latrones, tum de ingressu Iesu in castellum Marthe & Mariæ sororum, sicuti etiam Epiphanius, quod mirum est.

410. sicut & Hierusalem suffugi ab eo potuit, &c.] Sic ex MS. Vatican. 2. cod. pro: suffigi; videtur enim velle, quod à Christo Hierusalæ ciuitas creatoris suffugi potuerit, si odisset creatorem qui terram creauerat. Atque adeo videtur etiam Auctor illud: & erat in quodam loco orans, intellexisse de Hierusalem. Nisi malis quis ad creatorem referre, quod ab eo suffigi, id est, deleri Hierusalem potuerit.

411. Adgressus eum ex discipulis quidam: Domine (inquit) doce nos orare, sicut & Ioannes discipulos suos docuit, &c.] Ad verba Luca pergit explicanda, ubi supplemus: & ex vtroque Vatican. MS. cod. quia etiam Græcè est. Sunt autem verba Marcionis: Scilicet quia alium Deum, &c. Vique: Hoc qui, &c. Atqui paulopost legere malimus postulandum; iuxta alterum Vatican. MS. cod. quæ: expostulandum; tum quod hoc sit amphibolice significationis, tum quod paulopost subiicitur: A quo spiritum sanctum postulem?

412. Cui dicam, Pater; &c.] Rectè hoc vnum Auctoris quia est Græcè hodie legatur: πατὴρ ἡμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, & similiter Syriacè, tamen in Latinis codicibus non amplius legitur, Luc. 11. quæ: Pater; suspicor illud Græcè adiectum ex Evangelio Matthæi 6. secundum quem legitur supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 2. Pater noster qui in cælis es.

413. A quo spiritum sanctum postulem? &c.] sic circumscriptis quod habent Lucas & Matthæus: Sanctificetur nomen tuum. Nam (vni inquit B. Cypri. lib. de Oratione Dominica) sanctificatur non modo (iuxta Apost. 1. Cor. 6.) in nomine Domini Iesu Christi, sed & in spiritu Dei nostri. Hæc sanctificatio itaque, dum vni nobis permaneat oramus, quodammodo spiritum sanctum postulamus. Vnde & B. August. loco infra citato: Nomen (inquit) Dei sanctificetur in spiritu. Aliam interim eiusdem expositionem vide supra dicto lib. de Orat. cap. 3.

414. Eius regnum optabo venire, &c.] De huius petitionis expositione, vide eundem librum supra cap. 5. Hic nihil aliud vult, quam ut ostendat omnia hæc à Deo creatore peti, non à Deo Marcionis; vtpote: quæ in manu Dei sint corda regum. Prouerb. 21. Porro quod hic prætermittit illud: Fiat voluntas tua in cælis & in terra (de quo vide ubi supra cap. 4.) facit pro illorum sententia; qui in exemplaribus tam Græcè quam Syriacè ac compluribus Latinis, additum id existimant apud Lucam ex Mattheo; maxime, quum expressis verbis (sicuti etiam ante me adnotauit Reuer. Dominus Iansenius in Comment. Concord. Euang. cap. 83.) B. August. Enchirid. cap. 115. & 116. doceat Orationem Dominicam septem habere petitiones apud Matth. quinque apud Lucam dumtaxat, pauciores quidem sed quæ eandem sensum cum aliis illis contineant.

415. Quis dabit mihi panem quotidianum? &c.] Non solum Lucam citans hoc loco, sed etiam supra dicto libro cap. 6. secundum Mattheum vertit Auctor ἐπιβίον, quotidianum; quare valeat Erasmus, putans potius verti debere: crastinum, directè contra Domini sententiam, qui paulo ante vetat de crastino esse sollicitus, cuius adeo explicandi gratia aditum adnotauit supra: hodie. Atqui etiam hic Auctor spiritaliter potius intelligere se istud de corpore Christi (sicuti ibi latè deduximus num. 23.) quam corporaliter, satis insinuat, quum figuram hic citat corporis Christi: panem Angelorum etiam de cælo præstitum. Adluit autem ad Psal. 77. & Sap. 16. ubi, & panis Angelorum, & panis de cælo, Manna appellatur.

416. Quis mihi delicta dimittet? &c.] Græcè τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν apud Lucam, pro eo quod apud Mattheum est τὰ ὀφειλµέτα. Sed vtrumque pulchrè conciliat Auctor libro citato cap. 7. Debitum (inquit) in scripturis delicti figura, id est, significatio est; de quo ibi latius numer. 29. sicut etiam de verbo: dimittete, vbiq.

vbiq. Auctori visitatio num. 27.

417. Quis non finet nos deduci in tentationem? &c.] Sic quasi aliud agens interpretatur illud: Et ne nos inducas in tentationem, id est (sicuti etiam supra dicto lib. cap. 8.) ne nos patiaris induci. Nec aliter infra Tomo 5. lib. de Fuga in persecutione. Omittens hinc Luca illud: Sed euehe (vel eue) nos à malo; quippe quod non modo Augustino teste loco supra citato in idem recidit, sed etiam apud Matth. dicit esse clausulam, interpretantem quid sit: ne nos inducas in tentationem.

418. Proinde à quo petam, ut accipiam; apud quem quaeram, ut inueniam; ad quem pulfabo, ut aperiat mihi? &c.] Pergit in verbis Evangelistæ, ordine tamen inuerso; nam multo post ponitur: Petite & dabitur vobis, &c. item: Omnis qui petit accipit, &c. ad quorum vtrumque hic adluit. Quod etiam ipse fateatur, dum paulopost subdit: Sic & præmissa similitudo, &c. Est vero illud Tertullianicum: Quis habet petenti dare. Item illud: Sic nec aliorum pulfabo, pro: alibi; & quæm vnde sum sanctus, hoc est, ubi aliquando munere meo sum sanctus, ex quo audacia pulsandi orta est; hoc est enim quod subdit paulopost Auctor: ad eum pulsat, ad quem illi ius erat, & cuius ianuam norat. Omnino enim ius castigandus hic locus est ex altero Vatican. MS. cod. pro: vnde sum fugatus.

419. Sic & præmissa similitudo nocturnum panis petitorum amicum facit, &c.] Adluit ad illud eiusdem Luca paulo ante: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicit illi: commoda mihi tres panes, &c. Et ille de intus respondens dicit: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei (infantes Tertulliano, nam Græcè est τὰ παιδία) mecum sunt in cubili, non possum surgere, &c. Et si ille perseverauerit pulsans, dico vobis: Et si non dabit illi, &c. Vbi etiam legisse se: si perseverauerit pulsans, satis indicat, quum subdit Auctor: Itaque ad eum pulsat ad quem illi ius erat.

420. Agnosce igitur & patrem, &c. Ipse est qui scit quid filij postulent, &c.] Hic Auctor confirmat lectionem Græcam & Syriacam, ac B. Augustin. sermon. 29. de verb. Domini: Quis autem ex vobis patrem petet filius panem, pro eo quod vulgatus Interpretis dumtaxat: Quis autem ex vobis patrem petit panem? & carnis desiderantibus, emisit, ortygommetram, &c.] Retinuit Auctor Numer. 11. vocem Græcam ὀρτυγοµητρα, id est, coturnicum matricem seu copiam.

421. non serpentem pro pifce, nec scorpionum pro ouo, &c.] Ex hoc ubi piscis mentionem facit Christus, latissime impugnat Marcionem Epiphanius Confut. 24. qui animatus Vesci adferebat illicitum. Atqui quod dicit Deus Marcionis non habens scorpionum, adluit ad hoc, quod noxia animalia adtribuebat Deo Creatori.

422. Illius autem erit non dare malum pro bono, &c.] Adluit ad illud Christi: Si ergo vos quum sitis mali, nolitis bona dare filiis vestris, &c. ex quo maxime Marcionem redarguit Epiphanius, quod vocet bona data, piscem & ouum.

424. Itaque & spiritum sanctum is dabit, &c.] Hic ad illud: quanto magis pater cælestis dabit spiritum sanctum petentibus se. Sic enim trāstulit quod Græcè est

ἐκ τῶν, pro quo alij Latini omnes: spiritum bonum.

425. Quum surdum dæmonii expulisset, &c.] Hic ad sequentem historiam Luc. 11. transtulit de dæmonio furdo. Sic enim vertitur vox Græca κωφός, non solum ab Auctore, sed etiam ab Interprete Chrysostomi, vtpote quæ & mutum & surdum significet, quem admodum etiam vsu venire videmus, vti qui naturā surdi sunt, etiam muti sint.

426. ut & in ista specie curationis Isaia occurrisset. Non semel istud habet Isaia, sed cap. 29. 35. 42. & 43. Videtur interim maxime ad illud adludere cap. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, eo quod Matth. 11. & Marc. 3. etiam cæcum fuisse istud dæmonium adferatur.

427. in Beelzebule dictus eiecer dæmonia: Si ego (inquit) in Beelzebule eicio dæmonia, filij vestri in quo eiciunt? &c.] Lego vtrouique, & paulopost: Beelzebule, pro: Belzebule, secundum vestigia 2. MS. Vatican. cod. Qui quidem legunt: Beelzebub, non male iuxta B. Hieron. in Matth. qui idolum musca, quæ Zebub Hebraicè vocatur, eam vocem interpretatur; sed quum Græcè sit tam apud Mattheum & Marcum, quam apud Lucam: Βεελζεβούλ, illud legere malo. Supplens etiam secundo loco: eicio dæmonia, ex Vatican. 2. MS. cod.

428. non posse Satanam diuidi aduersus semetipsum, &c.] Rectè præmittit; prior sensus, id est, sententia, quia prius legitur apud Lucam: Si Satanus in seipso diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quod etiam paulopost citat Auctor explicans: in suis terminis & legibus & officiis.

429. Quod si ego in digito Dei expello dæmonia, ergone adpropinquauit in vos regnum Dei? &c.] Auctor legit Græcè ἐξ ἐγὼ, cum accentu circumflexo quod ergone significat, pro eo quod alij: ἐξ ἐγὼ, id est: profecto. Reuini autem: adpropinquauit, pro eo quod Vat. 2. adpropinquabit, quia alij omnes tam ex Græco quam Syriaco vertunt: peruenit. Pulchrè autè ex loco simili Exod. 8. digitum Dei, virtutem eius interpretatur; ubi dicebant maligni nescientes educere cyniphe: Digtus Dei est hoc, Græcè: τὸ δακτύλου.

430. Merito igitur adplicuit, ad parabolam fortis armati, quem validior alius oppressit, principem dæmoniorum, &c.] Pergit in verbis Christi apud Lucam, ubi: oppressit vertit νικῶν, quod alij: vicerit, & ipse paulopost: superasse.

431. morerentur, in terram defluendo, &c.] Videtur adludere ad illud mulieris Thecuthi, 2. Reg. 14. Morie moriemur, & quasi aqua effusa super terram, &c. Quum subiungit autem: sæpè & à scorpio docti, non esse superatum creatorem, hoc vult: sæpè Marcionitas à scorpio enecatos doceri, non esse superatum creatorem (vtpote quem illi armatum fortem interpretabantur) à Deo Marcionis; quem volabant esse Deum validiorem.

432. Exclamat mulier de turba: Beatum vtrum qui illum portasset, & vbera quæ illum educasset. Et Dominus: Immo beati qui sermonē Dei audiunt & faciunt, &c.] Tractatur istud ipsum supra lib. de Carne Christi, cap. 7. & rursum lib. 3. adu. Marc. ca. 11. ubi nominatim, verbis supra ad calcem Argumenti citatis hunc locum citat. De altero deniq; loco Luc. 8. quem hic adfert de prælati matris & fratribus obsecutoribus Dei, vide supra cap. 19.

C A P. XXVII.

433. Alibi malo purgare, &c.] Inscriptionem huius Hh ij

capiti dedimus: De Phariseis signa petentibus, variisque eorum increpationibus, ex eodem xi. cap. Lucae. Atqui ibi: Ecce iniquus & ipse inconstans, leuis, loquitur ex persona Marcionitarum, qui ea omnia adscribent Marcioni, & nisi recte intelligantur, etiam Christo adscribi posse significat.

434. Iubet omni petenti dare, &c.] Quomodo istud Luc. 16. intelligendum, habes supra tractatum c. 16. sicuti etiam illud, saltem in sensu, quod mox sequitur: Venit remaledicere, multo magis utique maledicere. illud verò: Tanto xuo, &c. refertur ad hoc quod Marcion dicebat, suo primum tempore Christum suum & Deum suum reuelatum esse.

435. & ipse signum petentibus non dat, &c.] Adhuc ad illud Lucæ 11. Generatio hæc nequam signum querit, & signum non dabitur ei. Atqui nihil Auctor adtingit de signo Ionæ Prophetæ, neque de Niniue, Regina Austri, & Salomone, quæ apud Lucam sequuntur; quia illa omnia rescauerat Marcion de Euangelio, sicut tradit Epiphanius adu. eundem Confut. 25. addens, satis alia multa signa de celo à Deo adita, etiâ si illa reticeantur.

436. & negat lucernam abstruendam, sed confirmat super candelabrum proponendam ut omnibus luceat, &c.] Ex loco hoc (inquit Rhen.) apparet in lib. de Prescript. adu. heret. legendum esse: Et ipse docebat lucernam non sub modio abstrui solere, ubi in exemplaribus scriptum est: obstrui. intelligit autem ille cap. 26. lib. de Prescript. adu. heret. ubi de voce abstrui latius numer. 154. pro qua supra (ubi id ipsum prius est citatum ex cap. 8. Lucae) legit Auctor: abscondi solere; similiter Marcionem sicuti hic impugnans, supra cap. 19. illud autem: ut omnibus luceat, potius Matth. 6. reperitur quam apud Lucam, ubi eodem sensu legitur: ut qui ingrediuntur, lumen videant.

437. & vae ingerit Phariseis & doctoribus Legis, &c.] Istud per præoccupationem præponit Auctor, nam multo post sequitur apud Lucam; doctores Legis vertens, quod Græcè est τοῖς νομοῖς, pro quo alij legisperitos, tum hic, tum postea.

438. Idem & tunc Phariseus, qui illum vocat ad prandium, retractabat penes se, cur non prius tinctus esset quam recubisset, &c.] Sic hunc locum restituumus ex Vatic. 2. MS. cod. pro: nunc, &c.: vocaret. Reliqua ad sensum potius quam ad verbum transtulit, vsus voce sua, retractabat, pro: tractabat; nam pro eo quod habet Latinus Interpres: caput intra se reputans dicere, Græcè quoque una voce legitur ἐδοκίμασεν, quod Syrus Interpres vertit: miratus est. Est iterum vox Tertullianica: tinctus, pro: baptizatus, Græcè ἐκοιμήθη, quæ tamen omnia hoc loco lotum significant, sicut etiam ante me adnotauit ad marginem Rhenanus.

439. secundum Legem, &c.] Mirum est istud Auctoris, quod tamen genuinum esse ex eo constat quod sequitur: Iesus autem etiam interpretatus est ei legem. Oportet itaque, quo tanto magis conformem ostendat legem nouam legi veteri, ut accipiat hic Auctor legem non proprie pro lege Moysi, sed pro traditione seniorum; sic enim appellatur Matth. 15. & apertius Marci 7. ubi legitur: Pharisei enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum. Et à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptizata calicum & vrecorum; de quibus hic etiam respondet verbis sequen-

tibus Iesus. Atqui quando traditio & inuentio seniorum contigerit, explicat Epiphanius Confut. 26. aduers. Marcion. Nimirum Davidis (inquit) post reditum ex Babylone, Akiba verò ante captiuitatem Babylonicam; filiorum autem Assamoni, temporibus Alexandri & Antiochi, ante aduentum Christi 190. annis. Hieronym. non multum abstrusiter quest. 10. ad Algasiam, lib. 3. Comment. in Isaiam, & in cap. 3. Epistol. ad Titum, dictas traditiones seniorum δευτερονομίας & Græcè dictas scribit; primum editas ante Christi aduentum per Samuam & Hillel, quorum scholam suscepit Akibas Aquila profecti præceptor, & post eum Mayr; cui successit Ioannam filius Zachæi, & post eum Eliezer, & per ordinem Delphan, & rursus Ioseph, & denique Iosue vsque ad vltimum vrbis Hierosolymæ excidium. Quorum sententia haud dubie præferenda illis, qui volunt Traditionum seniorum nomine significari Thalmud Iudæorum; quum illius primus Auctor seu Collector scripserit primum anno 150. post dictam vltimam cladem Hierosolymæ, atque adeo neque Christus neque Apostoli illud citasse potuerint.

440. dicens: illos calicis & catini exteriora mundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina & iniquitate, &c.] Plurali numero hic & mox vertit: exteriora, & interiora, quæ tam Græcè & Syriacè quam Latine singulari numero efferuntur. Deinde vertit: ipsorum, significans pluralis numeri esse vocem Græcam, atque adeo etiam Latinam, vestrum. Atqui non sunt verba Euangelista, sed Auctoris illa interpretantis: Idem exteriora, inquit, &c. Sed rursus sunt verba Lucae: Nonne qui exteriora fecit, &c. & interiora fecit?

441. Date quæ habetis, elemosynam; & omnia munda erunt vobis, &c.] Vertit Auctor rectè: quæ habetis, & Syrus Interpres: id quod est, quod Græcè est τὸ ἐνὸντα, ac si dicat: sicuti Theophylactus, non quæ rapuistis, sed quæ vestra sunt, quò adeo respexit vulgatus Interpres transferens: quod superest, nempe vltra rapinam & iniquitatem. Quo sensu explicato, nihil opus est legere cum Erasmo & Caetano: datis; pro: date. B. Cyprian. interim lib. 3. aduers. Quirinum cap. 1. neutrum legit, neque etiam B. Ambros. in Comment. aut B. Augustin. Enchirid. cap. 75. Quum autem etiam eundem sensum recipiat, ut diximus, vulgata versio, repetendum est hic, quod non semel diximus, nimis liberam esse castigationem Iffidori Clari; de iis qui vobis suppetunt, ac si altera lesio minimè tolerari posset.

442. Sic & oluscula decimantes, vocationem autem & dilectionem Dei prætereuntes obiurgat, &c.] Oluscula transfert Auctor in genere, quæ mox dicit: rutam & mentam, & decimantes, vertit verbum aquè ac Græcum ambiguum, ad decimas dantes & accipientes. Quod autem vertit: vocationem tum hic tum paulopost, verisimiliter id facit secundum Marcionem (vixit qui iudicium Dei non agnoscebat) non secundum Lucam; nam etiam Græcè legitur τὴν ὑγιον. Quod satis indicare videtur Epiphani. loco supra citato his verbis aduersus Marcionem: Itaque & ab eo tempore per legem erat vocatio, & per Prophetas misericordia (pro quo Auctor: dilectionem, & vulgatus interpres: caritatem) & vndequeque circulatorius tuus sermo concidit. Atqui in Precepto illo Deuteron. 6. supra explicato cap. 25. supplemus ex altero MS. Vatican. ex toto corde tuo. Hic præterea additur, quod alibi non citatur: qui te vocauit ex

Egypto; quum tamen iuxta aditionem tam Græcam quam reliquas omnes, legitur ibidem versu 12. qui te educit, Græcè ἐξοδησόντος. Rursum autem est hic vox Tertullianica: præcoquam.

443. Primum quoque captantes locorum, & honorem salutationum, quum inculat, &c.] Sic expressit quod est apud Lucam: Vae vobis qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Hic autem rursus: lecta, in bonam partem. Atqui Paraphrasticos, miserimum hominem, qui spem habet in homine, pro eo, quod supra citatum est non semel Hierem. 17. Maledictus homo, &c. Supplemus verò ex vtroque Vatic. MS. cod. idem & adfectatores.

444. Inuehitur & in Doctores ipsos Legis, quod onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipsi ne digito quidem adgredi auderent, &c.] Importabilia rectè vertit Auctor quod Græcè est: ἀνοσβέστερα; non tamen aptè: adgredi, πρὸς-λαβετε, quod magis adingere significat, quomodo vertit Syrus Interpres.

445. potiora legis prætereuntes, &c.] Matth. 23. vnde istud citatur, habetur σοφώτεροι, quod aptius verterunt Interpretes vulgatus & Syriacus: grauiora; quò etiam pertinet illud quod adiungit Auctor: ne hæc quidem grauia. Supplemus autem etiam hic: & munditias.

446. docentes præcepta & doctrinas hominum, &c.] Istud Iffid. 29. & Matth. 15. pulcrè hic explicat Auctor: onera quæ ipsi de suo exaggerabant, hoc est: præcepta Dei adiciebant; quo sensu nihil facit contra Traditiones Ecclesiasticas, sed solum traditiones seniorum, de quibus paulo ante latius.

447. iungentes domum ad domum, ut quæ proximi sunt auferrent, &c.] Istud reperitur Esai. 6. illud verò: clamantes populum, reperire non potui; at illud: amantes munera, sectantes retributionem, Iffid. 1. illud: diripientes iudicata pauperum, vti esset illis vidua in rapinam, & pupillum in prædâ Iffid. 10. Ea enim omnia, ex Isaiâ sumpta, indicat Auctor, quum subdit: de quibus idem Isaias: Væ qui valent in Hierusalem. Sic enim lego ex altero MS. Vatican. cod. pro: in Israël; quod adludere videatur ad illud Isai. 28. Propter hoc audite verbum Domini (pro quo Væ dumtaxat verissime videtur) principes in Hierusalem. Certè illud: Qui vos postulant (pro quo B. Hieronym. & LXX. exaltatores vestri) dominantur vestri (sic enim prorsus lego cum vtroque MS. Vatican. cod. pro: dominantur) inuenitur Isai. 3.

448. Cur autem vae audiunt etiam, quòd ædificarent Prophetis monumenta (seu potius: monumenta, vti legunt alter Vatic. MS. cod. & veteres inscriptions) interemptis à partibus eorum, &c.] Pulcra est apud Auctorem loci huius, alioqui obscuri, expositio, propterea vae illis dixisse Christum, qui ædificarent Prophetis monumenta, ob quòd prima facie laude digni videbantur, eo quòd Deus zelotes exigeret ab eis delicta patrum, quatumuis hypocrisis quadam illa tege-re vellent.

449. Quam verò clauem habebant Legis Doctores, &c.] Etiam hic pulcrè explicat, quòd increpabat clauem Legis habentes; nec ipsos introeuntes, non credentes scilicet; nec aliis aditum præstantes, vti que docentes præcepta & doctrinas hominem.

In hoc solum differens à Luca, quòd paraphrasticos hic transferat clauem Legis, pro eo quòd ex Græco, & Syriaco Latine vertatur, clauem scientiæ, & ipse quoque Auctor cap. sequenti: clauem agnitionis; vixit scientiæ legi, quæ vocabantur Legis Doctores seu Legisperiti. Porro reliqua huius capitis omnia sunt ab Auctore, quia Epiphanius teste Confut. 28. non habebat Marcion: Propterea dixit sapientia Dei, mittam ad ipsos Prophetas, & de sanguine Zachariæ & Abel & Prophetarum, quòd requireretur à generatione hac. Quæ tamen adfirmat reperiri in exemplari Euangelij secundum Lucam.

C A P. XXVIII.

450. Meritò itaque non placebat, &c.] Titulum capiti huic imposuimus: De variis verbis Domini ad discipulos, ac parabola diuitis, ex xij. cap. Lucae.

451. Cauete, inquit discipulis, à fermento Phariseorum quod est hypocrisis, &c.] Nihil hic variat à vulgato Interprete Auctor, & hinc interpretationem eorum quæ precedenti capite adigit, tum de hypocrisis, tum de clauis Legis, confirmat. Atqui legitimus necessariò ex vtroque Vatic. MS. cod. Ita Phariseorum prohibet exemplum, pro: perhibet, quia sequitur: in eum prohibebat, &c.

452. Igitur quoniam hypocrisin eorum taxarat, &c.] Pulcrè definit eorum hypocrisin Auctor: cælantem occulta cordis, & incredulitatis secreta superficialibus officiis obumbrantem.

453. Nihil autem opertum quòd non patefiet, & nihil absconditum quòd non dinoscetur, &c.] In futuro expressit Voces Græcas ἀποκαλυφθήσεται & γνωθήσεται. Atqui, vel Rhenano teste, vox, elegans: adagnitio.

454. quum subiiciat, etiam, quæ inter se mustitarant, vel tractarant, &c. in apertum processura, &c.] Prorsus sic legendum, pro: mustitarant, vel tractarent, tum quòd Paraphrasticos explicet illud Euangelista: Quoniam quæ in tenebris dixisti, dicentur in lumine; tum quòd illud: Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebule, non iam tractabant aut mustitabant, sed ante mustitarant & tractarant, Luc. 11. sicuti cap. præced. patet.

455. Dico autem, inquit, vobis amicis meis, nolite terrei ab eis qui vos solummodò occidere possunt, nec post hoc villam in vobis habent potestatem, &c.] Supplemus: amicis meis, quòd legitur ita apud Lucam, & legitimus: possunt, ex 2. Vatic. MS. cod. pro: possint, quia Græcè est & Latine: qui occidunt corpus. Transfert autem paraphrasticos: nec post hoc villam in vobis habent potestatem, pro Gracismo, quem etiam sequitur Syrus Interpres: nec habent amplius quid faciant.

456. Demonstrabo autem vobis, &c.] Etiam hic castigauimus ex vtroque MS. cod. Vatican. potestatem habet, pro: habeat, quia sic legitur Græcè, Syriacè, & Latine; item & apud Epiphanius Confut. 29. ubi istud in Marcionem retorquet, qui iudicem Deum negabat; addens ab illo rescatum: Nonne quinque passeruli duobus asibus vaneunt, & vnus ex ipsis non est in obliuione coram Deo? Quo factum puto, ut etiam Auctor illud hic non adducat. In eo verò quòd sequitur: Itaque dico vobis, magis expressit quòd Græcè est: vobis. Atqui (sicut etiam adnotauit Rhenanus) phrasis est iterum Tertullianica: demerendo procurat.

457. Dico enim vobis: Omnis qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor in illo coram Deo, &c.] Sic Graeci codices, & Pares omnes, & quidem etiam Latini, pro eo quod alij, & maxime Matth. 10. qui confitebitur me, & confitebor illum; sed Auctor Hebraicum retinuit. Qui omnes Auctori consentiunt in eo quod sequitur: Et omnis qui negauerit me coram hominibus, denegabitur. Immo eam varietatem loquendi videt Hieronimus Valentinianus apud Clementem Alexandrinum 4. Stromat. Infra tamen Scorpiaco aduersus Gnosticos, cap. 9. manifeste legit: qui in Christo negauerit, immo & explicat; Vbi de hoc latius. Atqui citra quam legunt alij omnes tam Graecè quam Syriacè, bis quidem legit Auctor: coram Deo, pro: coram angelis; non ex sua, sed ex Marcionis versione, qui Epiphanius, teste Confut. 30. sic immutauit veritatem. Atqui in intermedium lineis castigo ex altero Vaticano. MS. cod. substituendam confessionem, pro: sustinendam; & suppleo postmodum: Si autem & negator.

458. Qui dixerit in filium hominis, remittetur; illi autem qui dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, &c.] Vbi non exprimat, tamen subintelligitur ab Auctore: qui dixerit blasphemiam, pro quo alij: qui blasphemauerit, tam ex Graeco quam ex Syriaco, sicuti patet ex verbis sequentibus: huius erit spiritus sanctus non blasphemandus. Est verò vox Tertullianica: infuscata.

459. Perductos ad potestates, prohibet ad interrogationem cogitare de responsione, &c.] Perductos vertit ex Graeco περιεργασεν. Eiusdem significationis est: Productos, quod legit alter Vatican. MS. cod. In eo verò quod sequitur: sanctus enim spiritus docebit vos ipsa hora, quid eloqui debeatis, vertit: debeatis, pro: oporteat. Alter Vatican. MS. cod. legit non male: quid loquamini, sed primò placet.

460. Balaam Prophetes in Arithmis arcessitus, &c.] Paucis prosequitur historiam Balaam, qua habetur totis cap. 22. 23. & 24. Numerorum, quos more suo Arithmos nuncupat, seruata voce Graeca, sicuti in alijs libris Moysi. Quod autem Propheten Balaam vocet, consentit Auctori B. Hieronymus lib. Tradit. in Genesim. Ex genere Bux est Balaam ille diuinus, ut Hebraei tradunt, qui in lib. Job. dicitur Elin, primùm vir sanctus & Prophetes Dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israël maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatus. Nec absimiliter B. August. quæst. super Numer. cap. 46. & sermone 103. de tempore, ac Erabamus in Comment. à quo pulvere tota hæc historia explicatur.

461. Moyse rixantibus fratribus, vltro intercedit, &c.] Fratres vocat, qui ex eodem essent genere Israël; paulopostè proprie accipit, & iniuriosum transulit vnica voce, quod Graecè est Exod. 2. ἀδελφόν, pro eo qui iniuriam faciebat; & quod mirum est: magistrum transulit, quod Graecè est: ἀδελφόν, pro quo vbiq; alibi, & proprie: Principem.

462. Christus verò postulatus à quodam, ut interillum & fratrem ipsius de diuidenda hereditate componeret, operam suam, &c. denegauit, &c. Quis me (inquit) iudicem constituit super vos, &c.] Suppleuimus: de diuidenda ex altero Vaticano. MS. cod. Atqui adfert solummodo Auctor quod ad institutum facit: Quis me iudicem constituit, omisso: aut diuisorem.

463. Puto iam alibi satis commendasse nos, &c.] intelligit cap. xv. huius libri, vbi tractat illud Luc. 6. Væ diuitibus, & citat similiter ex Isai. cap. 39. & 4. Reg. 20. id ipsum quod hic in calce huius capituli, de Rege, nempe Ezechia, gloriato de gazis & apothecis; vbi vide Adnotat. nostras numer. 199. quas diuitias damnet Auctor, & numer. 203. de Ezechia, cap. 14. huius eiusdem libri habes etiam citatos locos 1. Reg. 2. & Esal. 112. ad quorum priorem pertinet illud hic citatum: ipsos dynastas detrahente de folio; ad posteriorem verò: & pauperes adleuante de sterquilino.

464. Ab eo ergo erit & parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum, cui Deus dicit: Stulte, hac nocte animam tuam reposcent. Quæ autem parasti, cuius erunt? &c.] In his verbis Luca eadem est Auctoris lectio, quæ vulgata Latini Interpretis: reposcent, & cuius erunt; quare nimis libera etiam hic castigatio Isidori Clarij: repetunt; quia nihil obstat, quin etiam olim Graecè variatum sit; maxime quum B. August. hom. 48. legat: auferetur.

CAP. XXIX.

465. Quis nollet curam nos agere animæ de victu, & corpori de vestitu, &c.] Caput hoc inscripsimus: De cura non agenda victus & vestitus, succingendis lumbis, seruis beatis, aliisque verbis Domini, ex eodem cap. xij. Luca. Atqui etiam hic paraphrasticè transulit: de victu, & de vestitu, pro eo quod est apud Lucam: quid manducetis, & quid induamini.

466. Cuius & corui non serunt, nec metunt, nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso, &c.] Hic retinuit Auctor vocem Graecam ἀποθήκη, præterquam quod plurali numero expressit ad sensum magis quam ad verbum: nec in apothecas condunt, & tamen aluntur ab ipso, quum Graecè, Latine, & Syriacè legatur: quibus non est cellarium nec horreum, & Deus pascit illos. Est autem illud Tertullianicum: æmulam liberalitatis suæ. Et verò etiam in compendium redegit illud: anima potior esca, & corpus tunica. Atqui: figurauit, haud dubie hic accipit Auctor, pro: fecit ac creauit, seu figurauit.

467. Cuius & lilia, & scænum non texunt, nec nent, & tamen vestiuntur ab ipso; cuius & Salomon gloriosissimus, nec vllò tamen flosculo cultior, &c.] Duos versus Euangelistæ in compendium contraxit Auctor, ordine etiam immutato. Nam quod de Salomone legitur, præcedit illud quod de scæno dixit Christus. Bene autem habet, quod etiam hic Auctor conformiter vulgato Interpreti scænum verterit, quod Graecè est χόρρον, pro eo quod alij herbam, vel gramen. In hoc tamen differt ab alijs omnibus, quod vocem Graecam χορρον vertat: texunt, pro quo alij omnes, etiam Syriaci Interpretes: laborant, quod vox Graeca proprie significat; quare & mox conformiter illis: nec lilia laborent. Atqui rectè adnotauit ad marginem Rhenanus, quod præstantia iterum viatur Auctor, pro: præstatione.

468. illos modicæ fidei inculcat, &c.] Graecè est vnica vox ἀλιπτιστοι, pro quo paulopostè vertit: modicos fidei. Est verò illud Tertullianicum: velatè, pro: velatè, & sub involucro. Nihil autem dissentit Auctor ab

ab alijs in illo Luca: Hæc enim nationes mundi quærunt.

469. quos pares gentium, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) pares gentium. Sic lib. de Carne Christi, c. 3. Alioquin par erit eorum, quæ conuerfa amittunt quod fuerunt; quorum vtique Deus in omnibus par non est.

470. Scit autem pater opus esse hæc vobis, &c.] Omissum fuisse à Marcione Vester, quod habent Graeci, Syriaci, & Latini codices, testatur Epiphanius Confut. 34. qui paulo ante Confut. 32. id ipsum quod Auctor in Marcionem retorquet. Sunt autem Tertullianica: depreciator, & vt quod supra distul, expunxerim; vbi ad quem locum adludat, non occurrit.

471. Quærite enim, inquit, regnum Dei, & hæc vobis adiciuntur, &c.] Et Auctor hic: & Confut. 33. Epiphanius præmittit primùm, quod habet editio vulgata, neque etiam hodie est Graecè aut Syriacè. Quemadmodum neque apud illos, neque apud Auctorem reperitur illud Latini Interpretis: & iustitiam eius. Verisimile est itaque apud illum adiecta esse illa ex Matth. cap. 6. Vbi secundum omnes aditiones, vtrumque legitur; maxime quum etiam in multis Latinis veteribus codicibus neutrum legatur apud Lucam. Quamquam interim Auctor etiam apud Mattheum legisse non videatur, vt potè qui supra Tom. 2. lib. de Oratore, c. 6. & hoc Tomo lib. 3. aduers. Marc. cap. 11. legat quidem: prius, sive: primùm, sed omittit vtrouique: & iustitiam eius. Atqui mox legitur: Ea si regno accedent, ex altero Vaticano. MS. cod. quia correspondet illi quod præmittitur: adiciuntur.

472. cui per omnia parauerint, &c.] Id est (inquit Rhenanus) pares fuerint sive æquales, à pariando. Quo verbo libro de Resurr. carnis vsus est, cap. 53. Equæ enim substantia pariant inter se Christus & Adam; eodem lib. supra, cap. 6. Et sermo enim Deus, inquit, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit parari Deo; item li. de Carne Christi, c. 6. Pariamus igitur, de calcaria, quod dicitur solet, in carbonariam, à Marcione ad Apollon.

473. Sumius serui, &c.] Pergit ad parabolam Christi, qua seruis nos comparat, qui succingere debemus lumbos, item lucernas ardentes habere, atque ita expectare Dominum redeuntem à nuptiis. Vbi solummodo in hoc differt Auctor à vulgata aditione, quod non legat: in manibus vestris, sicuti nec etiam B. Cyprian. lib. de Vnitate Eccles. & lib. de Exhort. Martyr. cap. 8. neque etiam Testim. lib. 2. cap. 19. aut lib. 3. Testim. cap. 11. neque verò etiam Graeca aut Syriaca que exstant hodie exemplaria; immò neque legitur in quibusdam Latinis MS. Explicatur interim nominatim illud à B. Hieron. in 16. cap. Ezechielis; quare verisimile est, iam ab eo tempore ita lectum fuisse in aditione vulgata; maxime quum recentiores omnes id legant Commentarij, & insuper explicent; quare etiam hic nimia libertas Isidori Clarij, qui id prætermisit, quandoquidem etiam apud Irenæum legatur lib. 4. cap. 70. Atqui rursum hinc nuptias probat Auctor, aduersus Marcionem.

474. lacinosæ vitæ & implicitæ, &c.] Exponit seipsum (inquit Rhenanus) quum dicit: & implicitæ. Nam lacinosum & implicitum significat.

475. Furem illum, cuius horam si paterfamilias sciret, non fineret suffodi domum suam, &c.] Hic transit ad aliam parabolam Christi; vbi, sive: effodi legas cum excusis, sive suffodi cum MS. 2. Vaticano, exempl.

aut perfodi cum vulgato Interprete, perinde est, omnia enim significat vox Graeca διουρυσίαι. Lessionem interim Auctoris esse suffodi, patet ex eo quod mox sequitur: suffodit, & postea nunquam ab eo suffossus esset. Bene autem habet quod Auctor legat cum vulgato Interprete: sciret, & fineret, pro eo quod alij: scisset, & finisset; quare & hic non sequenda castigatio Isidori Clarij. Atqui loco huius adfert Epiphanius Confut. 35. quod Marcion perperam, pro: secunda aut tertia vigilia, haberet: vespertinam vigilia. Perinde etiam est sive legas cum altero Vaticano. MS. cod. Porro quum furem nobis diabolus demonstrat, sive demonstrat eum alius.

476. Propterea iubet, vt parati simus, quia quæ non putamus hora, filius hominis adueniet, &c.] In hoc loco Luca nihil variat ab alijs Auctor, & confirmat lessonem illorum, qui malunt legere, cum vulgato Latino Interprete: Veniet, quam: Venit. Atqui nec illud potui reperire vbi ab Auctore tractatum sit: habes supra scriptum: Neminem rei suæ furem esse.

477. Itaque interroganti Petro, in illos an & in omnes parabolam dixisset, &c.] Suppleuimus: an & in omnes, ex vtroque Vaticano. MS. cod. quod etiam Graecè & Syriacè legatur apud Lucam.

478. ad ipsos & ad vniuersos qui Ecclesiis præfuturi essent, proponit actorum similitudinè, &c.] Actor est (inquit Rhenanus) procurator publicus, cuius sit mentio in Tract. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, in Pandectis. Et Actor, ipsa administratio, quo vocabulo paulopost vtitur Tertullianus. Vides itaque etiam hic voces Jurisconsultorum, pro eo quod Latine vulgatus Interpretes: dispensatorem vertit; cui consentit vox Graeca οἰκονομῆς.

479. Quorum qui bene tractauerit conseruôs absentia domini, reuerso eo omnibus bonis præponetur, &c.] Generaliter bene tractauerit, transulit hic Auctor, pro eo quod Lucas τὸ δίδωναι ἐν ἀουγῆ τὸ οἰκονομῆσαι, hoc est, sicut vulgatus Interpretes Latinus: ut det illi in tempore tritici mensuram. Quod est ad omnem cibum pertineat, tamen nimis liberè etiam hic castigauit Clarius: demensum. Oportebat itaque potius suam versionem nuncupasse, quam vulgati Interpretis castigationem.

480. Qui verò secus egerit, reuerso domino qua die non putauerit, hora qua non scierit, &c. segregabitur; & pars eius cum infidelibus ponetur, &c.] Legit quidem Epiphanius Confut. 36. & dissecat ipsam, quem sequitur etiam nimis liberè Clarius; & videtur magis conforme voci Graecæ διχοτομήσαι. Verum Auctori legenti segregabitur, consentit ex Syriaco Latinus Interpretes vertens: separabit eum; atque adeò retinenda omnino vulgati Interpretis lectio: diuidet eum, ad vtrumque sensum accommodata, maxime quum eam etiam habeat B. Hieron. lib. 13. in Ezechiel. ad cap. 45. Cui etiam conformiter Auctor, non modo legit: infidelibus (pro eo quod Erasimus: infidus, vertendum putat) sed etiam interpretatur, dum mox: segregatis & infidelibus bis opponit retentos & fideles. Est verò Tertullianicum: iudicatio fiat.

481. Quem alium intelligam credentem seruos paucis aut multis, &c.] Pergit ad illa verba Christi de seruis rapulantiibus (ὅτι ποτὲ ἀπὸ Domini cælis) multis aut paucis plagis; quæ transulit Auctor.

482. Ignem veni mittere in terram. Ille optimus, &c.] Verba hæc Luca explicaturus: ex sententia Marcionis, profert illam Antisestini: Ille optimus, &c. HHH iij

quando iste, &c. quam congesit ex illo Luc. 9. quum discipulos coërcuit, ne ignem postularent, de qua supra cap. 23. & contrario tñ ex hoc loco, tum ex similibus Gen. 19. quando Sodomam & Gomorrā nimbo igneo excussit; tum ex scripturis Psal. 4. 6. Osee 8. Jsaï. 30. & Exod. 3. quas hic citat.

483. Ignis ante ipsum procedet, &c.] Quum alij omnes legant: præcedet, iuxta id quod hodie est Græcè προπορεύσεται: Videtur Auctor legisse προπορεύσθαι, quod: procedet significat.

484. Ignem emittam in ciuitates Iudæ, &c.] Sic restitui ex utroque MS. Vatic. cod. pro: Iudææ, nam Osee 8. Prophetæ omnino loquitur de ciuitatibus Iudæ, id est, tribus Iudæ, non Iudæa.

485. vel per Isaiam: Ignis exarsit ex indignatione mea, &c.] Non potui inuenire apud Isaiam locum, quicum hæc verba magis conueniant, quam illud Jsaï. 30. Et ira furoris (sive indignationis eius) sicut ignis deuorans; quem ipsum locum conuenire etiam scribit cum dictu verbis Luca: Ignem veni mittere in terram, B. Hieron. in Comment. Si quis alium reperiat aptiorem, per me licet.

486. Putatis venisse me, pacem mittere in terram? non dico vobis, sed separationem, &c.] Mirum est quod addit Auctor: Machæram quidem scriptum est, sed Marcion emendat; quum tamen codices omnes tam Græci quam Syriaci & Latini hæc separationem legant, at machæram apud Matthæum, cuius integrum Euangelium reiecit Marcion; fortassis ad hoc addidit Auctor. Certè Epiphanius nihil tale habet; & quod Græcè ad marginem adnotatum est: εν ἡλθὼν βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιον, ex Matthæo desumptum est.

487. Denique: Diuidetur, inquit, pater in filium, & filius in patrem, & mater in filiam, & filia in matrem; & nurus in socrum, & socrus in nurū, &c.] Diuidetur veritè, quod Græcè est διαμεριδύσεται. Postrema autem verba transposita sunt, quum ediuersò legantur & Græcè & Syriacè, & Latine; sed nihil immutauimus, quòd sic etiam legant MS. Vatic. cod. maxime quòd videatur id fecisse, ut magis adludat ad Prophetiam sequentem.

488. Vereor ne Michæas, &c.] Adludit (sicuti ante me adnotauit de Christo Reuerendiss. Dominus Ianfenius Episcopus Gandauensis in Concord. Euangel. c. 55.) ad illud Michææ 7. Filius contumeliam facit patri, filia surgit aduersus matrem suam, nurus contra socrum suam, inimici hominū domestici eius. Iam antea verò (Tertullianum non dubito sequutus auctorem) B. Hieronymus in eius loci Commentario, propè eadem esse adnotauit verba in Euangelio que in Propheta; ita ut dubitet, utrum ex Propheta à Domino adsumpta sint, an propria auctoritate præcepta. Quòd maxime intelligitur de Euangelio Matth. 10. Vbi magis accedit ad verba Propheta.

489. Et idèd hypocritas pronuntiabat, cœli quidem & terræ faciem probantes, tempus verò illud nō dinoscens, &c.] Pro iisdem habet probare & dinoscere, quia utrobique est Græcè δυναμιζέειν.

490. Meritò exprobrat etiam quod iustum non à femetipsis iudicarent, &c.] Quum Græcè sit δικαιοσύνη, quod veritè Auctor & vulgatus Interpretes iustum; mirum est, vnde transfulerit Syrus Interpres: Veritatem.

491. olim hoc mandat per Zachariam: Iustum iudicium & pacatorium iudicabit, &c.] Prorsus sic

legendum, pro: per Ezechielem; quia apud Ezechielem nihil tale reperitur, sed Zachar. 8. iuxta LXX. præterquam quòd transpositis verbis ibi legitur: iudicium pacificum (pro quo Auctor pacatorium) & iustum iudicabit. Quæ verò sequuntur, habentur Hier. 22. Jsaï. 1. & 5.

492. Nam & iudicem qui mittit in carcerem, nec ducit inde, nisi soluto etiam nouissimo quadrante, &c.] Epiphanius Constit. 37. aduers. Marc. legit etiam, quòd hic prætermittit Auctor, non de iudice, sed de exaltatore, cui tradatur à iudice mittente in carcerem. Atqui de Proverbio: eodem gradu occurrere, vide nostra Prolegomena.

CAP. XXX.

493. Quæstionem rursus de curatione sabbato facta quomodo discussit? &c.] Capiti huic inscriptionem fecimus: De curatione rursus sabbato facta, alijque verbis Domini, ex cap. XI II. Luca. Vbi hoc imprimis notandum, quòd postremum, quod scribitur, Amputatum esse à Marcione: Venerunt quidam nuntiantes ipsi de Galilæis, quorum sanguinem misit Pilatus cum sacrificiis ipsorum, usquequò dicit: de xviii. in Siloam mortuis in turri. Et: Nisi respueritis, usque ad (nempe inclusiue) parabolam fici, de qua dicit agricola: dimitte eam (sic enim supplendum illic) donec fodero & misero stercora, & si non fecerit fructum, excin de. Quòd postremum, quum de vinea dicitur à Christo, etiam parabolam vineæ resecatam à Marcione patet. Quò sit, ut Auctor solum incipiat: De curatione sabbato facta mulieris, quæ ab annis 18. non poterat sursum respicere.

494. Vnusquisque vestrum Sabbatis non soluit animum aut bouem suam à præsepi, & ducit ad potum? &c.] Istud (in quo solum ab aliis Auctor differt, legens: Sabbatis, pro: Sabbato) non vsit Epiph. sed Constit. 39. illud Christi quòd sequitur: Hanc autem filiam Abraham quam adligauit satanas; ex quo probat, Christum esse eiusdem Dei cuius Abraham. Idque eò magis (vbi Constit. 40. prosequitur) quòd etiam resciderat illud sub finem huius capitis Luca: Quum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei; legens dumtaxat: quum omnes iustos videritis in regno Dei. ita, quòd Auctor omisit, ille ferè vrget aduers. Marcionem.

495. Simile est regnum Dei, inquit, grano sinapis, quòd accepit homo, & seminauit in horto suo, &c.] Paraphrasticòs veritè Auctor: seminauit, pro: misit seu proiecit, parabolam hanc pulcherrimè explicans.

496. fermento enim comparauit illud, &c.] Nempe: regnum Dei. Atqui dum dicit azyma familiariora creatori, adludit ad scripturas, Exod. 12. de præcepto azymorum comedendorum dato filio Israël, & Exod. 23. ac 34. de sollempnitate azymorum. Sunt autem hæc verba prolata ex persona Marcionis usque ad illud: Congruit, &c. Atqui de Proverbiali formula: vanitatem vanitate depellere, vide nostra Prolegomena.

497. quia post illam clibanus vel furnus gehennæ sequatur, &c.] κλιβανός Græcè, furnus Latine. Quamquam autem non expresse fiat gehennæ hoc loco mentio, tamen subintelligitur in eo quòd mox sequitur: Recedite à me, nempe in gehennam. Illic erit fletus, &c.

498. Sicut hîc quoque: Quum surrexerit, inquit, pater familiæ (quò, nisi quò dixit Isaias: Quum

Quum surrexerit comminuere terram?) & cluserit ostium, &c. pulsantibus respondebit: Nescio vnde sitis, &c.] Sic profus distinguendus hic locus, alioqui perquam obscurus; vbi nihil à vulgato Interprete differt. Sine autem legas: clausit cum altero Vatic. MS. cod. sive cum aliis: cluserit, quòd magis Tertullianicum est & Cyprianicum, non refert; istud interim rectè adnotauit Rhenanus, derivari ab antiquo verbo: cludat.

499. Et rursus: Enumerantibus quòd coram illo ederint & biberint, & in plateis eorum docuerint, adiciet: Recedite à me omnes operarij iniquitatis. Illic erit fletus & frendor dentium, &c.] Tres versus simul coniungit Auctor. A quo confirmatur lectio vulgati: Interpretes: operarij iniquitatis, ad verbum ex Græco: ἐργάται τῆς ἀδικίας, pro eo quòd Erasmus: qui paratij iniquitatem. Frendorem autem accipit pro: stridore, qui sit, quum stridit & simul concussis dentibus vox emittitur, quò significatum dixit Plautus in Captiuis: ita frendebat demibus.

500. quum videbunt iustos introeuntes in regnum Dei, se verò detineri foris, &c.] Hic videtur Auctor versione Marcionis, de qua supra ex Epiph. qui iustos dumtaxat legit, pro eo quòd Lucas: Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas; Et similiter iuxta Marcionem: se verò detineri foris, sicuti ibidem adnotat Epiph. pro eo quòd est iuxta Lucam: expelli foras. Eadem ex causa, non tradat hic Auctor, quæ (teste eodem Epiph. Constit. 41.) rursus rescidit Marcion: Venient ab Orientibus & Occidentibus (sic enim ille legit) & accumbent in regno Dei; & hoc: Postremi erunt primi, &c. hoc: Acceperunt Pharisei dicentes: Exi & vade, quia Herodes vult te occidere; & hoc: Ite & dicite vulpeculæ illi, usquequò dicit: Non est possibile Prophetam perire extra Hierusalem; & hoc: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas missos; & hoc: Sapè volui congregare velut gallina filios tuos; & hoc: Relinquetur vobis domus vestra; & hoc: Non videbitis me, donec dixeritis: Benedictus. In quo rectè temeritatem Marcionis adnotat, tamquam qui dimidiatum corporis ex animali amputet.

CAPVT XXXI.

501. Ad prandium vel ad cœnam qualis vocari iubet? &c.] Titulum huic capiti dedimus: Qualeis ad prandium vel ad cœnam vocari debeant, & de cœna magna; ex cap. XIII. Luca. Atqui pulcrè conserit locum Jsaï. 58. sæpius supra citatum cum verbis Christi; qui vocari vult ad prandium vel ad cœnā pauperes sive mendicos, Græcè πτωχός, qui retribuere nō possint humanitatis istius vicem; eam in resurrectione repromittens. Iterum autem his verbis accommodat illud Jsaï. 1. amantes munera, sectantes retributionem.

502. Homo quidam fecit cœnam, & vocauit multos, &c.] Cœnam magnam hæc pulcrè interpretatur Auctor, de vitæ æternæ saturitate, & hominem, Deum creatorem. Atqui iterum hic paraturam accipi pro apparatu, rectè adnotauit Rhenanus. vnt etiam Tertullianica: quæ homines, & quæ Iudaici. Pulcrè denique explicat: antè iam vocatos ad cœnam per patres, admonendos autem per Prophetas, seruos nempe quos misit hora cœnæ dicere ut venirent.

503. Excusant se inuitati, &c.] Non solum vulgatus Interpretes, sed etiam Auctor legit: Excusant; eleganter, vel ipso Erasmo teste, quò adducta causa recusarent

venire.

504. Qui pertinentissime ad hanc parabolam per Hieremiam: Audite, inquit, &c.] Omnino distinguendus est hic locus. Citat autem Hierem. cap. 7. & 11. iuxta LXX. tum hic, tum in sequenti huius parabola expositione: præterquam quòd legat: in iis quæ concupierunt corde suo malo, pro eo quòd habetur Græcè & Latine in desiderijs cordis sui mali.

505. Agrum emi (Græcè ἀρόρον) & boues mercatus sum, & vxorem duxi, &c.] Tres diuersorum excusationes coniungit simul, ut ad verba transeat Hier. 7. nempe illa: Et emisi ad vos omnes famulos meos Prophetas (nam sic lego ordine transposito) die, & ante lucè, Græcè ἡμέρας, quòd vnica voce veritè Latinus Interpretes LXX. diluculo.

506. audit, &c.] In hoc differt à LXX. quòd singulari numero legat quæ illi plurali, & quòd: collū, transferat τὸ κεφάλαιον, quòd alij: ceruicem.

507. Hoc vt patrifamilie renuntiatum est, motus tunc (benè, &c.) mandat de plateis & vicis ciuitatis facere sublektionem, &c.] Motus accipitur pro: iratum, bis hoc loco, & similiter moueti, pro: irasci. An autem iram proprie Deo adscripsit Auctor, necne, vide nostra Prolegomena.

508. Numquid solitudo factus sum domui Israël; &c.] Apud LXX. immò & Hebraicè ac Chaldaicè legitur dumtaxat: Israël, sed paraphrasticòs vertitur ab Auctore: domui Israël. Proprie verò ab eo vertitur: terra in incultum derelicta, pro eo quòd Græcè est ἡ γῆ ἄκαρτος ἔρημος, pro quo Latinus LXX. Interpres: terra plena sentium. Atqui illud: Itaque misit, &c. Explicatio est verborum Luca præcedentium; non verò ipsa verba Luca.

509. Dehinc loco abundante, præcepit etiam de viis & sepibus colligi, &c.] Istud rectè de nobis, id est, gentibus, interpretatur Auctor.

510. Auertam faciem meam ab eis, & monstrabo quid (nempe erit) illis in nouissimis, &c.] In his verbis Deuter. 32. solum differt à vulgato Interprete Latino LXX. quòd veritè: obamulati sunt, &: obamulabor, quòd Græcè est παρεβλάσω, & παρεβλήσω, pro quo alij: prouocauerunt, & prouocabo; & Voces Græcæ παρεβλάσω ac παρεβλήσω, prouocauerunt in iram, ac prouocabo in iram, pro eo quòd ille: irruauerunt, & irruabo. Vtrumque illa significant. Genitura autem (vel Rhenano teste) iterum accipitur pro generatione.

511. De qua illos gustaturos negat Dominus, &c.] Etiam hoc ex Luca, interpretatur Auctor, de reiectione Iudeorum; id comprobans loco sæpè citato Jsaï. 1.

512. Planè ad hoc secundò vēturus est, vt gentibus prædicet, &c.] Istud profus ex sententia Marcionis dicit, quòd illi quasi concedit per Ironiam, ut ad alia properet.

513. Interea qui cœnæ istius vocatione in cœleste conuiuio interpretaris, &c.] Non reicit, sed etiam accommodat aduersus Marcionem sensum secundum huius parabole: de conuiuio cœlesti spiritalis saturitatis & iocunditatis, id est: de Eucharistia sacramento, in quo ex sumptione corporis Domini, spiritalis saturitas & iocunditas nobis accedunt.

514. terrenas promissiones vini, & olei, & frumenti, & ipsius ciuitatis, &c.] Velut Testamentum eiusdemodi promissionibus ita scatur, ut superfluum foret ad marginem nam aliquam scripturam adnotare. Atqui

plurima ad huc verba Domini Luca 14. omittit Auctor, fortassis quod proprie aduersus Marcionem non militarent.

CAP. XXXII.

515. Quem & dragmam perditam quis requirit? &c.] Caput hoc inscriptissimum: De oue & dragma requisitis & inuentis, ex cap. Luca xv. Vbi pulchre & ouem & dragmam requisitas & inuentas, hominem interpretatur, tribus dumtaxat verbis (quod a iunt) eam & recensens, & explicans; quod alibi (nempe supra Tom. 2. lib. de Patientia cap. 12.) latius de oue tractauerit; & de dragma, seu: didragma, supra lib. de Prescript. aduers. heret. cap. 11. Vbi vide Adnotationes nostras num. 74.

516. Atque adeo illius est exultare de poenitentia peccatoris, &c.] Hic videtur Deo adscribere exultationem de poenitentia peccatoris, quum Lucas Angelus Dei adtribuit, non enim angelorum, sed Dei dictum fuit illud supra Tom. 2. lib. de Poenitentia satis explicatum: Malo poenitentiam peccatoris, quam mortem; quod partim ex cap. 18. partim ex 33. Ezechielis desumptum ibidem adnotatum num. 17. Atqui cur reliqua huius capituli Auctor non prosequatur, reddit rationem Epiphanius Confut. 4. 2. Residit enim (inquit ille) Marcion totam parabolam duorum filiorum, eius qui accepit partem paternorum bonorum, & prodigaliter consumpsit, & alterius, &c. Quam interim adlegatam habes ab Auctore supra dicto loco lib. de Poenitentia.

CAP. XXXIII.

517. Quibus duobus Dominis neget posse seruire, &c.] Inscriptionem huic capituli datus: De duobus Dominis, Deo & Mammona; ac de dicto Domini: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ex cap. xvi. Luca. Atqui istud per præoccupationem adfert ante alia, quæ initio capituli huius Luca habentur; eo quod faciant illa ad explicationem duorum Dominorum; quos perperam Marcion interpretabatur Deum creatorem & Deum suum. At Christus ipse alios se intelligere declarat: Deum proponens & Mammonam, quum subdit, sicut infra etiam citatur ab Auctore: Non potestis Deo seruire & Mammonæ.

518. quia alterum offendi sit necesse, alterum defendi, &c.] Non sunt hæc verba Euangelistæ, sed Auctoris, quæ colligit tum ex communi euentu verum, tum partim ex Euangelistæ verbis: Aut enim vnum odiet, & alterum diligit, aut vni adhaerebit, & alterum contemnet. Eum enim quem odimus & contemnimus, offendimus facile, ab eo absistentes (vii interpretatur supra Tom. 2. lib. de Coro. milit. cap. 12.) quæ autem diligimus, cuique adhaeremus, defendere solemus & manum tradere, vti supra loquitur.

519. secundum serui illius exemplum, qui ab actu summotus, dominicos debitores diminuit, cautionibus releuat in subsidium sibi, &c.] Hic adtingit paucis parabolam Villici, sine οἰκονόμου, quem generalitèr nomine seruum vocat, quem ab actu summotum rectè interpretatur Rhenan. ab officio summotum, adempta illi administratione, eo sensu, quo supra cap. 29. Actores & Actum, voces Iureconsultorum, exposuit. Qui etiam cautiones, syngraphas interpretatur, nam Græcè τὸ γράμμα legitur bis apud Lucam.

520. Etego, inquit, dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniustitiæ, &c.] Dum Mammonam, nummum Auctor interpretatur, intelligit ipsas diuitias; nam mammona B. Hieron. teste Epist. ad

Hedibiam, quæst. prima, diuitias, easque iniustas significat, vox Syriaca, non Hebraica, quare & addi à Christo iniustitiæ.

521. Cui famulatum videns Phariseorum cupiditatem amentauit hanc sententiam, &c.] Hic omnino nouam periodum incipimus. Atqui amentauit rectè Rhenanus interpretatur, iaculatus est; emisit, vt ab amento, id est, sero deductum sit Verbum: amentare. Nam & aliter codici MS. V. atic. adiuncta erat hæc ad marginem expositio amentauit, id est, ab amento liberauit, seu vibrauit. Facit ad intellectum illud Seneca in Hippolyto: Amentum digitis tende prioribus, & totum iaculum dirige viribus. Amenta enim (inquit Festus) quibus vt mitti possunt, vincuntur iacula, quia aptantes ea ad mentum trahunt.

522. Irridebant denique Pharisei pecuniæ cupiditate, &c.] Veritè propriè: pecuniæ cupidi, quod Græcè est φιλαργυροί. Atqui ex utroque MS. V. atic. cod. secuti euan vestigia primæ additionis, legimus: Quid? nunc potius, pro: Quin nunc, &c.

523. quomodo dictum: Si in mammoni iniusto fideles non extitistis, quod verum est, quis vobis credit? &c.] Profus si legimus & castigamus, quod corruptè legebatur: quomodo dictum sit: In Mammona, &c. nam: Si, legitur apud Lucam iuxta editiones omnes, tam Græcam & Latinam, quam Syriacam, & sensus ipse id requirit. Istud autem iterum transponit pro suo instituto; nam præmittitur apud Lucam illi, quod hic prius posuit Auctor de Phariseis. Atqui τὸ ἐλάθιδόν, id est: quod est verum, opponit Christus iniusto; & creditur accipitur pro: committet, nam & Græca vox πιστεύσει, etiam illud subinde significat.

524. Et si in alieno fideles inuerti non estis, quod meum est quis dabit vobis? &c.] Hoc valde mirum, quomodo non modo legat, sed & explicet Auctor: quod meum est, quum tamen Græcè sit ὑμῶν ἔργον, & etiam Interpres Syriacus, ac B. Cyprianus lib. de opere & elemosynis legant: quod vestrum est.

525. Si autem & iustificantes se coram hominibus Pharisei, &c.] Intelligit illud Christi ad Phariseos: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus; quod, & sequenti a pulchre iam olim per Prophetas Iudæis impropèrta esse ostendit.

526. Miser homo qui spem habet in homine, &c.] Quum Græcè sit Hier. 17. ἐπιτεταράχθη ὁ ἄνθρωπος, pro quo omnes Interpretes, & ipse alicubi supra Auctor: Maledictus hic, miser, transiit, ex consequenti, quod miseri sint qui maledicti & execrabiles.

527. Si & adiciit: Scit autem Deus corda vestra, illius Dei vim commemorabat, qui lucernam se pronuntiabat, &c.] Castigamus: Si, pro: Sic, ex altero V. atic. MS. cod. & supplemus: qui lucernam se pronuntiabat, nempe quum sic dixit Hier. 11. 17. & 20. scrutantem renes & corda; quod quidem etiam legitur Psal. 7. Sed solet persistere Auctor in citatione eiusdem alius Prophete; at cepit citare Hieremiam. Fortassis etiam adludit ad illud Sophon. 1. Scrutabor Hierusalem cum lucerna.

528. quod elatum est apud homines, perosum est Deo, &c.] Etia hic sensum potius reddit quam verba, quum Græcè sit hodie βολέβυμος ἐνώπιον τῆ θεῶ; quamquam interim paulo aliter lectum olim fuisse, apparet ex translatione Syriaca, quæ habet: abominationi est; quod accedit ad lectionem Auctoris.

529. in omnem contumeliosam, &c.] Græcè est ἴσαι. 2.

ἴσαι. 2. ἐπὶ πάντων ὕψιστην, quod veritè Latinus LXX. Interpretis arrogantiæ; Auctor verò: contumeliosum magis proprie.

530. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ex quo regnum Dei adnuntiatur, &c.] Frequentissimè hanc scripturam adlegauit Auctor aduers. Marc. hoc ipso libro, eo quod eam citaret pro se Marcion; sed pulchre deducit, etiam Ioannis aduentum prædictum à Creatore, tum hictum alibi. Quid? quod Epiphanius Confut. 43. inde probet, eundem esse Deum Creatorem & Deum Christi; quod, nominans Legem & Prophetas, neque iniquitatè illis adscribens, eidem testimonium præbeat. Atqui Epiphanius magis clarè veritè: ex eo tempore nam Græcè est apud Lucam: ἐπὶ τῶν, & Auctor obcurius: ex quo.

531. Nam & si probauimus, &c.] Adludit ad cap. 1. huius lib. 4. de veteribus & nouis, item ad xviii. de Ioanne ostèso à Prophetis præparatore viarum Domini.

532. vt vnde magis probetur, &c.] Aut quaestione (inquit Rhenanus) legenda sententia: aut in vnde subaudiendum, Nihil sit: vt nihil sit vnde magis probetur, &c. Verum habet nescio quem suum modum in vsu huius Auctoris: Vnde.

533. Transeat igitur cælum & terra citius, &c. quàm vnus apex verborum Domini, &c.] Videtur non legisse Auctor quod apud Lucam est: cadere, Græcè πεσεῖν; item ex proposito vertisse verborum Domini, quod alibi de lege: vt ostendat inuenientiam verborum Domini, tam in lege noua, quàm in veteri. Ad quod pulchre adeo adaptat verba ἴσαι. 40.

CAP. XXXIII.

534. Sed Christus diuortium prohibet, &c.] Titulum capituli huic imposuimus: De diuortio prohibito, atque adeo coniugio adprobato, & de inferis ac sinu Abrahæ: ex eodem cap. xvi. Luca; vbi pulchre iterum defendit coniugium aduersus Marcionem, quomodo supra lib. 1. cap. penult. Sunt interim priora hæc verba, vsque ad: Planè, &c. verba Marcionis, obuiocientis diuersitatem legis & Euangelij, in eo quod Christus diuortium prohibet, quum Moyses repudium permiserit. Sed pulcherrimè respondet Auctor ex Euangelio Matthæi 19. Vbi Christus dicit: propter duritiam cordis ipsorum præcepisse Moysen repudium dari; à primordio autem non fuisse sic. Atqui diuortium proprie accipi ab Auctore pro tali diuortio, quo quis dimittit uxorem, & alteram ducit, patet ex explicatione similium verborum Christi; alioqui ob fornicationem permitti diuortium, id est, separationem coniuctus, patet dicto cap. 19. Matthæi.

535. Qui dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium commisit; qui dimissam à viro duxerit, æquè adulter est. Vt sic quoque, &c.] Omnino castigandum duximus: adulterium commisit, pro: committet; tum quod ita legatur iuxta editiones omnes, aut saltem: committit; tam hic quàm Matth. 5. & 19. tum quod infra hoc eodem capite idipsum sic citatur ab Auctore.

536. & euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, &c.] Veritè Auctor hoc paraphrasticos, pro eo quod est apud LXX. Deuter. 24. & erit, si non inuenit gratiam coram eo. Omittit etiam voculam: &c. quæ intericitur à Moysè; vt ne suspensam teneat sententiam. Legit item singulari numero: in manu eius (sic enim lego cum 2. V. atic. MS. cod. pro: in manum) quemadmodum ex Hebræo Latinus Interpres, & Chaldaem paraphrastes, pro eo quod

illi: in manibus eius.

537. Non enim recepisti illud quoque Euangelium eiusdem veritatis, &c.] Agit de Euangelio Matthæi, quod reiciebat Marcion, vbi cap. 19. leguntur verba sequentia. Nam lego imprimis, sicuti vbiq; Tertullianus: in carnem vnã, pro: in carne vna; deinde; secutus vestigia alterius V. atic. MS. cod. homo non disiunget, pro eo quod interrogatiuè legebatur dumtaxat: homo disiunxerit; tum quod Græcè sit ἄριστος τῶν, & Latine ac Syriacè: non separet; tum quod infra Auctor Tomo 5. lib. de Monog. legat bis: homo non separebit; & verò etiam Patres omnes, negandi particulam legunt. Est autem mira phrasis: patrem gestans eum; pro: patrem agnoscens. Paulopost eum Sixto Senens Biblioth. sanctæ lib. 6. cap. 81. omittimus: dimissam, legentes dumtaxat: ex ea vtiq; causa, qua non licet dimittit; pro quo clarius esset, si legeretur: dimittere; sed, illud readeo etiam phrasin Tertullianicam. Porro quidam putant errorem esse in Tertulliano, quod hic dicit Christum conditionaliter fecisse diuortij prohibitionem, & cetera quæ hic sequuntur; sed saluo meliori iudicio, non tam in illo videtur errare, quàm in eo quod infra sequitur, vbi videtur diuortium ex causa adulterij ita licere, vt possit vir alteram uxorem ducere. De quo an id senserit Auctor nescio, latius in Prolegomenis inter eum paradoxæ.

538. nec alibi coniunctos ad Sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admittens, &c.] Possibilissima hic ad marginem nescio à quo addita est adnotatio, in omnibus quæ exstant hætenus Tertulliani editionibus: Baptisma & Eucharistia duo sacramenta primitiue Ecclesiæ; tamquam si primitiua Ecclesiæ non nisi duo illa agnouisset sacramenta, quemadmodum hinc probare nituntur Magdenburgenses, & plerique nostræ temporis hæretici. Loqui enim Auctorem, non de omnibus Ecclesiæ sacramentis patet ex circumstantiis contextus; vt potè qui agit solum de sacramentis, quibus fideles seu Christiani sunt, antea infideles, quippe quum Marcion nec coniungeret per nuptias marem & foeminam, nec alibi (id est, in infidelitate) coniunctos ad sacramentum baptismatis & Eucharistiæ admitteret, nisi inter se coniurarent aduersus fructum nuptiarum. Qui vt mentem suam magis aperiret (quod sciret ea ætate illa coniungi solere in baptismo inseparabiliter, sicuti supra latius Tom. 2. num. 1. inter baptismi ceremonias (baptismum & Eucharistiam; non sacramenta, sed sacramentum (iuxta tam excusos quàm MS. codices omnes) appellat. solet quidem & tertium sacramentum baptismati coniungi Manu impositionis, seu Confirmationis; sed (sicuti ibidem adnotauimus) non nisi quando Episcopus baptismum celebrabat. At verò Marcion (quum Episcopus nunquam fuerit, sed presbyter dumtaxat) non poterat nisi duo illa priora in baptismo coniungere; quo fit vt illum hic adlocutus Auctor, non nisi duorum faciat sacramentorum mentionem. Hanc autem huius loci explicationem (meo quidem iudicio, vt sic loquar, peremptoriam) acceptam debeo B. Augusti, qui lib. 3. de peccat. mer. & remiss. cap. 12. vbi: illud, inquit, sine dubitatione tenendum, quæcumque illa sanctificatio sit (de qua Apostolus 1. Cor. 7.) non valere ad Christianos faciendos, atque ad dimittenda peccata, nisi Christiana & ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fideles. Certè Auctorem plura agnouisse sacramenta; immò eodem cap. 40. lib. de Prescr. aduers. her. sex numero (nempe: Baptismatis, Poenitentia, Confirmationis, Eucharistiæ,

Ordinis & Nuptiarum) docuimus ibidem, num 240, 241, 243, 244, 245, & 246. ubi haud dubie etiam ad septimum extremum Fructu admissit sacramentum, si in mysteriis Mithrae, in quibus diabolus sacramenta Dei emulabatur, aliqua etiam fuisset adhibita inctio; Et tamen, fortassis ad illud adludit eiusdem libri cap. 4. 1. quum adfirmat mulieres haereticas (nempe Marcionis & similia sectatrices, vel Epiph. teste her. 4. 2.) non solum tingere, sed etiam curationes reprobare, quas ferè per unctiorem fieri solitas, omnibus historiariarum lectoribus satis manifestum est.

539. aduersus fructum nuptiarum, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) liberorum procreationem. Sic supra, c. 23. Ipsum quoque fructum, inquit, connubij benedicens promittit, qui de infantia primus est. Hoc ipsum enim significat Auctor, quod dixit, loco initio huius capituli citato: Non tingitur apud illum caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi ceelebs, nisi diuortio baptisma mercata.

540. Sed nec tuum Apostolū finire, &c.] Marcionis Apostolum vocat, sicuti supra etiam non semel; quod ille inter ceteras etiam 1. Epist. ad Corinthios retinet & agnosceret; adludens hic ad illud 1. Cor. 6. Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis; sive prostituta; vii hic Auctor. Subauditur autem (vii ante me Rhenan.) constat, vel certum est.

541. iustitia diuortij, &c.] Hic videtur illorum fauere sententia, qui etsi per se mala res esset diuortium, tamen ex quo per Moysen permixtum fuit, iustum atque adeo licitum fuisse diuortium volunt. Verum si sequentia diligenter inspiciantur, illud solum intelligitur permixtum, si inuentum fuerit in muliere negotium impudicum; pro quo facit etiam Prophetia Malach. 2. quam mox citat iuxta LXX. vxorem iuuentutis tuae non dimittes. Cui addi potest, quod ibidem subiungit Prophetia: Sed si odio habens dimiseris eam, dicit Dominus Deus Israel, operiet impietas cogitationes tuas.

542. Qui dimiserit, inquit, vxorem suam, praeter causam adulterij, &c.] sine leges, sicuti hic habetur: praeter causam adulterij, sive vii mox: praeter ex causā adulterij; constat citari hic cap. Matth. 5. non 19. vtpote quum priori loco legatur: παρεκτός λόγος πορνείας, id est: praeterquam causa adulterij. posteriori vero dicitur: εἰ μὴ ἐπὶ πορνείας, id est: nisi ob fornicationem. Pro quo adulterium, magis proprie vertit Auctor tum hic, tum infra Tom. 5. lib. de Monog. quamquam enim generalis sit vox Graeca ad cuiusvis generis prostituta pudicitiam, certè apud Evangelistas adulterium significat. Auctor vero vbiq; adulterium pro fornicatione transfert; fortassis quod haec vox posterior, Latinis minus adhuc nota, posterioribus saeculis magis visitata, derivata à fornice, quae pro lupanari à Inuenali iam olim vsurpatur, eo quod ferè in fornicibus habitaret meretrices. Atqui: praeter (inquit Rhenan.) vsurpat aduersarialiter, pro: praeterquam. Vt supra cap. 24. praeter oneribus consparionum (id est: praeterquam oneribus consparionum) (offarcinatam.

543. eum qui ex compressione matrimonium fecerat, &c.] Citat istud secundum LXX. ex Deuter. c. 22. Vbi Graecè est βίαισιν ἀναγκάσας, quae vox compressionem, sive violentam mulieris violationem significat, quod adeo vocat deinceps: ex violentia coactum matrimonium, quod cogereetur compressum in vxorem ducere.

544. quoquo velis latere, &c.] De hac Prouerbialis formula, vide nostra Prolegomena.

545. habens radicem ex eadem Ioannis mentione, &c.] Hoc vult dixisse apud Lucam Saluatorem post mentionem Ioannis, quia immediatè praecessit: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Immo quamquam historia exitus (id est, phrasi Tertullianica: exitij seu occisionis) Ioannis, habetur Matth. 14. & verba quae hic contra Auctorem quod debeant subiungi haec post narratā historiam, dicta passionis Ioannis Baptistae.

546. quod aduersus legem vxorem fratris sui defuncti duxisset, &c.] Non hunc locum 3. Evangelistarum Auctor interpretatur, quasi si Philippus frater Herodis defunctus fuisset; quum apud eos Matth. 14. Marc. 6. ac Luc. 3. nulla defuncti illius mentio fiat, sed duntaxat: Non licet tibi habere vxorem fratris tui; quod alia lege Leniiti, nempe 18 & 20. prohibuit fuerat: at vxor non vocaretur, si defunctus fuisset, sed vidua. Atque adeo videtur mihi in hac explicatione, Montani potius secutus aditionem quam Evangelistarum; Vt ita probare possit ex scriptura, mortem repudio aequiparari; atque adeo sicut post repudium, ita & post mortem (sicuti latius profequitur lib. de Monog. infra To. 5.) nollice dimissam ducere. Verum de eo latius in Prolegomenis inter Paradoxa Auctoris.

547. quum si frater illiberis decesserit, &c.] Vna voce (inquit Rhenan. & in Scholiis ad marginem) reddere voluit, quod Graecè est ἀπαλλάξ, id est, carens liberis. Atqui adludit ad legem Deuter. 25. Non modò permittentem, sed & praecipientem, vt si frater illiberis decesserit, à fratre ipsius suppararetur (id est, substitueretur) semen defuncto. Atqui lego: adulterij figura ex 1. cod. MS. Vatic. pro: adulterij, quia praedit: matrimoniorum.

548. diuitis apud inferos dolentis, & pauperis in sinu Abrahamae requiescentis, &c.] Non est hic expositio, sed magis verisimilis, & non logè petita, ex eadem Ioannis mentione, qua diuitem Herodem, pauperem vero Ioannem interpretatur. An autem haec vera sit historia, an parabola, an verò mixtum quid, vide supra lib. de Anima, cap. 7. nu. 94. Atqui Epiph. Confut. 4. 4. & 45. Urget contra Marcionem, quod hic fiat mentio Abrahamae, atqui adeo malè ab illo maledictis impetatur Abraham. Porro ad illud malè meritiati: Non tam inepta (inquit Rhen.) atque insolens est & antiquata vox: meritiati. Capiant schema, quod vocant, similiter desinens, nempe quia praedit: malè tractati. Quare expungendum Geleni scholion ad marginem adnotatum: forte maritati; idem est enim (teste Latino) meritiati quod: meriti.

549. Habent illic Moysen & Prophetas, illos audiant, &c.] Addidit Auctor illic ad maiorem emphasin, nempe in Synagoga Iudaeorum; nam neque Graecè, Syriacè aut Latine legitur, neque etiam apud Epiph. qui Confut. 4. 6. etiam istud aduersus Marcionem retorquet, Moysen & Prophetas impugnatem. Marcionem enim (vii sequitur apud Auctorem) illis qui Legi & Prophetis obediunt, determinabat mercedem (ecce etiam Marcionem agnoscentem mercedem operum) positam à creatore, sive tormenti sive refrigerij (id est, solatii: nam sic vbiq; accipit eam vocem Auctor) apud inferos. Christi vero & Dei sui cultoribus sinum Abrahamae.

550. quae ab inferis discernit Abrahamae sinū, &c.] Omnino sic legi debere, pro: ad inferos; patet ex eo quod sequitur. Aliud enim inferi, vt puto, aliud quoque Abrahamae

proprus adnotanda citatio Luc. 9.

557. qui de thronis deponit dynastas, & de sterquiliniis eleuat inopes.] Prus est in Canico Mariae, Luc. 7. quum legitur: Deposuit potentes de sede, posterius Psal. 112. quamquam nonnihil etiam hic variet à Latino Interprete, sequens exemplar Graecum, vbi legitur ἀπὸ θρόνων.

C A P. XXXV.

558. Conuersus ibidem ad discipulos, &c.] Caput hoc inscripsimus: De verbis Domini variis, Leprosis curatis, & Pharisaeorum interrogatione de regno Dei, ex cap. xvii. Lucae.

559. Vx, dicit, auctori scandalorum, expedisse, &c. si molino saxo ad collum deligato praecipitatus esset in profundum, quam vnum ex illis modicis, &c. scandalizasset, &c.] Verbis istis Lucae interserit Auctor alternatim: si natus non fuisset, ex cap. Matth. 26. Vbi de Iuda id dicit Christus. Vertit autem, magis paraphrastice, quam ad verbum, tum: expedisse (quod lego ex vtroque Vatic. MS. cod. pro: expedisset, quod habebant excusati) tum: molino saxo ad collum deligato, pro eo quod Graecè & Latine, circumdato seu immisso, vbi etiam videtur magis sequi Marc. 9. qui habet Graecè λίθος μύλωνος, hoc est: lapis molaris, pro eo quod est apud Lucam & Mattheum, μύλος ονίδος, id est, mola asinaria, aut mola inferior, sive autem legas: Existima, cum altero Vatic. MS. cod. sive: Estima, cum reliquis, perinde est.

560. ac si pupilla oculi mei tangat.] Legit Auctor: mei, quum Graecè sit, Ἐβραϊcè, Chaldaicè & Latine: eius, sed quum loquatur ibi Propheta ex nomine Dei, Auctor vero hoc citet, tamquam pronuntiatum ab ipso Deo, nihil differt.

561. Peccantem fratrem iubet corripi, &c.] Si cui Graecae voces ἐπιτιμῆσαι apud Lucam, & ἐλεῆσαι apud Mattheum, ita & Latinae voces, corripere, & increpare, pro iisdem habentur ab Interpretibus.

562. traductione traduces proximum tuū, &c.] Sic legendum sine noua periodo, quia legitur eodem versu 16. Leuit. 19. Omnia etiam iuxta alterum cod. Vatic. MS. vocula: non, vtpote quae neque ibi legitur in illis exemplaribus, ad insinuum alioqui faceret haec scriptura, in qua Interpres Latinus LXX. vertit: correctione corripies. Quum autem Auctor adiicit: vtiq; & fratrem, confirmat eorum sententiam, qui locum hunc de fratre eiusdem fidei intelligunt.

563. qui pecora quoque fratris tui, &c.] Quod Exod. 23. legitur de bove & subingali (id est, pecoribus) inimici, ex consequenti Auctor de fratre interpretatur, id est, sicuti modo dixi, eiusdem fidei homine, sive inimicus sit, sive amicus.

564. Sed & veniam des fratri in te delinquenti iubet, etiam septies, &c.] Quia ἀφεῖς amphibolum est ad dimittere, pro emittere, & pro absolueret; trāsferre maluit Auctor: veniam des.

565. Nec petenti eam praestes mandat, sed & nõ petenti, &c.] Ita explicat hunc locum Auctor, vt nemo putet veniam praestandam nisi petenti, eo quod ille videatur solummodo loqui de eo qui dicit: Paritet me; id colligens ex verbis praecedentibus Leuitici: fratris malitiae ne memor sis. Atqui legitimus prorsus ex vtroque Vatic. MS. cod. praestes, pro: praestans.

566. Lex leproforum, &c.] Quasi aliud agens transtulit ad curationem decem leproforum, praetermissis

is que intermedia sunt, eo quod illa resciderit Marcion, sicuti testatur Epiphanius aduersus eundem Confut. 47. de eo quod habet Lucas: Dicitur: inuitiles serui sumus; quod debuimus facere, fecimus.

567. morositatem legis, &c.] Sic inquit Rhenan.) lib. de Prescript. aduers. her. cap. 40. Nonne manifeste diabolus, inquit, morositatem illam Iudaeae imitatus est? Vbi vide Adnot. nostras, n. 251.

568. quos tantummodo ire iussos, ut se ostenderet sacerdotibus, in itinere purgavit, &c.] Etiam hic adnotat Epiphanius Marcionem multa rescidisse, & alia pro aliis fecisse, & imprimis legisse: Dimisit ipsos dicens: ostendite vos sacerdotibus, pro eo quod alia aditiones omnes: Quos ut vidit, dixit: Ite, ostendite, &c. Est autem iterum illud Tertullianicum: remediatores languorum, item: retractari, pro: tractari, & : quae propria, & paulopost: remediatis, & : decucurrisset, & rursum hoc eodem capite: remediavit, & : remediari.

569. Sed eiusmodi & alibi iam dicta sunt, in documento superiore, &c.] Supra, nempe c. 9. Vbi tractatur curatio alterius leprosi, Luc. 5. Hinc addit: Nunc etiam praefatus est, nempe Christus supra. Quod quidem etiam illic tractatur, sed hic repetitur: eo quod (Epiphanius teste vbi supra) hic repetat Marcion: multos leprosus fuisse in diebus Helizae Prophetae (& enim intermedium, vbi superfluum erat, at hic adiuuandum) & neminem eorum purgatum nisi Naaman Syrum; ad cuius mundationem refertur, quod mox subiungitur: etiam aedito documento. Sunt autem etiam Tertullianica: eliminatorum, ab eliminando (inquit Rhenan.) & explicandos; viderit, & : opiniosus, id est (Rhen. interprete) sinistræ opinionis.

570. Sed cur pristino leproso nihil tale praecipit, &c.] Nempe: Pater, ostende te sacerdoti. intelligit autem vnus illum, qui pristinus leprosus, iam vero solutus a lepra, ad Christum reuersus gratias Deo reddidit; quem mox Samaritanos fuisse ex eodem Luca commemorat. Cuius rei pulchre causam declarat, post multam eius rei tractationem: quod ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediavit.

571. Samaria autem descuerat ab Israele, &c.] Historia hanc habet 3. Reg. 11. & 12. quando per Achiam Prophetam, (id est, illius Prophetia) Hieroboam, decem tribus (nam sic prorsus legendum, pro eo quod erat mendosissimè: nouem) collocavit apud Samariam. Atque adeo vbi dicitur hic: descuerat ab Israele, intelliguntur XII. tribus Israelis; inter quas scismate facta, vnã, nempe tribus Iudae. Dominus reseruauit Robamo; cui quia adhaesit etiam tribus Benjamin, dumtaxat decem tribus secutae dicuntur Hieroboam. Fortassis legendum, sicuti parum supra li. adu. Iudaeos cap. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 13. descuerat a Deo Israelis. Sed nolui quid immutare contra MS. cod. fidem, quandoquidem sensus aliquis elici queat. Porro per praecipitacionem dicit Auctor: decem tribus collocatas a Hieroboam apud Samariam; nam primum Amri, Rex Israel ab ipso quintus (sicuti est 3. Reg. 16.) emit posseditque montem Samariae a Semmer domino montis duobus talentis argenti, & vocauit nomen montis, quem adificarat, in nomine Semmer domini montis Samariatae: ex quo tempore, quia Reges Israel ibi residere consueverunt, dicuntur tribus decem Israel collocatae apud Samariam; nempe a successoribus Hieroboam.

572. Nax tu maior sis, &c.] Per diphthongum prorsus

suu videtur legendum Nax, quia id requirit sensus lectionis Auctoris; quam etiam hic peculiarem habet, quum legatur Joan. 4. iuxta aditiones omnes: Numquid tu es maior patre nostro Iacob, &c. Variat etiam aliquantulum in eo quod consequenter citat: Patres nostri, &c.

573. Itaque qui & per Amos: Vax, dixerit, eis qui confidunt in monte Samariae, &c.] Sic plane restituendus hic locus pro eo quod erat: per Isaiam; neque enim apud illum vsquam haec scriptura inuenitur, sed Amos 6. siue iuxta distinctionem B. Hieron in Commēt. sub finem c. 5. Illud autem: quoniam ex Iudaeis salus, iterum adfert ex cap. 6. Joan. quod explicat: quonia tota promissio tribui Iuda Christus fuit. Elegit autem vocat Iudaeam matricem religionis, sicuti supra li. de Prescript. adu. her. c. 21. Ecclesias Apostolicas matricem fidei; & rursum voce solita: expungenda, dicitur.

574. Ideo: Fides tua te saluum fecit, audiit, &c.] Quomodo similes locos intellexerit Auctor, vide supra c. 18. num. 265. & infra quoque capite sequenti. Et vero non aliter etiam hic id explicat, dum non simpliciter fidei illius leprosi curati meminit, sed quod intellexerat, veram se Deo omnipotenti oblationem, id est, gratiarum actionem (ita frequenter appellari ab Auctore sacrificium Christiani supra adnotauimus, Tom. 2. lib. de Orat. num. 1.) apud verum templum & verum Pontificem eius Christum facere debere. Quare & tolerari hic poterat adnotatio marginalis: vera oblatio, a de oblatione gratiarum actionis, id est, Eucharistica, locum hunc intelligimus.

575. Sed nec Pharisaei possunt videri, de alterius Dei regno consuluisse Dominum, quando venturum sit, &c.] Pergit in verbis Luca, commemorans etiam responsum Christi; Non venit, inquit, regnum Dei cum obseruatione; Nec dicunt: Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est; vbi confirmatur lectio castigatiorum codicum Latinorum vulgari interpretis: venit, conformiter Graecae voci ἐρχεται, pro eo quod alij & Syrus Interpres: Veniet. Secidum quam lectionem, iterum mox supplemus: intra vos est.

576. secundum Antitheseis nostras, &c.] Illud addit, eo quod praecipuum sit huius libri argumentum, loco Antitheseon veteris & noui Testamenti, quas adiderat Marcion, a contrario sensu, per Antitheses, hoc est, oppositas Moysi & Christi sententias, concordiam probare utriusque Testamenti.

577. Praeceptum, inquit, excelsum non est, &c.] Rectius sic venit quod Graece est Deuter. 30. ὑπεροχος, quam Latinus Interpres LXX. graue non est; & magis accommodè ad sensum vtriusque: vt dicas, quam ille ad verbum: dicens, ite: Auditum illud faciemus, pro quo ille: Audientes. Atqui quum Graecis sit tum hic, tum Rom. 10. τὸς ἀκούσεται, & hic: ἀκούσεται; & correspondeant ex Hebr. eo & Chald. eo voces Latinae & noui Testamenti Syriaca; prorsus castigandum duximus: ascendet in caelum, & deponet (parum iuxta alterum Patric. MS. cod.) pro eo quod erat: ascendet, ac: deponet; maximè quum sequatur: transfretabit & fumet. Distinguiamus etiam sequentia hoc modo: Hoc erit: Non hic nec illic; ecce enim, &c.

578. Dicens enim: Filium hominis ante multa pati & reprobari oportere, &c.] Omittit hic quod Marcioni obicitur ab Epiphanius Confut. 49. Venient dies quando concupiscetis videre vnum diem filij hominis. Veris autem: ante, quod est Graece πρῶτον, & explicat: ante aduentum suum, de quo illud praemiserat

miserat Lucas; vbi addens: in quo & regnum substantialiter reuelabitur, addidit ad illud quod sub fine capituli sequitur in Luca: Filium hominis reuelabitur. Est vero illud Tertullianicum: Reprobari autem habens. Siue autem, excerpit, legas cum altero Patric. MS. cod. siue decerpit cum aliis, non refert.

579. quem & in lapidis & in petrae & in motis figura portenderet, &c.] Quamquam pluribus scriptura locis, in lapidis & petrae, & motis figura Christus portendatur, sufficit nobis eos locos adnotare, quos alibi ea de re citat Auctor, quare de lapide adscriptissimum ad marginem, Isai. 8. de petra, i. Cor. 10. & de monte, Dan. 2. vbi nempe legitur: Lapis de monte praecipuus, qui percussus erit statuam factus mons magnus.

580. cur eum diebus Noë & Loth comparat, &c.] Tribus verbis offerit, quod pluribus habet Euangelista: de aduentu filij hominis comparato diebus Noë & Loth; etiam illud: Memoretur vxoris Loth, in Marcionem pro iudicio Dei retorquens.

C A P. XXXVI.

581. Nam & orandi perseverantiam & instantiam mandans, &c.] Titulum huius capiti dedimus: De Parabolis, Iudicis, & Pharisaei ac Publicani; responsione ad adolescentem diuitem, & de caeco curato; ex cap. xviii. Lucae. Adhuc autem hic ad ipsa verba Lucae qua praemittit priori parabola: Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere. Parabolam, inquam, iudicis coacti, audire viduam instantia & perseverantia interpellationum eius; vbi iterum tribus verbis integram parabolam complectitur, adingens etiam explicationem parabola, quum subiungit: facturum Deum vindictam electorum suorum, clamantium ad eum die ac nocte.

582. Et tamen, quum templum creatoris inducit, &c.] Etiam hic paucissimis hinc verbis profertur alteram parabolam, qua duos adorantes (in templo nempe) diuersa mente describit, Pharisaeum in superbia, publicanum in humilitate; ideoque alterum reprobatum, alterum iustificatum descendisse.

583. in humilitate, vt adleuatorem humilium; non in superbia, vt destruetorem superborum, &c.] Adleuere mihi videtur ad illud Christi: Omnis qui se humiliat, adleuabitur, & qui se exaltat, humiliabitur; siue ad illud Cantici Mariae, Luc. 1. Deposuit potentes de sede, (hoc est enim destrueret) & exaltauit (siue adleuauit) humiles.

584. Nam & quam docuit orationem, creatori probauimus conuenire, &c.] Nempe supra c. 26. vbi tractatur oratio Dominica ex cap. 11. Lucae. Sunt autem iterum Tertullianica: qua Deus optimus, & paulopost: qua solus Deus, & post huius capitis medium: qua non natus.

585. Sed quis optimus, nisi vnus, inquit, Deus? &c.] Optimus more suo & hic & postea usurpatur pro bono, vbi addiderat etiam Marcion vocem: pater, sed perperam. Adfert etiam precedentia Epiphanius, Confut. 50. cuius occasione istud dictum est aduersus Marcionem; immo ipse Auctor paulopost: Denique, inquit, interrogatus ab illo quodam (neque vero etiam Epiphanius habet aliud quam: quidam, quum alij omnes id referant de Principe) Praeceptor optime, quid faciens vitam aeternam possidebo? de preceptis, &c. an ea sciret, &c. exposulauit. Vbi tacite confirmat lectionem Lucae: mandata nosti (non vero Marcionem: mandata noui, sicuti adnotat Epiphanius.) Praecepta inquam (si-

cui paulopost addit Auctor) non occidendi, non adulterandi, non furandi, non falsum testandi, diligendi (qua voce explicat quod significat τὸ ἰσθῆναι, id est, honorare parentes) patrem & matrem. Verum praecedunt: Mandata nosti; illud: Quis optimus, &c.

586. Quumque ille principaliora quaeque adfirmasset obseruasse se ab adolescentia, &c.] Quum apud Lucam habeatur: Haec omnia custodisti, addit: principaliora quaeque, vt ostendat praedicta praecipta talia esse. Atqui Christus (sicuti etiam Auctor profertur) Vnum, inquit, tibi deest: Omnia quaecumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni, sequere me. Porro commiserones & coodibiles Marcionitas hereticos eleganter vocat, quomodo etiam infra sub finem capituli Marcionem caecum adserit.

587. Si adnuntiauit tibi homo quid bonum &c.] Videtur aliquam interrogandi particulam Graece legisse initio huius periodi Auctor Mich. 6. quomodo etiam Chaldaeus Paraphrastes, qua hodie non reperitur; nam vertitur ex Graeco dumtaxat: Adnuntiatum est tibi homo. Atqui sequentia sic distinguenda & castiganda sunt: Et homo enim Christus adnuntians quid sit bonum; scientiam Legis: Praecepta, inquit, scis: facere iudicium: vende, inquit, quae habes; diligere (pro: dilige, nam repetit verba Mich. 6.) misericordiam: & da, inquit, egenis; paratum esse ire cum Deo: & veni, inquit, sequere me.

588. Ta distincta fuit a primordio Iudae gens, per tribus & populos, & familias, & domos, &c.] Adludens ad librum Numeri c. 1. vbi primum Iudae gens per tribus & populos distinguitur, nempe XII. Ruben, Symeon, Iuda, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasse, Benjamin, Dan, Aser, Gad, Neptalim; non adnumerata tribu Leui, eo quod Domino consecrata esset. Deinde etiam ad Numer. cap. 26. vbi per familias & domos recensentur singulae tribus. Nempe tribus Ruben familiae quatuor, Symeon quingue, Gad septem, Iuda quingue, Issachar 4. Zabulon 3. Manasse 8. Ephraim 4. Benjamin 7. Dan 1. Aser 5. & Neptalim quatuor. Et vero Tertullianus, quum iureconsultus esset, adleuere mihi videtur ad distinctionem qua Romani utebantur; gentis, tribus, & familiae; de qua plusculum aliquid in vita Auctoris adtingimus.

589. vnus aliqui, &c.] sic rursum lego iuxta primam Rhenani aditionem, a Latino ex aliis locis Auctoris confirmatam, ex Patric. MS. cod. 2. pro eo quod citra irrepit: vnus aliquis. Nam (vbi adnotauit Rhenanus) in principio libri quinti sequentis: vnus aliqui discipulus. Sensus hic est: Erit terra filius, vel vnus quilibet e terra, siue vnus de multis, quod Graeci dicunt: ἐν τῇ πολλῇ ἀήμας εἷς, καὶ εἷς ἐπὶ πολλῶν, εἷς ἐπὶ τυχόντων.

590. Quum igitur praetereuntem illum caecus audisset, cur exclamauit: Iesu fili David, miserere mei, &c.] Eodem modo ex hoc loco Epiph. Confut. 51. aduersus Marcionem conuincit, Christum non apparentia, sed vere fuisse incarnatum; idque eo magis, quod laudata fuerit a Domino fides caeci, qua filium David Iesum credidit; vtpote qui dixerit illi, sicuti infra etiam citatur: fides tua te saluum fecit. Idem Confut. 51. adnotat amplexasse quoque Marcionem quod apud Lucam cap. 18. praetermittit: Quum adsumpserit Iesus duo decim, dixit: Ecce ascendimus Hierosolyma, & consummabuntur omnia quae scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim & occidetur, & tertia die resurget,

Vnde & ab Auctore illud omiffum est.

591. Sed antecedentes increpabant cæcum uti taceret, &c.] Pulcrè etiam istud interpretatur, ne Marcion pro se facere existimet. Atqui: præsumeret, quod habent 2. Vatic. MS. cod. & prior editio Rhenani, im-

592. & ex fructu lumborum Dauid, &c.] Quia additur: destinabatur, haud dubiè ad illud Psal. 131. De fructu ventris tui, Græcè κοιλίας (sicuti alibi legit) ponam super sedem tuam, seu iuxta interpretationem conuenientissimam B. Petri, Act. 2. de fructu lumbi, Græcè δ' ὀσφύδος, præterquam quod Verterit pluraliter magis Latine lumborum.

593. Qui hoc se (nempe filium Dauid) & cognouit, & ab omnibus cognosci voluit (nempe Christus) fidem hominis, &c. exteriore quoque visione donauit, &c.] Sic explicandus erat locus hic aliis obscurus; & insuper à nobis suppletum est: ab omnibus, ex altero Vatic. MS. cod. à quo parum differt alter legens: ab hominibus. Atqui etiam hic habes: censum, pro origine, quum legitur: per virginis censum; & rectè adnotauit Rhenanus esse Appositionem: ruentem & ipsam Antithesin.

594. Nam si aliquando Dauidem in recuperatione Syonis offenderat cæci resistentes, &c.] Verba sunt hæc Marcionis, quibus Antithesin commentabatur inter Dauid & Christum, quod ille cæcos cædi, id est, occidi iussisset, Christus uero cæcum hic curauit, usque ad illud (ubi proinde noua periodus incipitur): Et cur fidei, nempe huius cæci, & quidem prauæ, siquidem ille mentitus sit filium Dei, præstitisse se dixit, illis nempe uerbis latius repetitis: fides tua te saluum fecit. Quam Antithesin tum per parenthesin interiectam, tum per sequentia pulcherrimè conciliat Auctor. Historiam habes 2. Reg. 5. quam tamquam ueram hic Auctor agnoscit; dicens: cæcos resistentes Dauid in recuperatione Sionis, figuram fuisse populi cæci non admissuri quandoque Christum filium Dauid; si figuram (sicuti alibi non semel Auctor) ergo ueritatis figuram. Pro quo facit etiam Prouerbum inde natum: Cæcus & claudus non mirabunt in templum. Valeat itaque Erasmus, qui istud ad imagines, ut dicit, cæcos, quæ solent adfigi fistulis domatuum seu murorum artis Sion refert.

595. Atquin & hoc filius Dauid, Antithesin, &c.] Distingue (inquit Rhenan.) Atquin & hoc filius Dauid, Antithesin de suo retundendam, ut sint due figure, synecdoche, & Appositio. Hoc est: secundum hoc, nempe Antithesin de suo retundendam. Rectè autem castigauit Gelenius: eiusdem indecoris homo, id est, etiam cæcus; pro eo quod antea erat: eius deinde carnis, uel: eiusdem carnis.

C A P. XXXVII.

596. Consequitur & Zachari domus salutem, &c.] Capituli huic dedimus inscriptionem: De Zachæo, & seruorum parabola, ex cap. xix. Lucæ.

597. & omnis populus laudes referebat Deo, &c.] Istud quasi per recapitulationem hic adfert ex cap.

precedenti. Castigauit autem secundum uestigia alterius cod. MS. Vatic. qui habebat: resonabat, singulari numero: referebat, pro: referebant, quod sic legit B. Lucas.

598. etfi Allophylus, &c.] Ἀλοφύλος (sicuti adnotat B. Hieron. in c. 2. Isaiæ) Lxx. ubique translulerunt, ubi ex Hebræo uertitur Philistim; si non fuerit Philistæus, saltem alienigenam (quem proprie ea uox significat) fuisse Zachæum, uel ex eo patet, quod primus publicanorum fuerit, quorum officium cum ethnicis comparat Christus, utpotè à quibus administrari soleat. Sine autè mox legas cum MS. & excus. & ignorans Isaiam, sine ex cõiectura Rhenani: etfi ignorans, non refert.

599. Hoc cum maximè agebat, &c.] Tertullianicum est, quod bis hic repetitur: cum maximè. Pulchrè autem singula opera misericordiæ ab Isaiâ præscripta Zachæo adplicat; quod exceptum domo sua Dominum pauerit, dimidiu substantiæ obtulerit pauperibus, insuper addendo: Et si cui quid per calumniâ eripui, reddo quadruplū. Vbi substantiâ Auctor accipit pro bonis, & proprie transtulit per calumniâ eripui, quod Græcè est ἐσπιοφάνησα. In eo autè quod sequitur: Hodie, inquit, salus huic domui, &c. omittitur ab Auctore quod habet Lucas, sed subintelligitur: facta est.

600. Dissoluens uolentiorum contractuum obnexus, &c.] Sic castigauit hunc locū ex altero MS. Vatic. cod. pro: obnoxios, quod in dōse legebatur, quia Isai. 58. legitur τὰς ἐσπιοφάνησας, quod alij malunt uertere cautiones seu obligationes. Verum illa uox composita est à uocè nexus, iure consuetudinis uisitatissima. Hinc illud apud Papiam, l. si paterfam. ff. familie eriscunde, nexus pignoris; apud Plinian. l. si non saltem. §. adeo. ff. de condit. indebit. nexus uendit; uide & Cicero pro Murena: nexu obligare, & apud Tacitū li. 3. exsolui legi nexus. Eodem pertinent Lex nexus, & lex xii. Tabul. c. 8. de Nexis. de quibus supra Tom. 1. Apolog. c. 4. n. 53. Vnde & Nexum as (Festo teste) apud antiquos pecunia que per nexū obligatur, nempe per genus quoddam obligationis ciuili, quæ (ut Budæus ait) corpus aquæ atque pignus nexu afficiebatur; quare non necesse est hic adiciere adnotationem Rhenani, de obnoxio cum Genitio. Lego etiā: Et nudum si uideris, contegito, ex altero Vatic. MS. pro: tegito; quia illud legitur sup. li. 2. adu. Marc. c. 19. & alibi.

601. Venit enim filius hominis saluum facere quod perierat, &c.] Sine legas: perierat, sine sicuti repetitur ab Auctore ex Luca: perierat, perinde est. Hic adnotandum, quod illud: cuius fuerat, & cui perierat, referri debeat, ut constet sensus, non ad illud: quod perierat, sed ad eum qui uenerat ut saluū faceret. Atqui de Prouerbiali formula: in alterius questionis gradum dirigere, uide nostra Prolegomena.

602. Hic quū ex duabus substantiis cõstet, &c.] Hinc pulchrè deducit Auctor, non solum animæ, sed & carnis salutem contra Marcionem alioque qui id negabant, à Christo procuratam. Verum de eo latius supra lib. de Resurr. carnis.

603. Seruorum quoque parabola, qui secundum rationem fœneratæ pecuniæ dominicæ diiudicantur, &c.] Paucissimis uerbis totam hanc parabolam complectitur, solum hoc agēs, ut iudicem Deum inde probet; legens sicuti supra c. 19. ex c. 8. Lucæ. & auferentē quod quis uideatur habuisse, ut interpretetur quod hic legitur, Luc. 19. ab eo autem qui nō habet, & quod habet, auferetur ab eo.

604. Aut si & hic creatorem finxerit austerum, tollentem quod non posuerit, & metentem quod non

hora, quid eloqui debeatis; sicuti uide est supra cap. 28. Vbi quū etiā adferat exemplum Balaam, cui Deus quod non cogitauerat, immo cõtra quàm cogitauerat, suggerit, etiā hic legitur: Balaam, secuti uestigia alterius Vatic. MS. cod. pro eo quod erat: Bala. Quum uero sequitur: & Moyſi causato linguæ tarditatem: os repromittit, adludit ad illud Exod. 4. Aperiã os tuum.

627. & sapientiam ipsam cui nemo resisteret, per Isaiam demonstrat, &c.] Huic loco Euangelistæ accommodat locum Isai. 44. Vbi in hoc differt ab editione LXX. tam ea quæ olim tempore B. Hieronymi, quàm quæ hodie existat Græca & Latina, quod dumtaxat habeat: & alius inscribetur in nomine Israël, pro eo quod alij: & alius scribet manu sua: Dei sum, & in nomine Israel clamabit, & tamen non aliter legit infra Scorpiaco. adu. Gnosticos, cap. 7.

628. cum Deo inualeſcentis, quod est interpretatio Israël, &c.] Adludit ad illud Gen. 32. Non uocabitur ultra nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quia inualuisti Deo, Græcè iuxta LXX. & Symmachum: ὄτι ἐνίοχουσας μετὰ θεῶν iuxta quos dicit Auctor, esse eam interpretationem Israël, quasi Israel dicitur inualeſcentis Deo. Vide uariis eius nominis interpretationes apud B. Hieron. Quest. Hebræic. in Genesim, ubi magis probat ille ex uestigis litterarum Hebræicarum, ut interpretationem accipiat uox Israel Princeps Dei, uel directus Dei, quomodo etiam Comment. in dictum locum Isaiæ: Proprie (inquit) iuxta Hebræos & litterarum fidei Israel reſtus Dei dicitur; Vir autem uidens Deum, non in elementis, sed in sono uocis est. Quamquam interim pro hac postrema & communis Petri aliorum opinione (quam etiam fatetur priori loco B. Hieron.) faciat, quod secundo loco Jacob imponatur nomen Israel, Gen. 35. postquam apparuit ei Deus in Bethel; quod confirmari etiam inde uidetur, quod fateatur ipse B. Hieronym. prius solum promissum fuisse, nomen Israel imponendum Jacob, hic uero primum impositum. Sine autem legas cum altero Vatic. MS. cod. prohibuit præcogitationem, sine cum aliis: cohibuit, non refert.

629. Dominus mihi dat linguam disciplinæ, quando debeam proferre sermonem, &c.] Omittit hic Auctor quod alij habent intermedium tam LXX. quàm ex Hebræo interpretet: ut sciam; & notandum quod de Christo istud interpretetur, contra Iudæos, qui totum hoc caput de Isaiâ malunt interpretari.

630. A proximis quoque persecutiones, & nominis, ex odio utique, blasphemiam prædicatam, &c.] Adludit ad uerba illa Christi, Luc. 21. Trademini autem à parentibus, &c. Atqui etiam hic, quamquam Græcè habeatur & Latine & Syriacè: propter nomen meum, tamen non aliud legit Auctor quàm: nominis odio, utpotè quod sic nomen Christianum appellatur ea atate, eo quod nomen potius quàm crimen in Christianis damnaretur; sicuti restatur supra Tomo 1. Apolog. cap. 2. & 3. quod etiam alicubi nos supra adnotauimus.

631. Sed per tolerantiam (inquit) saluos facietis uosmetipsos, &c.] Omittit intermedium illud: Capillus capitis ueſtri non peribit, quia residerat Marcion. Transtulit autem: per tolerantiam, quod ex Græco ad uerbum uulgatus Interpretis: in patientia ueſtra.

632. Tolerantiam (inquit) iustorum, &c.] Mirum est quod hic legit: iustorum, quum alicubi supra cum reliquis omnibus aditionibus legat: pauperum. Atqui legit: perierit, pro eo quod ibidem: peribit.

633. Corona autem erit eis qui tolerauerint, &c.] Repetitur istud iuxta LXX. Zachar. 6. Vbi accipit Auctor tolerare, pro: exspectare, quum Græcè sit ὑπομείνωσιν, quod tolerare significat cum exspectatione. Eiusdem significationis est ὑπομονή, quæ est apud Lucam & Dauidem locis modò citatis, ubi tolerantiam uertit Auctor.

634. Sed monstrato dehinc tempore excidij, quum cõpisset uallari exercitibus Hierusalè, &c.] Adtingit solummodò istud Auctor, tunc nempe fore tempus excidij (sue desolationis, uti alij ex Græco magis proprie uertunt) quum cõpisset uallari (sue circumdari, uti est Græcè, Latine & Syriacè) exercitibus (Græcè ἐπετάρασαν) Hierusalèm; eo quod Epiphano teste, Conſtit. 59. Marcion rursus resedit: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & cetera quæ sequuntur; usque ad: ut impleantur omnia quæ scripta sunt; utpotè quod nollet fateri, in nouo Testamento impleri quæ scripta sunt in Veteri. Prætermittit interim Auctor etiam alios duos uersus intermedios.

635. solis & luna syderumque prodigia, & in terra angustias Nationum, &c. imminentium orbi malorum, &c.] συμεία iterum hic prodigia uertit, pro eo quod alij: signa; & angustias plurali numero, quum in omnibus aditionibus, & supra lib. de Resurr. carnis cap. 22. sit singulari. Deinde ordine transposito magis clarè exprimit: obstupescientium (Græcè ὀπτοῦντων) uel, ut accipiatur pro: exanimatorum, & quasi in deliquo animi existentium uelut à sonitu maris fluctuantis, pro eo quod hodie legitur: præ confusione sonitus maris. & fluctuum areſcentibus hominibus; & uero, cum distinctione uersus, non rectè meo iudicio, præ exspectatione (omittens: timore &) imminentium orbi malorum. Vide uero supra loco citato Adnotat. nostras numer. 172. 173.

636. Et dabo prodigia, &c.] Nihil hic differt Auctor à LXX. Joël. 2. neque illi à uersione B. Hieron. nisi quod legant: illustriſtis, hic uero, horribilis; nostra uero confirmatur à B. Petro, Act. 2. Quæ de ultimo iudicio Auctor interpretatur.

637. Fluminibus disrumpetur terra, &c.] Etiam hic castigatio est editio LXX. in B. Hieronym. Comment. quæ in Bibliis Regiis, utpotè quum legatur illic sicuti ab Auctore, nam eiusdem sunt significationis: scindetur, & disrumpetur; ibi etiam est Græca alia uox quàm hodie ὀδυνώσασιν, quàm ille interpretatur: doluerunt, sicuti est Hebræicè, pro quo parturient legit Auctor. Hieronymus cum Auctore tum hic, tum supra cap. 20. legit: Disperges aquas gressu, sine itinere. Nam sic legendum etiam hic pro: dispergent, ibi patet nu. 280. Ab omnibus deinde legitur: Dedit abyssus sonum suum, sine ut alij, uocem suam; sed est peculiaris distinctio Auctoris: sublimitas timoris eius elata est; sol & luna constitit in suo ordine, ubi quod Græcè est φαντασῶσιν, translulit timoris, & elata accipitur pro: elata. Sicut etiam illud peculiare est: in lucem coruscationes (sic enim castigo pro: coruscationis, quia Græcè est οὐρανός, id est, ut alij transferunt, iacula, quamquam etiam putem quid aliud lectum ab Auctore, eo quod aliter Vatic. MS. habeat: circumstationes) tuæ ibunt in fulgorem, id est, splendorem. Legit item fulgur (nam sic lego ex 2. MS. Vatic. cod. pro: fulgor, nam Græcè est ἀστὴρ, quod coruscationem alij transferunt) scutum tuum, pro eo quod alij: In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationes armorum tuorum. Reliquum cum aliis concordat: In com-

minatione tua, &c. & in indignatione, &c.

638. Et tunc videbunt filium hominis venientem de caelis cum plurima virtute, &c.] In his verbis Luca differt Auctor ab aliis, quod legat: de caelis, pro eo quod alij ex Greco: in nube, & ex Syriaco, in nubibus; item quod omittat: & maiestate. Similiter in eo quod sequitur: Quum autem haec fierent, erigetis vos (supra loco citato emergetis) & leuabitis capita vestra, pro: respicite & leuate; quoniam adpropinquauit (pro eo quod alij adpropinquat) redemptio vestra. Lego enim adpropinquauit, pro: adpropinquabit, ex 3. V. at. MS. cod. supra loco citato lib. de Resurr. carnis.

639. Sic & vos quum videbitis omnia haec fieri, scitote adpropinquasse regnum Dei, &c.] Istud quod hic per praecipitationem adfert ut adaptet precedentibus, postea repetitur sicuti & in Euangelio Lucae, sicuti parabola interiecta.

640. Ecce cum caeli nubibus tamquam filius hominis adueniens, &c.] Quae intermedia sunt Dan. 7. & reliqua quae sequuntur, habes Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 14. & supra li. 3. cap. 7. quod Lectorem remittimus ad Adn. nostras. Atqui vni facile intelligatur quae sunt verba Danielis, omnia noua periodo sic distinximus: Et data est illi potestas Regia, quam, &c. Et vniuersae Nationes, quas, &c. Et gloria omnis, &c. quia nec, &c.

641. Existi in salutem populi tui, &c.] Istud in xta LXX. immediate post verba paulo ante citata reperitur Abacuc 3. Est autem Tertullianicum illud: interstrue-re.

642. Ipsum decursum scripturae Euangelicae ab interrogatione discipulorum, &c.] Adludit ad interrogationem discipulorum initio cap. 21. Lucae: Magister, quando haec erunt, &c. Atqui vota sanctorum intelligit ea, quibus erigentur & leuabunt capita sua ad redemptionem regni iam adpropinquantis. Parabolam vero sicuti paulo post explicat Auctor. Porro exitibus rursus usurpat, pro: exitus.

643. Aspice ficum & arbores omnes quum fructum protulerint, &c.] Vide de hoc loco etiam supra lib. de Resurr. carnis cap. 22. nu. 174. Et bene habet, quod quamquam Graecis sit dumtaxat προβόλασιν ἴδιον, tamen Auctor transferat, sicuti Latinus vulgatus Interpret: quum fructum protulerint; quod confirmatur etiam eo quod sequitur: fructificationes arbutularum, sive, quod malo, sicuti supra loco citato: fructificationes. Quo fit ut ego quidem coniciam & apud vulgatum Interpretem, & apud Auctorem fuisse lectum primitus: quum fructum protulerint, ut fructus usurpatus olim fuerit pro: caule floris, quem supra usurpat; sed quod eam vocem apud neminem veterum inuenimus, nolui quid immutare. Quum autem habeat Lucas verbum Graecum praesentis temporis; prorsus castigauit ex 2. MS. V. atic. cod. intelligunt, pro: intelligent. Atqui quod alioqui obscurum videtur: Omne autem signum, &c. ad hoc refertur ut putet & signum & rem eiusdem esse Dei creatoris.

644. Non transibunt caelum & terram, nisi omnia peragantur, &c.] Istud quasi ex consequenti colligit ex verbis illis Euangelista Auctor: Non prateribit generatio haec, donec omnia fiant; caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Atque adeo videtur generationem γενεάν Graecis, interpretari de tota huius seculi usque ad vltimum finem aetate, quam B. Paulus Apostolus fines saeculorum nuncupat, & B. Ioan-

nes horam nouissimam. Lego autem ex Troquo V. atic. MS. Siquae a creatore sunt, pro: fiunt, & paulo post distingo: Sic enim & Isaias. quum enim referatur ad praecedentia verba ab Auctore citata, non est noua periodus, sed dicomma dumtaxat. Atqui rursus hic Tertullianica phras: ordinem expungi, sicuti & cap. sequenti: Psalmum expunctum, id est, adimpletum; vel Rhenano teste.

645. Admoneantur & discipuli ne quando grauentur, &c.] Secularibus veritibus proprie, quod est Graecis: βαρύνεσθαι, & insinuat, & insinuat. Legimus vero iuxta alterum MS. V. atic. cod. ex plenitudine, pro: &c. Atqui sicut legimus: Moysi cum exc. sue. Moysi cum 2. MS. V. atic. non refert; ego certe nullam talent admonitionem, qualem hic Christus fecit, apud Moysen reperire potui.

646. sed enim per diem in templo docebat, &c.] Pergit in verbis Domini comparandis cum Prophetis.

647. In templo meo me inuenerunt, & illic disputatum est ad eos, &c.] Locum hunc non sine difficultate & inuocatione Spiritus sancti tandem inueni Olce 12. ubi vertitur & ex Hebræo in Bethel, & LXX. tam secundum B. Hieron. in Comment. quam editiones quae hodie existant: ἐν οἴκῳ αὐτοῦ, inuenerunt me, & ibi dictū seu disputatum est (Graecis ἐλάλησαν) ad eos. Vbi quamquam ὄν interpretatur B. Hier. doloris, & Latinus Interpretes LXX. iniquitatis, tamen hunc locum citari certum est ex versione altera in Bethel; hoc est (vel B. Hier. exponente) in domo Dei, Et proinde loco ὄν fuisse aliquid aliud olim lectum, prorsus conicio; aut videtur Tertullianus legisse ὄν, & proinde interpretatus de nomine Dei, quod legitur Exod. 3. ὁ ὄν, ut vertitur: in templo meo paraphrasticis, pro: domo Deiceus nempe qui vocatur: Ego sum qui sum.

648. Ad noctem vero in Elazone sedebat.] Fecit Auctor hic Latine ex Graeca ἐλαζών, tam in testimonio Lucae quod explicat, quam in loco citato Zachar. 4. Et stabant pedes eius in monte Elazone, ἐλαζών οὐλινετον significat.

649. Diluculo conueniendum erat, &c.] Ita expressit Auctor vocem Graecam ἀποδοξίσε, quam nos Interpretes Latinus manicabat, vertit, voce scilicet aquae atque Graeca, quam tamen habent plerique antiqui MS. codices, & ipse B. Augustinus agnoscit vstatam ab Interprete Veteri Latino, Iud. 9. ubi eadem vox Graeca legitur. Illud autē: Dat mihi linguam, &c. partim etiam supra citatum reperitur Isai. 50.

CAP. XI.

650. Proinde scit & quando pati oporteret, &c.] Caput hoc inscripsimus: De die Paschae electo ad passionem Christi, proditione Iudae, & distributione corporis & sanguinis Domini, ex cap. XXI. Lucae. Atqui per praecipitationem priori loco ponit, quae Euangelista posterius.

651. cuius passionem Lex figurat.] Varias passionis in lege figuras videre est Tom. 1. lib. aduers. Iudaeos, cap. 10. & supra lib. 3. aduers. Marcionem, cap. 17. 18. ac 19. Atqui Epiphanius, Consut. 60. pulcre ex hoc consutat Marcionem, quod quum verè passum & crucifixum fateatur Christum, tamen verè natum nolit consistere; quod ipsum etiam vixit Auctor supra lib. de Carne Christi cap. 5. & li. 3. adu. Marc. cap. 8. docens, si non verè natus sit, sed in phantasia, nec etiam verè crucifixum.

652. Nam et tot festis Iudaeorum, Paschae diem elegit,

non fuerit, &c.] Sensus Auctoris est. Si Marcion per parabolam hanc velit confirmare Deum creatorem auterum esse, tolleret quod non posuerit; hic quoque (nempe homo nobilis) me instruit (nempe Deum noui Testamenti esse aucterum) cuius pecuniam ut facerem praecipit.

CAP. XXXVIII.

605. Sciebat Christus baptisma Ioannis unde esset, &c.] Caput hoc inscripsimus: De verbis Domini diuersis, ad Pharisaeos, Sadducaeos & Scribas, ex c. xx. Lucae. Atqui omnia sunt ab Auctore quae sequuntur ad finem usque cap. 19. quia (Epiphanius teste Consut. 53.) amputauit Marcion quicquid legitur de asino & Bethphage, & de ciuitate, & templo, & quod scriptum erat: Domus mea, domus orationis vocabitur, & vos fecistis eam speluncam latronum. Quum tamen a Hiericho, ubi historia contigit Zachari, ad Hierosolyma publica via ducat, inquit ille, per Bethaniam & Bethphage, & montem Oliuarum; & nihilominus agnoscit Marcion illud (quod tractat idem Consut. 53.) Factum est in vna die docente ipso in templo, quum fuerunt in ipsum conuicere manus, & timuerunt; quod non poterat peruenire, nisi per professionem quam habet B. Lucas. Incipit autem Auctor, omnia reliquit, a verbis Domini ad Pharisaeos sese interrogantes, in qua potestate eiceret videntes & ementes in templis, qui ipsos vicesim interrogauit Baptisma Ioannis unde esset.

606. si quid Pharisaei ad interrogationem renuntiaissent, &c.] Similiter subiungit: Puta illos renuntiasse, & mox: Certè nolentibus renuntiare. Vbi renuntiare accipitur pro: respondere; alius vero eius vocis significationes habes alibi non semel supra. Atqui quod ad Lucam adinet, sensum potius adfert quam verba, & transponit nam apud illum posteriori loco ponitur, quod si humanum Ioannis baptisma renuntiaissent, statim lapidibus elisi fuissent, & priori quod si de caelis fuisse dixissent, inquisisset Christus (sic enim habet Euangelista, pro eo quod Auctor: inquit) quare non credidistis ei?

607. Existeret aliquis Marcion, &c.] Existeret, inquit Rhenanus, id est: si emergeret, exoriretur, exurgeret. Sic enim hoc verbum apud Ciceronem interpretatur Asconius Pedianus. Sine autem legas cum excusis: in praeceptum, sive cum MS. tam in quibus Rhenanus v. sus est quam V. atic. 2. praeceptum, sive ex coniectura ad marginem 1. aditionis: praecipitum, non refert; nisi quod videtur mihi magis Tertullianicum: praeceptum, quia vox antiqua. Quandoquidem autem haec sit prouerbialis formula: in praeceptum imponere, videantur nostra Prolegomena.

608. Sic enim & de creatore in arboris lege tractatur, &c.] Legem arboris videtur mihi eam vocare, quam in paradiso tulit Creator, interdicens ne ederent de fructu arboris plantatae in medio paradisi, Gen. 2.

609. cuius sacramentum Ioannes administrabat, &c.] Accipitur hic sacramentum in secunda significatione pro figura; non verò sicut alibi, pro sacramento Ecclesiae. Neque enim baptisma Ioannis sacramentum fuisse, ita ut esset sacra rei signum efficax (de quibus significationibus variis vide supra li. de Praescript. aduers. haeret. cap. 40. num. 239.) satis deduxit Auctor supra lib. de Baptis. cap. 10. ubi adfert, Baptisma Ioannis neque spiritum sanctum, neque remissionem peccatorum dedisse, sed fuisse dumtaxat can-

didatum remissionis & sanctificationis in Christo subsecutura; atque adeo quod ad intellectum huius loci facit, quem etiam ibi citat, caelestem quidem fuisse, sed mandatu, non potestate. Quo loco vide ea de re per totum caput Adnot. nostras.

610. malum malo reddidit, &c.] Ironicus id dicit Auctor, eo quod illis nolentibus renuntiare quid sciperent, ipse vicesim dixerit: Et ego non dico vobis in qua virtute haec facio; ac si dicat, si ad hominem loquamur, ipse Christus videbitur malum pro malo reddidisse; quo cogitur ex parte, ut ostendat etiam Deum noui Testamenti, atque adeo Christum aequè malum fuisse (si malitia Deus capax esset) atque Creatorem.

611. Reddite quae Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo, &c.] Hic rursus praetermissit Auctor apud Lucam de vinea elocata colonis, & Quis igitur est hoc: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes? quia illud refecit etiam Marcion, sicuti testatur Epiphanius, Consut. 55. Atqui cautè legendum: in cuius imagine & similitudine & nomine & materia expressus est; quia satis constat Gen. 2. hominem expressum ad imaginem & similitudinem Dei, atque adeo & nomen Dei aliquando in scripturis homini adplicatum; sed quomodo in materia Dei, non constat, nisi forte intelligat, de adflatu Dei, sicuti alibi loquitur, de quo vide nostra Prolegomena. Est autem illud obscurum, & quantum apparet, mutilum: nisi quod necesse est qui suum denarium non haberet, sed quum non amplius habeant etiam MS. V. atic. mederi non licuit.

612. Sadducaei resurrectionis negatores, &c.] De hoc errore Sadducaeorum vide supra lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 45. num. 297. & lib. de Resurr. carnis, cap. 2. num. 11. Quibus adde quod non solum carnis, sed etiam animae resurrectionem negasse Sadducaeos scribat Iosephus lib. 18. Antiqu. Iudae. cap. 2. Atqui mirum est quod hic omiserit Auctor (si codices omnes mendosi non sint) absque liberis; quum supra cap. 34. diuersis verbis dicat: non aliter permisisse Legem uxorem fratris sui defuncti, quam si illiberis decesserit; nisi forte illud subintelligat in illis verbis: secundum praecipitum legale; quippe quo etiam quod dictum est, praecipitur Deuter. 25. Eo enim respexerunt istud Christo proponentes Sadducaei.

613. Respondit igitur: Huius quidem aui filios nubere, &c.] De hac lectione consentiente cum Latino vulgato Interprete, sicut & de illo quod mox subiungit etiam ex Luca Auctor: neque nubere neque nubi; vide Adnotat. nostras ad librum 3. Testim. B. Cypriani cap. 32. num. 69. Reliqua etiam huius loci ad sensum potius quam ad verbum adfert. Atqui sine legas: diffiniturus cum altero V. atic. MS. cod. sive definiturus cum alio, perinde est; sed necessariò iuxta Lucam suppleuimus: Dei & resurrectionis filij facti. Pulcre autem hinc colligit Auctor etiam aduersus Marcionem tempora permissarum & negatarum nuptiarum, quae ille in totum tollebat; & resurrectionis confirmationem, quam ille (saltem carnis) negabat. Sunt etiam Tertullianica: post praescriptione; & re tractabo, ac mox: decucurrerunt.

614. Nacti enim scripturae textum, &c.] Haec ex Marcionitarum persona adfert Auctor, usque ad illud: Quis sic legi oporteat, &c. qui legebat: Quos autè dignatè est Deus illius aui, quum legi debebat: Quos autè digna-

tus est Deus, illius aui possessione; quare & paulo supra posteriori hoc modo distinguenda sunt verba Lucae. Quae lectio Auctoris omnino confirmatur lectione hodierna tam Graeca & Syriaca, quam Latina: Illi vero qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione; nulla facta Dei mentione, atque adeo etiam praedicto modo videtur contextum corrupisse Marcionem, ut pro se facere videretur: Non enim de Deo (vix recte subiungit Auctor) sed de statu illius aui consulebatur.

615. Sic & de ipsis nuptiis responsum subuertunt, &c.] Etiam hoc ex persona Marcionis, eiusque sectatorum haereticorum, usque ad illud: Quando, &c. ubi recte respondet Auctor: non alias negasse Christum nuptias quam illius aui, non vero huius de quo consulebatur.

616. Atque adeo Scribae: Magister, inquit, bene dixisti, &c.] Rursum hic omittit Auctor, quod praeterea addit Christus aduersus sadduceos, quia illud residerat Marcion, nempe: Quod autem resurgent mortui, etiam Moses ostendit circa rubum, quum dixit, Deum Abraham & Isaac & Iacob: Deus autem est viuentium, non mortuorum: sicuti tradit Epiphanius. Confut. 56. & 57. bis id ipsum repetens, ne aliquid de scripturis reliquisset videatur; pulchre ibidem Marcionem confutans, quod alibi Deum Abraham fassus sit, in Lazari mendici & diuitis parabola; & resurrectionis signum sit stertus & fridor deiuum, quem ille non amputauit. Atqui etiam istum hunc locum pro Resurrectione aduersus Marcionem faceve docet Auctor.

617. Si autem Scribae Christum filium Dauid existimabant, ipse autem Dauid Dominum eum appellat, &c.] Adludit ad sequentem Christi interrogationem, qua, quum Christum filium Dauid existimaret, interrogauit quomodo Dauid filium eum vocaret? Psal. nempe 109. Quod adaptat Auctor etiam pro vera Christi carne, aduersus Marcionem, & pro diuinitate eius aduersus scribas.

618. obtundebat, &c.] Sic & infra (inquit Rhenanus) lib. quinto, cap. 1. Vt iam, inquit, hinc & fidem tuam obrundam. Atqui mox pro eo quod legitur: pulchra traditione Scribarum, legitur alter Vatic. MS. cod. traductione; quod magis quidem placet, eo quod haud absimiliter supra lib. de Praescript. adu. haer. c. 2. legitur: traductiones eorum quae mentiuntur. Verum, quia illud ab aliis omnibus legitur, nolui immutare, eo magis quod interpretatio Rhenani, quia illic traductiones interpretatur de prauationes scripturarum, infamationi non absimiles, hinc loco minus competat.

C A P. XXXIX.

619. Olim constitit de nominum proprietate, &c.] Titulum capiti huic dedimus: De venturis in Christi nomine, & signis ultimi finis, ex cap. xxj. Lucae. Atqui adludit ad cap. 15. & 16. lib. 3. adu. Marcionem supra, ubi tractauit de nominum proprietate Christi & Iesu. Verum tam obscurum est illud: ei illam, ut quid sibi velit nesciam; prorsus sentiens corruptum esse locum, qui tamen neque ex MS. Vatic. emendari potuit. Videtur supplendum: ei (nempe Deo creatori) illam nempe proprietatem nominum competisse; qui prior & Christum suum in homines adnuntiaret, locis dicto capite ad marginem adnotatis; & Iesum transnominaret, Matth. & Luc. 1.

620. qui multos dicat venturos in nomine ipsius, &c.] Quia istud videtur non tam ad Christum quam ad creatorem referri, dicitur quidem verbis Evangelistae &

Christi; sed videtur etiam adludere ad illud Hier. 14. Falso Propheta uaticinatur in nomine meo. Quod autem addit: Amplius & prohibeat eos recipi, adludit ad illud Lucae: Nolite ire post illos. Postea subiungit quod est intermedium: dicentes: Ego sum Christus; quaequam interim vox: Christus, apud Lucam non reperitur Graece aut Latine, sed Matth. 24. unde supplenda videtur ab Auctore; aut certe sic lectum fuit olim; quod videtur confirmari ex aduisione Syriaca, ubi legitur: Ego sum Melchico.

621. quorum & ipse par sit, &c.] Par (inquit Rhenanus) cum Genituro, sicuti supra sep. 1. Supplemus autem ex altero Vatic. MS. nomen Dominum, Christus & Iesus creatoris, & legitimus: qui alium in nomine eius recepisti, ex utroque MS. Vatic. cod. pro: alienum.

622. Bella, opinor, & regnum super regnum & gentem super gentem, & pestem, & fames, terraque motus, & formidines, & prodigia de caelo, &c.] In enumerandis his temporum, nempe extremorum adpropinquantium signis, bis dicitur & super, pro eo quod alij magis accommode: aduersus; & sicut Graece est illud: de caelo retulit ad prodigia, non vero: ad formidines. Illud vero: Haec quum adiciit (sive dicit, ut habet V. Vatic. MS.) etiam oportere fieri, intermedio loco ponitur, quod iterum repetit Auctor sub finem huius capituli.

623. Ante haec autem persecutiones eis praedicat, & passiones venturas, &c.] Adludit ad illud Lucae: Sed ante omnia mittent vobis manus, &c.

624. Accipe praedicatum in Zacharia: Dominus, inquit, omnipotens, &c.] Pulcherrime locum huic Zachar. 9. de persecutionibus martyrum interpretatur Auctor, & latissime. Vbi imprimis castigauimus: & confument illos, pro: confument, tum quod Graeci legatur καταλαδόντων, tum etiam quod alioqui contradictionem implicarent: proteget, & conluemet. Deinde legitur cum B. Hieron. in Comm. iuxta LXX. & replebunt quasi pateras altare, pro: replebunt pateras quasi altaris, quod infra id sic explicatur: Nemo tanta in bello sanguinis flumina paterarum capacitate metitur, aut vnus altaris cruentatione adaequat; quare videtur etiam hodie sic castigandi LXX. Graece & Latine. Denique lego: quia lapides sancti volutant, pro: qui; tum quod aliter sensus obscurus sit, tum quod Graece sit αἰότις ubi volutant, sicuti & mox: volutabatur, accipitur impersonaliter pro: voluuntur, quia Graece est κωλύονται. Atqui quae illos, &c. manebant, interpretatur Rhenanus: expectabant.

625. bellorum legitimis armis debellatorum, &c.] Facit etiam hic locus ad intelligentiam sententiae Auctoris supra Tom. 2. lib. de Corona milit. c. 11. Vbi prima facie videtur omne bellum illicitum facere; sed de eo ibi latius in Adnotat. nostris, nu. 122. partim ex lib. de Idolol. c. 19 partim ex aliis locis Auctoris & veterum Patrum; ex quibus constat, militiam eam solam illicitam dixisse, quod cum idololatria aliquid commune habebat. Accipitur autem ubi legitur: omnium offensui, more Tertulliano: offensus (sicuti etiam Rhenanus adnotauit) iuxta quartam inflexionem, pro offensione.

626. Et hicigitur ipse vetat cogitari, quid responderi oporteat apud tribunalia, &c.] Propterea addit: Et hic, quia etiam supra c. 12. Lucae: Perductos ad potestates prohibet ad interrogationem cogitare de responsione; Sanctus enim spiritus docebit vos ipsa hora,

elegit, &c.] Adludit tum ad illud Lucae: Adpropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, tum ad illud: Venit autem dies Azymorum, in quo erat necesse occidi Pascha. Atqui festa Iudaeorum commemorantur Leuitici 23. Pascha, Primitiarum, Pescecostes, Tubarum, Expiationum, & Tabernaculorum. E quibus tria erant, quibus per singulos annos oportebat omne masculinum comparere Hierosolymis, sicuti legitur Exod. 23. Pascha, Primitiarum & Expiationum, nisi fallor. De mulieribus vero apparet, 1. Reg. 1. de Phenemā & Anna matre Samuelis, & Luc. 2. de Ioseph & Maria, quod solum tenerentur adire Hierosolem semel in anno, utpotē in die sollempni Pascha. Hinc opinor factum tum, ut diem Pascha praereliquis Christus elegerit, quo in praesentia omnium patere-tur, tum ut figurae quoque impleterentur.

653. Pascha est Domini.] Quamquam istud habeatur Exod. 11. Leuit. 23. & Num. 28. sufficit priorem locum ad marginem adnotare.

654. Concupiscentia concupiui Pascha edere vobiscum antequam patiar, &c.] Non hoc modo adfert adu. Marc. Epiphanius Confut. 62. vii ostendit (quod etiam Auctor facit) se figuram sanguinis sui implere concupiscere, atque adeo non se destructorem legis; sed etiam arguit aduers. phantasticam carnē Christi, quod praemittit Evangelista: Et accubuit & duodecim Apostolicum eo, & insuper id quod praecedit: Itē & praeparate vtdam Pascha, Confut. 61. Atqui concupiscentiam & concupiscere, tum hic, tum paulopost, accipit in bonam partem, pro: desiderio, & desiderare, quomodo etiam supra lib. de Anima cap. 16. ubi concupiscentium animarum genus hoc loco Evangelista probat etiam in Christo fuisse.

655. Nimirum veruecina illum Iudaica delectaret, &c.] Veruecina (inquit Rhenanus) id est, caro veruecis. Sic dicitur agnina, bubula, porcina Plauto. Epiphanius dicta Confut. 61. Arguit etiam esum carnis veruecinae Christi & discipulorum ante institutionem Mysterij; contra Marcionem qui carnis esum damnabat.

656. Poterat & ab extraneo quolibet tradi, &c.] Sic quasi aliud agens complectitur quicquid hic habet Evangelista de Iuda, non extraneo, sed vno ex duodecim; qui (quod etiam torquet adu. Marc. Epiphanius Confut. 60.) locum esse cum Principibus sacerdotum & militum Imperatoribus, quomodo ipsum traderet illis, & gauisus sunt.

657. Qui mecū panem edit, leuabit in me plantam, &c.] Hic quoque differt Auctor ab aduisionibus aliis Psal. 40. quod legitur: leuabit, pro eo quod Graece est ἐμεινάλωεν, id est, leuauit, seu magnificauit & ampliauit, quomodo etiam emendatores codices Latini & Graeci Ioan. 13. ubi hanc scripturam in Iuda adimpletam tradit Evangelista: Expressit autem plantam, quod Graece est ἀκρωσπόδι, pro quo vetus aduio Psalmodum, & Ioan. 13. Interpretes Latini calcaneum, alij supplantationem. B. Hieron. vero Auctori consentit ex Hebraeo.

658. Poterat & sine praemio tradi, &c.] Hic adludit ad illud Lucae: Et pacti sunt pecuniam illi dare, & spondit, & exinde quaerebat opportunitatem quomodo eum traderet. Atqui obscurum est illud: qui populum coram offendens, nec tradi magis potuisset quam inuadi; nisi offendere accipitur pro inuenire, sicuti apud Terentium in Heautont. & Hecyra.

659. Pro eo quod venundedere iustum, &c.] Sine illud legas, sicut cum 2. Vatic. MS. vendiderunt, perinde

est. Reperitur autem istud Amos 2. praeterquam quod plurali numero legit, quod ibi est in singulari iuxta aduisiones omnes; sed est perinde ad sensum Prophetiae, utrum legatur, eo quod de Israele loquatur. Loquor de emendationibus codicibus LXX. inter Commentaria B. Hieron. Nam quae hodie existat etiam in Bibliis Regis, deprauata est, quantum apparet, a Iudaeis; utpotē ubi legitur τὸν πλάτων, id est, mendicum, pro eo quod Auctor: iustum; & similiter non modo B. Hieronymus, sed etiam Palaologus, qui (quem admodum citatur a Leone de Castro Comment. MS. in huius Prophetia) illud quod a Propheta additur: argento; de triginta argenteis, quibus venditus est Christus (de quibus etiam hic mox Auctor) interpretatur.

660. Nam & quantitatem & exitum (id est, successum) pretij, &c. sicut in Euangelio Matthaei continetur Hieremias praecauit, &c.] Quum hic, citans 27. cap. Matth. conformiter editioni moderna Graeca & Latine, adscribat etiam Hieremias testimonium illud: Et acceperunt xxx. argenteos, &c. patet iam ab ea arte irreperisse nomen Hieremias in contextum; quod tamen existimat Reuer. Dn. Ianssenius Comm. in Concord. Euang. c. 111. ex margine additum aliquando fuisse. Cuius sententia mihi magis probatur, quod Syriacum exemplar etiam non aliud legat quam: per Prophetam dicentē; & id olim scripserit B. August. lib. 3. de consensu Euang. c. 7. & etiam Rupertus in Com. Quo loco Ianssenius multas alias interpretationes eius loci adfert; quomodo Hieremias adscribatur, quod apud Zachariam reperitur cap. 11. quamquam etiam verbis nonnihil immutatis: Adludit autē Auctor: adpretiati vel honorati, quod vox Graeca τιμήματα vtrumque significet; omittens tum illud, quem adpretiauerunt a filiis Israel, tum: sicut constituit mihi Deus. Nos ut in etiam satisficiamus, qui Hier. 32. ubi legitur de agro empto (secundum quod etiam iam olim adnotauit B. August.) putant a Iudaeis evasa esse verba, quae ab Evangelista Matthaeo citantur; ad marg. adnotauimus Hier. 32. & Zachar. 11.

661. Professus itaque se concupiscentia concupisse edere Pascha, &c. acceptum panem & distributum discipulis, &c.] Intermedia Lucae verba praetor-mittit, quia magna etiam ex parte Marcion rescidit, & imprimis teste Epiphanius Confut. 63. Dico enim vobis, non edam ipsum posthac, donec compleatur in regno Dei.

662. corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum dicendo, &c.] Similiter Auctor paulopost: cur autem panem corpus suum adpellat? & rursum: corpus suum vocans panem. Item Tom. 1. lib. aduers. Iudaeos cap. 10. num. 134. Christus (inquit) panem corpus suum appellat, & isdem verbis supra lib. 3. aduers. Marc. cap. 19. Rursum Tom. 2. lib. de Oratione, c. 6. n. 23. & corpus eius in pane cenfetur: Hoc est corpus meū, &c. ubi quod statio soluenda sit accepto corpore Domini. Ergo deuotū Deo obsequiū Eucharistia resoluit, an magis Deo obligat: Nonne sollempnior erit statio tua, si & ad aram Dei stereris? Accepto corpore Domini & referuato, vtrumque salutum est, & participatio mysterij & executio officij. Item lib. de Idolol. cap. 7. num. 31. eas manus ad mouere corpori Domini, &c. & ibidem num. 34. isti quotidie corpus Domini laceffunt, & in quibus corpus Domini scandalizatur. His accedunt apertiores loci, supra lib. de Resurr. carn. c. 8. Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut & anima de Deo fagine-tur, & lib. 1. aduers. Marc. cap. 14. num. 96. panem, quo

ipsum suum corpus in sacramentis repræsentat, id est, præfens facit, stylo Tertulliano, quem admodum vel ipse Rhebanus ante me adnotavit lib. de Patientia cap. 3. nu. 17. ad illud: cælestes ignes repræsentari voluisset. Iterum infra Tom. 4. lib. 4. adu. Marc. carmine conscriptos:

Atque sacerdotes voluit sui corporis esse,
Ipse patris summi perfectus iure sacerdos.
lib. 5.
Acceptum panem pariter vitisque liquorem
Corpus, ait, sanguisque meus qui funditur, hic est
Pro vobis, fieri semper quod post ea iussit;
Quæve creatura panem vinumque putatis,
Esse suum corpus cum sanguine?

Denique etiam Tom. 5. lib. de Pudicitia: Atque ita exinde opimitate Dominici corporis vescitur. Qui omnes loci cum manifestè adserant veritatem corporis & sanguinis Domini in sacramento Eucharistiæ, vel ex ipsa Magdeburgensium confessione Cent. 2. c. 4. par. de Cena Domini, oportet sanum aliquem intellectum dare verbis quæ hic sequuntur: Id est, figura corporis mei. Quæ quum alij alij reddant, certe originem suam habere videntur illi, quorum mihi maxime placet interpretatio, ex scholio marginali Gagnæi in editione Parisiensis, hoc nempe: Nihil hic de veritate corporis Christi detrahi, propterea quod tota hæc oratio referatur non ad nouum sacramentum Eucharistiæ, tanquam illud vocetur figura, sed ad panem de quo Hieremias 11. locus hic citatur; ea ratione quæ panis oblati & comestus in sacrificiis naturæ & legis, iam tum figurabat, consociendum tempore Euangelij Christi corpus, ex materia, & sub specie panis manducandum. De illa enim figura, quæ fuit olim sub lege, non de illa quæ à Christo instituebatur, Tertullianum loqui; patet ex eo quod veterem figuram appellet, tum de pane dicens: non intelligens veterem fuisse istam figuram corporis Christi, tum de calice paulopost: Ve autem & sanguinis veterem figuram in vino recognoscas. Conuenit autem hæc interpretatio cum totius huius libri scopo, ubi non aliud conatur Auctor ostendere quam concordiam Veteris & Noui Testamenti, ex eo quod Veteris Testamenti figura, Noui Testamenti veritate adimpleantur. Quod dum facit, inter cetera etiam testimonium supradictum adfert Hierem. 11. Venite mittamus lignum in panem eius, id est (sicuti non modo hic explicat Tom. 1. lib. adu. Iud. cap. 10 & supra lib. 3. aduers. Marc. c. 19.) crucem in corpus eius. Similiter etiam paulopost adfert testimonium illud Gen. 49. Lauabit in vino stolam suam & in sanguine vix amictum suum. Atqui ut probet panem antiquitus veterem fuisse Dominici corporis figuram, adfert verba hæc Euangelistæ: acceptum panem & distributum discipulis suis, corpus suum illum fecit. Similiter ut probet vino antiquitus figuratum Christi sanguinem, infra dicit: Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc vinum in sanguine figurauit. Sicut autem ibi obscure loquitur, & quasi contrario sensu, pro eo quod dicere debuerat: qui tunc sanguinem in vino figurauit; ita & prius quum supradicta verba adiecit. Hoc est corpus meum dicendo, id est figura corporis mei; etiam quasi contrario sensu loquitur, pro eo quod dicere debuerat conuenienter suo instituto: illud (panem nempe) fecit Christus corpus suum in noua lege, dicendo: Hoc est corpus meum, quod in veteri lege erat figura corporis sui. Sic autem debere intelligi, comprobatur

ex verbis immediate sequentibus: Figura autem non fuisse: quum alogu dicere debuisset: esset, si in noua lege figuram corporis sui agnosceret. Et verò se non loqui de noua corporis sui figura, sed veteri (uti paucis iam diximus ex Gagnæo) patet manifestè ex illis verbis: Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens, veterem istam figuram fuisse corporis Christi? Et rursum subiiciens: Itaque illuminator antiquitarum (nempe Christi) quid tunc (nempe in Veteri Testamento) voluerit significasse panem, satis declarauit, corpus suum vocans panem; indicat quod tunc panis significaret corpus Christi, non verò quod nunc id significet. Simile est etiam illud: ut autem & sanguinis veterem (non nouam) figuram recognoscas. Et quod habet paulopost: At nunc (id est, in nouo Testamento) sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc (id est, in Veteri) vinum in sanguine figurauit. Denique similia etiam sunt verba dictis locis lib. aduers. Iudæos, & lib. 3. aduersus Marc. ubi locum hunc Hier. 11. citat. Porro si hæc loci obscurissimi interpretatio cuiquam non satisfaciat, vel persistat in hoc, quod etiam nunc (id est, in Nouo Testamento) appellauerit Auctor sacramentum istud Eucharistiæ, figuram corporis sui; fateor cum B. Augustino lib. adu. Adimantum Manich. cap. 12. esse in Eucharistia etiam signum corporis Christi, seu figuram, sed eo modo, quo sanguis animæ animæ signum dicitur, nempe non nudum signum, sed quo etiam ipsa res significata continetur. Est enim corpus Christi, videtur B. August. tradit in sententiis Prosperi, & veritas & figura; veritas, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus in verbo ipsum, ex panis & vini substantia efficitur, figura verò, quod exterior sentitur. Et verò nihil obstat, quin idem, & veritas sit seu substantia, & tamen figura sine effigie aut similitudo dicatur, patet ex ipso etiam Tertulliano infra lib. 5. tractante Epist. ad Philippens. Planè (inquit cap. penult.) de substantia Christi putant & hic Marcionitæ Apostolum sibi suffragari, quod phantasma carnis fuerit in Christo, quam dicit quod in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit patri Deo, sed exhauserit semetipsum, accepta effigie ferui, non veritate; & in similitudine hominis, non in homine; & figura inuentus homo, non substantia, id est, non carne. Hactenus argumentum Marcionis. Quid autem respondet Tertullianus? Quasi (inquit) non & figura, & similitudo, & effigies substantiæ quoque accedant. Bene autem, quod & alibi Christum imaginem inuisibilis Dei appellat. Numquid ergo & hic, quæ in effigie eum Dei collocat? Quæ non erit Deus Christus verè, si ne homo verè fuit, in effigie hominis constitutus. Utrobique enim veritas necesse habebit excludi, si effigies & similitudo, & figura phantasmati vindicabitur. Ceterum nobiscum consensum videtur, quod ad priorem nostram huius loci interpretationem adinet (quamuis inuiuis) Caluinus, dum alicubi constituitur figuram non cadere in vocem corporis, sed in vocem panis; quem admodum ipsis illius verbis comprobauit Dn. Claudius de Sanctis in Examine doctrinae Caluiniæ, & paucis repetit in Apol. adu. Deam, pag. 139. Hactenus de vera sententia Tertulliani, quod ad veritatem corporis & sanguinis Domini in Eucharistia (de qua etiam supra lib. de Resurr. carn. cap. 8. num. 76.) adinet. Qui verò aliorum Patrum de eadem testimonia requirit, videat Adnot. nostras Tom. 2. lib. de Orat. cap. 6.

cap. 6. num. 23. & Latius ad librum de lapsis B. Cypriani, num. 82. & ad Epist. 63. ad Cæciliam, num. 12. Denique & nostra Leiturgia Latinorum, ubi frequentissimam habes mentionem sacrificij corporis & sanguinis Domini per singulas ferè paginas, ex diuersis sex primorum seculorum Latinis Patribus; & verò etiam Græcis, a pag. 1. vsque ad 93. quum illud à Christo institutum, & ab Apostolis institutum, late comprobauimus.

663. nisi veritatis esset corpus, &c.] Ad hunc locum, & ad illum infra lib. 5. aduers. Marc. cap. 8. ubi similia Christi verba tractat 1. Cor. 11. Proinde panis & calicis sacramento, iam in Euangelio probauimus, corporis & sanguinis dominici veritatem aduersus phantasma Marcionis. Id ipsum verò facit etiam Auctor infra lib. 5. adu. Marc. carmine conscripto, ubi post verba numero precedenti adlegata subiungit:

Non se factorem mundi per facta probauit,
Et portare simul de carne & sanguine corpus?
664. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, &c.] Hac & sequenti periodo consutur hic illorum heresis, qui putant manere in corpore Domini substantiam panis in Eucharistia; hoc enim adfirmare, quod aliud est dicere, quàm Christi panem sibi corpus finxisse, sicuti Angeli ex aère sibi corpus formare dicitur, quando in forma hominum apparere leguntur. Atque adeo etiam sequetur, quod Marcionis hic impingit Auctor, non modo corpus Christi, sed & panem traditum & crucifixum pro nobis. Verum late tum ex ipso Tertulliano, tum ex alij Patribus comprobauimus transsubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi loco citato lib. de Oratione.

665. tradere pro nobis, &c.] Adhuc hic ad verba Christi ex Luca: quod pro vobis traditur, quæ quum explicet Auctor sequentibus verbis de crucifixione Christi, certè facit hic etiam imprimis ad confirmandam veritatem corporis Christi. Neque enim figura corporis Christi pro nobis tradita est aut crucifixa, item & pro transsubstantiatione, ut iam diximus.

666. peponem, quem Marcion cordis loco habuit, &c.] Ex eo quod supra lib. de Anima cap. 3. 2. habet Auctor: cur non magis & pepo, tam insulsus? Videtur hic per Ironiam expressisse voluisse, Marcionem excordè fuisse & insulsissimè, id est, sine scientia & sapientia, quæ in corde latere solent, minime condium. Verum de hoc latius in Prolegomenis inter Prouerbiales formulæ.

667. Aduersus me cogitauerunt cogitatum, &c.] Sacramentarius fuit, quisquis hic ad marginem addidit verba quedam ex Lactantio planè mutila & corrupta, quæ hucusque in omnibus editionibus excusis reperire est, uti videretur veritati Domini detrabere, quum magis pro ea faciat. Sic enim lib. 4. c. 18. post recitata Hierem. 11. verba eadem quæ ab Auctore citantur, apud illum legitur: Lignum autem crucem significat, & panis corpus eius; quia ipse est cibus & vita hominum, qui credunt in carnem quam portauit, & in crucem in qua pependit. In quem locum (neque enim etiam veteribus inuicatum est aduersariorum testimonia adferre in catholicorum dogmatum confirmatione) Xystus Betuleius: Origenes, inquit, Tertull. Hier. eodem modo exponunt, per panem nimirum corpus Christi, per lignum crucem intelligentes, referentque ad Sacramentum corporis Christi. Vbi haud dubie insinuat tum locos tres Auctoris, hic & supra citatos lib. adu. Iud. ac lib. 3. adu. Marc. (ubi vide Adnot. nostras n. 140.) tum Comment. Origen. & B. Hieron. in Hieremiam,

qui (sicuti etiam Lactantius) Tertullianum in hoc videntur imitari.

668. Sic & in calicis mentione testamentum constituens, sanguine suo obsignatum, &c.] Adhuc ad illud Christi apud Lucam: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, nempe obsignatum, uti addit ad maiorem explicationem Auctor. Sine autem legas cum V. tit. 2. MS. cod. Ita consistet, sine cum excus. consistit, non refert. Sed omnino nouam periodum ibi incipimus: Ut autem & sanguinis, &c.

669. Sic decorus in stola violenta cum fortitudine, &c.] Omnino sic castigari ex utroque MS. Vatic. cod. pro: sed, quia Græcè illud est & Latine apud LXX. & apud B. Hieron. in Comment. Isai. 63. Mallem autem legere cum LXX. tum sicuti hodie existant, tum sicuti à B. Hieron. nominatim citantur: βίαι μετὰ ἰσχύος, id est, violentia cum fortitudine; sed quia hic non legitur in stola sua, nolui immutare; Maxime quum etiam variet in illo: sicut de foro (id est, uti rectè interpretatur in hunc Isai. locum Leo de Castro, medio spatio) torcularis, pleno, conculcato, pro qua B. Cyprian. Epist. 63. ad Cæciliam. ubi hunc locum imitatur: à calcatione torcularis pleni & percalcati, & Rufinus Expos. in Symb. inter opera Cypriani: tamquam à torculari calcato. B. Hieron. in Comment. iuxta LXX. sicut calcantium torcular plenum & conculcatum denique & hodie Græcè: ὡς ἐπιπατητῆ ληνῆ πλήρης κριταπειπατημένης, id est: sicut calcati torcularis pleni & conculcati. Legimus autem mox iterum: de foro, pro: in foro.

670. ex cuius tribu, carnis census Christi, &c.] Rursum hic census, pro origine accipitur. Atqui frequentissimum est in scripturis, Christum oriundum ex tribu Iudæ; sed sufficit adnota se ad marginem, Luc. 1.

671. Lauabit (inquit) in vino stolam suam, &c.] Etiam hic Auctorem imitatus B. Cyprian. loco iam citato, addit: Quando autem sanguis vix dicitur, quid aliud quam vinum Dominici calicis sanguis ostenditur? qui locus etiam facit ad confirmationem veri sanguinis Christi in Eucharistia.

CAP. XLII.

672. Væ (ait) per quem traditur filius hominis, &c.] Titulum huius capiti dedimus: De imprecatione Christi in Traditorem, & illius osculo; & de responso Domini ad interrogationem, an ipse esset Christus; ex eodem xxij. cap. Luca. Atqui veritè traditur ex Græco παροδιδότῃ, quomodo etiam legitur quædam Latina exemplaria; pro eo quod alia tradetur. Repetit autem hic iterum Væ esse imprecationis & cōminationis inclamationem.

673. noli iam de creatore circa Adam retractare, &c.] Latius hoc argumentum Marcionis, cur Deus passus sit Adam in tantum scelus ruere, atque adeo de Iuda traditore id ipsum refutat Auctor supra lib. 2. aduers. Marc. cap. 5. 6. & 7. Vbi eo non obstante liberum tamen arbitrium hominis confirmat.

674. Nam & Petrum præsumptoriè aliquid e locutum, negationi potius destinando, &c.] Sic paucissimè expressit Auctor colloquium Christi de negatione S. Petri prædicta, quod Latius prosequitur infra Tom. 5. lib. de Fuga in persecutione; omisso in qua intermedia sunt apud Lucam, de contentione Apostolorum quorum videretur esse maior, fortassis quod nec Marcion ea haberet, prætermisso etiam eo quod sequitur: Quando misit vos, num quid defecit (sic enim Epiphani. ca-

stigmatus est) vobis: & reliqua usque ad illud: Et cum iniquis deputatus est; quia resista scribit à Marcione Epiphanius Confut. 64. Qui (quod hic etiam omittit Auctor, quantum apparet, compendij gratia, ne esset prolixior) in Marcionem retorquet Confutat. 65. Distractus est ab ipsis ferre ad lapidis iactum, positi que genibus orabat.

675. Debuit etiam osculo tradi, &c.] Epiphanius Confut. 66. hinc etiam veritatem corporis Christi probat ex his verbis Lucae, ad quae hic Auctor addidit: Et adpropinquavit ut oscularetur eum Iudas. Qui Confut. 67. addit resisdisse etiam Marcionem in sequentibus quod fecit Petrus, quando percussit & abscedit aucturiam serui Pontificis, & quantum apparet, totam historiam negationis; Petri quippe quam hic etiam Auctor praetermisit. Iohannem Confut. 68. in Marcionem vibrat etiam illud hic compendij gratia omissum ab Auctore: Et qui tenebant, illudebant ei, caedentesque ac percutientes dicebant, Vaticinare quis est qui te percussit?

676. Perductus in confessum, an ipse esset Christus? interrogatur, &c.] Quod hinc colligit, eundem fuisse Christum veteris & nouae Legis, tractauit etiam supra lib. 3. aduers. Marc. cap. 15. & hoc ipso lib. 4. cap. 21. Atqui illud: ut pati posset, inquis; ex persona dicit Marcionis.

677. Si dixerō enim (inquit) vobis, non creditis, &c.] Sic castigat, pro: creditis, tum quod illud legatur Graecè, Syriacè & Latine, Luc. 21. tum quod sequatur apud Auctorem: non credituri. Atqui de Proterbio: manum porrigens, vide nostra Prolegomena.

678. Abhinc (inquit) erit filius hominis, sedens ad dexteram virtutis Dei, &c.] Rectè transtulit Abhinc, quod Graecè est: ἀπὸ τῆς ὀρθῆς, id est, sicuti vertit Syrus Interpres: Ab hoc tempore: Differt autem quod vertit: ad dexteram, pro eo quod ex Graeco Latini Interpres: à dextris, & ex Syriaco Interpres: à dextera.

679. Suggerebat enim, &c.] Adhuc tum ad illud Danielis 7. Ecce celi nubibus tanquam filius hominis, tum ad illud Psal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis; quod ipsum mox citat.

680. Ergo, inquit, tu filius Dei es? &c.] In scripturam huic capiti dedimus: De simili responsō Christi ad Pilatum, iudicio ipsius apud eundem & Herodem, condemnatione, & crucifixione, signis in morte, expiratione, & sepultura Domini; ex cap. xxij. Lucae. Vult autem Auctor hanc accusationem inde prouenisse, quod pauloprius apud Caypham se Christum Dei filium fessurum ad dexteram Dei, dixerit, sicuti capite praeced. ad quod iterum addidit, dictum est. Atqui Epiphanius Confut. 69. & 70. scribit Marcionem hoc loco quadam verba apposuisse, quae Euangelista non habet, vtpote post illud: Hunc deprehendimus peruertertem gentem, addidisse: Et destruentem Leges & Prophetas, & post illud: Iubentem tributum non dare, adiecisse rursum: & auertentem mulieres & liberos. In quo notanda haereticorum malitia, quibus moris est non

CAP. XLII.

681. Perductum enim illum ad Pilatum onerare coeperunt quod se Regem diceret, &c.] In scripturam huic capiti dedimus: De simili responsō Christi ad Pilatum, iudicio ipsius apud eundem & Herodem, condemnatione, & crucifixione, signis in morte, expiratione, & sepultura Domini; ex cap. xxij. Lucae. Vult autem Auctor hanc accusationem inde prouenisse, quod pauloprius apud Caypham se Christum Dei filium fessurum ad dexteram Dei, dixerit, sicuti capite praeced. ad quod iterum addidit, dictum est. Atqui Epiphanius Confut. 69. & 70. scribit Marcionem hoc loco quadam verba apposuisse, quae Euangelista non habet, vtpote post illud: Hunc deprehendimus peruertertem gentem, addidisse: Et destruentem Leges & Prophetas, & post illud: Iubentem tributum non dare, adiecisse rursum: & auertentem mulieres & liberos. In quo notanda haereticorum malitia, quibus moris est non

solum rescindere scripturarum loca, sed & de suo aliquid adponere.

682. Pilato quoque interroganti, Tu es Christus, proinde (nempe respondit) Tu dicis, &c.] Prioribus verbis videtur solum legisse Auctor: & dicentem se Regem esse, Graecè χριστον, ubi hodie est & χριστον & βασιλεως; hic quoque legisse χριστος, ubi hodie legitur βασιλευς, eo quod Reges omnes olim Christi dicebantur.

683. Constitutus est igitur Dominus in iudicio, &c.] Totum istud reperitur Isai. 3. praeterquam quod legit: Constitutus est in iudicio, pro eo quod Graecè & Latine legitur hodie: constituetur; quo fit ut utrumque olim lectam Graecam praeteritam vocem, pro eo quod hodie est in futuro χερτασεται, quum in presenti verat: stat, ex Hebraeo Hieronymus. Et videtur etiam legisse Auctor: ἐν κριστι, quum verit: in iudicio, pro eo quod hodie est: ad iudicium. At: Ipse Dominus in iudicium venit legendum, pro eo quod erat: venit, constat ex eo, quod legit supra lib. de Resurr. carn. cap. 20. nu. 149. Veniturum in iudicium; maxime quod correspondant Graeci, Latini & Hebraei codices.

684. Tumultuatae sunt ibidem Nationes, &c.] Pulcherrime hoc testimonium Psal. 2. ubi hic, ubi loco citato li. de Resurr. carn. explicat Auctor, Nationes interpretatus Romanos qui cum Pilato erant; Populos, tribus Istaëlis; Reges, in Herode; Archontes in summis sacerdotibus.

685. Et vincit eum ducent xenium Regi, &c.] Sensum etiam hic potius reddidit Auctor quam verba; nam Osee 10. (ad quem locum haud dubie respexit) legitur: Et ipsum vincientes duxerunt ἐξ ἑνὴς Regi.

686. Delectatus est denique Herodes viso Iesu, nec vocem ullam ab eo audiuit, &c.] Paucis etiam hic duos versus Euangelistae comprehendit. Vertitur autem vox Graeca: ἐχέρον, delectatus est, quam alij vertunt: gauisus est. Atqui scripturam illam Isai. 50. iuxta LXX. Dominus dat mihi linguam disciplinae, habes etiam supra citatam sub finem cap. 39. Hic addit praeterea ex eodem: quomodo eum oporteret proferre sermonem.

687. quam in Psalmo adglutinam gutturi tuo tunc probabar, &c.] Ita vertit Auctor quod Graecè est Psal. 21. ἡ γλῶσσά μου κενόλητοι τῷ λάρυγγί μου, quod alij: lingua mea adhæsit faucibus meis. Vtrumque Voces Graecae significant.

688. Et Barabbas quidem, &c. vita, &c. donatur; Christus verò, &c. morti expostulatur, &c.] Multo hic paucioribus verbis comprehendit versus 6. Euangelistae.

689. Sed & duo scelesti circumfiguntur illi, &c.] Graecè est & κροῦστοι apud Lucam, pro quo rectè vertit: scelesti. Et magis ea versio correspondet Prophetiae Isai. 53. quam hic adfert (quasi repetens quod apud Lucam habetur cap. 22.) Et inter iniquos deputatus est, Graecè apud Euangelistam, μετὰ τῶν ἀνόμων. Atqui quod dicit: circumfiguntur, eo ipso includit etiam quod praecedit, & vrges Confut. aduers. Marc. 71. Epiphanius. Et quum venissent in eum qui dicitur Caluariae locū, crucifixerunt ipsum, cui additur: & scelestos, vnum à dextris, & alterum à sinistris; quod verbo unico: circumfixerunt expressit Auctor; Nam & sequitur apud Auctorem: Tolle & crucem eius.

690. Vestitum planè eius à militibus diuisum, partim forte concessum Marcion abstulit, &c.] Quum

Quum vrges etiam dicto loco contra Marcionem Epiphanius. Et diuenerunt vestes ipsius; hoc vult Auctor, quod Marcion abstulerit dimittaxat illud: & miserunt fortes, quod apud Epiphaniū desideratur; aut potius, omittendum est illud in Epiphaniō, si Auctor senserit utrumque abstulisse Marcionem; quod certū videtur ex eo quod sequitur; respiciēs Psalmi Prophetiam (nempe Psal. 21.) Disperiti sibi sunt, &c. & maxime ex illis paulopost verbis: Quod iam testimonium vestimetorū: habe (sine habes, vt i. editio in margine) falsi tui praedam.

691. Aufer igitur & crucem ipsam. Idem tamen Psalmus, &c.] Crucem Christi praedictam insinuat à Psalmita per istud: Foderunt manus meas & pedes meos; ubi addo: meos, ex altero Vatic. MS. cod. eo quod legatur Psal. 21. iuxta adiciones omnes; sicuti; tamen, ex utroque MS. Vatic. pro eo quod erat: enim.

692. Torus in illo exitus legitur: Circumdederunt me canes, &c.] Hic paucis ad alia eiusdem Psal. 21. applicat, quicquid apud Euangelistam habetur de derisionibus Christi in cruce pendenti per Iudeos circumstantes, ea sparsim citans. Nam illud: Circumdederunt me canes, synagoga (Graecè συναγωγή) maleficorum circumuallauit me, praemittitur immediatè ante illud: Foderunt, &c. At illud: omnes qui spectabant me, &c. longè antea; ubi transtulit: naso irruebant, quod Graecè est ἐξέμυκτιήσαν, & legit: capita, pro quo aliae adiciones omnes; caput, & in Deum, pro quo ceterae in Domino, quod mirum est, quū Hebraicè sit ἄδοναι, & Graecè κέριον.

693. Ecce autem & elementa concutiuntur, &c.] Praetermittit hic Auctor illud Christi ad alterū latronum: Hodie mecum eris in paradiso, eo quod residerit Marcion, sicuti testatur Epiphanius Confut. 72. Atqui quod hic in genere de elementis concussis dicit, particulatim explicat, et Prophetiis vetera Testamēti adaptat.

694. Caelum (inquit) Isaias) vestiam tenebris, &c.] Scripturam hanc Isai. 50. significasse vult Auctor tenebras in passione Christi.

695. Et erit illa die, dicit Dominus: Occidet sol, &c.] Haec scripturam etiam citauit Auctor in eandem sententiam Tom. 1. lib. aduers. Iudeos, cap. 10. & B. Cypr. Testim. lib. 2. adu. Iud. cap. 23. & praeterea (sicuti citatur à Leone de Castro Comment. in Amos Prophetam) Cyrillus alicubi, Euseb. Demost. Euang. lib. 10. cap. 6. B. Aug. qu. 105. vtriusque Testamēti, Athanas. disp. adu. Iud. Rufinus in Symbol. inter opera B. Cypriani, Grigētius denique & Palaologus disputationibus suis adu. Iudeos. Atqui illud: (Habes & horae sextae significatio nē) parenthesi inclusimus, eo quod illud: & contenebrabit super terram, etiam legatur Osee 8. Vbi prorsus lego: contenebrabit: tū quod à praesentis: occidet, & in futuro legatur LXX. Graecè & Latine; tum quod supra lib. adu. Iud. legatur: & contenebrabit super tetra dies luminis; de quo ibidem num. 137.

696. Scissum est & templi velum, &c.] Id factum addit Auctor, angeli eruptione detelinentis filiam Sion; quo confirmatur angeli praesentia peculiaris alicuius (qualis apparuit Zachariae Luc. 1.) apud arcem Dei in interiori tabernaculo, quod semel in anno intrabat sacrificator summus Pontifex, ad usque Christi passionem; & insuper nō vnus, sed multorum angelorum assistentia ad altare Dei, dum offertur à sacerdotibus sacrificium Christianum; sicuti non semel adtestatur B. Chrysostomus.

697. O quātum perseuerauit etiam xxx. Psalmos, &c.] Adhuc ad illud Lucae: & vociferatus (id est, voce magna clamans) ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; vt & moriens Prophetas vltima voce, adimpleret.

698. Hoc dicto expirauit, &c.] Hic differt quod legatur: Hoc dicto, pro eo quod Graecè est, Syriacè & Latine: & haec dicens, Epiphanius Confut. 73. ubi eodem modo quo Auctor istud contra phantasma Marcionis vrges, omisit intermediis legit dimittaxat: Et quum clamasset voce magna, expirauit. Rectè autem paulopost castigauit Rhenanus: Quae & spirat, ex Gothensi collatione, pro: quae expirat; nam consentiunt MS. Vatic. cod.

699. Nihil ergo remansit in ligno, &c.] Pulchre sic Marcionis haerese de corpore Christi, quod phantasma fuerit, refutat; adludens ad id quod corpore Domini remanente in ligno etiam post expirationē, à Pilato id postulatū sit, & de patibulo detractū, & si nondone inuolutum, & sepulcro nouo conditū; idque (sicuti paulopost addit) per Ioseph, qui non commiserat in scelere Iudaeis. Ita paucis comprehendens quidquid quatuor versibus habet Euangelista. Et qui etiam istud adfert Epiphanius Confut. 74. ad comprobandam veritatem corporis Christi, & in eiusdem testimonium adducit mulieres reuersas à sepultura Christi, Confut. 75.

700. Beatus vir qui non abiit, &c.] Addit hic de Ioseph prophetatū illud Psal. 1. Vbi mallem quidem legere iuxta alterum Vatic. MS. in cathedra pestilentiae, tum quod Graecè legatur hodie λοιμῆς, & illud legatur adiciones Psaltery Petrus, Romana & Gallicana; tum quod etiā B. Cypr. sic legatur lib. de Pnitate Ecclesiae. Verum quū Interpres B. Iustini Martyris Apol. 2. ad Antonin. Prū legatur: pestilentiarū, retinuit etiam hic: pestilium, secundum vestigia alterius Vatic. MS. & excusorum codicū; vt uterque ipsorum legerit Graecè λοιμῶν.

CAP. XLIII.

701. Si nec mulierum illarum officium praeterit Prophetia, &c.] Titulū postremo huic capiti dedimus: De mulieribus ad sepulchrum cū odororum paratura, resurrectione post biduum; apparitionibus Christi, quae mulieribus, discipulis, & Apostolis factae sunt; & de missione Apostolorum ad praedicandum vniuersis gentibus, ex cap. xxxiij. Lucae. Atqui rectè vertit Auctor: ante lucem, quod Graecè est: ὀρθρὸς βαθεός, id est, ad verbum: diluculo profundo. Paratura verò (vel Rhenano teste) iterum accipitur pro: adparatu.

702. Vt quærant (inquit) faciem meam, ante lucem vigilabunt ad me, &c.] Initium huius scripturae sub finem reperitur cap. 5. illud verò: ante lucem, &c. principio cap. 6. Osee. Vbi mirum est omitti ab Auctore: in tribulatione sua, quod tamen explicare videtur, quum addit: inter dolorem praesentis destitutionis. Quem admodū etiam quod: eripuit legit, pro eo quod Graecè est & Latine apud LXX. rapuit; quod mallem, nisi illud haberent etiam 2. MS. cod. Vatic. & supra Auctor loco mox citando. Pro eo autem quod Paraphrasticus transtulit: miserabitur nostri, Graecè est μισήσεται, quod (sicuti adnotauit B. Hieronymus in Comment. eius loci) per dolorem reddere sanitatem significat. μίσος enim (inquit) proprie appellatur lincola qua inseruntur vulneribus, vt putridas carnes comedant, & extrahant purulentiam; quare castigandus etiam hodiernus Interpres Latinus LXX. & legē dum cum B. Hieronymo. & curabit nos, pro eo quod

habet: & turbabit nos. Hic autem omiffimus vocem: dixit, intermediam, quae apud Prophetam non habetur, & sensum obscurabat. Atqui similiter de Resurrectione Domini interpretatur dictum locum B. Hier. B. Cypri. Test. lib. 2. adu. Iud. c. 26. nu. 113. & Rufinus in Symbolo inter eius opera, supra quoque Auctor Tomo 1. lib. adu. Iudaeos, cap. 13.

703. qua percussa sibi videbantur, &c.] Percussa accipitur ab Auctore pro consternata, quod transulit Latinus vulgaris Interpres.

704. Corpore autem non inuento, &c.] Pulcrè explicat illud supra saepe citatum Isai. 57. Sepultura eius de medio sublata est, de corpore non inuento.

705. Sed & duo ibidem angeli apparuerunt, &c.] Pulcrè etiam istud cum veteri Testamento confert de duobus testibus, Deuter. 17. Quid verbè angeli duo dixerint, habes nò multo post. Laterenses denique rectè interpretatur Rhenanus, stipatores, quòd laus claudant; quos (sicuti scholium in margine habet) alij laterones appellant.

706. Reuertentes quoque à sepulcro mulieres, &c. prospiciebat Isaias, &c.] Etiam hìc Euāgelistam conuenire ostendit cum eo quòd est Isai. 27. Mulieres venientes à visione, venite; vbi omittimus quòd priori loco legebatur: venite; quòd neque apud LXX. hodie aut olim, neque apud B. Hieronymum, Cyrillum, Procopium in Comment. neque apud Origenem in Matth. aut Rufinum in Symbolo inter opera B. Cypriani, amplius quàm semel legatur.

707. Bene autem quòd incredulitas discipulorum perseverabat, &c.] Adhuc ad illud Luca: Et visa sunt ante illos deliramenta verba haec, & non crediderunt.

708. Nam quum duo ex illis iter agerent, & Dominus eis adhaesisset, nò comparens quòd ipse esset, &c. Nos autem putabamus, inquit, ipsum esse redemptorem Israelis, &c.] Paucissimis hìc verbis comprehendit xij. versus Euāgelistae, de duobus discipulis euntibus in Emmaus, & accessu Domini ad eos, quem ne agnosceret, oculi eorum tenebatur; vbi inter cetera expressis ad verbum ex Graeco illud: ipsum esse redemptorem Israelis.

709. O insensati & tardi corde, in non credendo omnibus quae locutus est ad vos, &c.] Recitat istud non secundum Lucam, sed secundum Marcionem; ut potè qui Epiphani. teste Confut. 77. rescidit illud Luca: quae locuti sunt Prophetae, & substituit, quae locu-

tus est ad vos; sic enim puto etiam apud illis legi debere pro eo quòd mendosè legitur: quae locutus sum vobis; nam si id dixisset, statim Christum agnouissent. Sufficit autem Auctori, quòd etiam illa lectio contra Marcionem faciat.

710. Nam eadem & angeli ad mulieres: Rememoramini quae locutus sit vobis in Galilea, dicēs: quòd oportet tradi filiū hominis, & crucifigi, & tertia die resurgere, &c.] In his verbis, quae multo antè in initio cap. 24. Luca continētur, mirum est tam ab Auctore quàm ab Epiph. Confut. 76. omiffum esse: in manus hominum peccatorum; quòd tamen est Graecè & Syriacè & Latine in exemplaribus omnibus. Quum autem addit: nisi quia ita à Deo creatore scriptū, addidit ad Prophetas omnes, quas cap. praeced. 40. 41. 42. & hoc 43. ex Prophetis in mediū adtulit. Atqui Epiphani. etiā vixit adu. Marcionem, quòd ex fractione panis cognouerūt eum, vti que non in phantasma, sed in corpore. Sine autem increpauit legas cum excussis increpuit cum altero Vatic. MS. cod. perinde est, nisi quòd hoc sit magis Tertullianicum.

711. haesitantibus eis ne phantasma esset, &c. Quid turbati estis (inquit) & quid cogitationes subeunt in corda vestra? &c.] Id ipsum etiam Epiph. Confut. 78. torquet in Marcionem isdem penè verbis, quem vti apertius confutes, vertit priori loco: phantasma, quòd postea: spiritum, vti potè eiusdem significatio nis. Mirum est autem, quòd tam ipse quàm Epiphanius omittant tum illud: palpate & videte, tum etiam non legant: spiritus carnem et ossa non habet; sed quum Marcion illa omiffisset, putarunt sufficere, si aduersus eum urgerent illud: spiritus ossa nò habet. Quorū loco legit illud Auctor: & scitote quia ego sum, nam illud: & scitote, alij non habent.

712. Atquin adhuc eis non credentibus, propterea cibum desiderauit, &c.] Adfert etiam istud aduersus Marcionem Auctor: vti se ostenderet (inquit) dentes habere Christus.

713. Siquidem & Apostolos mittens ad praedicandum vniuersis Nationibus, &c.] Ad istud solummodo addidit ab Euāgelista Luca, quum dicit: Et praedicari eum in vniuersas gentes, verum disertis verbis Matth. 28. dixit ad Apostolos Christus: Eūtes in vniuersum mundum praedicate Euāgelium omni creaturae. Praedictū autem etiam istud tradit Auctor Psal. 18. per illud supra saepe citatum: In omnem terram, &c.

reiciebat.

Deinde tum per Argumentum & verba Apostoli, DE EPISTOLA AD GALATAS, ex cap. 1.

Item ex eiusdem Epistola cap. II. & III. III.

Ex eiusdem etiam cap. III. V. & VI. IIII.

Deinde per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMAM, ex cap. 1.

Etiam ex Epistola eiusdem cap. II. & III. VI.

Eiusdem quoque ex cap. III. V. VI. VII. VIII. IX. & X. VII.

Item cap. XI. XII. XIII. & XIII. VIII.

Ex cap. etiam xv. priori parte. IX.

Et ex eiusdem cap. xv. secunda parte. X.

Rursum per verba Apostoli, DE EPISTOLA II. AD CORINTHIOS, ex cap. I. II. & III. XI.

Item ex cap. V. VII. XI. XII. & XIII. XII.

Porro etiam per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD ROMANOS, ex cap. I. III. V. VI. & VII. XIII.

Ex eiusdem etiam Epistola cap. VIII. X. XI. XII. XIII. & XVI. XIII.

Nec minus per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD THESSALONICENSIS I. XV.

Et DE EPISTOLA AD THESSALONICENSIS SECUNDA. XVI.

Dein per verba Apostoli, DE EPISTOLA AD LAODICENOS (sive ad Ephesios) ex cap. 1. & II. XVII.

Ex eiusdem etiam Epistola cap. III. III. V. & VI. XVIII.

Denique per verba Apostoli DE EPISTOLA AD COLOSSENSIS. XIX.

DE EPISTOLA AD PHILIPPENSES. XX.

Postremò DE EPISTOLA AD PHILEMONEM. XXI.

Ceterum huius libri quinti aduersus Marcionem meminit etiam ipse Auctor subinde. Sic libro I. aduersus Marcionem cap. 15. Si (inquit) & ad Apostolum vestrum discutendum venerimus. & cap. 16. Videbimus, & Apostolus cui auctor inuisibilia deputet, quum & illum explorauerimus; quare & titulo addidimus; DE EPISTOLIS PAULI; maxime quum etiam eiusdem in hac verba meminerit Rufinus Apolog. pro Origene: Apostolorū (inquit) vel Actus vel Epistolas qualiter polluerint, qualiter corroserint, qualiter in omnibus macularint; vel addendo impia, vel auferendo quae pia sunt, si quis volet plenius scire; ex his libris Tertulliani, quos aduersus Marcionem scripsit, plenissime recognoscat. Atqui etiam hunc librum MS. viderunt olim Trithemius & Politianus; Rhenanus primus in lucem edidit, & solus haec tenus castigauit ex 4. MS. exemplaribus, additis Scholiis primū, inde & Adnotationibus; quem nos adeò iterum ad duos Vaticanos MS. codices, & ex quibusdam Dn. Latinij coniecturis castigauimus; nonisque Argumento & Adnotationibus illustrauimus.

ARGUMENTVM LIBRI QVINCTI ADVERSVS MARCIONEM, PER IACOBVM PAMELIVM.

QVINTI libro praecedenti ex Euāgelio B. Luca, quod sibi usurpauerat Marcion, sic nunc ex Epistolis Pauli (quas ille mutilatas in Librū Apostolicum suo titulo editum diuerso ordine redegerat, exceptis iis quae sunt ad Timotheū & Titum, & ad Hebraeos) probat Tertullianus, non alium Deū praedicari ab Apostolo quàm Creatoris.

i. Imprimis autem id vel ex eo manifestum facit, quòd nulla auctoritas Apostolo Paulo probetur, nisi de Instrumento veteri Creatoris, & Actis Apostolorum, quae Marcion reicie-

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI ADVERSUS MAR-
CIONEM LIBER QVINCTVS, DE
Epistolis Pauli.

CAP. I.



Nihil sine origine, nisi Deus solus. Quæ quantum præcedit in statu omnium rerum, tantum præcedat necesse est etiam in retractatu earum, vt constare de statu possit. Quia nec habeas dispicere quid quale sit, nisi certus an sit, quæ cognoueris vnde sit. Et idcirco ex opusculi ordine ad hæc materiam deuolutus, 2 Apostoli quoque Pauli originem à Marcione desidero, 3 nouus aliqui discipulus, nec vllius alterius auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temerè credendum, temerè porro credi quodcunque sine originis agnitione creditur, quique dignissimè ad sollicitudinem redigam istam inquisitionem, quum is mihi adfirmatur Apostolus 4 quæ in albo Apostolorum apud Euangelium non deprehendo. Denique audiens postea eum à Domino allectum iam in caelis quietescente, quasi improvidentiam existimo, si non antè sciuit illi sibi necessariū Christus, sed iam ordinato officio Apostolatus & in sua opera dimisso, ex incursum non ex prospectu adiciendum existimauit, necessitate, vt ita dixerim, non voluntate. Quamobrè Pontice nauclere si nunquam furtiuas merces vel illicitas in acatos tuas recepisti, si nullum omnino onus auertisti vel adulterasti, cautiore utique & fidelior in Dei rebus, ædas velim nobis quo symbolo susceperis Apostolum Paulum: quis illum tituli caractere percusserit, quis transfuderit tibi, quis imposuerit, vt possis cum constanter exponere, ne illius probetur qui omnia Apostolatus eius instrumenta protulerit. 7 ipse se, inquit, Apostolum est professus, & quidem non ab hominibus, nec per hominē, sed per Iesum Christum. 8 Planè profiteri potest semetipsum quiuis. Verum professio eius alterius auctoritate conficitur: alius scribit, alius subscribit, alius obsignat, alius actis refert. Nemo sibi & professor, & testis est. Præter hæc utique legisti, multos venturos, qui dicant, ego sum Christus. Si est qui se Christum mentiatur, quanto magis qui se Apostolum prædicet Christi? Adhuc ego in persona discipuli & inquisitoris conuersor, 9 vt iam hinc & fidem tuam obtundam, qui vnde eam probes non habes: & impudentiam suffundam, qui vindicas, & vnde possis vindicare non recipis. Sic Christus, sic Apostolus, vt alterius, dum non probantur nisi de instrumēto creatoris. Nam mihi Paulum etiam Genesis olim repromisit. Inter illas enim figuras & propheticas super filios suos benedictiones, Iacob quum ad Beniamin direxisset, 10 Beniamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad vesperam dabit escam. Ex tribu enim Beniamin oritur Paulum prouidebat, lupum rapacem, ad matutinum comedentem, id est, prima ætate vastaturum pecora Domini, vt persecutorem Ecclesiarum, dehinc ad vesperam escam daturum, id est, deurgente iam ætate oues Christi educaturum, vt doctorem Nationum. 11 Nam & Saulis primò asperitas insectationis erga Dauid, dehinc pœnitentia & satisfactio, bona pro malis recipientis, non aliud portendebat quam Paulum in Saule secundum tribus, & Iesum in Dauid secundum virginis cœsum. Hæc figurarum sacramenta si tibi displicent, certè Acta Apostolorum hinc mihi ordinem Pauli tradiderunt, à te quoque non negandum. 12 Inde Apostolum ostendo persecutorem, non ab hominibus neque per hominē, inde & ipsi credere inducor: inde te à defensione eius expello, nec timeo dicentem: Tu ergo negas Apostolum Paulum? non blasphemus quem tueor. Nego, vt te probare compellam. Nego, vt meum esse conuincam. Aut si ad nostram fidem spectas, recipe quæ eam faciunt. Si ad tuam prouocas, æde quæ eam præstruunt. Aut proba esse, quæ credis: aut si non probas, quomodo credis? Aut qualis es aduersus eum credens, à quo solo probatur esse quod credis? Habe nunc & Apostolum de meo sicut & Christum: tam meum Apostolum, quam & Christum. Iisdem & hic dimicabimus lineis, in ipso gradu prouocabimus præscriptionis, Oportere scilicet & Apostolum qui creatoris negetur, immò & aduersus creatorem proferatur, nihil docere, nihil sapere, nihil velle secundum creatorem, & in primis tanta constantia alium Deum edicere, quanta à lege creatoris abrupta. Neque enim verisimile est vt auertens à Iudaismo, non pariter ostenderet in cuius Dei fidem auerteret: quia nemo transire posset à creatore, nesciens ad quem transeundum sibi esset. Siue

Luc. 6.

Act. 9.

Matth. 28.

Gal. 1.

Luc. 21.

Gen. 49.

1. Reg. 18.

19. 20. 23.

23.

1. Reg. 24.

Act. 9.

Gal. 1.

A Siue enim Christus iam alium Deum reuelauerat, sequebatur etiam Apostoli testatio, vel ne non eius Dei Apostolus haberetur quem Christus reuelauerat, & quia non licebat abscondi ab Apostolo qui iam reuelatus fuisset à Christo. Siue nihil tale de Deo Christus reuelauerat: tanto magis ab Apostolo debuerat reuelari, qui iam non posset ab alio, non credendus sine dubio si nec ab Apostolo reuelatus. Quod idcirco præstruximus, vt iam hinc proficemur nos proinde probaturos, nullum alium Deum ab Apostolo circumlatum, sicut probauimus nec à Christo: ex ipsis utique Epistolis Pauli, quas proinde mutilatas etiam de numero, forma iam hæretici Euangelij præiudicasse debent. [14 Princi-
palem aduersus Iudaismum epistolam nos quoque confitemur, quæ Galatas docet. Am-
plectimur etenim omnem illam legis veteris abolitionem, vt & ipsam de creatoris veni-
tem dispositionem, sicut sæpè iam in isto ordine tractauimus, de prædicata nouatione à
Prophetis Dei nostri, quod si creator quidem vetera cessura promisit nouis scilicet ori-
turis, Christus verò tempus distinctionis istius (Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem) termi-
num in Ioanne statuens, inter vrrunque ordinem desinentium exinde veterum & inci-
pientium nouorum: necessariè & Apostolus in Christo post Ioannem reuelato, vetera in-
firmat, noua verò confirmat: atque ita non alterius Dei fidem curat quam creatoris, apud
quem & vetera decessura prædicabantur. Igitur & Legis destructio, & Euangelij ædifica-
tio, pro me faciunt in ista quoque epistola, ad eam Galatarum præsumptionem pertinē-
tes, qua præsumebant Christum vtputa creatoris, salua creatoris lege credendum: quod
adhuc incredibile videretur, legem à suo auctore deponi, porro si omnino alium Deum
ab Apostolo audissent, vltro utique scissent abscedendum sibi esse à lege eius Dei quæ re-
liquissent alium secuti. Quis enim expectaret diutius discere, quod nouam deberet sectari
disciplinam, qui nouum Deum recepisset? Immo quia eadē quidē diuinitas prædicabatur in
Euangelio, quæ semper nota fuerat in lege, disciplina verò non eadem, hic erat totus quæ-
sionis status, 16 An lex creatoris ab Euangelio deberet excludi in Christo creatoris. De-
nique aufer hunc statum, & vacat quæstio. Vacate autem quæstione, vltro omnibus agno-
scentibus discedendum sibi esse ab ordine creatoris per fidem Dei alterius, nulla Apo-
stolo materia competisset id tam præse docendi, quod vltro fides ipsa dictasset. Igitur to-
ta intentio epistolæ istius nihil aliud docet quam legis discessionem venientem de creato-
ris dispositione, vt adhuc suggeremus. Si item nullius noui Dei exeret mentionem, quod
nusquam magis fecisset quam in ista materia, vt rationem scilicet ablegandæ legis, vnica
hac & sufficientissima definitione proponeret nouæ diuinitatis, apparet quomodo scri-
bat, 17 *Miror vos tam cito transferri, ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium: ex conuer-
satione aliud non ex religione: ex disciplina, non ex diuinitate. Quoniam quidē Euangelium
Christi à lege euocare deberet ad gratiam, non à creatore ad alium Deum. Nemo enim illos
mouerat à creatore, vt viderentur sic ad aliud Euangelium transferri, quasi dum ad creato-
rem transferuntur. Nam & adiciens, 18 quod aliud Euangelium omnino non esset, creato-
ris confirmat id, quod esse defendit. Si enim & creator Euangelium repromittit, dicēs per
Esaïam: Ascende in montem excelsum, qui euangelizas Sioni, extolle vocem in valentia
tua qui euangelizas Hierusalem. Item ad Apostolorum personam: Quam tempestiui pe-
des euangelizantium pacem, euangelizantium bona: utique & nationibus euangelizan-
tium; quoniam &: In nomine eius, inquit, nationes sperabunt, Christi scilicet, cui ait, Po-
sui te in lumen nationum; est autem Euangelium etiam Dei noui, quod vis tunc ab Apo-
stolo defensum: iam ergo duo sunt Euangelia apud duos Deos, & mentitus erit Apo-
stolus dicens: quod aliud omnino non est, quum sit & aliud: quum sic suum Euangelium defende-
re potuisset, vt potius demonstraret, non vt vnū determinaret. Sed fortasse vt fugias hinc,
& idcirco dices, subrexit: licet angelus de celo aliter euangelizauerit, anathema sit, quia & creato-
rem sciebat euangelizaturum. Rursus ergo te implicas. Hoc est enim quo alstringeris. Duo
enim Euangelia confirmare, non est eius qui aliud iam negarit. Tamē lucet sensus eius qui
suam præmisit personam. 19 Sed & si nos aut angelus de celo aliter euangelizauerit. Verbi enim
gratia dictū est. Ceterum, si nec ipse aliter euangelizaturus, utique nec angelus. Ita angelum
ad hoc nominauit, quo multo magis hominibus non esset credendum, quando nec an-
gelo nec Apostolo: non angelum ad Euangelium referret creatoris. 20 Exinde decurrens
ordinem conuersionis suæ de persecutore in Apostolum, 21 scripturam Actorum Apostolico-
rum confirmat, apud quam ipsa etiam epistolæ istius materia recognoscitur: 22 intercessit
se quosdam, qui dicerent circuncidi oportere, & obseruandam esse Moysi legem: tunc*

etiam primæ litteræ solent dici. Non ergo per mūdialium elementorum derogationem à Deo eorum auertere cupiebat, & si dicendo suprâ, Si ergo *his qui non natura sunt Dei, seruitis*,⁸⁴ *physicæ*, id est, naturalis superstitionis elementa pro Deo habentis suggillabat errorem, nec sic tamen elementorum Deum taxans. Sed quæ velit intelligi elementa, primas scilicet litteras legis, ipse declarat: *99 Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos; & sabbata*, vt opinor, & cœnas puras, & ieiunia, & dies magnos. Cessare enim ab his quoque sicut & circumcisione oportebat ex decretis creatoris: qui & per Esaiam: Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sustinebo, ieiuniū & ferias & ceremonias vestras odit anima mea. Et per Amos: Odi, reieci ceremonias vestras, ¹⁰ & non odorabor in frequentis vestris. Item per Osee. Auertam vniuersas iocūditates eius, & ceremonias eius, & sabbata, & neomenias eius, ¹¹ & omnes frequentias eius. Quæ ipse constituerat, inquis, erat magis quàm alius? At si alius, ergo ille adiuuit sententiam creatoris, auferens quæ & ille damnauerat. Sed non huius loci quæstio, cur leges suas creator infregerit. Sufficit quòd infra-
 Eturum probauimus, vt confirmetur nihil Apostolum aduersus creatorem determinasse, cum & ipsa amolitiō legis à creatore sit. Sed vt furibus solet aliquid excidere de præda in indicium, ita credo & Marcionem nouissimam Abrahamæ mentionem dereliquisse, nullam magis auferendam, etsi ex parte conuertit. ¹² Si enim *Abraham duos liberos habuit, vnum ex ancilla, & alium ex libera: sed qui ex ancilla, carnaliter natus est: qui verò ex libera, per repromissionem.* (Quæ sunt allegoricæ, id est, aliud portendentia. *Hæc sunt enim duo testamenta, siue duæ ostensionēs, sicut inuenimus interpretatum.*) *Vnum à monte Syna* in synagogam Iudæorum, secundum legem, *generas in seruitutem. Alium;* ¹³ super omnem principatum *generans*, vim, dominationem, & omne nomen quod nominatur, non tantum in hoc æuo, sed & in futuro, *quæ est mater nostra*, in quem repromissimus sanctam Ecclesiam: ideòque adiicit, ¹⁴ *Propter quod fratres non sumus ancillæ filij, sed liberae.* Vtique manifestauit & Christianismi generositatem in filio Abrahamæ ex libera nato, allegorię habere sacramentum, sicut & Iudaismi seruitutem legalem in filio ancillæ. Atque ita eius Dei esse vtranque dispositionem, apud quæ inuenimus vtriusque dispositionis deliniationem. Ipsum quod ait, *qua libertate Christus nos manumisit*, nōne eum constituit manumissorem, qui fuit Dominus? ¹⁵ Alienos enim seruos ne Galba manumisit, facilius liberos soluturus. Ab eo igitur præstabitur libertas, apud quem fuit seruitus legis, & meritò. ¹⁶ *Non decebat manumissos rursus iugo seruitutis*, id est, legis *stringi*, iam Psalmo adimpleto: Distrumpamus vincula eorum, & abiciamus à nobis iugū ipsorum: postquam *de phariseis* congregati sunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum ipsius. De seruitute igitur exemptos, ipsam seruitutis notam *eradere perseverabat circumcissionem*, ex prædicationis scilicet propheticæ auctoritate, memor dictum per Hieremiā: ¹⁷ *Et circumcidimini præputia cordis vestri. Quia & Moyses: Circumcidetis duricordiam vestram: id est, non carnem.* Denique si circumcissionem ab alio Deo veniens excluderet, ¹⁸ cur etiam *præputiationem negat quicquam valere in Christo sicut & circumcissionem*: præferre enim debebat æmulam eius quam expugnabat, si ab æmulo circumcissionis Deo esset. Porro quia & circumcisio & præputiatio vni Deo deputabantur, ideò vtraque in Christo vacabat, propter fidei prælationem, illius fidei de qua erat scriptum: Et in nomine eius nationes credent; ¹⁹ illius fidei quam dicendo *per dilectionē perfici*, sic quoque creatoris ostendit. Siue enim dilectionē dicit quæ in Deum: & hoc creatoris est: Diliges Deum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis: siue quæ in proximum, & proximū tuum tanquā te, creatoris est. *Qui autem turbat vos, iudicium feret.* A quo Deo? ab optimo? Sed ille non iudicat. A creatore? Sed nec ille damnabit assertorē circumcissionis. Quòd si non erit alius qui iudicet nisi creator, iam ergo nō damnabit legis defensores, nisi qui ipse eam cessare constituit. Quid nunc si & cōfirmat illam ex parte qua debet? *Tota enim*, inquit, *lex in vobis adimpleta est: Diliges proximum tuum tanquam te.* Aut si sic vult intelligi, adimpleta est, quasi iam non adimplenda: ergo non vult vt diligam proximum tanquam me, vt & hoc cum lege cessauerit. Sed perseverandum erit semper in isto præcepto. Ergo lex creatoris etiam ab aduersario probata est: nec dispendium, sed compendium ab eo consecuta est, redacta summa in vnum iam præceptum. Sed nec hoc alij magis competit quàm auctori. Atque adeò quum dicit: ²⁰ *Onera vestra inuicem sustinete, & sic adimplebitis legem Christi: si hoc non potest fieri, nisi quis diligat proximum suum tanquam se, apparet: diliges proximum tuum tanquam te: per quod auditur, inuicem onera vestra portate, Christi esse legem, quæ sit creatoris: atque ita Christum creatoris esse, dum Christi est lex creatoris.* Erratis, *Deus non*

A non deridetur, atquin derideri potest Deus Marcionis, qui nec irasci nouit, nec vlscisci. Quod *ibidem*:
 enim *seminauerit homo, hoc & metet.* Ergo retributionis & iudicij Deus intentat. *Bonum autē* *ibidem*:
facientes non fatigemur, &: Dum habemus tempus, operemur bonum. Nega creatorē bonū facere
 præcepisse, & diuersa doctrina sit diuersæ diuinitatis. Porro si retributionem prædicat, ab
 eodem erit & corruptionis messis & vitæ. *Tempore autem suo metemus*, quia & Ecclesiastes, *ibidem*:
 Tempus, inquit, erit omni rei. ⁶¹ *Sed & mihi famulo creatoris mundus crucifixus est*, non ta-
 men Deus mundi, & ego mundo, non tamen Deo mundi. Mundum enim quantū ad con-
 uersationē eius posuit, cui renuntiando mutuo transfigimur, & inuicem morimur. ⁶² Per-
 secutores vocat Christi. Quum verò adiicit, ⁶³ *Stigmata Christi in corpore suo gestare se* (vtique
 corporalia competunt) iam non putatiuam, sed veram & solidam carnem professus est
 Christi, cuius stigmata corporalia ostendit. [⁶⁴ Præstructio superioris epistolæ ita du-
 xit, vt de titulo eius non retractauerim, certus & alibi retractari eum posse, communem
 scilicet, & eundem in epistolis omnibus. Quod non vtique salutem præscribit eis quibus
 scribit, sed ⁶⁵ *gratiam & pacem*, non dico quid illi cum Iudaico adhuc more, destructori Iu-
 daismi? Nam & hodie Iudæi in pacis nomine appellant, & retrò in scripturis sic salutabāt.
 Sed intelligo illum defendisse officio suo prædicationem creatoris, Quam maturi pedes
 euangelizantium bona, euangelizantium pacem. Euangelizator enim bonorum, id est, gra-
 tiæ Dei, paci eam præferendam sciebat. Hæc cum ⁶⁶ à Deo Patre nostro, & Domino Iesu ad-
 nuntians, communibus nominibus vtatur, competentibus nostro quoque sacramento,
 non puto dispici posse cur Deus Pater, & Dominus Iesus prædicetur, nisi ex accedētibz
 cui magis competat. Primò quidem Patrem Dominum præscribo, non alium agnosce-
 dum, quàm & hominis & vniuersitatis creatorem & institutorem. Porro Patri etiam Do-
 mini nomē accedere ob potestatem, quòd & filius per patrem capiat. Dehinc gratiam &
 pacem non solum eius esse à quo prædicabantur, sed eius qui fuerit offensus, nec grata
 enim sit, nisi offensæ: nec pax, nisi belli, & populus autem per disciplinæ transgressionem,
 & omne hominum genus per naturæ dissimulationem, & deliquerat, & rebellauerat ad-
 uersus creatorem. Deus autem Marcionis & quia ignotus, non potuit offendi, & quia nec
 irasci. Quæ ergo gratia à non offenso? quæ pax à non rebellato? ⁶⁷ Ait: *Crucem Christi* *ibidem*:
stultitiam esse periturus, virtutem autem & sapientiam Dei, salutem consecuturis. Et vt ostenderet
 vnde hoc eueniret, adiicit. *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam pru-
 dentium irritam faciam.* Si hæc creatoris sunt & quæ ad causam crucis pertinent, stultitiam
 deputat, ergo & crux & per crucem Christus ad creatorem pertinebit, à quo prædicatum
 est quod ad crucem pertinet. Aut si creator quæ æmulus, idcirco sapientiam abstulit, vt
 crux Christi scilicet aduersarij stultitia deputeretur, & quomodo potest aliquid ad crucem
 Christi non sui creator pronuntiasse, quem ignorabat quum prædicabat? Sed & cur apud
 Dominum optimum & profusæ misericordiæ, alij salutem referunt, credentes crucem
 virtutem & sapientiam Dei esse, alij perditionem, quibus Christi crux stultitia reputatur,
 si non creatoris est aliquam & populi & humani generis offensam, detrimento sapientiæ
 atque prudentiæ multasse: Hoc sequentia confirmabunt quum dicit: ⁶⁸ *Nōne insatuaui* *ibidem*:
*Deus sapientiam mundi? Cūque & hic adiicit: quare? Quoniā in Dei sapientia non intellexit mun-
 dus per sapientiam Deum,* ⁶⁹ *boni duxit Deus per stultitiā prædicationis saluos facere credēs.* Sed prius
 de mundo disceptabo, quatenus subtilissimi hæretici hic vel maximè mundum per Do-
 minum mundi interpretantur: nos autem hominem qui sit in mūdo intelligimus ex for-
 ma simplici loquelæ humanæ, qua plerunque id quod continet, ponimus pro eo quod
 continetur, Circus clamauit, & Forum locutum est, & Basilica fremuit: id est, qui in his
 locis rem egerunt. Igitur, quia homo, non Deus mundi, in sapiētia non cognouit Deum,
 quem cognoscere debuerat, & Iudæus in sapientia scripturarum, & omnis gens in sapien-
 tia operum: ideò Deus idem, qui in sapientia sua non erat agnitus, statuit sapientiam ho-
 minum stultitia repercutere, saluos faciendo credentes quosque in stultam crucis prædi-
 cationem. ⁷⁰ *Quoniam Iudæi signa desiderant*, qui iam de Deo certi esse debuerant: & *Græci* *ibidem*:
sapientiam querunt, qui suam scilicet non Dei sapientiam sistunt. Ceterum si nouus Deus
 prædicaretur, quid deliquerant Iudæi signa desiderantes quibus crederent? aut Græci sa-
 pientiam sectantes, cui magis crederent? Ita & remuneratio ipsa in Iudæos & Græcos, &
 zeloten Deū confirmat & iudicem, qui ex retributione æmula & iudice insatuaui sa-
 pientiam mundi. Quòd si eius sunt & causæ, cuius adhibentur scripturæ, ergo de creatore
 tractans Apostolus, non intellecto creatore, vtique docet intelligendum. ⁷¹ Etiam quod

ibidem. scandalum Iudeis prædicat Christum, prophetiam super illo consignat creatoris dicentis per D
 8. et Rom. 9. *Isai.* 28. et *Isaiam:* Ecce posui in Sion lapidem offensionis, & petram scādali: petra autem fuit Chri-
 9. *1. Cor. 1.* stus, etiam Marcion seruat: Quid est autem stultum Dei, sapiētius hominibus, nisi crux & mors
 1. *1. Cor. 1.* Christi? Quid ⁷² infirmum Dei, fortius homine, nisi natiuitas & caro Dei? Ceterum si nec na-
ibidem. tus ex virgine Christus, nec carne constructus, ac per hoc neque crucem, neque mortem
 verè perpeffus est, nihil in illo fuit stultū & infirmum: nec iam *stulta mundi elegit Deus,* ⁷³ ut
 confundat sapientiā, nec infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: nec inhonestā & minima &
 contemptibilia, quæ non sunt, id est, quæ non verè sunt, ut confundat quæ sunt, id est, quæ verè
 sunt. Nihil enim à Deo dispositum est, verè modicum, & ignobile, & contemptibile, sed
 quod ab homine: apud creatorem autem ⁷⁴ etiam vetera, stultitiæ, & infirmitati, & in-
 honestati, & pusillitati, & cōtempui deputari possunt. Quid stultius, quid infirmius, quā
 sacrificiorum cruentorum, & holocaustorum nidolorum à Deo exactio? Quid infir-
 3. 4. 5. 6. *Leuit. 1. 2.* mius, quàm vasculorum & grabatorum purgatio? Quid inhonestius, quàm carnis iā eru-
 7. *7.* bescentis alia dedecoratio? Quid tam humile, quàm talionis indictio? Quid tam contem-
 15. *Matth. 15.* ptibile, quàm ciborum exceptio? Totum, quod sciā, vetus Testamentum omnis hæreticus
 7. *Gen. 7.* irridet. Stulta enim mundi elegit Deus, ut cōfundat sapientiā. Marcionis Deus nihil tale.
 21. *Exod. 21.* Quia nec æmulatur contraria cōtrariis redarguere, ⁷⁵ ne gloriatur omnis caro; ut quemadmodū
 14. *Deut. 14.* scriptū est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. In quo? Vtiq; in eo qui hoc præcepit: nisi creator
 1. *1. Cor. 1.* præcepit ut in Deo Marcionis gloriatur. [⁷⁶ Igitur per hæc omnia ostendit, cuius Dei sa-
 6. *de Epist.* pientiam loquatur inter perfectos: eius scilicet qui sapientiā sapientiū abstulerit, & prudentiam
 1. *1. ad Cor.* prudentium irritam fecerit; qui infatuauerit sapientiam mūdi, stulta eligens eius & dispo-
 11. *c. 11. et 13.* nens in salutem. ⁷⁷ Hanc dicit sapientiam in occulto fuisse, quæ fuerit in stultis & in pusillis &
 10. *1. Cor. 10.* inhonestis: quæ latuerit etiam sub figuris, allegoriis & ænigmatibus reuelanda postmodū
 2. *1. Cor. 2.* in Christo, posito in lumen nationum & creatore promittente per *Isaiæ* vocem, ⁷⁸ patefa-
 1. *1. Cor. 1.* cturum se thesauros inuisibiles & occultos. Nam ut abscondit aliquid is Deus, qui nihil
 4. *Isai. 40.* egit omninò in quod aliquid abscondisse existimaretur, satis incredibile. Ipse si esset, la-
 5. *Isai. 45.* tere non posset, nedum aliqua eius sacramēta. Creator autem tam ipse notus, quàm & sa-
 2. *1. Cor. 2.* cramenta eius, palàm scilicet decurrentia apud Israēl, sed de significantiis obumbrata, in
 quibus sapientia Dei delitescbat inter perfectos narranda suo in tempore, ⁷⁹ proposita verò in
 proposito Dei ante secula, Cuius & secula, nisi creatoris? Si enim & secula temporibus structa
 sunt, tempora autem diebus & mensibus & annis compinguntur, dies porrò & menses &
 1. *Gen. 1.* anni solibus & lunis & sideribus creatoris signantur, in hoc ab eo positus: ⁸⁰ Et erūt enim,
 inquit, in signa mensium & annorum: apparet & secula creatoris esse: & omne quod ante
 secula propositum dicatur, non alterius esse, quàm cuius & secula. Aut probet Dei sui se-
 2. *1. Cor. 2.* cula Marcion, ostendat & mundum ipsum, in quo secula deperentur, vas quoddam modò
 temporum, & signa aliqua vel ortum eorum. Si nihil demonstrat, reuertor ut & illud di-
 cam; ⁸¹ cur autem ante secula creatoris propositum gloria nostram: posset videri eam ante secula
 proposuisse, quam introductione seculi reuelasset. At cum id facit ⁸² penè iam totis seculis
 creatoris productis, vanè ante secula proposuit, & non magis intra secula, quod reuelatu-
 7. *ibidem.* rus erat penè post secula. non enim eius est festinasse in proponēdo, cuius & retardasse in
 reuelando. Creatori autem competit utrunque, & ante secula proposuisse, & in fine secu-
 10. *ibidem.* lorum reuelasse: quia & quod proposuit & reuelauit, medio spatio seculorum in figuris &
 ænigmatibus & allegoriis præministravit. Sed quia subiicit de gloria nostra, ⁸³ quòd eā nemo
 ex principibus huius æui scierit: ceterum si scissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent: argumē-
 15. *ibidem.* tatur hæreticus, quòd principes huius æui, Dominum, alterius scilicet Dei Christū cruci-
 20. *ibidem.* fixerint, ut & hoc in ipsum recidat creatorem. Porrò cui supra ostēdimus, quibus mo-
 dis gloria nostra à creatore sit deputanda, præiudicatum esse debet, eam quæ in occulto
 fuerit apud creatorem, meritò ignotam etiam ab omnibus virtutibus & potestatibus
 creatoris: quia nec famulis liceat cōsilia nosse dominorum, nedum illis apostatis angelis,
 ipsique principi transgressionis diabolo, quos magis extraneos fuisse cōtenderim ob cul-
 4. *Matth. 4.* pam ab omni conscientia dispositionum creatoris. Sed iam nec mihi competit principes
 huius æui virtutes & potestates interpretari creatoris, quia ignorantia illis adscribit Apo-
 4. *Luc. 4.* stolus: Iesum autem & ⁸⁴ secundum nostrum Euangelium diabolus quoque in tentatione
 11. *Luc. 11.* cognouit, & secundum commune instrumentum, spiritus nequam, sciebat eum sanctum
 Dei esse, & Iesum vocari, & in perditione eorum venisse. Etiam para bola fortis illius ar-
 mati, quem alius validior oppressit, & vasa eius occupauit, ⁸⁵ si in creatoris accipitur apud
 Marcionem:

A Marcionem, iam nec ignorasse vltra potuit creator Deum gloriæ, dum ab eo opprimi-
 tur: nec in crucem eum figere, aduersus quem valere nō potuit: & superest vt secundum
 me quidem credible sit, scientes virtutes & potestates creatoris Deum gloriæ Christum
 suum crucifixisse, qua desperatione & malitiæ redundancia serui quoque scelestissimi do-
 minos suos interficere non dubitant. ⁸⁶ Scriptum est enim apud me: Satanam in Iudam
 introisse. Secundum autem Marcionem, nec Apostolus hoc loco patitur ignorantiam as-
 scribi virtutibus creatoris in gloriæ dominum, quia scilicet non illas vult intelligi princi-
 pes huius æui. Quòd si non videtur de spiritualibus dixisse principibus, ergo de secularibus
 dixit, de populo principali vtiq; non inter nationes, de ipsis archontibus eius, de rege *psal. 2.*
 Herode, etiam de Pilato, & quo maior principatus huius æui Romana dignitas præside-
 bat. Ita & quum destruuntur argumentationes diuersæ partis, nostræ expositiones ædifi-
 cantur. Sed vis adhuc gloriām nostram Dei tui esse, & apud eum in occulto fuisse, & qua-
 1. *1. Cor. 2.* re adhuc eodem & Deus instrumentum & Apostolus nititur? Quid illi cum sententiis Pro-
 phetarum vbique? Quis enim cognouit sensum Domini, ⁸⁷ & quis illi consiliarius fuit? *Isai. 40. et*
Isai. est. Quid illi etiam cum exemplis Dei nostri? ⁸⁸ Nam quòd architectum se prudentem *1. Cor. 2.*
 affirmat, hoc inuenimus significari ⁸⁹ de palatore disciplinæ diuinæ à creatore, per *Isaiam:* *1. Cor. 3.*
⁹⁰ Auferam enim, inquit, à Iudæa inter cetera & sapientem architectum. Et nunquid ipse *Isai. 3.*
 tunc Paulus destinabatur de Iudæa, id est, de Iudaismo auferri habens in ædificationem
 Christianismi, positurus ⁹¹ vnicum fundamentum quod est Christus? qui & de hoc per eundem *1. Cor. 3.*
 B Prophetam creator: ⁹² Ecce ego, inquit, initio in fundamenta Sionis lapidem preciosum, *Isai. 28.*
 honorabilem, & qui in eum crediderit, non confundetur: nisi si structorem se terreni ope-
 ris Deus profitebatur, vt non de Christo suo significaret, qui futurus esset fundamentum
 credentium in eum, super quod prout quisque superstruxerit dignam scilicet vel indignam do-
 1. *1. Cor. 3.* ctrinam, si ⁹³ opus eius per ignem probabitur, si merces illi per ignem rependetur, creatoris est: quia
 per ignem indicatur vestra superædificatio, vtiq; sui fundamenti, id est, sui Christi. ⁹⁴ Nescitis *ibidem.*
 quòd templum Dei sitis, & in vobis inhabitet spiritus Dei? Si homo & res, & opus, & imago, &
 1. *Gen. 1.* similitudo, & caro per terram, & anima per afflatum creatoris est, tuus ergo in alieno
 habitat Deus Marcion, si non creatoris sumus templum. Quòd si templum Dei quis vitiaue-
 1. *1. Cor. 3.* rit, vitabitur, vtiq; à Deo templi. Vltorem intentans, creatorem intentabit. ⁹⁵ Stulti estote,
ibidem. ut sitis sapientes. Quare? Sapientia enim huius mūdi, stultitia est penes Deum. Penes quem Deum?
 Si nihil nobis, & ad hunc sensum pristina præiudicauerunt, benè quòd & hic astruit. *Scri-*
 1. *ibidem.* ptum est enim: ⁹⁶ Deprehendens sapientes in nequitia illorum. Et rursus: Dominus scit cogitationes sapi-
 5. *1. Job. 5.* tium, quòd sint superuacua. In totum enim præscriptum à nobis erit, nulla illum sententia vti
 1. *ibidem.* potuisse eius Dei, quem destruere deberet, si non illi doceret. ⁹⁷ Ergo, inquit, nemo glorie-
 93. *psal. 93.* tur in homine. Et hoc secundum creatoris disciplinam, miserum hominem qui spem habet *Hiere. 17.*
 in hominem: & Bonum est fidere in Deo, quàm fidere in homine: ita & gloriari. *psal. 117.*
 [⁹⁸ Et occulta tenebrarum ipse illuminabit, vtiq; per Christum, ⁹⁹ qui Christum illuminatio-
 11. *de Epist.* nem repromisit, se quoque lucernam pronuntiauit, ¹⁰⁰ scrutantem corda & renes. Ab illo
 1. *1. ad Cor.* erit & laus vnicuique, à quo & contrarium laudis vt à iudice. Certè, inquis, vel hic mun-
 2. *c. 4. 5. 6. 7.* dum Deum mundi interpretatur, dicendo: Spectaculum ¹⁰¹ facti sumus mundo, & angelis, & ho-
 3. *c. 8. 9. et 10.* minibus. Qui si mundum homines mundi significasset, non etiam homines postmodum
 4. *a Isai. 42.* nominasset. Immo ne ita argumentareris, prouidentia spiritus sancti demonstravit, quid-
 7. *psal. 7.* nam dixisset: Spectaculum facti sumus mundo: dū angelis qui mundo ministrat, & homi-
 4. *b 1. Cor. 4.* nibus quibus ministrant. Verebatur nimirū tantæ constantiæ vir, ne dicā spiritus sanctus,
 præsertim ad filios scribens, quos in Euangelio generauerat, liberè Deū mundi nominare, aduer-
 1. *ibidem.* sus què, nisi exerte, non posset videri prædicare. ¹⁰² Non defendo secundū legem creatoris
 displicuisse illum, qui mulierē patris sui habuit: cōmunis & publicæ religionis securus sit
 disciplinam. Sed cum eum damnat dedendum satana, damnatoris Dei præco est. ¹⁰³ Viderit & *1. Cor. 5.*
 quomodo dixerit in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini, dum & de carnis interitu, *ibidem.*
 & de salute spiritus iudicavit; ¹⁰⁴ & auferri iubens malum de medio, creatoris frequentissimam
 13. *Deut. 13.* sententiā cōmemorauerit. ¹⁰⁵ Expurgate ¹⁰⁶ vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio sicut estis azymi. Ergo azymi figuræ erāt nostræ apud creatorem. Sic & ¹⁰⁷ pascha nostrum immolatus est Chri-
 16. *et Num. 16.* stus. Quare pascha Christus, si non pascha figura Christi, ¹⁰⁸ per similitudinem sangui-
 5. *c. 1. Cor. 5.* nis salutaris, & pecoris Christi? Quid nobis & Christo imagines imbuat solennium crea-
 6. *d. ibidem.* toris, si non erant nostræ? ¹⁰⁹ Auertens autem nos à fornicatione, manifestat carnis resurrectio-
 1. *1. Cor. 6.* nem. Corpus, inquit, non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori, vt templum Deo,

ibidem. & Deus templo. Templum ergo Deo peribit, & Deus templo. Atquin vides: *Qui Dominum suscitauit, & nos suscitabit*, in corpore quoque suscitabit: quia corpus Domino, & Dominus corpori. & bene quod aggerat: *Nescitis corpora vestra membra esse Christi?* Quid dicit haereticus? Membra Christi non resurgent, quae nostra iam non sunt? *Empti enim sumus pretio magno.* Planè nullo, si phantasma fuit Christus, nec habuit ullam substantiam corporis, quam pro nostris corporibus dependeret. Ergo & Christus habuit quo nos redimeret, & si aliquo magno redemit haec corpora, in quae eadem committenda fornicatio non erit, ut in membra iam Christi, non nostra: utique sibi salua praestabit, quae magno comparauit. Iam nunc *quomodo honorabimus, quomodo tollimus. Deum in corpore perituro?* Sequitur de nuptiis congreri, quas Marcion constantior Apostolo prohibet. *Etenim Apostolus, etsi bonum continentiae praefert, tamen coniugium & contrahi permittit, & vni esse & magis retineri, quam disungi suadet.* Planè Christus verat diuortium, Moyses verò permittit. Marcion totum concubitum auferens, fidelibus (viderint enim catechumeni eius) repudium antè nuptiae iubens, cuius sententiam sequitur, Moysi an Christi? *Atquin & Christi Apostolus quum praecipit mulierem à viro non discedere: aut si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro: & repudium permittit, quod non in totum prohibuit, & matrimonium confirmauit, quod primò vetuit disungi: & si fortè disunctum, voluit reformari. Sed & continentiae quas ait causas? Quia tempus in collecto est.* Putaueram, quia Deus alius in Christo, & tamen à quo est collectio temporis, ab eo erit & quod collectioni temporis congruit. Nemo alieno tempori consulit. Pusillum Deum affirmas tuum Marcion, quem in aliquo coangustat tempus creatoris. Certè praescribens: *tantum in Domino esse nubendum*, ne qui fidelis ethnicum matrimonium contrahat: legem tuetur creatoris, allophylosum nuptias vbique prohibentis. *Sed; a Et si sunt qui dicuntur Dei siue in caelis, siue in terris*, apparet quomodo dixerit, non quasi verè sint, sed quia sint qui dicantur quando non sint. de idolis enim coepit, de idolothytis disputaturus: *Scimus quòd idolum nihil sit.* Creatorem autem & Marcion Deum non negat: ergo non potest videri Apostolus creatorem quoque inter eos posuisse, qui Dei dicantur, & tamen non sint, quando & si fuissent, nobis tamen vnus esset Deus pater. Ex quo omnia nobis, nisi cuius omnia? Quenam ista? Habes in praeteritis, omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas: siue mundus, siue vita, siue mors: siue praesentia, siue futura: adè omnium Deum creatorem facit: à quo & mūdus, & vita, & mors, quae alterius Dei esse non possunt. Ab eo igitur inter omnia & Christus. *Ex labore suo vnunquenque docens viuere oportere: satis exempla praemisit militum, pastorum, rusticorum, sed diuina illi auctoritas dearat.* Legem igitur opponit creatoris ingratis, quam destruebat: sui enim Dei nullam talem habebat: *Boni, inquit, terenti os non obligabū, & adicit: Nunquid de bubus pertinet ad Dominum, etiam de bubus propter homines benignum?* Propter nos enim scriptum est, inquit. Ergo & legem allegoricam secundum nos probauit, & de Euangelia viuentibus patrocinantem: ac propter hoc non alterius esse Euangelizatores, quam cuius lex, quae prospexit illis cum dicit: propter nos enim scriptum est. Sed noluit vti legi potestate, quia maluit gratis laborare. Hoc ad gloriam suam retulit, quam negauit quenquam euacuaturum. non ad legis destructionem, qua alium probauit vsurum. *Ecce autem & in petram offendit caecus Marcion, de qua bibebant in solitudine patres nostri.* Si enim petra illa Christus fuit, utique creatoris, cuius & populus. Cui rei figuram extranei sacramenti interpretatur? An ut hoc ipsum doceret, figurata fuisse vetera in Christum ex illis recedendum? Nā & reliquum exitum populi decursurus praemittit. *Haec autem exempla nobis sunt facta.* Dic mihi à creatore alterius quidem ignoti Dei hominibus exempla sunt facta, an alius Deus ab alio mutuatur exempla, & quidem aemulo? De illo me terret sibi, à quo fidem meam transfert. Meliorem me illi aduersarius faciet. Iam si deliquero eadem quae & populus, eademne passurus sum, an non? Atquin si non eadem, vanè mihi timenda proponit, quae non sum passurus. Passurus autem à quo ero? Si à creatore, qualia infligere ipseus est. Et quale erit ut peccatorem aemuli sui puniat magis, quam è contrario foueat Deus zelotes? Si ab illo Deo? Atquin punire non nouit. Ita tota ista propositio Apostoli, nulla ratione consistit, si non ad disciplinam creatoris est. Denique & in clausula praefationi respondet. *Haec autem quemadmodum euenerunt illis, scripta sunt ad nos commoneos, in quos fines aeorum decurrerunt.* à creatorem & praescium iam & admonitorè alienorum Christianorum. Praetereo, si quando paria eorum quae retractata sunt quaedam, & breuiter expungo. *Magnū argumentum Dei alterius, permissio omnium obsoniorum, aduersus legem:* quasi non & ipsi confiteamur legis

legis

A legis onera dimissa: sed ab eo qui imposuit, qui nouatione repromisit: ita & cibos qui abstulit, reddidit, quod & à primordio praestitit. Ceterum si quis alius Deus fuisset destructor Dei nostri, nihil magis suos prohibuisset, quam de copiis aduersarij viuere. *Caput viri Christus est.* Quis Christus, qui non est viri auctor? Caput enim ad auctoritate posuit: auctoritas autem non alterius erit, quam auctoris: Cuius denique viri caput est? Certè de ad: *Cot: quo subiicit: Vir enim non debet caput velare, cum sit Dei imago.* Igitur si creatoris est imago, ille enim Christum sermonem suum intuens hominem futurum: *Faciemus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, quomodo possum alterum habere caput, non enim cuius imago sum? Quum enim imago sim creatoris, non est in me locus capitis alterius.* Sed & quare *mulier potestatem super caput habere debet? Si quia ex viro, & propter spiritum facta est.* secundum institutionem creatoris, sic quoque eius disciplinam Apostolus curauit, de cuius institutione causas disciplinae interpretatur: *adiicit etiā propter angelos.* Quos id est cuius? Si creatoris apostatas, meritò, ut illa facies quae eos scandalizauit, notā quandam referat de habitu humilitatis & obscuracione decoris. Si verò propter angelos Dei alterius, quid veretur si nec ipsi Marcionitae sceminās appetunt? *Sapè iam ostendimus haereses ibidem apud Apostolum inter mala ut malum poni, & eos probabiles intelligendos, qui haeresis ut malū fugiunt.* Proinde panis & calicis sacramento iam in Euangelio probauimus, corporis & sanguinis dominici veritatem aduersus phantasma Marcionis. Sed & omnem iudicij mentionem creatori competere ut Deo iudici, toto penè opere tractatum est. *Nunc de spiritalibus dico,* haec quoque in Christū à creatore promissa, sub illa praescriptione iustissima opinor, qua non alterius credenda sit exhibitio, quam cuius probata fuerit repromissio, Pronuntiauit Esaias: *Prohibet virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet de virga, & requiescet super eum spiritus Domini.* dehinc species eius enumerat: *Spiritus sapientiae & intelligentiae, spiritus consilij & valentiae, & spiritus agnitionis, & religionis.* Spiritus eū replebit timoris Dei. Christum enim in floris figura ostendit oriturū ex virga profecta de radice Iesse, id est, virgine generis Dauid filij Iesse, in quo Christo consistere haberet tota substantia spiritus, non quasi postea obuētura illi, qui semper spiritus Dei fuerit, ante carnem quoque: ne ex hoc argumēteris Prophetiam ad eum Christum pertinere, qui ut homo tantum ex solo censu Dauid, postea cōsecutus sit Dei sui spiritū. Sed quoniā exinde quo floruisse in carne sumpta ex stirpe Dauid, requiescere in illo omnis haberet operatio gratiae spiritalis, & cōcessare & finē facere quātum ad Iudaeos: sicut & res ipsa testatur, nihil exinde spirite penes illos spiritu creatoris, ablato à Iudaea sapiente, & prudēte architecto, & consiliario, & propheta, ut hoc sit: *Lex & Propheta vsque ad Ioāne: accipere nunc quomodo & à Christo in caelum recepto charismata obuentura pronuntiat.* *scēdit in sublimitatem,* id est, in caelum. *Captiuam duxit captiuitatem,* id est, mortē vel humanā seruitutem, *dedit data filiis hominum,* id est, donatiua quae charismata dicimus. Eleganter filiis hominum ait, non passim hominibus, nos ostendēs filios hominum, id est, verè hominum Apostolorum. In Euangelio enim, inquit, ego vos generavi. Et filij mei, quos parturio rursus. Iam nunc & illa promissio spiritus absolute facta per Ioāem: *In nouissimis diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem, & prophetabūt filij filiaeque eorum.* Et super seruos & ancillas meas de meo spiritu effundam. Et utique si in nouissimos dies gratiam spiritus creatoris repromisit, Christus autem spiritalium dispensator in nouissimis diebus apparuit, dicēte Apostolo: *At vbi tempus expletum est, misit Deus filium suum: & rursus: Quia tempus iam in collecto est: apparet & de temporum vltimorum praedicatione, hanc gratiam spiritus, ad Christum praedicatoris pertinere. Compara denique species Apostoli & Esaiæ: Alij, inquit, datur per spiritum sermo sapientiae: statim & Esaias spiritū sapientiae posuit. Alij sermo scientiae: hic erit sermo intelligentiae & consilij. Alij fides in eode spiritu: hic erit spiritus religionis & timoris Dei. Alij donū curationū, alij virtutū: hic erit valentiae spiritus. Alij prophetia, alij distinctio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio linguarum: hic erit agnitionis spiritus. Vides Apostolū & in distributione faciēda vnus spiritus, & in specialitate interpretanda, Prophetae conspirantem. Possum dicere ipsum qui corporis nostri per multa & diuersa membra unitatem, charismatum variorum cōpagini adaequauit, eūdem & corporis humani & spiritus sancti Dominum ostendit, qui meritum charismatum noluerit esse in corpore spiritus, quae nec in corpore humano collocauit, qui de dilectione quoque omnibus charismatibus praepōnda, Apostolum instruxerit principali praedicatione, quod probauit & Christus, Diliges Dominum de totis praecordiis, & totis viribus, &*

legis

ibidem. & Deus templo. Templum ergo Deo peribit, & Deus templo. Atquin vides: *Qui Dominus* **D**
ibidem. *suscitauit, & nos suscitabit,* in corpore quoque suscitabit: quia corpus Domino, & Dominus
ibidem. corpori, & bene quod aggerat: *Nescitis corpora vestra membra esse Christi? Quid dicet hæreticus?* Membra Christi non resurgent, quæ nostra iam non sunt? ¹⁰⁶ *Empti enim sumus pretio magno.* Planè nullo, si phantasma fuit Christus, nec habuit vllam substantiam corporis, quam pro nostris corporibus dependeret. Ergo & Christus habuit quo nos redimeret, & si aliquo magno redemit hæc corpora, in quæ eadem committenda fornicatio non erit, vt in membra iam Christi, nō nostra: vtique sibi salua præstabit, quæ magno comparauit. Iam nunc ¹⁰⁷ quomodo *honorabimus,* quomodo *tollemus.* Deum in corpore perituro? ¹⁰⁸ Sequitur de nuptiis congregari, quas Marcion constantior Apostolo prohibet. ¹⁰⁹ Etenim Apostolus, *etsi bonum continentie præfert, tamen coniugium & contrahi permittit, & vsui esse & magis retineri, quam disungi suadet.* Planè Christus vetat diuortium, Moyses verò permittit. Marcion totum concubitum auferens, fidelibus (viderint enim catechumeni eius) repudium antè nuptæ iubens, cuius sententiam sequitur, Moyse an Christi? ¹¹⁰ Atquin & Christi **E**
ibidem. Apostolus quum præcipit *mulierem à viro non discedere: aut si discesserit, manere inuuptam, aut reconciliari viro:* & repudium permisit, quod non in totum prohibuit, & matrimonium confirmauit, quod primò vetuit disungi: & si fortè disunctum, voluit reformari. Sed & continentiæ quas ait causas? ¹¹¹ *Quia tempus in collecto est.* Putaueram, quia Deus alius in Christo, & tamen à quo est collectio temporis, ab eo erit & quod collectioni temporis congruit. Nemo alieno tempori consulit. Pusillum Deum affirmas tuum Marcion, quem in aliquo coangustat tempus creatoris. Certè præscribens: ¹¹² *tantum in Domino esse nubendum,* ne qui fidelis ethnicum matrimonium contrahat: legem tuetur creatoris, ¹¹³ allophylorum nuptias vbique prohibentis. ¹¹⁴ Sed; ^a *Et si sunt qui dicuntur Dei siue in caelis, siue in terris,* apparet quomodo dixerit, non quasi verè sint, sed quia sint qui dicantur quando non sint, de idolis enim cœpit, de idolothytis disputatur: ¹¹⁵ *Scimus b quòd idolum nihil sit.* Creatorem autem & Marcion Deum non negat: ergo non potest videri Apostolus creatorem quoque inter eos posuisse, qui Dei dicantur, & tamen non sint, quando & si fuissent, *nobis tamen vnus esset Deus pater. Ex quo omnia nobis,* nisi cuius omnia? Quænam ista? Habes in præteritis, omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephass: siue mundus, siue vita, siue mors: siue præsentia, siue futura: adèd omnium Deum creatorem facit: à quo & mūdus, & vita, & mors, quæ alterius Dei esse non possunt. Ab eo igitur inter omnia & Christus. ¹¹⁶ *Ex labore suo vnumquenque docens viuere oportere: satis exempla præmiserat militum, pastorum, rusticorum,* sed diuina illi auctoritas deerat. ¹¹⁷ *Legem igitur opponit creatoris ingratis,* quam destruebat: sui enim Dei nullam talem habebat: *Boni,* inquit, *reuerenti os non obligabis,* & adiicit: *Nunquid de bubus pertinet ad Dominum,* etiam de bubus propter homines benignum? ¹¹⁸ *Propter nos enim scriptum est,* inquit, Ergo & legem allegoricam secundum nos probauit, & de Euangelio **F**
ibidem. *viuentibus patrocinantem:* ac propter hoc non alterius esse Euangelizatores, quàm cuius lex, quæ prospexit illis cum dicit: propter nos enim scriptum est. Sed *noluit vti legis potestate,* quia maluit gratis laborare. Hoc ad *gloriam suam* retulit, quam *negauit quemquam euacuatum.* ¹¹⁹ *Ecce autem & in petram offendit cæcus Marcion, de qua bibebant in solitudine patres nostri.* Si enim petra illa Christus fuit, vtique creatoris, cuius & populus. Cui rei ¹²⁰ figuram extranei sacramenti interpretatur? An vt hoc ipsum doceret, figurata fuisse vetera in Christum ex illis recedendum? Nā & reliquum exitum populi decursurus præmittit. *Hæc autem exempla nobis sunt facta.* Dic mihi à creatore alterius quidem ignoti Dei hominibus exempla sunt facta, an alius Deus ab alio mutuatur exempla, & quidem æmulo? De illo me terret sibi, à quo fidem meam transfert. Meliorem me illi aduersarius faciet, iam si *deliquero eadem quæ & populus, eademne passurus sum,* an non? Atquin si non eadem, vanè mihi timenda proponit, quæ non sum passurus. Passurus autem à quo ero? Si à creatore, qualia infligere ipsius est, Et quale erit vt peccatorem æmuli sui puniat magis, quàm è contrario foueat Deus zelotes? Si ab illo Deo? Atquin punire non nouit. Ita tota ista propositio Apostoli, nulla ratione consistit, si non ad disciplinam creatoris est. Denique & in clausula præfationi respondet. *Hæc autem quemadmodum euenerunt illis, scripta sunt ad nos commonendos, in quos fines æuorum decurrerunt.* Ò creatorem & præscium iam & admonitorè alienorum Christianorum. Prætereo, si quando paria eorum quæ retractata sunt quædam, & breuiter expungo. ¹²¹ Magnū argumentum Dei alterius, *permissio omnium obsoniorum, aduersus legem:* quasi non & ipsi confiteamur **L**
legis

A legis onera dimissa: sed ab eo qui imposuit, qui nouationē repromisit: ita, & cibos qui abstulit, reddidit, quod & à primordio præstitit. Ceterum si quis alius Deus fuisset destrutor Dei nostri, nihil magis suos prohibuisset, quàm de copiis aduersarij viuere. ¹²² *Caput viri Christus est.* Quis Christus, qui nō est viri auctor? Caput enim ad auctoritatē posuit: auctoritas autem non alterius erit, quàm auctoris: Cuius denique viri caput est? Certè de ad Cor. ¹²³ *Vir enim non debet caput velare, cum sit Dei imago.* Igitur si creatoris est imago, ille enim Christum sermonem suum intues hominem futurum: *Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostrā,* quomodo possunt alterum habere caput, nō cum cuius imago sum? Quom enim imago sim creatoris, non est in me. *locus capitis alterius.* Sed & quare *mulier potestatem super caput habere debet?* Si quia ex viro, & propter virum facta est ¹²⁴ secundum institutionem creatoris, sic quoque eius disciplinam Apostolus curauit, de cuius institutione causas disciplinæ interpretatur: adiicit etiā *propter angelos.* Quos id est cuius? Si creatoris apostatas, meritò, vt illa facies quæ eos scandalizauit, notā quandam referat de habitu humilitatis & obscuratione decoris. Si verò propter angelos Dei alterius, quid veretur si nec ipsi Marcionitæ sceminas appetunt? ¹²⁵ Sæpè iam ostendimus hæc *es* **I**
ibidem. apud Apostolum *inter mala vt malum poni,* & eos probabiles intelligendos, qui hæresis vt malū fugiant. ¹²⁶ Proinde panis & calicis sacramento iam in Euangelio probauimus, corporis & sanguinis dominici veritatem aduersus phantasma Marcionis. Sed & omnem iudicij mentionem creatori competere vt Deo iudici, toto penè opere tractatum est. ¹²⁷ *Nunc de spiritualibus dico,* hæc quoque in Christū à creatore promissa, sub illa præscriptione iustissima opinor, quæ non alterius credenda sit exhibitio, quàm cuius probata fuerit repromissio, Pronuntiauit Esaias: ¹²⁸ *Prohibet virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet, de virga, & requiescet super eum spiritus Domini, dehinc species eius enumerat: Spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus cōsilij & valentiæ, & spiritus agnitionis, & religionis.* Spiritus eū replebit timoris Dei. Christum enim in floris figura ostēdit oriturū ex virga profecta de radice Iesse, id est, virgine generis Dauid filij Iesse, in quo Christo consistere haberet tota substantia spiritus, non quasi postea obuētura illi, qui semper spiritus Dei fuerit, ante carnem quoque: ne ex hoc argumēteris Prophetiam ad eum Christum pertinere, qui vt homo tantum ex solo censu Dauid, postea cōsecutus sit Dei sui spiritū. Sed quoniā exinde quo floruisset in carne sumpta ex stirpe Dauid, requiescere in illo omnis haberet operatio gratiæ spiritualis, & cōcessare & finē facere quātum ad Iudæos: sicut & res ipsa testatur, nihil exinde spirāte penes illos spiritū creatoris, ¹²⁹ ablato à Iudæa sapiēte, & prudēte architecto, & consiliario, & propheta, vt hoc sit: Lex & Prophetæ vsque ad Ioānē: accipe nunc quomodo & à Christo in cœlum recepto ¹³⁰ *charismata obuentura* pronuntiat. ¹³¹ *Ascendit in sublimitatem,* id est, in cœlum. *Captiuam duxit captiuitatem,* id est, mortē vel humanā seruitutem, *dedit data filiis hominum,* id est, donatiua quæ charismata dicimus. Eleganter filiis hominum ait, non passim hominibus, nos ostendēs filios hominum, id est, verè hominum Apostolorum. In Euangelio enim, inquit, ego vos generavi. Et filij mei, quos parturio rursus. Iam nunc & illa promissio spiritus absolute facta per Ioēlem: ¹³² *In nouissimis diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem, & prophetabūt filij filiaque eorum.* Et super seruos & ancillas meas de meo spiritu effundam. Et vtique si in nouissimos dies gratiam spiritus creator repromisit, Christus autem spiritualium dispensator in nouissimis diebus apparuit, dicēte Apostolo: *At vbi tempus expletum est, misit Deus filium suum: & rursus: Quia tempus iam in collecto est: apparet & de temporum vltimorum prædicatione, hanc gratiam spiritus, ad Christum prædicatoris pertinere. Compara denique species Apostoli & Esaiæ: ¹³³ *Alij,* inquit, *datur per spiritum sermo sapientiæ:* statim & Esaias spiritū sapientiæ posuit. *Alij sermo scientiæ:* hic erit sermo intelligentiæ & consilij. *Alij fides in eodē spiritu:* hic erit spiritus religionis & timoris Dei. *Alij donū curationū, alij virtutū:* hic erit valentiæ spiritus. *Alij Prophecia, alij distinctio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio linguarum:* hic erit agnitionis spiritus. Vides Apostolū & in distributione faciēda vnus spiritus, & in specialitate interpretanda, Prophetæ conspirantem. Possūm dicere ipsum ¹³⁴ *qui corporis nostri per multa & diuersa membra vnitatem, charismatum variorum cōpagini adæquauit, eūdem & corporis humani & spiritus sancti Dominum ostendit, qui meritum charismatū noluerit esse in corpore spiritus, quæ nec in corpore humano collocauit; qui de dilectione quoque omnibus charismatibus præponenda,* Apostolum instruxerit principali præcepto, quod probauit & Christus, Diliges Dominum de totis præcordiis, & totis viribus, & **L**
*legis**

1. Cor. 14. et Isai. 28. *Ibidem.*
 tota anima tua, & proximum tuum tamquam teipsum. ¹⁴ Quod, etsi in lege scriptum esset, D commemorat: in aliis linguis, & in aliis labiis locuturum creatorem; cum hac commemoratio-
 1. Cor. 14. *Ibidem.*
 ne confirmasse. ¹⁵ Equè prescribens silentium mulieribus in Ecclesia, ne quid discendi dunta-
 1. Cor. 14. *Ibidem.*
 xat gratia loquantur (ceterum prophetandi ius & illas habere iam ostendit, cum mulieri
 1. Cor. 14. *Ibidem.*
 etiam prophetanti velamen imponit) ex lege accipit subiicienda femina auctoritatem, quam (vt
 Gen. 3.
 semel dixerim) nosse non debuit nisi in destructionem. Sed vt iam à spiritualibus receda-
 mus, res ipse probare debent, quis nostrum temerè Deo suo vindicet: quia nostrè par-
 ti possit opponi, hæc & si creator repromisit in suum Christum nondum reuelatum, vt Iu-
 dæis tantum destinatum, suas habitura in suo tempore, in suo Christo, & in suo populo o-
 perationes. Exhibeat itaque Marcion Dei sui dona, aliquos Prophetas, qui tamen nõ de
 humano sensu, sed de Dei spiritu sint locuti, qui & futura prænuuntiarint, & cordis oc-
 culta traduxerint. ¹⁶ Adat aliquem Psalmum, aliquam visionem, aliquam orationem, dumtaxat
 1. Cor. 14.
 spiritalem, in ecclasi, id est, amentia, si qua lingua interpretatio accessit. Probet etiam mi-
 hi, mulierem apud se prophetasse, ex illis suis sanctioribus feminis magnificam. Si hæc
 omnia facilius à me proferuntur, & utiq; conspirantia regulis & dispositionibus & discipli-
 nis creatoris, sine dubio Dei mei erit & Christus, & spiritus, & Apostolus. Habet profes-
 sionem meam, qui voluerit eam exigere. [¹⁷ Interim Marcionites nihil huiusmodi ex-
 hibebit, qui timet iam pronuntiare, cuius magis Christus nondum sit reuelatus. Sicut
 de Epist. *Ibidem.*
 1. ad Cor. cap. xv. *Ibidem.*
 meus expectandus est, qui à primordio predicatus est, illius idcirco non est, quia non à
 primordio sit. Melius nos credimus in Christum futurum, quam hæreticus in nullum.
 1. Cor. 15.
¹⁸ Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tunc negarint, prius dispiciendum est. Vtique
 eodem modo quo & nunc. Si quidè semper resurrectio carnis negatur. Ceterum animam
 & sapientium plures diuinam vindicantes saluam repromittunt, & vulgus ipsum ea præ-
 sumptione defunctos colit, qua animas eorum manere confidit. Ceterum corpora aut igni-
 bus statim, aut feris, aut etiam diligentissimè condita, temporibus tamen aboleri manife-
 stum est. Si ergo carnis resurrectionem negantes Apostolus retulit, utique aduersus illos
 rueretur, quod illi negabant, carnis scilicet resurrectionem. Habes compendio responsum.
 Cetera iam ex abundantia. Nam & ipsum quod Mortuorum resurrectio dicitur, exigit de-
 fendi proprietates vocabulorum. Mortuorum itaque vocabulo nõ est nisi quod amisit a-
 nimam, de cuius facultate vivebat, Corpus est quod amittit animam, & amittendo fit mor-
 tuum: ita mortui vocabulum corpori competit. Porro si resurrectio mortui est, mortuum
 autem nõ aliud est quàm corpus, corporis erit resurrectio. Sic & resurrectio mortui vocabulũ
 non aliam rem vindicat, quàm quæ cecidit. Surgere enim potest dici & quod omninò nõ
 cecidit, quod semper retrò iacuit. Resurgere autem non est nisi eius quod cecidit. Iterum
 enim surgendo quia cecidit, resurgere dicitur. Re enim syllaba iterationi semper adhibe-
 tur. Cadere ergo dicimus corpus in terram per mortem, sicut & res ipsa testatur. Ex Dei
 Gen. 3. *Ibidem.*
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
 lege corpori enim dictum est, Terra es, & in terram ibis. Ita quod de terra est, ibit in ter-
 ram. Hoc ab it quod in terram ibit, hoc resurgit quod cadit. Quia per hominẽ mors, & per ho-
 minem resurrectio. Hic mihi & Christi corpus ostenditur in nomine hominis, qui constat
 ex corpore, vt sæpè iam docuimus. Quod si sic in Christo viuificamur omnes, sicut mortificamur
 in Adam, quando in Adam corpore mortificamur, sic necesse est & in Christo corpore viu-
 ificemur. Ceterum similitudo non constat, si non in eadem substantia mortificationis in
 Adam, viuificatio cõcurrat in Christo. Sed interposuit adhuc aliquid de Christo, & pro-
 pter præsentem disceptationem non omittendum. Tanto magis enim probabitur car-
 nis resurrectio, quanto Christum eius Dei ostendero, apud quem creditur carnis resur-
 rectio. Quum dicit, ¹⁹ oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius sub pedes eius: iam qui-
 dem & ex hoc vltorem Deum edicit, atque exinde ipsum qui hoc Christo repromiserit,
 1. Cor. 15.
²⁰ sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, vir-
 gam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorum tuo-
 rum, Tecum, &c. Sed necesse est, ad meam sententiam pertinere defendam eas scriptu-
 ras, quas & Iudæi nobis auocare conantur. Dicunt denique hunc Psalmum in Ezechiam
 4. Reg. 19. *Ibidem.*
 cecinisse, ²¹ quia is, aiunt, sedit ad dexteram tẽpli, & hostes eius auerterit Deus & absum-
 pserit, propterea igitur & cetera, ante luciferũ ex vtero generauit te, in Ezechia cõuenire,
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
²² & in Ezechia natiuitatẽ. ²³ Nos ædimus Euãgelia (de quorum fide aliqui vtrique iam
 Luc. 2. *Ibidem.*
 in tanto opere istos confirmasse debemus) nocturna natiuitate declarantia Dominum, vt
 hoc

A hoc sit ante luciferum, & ex stella Magis intellecta, & ex testimonio angeli qui nocte pa-
 Math. 4. *Ibidem.*
 storibus annuntiauit natum esse cum maximè Christum: & ex loco partus: in diuersorũ
 Luc. 24.
 enim ad noctem conuenitur. Fortasè an & mysticè factum sit, vt nocte Christus nascere-
 tur, lux veritatis futurus ignorantie tenebris. Sed nec generauit te edixisset Deus nisi filio
 puero. Nam etsi de toto populo ait, filios generauit, sed non adiecit ex vtero. ²⁴ Cur au-
 Psal. 109. *Ibidem.*
 tem adiecit: ex vtero, tam vanè, quasi aliquis hominum ex vtero natus dubitaretur, nisi
 Isai. 1. *Ibidem.*
 quia curiosius voluit intelligi in Christum, ex vtero generauit te, id est, ex solo vtero sine
 Psal. 109. *Ibidem.*
 viri semine, carni deputans ex vtero spiritus. ²⁵ Quod & in ipso hic accedit: Tu es sa-
 cerdos in æuum. ²⁶ Nec sacerdos autem Ezechias, nec in æuum, etsi fuisset, Secundum
 ordinem, inquit, Melchisedec. quid Ezechias ad Melchisedec altissimi sacerdotẽ, & qui-
 dem nõ circumcisum, qui Abraham circumcisum iam accepta decimarum oblatione be-
 Gen. 14. *Ibidem.*
 nedixit? At in Christum conueniet ordo Melchisedec, quoniam quidem Christus pro-
 prius & legitimus Dei antistes, præputiati sacerdotij pontifex (tum in Nationibus con-
 Hebr. 7.
 stitutus, à quibus magis suscipi habebat) cognituram se quandoque circumcisionem, &
 Abrahæ gentem quum vltimò venerit, acceptatione & benedictione dignabitur. ²⁷ Est
 Rom. 11. *Ibidem.*
 & alius Psalmus ita incipiens: Deus iudicium tuum regi da, id est, Christo regnatura, &
 Psal. 72. *Ibidem.*
 iustitiam tuã filio regis, id est, populo Christi. Filij enim eius sunt qui in ipso renascuntur.
 Sed & hic Psalmus Salomoni canere dicitur; quæ tamẽ soli competunt Christo; docere
 non poterunt etiam cetera non ad Salomonem, sed ad Christum pertinere: Descendit,
 inquit, tanquam imber super vellus, & velut stille distillantes in terram: Placidum descẽ-
 sum eius & insensibilem describens de cælo in carnem. Salomon autem etsi descendit a-
 licundè, non tamen sicut imber, quia non de cælo. Sed simpliciora queque proponam:
 Dominabitur, inquit, à mari ad mare, & à flumine vsque ad terminos terræ. Hoc soli da-
 tum est Christo. Ceterum Salomon vni & modicæ Iudææ imperauit. Adorabant illum
 omnes reges: quem omnes, nisi Christum? Et seruient ei omnes Nationes: cui omnes, nisi
 Christo? Sit nomen eius in æuum. Cuius nomen in æternum, nisi Christi? Ante solem ma-
 nebit nomẽ eius. Ante solem enim sermo Dei, id est, Christus. Et benedicetur in illo vni-
 uersæ gentes. In Salomone nulla Natio benedicitur: in Christo verò omnis. Quid nũc si
 & Deum eum iste Psalmus demonstrat: & beatum eum dicet: Quoniam benedictus Do-
 minus Deus Israël, qui facit mirabilia solus, Benedictum nomen gloriæ eius, & replebitur
 vniuersa terra gloria eius. ²⁸ Contrà, Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in
 Deo gloriam amisit, per mulierem in idolatriam vsque pertractus. Itaque quum in me-
 1. Reg. 22. *Ibidem.*
 dio Psalmo illud quoque positum sit, Inimici eius puluerem lingent, subiecti vtrique pe-
 dibus ipsius, ad illud pertinebit, propter quod hũc Psalmum & intuli, & ad meam senten-
 tiam defendi, vt confirmauerim & regni gloriam, & inimicorum subiectionem, secundum
 dispositionem creatoris, consecuturum, non alium credendum, quàm creatoris.
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
 [²⁹ Reuertamur nũc AD RESURRECTIONEM, CUI ET ALIAS QUIDEM X. EX
 C PROPRIO VOLVMINE SATIS FECIMVS omnibus hæreticis resistentes; sed nec hic
 ed. c. xv. *Ibidem.*
 defumus propter eos qui illud opusculũ ignorant ³⁰ Quid, ait, facient qui pro mortuis baptizantur,
 Epist. 1. ad
 si mortui non resurgunt? ³¹ Viderit institutio ista; Kalendæ si fortè Februariæ respõdebũt
 Corinth. *Ibidem.*
 illi pro mortuis petere. Noli ergo Apostolum nouum statim auctorem aut confirmatorẽ
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
 eum ³² denotare, vt tanto magis sisteret carnis resurrectionem, quanto illi qui vanè pro
 mortuis baptizarentur, fide resurrectionis hoc facerent. ³³ Habemus illum alicubi vnus
 Ephes. 4. *Ibidem.*
 baptismi definitorem. Igitur & pro mortuis tingui, pro corporibus est tingui; mortuum
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
 enim corpus ostendimus. Quid facient, qui pro corporibus baptizantur, si corpora nõ re-
 surgunt? Atque adeò rectè hunc gradũ figimus, vt & Apostolus secundam discrepationẽ
 æquè de corpore induxerit. ³⁴ Sed dicent quidam: Quomodo mortui resurgent? Quo autẽ corpore
 1. Cor. 15. *Ibidem.*
 venient? Defensa etenim resurrectione quæ negabatur, conseqens erat de qualitate cor-
 poris retractare, quæ non videbatur. Sed de ista cum aliis congredi conuenit. Marcion
 enim in totum carnis resurrectionem non admittens, & soli animæ salutem repromittens,
 non qualitatẽ, sed substantiæ facit quæstionem. Porro & ex his manifestissimè ³⁵ obdu-
 citur quæ Apostolus ad qualitatem corporis tractat propter illos qui dicunt, Quomodo
 resurgent mortui? Quo autem corpore venient? Iam enim prædicauit resurrecturum esse
 corpus, id de corporis qualitate tractauit. ³⁶ Denique si proponit exempla grani tritici, *Ibidem.*
 vel alicuius eiusmodi, quibus det corpus Deus prout vult. Si vnusquisque seminum: proprium autẽ esse cor-
 pus. Et aliam quidem carnem hominum, aliam verò pecudum & volucrum. Et corpora cæles-
 tia

a Psal. 117. a est enim sperare in Dominum, quam sperare in magistratus. b *Pressuram sustinentes*: Exau- D
 b Rom. 12. dicit enim te Dominus in die pressuræ: habes Psalium. d *Benedicite, & nolite maledicere.*
 c Psal. 119. Quis hoc docebit, quam c qui omnia benedictionibus condidit? Non f *altum sapientes, sed*
 d Rom. 12. *humilibus assentantes, ne sitis apud vos sapientes. Væ enim g audiūt per Esaiam. Malum h pro ma-*
 e Gen. 1. *lo nemini retribuueritis, & malitiæ fratris tui ne memineritis. Nec i vosmetipsos vl. iscentes. Mi-*
 f Rom. 12. *hi k enim vindictam, & ego vindicabo, dicit Dominus. Pacem l cum omnibus hominibus ha-*
 h Rom. 12. *betote: ergo & legalis talio non retributionem iniuriæ permittebat, sed inceptionem me-*
 i Rom. 12. *retributionis comprimebat. Meritò itaque totam creatoris disciplinam m principalis*
 k Deut. 31. *a præcepto eius concludit: Diliges proximum tuum. Hoc b legis supplementum si ex ipsa lege est,*
 l Rom. 12. *quis sit Deus legis, iam ignoro: metuo ne Deus Marcionis. Si verò Euangelium Christi*
 a Rom. 13. *c hoc præcepto adimpletur, Christi autem non est creatoris, quo iam contendimus, di-*
 Deut. 16. *berit Christus an non, Ego d nõ veni legem dissoluere, sed implere: Frustrà de ista senten-*
 b Rom. 13. *cia neganda Ponticus laborauit. Si Euangelium legem non adimpleuit, ecce lex Euan-*
 c Matt. 22. *gelium adimpleuit. 239 Benè autem quòd & in clausula, e tribunal Christi comminatur, uti-*
 d Matth. 5. *que iudicis & vltoris, utique creatoris, illum certè constituens promerendum quem in-*
 e Rom. 14. *tentat timendum, etiam si alium prædicaret. [240 Breuioribus quoque epistolis non pi-*
 xv. *de Epist. ad Theff. prima. 1. Theff. 2.*
 Quid ad Apostolum Dei alterius & quidem optimi, qui nec suorum delicta damnare
 dicatur, quique & ipse Prophetas eosdem destruendo quodammodo perimat? Quid e
 enim mali admisit apud illum Israël, si occidit quos & ille reprobauit, si prior inimicam
 in eos sententiam statuit? deliquit autem apud Deum ipsorum. Is exprobrauit iniquita-
 tem, ad quem pertinet læsus: certè quiuis alius, quàm aduersarius læsi. Sed nec onera-
 set illos, imputando etiam Domini necem, qui & Dominum interfecerunt dicendo, & Pro-
 phetas suos: licet suos adiectio sit hæretici. Quid enim tam acerbum, si alterius Dei
 prædicatorem Christum interemerunt, qui sui Dei Prophetas contrucidauerunt? Status au-
 tem exaggerationis, quod & Dominum & famulos eius peremissent. Denique si alte-
 rius Dei Christum, alterius Prophetas peremerunt, æquauit impietates, non exag-
 gerauit. Equanda autem non fuit, ergo exaggerari non potuit nisi in eundem Domi-
 num commissa, ex vtroque titulo. Ergo eiusdem Dei Christus & Propheta. 241 Quam
 autem sanctitatem nostram, voluntatem Dei dicat, ex cõtrariis quæ prohibet, agnosceres. Ab-
 stinere, inquit, à stupro non à matrimonio. Scire unumquemque suum vas in honore tractare.
 Quomodo? dum non in libidine qua gentes. libido autem nec apud gentes matrimo-
 nio ascribitur, sed extraordinariis, & non naturalibus & portentuosis. 242 Luxuria est
 turpitudini quoque & immuditæ contraria, quæ non matrimonium excludat, sed libi-
 dinem: quæ vas nostrum in honore matrimonij tractet. Hunc autem locum salua alte-
 rius, id est, plenioris sanctitatis prælatione, tractauerim; 243 continentiam & virginita-
 tem nuptiis anteponebat, sed non prohibitis: destructores enim Dei nuptiarum, non se-
 ctatores castitatis retundo. 244 Ait, eos qui remaneant in aduentum Christi, cum eis qui mortui in
 Christo primi resurgent, quod in nobis auferentur in aërem obuam Domino. Agnosco his iam
 tunc prospectis mirari substantias cœlestes ipsam Hierusalem quæ sursum est, & per
 Esaiam pronuntiare, Quinam huc velut nubes volant, tanquam columbæ cum pullis
 ad me. Hunc ascensum si Christus nobis præparauit, ille erit Christus de quo Osee, qui
 ascensum suum ædificat in cœlos, utique sibi & suis. Exinde à quo sperabo nunc, nisi à
 quo hæc audiui? 246 Quem spiritum prohibet extinguere, & quas Prophetias vetat nihil haberi? uti-
 que non creatoris spiritum, nec creatoris Prophetias secundum Marcionem. Quæ enim
 destruxit, ipse iam extinxit, & nihil fecit, nec potest prohibere quæ nihil fecit. Ergo
 incumbit Marcioni exhibere hodie apud Ecclesiam suam exinde spiritum Dei sui, qui
 non sit extinguendus, & Prophetias quæ non sint nihil habedæ. Et si exhibuit quod pu-
 tat, sciat nos quodcunque illud ad formam spiritalis & propheticæ gratiæ atque virtutis
 prouocaturus, ut & futura prænuntiet, & occulta cordis reuelet, & sacramenta edisserat.
 Quum nihil tale protulerit ac probarit, 247 nos proferemus & spiritum & Prophetias
 creatoris secundum ipsum prædicantes. Atque ita constabit Apostolum de quibus di-
 xerit, de eis scilicet quæ futura erant in Ecclesia eius Dei, qui dum est, spiritus quoque
 eis operatur, & promissio celebratur. 248 Age nunc qui salutem carnis abnuitis, & si-
 quando corpus in huiusmodi prænominatur, aliud nescio quid interpretamini illud,
 quàm substantiam carnis: quomodo Apostolus omnes in nouis substantiis certis nomi-
 nibus

A nibus distinxit: & omnes in vno voto constituit salutis, optans ut spiritus noster & corpus ibidem.
 & anima sine querela in aduentu Domini & salutaris creatoris nostri Christi conferentur? Nam & ani-
 mam posuit & corpus, tam duas res quàm diuersas: licet enim & animæ corpus sit ali-
 quod suæ qualitatibus, sicut & spiritus, cum tamen & corpus & anima distinctè nominan-
 tur, habet anima suum vocabulum proprium, non egens communi vocabulo corporis;
 id relinquitur carni quæ non nominata proprio, communi vtatur necesse est. Etenim
 aliam substantiam in homine non video post spiritum & animam, cui vocabulum cor-
 poris accommodetur, præter carnem. Hanc toriens in corporis nomine intelligens quo-
 tiens non nominatur, multò magis hæc, cum quæ dicitur corpus, suo nomine appella-
 tur. [249 Cogimur quædam identidem iterare, ut cohærentia eis confirmemus. Domi- x v i:
 num & hæc retributore meriti, dicimus circumferri ab Apostolo, aut crea- de Epist.
 torem, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris, apud quem 250 iustum sit afflictatoribus ad Theff.
 nostris rependi afflictationem: & nobis qui afflictemur requiem, in reuelatione Domini Iesu venien- secunda.
 tis à cœlo cum angelis virtutis suæ, & in flamma ignis. 251 Sed flammam & ignem delendo hæ- 2. Theff. 11:
 reticus extinxit, ne scilicet nostratem Deum faceret. Lucet tamen vanitas lituræ.
 252 Quum enim ad vltionem venturum scribat Apostolus Dominum ad exigendam de eis qui ibidem.
 Deum ignorant, & qui non obaudiant Euangelio, quos ait pœnam luituros exitialem æternam à facie
 Domini, & à gloria valentiæ eius: sequitur vt flammam ignis inducat, scilicet veniens ad
 puniendū: ita & in hoc nolente Marcione crematoris Dei Christus, & in illo creato-
 ris est, quod etiam de ignorantibus Dominū vlciscitur, id est, de ethnicis. Seorsum enim
 B posuit Euangelio non obaudientes, siue Christianos peccatores, siue Iudæos. Porro de
 ethnicis exigere pœnas, qui Euangelium fortè non norint, nõ est Dei eius, qui naturali-
 ter sit ignotus, nec vsquam nisi in Euangelio sit reuelatus, non omnibus scibilis. Crea-
 tori autem etiam naturalis agnitio debetur ex operibus intelligendo, & exinde in ple-
 niorem noticiam requirendo. Illius est ergo etiam ignorantes Deum plectere, quem non
 liceat ignorare. Ipsum quod ait à facie Domini & à gloria valentiæ eius, verbis vsus
 Esaiæ, ex ipsa causa eundem sapit Dominum cõsurgentem vt cõminuat terrā. 253 Quis est
 autem homo delicti, filius perditionis, quem reuelari prius oportet ante Domini aduentum, extollens se Isai. 2:
 super omne quod Deus dicitur, & omnem religionem confessus in templo Dei, & Deum se iactatu- 2. Theff. 2:
 rus? Secundum nos quidē Antichristus, vt docent veteres & nouæ Prophetiæ: vt
 Ioannes Apostolus, qui iam Antichristos dicit processisse in mundum præcursores An- 1. Ioan. 4:
 tichristi spiritus, negantes Christum in carne venisse, & soluentes Iesum scilicet in Deo
 creatore. Secundum verò Marcionem nesciōne sit Christus creatoris. Nondum venit
 apud illum. 254 Cuius quis autem ex duobus, quæro, cur veniat in omni virtute & signis & 2. Theff. 2:
 ostentis mendacij? propterea, inquit, quod dilectionem veritatis non susceperint, vt salui essent: &
 propter hoc erit eis instinctum fallaciæ, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consen-
 serunt iniquitati. Igitur si Antichristus & secundum creatorem, Deus erit creator qui eum
 mittit ad impingendos eos in errorem, qui non crediderunt veritati vt salui fierent,
 C eiusdem erit veritas & salus, qui 255 ex submissu erroris vlciscitur, id est, creatoris, cui
 & competit zelus ipse, errore decipere quos veritate non cepit. Si verò non est Anti-
 christus secundum nos, ergo Christus est creatoris secundum Marcionem. Et quale erit
 vt ad vlciscendam veritatem suam Christum creatori submittat? Sed & de Antichristo
 consentit. 256 Proinde dixerim, quale est illi satanas angelus creatoris sit necessarius, &
 occidatur ab eo, habens fallaciæ operatione fungi creatori? In summa si indubita-
 tum est eius esse & angelum, & veritatem, & salutem, cuius & ira, & æmulatio, & fallaciæ
 immissio aduersus contemptores & desultores, etiam aduersus ignorantes, vt iam & 2. Theff. 1:
 Marcion de gradu cedat, Deum quoque suum zeloten concedens, quis digniùs irasce-
 tur? puto qui à primordio rerum naturam operibus, beneficiis, plagis, prædicationum
 testibus ad agnitionem sui præstruxit, nec tamen agnitus est: an. qui semel vnito Euan-
 gelij instrumento, & ipso incerto, nec palàm alium Deum prædicante, productus est?
 Ita cui competit vindicta, ei competit materia vindictæ: Euangelium dico, & veritas, a 2. Theff. 3:
 & salus. 257 Iubere autem operari eum qui velit manducare, eius disciplina est, qui boui tritu- x v i i:
 ranti os liberum iussit. [258 Ecclesiæ quidem veritate epistolam istam 259 ad Ephesios de Epist.
 habemus emissam, non ad Laodicenos, sed Marcion ei titulum aliquando interpolare ad Laod.
 gestit, quasi & in isto diligentissimus explorator. Nihil autem de titulis interest, cum
 ad omnes Apostolus scripserit, dum ad quosdam: certè tamen eum Deum prædicans Eph. ex c.
 1. & 11,

competebat pretendere ignorantiam creatoris extranei & longa separatione discreti, quum domesticus quoque superioris Dei nescissent? Tamen & creatori notum erat futurum. An non vtiq; notum quod sub cœlo in terra eius habebat reuelari? Ergo ex hoc confirmatur quod supra struximus: si enim creator cogniturus erat quandoque occultum illud Dei superioris sacramentum: & ita scriptura habebat: occulti Deo, qui omnia condidit: sic inferre debuerat, vt nota fiat illi multifaria sapientia Dei, tunc & potestatibus & principatibus cuiuscunque Dei, cum quibus sciturus esset creator. Ad eò subtractum constat, quod & sic veritati suæ saluum est. Volo nunc & ego tibi de allegoriis Apostoli cōtrouersiam necere. Quas nouus in Prophetis habuisset formas? ²⁷⁷ *Captiuam*, inquit, *duxit captiuitatem*. Quibus armis? quibus præliis? de cuius gentis vastatione? de cuius ciuitatis euerfione? quas feminas, quos pueros, quosve regulos catenis victor inferuit? Nam & quum apud Dauid Christus canitur succinctus gladio super femur: aut apud Esaïam spolia accipiens Samariæ & virtutem Damasci, ²⁷⁸ verè eum & visibilem excondis præliatorem, agnosce igitur iam & armaturam & militiam eius spiritalem, si iam didicisti esse captiuitatem spiritalem, vt & hanc illius agnoscas: vel quia & captiuitatis huius mentionem de Prophetis Apostolus sumpsit, à quibus & mandata. ²⁷⁹ *Deponentes mendacium, loquimini veritatem ad proximum suum quisque; & irascimini, & nolite delinquere*, ipsis verbis quibus Psalmus exponeret sensus eius. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* ²⁸⁰ *Nolite communicare operibus tenebrarum*. Cum iusto enim iustus eris, & cum peruerso, peruerteris. *Et auferie malum de medio vestrum*. Et exite de medio eorum: & immundum ne attigeritis. Separamini qui fertis vasa Domini. Sic & inebriari vino dedecori inde est, vbi sanctorum inebriatores increpantur: ²⁸¹ *Et potu dabatis sanctis meis vinum, quod prohibitus erat potare & Aaron sacerdos, & filij eius, cum adirent ad sancta. Et psalmis & hymnis Deo canere, docere illius est, qui cum tympanis potius & psalteriis vinum bibentes inculari à Deo norat. Ita cuius inuenio præcepta & semina præceptorum vel augmenta, eius Apostolum agnosco.* ²⁸² *Ceterum mulieres viris subiectas esse debere* vnde confirmat? *quia vir, inquit, caput est mulieris.* Dic mihi Marcion, de opere creatoris Deus tuus legi suæ astruit auctoritatem? Hoc iam planè minus est, cum & ipsi Christo suo & Ecclesiæ eius inde statum sumit? *sicut & Christus caput est Ecclesiæ.* Similiter & quum dicit: *Carnem suam diligit, qui uxorem suam diligit, sicut & Christus Ecclesiam.* Vides comparari operi creatoris Christum tuum, & Ecclesiam tuam. Quantum honoris carni datur in Ecclesiæ nomine? *Nemo*, inquit, *carnem suam odio habet, nisi planè Marcion solus: sed & nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam.* At tu solus eam odisti, auferens illi resurrectionem: odisse debebis & Ecclesiam, quia proinde diligitur à Christo. at enim Christus amauit & carnem sicut Ecclesiam. Nemo non diligit imaginem quoque sponsæ, immò & seruabit illam, & ²⁸³ honorabit, & coronabit. Habet similitudo cum veritatis honore consortium. Laborabo ego nunc eundem Deum probare masculi & Christi, mulieris & Ecclesiæ, carnis & spiritus: ipso Apostolo sententiam creatoris adhibente, immò & differente: ²⁸⁴ *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carnem vnā.* ²⁸⁵ *Sacramentum hoc magnum est. Sufficit inter ista, si creatoris magna sunt apud Apostolum sacramenta, minima apud hæreticos. Sed ego autè dico, inquit, in Christum & Ecclesiam.* Habet interpretationē, non separationem sacramenti. Ostendit figuram sacramenti ab eo præministratam, cuius erat vtiq; sacramentum. Quid videtur Marcioni? Creator quidem ignoto Deo figuras præministrare non potuit, etiam quia aduersario. Si noto, Deus superior ab inferiore, & ad destruendum potius mutuari nihil debuit. ²⁸⁶ *Obaudiant & parentibus filij.* Nam & si Marcion abstulit: *hoc est enim primum in promissione præceptum: Lex loquitur, honora patrem & matrem; & Parentes nutriti filios in disciplina & correptione Domini.* Audisti enim & veteribus dictum: Narrabitis hæc in auribus filiorum vestrorum, & filij vestri æquè in aures filiorum suorum. ²⁸⁷ *Quò iam mihi duos Deos, si vna est disciplina? & si duo sunt, illum sequar qui prior docuit.* ²⁸⁸ *Sed aduersus munditēnentes luctatio si nobis, ò quanti iam Dei creatores.* Cur enim non & hoc vindicem, vnum munditēnentem nominari debuisse, si creatorem significabat, cuius essent quas præmisit potestates? ²⁸⁹ Porro quum supra quidem induere nos iubet armaturam, in qua stemus ad machinationes diaboli, iam ostendit diaboli esse quæ diabolo subiungit, potestates & munditēnentes tenebrarum istarum, quæ & nos diabolo deputamus. Aut si diabolus creator est, quis erit diabolus apud creatorem? An sicut duo Dei, ita & duo diaboli, & pluraliter potestates & munditēnentes? Sed quomodo creator & diabolus & Deus idem?

A idem? cum diabolus non idem & Deus & diabolus. Aut enim ambo & Dei, si ambo iam diaboli: aut qui Deus hic & non diabolus, sicut nec diabolus Deus. ²⁹⁰ Ipsum vocabulum diaboli, quæro ex qua delatura competat creatori: fortassè detulit aliquam Dei superioris intentionem, quod ipse ab archangelo passus est, & quidem mentito. Non idè enim interdixerat illius arbutculæ gustum, ne Dei fierent, sed ne de transgressione morerentur. ²⁹¹ *Nec spiritualia autem nequitia* idè creatorum significabant, quia adiecit *in cœlis*. Sciebat enim & Apostolus, in cœlis operata esse spiritualia nequitia angelorum scandalizatorum in filias hominum, & quale erit vt ambiguitatibus & per ænigmata nescio quæ creatorem taxaret, ²⁹² *qui in catenis iam constitutus ob libertatem prædicationis, constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris, quam ibi expostulare à Deo mandabat, Ecclesiæ vtiq; prætabat?* [²⁹³ Soleo xix. in præscriptione aduersus hæreseis omnis de testimonio temporum compendium figere, de Epist. re, priorem vindicans regulam nostram omni heretica posteritate. Hoc nunc probabit & ad Col. Apostolus dicens: ²⁹⁴ *De hæc reposita in cœlis, quam audistis in sermone veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos sicut & in totum mundum.* Nam si iam tum traditio Euangelica vbique manauerat, quanto magis nunc? Porro si nostra est, quæ vbique manauit, magis quàm omnis hæretica, ²⁹⁵ nedum Antoniani Marcionis, nostra erit Apostolica. Marcionis autem quum totum impleuerit mundum, ne tunc quidem se defendere poterit de Apostolica. Eam enim & sic constabit esse, quæ prior mundum repleuit, illius scilicet Dei Euangelio qui & hæc cecinit de prædicationibus eius: In omnem terram exiit sonus eorum, & in terminos orbis verba eorum. ²⁹⁶ *Inuisibilis Dei imaginem ait Christum.* Sed nos enim inuisibilem dicimus patrem Christi, scientes filium temper retrò visum, si quibus visus est in Dei nomine, vt imaginem ipsius: ne quam & hinc differentiam scindat Dei visibilis & inuisibilis, cum olim Dei nostri sit definitio: Deum nemo videbit, & viuere. ²⁹⁷ Si non est Christus primogenitus conditionis, vt sermo creatoris, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil factum est, si ²⁹⁸ non in illo condita sunt vniuersa in cœlis & in terris, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: si non cuncta per illum & in illo sunt condita (hæc enim Marcioni displicere oportebat) non vtiq; tam nudè posuisset Apostolus: *Et ipse est ante omnes.* Quomodo enim ante omnes, si non ante omnia? Quomodo ante omnia, si non primogenitus conditionis, si non sermo creatoris? Vnde ante omnes probabitur fuisse, qui post omnia apparuit? Quis scit priorem fuisse, quem esse nescit? ²⁹⁹ Quomodo item boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare? Primò enim, quæ est ista plenitudo, nisi ex illis quæ Marcion detraxit: *conditis in Christo, in cœlis & in terris, angelis & hominibus, nisi ex illis inuisibilibus & visibilibus, nisi ex thronis, & dominationibus, & principatibus, & potestatibus?* Aut si hæc pseudapostoli nostri & Iudaici euangelizatores de suo intulerint, & ad plenitudinem sui Dei Marcion qui nihil condidit: ceterum quale est vt plenitudinem creatoris, æmulus & destructor eius in suo Christo habitare voluerit? *Cui denique reconciliat omnia in semetipsum, pacem faciens per crucis sue sanguinem, nisi quem offenderant vna ipsa, aduersus quem rebellauerant per transgressionem, cuius nouissimè fuerant? Conciliari enim extraneo possent, reconciliari verò non alij quàm suo.* ³⁰⁰ *Ita & nos quondam alienatos & inimicos sensu in malis operibus, creatori redigit in gratiam, cuius admiseramus offensam, colentes conditionem aduersus creatorem.* Sicubi autem & Ecclesiam corpus Christi dicit esse, vt sic ait, ³⁰¹ *adimplere se reliqua pressurarum Christi in carne, pro corpore eius quod est Ecclesia: non propterea & in totum mentionem corporis transferes à substantia carnis.* Nam & supra reconciliari nos ait in corpore eius per mortem: vtiq; in eo corpore, in quo mori potuit per carnem, mortuus est, non per Ecclesiam, planè propter Ecclesiam, corpus cōmutando pro corpore, carnale pro spiritali. ³⁰² At cum monet cauendum à subtililoquentia & philosophia, vt inani seductione, quæ sit secundum elementa mundi, non secundum cœlum aut terram dicens, sed secundum litteras seculares, & secundum traditionem scilicet hominum subtililoquorum & philosophorum: longum est quidem & alterius operis ostendere, ac sententia omnes hæreses dānari, quòd omnes ex subtililoquentiæ viribus & philosophiæ regulis cōstent. ³⁰³ Sed Marcio principalē suæ fidei terminū de Epicuri schola agnoscat, Dominū inferens hebetem, ne timeri dicat eum, collocans & cum Deo creatore materiam, de porticu Stoicorū negās carnis resurrectionem, de qua proinde nulla philosophia consentit. Cuius ingeniis tam longè abest veritas nostra, vt & iram Dei excitare formidet, & omnia illum ex nihilo protulisse confidat, & carnem ean-

dem restitutum repromittat, ³⁰⁴ & Christum ex vulua virginis natum non erubescat, **D**
 1. Cor. 1. ridentibus philosophis & hæreticis & ethnicis ipsis. Stulta enim mundi elegit Deus, vt
 confundat sapientes: ille sine dubio qui ex respectu huius suæ dispositionis perditurum
 se sapientiam sapientium præminabatur. Hac simplicitate veritatis contraria subtililo-
 quentiæ & philosophiæ, nihil peruersi possumus sapere. ³⁰⁵ Denique si nos Deus cum Christo
 Coloss. 2. *vinificat, donans delicta nobis*, non possumus credere ab eo delicta donari, in quem admissa
 non fuerint, vt retrò ignotum. Age iam quum dicit: ³⁰⁶ *Nemo vos iudicet in cibo & potu &*
ibidem. *in parte diei festi & neomenia & sabbati, quæ est vmbra futurorum, corpus autem Christi, quid tibi*
videtur Marcion? De lege iam non retractamus, nisi quod & hinc quemadmodum exclu-
sa sit edocet, dum scilicet de vmbra transfertur in corpus, id est, de figuris ad veritatem,
quod est Christus. Ergo & vmbra eius, cuius & corpus, id est, & lux eius, & Christus. Se-
grega alij Deo legem, & alij Deo Christum, si potes aliquam vmbra ab eo corpore, cu-
ius vmbra est separare. Manifestè legis est Christus, si corpus est vmbrae. ³⁰⁷ Si autem &
ibidem. *aliquos taxat, qui ex visionibus angelicis dicebant cibis abstinentiæ, ne attigeris, ne gustaueris, volentes in*
humilitate sensus incedere, non tenentes caput: non ideò legem & Moysen pulsant, quasi de ange-
lica superstitione constituerit ³⁰⁸ interdictionem quorundam edulium. Moysen enim à
ibidem. Deo accepisse legem constat. Denique hanc disciplinam *secundum præcepta*, inquit, & do-
ctrinam hominum deputauit in eos, qui caput non tenerent, id est, in ipsum, in quo omnia
 recententur, in Christum ad initium reuocata etiam indifferentia escarum. ³⁰⁹ *Cetera præ-*
ceptorum, vt eadem, satis sit iam alibi docuisse quàm à creatore manarint: qui cum vetera
 Col. 3. & 4. *isai. 43.* prædicaret transitura, noua facturus vniuersa, mandans etiam, Nouate vobis nouamen
 2. Cor. 5. nouum, iam tum docebat deponere veterem hominem, & nouum induere. [³¹⁰ Cum
 Hier. 4. prædicationis enumerat varietatem, quod alij ex fiducia vinculorum eius, auditiùs sermone enū-
 xx. *tiarent, alij per inuidiam & contentionem, quidam verò & per sermonis existimationem, plerique ex di-*
 de Epist. *lectione, nonnulli ex emulatione; iam aliqui & ex similitudine Christum prædicarent: erat vtique vel hic*
 ad Phil. *locus taxandæ ipsius prædicationis de diuersitate sententiæ, quæ tantam efficeret etiam*
 Philipp. 1. *animorum varietatem. Sed causas solas animorum, non regulas sacramentorum in di-*
ueritate proponens, vnum tamen Christum & vnum eius Deum, quocunque consilio
ibidem. *prædicatum confirmat: & ideò,* ³¹¹ *Nihil mea*, inquit, *sine causatione, siue veritate Christi an-*
nuntietur: quia vnus annuntiabatur, siue ex causatione, siue ex veritate fidei. Ad fidem enim
prædicationis retulit mentionem veritatis, non ad regulam ipsius, quia vna quidem erat
regula, sed fides prædicantiū quorundam vera, id est, simplex, quorundam nimis docta.
Quod quum ita sit, apparet eum Christum prædicatum, qui semper annuntiabatur. Nam
si alius longè ab Apostolo induceretur, fecisset diuersitatem nouitas rei. Nec enim de-
fuisse, qui prædicationem Euangelicam nihilominus in Christum creatoris interpre-
trarent; ³¹² quum & hodie maior pars sit omnibus in locis sententiæ nostræ quàm hæ-
reticæ. Quò ne hic Apostolus de diuersitatis denotatione & increpatione tacuisset. Ita
quum diuersitas ne taxatur quidem, nouitas non probatur. Planè de substantia Chri-
Philipp. 2. *sti putant & hinc Marcionitæ suffragari Apostolum sibi, quòd phantasma carnis fuerit*
in Christo, quum dicit, ³¹³ quòd in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit ³¹⁴ pariari
Deo, sed exhaust semetipsum accepta effigie serui, non veritate. & in similitudine hominis, non
Col. 1. *in homine, & figura inuentus homo, non substantia, id est, non carne: quasi non & figura,*
Philipp. 2. *& similitudo, & effigies substantiæ quoque accedant. Benè autem quòd & alibi Chri-*
stum imaginem Dei inuisibilis appellat. Nunquid ergo & hinc quàm in effigie cum Dei
collocat? Æquè non erit Deus Christus verè, si nec homo verè fuit in effigie hominis
constitutus. Vtrobique enim veritas necesse habebit excludi, si effigies & similitudo,
& figura phantasmati vindicabitur. Quòd si in effigie & in imagine, quàm filius patris ve-
rè Dei prædicatus est, etiam in effigie & imagine hominis, quàm filius hominis, verè
hominem inuentum. nam & inuentum ratione posuit, id est, certissimè hominem: quod
enim inuenitur, constat esse. Sic & Deus inuentus est per virtutem, sicut homo per
ibidem. *carnem: quia nec morti subditum pronuntiaffer, non in substantia mortali constitu-*
tum. Plus est autem quòd adiecit, Et mortem crucis. Non enim exaggerat atrocitatem,
Philipp. 3. *extollendo virtutem subiectionis, quam imaginariam phantasmate scisser frustrato po-*
tius eam quàm experto, nec virtute functo in passione, sed lusu. ³¹⁵ Quæ autem retrò lucri du-
xerat ³¹⁶ quæ & supra numerat gloriam carnis, notam circumcissionis, generis Hebræi ex
 Hebræo censum, titulum tribus Benjamin, Pharisææ candidæ dignitatem, hæc modò de-

trimento sibi deputat, non Deum, sed stuporem Iudæorum. ³¹⁷ *Hæc ac si stercora existimat præ Iudæis.*
comparatione agnitionis Christi, non præ reiectione Dei creatoris, habens iustitiam non suam
iam quæ ex lege, sed quæ per ipsum scilicet Christum, ex Deo. Ergo, inquis, hac distinctione
lex non ex Deo erat Christi. Subtiliter satis. Accipe itaque subtilius. Quum enim dicit,
non quæ ex lege, sed quæ per ipsum, non dixisset per ipsum de alio quàm cuius fuit lex.
³¹⁸ *Nofter*, inquit, *municipatus in cælis.* Agnosco veterem ad Abraham promissionem *ibidem.*
 creatoris: Et faciam semen tuum tanquam stellas in cælo. Ideò & stella à stella differt in *Gen. 22.*
 gloria. ³¹⁹ Quòd si *Christus adueniens de cælis, transfigurabit corpus humilitatis nostræ conformale* *1. Cor. 15.*
corpore gloriæ suæ, resurget ergo corpus hoc nostrum quòd humiliatur in passionibus, & *Philipp. 3.*
in ipsa lege mortis in terram deiectum. Quomodo enim transfigurabitur si nullum erit?
Aut si de eis dictum, qui in aduentu Dei deprehensi in carne deputari habebunt, quid *1. Cor. 15.*
facient qui primi resurgent? Non habebunt de quo transfigurentur. Atquin, cum illis,
dicit, simul rapiemur in nubibus obuiam Domino. Si cum illis sublatis, vtique cum illis
& transfigurati. [³²⁰ Soli huic epistolæ breuitas sua profuit, vt falsarias manus Marcio- xxi.
nis euaderet. Miror tamen quum ad vnum hominem litteras factas receperit, quid ad de Epist.
Timotheum duas, & vnam ad Titum de Ecclesiastico statu compositas reculaerit, ad Phil.
³²¹ *Affectauit, opinor, etiam numerum epistolarum interpolare. Memento inspector,* *monem.*
 quòd ea quæ pertractata sunt, retrò de Apostolo quoque probauerimus: & si qua in
 hoc opus dilata erant, ³²² expunxerimus, ne aut hinc superuacuum existimes iteratio-
 nem, qua confirmauimus spem pristinam: aut illic suspectam habeas dilationem, qua e-
 ruimus tempora ista. Si totum opusculum inspexeris, nec hinc redundantiam, nec illic
 diffidentiam iudicabis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
 IN LIBRVM V. ADVERSVS
 Marcionem.

C A P. I.

Nihil sine origine, nisi Deus solus,
 &c.] Titulum huic capiti imposuimus:
 Quòd ipse Paulus Apostolus, cuius
 Epistolas admittebat Marcion, à Deo
 Creatoris testimonium habeat; tum
 ex Veteri instrumento, tum ex Actis Apostolorū,
 quæ ille reiciebat.

2. Apostoli quoque Pauli originem à Mar-
 cione desidero, &c.] *Ad didisse se adnotauit Rhenanus*
voce: Pauli, quæ tamen desideratur in vtroque co-
dice, nec est necessaria, eo quòd Librum Apostolicum
suum volumen appellauerit Marcion, non verò Aposto-
li Pauli, sicut patet ex Epiphani. hæres. 42. & satis insi-
muat etiam Auctor verbis supra sub Argumenti calcem
citatis; quia tamen illum ex Epistolis B. Pauli Apostoli
collegit, ad maiorem intellectum, nihil immutandum du-
ximus, maxime quum de eo loquatur in sequentijs, etiam
nominatum.

3. nouus aliqui discipulus, &c.] *Aliqui (inquit*
etiam hic Rhenanus) pro: aliquis. Sic & supra lib. 4. cap.
36. Sed erat vnus aliqui deputandus ex iis. Pauli post:
A Domino adlectum iam in cælis quiescente.

4. quem in albo Apostolorum, &c.] *Phrasis tu-*
reconsultorum, apud quos Titulus est Pandectarum lib.
50. De albo scribendo; in quo præcipitur, quo ordine scri-
bi debeant nomina decurionum. Album Apostolorum
itaque catalogum eorundem intelligit, in quo apud
Euangelium (Luc. nempe 6. quod solum recipiebat Mar-
cion) non deprehenditur Paulus. Sed rectè addit
Auctor, postea eum à Domino adlectum iam in

cælis quiescente; *adludens ad Act. Apost. cap. 9. sicuti*
infra latius prosequitur; idque iam ordinato officio
Apostolatus, & in sua opera dimisso, sicuti par-
tim Luc. 24. apertius autem habetur Matth. 28. &
Marc. 16.

5. in acatos tuas, &c.] *Hoc est (inquit Rhenanus)*
ymbas siue scaphas tuas. Est, &c. loq. Grecis nauigij ge-
nus, quod velis potius agebatur quàm remis. Id & ὀγκύ-
τιον aliquando dicitur, quòd vocabulum etiam maiori
velo nauis accomodat Julius Pollux. Perstitit autem in
Metaphora Naucleri.

6. onus auertisti, &c.] *Sarcinas (inquit idem) in-*
telligit, quæ nauibus imponuntur in longinquas regiones
deuehenda. Et solent hæ nonnumquam ab ipsis naucleris
intercipi.

7. Ipse se, inquit, Apostolum est professus, &c.] *Verba hæc sunt Marcionis ex cap. 1. Epistolæ Pauli ad Ga-*
latas (quam primam ille collocabat) usque ad verba nume-
ri sequentijs.

8. Planè profiteri potest semetipsum, &c.] *Lo-*
quitur (inquit Rhenanus) de Professione quæ fit apud
Acta. Nam profiteremur, dum publicè & apud Acta
aliquid vitæ denuntiamus; veluti quum profiteremur
merces, ne in vestigali pendendo reipublica fraus fiat.
Pnde merces improffessas Martianus in Pandectis vocat,
quarum nomine nullum vestigal solutum est. Item pro-
fitiebantur filios natos sibi apud Acta veteres, quæ res
sum certam, tum facilem ætatis faciebat probationem,
siquando huiusmodi dubium incidisset. In hunc sensum
eleganter dixit Seneca: Ptofferi es alienum: id quòd
candidati facere cogebantur & rei, De benef. lib. 6. Li-
 M M m iij

uis, Proferitur frumentum, lib. 4. prima Decada, ubi in peruulgatis exemplaribus mendose legitur: Conferitur cogendo frumentum. Id ipsum certe indicat Auctor, Verbis etiam Iureconsultorum sequentibus: alius scribit, alius subscribit, alius obfignat, alius Actis (id est, in Acta) refert. Nemo sibi & professor, & testis est. Sine autem legas intermedium: quiuis, quod habent excusit, sine: quis, sicuti MS. 2. Vaticanae. perinde est.

9. ut iam hinc & fidem tuam obtundam, &c.] Sic (inquit Rhenanus) lib. precedente, cap. 38. Non Dauid errore scribarum obtundebat. Est verò etiam Tertullianicum illud: impudentiam suffundam. Non refertur autem, sine legas affirmatiue, sicuti correxit Rhenanus ex Gorziensi codice: Nam mihi Paulum, &c. sine: Non, cum priori editione, & Pat. altero, interrogatiue, ut pro: Nonne, accipiatur.

10. Beniamin, inquit, lupus rapax, &c.] In hac interpretatione huius loci Genes. 49. Auctorem imitatur B. Augustinus serm. 14. de Sanctis, qui est sermo 1. de Conuersione B. Pauli, qui interim legis: distribuet escam, pro eo quod Auctor dabit. Viri que significat vox Græca ἀποδοῦναι, pro quo infra lib. adu. Gnosticos cap. 13. adferens escam.

11. Nam & Saulis primò asperitas insectationis erga Dauid, &c.] De hac late tractatur 1. Reg. 18. 19. 20. & 23. penitentia verò & satisfactio, bona pro malis recipientis, 1. Reg. 24. in hac verba: Iustus tu magis quam ego, quia tu quidem tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Saulem autem, portendit Paulum secundum tribus; addit, eo quod verque esset ex tribu Beniamin; & Iesum in Dauid secundum virginis censum, id est, originem ex Virgine. Porro de Actis Apostolorum cap. sequenti latius.

12. Inde Apostolum ostendo persecutorem, &c.] Id est: Apostolum ex persecutore. id enim ex Actis Apostolorum cap. 9. ostenditur, atque adeò etiam Apostolum non ex hominibus neque per hominem, (sicuti est Gal. 1.) utpote per Iesum Christum, qui cum in Apostolatum elegerit ibidem legitur. Illud autem: Tu ergo negas Apostolum Paulum? ex Marcionis persona obiicitur; cui respondetur Verbis sequentibus: Non blasphemio, &c. Supplemus verò ex utroque Vatican. MS. cod. Habe nunc & Apostolum. Atque de Prouerbialibus formulis: Iisdem dimicabimus lineis, & in ipso gradu prouocabimus, vide nostra Prolegomena.

13. mutilatas etiam de numero, &c.] Hoc adicit Auctor, quòd (Epiphano teste loco paulo ante citato) non modo ordinem Epistolarum Pauli iam inde ab eate obseruatum in hodiernum usque diè interuerterit, sed etiam de numero mutilauerit; utpote omisit sicuti in Argumento adigitur, Epistolis ad Timotheum & ad Titum, denique & ad Hebraeos; ubi addendo etiam indicat Auctor mutilatas fuisse ipsas quoque Epistolas quas recipiebat, sententiis sicuti tum ex Epiphano, tum ex ipso Auctore infra manifestum fit.

CAP. II.

14. Principalem aduersus Iudaismum Epistolam nos quoque confitemur, &c.] Quod ex margine in contextum irrepserat, iterum in marginem, tum hoc loco, tum ubique infra, reuocamus, Titulum nempe huius capituli: DE EPISTOLA AD GALATAS; cui adicimus: ex cap. 1. Atque facit aduersus hæreticos

hodiernos illud: Principalem aduersus Iudaismum Epistolam; qui sensum verborum Apostoli peruerterit, non aduersus Iudaismum, sed aduersus Ecclesiasticas festorum dierum obseruationes, huius Epistolæ verba quarti capituli adlegare non verentur; sicuti infra cap. 4. paulo latius num. 49.

15. sicut sæpè iam in isto ordine tractauimus, &c.] Istum ordinem vocat libros aduersus Marcionem, in quibus sæpè tractatum est de prædicata nouatione à Prophetis; maxime verò lib. 1. cap. 20. & lib. 4. cap. 1. Vbi eisdem scripturas citauit Auctor. Atque vi sensus sit clarior, illud (Lex & Prophetæ usque ad Ioannem) parentibus inclusimus.

16. An lex creatoris ab Euangelio deberet excludi, &c.] Etiam istud (quem totum fuisse questionis statum tradit) conuincit, Apostolum in hac Epistola non aliam legem exclusisse, quam veterem; atque adeò non nisi contra ceremonias & seruitutem veteris legis scriptam, aduersus modernos rursum hæreticos. Sunt autem Tertullianica: Vacat, & Vacante.

17. Miror vos tam citò transferri, ab eo qui vos vocauit in gratiam, ad aliud Euangelium, &c.] Sine sic legas, sine sicuti supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 27. num. 159. sic tam citò, perinde est; nam istud legit cum Interprete Vulgato nostro etiam B. Cyprian. Epistol. 23. Vbi vide Adnotationes nostras numer. 18. & 19. Hic tantum hoc addam, debere distinguere ita hunc locum, ut transferri, intelligatur referri debere: ad aliud Euangelium; sicuti dicitur Verbis Auctor explicat, tum hic, tum supra lib. 1. aduersus Marcionem cap. 20.

18. quòd aliud Euangelium omninò non esset, &c.] Similiter paulopost: quòd aliud omninò non est, explicans id ipsum; & legitur etiam: aliud, à B. Cypriano ubi supra, nec aliter Ambros. ac Theophil. in Comment. & Græcè quoque legitur. Atque quòd sequitur Hyperbaton, ita distinguendum est: Si enim & creator, &c. est autem Euangelium etiam Deinoi, quod vis tunc ab Apostolo defensum; iam ergo duo sunt Euangelia, &c.

19. Sed & si nos aut angelus de cælo aliter euangelizauerit, &c.] Præmissit paulopost quòd sequitur in Apostolo: anathema sit. Pulchre autem id interpretatur Auctor: verbi gratia dictum esse.

20. Exinde decurrens ordinem conuersionis suæ de persecutore in Apostolum, &c.] Ita paucis comprehendit quicquid præterea usque ad finem 1. cap. ad Galatas legitur.

21. Icripturam Apostolicorum confirmat, &c.] Quæ hic Apostolica, mox Acta Apostolorum, & deinde instrumentum Actorum. Quæ respuebat Marcion, sicuti latius supra diximus lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 51. hæres. 17. num. 322. ubi etiam eiusdem lib. cap. 23. iisdem penè quibus hic verbis inuehitur aduersus Acta Apostolorum repudiantes. At receperit ab initio Ecclesiam, patet ex Conciliis & Patribus, qui scripturarum sacrarum texerunt catalogos, quos habes citatos eodem libro cap. 33. numer. 195. tum etiam ex eo, quòd tamquam sacram scripturam Acta Apostolorum citant, etiam ante Tertullianum BB. Irenæus, Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus; post eum verò B. Cyprianus & Patres omnes. Hic certè, ex ipso Paulo Apostolo confirmat Auctor. B. Hieronymus, in Catalogo scrip. insuper B. Luca adscribit.

22. inter-

22. intercessisse quosdam, &c.] Rectè intercessisse interpretatur Rhenanus, interuenisse & opposuisse se; nam adluit ad illud Act. 15. Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui dicerent: circumcisci oportere, & obseruandam esse Moysi legem; ubi etiam habes quòd hic sequitur: tunc Apostolos de ista questione consultos (in compendium contrahit omnia Auctor) ex auctoritate spiritus renuntiasse: Non esse imponenda onera hominibus, quæ Patres ipsi non potuissent sustinere. In hoc solum differens ab aliis aditionibus, quòd pluraliter legat: onera, pro eo quòd alij ex Græco: iugum, vertunt.

CAP. III.

23. Denique ad patrociniū Petri, &c.] Caput hoc inscriptum: Ex eiusdem Epistolæ cap. 11. & 111. Atque ad patrociniū Petri cæterorumque Apostolorum accipi, ac si dicat: à Petro & cæteris Apostolis, patet ex eo quòd sequitur: Ad eò ab illis probari & constabili desiderarat. Bene autem habet, quòd Auctor Vulgato Latino Interpreti consentiens: conferre verterit, quòd Græcè est ἐκδοῦναι. Idque non hic modo, sed etiam supra lib. de Præscript. adu. her. cap. 23 & li. 1. adu. Marc. cap. 20. ac lib. 4. cap. 3.

24. Iudaismi magis adfines, &c.] Citantur à Rhenano similes loci ex lib. de Patientia, cap. 5. Adfines cupiditatis deprehendemur, item cap. 11. numquid impatientes pacis adfines. Atque tam obscurus est iste locus (fortassis etiam initio huius periodi mutulus) ut vix possit intelligi mens Auctoris, dum primum dicit: non interpolatione scripturæ; & postea adicit: & adparebit vitiatio scripturæ; & rursum priori loco citat Verba Apostoli Gal. 2. nec ad horam cessimus subiectioni, sicuti ià ab etate B. Hieronymi tam Latine quam Græcè legitur, & tamen postea subindicare videtur, quòd cesserit subiectioni. Mea igitur sententia (nolens alicui aliud sentiri præiudicare) videntur Verba illa: Ergo: Propter superinductitios, inquit, falsos fratres (sic enim lego, pro: falsos superinductitios fratres, tum hic, tum paulopost, quia Græcè legitur: πειροσδύτες. ἰδου δὲ δὲ λῶες, tum quia tertio loco conformiter Latine & Syriacè aditionibus illud legitur) qui subintrauerunt, &c. esse dicta ex persona Marcionis; sequentia verò: Intendamus enim & sensui ipsi, &c. ex persona Auctoris. Atque adeò, fuisse in eadem Tertullianum sententia, quæ Auctor Comment. Ambrosij in Epistolas Pauli; qui contendit legendum sine negatione: ad horam cessimus subiectioni; eodem argumento quo paulopost Auctor, quasi necessariè cesserit Apostolus ad tempus circumcidendo Timotheum (sicuti legitur Act. 16.) & rasos introducendo in templum, Act. 21. (iuxta illud 1. Cor. 9. factus Iudæis Iudæus, &c.) Quo magis propensum fuisse Auctorem, non mirum est; ut, contra Marcionem repudiantem veterem Legem, ostenderet, Paulum etiamnum Christianum, illam (ubi postmodum loquitur) pro rempibus admisisse. Fortassis ab etate Auctoris ad maiorem consuetudinem Marcionis omissa fuit dictio: non, in Latinis Africanis exemplaribus, sicuti adnotat se comperisse Comm. in Epist. ad Gal. B. Hieron. qui denud ex Græcè exemplaribus illud addendum censuit; in qua lectione etiam eum imitatus est B. August. tum Epist. eius ad eundem, tum in Comm. Quorum certè lectio, quæ etiam habetur in Syriaco exemplari, magis correspondet citatis hic Apostoli verbis; & præcedentibus: Sed nec Titus qui mecum erat, quum esset Græcus (Græcè ἑλληὼν) coactus est circumcisci, & sequen-

tibus, quibus Petrum reprehendit non recto pedecedentem ad Euangelij veritatem. Porro bene habet, quòd Auctor etiam consentiat cum Vulgata nostra Latina editione, & insuper BB. Hieron. & August. in Epistolis sibi mutuo scriptis in illo: cessimus subiectioni, pro quo nimis liberè Erasimus & Clarus substituerunt: subiectione. Differt tamen ab aliis Auctor, quòd omittat vocem: sed, sine: autem, vii legunt BB. Hieron. & August. & illud: quibus, quòd etiam omittunt Ambrosius & Syriacæ editio; quòd etiam verterit: ad speculandam libertatem, pro eo quòd alij: explorandam, Græcè ἐρευνᾶσαν.

25. quàm dexteræ ei darent antecessores, &c.] Istud partim desumptum est ex illo Gal. 1. ad Antecessores meos Apostolos, partim ex eo quòd paulopost latius citatur, Gal. 2. quòd etiam dexteræ dederit Petrus, &c. ubi distributionem vocat, quam hic, censum dicit, accipiens censum magis proprie pro: recensu, quam alibi, ubi pro origine accipit, sicuti non semel supra adnotauimus. Lego autem profluxus, sicuti bis antea: superinductitios illos, pro: superinductos.

26. dexteræ Paulo dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes, &c.] Quòd hic omittit, & Græcè est κοινῶναι, supra lib. de Præscript. adu. heret. cap. 23. veritatis: concordie & conuenientia, & lib. 1. adu. Marc. cap. 20. paraphrasticè: de Euangelij societate.

27. sicut in Euangelij vestri retractatu probatum est, &c.] Intelligit lib. 4. adu. Marc. cap. 14. ubi in medium adduxit Legem (immo scripturas varias legis) creatoris, pauperes & egenos fouentis.

28. Sed reprehendit Petrum non recto pede incedentem ad Euangelij veritatem, &c.] Quòd hic paucis dicit: Paulum reprehendisse Petrum, non ob aliud quàm inconstantiam victus, &c. non ob aliquam diuinitatis peruersitatem, &c. late tractauit supra duobus locis prædictis, & insuper lib. 4. aduers. Marc. cap. 3. quò, & ad Adnotationes nostras Lectorem remittimus. Hoc vnum hic repetimus, quòd omnibus diebus loci, Petri viatur nomine Auctor, atque adeò eundem esse, qui bis tæne in hoc Apostoli capite κηρῶς (voce Syriacæ, sicut ex Euangelio Syro constat) & Latine Cephas vocatur. Atque, quòd hic Petrum reprehensum scribit, tanquam non recto pede incedentem, &c. plurali numero legit (sicuti hodie Græcè, Latine, & Syriacè) & ad cæteros quoque Apostolos ex Marcionis persona accommodat, dicitis duobus postremis locis lib. 1. & 4. adu. Marc. Proprie autem transfert vocem Græcam ἐρροποδοῦναι.

29. ob inconstantiam victus, &c.] Etic vides (inquit Rhenan.) ab ipso Auctore explicari quid intellexerit per passiuum conuictum, lib. 1. adu. Marc. c. 20. dum inquit, hoc ipsum argumentum tractans: Igitur si feruenter adhuc, ut Neophytus aduersus Iudaismum, aliquid in conuersione reprehendendum existimauit, passiuum scilicet conuictum, &c. Quòd verò sequitur hic, conuersionis ambigæ, Tertullianus potuisset dicere, si libuisset, conuersionis passiuæ. Ergo passiuum & inconstans & ambiguum significat. Atque adluit ad illud: Præquam venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat; quum autem venissent, subtraherat se, &c. timens eos (sicuti etiam habet Auctor) qui ex circumcissione erant; adlegans etiam illud: quòd in faciem illi restiterit.

30. Sed quomodo Marcionitæ volunt credit De cetero pergat Apostolus, &c.] Placet quidem m-

MMm iij

gis hęc 1. aditionis lectio, ut illud: Sed quomodo, &c. referatur ad precedentia; Verum etiam hic videtur locus mutius. Atqui hoc adhuc desumpsit Auctor ex cap. 2. Ex operibus Legis non iustificari hominem, sed ex fide, sine, & alij vertunt per fidem.

31. ut fierent riuus & colles & montes repleti & humiliati, &c.] Miru est quomodo riuos veriter, quum Græcè sit ὄρεσιν, quæ vallem significat, quomodo vertunt alij omnes, etiam Syriacos Interpres, & Isai. 40. & Luc. 3. Et proprie vertit tortuosa, quod Græcè est σκολιό. Quod verò vertit: in campos, ex Isai. habet, ubi est πεδία; non verò ex Luca, ubi legitur: ὄρεσ, id est, ubi rectè vertit Latinus Interpres: vias.

32. Quia iustus ex fide viuet, &c.] Hic quasi aliud agens transit Auctor ad cap. 3. Epist. ad Gal. Legendum autem: viuet, pro: viuit, præterquam quod supra ostendimus lib. 4. cap. 18. num. 266. etiam confirmat Epiphanius qui eodem modo hanc scripturam in Marcione retorquet her. 42. Confut. 1. ex Epist. ad Galat. Quare castigatum etiam est quod mox sequitur: in fide, in qua viuet iustus; & similiter sub fine capitis. Sive autem legas cum excus. prænuuntiauit, & Prophetas, sive cum altero Vatic. MS. cod. pronuntiauit, & prophetas; perinde est. Atqui Vatic. MS. 1. cod. legit: Abacuc, sed: Abacum reliquimus, eo quod ita vocetur Græcè à LXX.

33. Proinde si in Lege maledictio est, in fide verò benedictio, &c.] Videtur Marcion transposuisse Apostoli verba; nam etiam Epiphanius loco citato postponit dicta scriptura ex Abacuc citata illud Apostoli: Quicumque enim sub Lege, maledicti sunt; cui tamen præmittitur. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur, quod hic postponit Auctor.

34. cur autem Christus sit pro nobis maledictio, &c.] Maledictio versæ est ab Auctore vox ἁγροῦ, quæ hic frequens est Apostolo. Rectè verò interpretatur Rhenanus, quàm nobiscum faciat, hoc est, nobiscum seminat; addēs etiam alibi sic locutum Auctorem. Atqui illud: Maledictus omnis in ligno suspensus, citatur potius iuxta Apostolum, quàm iuxta Deuter. cap. 21. ex quo citatur: quia à LXX. legitur: Maledictus à Deo, idque iam olim atate B. Hieron. etiam iuxta editiones Aquila & Theodotionis, sicuti ab illo adnotatur Comm. in Epist. ad Galat. Porro istud etiam in Marcionem retorquet Epiphanius. Confut. 2. ex Epist. ad Galatas.

35. Si verò rationale, &c.] Sic ex Gorziens. codice hunc locum restituisse se adnotauit Rhenanus. addens frequenter hoc vocabulum reperiri apud Auctorem; ut quum dicit: Omnia in Deo rationalia, Nihil in Deo non rationale.

36. Accepimus igitur benedictionem spiritalem per fidem (inquit,) &c.] Sive sic legas cum excus. sive cum altero Vatic. MS. cod. Accipimus, perinde est; addidit enim dicitur ad illud Apostoli: ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem; legens paraphrasticos longè aliter: benedictionem spiritalem. Aut igitur legit Auctor διδοσθαι, pro ἐπιδοσθαι, aut memoria lapsus, eo quod præcedit immediate eodem versu: benedictio Abrahamæ apud Apostolum, alterum pro altero substituit.

37. Omnes enim filij estis fidei, &c.] Adludit ad illud Apostoli: Omnes enim filij Dei estis per fidem.

38. quid supra hæretica industria eraserit, mentionem scilicet Abrahamæ, &c.] Subindicat erasisse Marcionem tum initio huius capitis, tum ante iam di-

ta verba versus aliquot præcedentes; quod ipsum repetit cap. sequenti; idque non solum de Abrahamæ mentione, sed etiam de illo: tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat. ubi de utroque latius num. 41. & 42.

39. qua nos Apostolus filios Abrahamæ per fidem adfirmat, &c.] Adludit ad illud initio dicti capitis 3. antea etiã ab Auctore prætermisum: qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahamæ; addens etiam quod ab Apostolo prætermittitur ex Gen. 15. cap. Abraham Deo credit, &c. adludens ad iustificationem ex fide, cuius meminit Apostolus, quum dicit: proinde iustificamur sicut Abraham. adferens deniq; illud Abac. 3. ab Apostolo citatum: iustus ex fide viuet; ibi autem: per quam Abraham pater nationum fuerat repromissus, adludit ad illud Gen. 17. Patrem multarum nationum postu te. Atqui supplemus mox ex utroque Vatic. MS. cod. Totum hoc eius est.

C A P. III.

40. Adhuc, inquit, secundò hominẽ dico, &c.] Caput hoc inscriptum est De Epistola ad Gal. ex cap. III. v. & vi. Valde autem variat hæc Auctoris lectio ab editionibus Græca, Syriaca & Latinis, quæ non aliud habent initio cap. 4. quàm: Dico autem: & tamen eam interpretatur ex simili locutione cap. præced. secundum hominem dico. Etiam in hoc differt, quòd legat: sub elementis mundi eram post, ad deseruendum eis. Habent quidem 2. Vatic. cod. MS. quæ pro Deo suscipit, & illud autem fuit; verum magis placet excus. lectio: suscipit, & facit.

41. tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat.] Istud ex cap. 3. ad Gal. hic adfert erasmus à Marcione, atque adeo ibi omisiss. ubi mirum est non legi: confirmatum, quum Græcè sit, Syriacè, & Latinè.

42. Abrahamæ dictæ sunt promissiones, &c.] Etiam hoc ex eodem cap. 3. adfert, quod sicuti subiungit, Marcio etiam abstulerat; ubi iuxta Apostolum rectè additum est: sunt, à Rhenano. Atqui videtur legisse Auctor Græcè verbis transpositis: καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐδωκεν, utpote vertens (sicuti etiam olim Syrus Interpres) sed semini tamquam vni; pro eo quod ex Græca alia editione vertit Latinus Interpres: sed quasi in vno: Et semini tuo.

43. Erubescat spongia Marcionis, &c.] De hoc quoque Proverbio vide nostra Prolegomena. Hoc vnum hic adnotamus, ex eo quod sequitur: retracto quæ abstulit, hic ad id adludit, quòd spògia soleamus delere, quæ in tabulis stylo graphiario excarata sunt.

44. Quum autem euenit impleri tempus, &c.] Reuersus ad sequentia verba Gal. 4. rursum variat ab omnibus Auctor, qui ex Græco vertunt: Quum autem venit plenitudo temporis.

45. ut eos qui sub Lege erant, redimeret, &c.] Pergit in explicandis & conciliandis cum Veteri lege sequentibus Apostoli verbis Gal. 4. tum istis, tum is quæ sequuntur: & ut adoptionem filiorum acciperemus.

46. Itaque ut certum esset nos filios Dei esse, &c.] Sic explicat illud Apostoli: Quoniam autem estis filij Dei. Confirmatur omnium Latinorum lectio, qui: Dei addunt, quod iuxta constantem Patrum Græcorum lectionem apud eos desideratur; at vicissim legit Auctor corda nostra, iuxta quod Græcè est ἡμῶν, consentientibus etiam B. Ambrosio & Hieron. in Comment. pro eo quod alij: vestra. Porro rectè ibi subintelligit Rhenanus, est, quum dicit Auctor: cuius gratia.

47. non erat reuertendum ad infirma & mendica elementa, &c.] Rursum quod Græcè est ἀσχετὸν, dicitur: mendica. Atqui elementa hoc quidem loco primas litteras Legis interpretatur; sed per elementa mundi, sive mundalia, phrasi Tertullianica (de quibus initio huius cap. num. 40.) naturalis superstitionis elementa intelligit; utpote de quibus supra (id est, versu hunc precedente) dixerat: Si ergo his qui non natura sunt Dei, seruitis. Proius enim sic legendum, iuxta Apostoli aditiones & Veterum tam Græcorum, quàm Latinorum in eundem Commentariis omnes; pro eo quod mendosissime legebatur: qui in natura, & suggillabat, pro: suggillat, ex Vatic. MS. cod.

48. Physicæ, id est, naturalis, &c.] Similiter inquit Rhenanus] lib. 1. adu. Marc. cap. 13. ut plerique Physicorum formidauerint: initium ac finem mundo constare; lib. adu. Præcean, cap. 1. Et manet chirographum apud Physicos, ibidem: Difunxit à Physicis. Sic enim vtrobique legitur in volumine Gorziens.

49. Dies obferuat, & mensæ, & tempora, & annos, &c.] Quod supra dixit, hunc Apostoli locum explicans lib. 4. cap. 3. Iudaicos fastos, hic interpretatur: Sabbata & cœnas puras, & ieiunia, & dies magnos. Notandum itaque etiam hic locus contra eos, qui istud detorquere non verentur aduersus ceremonias, & fastos & ieiunia Catholicorum, quum & de Iudæis dumtaxat loquantur Propheta Isaias, Amos, Osee, loci hic ad concordiam vtriusque Testamenti demonstranda, ab Auctore adlegatis. In quibus ex altero cod. MS. Vatic. restitui: ceremonias vestras, & ceremonias eius, pro eo quod erat: ceremonia vestra, & ceremonia: neque enim vsquã neutro genere legitur; nisi malis quis esse similes phrasas sicut lib. de Præscript. adu. hæret. ad benedicenda Eucharistia sua, ubi vult Rhenanus, addens esse licentiam inexcusabilem. Verum ego dicti lib. cap. 47. hæref. 6. num. 307. castigauit Eucharistia.

50. & non odorabor in frequentis vestris, &c.] Proius ita hic locus castigandus est, pro eo quod legebatur: & non odorabor: præterquam enim quod Græcè sit ἄμωσ 5. ἡμῶν ὄσπερ ἰσθῶν, quod similiter Auctori vertit B. Hieron. in Comm. (pro eo quod minus Latinè Interpres LXX. hodie: odorabo) ipse etiam ex Hebræo vertit: non capiam odorem.

51. & omnes frequentias eius, &c.] De varia huius loci lectione Osee 2. vide supra lib. 1. adu. Marc. cap. 20. num. 144. Sive autem legas: abolitio legis ex altero Vatic. MS. cod. sive: amolitio cum aliis, perinde est. At ex utroque castigamus: Sed ut, pro &. Atqui ibi: nullam magis auferendam, adnotat Rhenanus esse Appositionem.

52. Si enim Abraham duos liberos habuit, vnum ex ancilla, & alium ex libera, &c.] Hyperbaton est, cuius multò post alterum membrum est: utique manifestauit, &c. Atqui ex altero MS. Vatic. cod. mallem legere: vnum, pro eo quod secundo loco est: alium, quia Græcè bñ legitur: ἕνα; sed quia sequitur: vnum à mōte Syna (quod Græco textui correspondet) &c. & deinde Alium super omnem principatum, &c. (quas voces referri ad liberos Abrahamæ adnotauit Rhenanus) reituis priorum lectionem, maxime quum phrasi Græca non repugnet. Atque adeò ut sensus constet, sunt hæc includenda Parenthesi: (Quæ sunt Allegorica, Græcè ἀλλήλοισιν, id est, aliud potententia. Hæc sunt enim duo testamenta, sive duæ ostensiones, sicut inuenimus interpretatum.) Quod postremum non ex sen-

tentia sua dicit, nam neuiquam testamenta interpretari possunt ostensiones, sed ex corruptela Marcionis, de qua præmissis: etfi ex parte conuertit, de hoc loco loquens. Qui etiam videtur hic addidisse quod ad Ephef. 1. habet Apostolus: super omnem principatum, &c. & ut duo testamenta non admitteret, retulisse illud: generans, non ad illorum testamentorum vnum, sed ad Abraham. Proinde etiam interpretandum erit cum Rhenano, in quem, nempe filium alteri. Verum adhuc manet locus obscurus; clarior esset, si per MS. cod. Vatic. qui communem lectionem retinent, liceret legere & interpretari: Vnum nempe testamentum, à monte Syna, &c. Aliud super omnem principatū, &c. quæ est mater nostra, in quam repromissimus sanctam Ecclesiam; nempe in baptismo, quum diximus nos credere in sanctam Ecclesiam Catholicam, de quo lib. de Baptismo Latinus cap. 6. num. 47.

53. super omnem principatum, &c.] Sicuti præmissimus, istud sive Marcion in Epist. ad Gal. inseruit, sive Auctor ipse ex Epist. ad Ephef. cap. 1. ad explicationem adiunxit, tamquam filium libera Christum interpretatus; ubi omittitur quod præterea est Græcè & Syriacè, & Latinè: & potestatem; nam vim transiulit, quod Græcè est δυνάμειος, pro quo alij: virtutem.

54. Propter quod, &c.] Græcè ἕνεκα, pro quo alij: Itaque. Videtur autem hinc etiam Marcion alia multa hic omisisse, quæ nec Auctor tractat. Restituimus verò: qua libertate Christus nos manumisit, pro: vos, eo quòd illud legatur Græcè, Syriacè & Latinè ab omnibus; idque, iuxta vulgatos codices, & quantum apparet Auctorem, in sine cap. 4. ad Gal. secundum Græca verò & Syriaca exemplaria & B. Hieron. ac Ambros. Comm. initio 5. c.

55. Alienos enim seruos ne Galba manumisit, &c.] De hac Proverbiali formula, vide nostra Prolegomena.

56. Non decebat manumissos rursus iugo seruitutis, id est, Legis, adstringi, &c.] Verba hæc ex cap. 5. ad Gal. iuxta aditiones omnes desumpta sunt. Atqui rectè adstringi vertit, quod Græcè est ἐνέχειν. Ibi autem: ipsam seruitutis notam eradere perseverabat circumcisionem, adludit ad id quod sequitur ibidem: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit, &c. vsque ad versum 6. B. Epiphanius, quod est intermedium: Testor autem vrsus, quòd homo circumcisus debitor est ut totam legem impleat, adducit in Marcionem Confut. 3. ex Epistola ad Galatas.

57. Et circumcidimini præputia cordis vestri, &c.] Hic differt Auctor à LXX. hodie, qui legunt Hier. 4. Circūcidite duritiã cordis vestri, Græcè τὴν σκληρότητα τῆς καρδίας ὑμῶν; quam eandem vocem haberi Deuter. 20. adnotauit ad marginem sive Rhenanus, sive Gagneus, pro quo vertit Auctor: circumcidetis duricordiam vestram.

58. cur etiam præputiationem negat quicquam valere in Christo sicut & circumcisionem, &c.] Præputiationem vertit Auctor vocem Græcam ἀποτομὴς, quam alij præputiū, idque non semel, cuius etiam vsitata voces sunt: vacabat, ac, prælacionem, pro præferentiam.

59. illius fidei quam dicendo per dilectionem perfici, &c.] Perfici vertit, ut energiam ostendat vocis Græcæ ἐνεργεῖν, pro quo alij vertit: operatur. Atqui nihil differt à communi lectione in illo: Qui autem

90. Auferam enim, inquit, à Iudæa, &c.] Resisti-
turi: enim, ex utroque Vatic. MS. cod. pro: etiam, quia le-
gitur & Isai. 3. & supra lib. adu. Iud. cap. 13. & lib. 3.
adu. Marc. cap. 23. num. 180. Quamquam interim vobis
variè à LXX. qui legunt: Auferet. Sine autem legas:
Et numquid, sicuti Vulgo, siue: non, pro: nonne, ex al-
tero Vatic. MS. cod. perinde est. Atqui Tertullianicum est:
auferri habens.

91. vnicū fundamentū quod est Christus, &c.]
Vtique, sicuti mox interpretatur, credentium in eum,
super quod quisque superstruit, dignam vel indi-
gnam doctrinam. Quod quomodo intelligatur (ne forte
quis aliò detorqueat) satis patet ex illo Apostoli Ephes.
2. Superedificati super fundamentum Apostolo-
rum & Prophetarū, ipso summo angulari lapide
Christo Iesu; nēpē (sicuti infra loquitur cap. 17.) quod
edificatio nostra super fundamentum Apostolo-
rum & Prophetarum constet in Christo, inquam
fundamento primo & summo, id est, infimo. Quare & re-
ferte mox Rhenan. ex Gorziens. codice castigauit: funda-
menti sui, pro eo quod erat: super fundamenti. Suppleo
autem ex MS. V. atic. 1. cod. intermedium illud: nisi si ltru-
storem.

92. Ecce ego, inquit, in iūicio, &c.] Quum supra
cap. 5. legisset: Ecce posui, & Rom. 9. ac 1. Petri 2. lega-
tur: Ecce pono, cum quo correspondet quod habet Au-
ctor: in iūicio, hodie verò apud LXX. etiam ex Græco: im-
mittam, manifestum est variam semper fuisse lectionem
eius scripturæ Isai. 28. In hoc vno differt Auctor ab aliis
omnibus, quod legat: honorabilem, pro: electum, quum
tamen Græcè sit ἐκλεκτόν.

93. si opus eius per ignē probabitur, &c.] Verba
Apostoli transponit; prius enim legitur: quia per ignem
indicatur, Græcè ὁ πῦρ ἐλέγξει, pro quo apertius
Vulgatus Interpres: reuelabitur; deinde: opus eius per
ignem probabitur; denique tum mercedis, tum detri-
menti sit mentio, quorum utrumque per vnicū illud
expressit: merces illi per ignem rependetur, accipiens
mercedem pro omni retributione; quæ si (Vt loquitur)
per ignem rependetur (vique materiale, quia alio-
qui creatoris ignem non appellaret) etiam illi cuius opus
manserit & perdurauerit; videtur certè nō alienus Au-
ctor ab eorum explicatione, qui istud de Purgatorio igne
interpretantur, vtpotè quum per ignem purgati merces
rependatur. Certè B. Cyprianus Epist. 5. 2. ad Antonianum
disertis verbis sic hunc locū interpretatur, vbi vide Ad-
notat. nostræ, num. 59.

94. Nescitis quod templum Dei sitis, &c.] Per-
git in explicandis Apostoli verbis, vbi inter cetera expres-
sit: vitiauerit, & vitia bitur, quod Græcè est φθίγει &
φθίγεται.

95. stulti estote, vt sitis sapientes, &c.] Paraphra-
sticus istud transulit siue Auctor, siue Marcion; nā apud
Apostolum est: stultus fiat, vt fiat sapiens.

96. Deprehendens sapientes in nequitia illo-
rum, &c.] Sic restituit hunc locum ex altero Vatic. MS.
cod. pro: Deprehēdes, quia Græcè est 1. Cor. 3. ὁ ἀγαθό-
μηνος, & Job 5. vnde desumpsit Apostolus: ὁ κατὰ
λαμπρότητα, & Interpres Epiphani: Qui deprehen-
dit; nam is tractat id ipsum contra Marc. Confut. 4. ex 1.
Epist. ad Corinthios. Atqui vertitur ab Auctore: ne-
quitia, vox Græca πᾶσις, vt significet in malam
partem hic accipi astutiam seu calliditatem, quam proprie-
tas vox significat; sed nonnumquam & in bonam partem.
Porro cum Apostolo hoc loco legit Auctor: Dominus

scit cogitationes sapientium, quum tamen Isal. 93.
quem citat, & apud Epiphani. legatur: hominum para-
phrasen more suo agit auctor.

97. Ergo, inquit, nemo gloriatur in homine,
&c.] Quum Græcè, Syriacè, & Latine legatur: in ho-
minibus, mirum est quod legat Auctor, etiam iuxta
MS. cod. in homine; sed fortassis Vti magis conuenire
ostenderet scripturas, quas citat Hierem. 17. & Psal. 117.
quo sit Vt ex altero MS. V. atic. cod. substituerimus: quum
fidere (siue considerare) in homine, pro eo quod erat: in
hominibus; quia etiam illud alibi legit Auctor. At-
qui mirum est quod legat ex Hierem. miserum homi-
nem, quum & Græcè & Hebræicè ac Latine legatur:
maledictum hominem, & sic legat etiam supra lib. 4.
adu. Marc. cap. 15. sed etiam eiusdem lib. cap. 27. Verius
miserimum, & cap. 33. miserum.

C A P. VII.

98. Et occulta tenebrarū ipse illuminabit, &c.]
Capit hoc inscriptum: De eiusdē Epistolæ cap. IIII.
v. VI. VII. VIII. IX. & X. Quippe quum Auctor ex sus-
tulis capitibus istis aliquot dumtaxat locos traheret, forsatis
quod reliqua reſiſa essent à Marcione. Istud reperitur cap.
4. vbi à Marcione aut Auctore refertur vocem: Dominus,
quæ est apud Apostolum, ad Deū, patet ex eo quod subdit:
vtrique per Christum; alioqui ille de Christo ipso loqui
videtur.

99. qui Christū illuminationē repromisit, &c.]
In hoc videtur adludere ad illud sepe citatum Isai. 42.
Dedit te in lumen nationum, & c. ut etiam etiam corda
& renes pronuntiauit, Psal. 7. sed nusquam inueni locū
aperitum, vbi se lucernam dicit Deus, nisi ex sensu forte
Hierem. 11. 17. & 20. sicuti supra adnotauimus ad mar-
ginem lib. 4. adu. Marc. cap. 33. num. 527. Atqui in sequen-
tibus verbis Apostoli eiusdem cap. Ab illo erit & laus
vnicuique, & Spectaculum facti sumus mudo, &
angelis, & hominibus, & filiis quos in Euangelio
generauit, nihil variat Auctor à Vulgata editione Latina.
Sunt autem verba Marcionis: Certè inquis, &c. Vique:
Immo, &c.

100. Non defendo secundum Legem creatoris
dilexisse illū, qui mulierē parisi sui habuit, &c.]
Sic quasi aliud agens peregit ad Epist. 1. Cor. 5. capit. Atqui
hic ironiam esse, vel concessione, quam vocant, inde con-
stat, quod Leuit. 18. & 20. disertis verbis lex interdicit,
immo morte punit, qui cum uxore patris sui dormierit; vbi
eadem etiam reperuntur voces Græcæ. Vtpotè quæ nihil id
pro Marcione faciat, etiam si concedatur. Sed contra eum
facere ostendit, quum damnat (sic dicitur vocem Græcam
ἐξέμνησεν. etiam Syrus Interpres) dedendum Satanæ;
vtpotè quum damnatoris Dei (quem ille agnoscere nō
bat) præco sit.

101. Viderit & quomodo dixerit: in interitum
carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini, &c.]
Etiam hoc ad alium locum remittit, nolens hic de eo tra-
hære; quod magis pertinere videatur ad resurrectionis ma-
teriam, de qua supra lib. de Resurr. carn. vbi contra Marcio-
nem probauit, non solum spiritus salutem, sed & car-
nis. Hic enim sufficit, inde probari iudicium & Apo-
stoli & Dei.

102. & auferri iubens malum de medio, crea-
toris frequentissimam sententiam commemorata-
uerit, &c.] Istud paulo ante præcedentia Apostoli verba
reperitur, sed est Hysteron Proteron. Scripturæ verò in Ve-
teri Testamento hac de re sunt frequentissima, vtpotè
Deut. 13. de Pseudoprophetais, Isai. 7. de Achan qui prædam
idolis

idolū dicatam sibi retinuerat, Numer. 16. de Coré, Daiban,
& Abiron; & alibi frequentissimè.

103. Expurgate vetus fermentum, &c.] In his eius-
dem capituli verbis nihil differt ab Apostolo, neque etiam
in illo: sic & Pascha nostrū immolatus est Christus;
quod ipsum etiam vget ad concordiam vtriusque Testa-
menti Epiphani. aduers. Marc. Confut. 5. ex Epist. 1. ad Cor.
quo sit, vt prorsus legam ex altero MS. V. atic. cod. Quare
Pascha Christus: sicut autē Azymi figura erant no-
stra (vbi verbum Auctoris vtar) sic & Pascha figura
Christi. de vtriusque videre est Exod. 12. & 13.

104. per similitudinem sanguinis salutaris, &c.]
Adludit (inquit Rhenan.) ad locum qui est Exod. cap. 12.
Ite tollentes agnū per familias vestras, & immolate
pasche, sicuti scilicet hysteron proteron in sanguine qui est in
limine, & aspergite ex eo superliminare & virumque
postem. Transiit enim Dominus percitens Aegyptios.
Quumque viderit sanguinem in superliminari & in vtro-
que poste, transiendit ostium domus, & non sine percussore
ingredi domos vestras, & ledere. Qui etiam per illud:
& pecoris Christi, agnū Paschalem intelligit, eo signi-
ficatu, quo alicubi supra adnotauimus: pecus, peculiariter
accipi pro oue.

105. Auertens autem nos à fornicatione, &c.]
Hic ad cap. 6. transitum facit, vbi illud Corpus non
fornicationi, &c. nihil discrepat ab Apostolo; neque
etiam quod sequitur, si legatur Vti castigauimus: Qui
Dominum suscitauit, & nos suscitabit, pro eo quod
erat contra Apostoli sensum: quem Dominus susci-
tauit. Et nos; neque rursus in illo: Nescitis corpora
vestra membra esse Christi. Quibus omnibus præ-
termisissis Epiphani. Confut. 6. ex Epist. 1. ad Cor. aduers.
Marc. vget: potius illud: Erunt enim, inquit, duo
in carnem vnam, vt ostendat Apostolum ex veteri Te-
stamento testimonium habere.

106. Empti enim sumus pretio magno, &c.]
Istud in prima persona sibi applicat Auctor: vbi adno-
tandum, quod etiam MS. cod. addant: magno; quod
hodie Græcè desideratur, & tamen etiam à B. Cypriano
legitur lib. de Disc. & hab. Virg. num. 9. lib. de Orat.
Dominica, lib. de Exhort. Mart. cap. 6. lib. 3. Testim. ad
Quir. cap. 11. & 63. Quare & sic legendum censet supra
Tom. 2. lib. 2. ad Vxor. cap. 3. maxime quum subiungat hic
Auctor: et si aliquo magno redemit, & rursus:
quem magno cōparauit. Vtique adeo vt potius omiſſa
videatur fuisse ab Auctore vox: pretio, secundum al-
terum Vatic. MS. cod. quum vox: magno; sed vtrumque
retinere maluimus. Atqui ex coniectura Rhenani pro-
prio lego: committenda fornicatio non erit, pro:
mittenda.

107. quomodo honorabimus, quomodo tol-
lemus Deum in corpore perituro, &c.] Nō hic mo-
dò istud & quacumque ex cap. 6. citat ad confirmationem
adducit Resurrectionis carnis, sed etiam supra lib. de Re-
surr. carn. cap. 10. & 16. constanter legens: Glorificate,
seu: Magnificate, & tollite, quem admodum etiam di-
ctis locis B. Cypri. Atque genuinum esse illud: & tollite,
quantumvis hodie Græcè desideratur, adnotauimus tum
dicto li. Tertull. n. 96. tum primo citato B. Cypri. loco n. 10.

108. Sequitur de nuptiis congressi, &c.] Peregit
ad cap. 7. Epist. 1. ad Cor. ex eo nuptias comprobans ad-
uersus Marcionem, qui eas damnabat, de quo latius su-
pra c. penult. li. 1. adu. Marc. vbi vide explicatum quod hic
paulopost subiungitur: Marcion totum concubitus

auferens fidelibus, &c. repudiū antè nuptæ iubet.

109. Etenim Apostolus, &c.] Hic, argumentum
potius capitis, quàm verba Apostoli adducit: qui et si,
inquirens, bonum continentia præferat; tamen &
coniugium contrahi permittit; & (id enim addere
oportet) v sui esse, & magis retineri quàm disungi
suadet. Nam ad continentiam pertinet illud: Bonum est
mulierem non tangere. Volo autem omnes, &c. ad per-
missionem coniugij illud: Propter fornicationem autem
vniſquisque uxorem suam habeat, &c. deinde ad vsum,
Vxori vir debitum reddat, &c. ad retentionem deni-
que illud: Vxorē à viro non discedere, &c. Atqui de
continentiæ bono, cuius rursus ex eodem hoc capite
paulopost meminit, vide supra latius Tom. 2. lib. de Cul-
tu seminar. c. 9. lib. 1. ad Vxorē, c. 3. 4. 6. & 7. & lib.
de Virgin. veland. c. 9. 10. 11. 13. & 16.

110. Atqui & Christi Apostolus, quum præ-
cipit, &c.] Prorsus sic legendum, pro: Christus; sunt enim
hæc non Christi, sed Apostoli verba: mulierem à viro
non discedere; aut si discesserit, manere in nuptam
aut viro suo reconciliari. Atqui: si fortè, hic iterum
accipi pro: fortè adnotauit Rhenanus.

111. Quia tempus in collecto est, &c.] Eodē mo-
do vertit B. Hieron. lib. 1. adu. Iovin. id quod Græcè est: ὁ
καιρὸς συσσωρευμένος; B. Cyprianus magis ad verbum:
tempus collectum, lib. Testim. 3. cap. 11. Auctor verò
prius illud legit etiam supra Tom. 2. lib. de Cultu semin.
cap. 9. ac lib. 1. ad Vxorē, cap. 5. & infra Tom. 5. lib. de
Exhort. ad castit.

112. Tantum in Domino esse nubendum, &c.]
Quod hic explicat: ne qui, pro: quis (sicuti etiam adno-
tauit Rhenanus) fidelis ethnicum matrimonij con-
trahat, latissimè trahat ex proposito Auctor supra lib.
2. ad Vxorē, Tom. 2.

113. Allophyllorum nuptias vbi que prohiben-
tis, &c.] Scripturæ quibus Allophyllorum nuptias
creator prohibet, sunt Deuter. 7. 1. Esdr. 9. ac 10.
& 2. cap. 9.

114. Sed: Et si sunt qui dicuntur Dei, siue in cælis,
siue in terris, &c.] Hic ad c. 8. transitum facit, vbi variè
lectionem olim fuisse vel inde patet, quod vertat: siue in
cælis, siue in terris, & supra lib. adu. Hermog. c. 4. siue
in cælo, siue in terra, & lib. 3. adu. Marc. c. 35. siue in
cælo, siue in terris. si autē legat: non quia verè sunt,
cum altero MS. V. atic. cod. siue cum aliis: non quasi, per-
inde est; sed prorsus lego etiam secundo loco ex utroque V. a-
tico: qui Dei dicuntur, pro: Dij.

115. Scimus quod idolum nihil sit, &c.] Istud ha-
betur apud Apostoli initio c. 8. ante verba præcedentia;
nec absimile est illud eiusdē 1. Cor. 10. Non quod idolum
sit aliquid, &c. de quo Auctor supra Tom. 2. li. de Spect.
c. 13. & li. de Coron. milit. c. 7. Porro neque in his & sequen-
tibus huius capituli Apostoli verbis: nobis tamen vnus
Deus pater, differt à Vulgata lectione Auctoris, sed ibi:
ex quo omnia, addit: nobis; at neque discrepat in eo
quod citat: in præteritis, id est, 1. Cor. 3. Omnia vestra
sunt, &c. Reliqua huius capituli paucis adtingit, dū præ-
mittit, de idolothytis disputaturus.

116. Ex labore suo vnumquemque docens vi-
uere oportere, &c.] Paraphrasticus indicat argumentū
c. 9. Epist. 1. ad Cor. quippe quo docet vnumquemque
viuere oportere ex labore suo, atque ad eos qui
Euangelium adnuntiant (vbi paulopost etiam adfert) de
Euangelio viuere; id que non solum per exemplum mi-
N N n

litum (quod pertinet, qui militat suis stipendiis unquam?) pastorum (quod illud: qui pascit gregem, & de lacte gregis non manducant?) & rusticorum (quod illud: qui plantat vineam, & de fructu eius non edit?) sed etiam diuina auctoritate scriptura, nempe verbis sequentibus Deuter. 25. Atqui prorsus lego: illi, pro illa.

117. Legem igitur opponit creatoris, &c.] Hic adludit ad illud: Nōne & Lex hac dicitis quod ipsum aduersus Marcionem vibrat B. Epiphanius, Confut. 7. ex 1. Epist. ad Cor. sicuti etiam tum ibi, tum Confut. 8. Boubi terenti os non obturabis, &: Numquid de bubus cura est Deo? quae aded etiam adduxit Auctor supra aduersus Marc. lib. 2. cap. 17. ac lib. 4. cap. 21. & 24. Hoc loco verò videtur ex proposito appellare Legem creatoris, &: Dei, quia si Epiphanius credendum, immutando contextum Marcion primus legit: Scriptum est enim in Lege Moyfi, quum alias dumtaxat legitur: in Lege; quo magis mirum codices omnes tam Graecos & Syriacum quam Latinos retinuisse: Moyfi. Atqui accipitur etiam hic, sed ironicè: ingratum, more Tertulliano, pro non vltro, cui mox opposuit gratis.

118. Propter nos enim scriptum est, &c.] Legit singulari numero, quod adiciones alia plurali, prater Syriacam, quae Auctori consentit. Adludit praterea ad illud: sed non vti sumus hac potestate, &: ne gloriam meam quis euacuet.

119. Ecce autem & in petram offendit caecus Marcion, &c.] De pronerbiis hac formula vide nostram Prolegomena. Transit autem ad illud cap. 10. ubi per petram, de qua bibebant patres nostri, Christum fuisse figuratum adfirmat: (de quo etiam supra lib. 3. aduersus Marc. cap. 5. & 16. ac huius libro cap. 5.) haec exempla nobis facta esse (sic enim hic, pro eo quod alibi non semel: Haec autem figuræ nostræ fuerunt) adiciens: ne si eadem delinquam quæ & populus, eadem patiar. Haec enim quemadmodum euenerunt illis, scripta esse ad nos commonendos, in quos fines æuorum decurrerunt. Vbi ἡγοῦς ὑπερβολῶν ἰκίον, reddidit Paraphrasticus: ad nos admonendos. Atqui eadem hæc omnia, immo continuum hac de re contextum Apostoli, usque ad clausulam illam, Hæc enim, &c. adfert aduersus Marc. Epiph. Confut. 10. ex hac Epistola. Verum Auctor compendium phrasæ suæ excusans: Praterco, inquit, si quando paria eorum quæ retractata sunt quædam (nempe occurrunt) & breuiter expungo, id est (vel Rhenano interprete) absoluo.

120. figuram extranei sacramenti, &c.] Poterit exponi (inquit rectè Rhenanus) figuram eius qui sit extraneus à sacramento. Nam solet extraneus construere cum Genitiuo, ut supra libro 2. aduersus Marc. cap. 13. Quis mali extraneus, nisi qui & inimicus? Item: extranea gloriæ; qui etiam bene ex Gortziensi codice restituit: & quidem amulo; pro: equidem. Placet autem etiam quod adnotat, aut figuram Græcam esse: si deliquero eadem, id est, secundum eadem, aut accipiendum: deliquero, pro: admisero. Atqui exitum populi hic propriè accipit, pro egressu ex Ægypto.

121. Magnum argumentum Dei alterius, &c.] Hac ex persona Marcionis dicitur, usque ad: Quasi non, &c. Respondet autem in permissione omnium obsoniorum (de qua etiam latè Apostolus eodem capite)

Legis onera dimissa esse, sed ab eo Deo qui imposit, qui nouationem repromisit, sicuti latius supra in initio lib. 4. aduersus Marc. Atqui ipsa verba Pauli: Quid igitur dico? quod idolis aliquid immolatum sit? latissimè tractat Epiphanius aduersus Marc. Confut. 10. dicens additum esse à Marcione: aut quod templo immolatum sit aliquid.

CAP. VIII.

122. Caput viri Christus, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Ex eiusdem Epist. 1. ad Corinth. cap. XI. XII. XIII. ac XIII. Atqui tum de scriptura hac, tum de illis 1. Corinth. 11. Vir non debet caput velare, quum sit Dei imago, &: Mulier potestatem, siue velum, ut infra legitur, super caput habere debet propter angelos; videtur lector Adnot. nostras supra Tom. 2. libro de Veland. Virgin. cap. 7. & 8. num. 51. 52. 55. ubi ex professo latè eas Auctor tractat. Verum illud: imago Dei, aut aliter quam Auctor, sed latius urget aduersus Marc. Epiphanius Confut. 11. ex hac Epist. 1. ad Corinth.

123. Sæpè iam ostendimus, hæreses apud Apostolum inter mala vt bonum poni, &c.] Adludit ad librum de Præscript. aduersus hæres. ubi sæpè citatur illud Apostoli hoc eodem capite: Oportet hæreses esse, nempe cap. 1. 4. 5. 30. & 39. quorum secundo & postremo loco etiam illud: vt probabiles (siue electi) manifestentur; ubi vide Adnot. nostras num. 23. & verò sicut hic: probabiles legit, etiam lib. de Anima cap. 3. lib. de Resurr. carn. cap. ultimo, alibi frequenter.

124. Proinde panis & calicis sacramento, &c.] Adludit haud dubie ad lib. 4. aduersus Marc. cap. 40. ubi vide Adnotat. nostras num. 663. & 664. ed enim Auctor, Lectorem remittit; nihil hic insuper tractans de institutione sacramenti corporis & sanguinis Domini, & preparatione ad id necessaria, quæ latius profequitur Apostolus, prater iudicij mentionem, de quo sic ille: Quod si nosmetipsos diuini careremus, non vique iudicaremur; dum iudicamur autem, à Domino corripimur.

125. Nunc de spiritalibus dico, &c.] Hic transit ad 1. Corinth. 12. caput, non aliud legens quam: dico, pro eo quod alij: nolo vos ignorare, & Syriacum Interpret: velim vos scire; locum hunc intelligens (non aliter atque Ambr. Chrysost. & Theophyl.) de septem donis s. spiritus, atque aded Apostolum conuenire cum Iſaia cap. 11. latissimè deducens.

126. Prodiit virga de radice, &c.] MS. Vatic. 2. cod. Prodiit, sed illud retinui, quod in futuro legant alie adiciones omnes, & ipse etiam Auctor supra Tom. 1. lib. aduersus Iud. cap. 9. quo fit vt etiam mox substituerimus ex altero Vatic. MS. cod. & replebit, pro eo quod erat: repleuit. Atqui legit Paraphrasticus: Et flos de radice eius ascendet, de virga; vt ostendat se per virgam intelligere B. Mariam Virginem, sicuti supra apertius lib. de Carne Christi, cap. 21. virga ex radice, Maria ex David; flos ex virga, filius Mariæ, qui dicitur Iesus Christus. Id est enim quod paulopost etiam hic repetit: Christum in floris figura oriturum ex virga profecta de radice Iesse, id est, virgine generis David filij Iesse. In quo Auctorem imitantur B. Hieronym. in Comment. Iſaie, B. Ephrem Orat.

Orat. de S. Virg. laudibus, & B. Leo Papa 1. serm. 4. de Natiuitate Domini; quum alij malint radicem, Christum ipsum interpretari. Atqui de varia verborum eodem tamen sensu eius loci translatione, vide Adnot. nostras dicto libro aduersus Iud. num. 119. quæ ipse infra transponit, vt accomodet Apostolo. Sunt verò Tertullianicæ voces hic & paulopost: obuentura, &: censu.

127. ablato à Iudæa sapiente, & prudente architecto, & consiliario, & Propheta, &c.] Latius hic citat locum Iſai. 3. quum supra lib. aduersus Iud. cap. 13. libro 1. aduersus Marc. cap. 24. & huius lib. cap. 6. non aliud ceter quam de sapiente architecto, quem LXX. distinguunt à prudente auditore. Atqui legimus partim ex prioribus locis, partim ex 2. Vatic. MS. vt hoc (pro: hæc) sit: Lex & Propheta (pro quo erat: Prophetia) vsque ad Ioannem, quod ipsum Luc. 16. supra tractatum est lib. 4. aduersus Marc. cap. 33.

128. charismata, &c.] Reuenit vocem Græcam Apostoli χάρισμα τῶν, quæm vertit Latinus vulgatus Interpret: gratiam, Auctor verò paulopost: donum, singulari numero.

129. Ascendit in sublimitatem, &c.] Ad explicationem adfert locum Psal. 67. non iuxta LXX. sed magis iuxta quod citatur ab Apostolo Ephes. 4. de quo partim etiam infra c. 18. ubi sublimitatem vertit quod Græcè est ὑψόθεν; in hoc tamen differt ab utrisque, quod legat & interpretetur: filij hominum, pro eo quod illi: hominibus. Sed in scripturis 1. Cor. 4. ac Gal. 4. & 1. Corinth. 7. nihil variat. Atqui: donatiua, vox Tertullianica est.

130. In nouissimis diebus effundam, &c.] Prorsus sic castigauimus ex altero MS. Vatic. pro: nouissimis temporibus. Nam quum Ioëlis 2. dumtaxat habebatur: Et erit post hæc; In nouissimis diebus, iuxta adiciones omnes Græcas, Syriacam, & Latinas; & ipse quoque Auctor bis id ipsum mox repetit. Mallem etiam cū illis vtroque loco legere: filij filiarumque vestra, quæm: eorum; sed quia hoc habent etiam MS. nolui quid immutare.

131. Alij, inquit, datur per spiritum, &c.] Hic redit ad verba Apostoli huius capitis. In quibus solùm differt, quod dicitur dumtaxat: alij virtutum, omiſſa voce: operatio, cui consentit Interpretes Syrus legens: alij virtutes, quum tamen plurali numero, vt reliqua plerumque, legatur à Græcis ἐνεργήματα; quos secutus est in hoc e contrario, quod bis legat: linguarum. Atqui habet Vatic. alter MS. in spiritualitate interpretanda; sed quod alij legunt voce Tertullianica: specialitate, magis conuenit cum eo quod præcedit: Comparata denique species Apostoli & Iſaie.

132. qui corporis nostri per multa & diuersa membra vnitate, charismatum variorum compagini adæquauit, &c.] Hic paucissimis expressit, quæquid eodem capite sequitur apud Apostolum per versus multos; ex quibus urget etiam dumtaxat B. Epiphanius aduersus Marc. Confut. 12. ex hac 1. Epist. ad Cor. illud: Sed Deus contemperauit corpus.

133. Qui de dilectione quoque omnibus charismatibus præponenda, &c.] Sic Paraphrasticus totum cap. 1. Corinth. 13. tribus dumtaxat verbis attingens, illud explicat: maior autem horum est dilectio, comparans etiam illud cum præcepto dilectionis, Deuter. 6. Vbi legimus rursum ex altero Vatic. MS. cod. & proxi-

imum tuum tamquam teipsum, pro: tibi tamquam te.

134. Quod, etsi in Lege scriptum esset, commemorat: in aliis linguis, & in aliis labijs locutorum creatorem; cum hac commemoratione, &c.] Ita distinguendus necessariò hic locus, ubi transit ad 1. Cor. 14. cap. in quo illud Iſai. 28. citat Apostolus ad confirmandum charismata linguarum, de quo latissimè tractat penè vsque ad finem capitis. Non solùm autem id ipsum aduersus Marc. adfert B. Epiphanius Confut. 14. sed etiam Confut. 13. quod præmittitur: Sed in Ecclesia volo quinque verba mente mea loqui; ubi tradit erroneè addidisse Marcionem, propter legem.

135. Equè præscribens silentium mulieribus in Ecclesia, &c.] Hic similiter aduersus Marc. urget Apostolus, vt silentium mulieribus præscribat, ex lege (nempe Gen. 3. illa: sub viri potestate eris) accipere subiiciendæ feminæ auctoritatem.

136. Adat aliquem Psalmum, &c.] Adludit hic ad illud quod præcedentibus præmittitur apud Apostolum: Vnusquisque vestrum Psalmum habet, &c. ἀποκάλυψιν (quam vertit Auctor: visionem) habet; interpretationem linguæ habet. Sic enim legit Auctor pro eo quod est: linguam habet, interpretationem habet, penens etiam intermedium: orationem, pro eo quod Apostolus habet: doctrinam. Quod verò addit: in ecclasi, id est, amentia, & illud: mulierem apud se prophetasse, &c. ad Maximillam Montani pedissequam, atque aded ad errorem Montanistarum (de quo inter Paradoxa Auctoris) pertinet; ubi etiam de ecclasi, sicut & infra ad fragmenta sex librorum eius argumenti Tom. 4.

CAP. IX.

137. Interim Marcionites nihil huiusmodi exhibebit, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Ex eiusdem Epistol. 1. ad Cor. cap. xv. parte priorè; ubi eadem ipsa plerumque repetit, quæ supra lib. de Resurr. carn. locis mox citandis, quæ ipsa etiam adfert B. Epiphanius Confut. 16. Lega autem ex coniectura Rhenani in margine: qui timer iam, pro: qui tum etiam, ob eandem planè litteras, & ex altero MS. Vatic. pronuntiare, pro: prænuntiare.

138. Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tunc negarint, &c.] De hoc ibi cap. 48. De illo verò: quod vulgus ipsum defunctos colebat, &c. Ceterum corpora, aut ignibus statim, aut feris, &c. abolebat, cap. 1. ubi latius & nostris Adnot. num. 2. & 3. De proprietate vocabulorum tam mortuorum quam: resurrectionis, cap. 18. Vbi etiam citat illud Gen. 3. Terra es, & in terram ibis. Rursum de illo: Quia per hominem mors, & per hominem resurrectio, cap. 48. ubi mirum est non addi: mortuorum, quod habent adiciones omnes. Et ibidem de illo: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificabuntur; quod hic paulò aliter in prima persona expressit: sic in Christo viuificamur omnes, sicut mortificamur in Adam, sed eo tempore variabant exemplaria.

139. oportet enim regnare cum, donec ponat inimicos eius sub pedes eius, &c.] Sic ad verbum ex Græco, quomodo etiam supra lib. aduersus Hermog. c. 11. ad eundem adludens locum, sicuti & lib. de Carne Christi c. 15. ubi profequitur: carnem nõ statim resurrecturam,

nondum enim, inquit, Christus inimicos suos oppressit.

140. sede ad dexteram meam, &c.] Ea occasione, Psalmi 109. maiorem partem hoc loco explicat, quum ex illo id quod præcessit, desumpserit Apostolus; docens non posse, iuxta quod Iudæi detorquebant, in Ezechiam competere, sed in solum Christum. Variat autem in ipsis his verbis, pro eo quod alij omnes: à dextris meis. Prorsus & cum B. Justino Mart. adu. Tryphon. lego: & dominaberis, pro eo quod alia aditiones omnes: dominare, vel dominabitur. Negat autem dominatum Ezechiam in medio inimicorum suorum.

141. quia is, aiunt, sedit ad dexteram templi, & hostes eius auerterit Deus & absumperit, &c.] Rhenanus hunc locum castigavit, quia is federit; sed malo legere: quia is, aiunt (nempe Iudæi) sedit ad dexteram templi, pro eo quod erat in prima aditione: ait, quamquam etiam hoc ipsum: ad dexteram templi, de suo addidisse videntur Iudæi; neque enim aliud habetur 4. Reg. 19. aut Isai. 39. quàm quod Ezechias ascendit & intraverit in domum Domini. Verum desumpsit totum istud Auctor ad verbum ferè ex B. Justino Mart. adu. Tryphonem. Illud, inquit, Dicit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis, &c. in Ezechiam dictum esse, Magistri vestri & Rabini exponere sunt ausi, proinde atque is iustus fuisse in dextera templi parte sedere; quando per nuncios suos ipsum Rex Assyriorum minis terruit, & per Isaiam, ut illum non timeret, ei est significatum; & quæ Isaias dixerat, re ipsa contigerint, ut auerteret Rex Assyriorum, quoniam oppugnaret Hierusalem in diebus Ezechia; & angelus Domini in castris Syriorum ad 185. millia virorum cæciderit. Atqui est ibi Ellypsis, & cetera: Ante luciferum, ut subintelligatur nempe illud: Ante luciferum, & sequentia.

142. & in Ezechia natiuitatem, &c.] Rectè istud refutat aduersus Ebionicos hæc. 3. o. B. Epiphanius probans ex scripturis Ezechiam, cum prædiceret Isaias c. 11. Ecce virgo concipiet, natum fuisse annos XI. B. Justino sufficit dicere, quod Ezechias ex virgine non fuerit natus.

143. Nos ædimus Euan gelia, &c.] Hic protestatur quod Marcion tum Euan gelij Lucæ priora capit, tum totum Matthei Euan gelium reiciebat, ad ferre volens ex cap. 2. Luca & 4. Matthei testimonia, quæ ipsa etiã pauloprius adlegat B. Justinus.

144. Cur autem adiecit: ex vtero, &c.] Istud in simili etiam exposuit Auctor supra lib. 3. adu. Marc. cap. 20. tractans illud Psal. 131. Ex fructu ventris tui ponam super thronum tuum. Legimus verò cum altero Vatic. MS. cod. edixisset Deus, voce Tertullianica, pro: dixisset.

145. Quod & in ipso hic accedit, &c.] Tum ex interpretatione Rhenani, tum ex altero MS. Vatic. supplemento: in ipso, nempe Christo, ut ille rectè; qui etiam accedit accipit, pro: accidit, ut infra: Demutationi adscribès quæ accedit resurrectioni. Porro quod & in ipso, aptè refertur ad id quod sequitur: Tu es sacerdos in æuum. Nam & sacerdotium Christi spirituale est.

146. nec sacerdos aut Ezechias, nec in æuum et si fuisse, &c.] Istud etiam penè ad verbum ex Justino, qui similiter affirmat non fuisse Ezechiam sacerdotem perpetuum secundum ordinem Melchisedech, quod eodem Psal. 109. de Christo adseritur, immò nec sacerdotem, utpote Regem Iudæ. Atqui in sequentibus loquens de Christi sacerdotio secundum

ordinem Melchisedech, tacitè ad Apostolum adludit ad Heb. 7. & de acceptatione Abrahamæ gentis, ad eundem Rom. 11. ubi indicat omnem Israël saluum fore, postquam plenitudo gentium intrauerit.

147. Est & alius Psalmus ita incipiens: Deus iudicium tuum Regi da, &c.] Etiam hoc quasi aliud agens sumpsit ex eodem scripto B. Justino Mart. ubi multo antè: Sunt & alia, inquit, supra adlegata, & à Davide prolata verba (nempe Psal. 71.) quæ in Salomonem concepta & scripta esse insipienter adferunt; qui id ex illo solo probat: Ante solem manebit nomen eius. Auctor certe multo plura adnotauit, quæ in illum competere non possunt; addens se hunc locum tractasse occasione illius quod in medio Psalmo positum sit: Inimici eius puluerem lintent, subiecti vtique, inquit, pedibus eius. Nihil autem differat ab aliis huius Psalmi versionibus Auctor, præterquam quod legat: Descendit tamquam imber, pro: Descendet. Similis verò est locus supra Tom. 1. in fine lib. aduers. Iud. ex Psal. 2. & 44. & Isaiæ 55. Atqui paulopost suppleo ex altero Vatic. MS. cuius nomen in ætænum, qui a præcedit: in æuum.

148. Contra Salomon (audeo dicere) etiam quam habuit in Deo gloriam amisit, &c.] De hoc vide supra Adnot. nostras lib. 2. aduers. Marc. cap. 23. num. 152.

CAP. X.

149. Reuertamur nunc, &c.] Caput hoc inscriptissimus: De eiusdem Epist. 1. ad Corinth. cap. xv. parte posteriori.

150. AD RESURRECTIONEM, CUI ET ALIAS QUIDEM PROPRIO VOLUMINE SATISPECIMVS, &c.] Hic haud dubiè significat librum de Resurr. carnis, utpote quo omnibus hæreticis resistitur, in, inquam, omnibus qui Resurrectionem oppugnabant, nempe Sadduceis, Marcionis, Basilidæ, Valentini, & Apelli, quorum eius lib. cap. 2. meminit nominatim.

151. Quid, ait, facient, qui pro mortuis baptizantur? &c.] Istud ipsum tractauit eiusdem lib. cap. 48. ubi, sicuti num. 347. hinc adnotauimus quæ ad illius loci intellectum faciebant, ita vicissim hunc locum lucidiorè reddunt quæ illic habentur. Exempli gratia, quod hic dicit: vanè illos pro mortuis baptizari, ibi dicit: præsumptione ad illos instituisse; & quod paulopost hic explicat pro mortuis tingui, pro corporibus est tingui (sic enim bis lego more Tertullianico, pro: tingi) &: Quid facient, qui pro corporibus baptizantur? clarus ibi expressit: Quid & ipsos baptizari ait, si non quæ baptizantur corpora resurgunt? Anima enim non lauatione, sed resurrectione sancitur, id est, more Tertullianico, sanctificatur. Atqui ad huius loci intellectum facere, quæ habet de Marcionis in hunc locum Theophylactus, adnotauit Dn. Latinus; quod nempe quoniam non baptizatus aliquis apud ipsos moriebatur, sub defuncti lectulo aliquem occultabant, qui Marcionis circumstantibus, ac quærentibus à mortuo, vellente baptizari, responderet: Volo; quem proinde pro defuncto baptizabant, sese hoc Apostoli testimonio defendentes. Verum tamquam præsumptionem id vtrouique traducit Auctor, & proinde alijum dat sensum iam dictum.

152. Viderit institutio ista; Kalendæ si forte Februariæ, & cetera.] Sic malo distinguere etiam cum

cum Rhenano, quàm quod habetur vulgò: Viderit institutio. Ista Kalendæ, &c. magis enim illud ad phrasim Tertullianicam pertinet. Ac si dicat: Viderit institutio ista, nempe baptizari pro mortuis forte (id enim significat Auctori: si forte) Kalendæ Februariæ, id est (sicuti rectè Rhenanus) sacra, quibus hoc mense Romanus populus februebatur, id est, lustrabatur per ignem, respondebunt illi, nempe Marcioni, petere pro mortuis, utpote baptismum pro mortuis. Quasi proinde (vri idem) significetur lustrationis februalis loco mortuorum baptismum fortassis successisse apud quosdã Christianos, & ex illo lustrandi ritus sollempni irrepsisse. Et alij ille non malè. Nam Kalendarum februatiarum etiam tum similiter vstitatarum meminit B. Chrysof. homil. de Kalendæ. Illi etiam Ven. Beda consensit lib. de Temporibus, ceremonias ardentium cereorum, quos hodie Christiani eo die qui Purificata Maria dicitur, est, ex more circumferunt, à februalibus Romanorum sacris originem sumpsisse. Ita, inquit, pertinaci paganismi mutationem subuentum est; quem rei in totum sublatio, potius irritasset.

153. denotate, &c.] Pro arguere (inquit idem Rhenanus) ut lib. de Patientia, c. 3. Parum hoc, si non etiam proditorum suum secum habuit, nec constanter denotauit.

154. Habemus illum alicubi vnus baptismi denotatore, &c.] Nempe Ephes. 4. De quo ipso vide supra latè tractatum adu. Anabaptistas lib. de baptis. cap. 15. & ibidem in Adnotationibus nostris. Sive autem illud legas, sive cum altero Vatic. MS. diffinitorem, perinde est. De Proverbio: hunc gradum figimus, vide nostra Prolegomena. Adnotat verò rectè Rhenanus legi posse: disceptationem, pro: discrepationem; sed quod hoc sit in MS. nolui quid immutare.

155. Sed dicent quidam: Quomodo mortui resurgunt; quo autem corpore veniunt, &c.] Suprà loco iam dicto lib. de Resurr. carnis, legit magis secundum Apostolum: Sed dicit quis. Et vtrouique magis consentit Græcis exemplaribus, qui legunt ἐν ἑσθλαῖς, & ἐσθλαῖς. Et verò quo corpore, tractat latius cap. 52. Et quod eodem corpore veniunt, eiusdè lib. cap. 56. 60. 61. ac 62. Idque contra alios hæreticos, nempe Valentinum & Apellem, qui non negabant resurrectionem, sed alterius qualitatè carnem futuram adferrebant; non contra Marcionem, qui resurrectionem carnis in totum negabat, soli animæ salutem repromittens, vri eiusdem lib. cap. 2. de vtriusque manifestum sit.

156. obducitur, &c.] Hoc est (inquit Rhenanus) cõnvincitur, subaudi, Marcion. Hoc verbo in hunc sensum crebò vultur, ut supra adnotauimus, & infra sumus adnotaturi.

157. Denique si proponit exempla granitritici, &c.] Adludit ad illud etiam supra tractatum, c. 52. Non quod futurum est corpus seminatur, sed nudum granum, si forte (εἰ τῷχοι) tritici (sive frumētī) vel aliquid eiusmodi. Deus autem dat illi corpus prout volet (Græcè ἡ δέλησεν) & vnicique seminum proprium corpus. Et (sic enim lego, pro: vt) aliã quidem carnem hominum, aliã verò pecudum & volucrum (omisso hic quod ibi addit: aliã pisciũ) Et corpora cælestia atque terrena, sive, vri ibi legitur: supercælestia; & aliã gloriam solis, & lunæ aliã, & stellarũ aliã. De quibus vide ibidè Adnot. nostras.

158. Sic & resurrectio, &c.] Pulcrè id explicat

Auctor sicut & sequentia, quæ sic supplemus: Scitur in corruptela, resurgit in honestatem & virtutem; nam apud Apostolum, & supra sic legitur, immò ibi latius citantur Apostoli verba, vbi vide Adnot. nostras num. 379.

159. Proinde et si scitur animale, resurgit spiritale, &c.] De hoc ibidem Auctor, & latius cap. 53. vbi vide Adnot. nostras in eadem penè verba per totum caput, & latius inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis de illo: Et si habet aliquod proprium corpus anima vel spiritus.

160. dici caput, &c.] Psal. (inquit Rhenanus) huius verbi caput multis iam locis adnotauimus. Sic enim vertit quod Græcis ἐνδέχεται dicitur, quo & ille impersonaliter vti solent. Hic tantum valet ac si diceret: recidit in appellationem vt animale dicitur, sive meretur animale dici, sic lib. de Resurr. carn. c. 26. Quã & patrum dici capiat, & lib. 3. adu. Marc. cap. 6. Id enim intelligi vel non intelligi capit.

161. Non primum quod spiritale, &c.] Similiter vertit supra quod habet Apostolus post verba sequentia, & id ipsum etiam Auctor indicat illis verbis: Ad hoc enim & de ipso Christo præstruit, &c.

162. Factus primus homo Adam in animam viuam, &c.] Adnotatu dignum quod subdit: hæreticum stultissimum (nempe Marcionem) posuisse Dominum nouissimum pro nouissimo Adam; vri hinc constat, hæreticis vstitata scripturarum immutatio.

163. Eodem modo & in nomine hominis reuincetur, &c.] Nempe Marcion, eo quod substituerat: Secundus Dominus de cælo, pro eo quod Apostolus secundus homo de cælo. Quam variam lectionem conicio in causa fuisse, vt explanationis & reuincendarum hæresium gratia, legi cõperit apud Græcos iam etate B. Chrysof. & Theophylacti, & δὲ ἀδύρατος ἀνδραποῦς ὁ δεύτερος ἐξ ἑγγύς, id est: secundus homo ipse Dominus de cælo; nec aliter Syriacè; quamquam interim vulgato Latino Interprete, & ipsi Tertulliano consentiãt BB. Ambr. & Hier. alicubi. Quare rectè addit Auctor: Sequentia eum (Marcionem nempe) comprimunt; Quales qui de terra, tales & terreni, & qualis cælestis, tales & cælestes. Subintelligi hominem aut homines adnotat. Atqui de intellectu huius scriptura vide supra lib. de Carne Christi, cap. 8. & 17.

164. Sicut portauimus, inquit, imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cælestis, &c.] Est hic adnotanda Auctoris explicatio: Portemus enim, inquit, non portabimus; præcepti uerò, non promissi uerò, contra Erasimum, qui opinatur aptius esse huic loco futurum tenuerit; atque adeo etiam minus toleranda Latina vulgata editionis Iffidori Clarj castigatio, qui substituit: portabimus, pro: portemus; quum istud legant non modò Latini B. Cyprian. lib. de Disc. & hab. virg. lib. de Zelo & liuore, lib. 2. Testim. cap. 10. & lib. 3. cap. 11. B. Ambros. in Comment. sed etiam Græcolatinus B. Fren. lib. 5. cap. 9. Immo Græcus Theophylactus, vel Erasmo teste, vtramque lectionem interpretatur, & insuper quidam Græci codices legunt φορέσωμεν, id est: portemus, pro eo quod alij, φορέσωμεν.

165. Hoc enim dico, fratres, quia caro & sanguis regnũ Dei non possidebũt, &c.] Istud latissime tractat lib. de Resurr. car. Tertullian. c. 49. 50. & 51. quod, & ad Adnot. nostras ibidem Lectorem remittimus, prout etiam de illo ad Gal. 5. vbi operibus carnis abstulit regnum Dei, & quod aliã (id est, alibi, nempe Rom. 8.)

dicit Apostolus: Eos qui in carne sunt, Deo piacere non posse.

166. Ita & corpus carnalium operum vas est, anima est autem quae in illo venenū alicuius mali facti tēperat, &c.] De hoc Auctoris loquēdi modo, praeterquam quod supra adigimus lib. de Animis, cap. 40. num. 455. Vide latius nostra Prolegomena inter Paradoxa ipsius.

167. creberit Dei regnum per expiationem eorum quae in corpore admisit, &c.] Facit etiam hic locus, sicuti plurimi alij supra, pro meritis operum, contra hodiernos hereticos.

168. Resurgent enim mortui incorrupti, &c.] Alio ordine haec citat Auctor quam habeatur apud Apostolum, illa enim verba ibi intermedia primo loco ponit, & deinde coniungit, sicuti etiam supra lib. 3. adu. Marc. cap. ult. Et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu; ubi videntur pro illa sententia facere qui legunt: ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, pro eo quod alij: ἐν ῥιπῇ, id est: in ista. supra interim lib. de Resurr. carn. cap. 51. eodem quidem modo legit, sed ordine Apostoli seruat. De demutatione autem quid Apostolo dicatur, vide supra dicitur lib. de Resurr. carn. cap. 41. & 42. etiam de illo quod pulchre hic ab Auctore explicatur: Oportet enim corruptium hoc, &c. induere incorruptelam, &c. de illo Matth. 22. Erimus sicut angeli Dei, eiusdem lib. cap. 62. Quibus locis vide & Adnotat. nostras. Atqui castigamus mox secundum vestigia alterius Vatic. MS. iuxta quod etiam supra num. 165. caro & sanguis regnum Dei non consequentur, pro: consequetur.

169. accedit resurrectioni, &c.] Accedere (inquit Rhenan.) frequenter usurpat pro accedens esse, ut in precedentibus: Quod & in ipso hic accedit, & paulo ante: Nisi ex accedentibus supra citata. Magis competat.

170. Vbi est mors victoria tua, vel contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? &c.] Sic hic ex MS. Vatic. addentes tuas; iterum legentes: v. el. pro eo quod substituerat Rhenanus: ubi. Voluit enim Auctor indicare variā eius loci lectionem tam Gracam, quam Latinam, de qua supra latius Adnot. nostras in li. de Resurr. carn. cap. 51. num. 368. nisi forte ex mōdo irrepperit: victoria tua vel; nam Auctori vstratam esse lectionem: ubi est contentio tua, quamquam ordine verborum sequētiū inprimis, ibidem ostendimus.

171. Nec alij Deo gratias dicit, quod nobis victoriam, &c. praestiterit, &c.] Quum hic nihil variet à vulgato Interprete, videtur probabile, utramque illam lectionem Auctore adidisse, quum etiam hic ῥ. νικος usurpet Apostolus. Ceterum ex cap. xvi. Epist. prioris ad Cor. nihil adnotauit Auctor, neque etiam B. Epiphanius, puto quod id Marcion rescidisset.

CAP. XI.

172. Si Deus cōmune vocabulū factum est, &c.] Titulum veterē ad marginem sic auximus: DE PRISTOLA II. AD CORINTHIOS ex cap. I. III. & IIII. nam ex II. nihil adfert. Atqui recte addit: vitio erroris humani, ad idololatriam adludens, qua plures Dei dicuntur & creduntur; de qua supra T. I. Apolog. adu. Gent. & Tom. 2. li. de idolol. locis quam plurimis.

173. Benedictus tamē Deus Domini nostri Iesu Christi, &c.] Istud adfert ex Apostoli 2. Cor. 1. sicuti quod mox subiungit: misericordiarum pater, explicans ex scripturis Gen. 1. & Daniel. 3. illud: Benedictus, &

actiue & passiue.

174. & ab vniuersis benedicitur, habes Daniele, &c.] Quum istud citetur iuxta Theodosionem & IXX. non verò iuxta Hebraeos, Danielis 3. ubi tres pueri hymnum cantasse leguntur: Benedicite, in quo ab vniuersis benedicitur Deus; confirmatur illius cantici auctoritas. Quod etiam Rufinus lib. 2. aduers. B. Hieron. immò & ipse Hieron. lib. 1. Inuect. in eundem, & B. August. sermon. 47. de sanctis, agnoscunt iam tum in Ecclesia vstitatum fuisse. Citantur quoque alicubi supra, nisi fallor, ab Auctore ipso quadam cantici verba. Quare & à B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica citatur illud etiam apud Hebraeos desideratum: Tunc illi tres quasi ex vno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum.

175. misericordias & miserator & misericordia plurimus, &c.] Ordine verborum immutato, & phrasi sua, citat istud ex cap. 3. Ione, addēs & misericordiam praestitam Niniuitis, Jon. 3. Ezechiae, 4. Reg. 20. Achab, 3. Reg. 21. & Dauid, 2. Reg. 12. de quibus penè omnibus, iisdem verbis, supra lib. 4. adu. Marc. cap. 10. Legi autem ex altero MS. Vatic. cod. more Tertulliano: Iezabelis, pro: Iezabel.

176. Accidens enim est quod adscribitur, &c.] Pulchra definitio Accidens.

177. Sic & testamentum nouum, &c.] Quasi aliud agens transit ad illud 2. Cor. 3. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamēti, non littera, sed spiritu; quare recte Rhenan. castigauit: etli non littera, et eius spiritus. Adludit etiam ad id quod praecedit: sed Spiritus Dei viuus, non in tabulis lapideis, quum subiungit: Denique qui litteram tabulis lapideis (Exod. 24.) incidērat, idem & de spiritu edixerat: Effundam, &c. Joel. 3. Rediens verò ad verba 2. Cor. 3. Et si littera accidit, Spiritus verò viuificat, id comparans cum scriptura 2. Cor. 32. non semel supra citata. Atqui B. Epiph. aduers. Marc. ex Epist. 11. ad Cerinth. Confut. 1. maluit in medium adferre illud c. 1. Quotquot enim sunt promissiones Dei, in ipso ipsum etiam sunt, quapropter & per ipsum; Amen Deo.

178. Olim duplicem vim creatoris vindicauimus, & iudicis & boni, &c.] Sic legimus ex altero Vatic. MS. cod. pro: vindicamus; quia adludit ad 2. libr. aduers. Marc. cui huc titulu deditimus: DE DEO IVSTO, ET TAMEN OPTIMO.

179. Cōmemorat & de velamine Moysi quo faciem tegebat in contemptibilē filii Israēl, &c.] De hoc quod sumpsit Apostolus ex cap. 34. Exod. vide supra Adnotat. nostras lib. 4. adu. Marc. cap. 22. num. 344. Atqui & istud, & quod sequitur: Si idēd vt claritatem maiorem, &c. magis paraphrasticōs citat ex Apostolo, quam ad verbu. Legimus Moysi, pro: Moysi, ex Vatic. 2. MS. idque tum hic, tū paulopost etiam sexies.

180. Sed obruti sunt sensus mundi, &c.] Bene habet quod Auctor in hac translatione Latino Interpreti consentiat, quantumvis Gracē sit: ἐπαροῦθη τὸ νοῦμα. Quibus consentit etiam B. Cyprianus li. I. Test. aduers. Iud. cap. 4. quare & hic nimis libera est Clarj castigatio: obcecati sunt. Legimus verò ex altero Vatic. MS. cod. more Tertulliano: De Israēle (pro: Israēl) enim dicit: ad hodiernum vsque velamen id ipsum (subaudi, impositum est) in corde ipsorum. Nihil verò etiā differt in eo quod sequitur, nisi quod phrasi sua dicat deponentaliter: Quum verò conuerterit ad Deum (pro, conuersus fuerit) auferetur velamen.

181. Dicit ergo nos iam aperta facie, &c.] Hic variat

variā ab alij Auctore, quod legat dumtaxat: contēplantes Christum, pro: gloriam Domini; magis verò Graco cōtextui conuenit illud: eadem imagine transfigurati à gloria, &c. in gloriam; Vbi Parenthesi distinximus intermedium illud (qua scilicet & Moyses transfigurabatur à gloria Domini)

182. tamquam à Domino (inquit) spirituum, &c.] Quod mirum est, differi hic ab additionibus omnibus Auctore legens: à Domino spirituum, quum omnes legant in singulari, aut: à Domini spiritu; quomodo B. Ambros. Theoph. & vulgatus Interpretes, aut: à Domino spiritus, sicuti Graci codices hodierni; aut: à Domino spiritu, velut Graci quidam & Syrus Interpretes, aut denique: ad Domini spiritum, si mendosi non sint codices, quemadmodum B. Augustinus lib. de Ciuitate Dei 22. cap. 29.

183. Nos contra sic distinguendum dicimus: In quibus Deus, deinceps: cui huius excaecauit mentes infidelium, &c.] Sic Auctor istud 2. Cor. 4. distinguit, aduersus Marcionem, qui legebat: In quibus Deus cui huius, &c. quamquam interim paulopost nihil facere pro Marcione ostendat, etiam si distinguatur posteriori modo, si per Dominum cui huius interpretetur diabolus; ostendens denique profusus illius interpretationi de Deo creatore, repugnare quod sequitur: quoniam Deus qui dixit ex tenebris lumen splendescere, reluxit in cordibus nostris ad illuminationem agnitionis suae in persona Christi. Sic enim iuxta Apostolum, & ipsum Auctorem supra lib. de Resurr. carn. cap. 49. distinguit, nouam periodum ibi incipiens: Quae dixit: fiat lux? quem postremum locum Apostoli B. Epiphanius aduers. Marc. adfert Confut. 2. ex hac 2. Epist. ad Cor. Atqui priorem illam distinctionem (quam magis etiam probare videtur Tertullianus) desumpsit ex B. Irenaeo lib. 3. cap. 7. qui etiam similes locos hyperbata plenos ex Apostolo citat; quos sequuntur B. Chrys. Theophyl. & alij Graci, quod difficile esset explicare quomodo diabolus Deus huius cui diceretur. Posteriorē maluerim amplecti B. Cyrillus citantibus scholiis Gracis, & B. Ambrosius. Vtramque adiungunt & B. Chrysost. & B. August. lib. 22. contra Faustum, cap. 2. & 9. putans nihil absurdi esse, Diabolum vocari Deum huius cui, quum dictum sit ab Apostolo: Quorum Deus Vener est; & in Psalmo: Dij genium demonia. Prorsus autem legendum: Ita non huius cui Deus, pro: Ita etli, quia hactenus priorem sensum prosequitur, posteriorem dumtaxat incipiens eo loco: Et positum, &c. Vbi etiam sustulit illud: esse, quum sequatur: huius cui Dominum (seu potius: Deum, quamquam noluerim immutare, quod illud legant etiam MS. Vatic.) diabolus interpretati. Atqui: contentus victoriam, in Gentiano phrasi est Tertullianica (etiam adnotante Rhenano) & ne, Gracum est. Aduerbiū, pro certē, profectō.

184. Ero similis altissimi, ponam in nubibus thronum meum, &c.] Infra cap. 17. citat istud Isai. 14. magis conformiter additionibus omnibus (nam hic ordinem immutauit) Ponam in nubibus thronum meum, ero similis altissimo. Est autem vtraque lectio bona, siue: altissimi, siue: altissimo. Veruntamen adhuc paulo aliter legunt additiones aliae, utpotē priori loco: super astra caeli ponam thronum meum, & deinde: ascendam super nubes. Supplementum autem paulopost: Et de illuminatione mundi, &c.

185. Significatum est (inquit) super nos, &c.] Peculiaris est haec Auctoris Psal. 4. lectio, pro eo quod alij

omnes transferunt: Signatum est; Verum videtur Auctor legisse ἐσηματώθη, derivatum à σημαίω, quod & significo, & signo, verti potest, pro eo quod hodie Gracē legitur, ἐσηματώθη à σημαίω. Atqui de phrasi Tertullianica, qua personam, Gracē πρὸς ὄστρον, hic pro facie quater interpretatur, vide supra lib. 3. adu. Marc. cap. 6. num. 39. sicuti etiam de illo ad quod videtur hic alludere ex Theodor. cap. 4. Spiritus personae nostrae Christus Dominus, quum addit: Persona autem Dei Christus Dominus.

186. Qui est imago, inquit, Dei, &c.] Recte praemittit: Vnde & supra Apostolus, quia interponitur ab Apostolo ante illud: Quoniam Deus, &c. sicuti etiam Euangelij mentio, quam praemittit Apostolus: ut non fulgeat illuminatio Euangelij.

187. quam nos ad Ephesios praescriptam habemus, haeretici verò ad Laodicenos, &c.] De hac Epistola aduersus Marcionem, etiam producit testimonia infra cap. 17. Vbi explicatur etiam illud: Meminisse Nationes, &c. sed longè alius verbum magis Apostolo congruentibus; de quo proinde ibi latius num. 270. Hic dumtaxat inde castigamus: etiam sine Deo essent, pro: sine Domino, maxime quum illud explicans subiungat Auctor: Ergo si Nationes sine Deo dixit esse.

188. Quale est autem, &c.] Redit ad Apostolum 2. Cor. 4. Vbi bene habet quod cū Interprete vulgato variat: fictilibus, quod Gracē est ὄστρον, idque non semel; aptissime verò transfertur vox Gracē: ἡ ὑπερβολή, eminentia, non ab Auctore dumtaxat, sed & à B. August. Epist. 154. & serm. 15. de verbis Apostoli.

189. in quibus tanta nos pati dicit, &c.] Tribus verbis duos versus Apostoli expressit Auctor, addens ex versus sequenti: in quibus etiam mortificationem circumferimus Domini; sic enim prorsus legimus pro: Deum quod nullo modo huic loco id competat, tum quod Gracē sit τὸ κρεῖττον ἐν ὄστρον, Vbi Latine hodie legitur Iesu Christi; tum denique quod mox subiungat: in qua & mors Christi circumferretur (nam eo modo vertit etiam B. Ambrosius κρεῖττον.) Et verò mors Dei improprie diceretur etiam de Christo, quod ipsum tamen paulopost repetit, legens cum B. Ambrosio, sicuti Gracē est: vt & vita Christi manifestetur in corpore nostro, & recte, quum apud Apostolum repetatur: in carne nostra mortali. Atqui B. Epiphanius adu. Marc. ex Epist. 2. ad Corinth. Confut. 3. scribit rescidisse intermedium illud: sicut scriptum est: Credi di propter quod locurus sum, inter illa Apostoli verba: Habentes autem eundem spiritum fidei, & nos credimus, quare etiam loquimur.

190. Et quomodo in sequentibus non ad vicia, &c.] Hic nullum ordinem verborum Apostoli obseruat; nam ad temporalia & aeterna nos adhortatur in fine capituli; Vbi bene habet, temporalia, non temporalia, quod Gracē sit τὰ ὄστρον. Et multo ante praemittitur ab Apostolo quod hic sequitur: exteriorem hominem nostrum corrumpi, cui etiam vel ipso teste praemittitur: Et non deficiemus; Vbi mirum est sic legi, quum additiones aliae legant: deficiemus. Deinde sequitur: interiorē hominem nostrum renouari de die in diē. Atqui de exteriori & interiori homine, vide late tractatum supra lib. de Resurr. carn. cap. 40. 41. 42. 43. & 44.

CAP. XII.

191. Terreni domicilij nostri, &c.] Caput hoc inscripsimus: Ex eiusdem Epistolae ca. 5. 6. 7. 11. 12. & 13.

nam ex 8. 9. ac 10. & 14. capitibus nihil adfert Auctor, si- cui nihil ex his omnibus B. Epiphanius. Atqui ex eo quod supra lib. de Resurr. carn. cap. 4. ostendimus, num. 290. le- gere debere: terrena domus nostra: patet etiam hic legi de- bere: Terreni domicilij nostri. Bene autē habet quod cum vulgato interprete interpretetur: non manufactam, voce Græcam ἀνεροπολυτοι: ubi prorsus substitimus: in cœ- lis, prout habet tum Apostolus, tum Auctor bis loco citato, pro: in cœlo.]

192. Ingemere nos de isto tabernaculo corpo- ris terreni, quod de cœlo est superindui cupien- tes, &c.] Sic distinguendum esse hunc Apostoli locum ibi- dem tradidimus num. 291. ex quo loco etiam, & ipso Au- ctore paulopost castigamus: superindui, pro: superinduc- re. Vbi etiam tractatur illud: Siquidem & despoliati non inueniamur nudi: sic enim ex eodem loco secundum Apostolum castigamus, pro: inueniemur. Hic autem pa- raphrasticis transiit de hoc tabernaculo corporis terreni, pro eo quod dumtaxat est apud Apostolum: in hoc, quod adeo parum id desumpsit ex sequentibus hisce ver- bis: Etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis (ubi addit: corporis, ad explicationem maiorem) inge- mimus quod grauemur, &c. Vbi haud dubie legitur vo- cem: ἐν, quæ hodie Græcè desideratur, & vertitur à vul- gato interprete.

193. quod in prima Epistola strinxit, &c.] Loquitur de 1. Epist. ad Corinib. Adnotat autem Rhenan. accipi: strinxit, pro: perstrinxit, hoc est, obiter indicauit, vel leuiter adigit.

194. vti deuoretur mortale hoc à vita, &c.] De hoc vide supra eiusdem lib. de Resurr. carn. c. 42. num. 296. & latissime ex proposito, toto cap. 54. Sicuti de illo: & ar- raronem nos spiritus dicit à Deo habere, cap. 51. nu. 366.

195. & abesse à Domino, &c.] Vide de hoc supra dict. lib. cap. 43. num. 304. & 305. Vbi interim legit pe- regrinari à Domino non semel, quod hic bis transiit: abesse; ut magis explicet verba illa Græca contraria ἐνδύ- μωτες & ἐκδύμωτες; & hic: boni ducere vertit, quod ibi: bonum ducere, Græcè, εὐδουλέω, vel interprete Rhe- nano, qui similem locum adfert 1. Cor. 1. supra huius lib. cap. 5. boni duxit Deus per stultitiam prædicationis saluos facere credentes; quo fit, ut existimem etiam ibi sic legendum: plenitudinem in semetipso inhabi- tate.

196. Atque adeo: omnes ait nos oportere ma- nifestari, &c.] Etiam de hoc latius tractatum habes diēti lib. cap. 43. num. 309. & 310. Hic dumtaxat variat, quod habeat: vt recipiat vnusquisque quæ per corpus ad- misit, illic verò: vt reponeret per corpus secundum quæ gessit; nec mirum, quum etiam Græcè Amphibolo- giasit.

197. Si enim tunc retributio meritorum, &c.] Etiam hoc facit pro meritis operum, sicuti & quod sequitur: dispensationem boni & mali operis, id est, vel Rhe- nano teste, compensationem remunerationis que, nam quod addit, seu potius inquisitionem & examen rerum bene vel male gestarum, non placet; ut potè quum Auctor priori mo- do semper: dispensationem accipiat. Fierum representationem hic accipit pro vera exhibitione.

198. Siqua ergo cōditio noua in Christo, &c.] Cōditio, more Tertulliano, accipitur pro: creatura, Græcè κτίσις. Consentit verò etiam hic cum interprete vulgato Latino vertens: Si qua, pro eo quod Isidorus Cla-

rius cum Erasmo nimis liberè: Siquis. De sequentibus partim verbis ex I. Sai. cap. 43. Vide supra lib. 1. adu. Marc. cap. 20. num. 142. & lib. 4. cap. 1. num. 11.

199. Si etiam iubet, vt mundemus nos ab in- quainamento carnis & sanguinis, &c.] Transiit quasi aliud agens ad cap. 7. quum alibi tractauerit quadam de cap. 6. maxime verò illud: nolite iugum ducere cum in- fidelibus, supra Tomo 2. lib. 2. ad Vxorē. Verum hic lo- cus planè est mutius etiam in MS. Vaticanis, quæ adde- rit restitui per me non potuerit. Hoc interim videtur Velle Auctor: Si etiam iubet vt mundemus nos ab iniqui- namento carnis, & spiritus (id enim addit Apostolus) significat, carnis & sanguinis non opera, sed substantiā capere regnum Dei.

200. Si & virginem sanctam destinat Eccle- siam adsignare Christo.] Hic similiter transiit, præter- missis 8. 9. & 10. cap. ad illud 2. Cor. 11. Destinavi vos virginem sanctam adsignare Christo, nempe Eccle- siam. Vbi vertit, Destinavi, & B. Hier. statui, in Amos Prophetam: quod Græcè est ἵεροσολύμων, quod alij vertere malunt: Aptaui, B. Ambros. Parauit, & vulgatus Inter- pres Latinus, & Syrus, & Firmilianus inter opera B. Cy- priani, Epist. 75. Respondi, à quo etiam non ablutit Au- ctor, quum addit: tamquam sponfam sponso. Deinde sanctam, pro ἀγνήν, quod magis proprie alij omnes trans- ferunt: castam; quorum virumque olim legebatur apud Firmilianum. Denique adsignare, cum interprete Firmi- liani πῶρο γυναικί, quod alij vertunt; exhibere, & Syrus: offerre.

201. Si & pseudapostolos dicit operarios dolosos transfiguratores sui, &c.] Quod hic omittit Auctor, habes supra lib. 4. adu. Marc. cap. 5. Fædè, in- quit, & pseudapostoli, quod per falsum imitentur (hoc est, transfigurati) Apostolos Christi; eosdem lib. de Prescript. adu. her. cap. 4. adulteros euangelizato- res vocat; ubi cap. 6. citat etiam sequentem scripturam: de transfiguratione Satanæ in angelum lucis. Atqui mirum est illud: quem & nos & Marcion nouimus angelum de paradiso, neque enim angelum, sed serpē vo- catur in paradiso, Gen. 3. Satanus; sed non hoc vult Auctor in scripturis id dici, sed fide nouisse & Marcionem, eun- dem esse satanam & angelum malum, qui ibi serpens ap- pellatur.

202. Hic illud fortè mirabor, si proprium po- tuit habere paradysum Deus, &c.] Hic transiit ad c. 12. posteriori ad Corinbios, raptum Apostoli in Para- dysum & tertium cœlum, comparans cum sublatione Helia in cœlum, 4. Reg. 2. De priori tractauit Latinus supra li. de Prescript. adu. her. c. 24. ubi vide Adnot. Quintini nu. 146. de altero lib. de Anima c. 35. & 50. ubi vide Ad- not. nostras num. 564.

203. percutiendi & sæuendi alienum, &c.] sic (inquit Rhenan.) lib. de Resurr. carnis: (nempe c. 32.) Quis ergo discendi magis ad finis quàm præsumendi, & eodem lib. in re aliena salutis, item: in alienam cul- pæ. Adludit autem ad illud Apostoli: adplicatus est mihi colaphizando angelus Satanæ, & iter Domi- num obsecraui, &c. Et dixit: Sufficit tibi gratia mea vt virtus in infirmitate perficeretur. Atqui rursus: æmulantem hic accipit pro: odio (si sic de Deo loqui liceat) habentem. Fortassis adludit ad illud Pro- uerb. 6. Sex sunt que odit Dominus: Oculos elatos, &c.

204. Quid & formam legis adhuc tenet Gala- tarum castigator, &c.] Hoc vult Auctor quod Apo- stolus,

stolus, quamquam ea de causa Galatarum castigator, ad- huc videatur formā legis tenere, per illa 2. Cor. 13. Ver- ba: In ore trium testium staturum omne verbū, quod ex Deo, cap. 19. sumptum est. De quo vide supra Adnot. nostras lib. de Prescript. aduer. her. cap. 22. nu. 135. & lib. 4. adu. Marc. cap. 22. num. 329.

205. Quid & non parfurum se peccatoribus, &c.] Sic pauci reddidit illud Apostoli ibide: qui antè pec- cauerunt non parcamus: adludens ad illud sub finem capi- tū: vt non in præsentia durius agam secundum po- testatem à Domino datam. Vbi consentit vulgato In- terpreti, quod transferat ἀποτόμως χησώματι, durius agere.

CAP. XIII.

206. Quando opusculum profligatur, &c.] In- scriptionem veterem ad marginem tamen reiectam sic di- latauimus: DE EPISTOLA AD ROMANOS ex cap. I. II. III. V. VI. & VII. Sunt autem voces Tertullia- nicæ: profligatur, retractanda, & tramittenda. At- qui legitimus prorsus: qui toties probauerim, cessione eius nullum argumentum præstare, &c. pro eo quod erat corruptiss. contrario sensu: quoties probaueram cel- sionē eius, nullum, &c. idque eo magis quod sequatur: quatenus & ipse Apostolus legem plurimum (id est, interprete Rhenano, maxime, maxima ex parte) videtur excludere: sic enim etiam castigo, pro: ipsa epistola, eo quod sequatur: Sed & iudicem Deum ab Apostolo circumferri, &c. Intelligit autem potissimum librū hunc habitum.

207. Non enim me pudet Euangelij, &c.] Hic incipit tractare verba Apostoli Roman. 1. quædam præ- cedentia & sequentia tramittens, quod sæpius occur- rerint: sicuti initio huius cap. dixit. Bene autem habet quod dicitur, Auctor sicuti Latinus vulgatus Interpres: omni cre- denti, Iudæo (omissa tamen voce: primum, quam omnes legunt) & Græco, &c.

208. Quoniam & iram Dei dicit reuelari de cœlo, &c.] Necessario addimus: Dei, tum quod eam Apostolus habeat, tum quod Auctor subiungat: Cuius Dei ira? & deinceps de ira Dei disceptet, quam an proprie, an pro vindicta acceperit Auctor, vide nostra Prolegomena inter eius Paradoxa. Fortassis legis etiam veritatem Dei, eo quod addat: Ergo & veritas eius non erit, cuius & ira; sed quia Græcè hodie non legitur, addendum non puta- ui. At prorsus lego: detinent, pro: detineant. Porro rectè Rhenan. interpretatur: in vltionem veritatis, nempe recep- ta & explosa.

209. Scimus autem iudicium Dei secundum veritatem esse, &c.] Transiit ad 2. cap. Epist. ad Roman. ubi ex altero MS. Vatican. castigamus: iram ipsam, pro: ipsa.

210. Quantas autem foueas in ista vel maxime Epistola Marcion fecerit, &c.] Indicat se dumtaxat tractare, quæ Marcion eradenda non vidit, quum tamen abstulerit quæ voluit; hinc factum vt paucissi- mos locos Epistole prolixissima in medium producat, sicut etiam B. Epiphanius. Eodem pertinent quæ habet cap. se- quen. Salio & hic amplissimum abruptum interciſe scripturæ, & paulopost: qui tanta de scripturis ademi- sisti.

211. Si enim iudicabit Deus occulta hominum, &c.] MS. Vatican. 2. iudicauit, sed illud habet Apostolus iuxta aditiones omnes.

212. Tam eorum qui in lege deliquerunt, quàm eorum qui sine lege, &c.] Istud præcedit apud Apo-

stolus verba præcedentia, sicut etiam illud: Quia & hi le- gem ignorant (quod legit pro eo quod Apostolus: non ha- bent) & natura faciunt quæ sunt legis. De qua Apo- stoli phrasi vide supra Tomo 2. lib. de Cor. milit. c. 6. num. 56. Atqui etiam B. Epiphanius locum hunc citat adu. Marcionem ex Epistola ad Romanos Confut. 1.

213. secundum Euangelium (inquit) per Chri- stum, &c.] Hoc immediatè sequitur verba num. 217. ubi omittere videtur ex proposito: meum, quod habent alia exemplaria Apostoli; vt magis ostendat: Dei eiu- dem esse Euangelium & Christum, cuius Lex & natura. Est autem notatu dignum supplementum ex MS. Vatican. 2. codicibus: sed in illum, cuius dum hæc sunt, iudicium dico & iram, etiam illa ipsius sunt neces- se est, pro eo quod erat dumtaxat: cuius hæc sunt, & ita.

214. Et ideo vchitur in transgressores Legis, &c.] Vchitur (inquit Rhenan.) pro: inuehitur. Differt au- tem Auctor ab aliis, quod legat, docentes non furari, & furantes, pro eo quod alij: prædicantes. Quod quum Mar- cion in Deum Creatorem retorqueret, id negat ita intelli- gisse; Verum latius de furto quod perperam Aegyptiis im- pingebat ille, supra lib. 2. adu. Marc. toto c. 20. Lego autem mox more Tertulliano: deuertisse, pro: diuertisse, & retineo cum Rhenano in cesserat, quantumuis Vatican. 2. le- gant: ingesserat, ne sit repetitio eiusdem vocis, nam sequi- tur: vt ingesserit.

215. Propter vos nomen Dei blasphematur, &c.] Suprà Tomo 1. lib. adu. Iud. cap. 13. additur: in gentibus, & lib. 3. adu. Marc. cap. 23. ac lib. 4. cap. 14. in nationi- bus, id enim habet tam I. Sai. cap. 52. iuxta LXX. quàm A- postolus, sed ad infinitum hic non faciebat. Verum autem: Propter vos, quod Græcè est, δι ὑμῶν.

216. Præfert & circumcisioni carnis præputia- tionem; apud Deum enim Legis, &c.] Prorsus sic le- gendum & supplendum est, si Apostoli sensum his verbis exprimi velimus, pro eo quod erat contrario sensu: circum- cisionem cordis præputiationi. Nam sequitur ex eius- dem capituli calce: apud Deum enim (sic suppleo) Legis facta est circumcisio cordis, non carnis, spiritu non littera. illud autem de Iudæo in occulto & in aper- to intermedium est inter illa. Atqui ipsa huius loci verba Apostoli adfert B. Epiphanius in Marc. Confutat. 2. ex Epist. ad Romanos, sicuti etiam, præcedentia illa, habentem for- mationem cognitionis ac veritatis in Lege, Con- fut. 3.

217. Tunc lex, nunc iustitia per fidem Christi, &c.] Transiens ad cap. 3. ad Rom. paucissimū hisce verbis comprehendit versus 20. 21. & 22. Atqui omnino legi- mus: Christi distinctio, dispositionum est, (id est, Te- stamentorum, ea enim frequentissime significatione videntur hoc loco Auctor his 5. libris adu. Marcionem) non Deo- rum, pro eo quod erat corruptissime: distinctio disposi- tio nunc est.

218. Monet iustificatos ex fide, &c. pacem ad Deum habere, &c.] In his verbis initio c. 5. comisso toto cap. 4.) Epi. ad Rom. legit Auctor ἐχομεν, id est, habemus, pro eo quod alij ἔχαμεν, habeamus. Atqui aliis omnis tractat Epiphanius adu. Marc. ex epist. ad Rom. Confut. 4. illud: Ad quid (sic enim lego, pro: Adhuc) enim Christus, quum nos essemus debiles adhuc iuxta tēpus, pro impiis mortuus est?

219. Lex autem (inquit) subintroiuit, vt abun- daret delictum, &c.] Verbis his que in fine eiusdem cap. habentur, paraphrasticis addit: vt superabundare;

248. Age nunc qui salutem carnis abnuitis, &c.] Praefatur in verba illa cap. 5. Epist. ad Thessalon. quae mox adfertur: spiritus noster & corpus & anima sine querela in aduētū Domini & saluificatoris nostri Christi conferentur. De quo vide supra lib. de Resurr. carn. c. 47. nu. 342. praequam quod hic magis ad verbum citet, exceptio eo quod addat: & saluificatoris nostri Christi, phrasi Tertullianica; & ibi legat: in praesentia, pro eo quod hic in aduentu; Graeca vox παροισία, verumque significat. Atqui illud: Licet enim & anima corpus sit, quod recte sic restituit Rhenan. etiam ad Paradoxa pertinet, de quibus inter Prolegomena.

CAP. XVI.

249. Cogimur quidem identidem iterare, &c.] Titulum antiquum ad marginem reiectum hunc retinimus: DE EPISTOLA AD THESSALON. II. Atqui ibi patem creatoris adnotat Rhenan. iterum par cum Geniuo conscripsi, sicuti paulo ante: dum alterius pars est, & alia sepe.

250. Iustum sit adfictatoribus nostris rependi adfictationem, &c.] Sic illud venit 2. Thess. 1. ex Graeco ἀποδοῦναι τοῖς ἀδικοῦσιν ὡς ἐσὶν, ἅλ. ἅλ. qui etiam coniungit huius versui: & in flamma ignis (in quo cum interprete Latino vulgato conuenit, quantumvis Graecè legatur, ἐν πυρὶ φλογος) qui ab aliis omnibus sequenti versui iungitur. Omittimus autem: &, ante illud: in reuelatione Domini, sive: in reuelationem, quod habent 2. MS. Vatic. cod. & perinde est.

251. Sed flammam & ignem delendo haereticus exiit, &c.] Vel hinc patet verum esse quod scribit B. Epiph. adu. Marcionem, nihil se etiam tractare de hac Epistola, quod nimium eam peruenierit. Rhenanus verò: notitatem interpretatur, nostrae partii.

252. Quum enim ad vltionem venturum scribat, &c.] Sic paraphrasticè vertit quod est apud Apostolum: ἀντὶ τῆς ἀδικίας, & ad verbum ex Graeco ἀποδοῦναι τὸ οὐκ ὀφειλόμενον, poenam luitoris exitialem aeternam, & à gloria valentiae eius, ut sic quasi aliud agens explicet quod praemisit, angelis virtutis suae, ubi eadem est vox Graeca τῆς ἰσχύος. Atqui sunt voces Tertullianicae, obaudiant, & obaudientes.

253. Quis est autem homo delicti, &c.] De huius scripturae 2. Thessal. 2. interpretatione vide supra lib. de Resurr. carn. c. 24. & ibidem Adnot. nostras nu. 201. & 202. Quibus adde, quod hic etiam per hominem delicti, seu delinquentiae, Antichristum intelligit, ad haereticos Marcionis, Antichristi persecutores, quorum sit mentio 1. Joan. 4. id refert. Atqui ex illo loco, & Apostolo ipso castigauimus: super omne quod dicitur Deus & omnem religionem (Graecè ἡ σέβασμα) cōfessurus in templo Dei, &c. Graecè ἡ σέβασμα pro eo quod eras: & omnem religionem consecuturus in templo Dei.

254. Cuius virtus autem ex duobus; quæro, cur veniat in omni virtute, &c.] Sic proculdubio distinximus hunc locum omitentes cum altero cod. MS. Vatic. est, intermedium. Atqui etiam hic locus scripturae supra citatur lib. de Resurr. carn. ubi atque portentis mendacij, quod hic ostentis mendacij, & vulgatus Latinus Interpres: prodigijs mendacibus, Syrus: miraculis falsis; quae omnia significantur vocibus Graecis: τὰ φεῖστα. Ibi etiam addit ex Apostolo, quod hic desideratur: & in omni seductione iniustitiae iis

qui percunt, pro quo hic illud maluit adferre: propter ea quod dilectionem veritatis non susceperint, ut salui essent. Nouè verò transulsi: propter hoc erit eis instinctum (neuro genere, phrasi Tertull.) fallaciae; pro eo quod ipse mox Auctor: operatione fallaciae, & fallaciae immisione, & alij ex Graeco ἐνέγραψεν πλάγῳ, mittet illi operationem carnis, ut addudatur ad illud Isai. 5. Dominus miscuit illi spiritum erroris, sicuti alibi citat B. Hieron. Et verò cum vulgato interprete Latino vertit: consenserunt, quantumvis Graecè sit ἐδούλωσαντες.

255. ex submissu erroris, &c.] Submissus (inquit Rhenan.) us, sui, pro submissione, cui & subicit: creatori submittat.

256. Proinde dixerim, quale est illi Satanas, &c.] Adludit ad illa verba Apostoli supra citata secundum operationem Satanae, deinde & ad illa praecedentia: quae Dominus Iesus interficiet, sive: occidet. Item ad illud: quod elegit nos Deus in salutem, & in fide veritatis, &c. per Euangelium. Iram autem per vltionem hic usurpat. De Proverbio autem: de gradu cadere, vide Prolegomena nostra. Atqui lego cum vtroque MS. Vatic. semel vnito Euangelij instrumentum, pro: semel vnico, & competet materia vindictae, pro: competit.

257. Iubere autem operari eum qui velit manducare, &c.] Hic transit ad illud 2. Thessal. 3. operantes panem suum manducant.

CAP. XVII.

258. Ecclesiae quidem veritate, &c.] Inscriptio-nem veterem ad marginem reiectam retinimus: DE EPISTOLA AD LAODICENOS, sive AD EPHESIOS, ex cap. 1. & 11. Pulcher est autem locus iste ad confirmandam Ecclesiae veritatem, in adprobando titulo Epistolarum, immò ipsi Epistolis Pauli, & toto Scripturae vtriusque Testamenti Canone.

259. ad Ephesios, &c. non ad Laodiceos, &c.] Similiter supra cap. 11. de alia Epistola, quam nos ad Ephesios praescriptam habemus, haereticus verò ad Laodiceos. Eodem pertinet & illud B. Epiph. Confut. 1. ex Epist. ad Laodiceos: Non enim visum fuit miserimo Marcioni hoc testimonium ex Epistola ad Ephesios citare, sed ex Epistola ad Laodiceos, quae non est in Apostolo. In hoc falsus interim, quantum apparet, quod putari inter Epistolas à Marcione receptas, fuisse & Epistolam ad Ephesios, & Epist. ad Laodiceos fragmenta, non animaduertens id quod ex Epistola ad Laodiceos citat, reperiri 4. cap. Epist. ad Ephes. Forasus occasionem dedit Marcioni huius tituli huius Epistolae imponendi, quod legisset Colos. 4. Salutate fratres qui sunt Laodiceae, & quum lecta fuerit apud vos epistola haec, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur, & ex qua Laodicensium est, vobis legatur. Verum rectè post B. Chrysostr. Theodoretus in Comment. Epist. ad Coloss. Diuus, inquit, Paulus non dixit: Ea quae est ad Laodiceses, sed eam quae est ex Laodicea, Graecè τὴν ἐκ Λαοδικείας, quam Theophil. putat esse 1. ad Timotheum, de qua Graeca exemplaria sub sinem adscribunt: Ex Laodicea. Quare B. Hierony. Catal. Scriptor. Legunt, inquit, quidam & ad Laodiceses Epistolam, sed ab omnibus exploditur, & Philastrius Catal. haer. cap. 89. dicit in Ecclesijs non fuisse receptam. Quare & inter Apocryphas scripturas rectè collocat Sixtus Senensis Biblioth. Saec. 1. l. 1. eam qua Lutetia existat, cuius exemplar ibidem adfert, titulo Epistolae ad Laodiceos.

160. secun-

260. secundum boni existimationem, &c.] Boni existimationem trātulit τὸ δὲ δόκιμον, sicuti supra: boni ducere, cap. 12. num. 195. At autem autem hic ordinem verborum Apostoli; nam illud: quam proposuerit in sacramento voluntatis suae, praecedit verba iam citata, ubi videtur per illud Apostoli sacramentum, sive mysterium intelligere suae voluntatis.

261. sicut verbum illud in Graeco sonat, &c.] Intelligit: ἀνακεφαλαίωσε, quod: recapitulare sonat; id est (quod tamen puto ex margine in textum irrepisse) ad initium redigere, vel ab initio recensere. Quorum illud sequitur infra Tom. 5. lib. de Monogam. In Christo (inquit) omnia reuocantur, sive recipiuntur ad initium; sicut paulo post: ad recensenda omnia in Christo. Variat enim modò legens secunda est in exemplaribus Pauli omnibus: in Christo, modò in Christum. Supplemus verò mox: à quo & tempora, ex vtroque Vatic. MS. cod.

262. Quod si non capit &c.] similis (inquit Rhenan.) locutio per verbum capit, imitatione Graecorum, qui ἐνδέχεται sic usurpare solent impersonaliter, ut illa paulo ante, cap. 14. Animale dici capit, item illa lib. 3. cap. 6. id enim intelligi vel non intelligi capit; & alia innumerata.

263. Ut simus in laudem gloriae, nos qui praesperauimus in Christum &c.] Graecè ὑποκατακόποι, quod ipsum, sicuti Auctor interpretatur Comment. B. Ambrosii de Apostolo ex persona Iudaeorum, & de Nationibus, quod sequitur: In quo & vos quum audissetis sermo nem veritatis Euangelium, nempe speratis; quam vocem etiam legisse videtur B. Hieron. Atqui distinguo nouam periodum iuxta Apostolum: In quo credidistis (Graecè πισθώσατε, id est, potius, postquam credidistis) & signati (cōformiter Latino Interpreti, quantumvis Graecè sit ἐσφραγισθητε) estis spiritu promissionis eius sancto.

264. Sed & pater gloriae ille est, &c.] Adludit ad illud eiusdem capituli, ut &c. pater gloriae det vobis spiritum sapientiae, &c. illuminatos cordis oculos (ubi cum vulgato interprete vertit: cordis, quantumvis Graecè sit διανοίας) ut sciatis quae sit spes vocationis eius, & quae diuitiae haereditatis in sanctis. Vbi mirè est omissam vocem intermediam: gloriae, quam tamen habent omnia Latina, Graeca et Syriacum exemplaria.

265. Ille inoperatus est in Christum valentiam suam, &c.] Pergit in verbis Apostoli paraphrasticè citatas: secundum operationem, Graecè ἐπέσειον, potentiae, valentiae suae, Graecè τῆς ἰσχύος, quam inoperatus est, ἐπέσειον in Christum, more Tertullianico, suscitando eum à mortuis, & collocando eum (sicuti & B. Ambrosii.) ad dexteram suam, & subiiciendo omnia.

266. quum dicit: Illos delictis mortuos, &c.] Transit hic ad cap. 2. Epist. ad Ephesios. Vbi imprimis solium habet: delictis, quum iuxta aditiones omnes addatur: & peccatis; immò B. Hieron. distinguit inter delicta, τὰ προσηλάματα & τὰ ἀμαρτήματα, tanquam inter leuiora & grauiora; verum solus Auctor potius delicta sumere pro grauioribus, sicuti alibi etiam adnotauimus, praetermittens etiam voces: spiritus, & nunc, quas similiter habet Apostolus. Suppletur: principem potestatis aëris huius, quantumvis Graecè hodie & Syriacè nō legatur: huius, quia mox paulo post sic legit Auctor. Videtur autem legisse ἐν τοῖς νότοις ἡ ἀπειθείας,

quam vertit: in filiis incredulitatis, nec aliter Interpretis vulgatus Latinus, qui vertit: diffidentiae, tum hic, tum infra Ephes. 5. venit ira Dei in filios incredulitatis, sive: diffidentiae, pro eo quod alij ἀπειθείας, id est: inobedienciae, quare hic nimis libera castigatio Isidori Clarissimi, maxime quum etiam incredulitatem explicet Auctor, quam ipse potius (nempe Deus creator) & à Iudaeis (sic enim suppleo ex Vatic. vtroque MS. cod.) & à nationibus patitur.

267. si tamen ita & Apostolum legi volunt, &c.] Hoc addit Auctor propter variam distinctionem 2. Cor. 4. quorundam & Marcionis, sicuti hic: In quibus Deus aui huius, ut de diabolo intelligatur; aliorum: In quibus Deus aui huius excacauit mentes infidelium; de quibus supra vide Adnot. nostras ad huius lib. cap. 11. num. 183. Atqui mox legimus: Sed & in Iudaismo conuersatus Apostolus, omisso: fuerat, intermedio, ut sensus magis constet. De illo verò explicat illud: in quibus & nos omnes conuersati sumus in concupiscentiis carnis.

268. Propter quod & iracundiae filij fuimus (inquit) sed natura, &c.] Sic rectè hunc locum restituit ex Gortienis codice Rhenan. sunt enim verba Apostoli, sicut etiam illud: sicut & ceteri; ubi sic distinguendum censui: Ad summam subiungens: sicut & ceteri, &c. apparet, &c. Legentes cum prima editione in margine: quam & ipse suam fecit, pro iam.

269. Ipsius (inquit) sumus factura, &c.] Quum subiungit: Aliud est enim, &c. (sic enim suppleo) distinguit Auctor inter facere, ποιῆν, & condere, κτίζειν, referens primum ad substantiam, alterum ad gratiam, quomodo iterum paulo post intelligit illud: ut duos conderet in semetiplo.

270. Memores, vos aliquando nationes in carne fuisse, &c.] Sic suppleo locum hunc ex Apostolo ipso, iuxta aditiones Graecam & Syriacam, omisso: qui, intermedio, quod habent quaedam exemplaria Latina, sed obsecrè. Clarus etiam expressit: Quod effectus illo in tempore (nam etiam hoc sic suppleo) sine Christo, &c. idque etiam supra c. 11. n. 187. ubi hunc locum Apostoli citauit. Ex quo loco quum ibi legatur, sicuti & hic mox: & spe promissionis, distinxit iuxta Graecos & plerosque Latinos: & promissionis eorum spem non habentes, pro eo quod erat secundum aliorum & Syriacum distinctionem: peregrini testamentorum & promissionis eorum, spem non habentes; quam vocem etiam sequitur B. Epiph. aduers. Marcion. Confutat. 1. ex Epist. ad Ephes. ubi tractat hac & sequentia, sed paulo aliter ea distinguit. In eo autem nihil differt ab alijs quod mox citat: At nunc (inquit) in Christo, vos, qui eratis longè, facti estis propè in sanguine eius.

271. qui fecit duo vnum, &c.] Quum Graecè sit ἀμφότερος, melius verterunt alij Interpretes: utraque; at clarus est illud: soluto medio pariete (μεσοπέτρῃ) inimicitia in carne sua; ut sic ostendat vocem: inimicitiam, sicuti quidam Latini codices legunt: inimicitias, appositivè referri ad medium parietem. Hoc mirum, quod omitat maceriae, Graecè τῆς πέτρης. Vbi adnotatu etiam digna hic Marcionis deprauatio, qua abstulerat vocem: sua, ne cogere fateri carnem Christi. Iterum autem adnotauit phrasin Auctoris Rhenani: Christo amulæ, nempe amulæ cum Dattivo.

272. Non Marrucine, sed Pontice, &c.] Mar-
OOO

rucini inquit Rhen. Plinio teste, populi sunt Italiae, Ferrentanis & Reatinis proximi. locus est in gentem. Latio nihil cultius, nihil barbarius Ponto.

273. Si legem præceptorum sententiis vacuam fecit, &c.] Hanc quã addit interpretatione: adimplendo certè legem, &c. sequitur etiam Theophil. alij Interpretes diversa sequuntur. Quandoquidem autem Marcionem adloquitur, præceditque: confessus es, &c. negas, prorsus etiam legendum: non potes facere, pro: potest. Atqui non potest certè quid ex contextu collegi, an illud: in vnum nouum hominem (Græcè etiam in Accusativo legitur) debeat constitui cum precedentibus: vt duos conderet in semetipso, quod mihi placet, an verò cum sequentibus: faciens pacem, &c. Vertit etiam clarus illud: quum interfecisset inimicitiam, τὴν ἐχθρῶν, in eo (Græcè, ἐν αὐτῷ) per crucem.

274. Hoc itaque.] Paraphrasticus etiam expressit istud: Hoc itaque adnunciantem pacem iis qui propè, & iis qui longè, (semel dumtaxat legimus Græcè εἰρήνην) accessum (non aliter transferens quàm vulgatum Interpres vocem εὐροασάων) consecuti simul ad patrem; iam non sumus peregrini (ξένοι) nec aduena; sed cõciues, συμπολιταί, sanctorum, sed domestici Dei.

275. Superædificati super fundamentum Apostolorum, &c.] Legi præterea debere, sicuti hodie est, & Prophetarum, indicat Auctor, quum subdit illud abululisse hæreticum, nempe, Marcionè. De eodem paulo post sicuti castigandum disco: De manibus hæretici præcedentis (pro eo quod erat corruptissimè: præcedentis) non mitior, si syllabas subtrahit, quum paginas totas plerumque subducit.

CAP. XVIII.

276. Datam (inquit) sibi Apostolus, &c.] Caput hoc inscripsimus: De eiusdem Epist. ad Ephes. c. iij. i. iij. v. & vi. In his autem verbis Ephes. 3. differt à Latino & Syro Interpretibus, quod legat, nouissimo, (quum Græcè sit ἐλαχιστότερον, quod vulgatus Interpres Latinus aperitiùs: minimo) omnium, omittens cum Græcis exemplaribus hodiernis: sanctorum. Et rursum ab omnibus variat in eo, quod præmittat illud: in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. Adidit autem etiam Marcionem rapuisse Præpositiõnem: in, vbi legitur occultati ab æuis in Deo, qui omnia condidit, sed falsum emicare ex sequentibus: vt nota fiat principatibus & potestatibus in supercœlestibus (Græcè ἐπουρανίους) per Ecclesiã, multifaria (sive secundum alterum Vatic. MS. cod. multiuaria, Græcè πολυποικίλιος) sapientia Dei. Atqui alter Vatic. MS. cod. legit: quas nouimus in Prophetis habuisse formas, vt referatur ad id quod præcedit de allegoriis: pro eo quod alij: Quas nouus in Prophetis habuisset formas: sed neutrum placet.

277. Captiuam duxit captiuitatem, &c.] Transit ad 4. cap. Epist. ad Ephes. prætermittens hinc præcedentia, quæ aduers. Marcion. citat B. Epiph. ex Epist. ad Laodic. Confut. 1. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, &c. tum quod hinc præmittat, & dicat se velle de allegoriis Apostoli Epistolam necesse, illud verò minime sit allegoricum; tum quod etiam de Prophetis id non sumperit Apostolus, sicut istud testimonium ex Psalmo 67. Quod ipsum latius & citat & explicat supra cap. 8.

278. verè eum & visibilem excondis præliatorem, &c.] Videtur (inquit Rhenan.) excondis si non

est mendosa dictio dictum pro educis, vt excondo oppositum sit ei quod est recendo. Vide autem istorum latius tractatum adu. Marc. lib. 3. cap. 13. & 14.

279. Deponentes mendacium, &c.] Hæc & alia sequentia vsque ad cap. 4. ad Ephes. latius tractat Auctor supra lib. de Resur. carnis, cap. 45. Vnde iuxta Apostolum ipsum suppleui: ad proximum suum quisque; legens: &: Irafcimini, &c. ac: Sol (omisso: vt, iuxta alterum MS. Vatican.) non occidat, &c. Que mandata, & sequentia de Prophetis sumpsisse Apostolum probat Auctor.

280. Nolite communicare opetibus tenebrarum, &c.] Omisisti alius multis intermediis, hoc mandatum Apostoli Ephes. 5. prioribus coniungit, vbi omittit: infructuosus. Atqui B. Epiph. adfert illud eiusdem cap. post hæc dicta iam verba: Surge qui dormis, &c. Aduers. Marcion. Confut. 2. ex Epist. ad Ephes. dicens: quod mirum est, ex Helia Propheeta illud ab Apostolo citatum. Ceterum eiusdem cap. sunt & illa præcepta: Nolite inebriari vino, &c.: In Psalmis & hymnis cadentes Deo.

281. Et potum dabatis sanctis meis vinum, &c.] Sic omnino lego, pro eo quod erat: dabitis, nam sic legitur tam iuxta Hebræos quàm iuxta LXX. Amos 2. præterquam quod LXX. sanctos sive sanctificatos verterunt, pro: Natiuitas. Atqui adnotauit Rhenan. Semina præceptorum esse initia quadam; augmenta verò additiones & expositiones eorundem.

282. Ceterum mulieres vitis subiectas esse, &c.] In his Apostoli eiusdem capituli verbis nihil variat ab aliis Auctor, neque in sequentibus, vsque ad illud: carnem suam diligit, qui vxorem suam (id suppleo ex 2. Vatican. MS.) diligit, sicut & Christus Ecclesiam; quia non solum ordinem immutat, sed & verbum; pro eo nempe quod habet Apostolus: Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit, transulit: carnem suam diligit; id comprobans ex illo: Nemo carnem suam odio habet; quod miror, quum additiones omnes legant: habuit. vbi ex utroque MS. Vatican. suppleo: sicut & Christus Ecclesiam.

283. & honorabit, & coronabit, &c.] Ergo (inquit Rhenan.) lib. de Resur. carnis, pro mendoso verbo inorabitur, aptè legimus: coronabitur. At enim (inquit) illic & calix benè sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, coronis quoque potatoris sui coronabitur, aut aspergine florum honorabitur. Vide interim ibidem Adnot. nostras cap. 16. n. 125. de lectiõne MS. cod. Vatican. inorabitur.

284. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c.] Sed castigauimus hunc locum, pro eo quod erat: Propter hanc, tum quod legat Auctor supra lib. de Anima, cap. 11. & 21. tum quod Græcè sit ἀντὶ τῶν τῶν apud Apostolum, & ἐνεκεν τῶν τῶν, Gen. 2. vnde desumptum est; legentes etiam sicut alibi semper: in carnem vnam, pro: in carne vna, quod Græcè sit utrobique εἰς ὁμοῦ μίον. Quod hinc adnotandum fuit, vtpote omisissim dicto posteriori loco iam citato, quod tamen Lectorem remiseram ad Adnotat. nostr. in cap. 11. num. 144. maxime quum etiam B. Epiph. aduersus Marcionem Confutat. 3. ex Epistol. ad Ephes. nobiscum consensiat, quum Interpres prius illud transulit: Huius rei gratia.

285. Sacramentum hoc magnum est, &c.] Vide Adnotat. nostras dicto num. 144. & num. 270. item lib. aduers. Valentin. cap. 30. num. 328. & maxime lib.

lib. de Præscript. adu. har. cap. 40. num. 248. Hoc adiciamus peculiariter hinc loqui quinquies Tertullianum, non de Sacramento, quatenus generaliter mysterium significat, sed eadem significatione quã alibi baptisimum & Eucharistiam sacramenta nuncupauit, vel hinc conuinci, quod addat: ostendit figuram sacramenti ab eo præministratam, cuius erat vtique sacramentum, nempe à Deo in Adamo. Et verò absurdum videtur nudorum signorum sive mysteriorum figuram præcepisse, nisi talibus qua sint etiam alterius mysterij effectus signum, sicut Sacramentum Matrimonij non modo coniunctionis Christi & Ecclesia, sed inuisibilis gratia, nempe pacis inter coniunctos, & coniunctionis inseparabilis & immunitatis à malo, sicut loco postremo latius deducimus. Quare valeat Erasmus, qui calumniam, dum negat, Adnotat. in Nouum Testament. à B. Hieron. Augustino, Ambrosio, aut alijs Patribus matrimonium appellari Sacramentum, ea significatione qua nunc utimur.

286. Obadiant & parentibus filij, &c.] Transit hinc ad c. 6. Epist. ad Ephes. Rursum verò more Tertullianico: Obadiate, pro: obedite. Rectè autem adicit: Nam est Marcion abstulit (more aliorum hæreticorum) Hoc est enim primum in promissione præceptum, &c. legem loqui: Honora patrem & matrem; ac si diceret, sufficere contra ipsum, quod Exod. 20. reperitur illud hinc ab Apostolo citatum; deinde etiam satis esse ad confirmandum matrimonium (quod ille, quia reprobabat, mittebat ubique poterat, mentionem parentum & filiorum) quod sequitur apud eundem; &: Parentes (pro quo malim: Patres, iuxta ceteras adiciones omnes, nisi illud haberent etiam MS. Vatican. cod.) enutrite filios in disciplina & correptione. Vbi benè habet, quod non aliter quàm Interpres vulgatus vertatur correptione, vox Græca vs. δέσποια.

287. Quò iam mihi duos Deos, &c.] Quò (inquit Rhenan.) ad quem usum, vt supra locutus est non semel.

288. Sed aduersus munditenebras luctatio si nobis, &c.] Sic vertit quod Græcè est κοσμονομίτης, quomodo etiam munditenebram vocat diabolum, supra lib. aduers. Valentin. cap. 22. Pro quo B. Hieronimus in Psalm. mundipotentem, Latinus vulgatus Interpres: mundi rectores, & B. Hieronymus in Comment. mundi dominos, B. Cyprianus. mundi principes. Legimus autem rursum more Tertullianico: quanti (pro quot, sicuti adnotauit Rhenanus) iam Dei creatores, & paulo post: An sicut duo Dei, pro: Dij, quod erat utrobique; maxime quum sequatur: Aut enim ambo & Dei.

289. Porro quum supra quidem induere nos iubear armaturam, &c.] Dicit: supra, quia præcedit istud verba præcedentia. Mirum verò est non addit: Dei, quod habent editiones Apostoli omnes, consentiens Interpreti vulgato, quod legat armaturam, quantumvis Græcè sit πνευματικῶν; ad quem etiam proximè accedit, quod vertit aduersus machinationes diaboli, pro quo ille: insidias. Et rursum in eo quod max citat, repetens præcedentia, potestates & munditenebras tenebrarum istarum; quomodo etiam B. Cyprianus, Epist. 56. ad Thiburt. lib. 3. Testim. cap. 117. quare etiam hinc nimis libera fuit Isidori Clarij castigatio.

290. Ipsum vocabulum diaboli, quæro ex qua delatura, &c.] Iudicat nomen diaboli deducitum à

voce διαβολῆ, id est, calumnia delatione, sive, vt loquitur Auctor: delatura. Quæ vox referri debet, inquit Rhenan. in eorum nominum classem, qualia sunt: lacerta, paratura, supparatura, occurtura, suffectura, fluxura, subiectura, factura, inscriptura.

291. Nec spiritalia autem nequitiæ, &c. in cœlis, &c.] Eodem modo vertit istud Auctor supra lib. de Præscript. aduers. haret. cap. 39. ac 40. ac lib. de Anima, cap. 57. nec multum differt lib. 3. aduers. Marc. cap. 14. quum vertit paraphrasticus: spiritalia hostes nequitiæ, & similiter B. Cyprianus locis citatis; quare & hinc nimis liberè castigauit Clarus: spiritalia nequitiæ; maxime quum Græcè τὰ πνευματικὰ καὶ τὰ πονηρὰ. Videtur autem legisse Auctor ἐν οὐρανοῖς, qui in cœlis, vertit & explicat, pro eo quod hodie est Græcè ἐπερὶ οὐρανοῦ, id est, cœlestibus seu potius supercœlestibus. Et verò etiam aliud legisse videtur Syrus Interpres, dum vertit: qui sub cœlo sunt. Legimus autem ex altero Vatican. MS. cod. significabant, pro: significabant. Item: & quale erit, pro: erat.

292. qui in catenis iam constitutus, &c.] Hic paraphrasticus & pro suo instituto inuerso ordine aduertit ad tres versus Apostoli sequentes, vbi mandat ex postulare à Deo, vt detur sibi sermo in apertione oris, cum fiducia (quam hinc constantiam vertit) manifestandi sacramenti (quod hinc pro mysterio accipit) idque iam in catenis constitutus ob libertatè prædicationis.

CAP. XIX.

293. Soleo in præscriptione aduersus hæresis omneis, &c.] Capituli huius veterem titulum ad marginem reiectum reuimus: DE EPISTOLA AD COLOSSENSIS. Atqui adluere mihi videtur ad lib. de Præscription. aduers. hæresis omneis, vbi priorem vindicat regulam nostram omnî hæretica posteritate, maxime cap. 29. 30. 31. & 32. quod ipsum etiam his sequentibus Apostoli verbis Coloss. 1. comprobatur.

294. Despe reposita in cœlis, quam audistis, &c.] Hic in hoc variat, quod alij omnes legunt: Propter spem quæ reposita est; item in illo: quod peruenit ad vos sicut & in totum mundum, pro eo quod alij: in vniuerso mundo; quomodo etiam distinguit, vt ad præcedentia cum Interprete vulgato referatur, Syrus Interpres. Quare etiam hinc nimis libertas Clarij, qui emendauit: sicut & in vniuerso mundo etiam fructificat.

295. nedum Antoniniani Marcionis, &c.] Ergo (inquit Rhenanus) lib. 1. aduers. Marc. cap. 19. legendum: De quo tamen constat, Antoninianus hæreticus est sub Pio, impius; de quo vide plura dicti lib. cap. 19. num. 128. 130. & 131.

296. Inuisibilis Dei imaginem, ait Christum, &c.] Deum patrem inuisibilem etiam ex Veteri Testamento comprobatur, citans illud: Deum nemo videbit, & vitæ; sic enim castigauimus, pro: Dominum, quod semper ita citet Auctor, tum supra sepius, tum infra à lib. aduers. Præcean. Maxime quum Deum filium, quem scriptura Dominum vocat, etiam hinc dicat semper retrò visum; de quo inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis latius.

297. Si non est Christus primogenitus cõditionis, &c.] Mirum est Auctorem omittere: omnis, quod tamen habent alij omnes. Cõditionem verò iterum hinc

accipit pro: creatura, sicut etiam in hoc ipso capite: co-
lentes conditionem aduersus creatorem. Citas au-
tem scripturam Fran. 1. confirmat iterum lectionem vul-
gati interpretis & Latinorum Patrum: & sine ipso fa-
ctum est nihil, de quo latius supra lib. de Resurr. carn.
cap. 5. num. 50.

298. Si non in illo cōdita sunt vniuersa in cœ-
lis & in terris, &c.] Etiam in hoc differt, quod legat bñ:
& in terris, aliter quàm reliqui omnes: in terra. in reli-
quis consentit cum interprete vulgato Latino, etiam legēs
& explicans, vel Erasmo teste: Et ipse est ante omnes;
quare & hic nimis libera Clarij castigatio: ante om-
nia, maxime quum Græcè, πῶς πάντων, sit indifferens
ad utrumque. Atqui à Marcione hac detracta fuisse pau-
lopost indicat Auctor. Qui ad hunc locum aduicit supra
in Argumento verbis citatis lib. 1. aduersus Marc. c. 16.

299. Quomodo item boni duxit (διδόντες)
omnem plenitudinem in semetipso habitare, &c.]
Legimus: item, pro: autem, ex utroque Patric. MS. cod.
Cum Græcis verò Syroque exemplaribus, ac BB. Hilario
& Ambrosio, in hoc consentit, quod omittat Vocem: di-
uinitatis, in quibusdam Latinis exemplaribus additam.
Paulo post expressit: reconciliat omnia in semetipsum,
quod Græcè est: εἰς αὐτὸν. Pulchre autem distinguit inter:
conciliari & reconciliari.

300. Ita & nos quondam alienatos, &c. redigit
in gratiam, &c.] Redigere in gratiam accipit pro:
reconciliare, uti patet ex verbis Apostoli, ad quæ ad-
huc, paulo post citatis: reconciliari nos ait in corpo-
re eius per mortem. Verum de hoc loco vide supra lib.
de Resurr. carn. cap. 23. num. 182.

301. adimplere se reliqua pressurarum Christi
in carne, &c.] Quod Græcè est τὸ ὑπεβήματα, vertit:
reliqua, & similiter B. Ambrosij, qui in sensu nihil dif-
ferunt à vulgato interprete. Mox autem addit: Nam &
supra, quia ante iam dicta verba habetur, quod sequitur.

302. At quum mouet cauendum à subtililo-
quentia & Philosophia, &c.] Hæc verba Apostoli
aliter citat & alio ordine supra lib. de Præf. adu. hæret.
cap. 7. nempe sic: Videte ne quis circumueniat vos
per philosophiam & inanem seductionem (pro
quo hic amplius: cauendum à subtililoquentia &
Philosophia, vt inani seductione) secundum tradi-
tionem hominum; quibus hic præterea addit, & ex-
plicat: quæ sit secundum elementa mundi; sic enim
lego, pro: fit, ex utroque cod. MS. Patric. Atqui de eo quod
sequitur: hac sententia omnes damnari hæretes, latè
ibidem tractauimus nu. 36. & adrigimus lib. adu. Her-
mogen. cap. 8. num. 32. Proinde perperam istud quidam
transcendere conantur Traditiones Ecclesiasticas. Sive
autem legas subtili eloquentia, & mox: subtilis elo-
quentia, ac: subtili eloquentia cum altero Pat. MS. cod.
sive subtililoquentia, ac: subtililoquentia, non refert.

303. Sed Marcion; &c. de Epicuri schola, &c.
Dominum inferens hebetem, &c.] De hoc vide su-
pra lib. adu. Valent. cap. 7. num. 61. & alibi frequenter.
Quod verò Marcion collocat cum Deo creatore
materiam, supra lib. 1. adu. eundem cap. 15. idque sum-
pisse cum de porticu Stoicorum, tractauimus dist.
lib. de Præscript. adu. hæret. num. 51. & latius lib. aduers.
Hermog. cap. 1. n. 11. ac cap. 8. num. 32. Quod denique negat
carnis resurrectionem, frequētissimè repetitum
fuit in huius libri adu. eundem, & ex præfesso lib. de Re-
surr. carn. cap. 2. Atqui rectè interpretatur Rhen. Cuius
ingeniis, pro: A cuius ingeniis. Legimus autem ex

2. Vatic. MS. cod. & omnia illum ex nihilo protulit-
se, pro: potuisse.

304. & Christum ex vulua virginis natū, &c.]
Quæ fuerit hac de re Auctoris sententia, vide Paradoxæ
eius inter nostra Prolegomena.

305. Denique si nos Deus cum Christo viuifi-
cat, donans delicta nobis, &c.] Supra latius istud
Apostoli citat & tractat lib. de Resurr. carn. cap. 23. ubi
vide Adnotat. nostras num. 183.

306. Nemo vos iudicat in cibo & potu, &c.] In
hoc differt à reliquis Auctor, quod per conuictiones ef-
ferat, quod alij per distinctiones; item quod singulari
numero dicat: quæ est umbra futurorum, sicuti e-
tiam B. August. qui Auctori consentit lib. 6. aduers.
Faustum, quod cum aliis & B. Epiphani. plurali Consu-
tat. unica ex Epistol. ad Colossen. aduers. Marcion. ubi hoc
ipsum tractat.

307. Si autem & aliquos taxat, qui ex visioni-
bus angelicis, &c.] Paraphrastice conuincit & ver-
bis paucioribus reliquum cap. 2. ad Coloss. quod expressit
Apostolus sex versibus. Vbi imprimis explicat supersti-
tionem angelorum, Græcè θεογονίας, eorum qui ex
visionibus angelorum dicebant cibis abstinendū,
decernentes, sive ut supra legit lib. de Resurr. carn. cap.
23. sententiam ferentes; ne adtigeris neque gusta-
ueris, Græcam secutus adnotationem (sicuti etiam Syrus In-
terpres, & Latini quidam codices) præterquam quod
omittat tertium membrum; neq; contrectaueris. Deinde
huc subiungit: volentes in humilitate sensus incede-
re, non tenentes caput, quod multo ante in singulari
numero aliter dixit Apostolus, volens in humilitate, &c.
quæ non videt ambulans, & non tenens caput. Denique
adiicit & illud: secundum præcepta & doctrinam
(sive potius, sicuti ex aliis locis castigauimus, doctrinam)
hominum. Sed non mirum, quum in huius verbis explicā-
dis tot sententiæ fere sint, quæ capita in Veterum Com-
mentariis.

308. interdictionem quorūdam edulium, &c.]
Purpat (inquit Rhenan.) edulium iuxta tertiam inflexi-
onem. Sic etiam Irenei interpres loquitur: Ipsam autem,
inquit, edulium & reliquarum operationum indifferen-
tem sententiam, &c. lib. 2.

309. Cetera præceptorum, vt eadem, satis sit
iam alibi docuisse, &c.] Quandoquidem eadem sint
præcepta cap. 3. & 4. huius Epistolæ cum iis quæ habentur
Ephes. 5. & 6. tacitè remittit Lectorem ad huius libri
caput præcedens, de quibus vide & Adnot. nostras nu.
285. & 286.

CAP. XX.

310. Quum prædicationem enumerat varietatem,
&c.] Inscriptionem veterem in marginem reiectam
relinuimus: DE EPISTOLA AD PHILIPPEN-
SES. Quam Tertullianus iuxta Marcionem nono, B. Epi-
phan. verò decimo loco collocat, quamquam interim nihil
inde in medium adduxerit, eo quod (inquit) peruersa apud
illum habeatur. Atqui hic adhuc ad illud Philipp. 1.
verbis non nihil diuersis paraphrasticis, quod alij ex fi-
ducia vinculorum eius, audentius sermonem enū-
tiant; alij per inuidiam & contentionem, qui-
dam verò & per sermonis existimationem (pro quo
est apud alios: propter bonam voluntatem) plerique ex
dilectione, nonnulli ex æmulatione (quod etiā nulli
habent codices, & videtur coincidere cum eo quod præcessit:
per inuidiam) iam aliqui & ex simula te (pro quo alij:
contentione, Græcè εἰς ἀπολόγιστον) Christū prædicarēt.

311. Ni-

311. Nihil mea, inquit, siue causatione, siue ve-
ritate Christus adnuntietur, &c.] Causatione ver-
tit, quod Græcè est προφορῶν, & tam B. Cypr. Epist.
73. ad Iubaian. num. 53. vulgatum, quàm Syrus, Interpre-
tes Latini veterunt: per occasionem.

312. quum & hodie maior pars sit, &c.] Ad-
notatu dignum, quod non usque adeo pullulauerit hæresis
Marcionis, vt dicere Auctor audeat: quum & hodie
maior pars sit omnibus in locis sententiæ nostræ
quàm hereticæ. Atqui Rhenan. ibi: Quod ne hinc, &c.
adnotat: Quod accipi pro: Quapropter. Est verò etiam vox
Tertullianicæ: denotatione.

313. quod in effigie Dei constitutus, &c.] Pul-
cre verba hæc Apostoli Philip. 2. sic explicat, vt doceat
figuram, similitudinem, & effigiem, etiam substantiæ
accedere, atque adeo posse Christum dici verè
Deum, & in effigie Dei, ac verè hominem, & in si-
militudine hominis. Quæ adeo locum supra adnota-
ui lib. 4. cap. 40. nu. 662. vt comprobarem posse dici &
Veritatem & figuram, sacramentum Corporis & San-
guinis Christi. Legimus autem: Equè non erit Deus
Christus, pro: Dei. Atqui transferitur ab Auctore
μορφῆ, effigies, tum hic, tum supra lib. de Resurr. carn.
cap. 6. quæ ab interprete vulgato & Syro: forma, ὁμο-
ιωσιμὴ similitudo ab omnibus σχήματε denique figura
ab Auctore, ab aliis habitus. In reliquis nulla differen-
tia, præterquam quod phrasī suæ utatur, vsi patet ex se-
quentibus.

314. patriari Deo, &c.] Pariari (inquit Rhenan.)
id est, parem esse. Sic vertit quod apud Paulum Græcè est,
τὸ ἄνω ἰσοθεῶν. Hoc verbo in lib. de Resurr. carn. bis v-
titur cap. 6. Et sermo enim Deus, qui in effigie Dei
constitutus, non rapinam existimauit patriari Deo;
& alio postea loco, cap. 53. Equæ enim substantiæ pa-
riant inter se Christus & Adam, scilicet ex carne.
Semel lib. 4. adu. Marc. c. 29. Ita tota promissio crea-
toris est, parabolarum status, similitudinum per-
æquatio, si nec in alium spectant, quàm cui per
omnia pariauerit; & lib. de Carne Christi, cap. 6. Pa-
riamus igitur de calcaria, quod dici solet, in carbo-
nariam, à Marcione ad Apellem, subauditur euntes.
Pariamus, id est, in pari errore prostigando versamur.
Tamen si illic legitur: parauimus. Quæ etiam rectè primus
castigauit, iuxta Apostolum: sed exhaustit semetipsum.
quia Græcè est, & ἑαυτὸν ἐξένησε. Atqui etiam ex
illo probat non phantasma fuisse Christum, quod sequatur
in Apostolo: Et mortem crucis.

315. Quæ autem retrò lucri duxerat, &c. hæc
modo detrimento sibi deputat, &c.] Transie ad c. 3.
Epist. ad Philipp. Vbi lucri ducere (inquit Rhenan.)
vsurpat sicut supra, num. 299. boni ducere, vt lib. de
Coron. milit. cap. 11. dicit: lucri habitum, Perditurus
animam aduersus nomen eius lucri habitam. Græ-
cum etiam exemplar sequitur in eo, quod: detrimento
legat, &c. singulari numero.

316. quæ & supra numerat, &c.] Nempe ante iam
verba dicta. Hic verò vertit gloriam carnis, vti Græcè
est πεποθῆσθαι ἐν σαρκί, pro eo quod alij magis proprie:
fiduciam in carne. Verum magis sensum exprimere quàm
verba etiam ordine transposito patet ex his sequentibus:

notam circumcisionis, generis Hebræi ex Hebræo
centum (id est, originem, siue ab origine recensum) titu-
lum tribus Benjamin, Phariseæ candidæ dignita-
tem, id est (interprete Rhenano) ordinis Phariseæ iusti-
tium, in quo constitutus fuerat Paulus adhuc Iudæus.
Candida vestis erat Magistratus petentium. In toga
candida Cicero orationem habuit.

317. Hæc ac si stercorea existimat, &c.] Etiam hæc
sensum potius reddit quàm verba, vertens: præ compa-
ratione agnitionis Christi, quod Græcè est, οὐκ τὸ
ὑπερέχον τῷ νόσῳ; nouè accipiens: comparatio-
nem pro præstantia siue eminentia, non aliter quàm su-
pra dixit lib. adu. Valent. cap. 13. num. 154. comparati-
uum antistatum; siquidem (sicuti ibi adnotat Rhenan.)
comparatio per æquationem secum adfert. Et verò va-
riat etiam Auctor in hoc ab aliis, quod legat: sed quæ
per ipsum, scilicet Christum, ex Deo; quum alij le-
gant: in fide Christi Iesu, quæ ex Deo est.

318. Nolter, inquit, municipatus in cœlis, &c.]
Eodem modo istud citatur Tom. 2. lib. de Coron. milit. c. 13.
num. 177. & supra lib. 3. aduers. Marc. cap. ult. addens
etiam vocem Græcam πολιτῶν. Supplementum autem ex
altero Vatic. MS. cod. Idem & stella à stella, &c.

319. Quod si Christus adueniens de cœlis,
transfigurabit, &c.] Vatic. 2. cod. MS. transfigurauit;
sed illud habet Apostolus Græcè, Latine & Syriacè, &
alicubi, nisi fallor, Tertullian. cui accedit B. Cyprianus legens
sepium: confirmabit, pro eo quod Interpres vulgatus: re-
formabit, Græcè μετασχηματισί. Atqui: corpus
humilitatis nostræ explicat, quod humiliatur in
passionibus; sua denique voce transfert conformale,
quod Græcè est σύμμορφον.

CAP. XXI.

320. Soli huic Epistolæ breuitas sua profuit,
&c.] Etiam hic veterem titulum retinuimus, sed ad mar-
ginem reiectum: DE EPISTOLA AD PHILE-
MONEM. Mirum est autem quod bifariam inter se dif-
ferant Auctor & B. Epiphani. quod ille istam ad Phi-
lemonem nonam faciat Marcioni agnitam Epistolā, Au-
ctor decimam. Deinde quod alter dicat eam penitus per-
uersam apud Marcionem haberi, & contrariò Auctor
dicat, eam falsarias manus illius euasisse. Verisimile
est eos vsos diuersis libri Apostolici Marcionis exempla-
ribus.

321. Adfectauit, opinor, etiam numerum Epi-
stolarum interpolare, &c.] Eam causam reddidit, cur
Marcion Epistolas ad Timotheum & Titum non
recepit. Atqui numerum Epistolarum Pauli vs-
que ad xiiij. sicuti hodie, agnoscat aduers. Marc. Confut.
sua ex Epist. ad Philemonem B. Epiphani. dicit in quibus-
dam exemplaribus poni hanc xiiij. ante Epist. ad Hebræos,
sicuti etiam hodie, in aliis verò Epist. ad Hebræos decimā
ante Epistolam ad Timotheum, ad Titum, & ad Philemo-
nem. Quæ verba notatu digna pro auctoritate Epistolæ ad
Hebræos, de qua interim latius infra.

322. expunxerimus, &c.] Hoc est (inquit Rhen.)
ex debito absoluerimus, præstiterimusque. Sic libro quarto
precedente, cap. 22. Et si commemoreremur, inquit,
promissionis Moysei, hic inuenietur expuncta.

SCRIPTVRVS ADVERSVS GNOSTICOS, & omnes Marty-
riorum refragatores Tertullianus, DE BONO MARTYRII SCOR-
PIACON, ac si dicas, contra Scorpianos potionem seu pharmacum.

- I. Principio, eius tituli causam indicat, quod contra Gnosticos, qui velut scorpium, multos simplices & rudes in ardore persecutionis argumētis aduersus Martyria, tanquam spiculis quibusdam offendunt, figunt, occidunt, fides imprimis præsidium adferat, tum signando, per baptismum scilicet, adiurando & unguendo bestiae calcem, tum per eloquia Dei.
- II. Deinde ad officiū hæreticos compelli, non inlici dignum adserens, ut Martyriū non solum uilitatem, sed & necessitatem doceat, ex Lege aduersus idololatriam testimonia producit, eaque talia, ut etiam loca eorum extirpari, & idololatrias interfici iusserit.
- III. Immo disciplinam desertam & idololatriam vindicasse Deum in populo Israël in Libris Exodi, Numeri & Iudicum.
- IIII. Et verò ea exempla & præcepta Martyriis patrocinari; si enim præcepta obseruando vim patimur, hoc erit quodammodo præcepti obseruandi præceptum, ut id patiamur per quod obseruemus præceptum; maximè quum sacramento ad id nos Deus (in baptismo nempe) adstrinxerit; veluti milites in acie depugnatos.
- V. Inde ad institutum veniens, bonum Martyrium ostendit, quod à malo idololatria liberet, etiam si periculosum sit, non secus atque Medicinam, qua scalpello, cauterio, incendio dolores utiles adfert.
- VI. Sed & certaminis nomine Deum Martyria nobis proposuisse, ut pro meritis coronā, compensationem, & mercedem accipiamus, esseque illa post lauacrum secunda solatia, immò ipsum baptismum sanguinis securum.
- VII. Non mirum proinde, si Deus permittat tormenta ignium & suppliciorum per Martyria fidei examinatoria.
- VIII. Porrò Martyriorum à primordio & in Lege exempla inueniri.
- IX. In nouo quoque Testamento Martyria à Christo præcepta fuisse.
- X. Non enim in cælo (quod volebat Valentinus) sed in terra, apud homines huius naturæ, confessionem nominis constitutam.
- XI. Aliis item Christi verbis Martyria adprobati.
- XII. Eadem comprobati Epistolis Apostolorū, Petri & Ioannis, ac eiusdem Apocalypsi.
- XIII. Ex B. Pauli etiam Epistolis.
- XIIII. Neque verò Gnosticis refragari illud eiusdem Apostoli Rom. 13. ubi monet illos Romanos potestatibus omnibus subiici.
- XV. Denique etiam Martyriorum exempla sumenda ex Actis Apostolorum, ubi Petrus caditur, Stephanus opprimitur, Iacobus immolatur, Paulus distrahitur; immò verò Petri & Pauli sanguine Roma à Nerone cruentata est.

Ceterum præterquam quod Auctorem imitetur ad verbum frequenter B. Cyprianus lib. de Exhort. Martyr. ad hūc librū adludit Auctor ipse Tom. 2. lib. de Coron. milit. c. 1. his verbis: Sed de quæstionibus confessionum (id est, Martyriorum, cōtra quorum recusatores agit) alibi docebimus. Vincētius Lirinensis quoque lib. De prophan. hæres. vanitate, dū GNOSTICOS inter eos recenset, quorū blasphemias Tertullianus multiis

ac magnis voluminum suorū molibus veluti quibusdam fulminibus euertit. Nominatim etiam non modò eius meminit, sed & argumentū paucis recenset ipsis Auctoris verbis B. Hieronymus lib. adu. Vigilantium: Scribit, inquit, aduersus hæresim tuā, quæ erupit aduersus Ecclesiam (ne & in hoc quasi reperor noui sceleris glorieris) Tertullianus vir eruditiss. in signe volumē, quod SCORPIACVM vocat rectiss. nomine; quia arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus venena diffudit, quæ olim appellabatur Caiana hæresis (sic enim castigo, cōtra quā alij hæcenus qui in Indice B. Hieron. adnotarunt, Tertullianum hoc volumine venena in Ecclesiæ corpus diffudisse, quum ipse potius pro Ecclesia, at Caiana hæresis aduersus eam venena sua diffuderit) & multo tempore dormiens vel sepulta, nūc à Dormitatio suscitata est. Miror quòd non dicas: nequaquam perpetranda Martyria; Deum qui sanguinem hircorum taurorumque non querat, multo magis hominū non requirere. Quod quum dixeris, immò, & si nō dixeris, ita habebis quasi dixeris. Qui enim reliquias Martyriū adseris calcandas esse, prohibes sanguinem fundi, qui multo honore dignus est. Citatur denique quod sub finem huius Libri habetur de BB. Petri & Pauli Martyrio Romæ, in Biblioth. SSP. atrum. Primus autē hunc addidit Ioannes Gagneus Theologus in ædificatione Parisiensi; deinde castigauit satis egregiè Sigismundus Gelenius ex Codice Britannico; nos denique ex coniecturis nostris, ac Dominorum Latini & Harrisij denuò recognitum, Argumento & Adnotationibus nouis adornauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI ADVERSVS GNOSTICOS

Scorpiacum, de bono Martyrij.

MAGNUM⁴ de modico malum Scorpium terra suppurat; tot venena, quot CA P. I.
ingenia; tot perniciēs, quot & species; tot dolores, quot & colores Nicander scribit & pingit, & tamen vnus omnium violentiæ gestus de cauda nocere; quæ cauda erit, quodcunque de postumo corporis propagatur, & verberat. Proinde scorpium series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Vnde & bellicam machinam, retractu tela vegetantem de scorpio nominant. Id spiculum & fistula est parula tenuitate, in vulnus & virus quā figit, effundit. Familiare periculi tempus æstus, Austro & Africo sæuitia velificat, in remediis naturalia plurimum, aliquid & magia circumligat, medicina cum ferro & poculo occurrit. Nam & præbunt quidam festinando tutelam, sed concubitus exhaurit, & denuo sitiunt. Nobis fides præsidium, si non & ipsa percutitur diffidentia⁵ signandi statim & adiurandi, & unguedi bestiae calcem. Hoc denique modo etiam ethnicis sæpè subuenimus; donati à Deo ea potestate; quam Apostolus dedicauit, quum morsum viperæ spreuit. Quid ergo promittit stylus iste? si fides de suo tuta sit, & aliās de suo tuta sit, quum suos scorpianos patitur. Acerba mediocritas, & isti, & genus varium, & vno modo arman- tur, & certo tempore subornantur, nec alio quā ardoris. Hoc apud Christianos persecutio est. Quū igitur fides æstuat, & Ecclesia exurit de figura rubi, tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes Martyriorum refragatores ebulliunt, callentes & ipsi offendere, figere, occidere. Nam quòd sciant multos simplices ac rudes, tum infirmos, plerosque verò in vêtum si placuerit Christianos, numquam magis adeundos sapiunt, quā quum aditus animæ formido laxauit; præsertim si aliqua iam atrocitas fidem Martyrum coronauit. Itaque primò trahentes adhuc caudam, de adfectibus adplicant, aut quasi in vacuum flagellant. Hæcine pati homines innocentes, ut puta fratrem,

aut de melioribus ethnicum; siccine tractari secta nemini molestam. Dehinc adigunt: pe-
 33 rire homines sine causa. Perire enim & sine causa, prima fixura; Exinde iam cedunt. Sed
 33 nesciunt simplices animae quid quomodo scriptum sit, vbi, & quando, & coram quibus
 33 confitendum; nisi quod nec simplicitas ista, sed vanitas; immò dementia pro Deo mori,
 33 vt qui me saluum faciat; si is occidit, quis saluum facere debet? Semel Christus pro no-
 33 bis obiit, semel occisus est ne occideremur. Si vicem repetit, num & ille salutem de mea
 33 nece expectat? An Deus hominum sanguinem flagitat, maxime si taurorum & hircorum
 33 recusat? Certè peccatoris poenitentiam mauult quam mortem. Et quomodo peccatorum
 33 non desiderat mortem? Hæc etsi qua alia adinuenta hæreticorum venenorum, quem nō
 33 vel in scrupulum figant, si non in exitum, vel in bilem, si non in mortem. At tu, si fides vi-
 33 gilat, 30 ibidem Scorpio pro solea anathema inlidito, & relinquit in suo sopore morien-
 33 tem. Ceterum si plagam fatiauerit, intimat virus & properat in viscera, statim omnes pri-
 33 stini sensus retorpescent, sanguis animi gelascit, carne spiritus exolescit, nausea nominis
 33 inacrescit. Iam & ipsa mens sibi quod vomat quærit, vt quæ ita semel infirmitate quoque
 33 percussa fauciatam fidem vel in hæresim vel in seculum expuat: & in præsentiarū est me-
 33 dius ardor, 31 ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo. 32 Alios ignis, alios
 33 gladius, alios bestiae Christianos probauerunt: alij fustibus interim & vngulis insuper de-
 33 gustato martyrio, in carcere esuriunt, nos ipsius lepores, destinata venatio de longinquo
 33 obfidemur, & hæretici ex more grassantur. Itaque tempus admonuit 33 aduersus nostrates
 33 bestiolas nostrate S C O R P I A C V M stylo temperare; qui legeris, biberis. Nec amarū po-
 33 tius si eloquia Domini dulcia super mella & fauos, inde pigmenta sunt: si lacte & melle
 33 promissio Dei manat, hoc sapiunt quæ illuc faciunt. Væ autem qui dulce in amarum, &
 33 lumen in tenebras conuertunt. Perinde enim & qui martyriis refragantur, salutem perdi-
 33 tionem interpretantes, tam dulce in amarum, quam lucem in tenebras reformant, atque
 33 ita miseriam hanc vitam illi beatissimæ præuertendo, tam amarum pro dulci, quam
 33 tenebras pro luce supponunt. [34 Sed nondum D E B O N O M A R T Y R I I, nisi debito
 33 primum; nec antè de vtilitate eius, quam de necessitate discendū. Auctoritas diuina præ-
 33 cedit, an tale quid voluerit atque mandauerit Deus, vt qui negant bonum, non suadean-
 33 tur ad commodum, nisi quum subacti fuerint. 35 Ad officium hæreticos compelli, non in-
 33 licitum dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda. Et vtique satis optimum præiudica-
 33 bitur, quod probabitur à Deo constitutum atque præceptum. 36 Sustineant Euangelia
 33 paulisper, dum radicem eorum exprimo legem, dum inde elicio Dei voluntatem, vnde
 33 & ipsum recognosco. 37 Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus qui te eduxi de terra Ægy-
 33 pti, Non erunt tibi Dei alij præter me. Non facies tibi simulacrum eorum quæ in cælo, &
 33 quæ in terra deorsum, & quæ in mari infra terram. Nō adorabis ea, neque seruias eis. Ego
 33 enim sum Dominus Deus tuus. Item in eadem Exodo, Ipsi vidisti quod de cælo locutus
 33 ad vos sim. Non facietis vobis Deos aureos & argenteos. Non facietis vobis secundum
 33 hæc. Et in Deuteronomio, 38 Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est, & diliges Dominū
 33 Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Et rursus, Ne
 33 obliuiscaris Domini Dei tui, qui te eduxit de terra Ægypti & domo seruitutis. Dominū
 33 Deum tuum timebis, & illi famulaberis soli, & illi adglutinaberis. Et in nomine eius deic-
 33 rabis. Nō ibitis post Deos aliorum & Deos nationum, quæ circum vos: quia Deus æmu-
 33 lator Dominus Deus tuus in te, & ne iratus indignetur & exterminet te à facie terræ. Sed
 33 & proponens benedictionem & maledictionem: Benedictionem, inquit, si audieritis præ-
 33 cepta Domini Dei vestri quæcūque ego præcipio vobis hodie: maledictionem, si errauer-
 33 itis de via, quam mandauit vobis, vt abeuntes seruiatis Deis aliis, quos non scitis. De qui-
 33 bus omnifariam extirpandis, perditione perdetis omnia loca in quibus seruiuerunt natio-
 33 nes Deis, quas vos possidebitis hæreditate, super montes & colles, & arbores densas qua-
 33 que, effodietis aras earum, euertetis & comminuetis stacula earum, & excideris lucos
 33 earum, & sculptilia Deorum ipsarum concremabitis igni: & disperdetis nomē eorum de
 33 loco illo. Adhuc ingerit quū introissent terram promissionis, & exterminassent nationes
 33 eius: Caue tibi ne sequaris eas posteaquam exterminatæ fuerint à facie tua, ne requisieris
 33 Deos illarum, dicens: Quemadmodū faciunt nationes Deis suis; & ego ita faciam. 39 Sed
 33 &: Si ipse Prophetes, inquit, exsurrexerit in te, aut somniū somnians, & dederit tibi signū
 33 vel ostētum, & euenerit & dixerit, eamus & seruiamus Deis aliis, quos non scitis: ne au-
 33 diatis sermonem Prophetæ aut somniatoris illius, quia tērat vos Dominus Deus vester,
 33 vt

A vt sciat si ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra timeatis Deū. Post Deū vestrū abi-
 33 bitis, & hūc timebitis, & præcepta eius custodietis, & vocē eius audietis, & illi seruietis, &
 33 illi adiiciemini. Prophetes autem & somnator ille morietur: locutus est enim ad seducē-
 33 dum te à Domino Deo tuo. 40 Sed & alio capitulo. 41 Si autem rogauerit te frater tuus ex
 33 patre vel matre, aut filius tuus, aut filia tua, aut mulier quæ in gremio tuo est, aut amicus
 33 qui animæ tuæ par est clam dicens, Eamus & seruiamus Deis aliis quos non scis, nec pa-
 33 tres tui, ex Deis nationum quæ circum te proximè sunt aut longè, ne velis ire cum illo, &
 33 ne audieris eum, Nō parceret oculus tuus super eum. Nec misereberis, nec cælabis eum, ad-
 33 nuntians adnuntiabis de eo. Manus tuæ erūt in eū imprimis ad occidendū, & manus om-
 33 nis populi in nouissimis, & lapidabitis illū, & morietur, quoniā quæsiuit auertere te à Do-
 33 mino Deo tuo. Subiicit etiā de ciuitatibus, si quæ ex his constitisset suasu iniquorū homi-
 33 nū transisse ad Deos alios, vt interficerentur omnes incolentes eam, & deuotamēta fierēt
 33 vniuersa eius, & colligerentur omnia spolia eius in omnes exitus eius, & igni cremaretur
 33 cū omnibus vasīs suis, & cū omni populo in cōspectu Domini Dei. Et nō erit habitabilis,
 33 inquit, in æternum, non reedificabitur amplius, nec adhærebit quidquam manibus tuis
 33 ex deuotamēto eius, vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Maledictionū quo-
 33 que ordinem ab idolorum execratione commisit: Maledictus homo qui fecerit sculptile
 33 aut fusile aspernamētū Domino opus manū artificis, & collocauerit illud in abscondito.
 33 B In Leuitico verò: 42 Non sequemini, inquit, idola, & Deos fusiles non facietis vobis. Ego
 33 Dominus Deus vester. Et alibi: Filij Israël famuli pueri mei, Hi sunt quos eduxi de terra
 33 Ægypti. Ego Dominus Deus vester. Non facietis vobis manu facta, nec sculptile nec sta-
 33 ticulū statuētis vobis. Nec lapidem scopū ponetis in terra vestra. Ego Dominus Deus ve-
 33 ster. Et hæc quidem prima per Moysen Dei scita sunt ad omnes vtique pertinentia, quos-
 33 cunque Dominus Deus Israël perinde de Ægypto superstitionis seculi, & de domo
 33 humanæ seruitutis eduxerit. Sed & deinceps omne os Prophetarū eiusdem Dei vocibus
 33 sonat, eandem legem suam eorundem præceptorum instauratione cumulantis, nec aliqd
 33 primum tam principaliter denuntiantis, quam ab omni factura atque cultura idolorum
 33 cauere, vt per Dauid: 43 Dei nationum argentum & aurum, oculos habent, & non vi-
 33 dent: aures habent, nec audiunt: nares habent, nec odorantur: os, nec loquuntur: ma-
 33 nus, nec contrectant: pedes, nec ingrediuntur. Similes erunt illis qui faciunt ea, & qui fi-
 33 dunt in illis. [44 Nec putem disceptandum an dignè Deus prohibeat nomen & hono-
 33 rem suum mendacio addici. An dignè quos ab errore superstitionis auulserit, rursus in
 33 Ægyptum regredi nolit: an dignè à se nō patiat abistere quos sibi adlegit. Ita nec illud
 33 expectabit retractari à nobis, an obseruari voluerit disciplinam quam voluit instituere, &
 33 an meritò vlciscatur desertam, quam voluit obseruatam, quādo frustra instituisset, si ob-
 33 seruari eā noluisset, & frustra obseruari voluisset, si vindicare noluisset. Sequitur enim vt
 33 has definitiones Dei aduersus superstitiones, tam cuietas quam etiam vindicatas, probem,
 33 quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit. 45 Aberat apud Deum in monte Moy-
 33 ses, quum populus tam necessariæ absentiae eius impatiens Deos sibi producere quærit,
 33 quos potius ipse perdidit. Vrgetur Aaron, iubet inaures sceminarum suarum in ignem
 33 conferri. Amissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurium, Dei voces. Sa-
 33 piens ignis effigiem vituli defundit illis, fugillans illic cor habentes, vbi & thesaurum,
 33 apud Ægyptum scilicet inter cetera animalia 46 bouis etiam cuiusdam consecraticem,
 33 itaque tria milia hominum à parentibus & proximis caesa, quia tam proximum parentem
 33 Deum offenderant, transgressionis & primordia & merita dedicauerunt. 47 In Arithmis,
 33 quum diuerfisset Israël apud Sethim, abeunt libidinatam ad filias Moab, inuitantur ad
 33 idola vt spiritu fornicaretur. Edunt denique de pollutis eorum: dehinc & adorant Deos
 33 gentis, & Beelphegor inuitantur. Ob hanc quoque idololatriam mœchiæ sororem vigin-
 33 ti tria milia domesticis obruncata gladiis diuinæ iræ litauerunt. 48 Defuncto Iesu Na-
 33 ue, derelinquunt Deum patrum suorū, & seruiunt idolis Baalim & Astartis, & iratus Do-
 33 minus tradidit eos in manibus diripientium, & diripiebantur ab illis, & venundabantur
 33 inimicis, nec poterant omninò subsistere à facie inimicorum suorum quocunque proces-
 33 serant, manus erat super illos in mala, & compressati sunt valdè. 49 Post quæ instituit super
 33 illos Deus Critas, quos censores intelligimus; sed nec istis obaudire perseuerauerunt; vt
 33 quis Critarum obierat, illi ad delinquendum suprā quam patres eorum abeundo post
 33 deos aliorum, & seruiendo, & adorando eos. Itaque Dominus iratus, quoniam quidem

Psal. 31. nem martyrij, & lauacrum sanguinis exinde securum. De cuius felicitate Dauid, Beati D quorum dimissa sunt delicta, & quorum operata sunt iniquitates, Beatus vir cui non reputauerit Deus delictum.⁴⁵ Proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lauacro ipsa vita deponitur. Sic dilectio operit multitudinem delictorum, quæ Deum scilicet diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat: ex tota anima sua, quam pro Deo ponit, hominem martyrem excudit. Hæc tu remedia, consilia, iudicia, spectacula, etiam Dei atrocitatem iudicabis. Sanguinem hominis Deus concupiscit. Et tamen ausim dicere, si & homo regnum Dei, si homo certam salutem, si & homo secundam regenerationem: nulli compensatio inuidiosa est, in qua aut gratiæ, aut iniuriæ cõmunis est ratio.

V 11. [⁴⁶ Incutiat adhuc scorpius homicidam Deum ventilans, horrebo planè spurcum blasphemiam adflatum de hæretico ore foetentem: sed & talem Deum de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse se plus quàm homicidam pronuntiauit ex sophiæ suæ persona, voce Solomonis:⁴⁷ Sophia, inquit, iugulauit filios suos. Sophia sapientia est. Sapienter utique iugulauit dum in vitam, & rationaliter dum in gloriam. O patricidij ingeniũ, ô sceleris artificium, ô argumentum crudelitatis, quæ idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit. Et idèd quid sequitur?⁴⁸ Sophia in exitibus canitur hymnis: Cantatur enim & exitus martyrum. Sophia in plateis constantiam agit, benè enim filios suos iugulat. Super summos autem muros confisa dicit, quum quis secundum Esaiam hic exclamat, Ego Dei sum, & hic vociferatur, In nomine Iacob: & alius inscribit, In nomine Israëlis. O bonam matrem, opto & ipse in filios eius redigi, vt ab ea occidat. Opto occidi, vt filius fiam. Solum autem iugulat filios suos, an & torquet?⁴⁹ Audio enim & alibi dicentem Deũ: Vram illos sicuti vritur argentum, & probabo illos sicuti probatur aurum. Vtique per tormenta ignium, & suppliciorũ, per martyria fidei examinatoria. Scit & Apostolus qualem Deum adscripserit, quum scribit; Si⁵⁰ Deus filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non & cum illo omnia condonauit nobis? Vides quomodo etiam proprium suum filium primogenitum, & vnigenitum sophia diuina iugulauerit: utique victurũ, imò & ceteros in vitam redacturum. Possunt dicere cũ sophia Dei, Christus est qui se tradidit pro delictis nostris, iam & semetipsam sophia trucidauit. Verba nõ sono solo sapiũt, sed & sensu. Nec auribus tantummodo audienda sunt, sed & mentibus. Crudelem Deum qui non intelligit, credit. Quanquam & non intelligendi posita sententia est, quæ temeritatem cohibeat aliter intelligendi. Quis enim, inquit, cognouit sensum Dei? aut quis illi consiliarius fuit, qui eũ instruat, aut viam intelligentiæ quis demonstrauit illi? Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari apud seculum liquit. Et Latio in hodiernũ Ioui media in vrbe humanus sanguis iugustatur. Nec quisquam retractat, aut non rationem præsumit aliquam, aut in æstimabilem Dei sui voluntatem. Si noster quoque Deus propriæ hostiæ nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam religionem, & lugubres ritus, & aram rogum, & pollinæorem sacerdotem, & non beatum amplius reputasset, quem Deus comedisset? [⁵¹ Vnum igitur gradũ inuistimus, & in hoc solum prouocamus, an præcepta sint à Deo martyria, vt credas ratione præcepta, si præcepta cognoueris, quia nihil Deus non ratione præceperit. Si quidem honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, vt canit Dauid, non opinor ista communis & omnium debitum. Atquin ista etiam ignominiosa est ex elogio transgressionis & merito damnationis, sed illa quæ in ipso aditur ex testimonio religionis, & prælio confessionis, pro iustitia & sacramento, sicut Esaias,⁵² Videre, inquit, quomodo perit iustus, & nemo excipit corde, & viri iusti auferuntur, & nemo animaduertit: à facie enim iniustitiæ perit iustus, & erit honor sepulture eius. Habes hic quoque & prædicationem & remunerationem martyriorum. A primordio enim iustitia vim patitur: statim vt coli Deus cepit, inuidiam religio sortita est.⁵³ Qui Deo placuerat, occiditur, & quidem à fratre, quò procliuus impietas alienũ sanguinem insectaretur, à quo auspicara. Denique non modò iustorum, verum etiam & Prophetarum, a Dauid exagitat, b Helias fugatur, c Hieremias lapidatur, Esaias secatur, d Zacharias inter altare & ædem trucidatur, perenes cruoris sui maculas silicibus adsignans. e Ipse clausula Legis & Prophetarũ, nec Prophetes, sed angelus dictus, contumeliosa cæde truncatur⁵⁴ in puellæ salticæ lucar. Et utique qui spiritu Dei agebantur, ab ipso in martyria dirigebantur, etiam patiendo quæ & prædicassent. Proinde & trina fraternitas quæ dedicatio imaginis regiæ urbem vrgeret officio, non ignorauerunt quid fides, quæ sola in illis captiua non fuerat, exigeret,

A exigeret, motiendum scilicet aduersus idololatriam. ⁵⁷ Meminerant enim & Hieremias *Baruch 61* scribentis ad eos quibus illa captiuitas imminerebat: & nũc videbitis Deos Babyloniorum aureos & argenteos & ligneos portari super humeros, ostentantes nationibus timorem. Cauete igitur ne & vos cõsimiles sitis allophylis, & timore capiamini, dũ aspicitis turbas adorantes retrò eos & antè: sed dicite in animo vestro, Te Domine adorare debemus. *Dan. 3* ⁵⁸ Itaque dixerunt à Deo concepta fiducia, quando vigore animi cõditionales minas regis excutiunt: Non habemus necessitatem respondèdi huic tuo imperio. Est enim Deus noster quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis, & tunc manifestum fiet tibi, quòd neque idolo tuo famulabimur, nec imaginẽ tuam auream quã statuisti, adorabimus. O martyriũ & sine passione perfectũ, satis passi, satis exusti sunt, quos propterea Deus textit, ne potestatem eius mentiti videretur. Nam & Danielẽ nullius præter Dei supplicem, & idcirco à Chaldeis delatum ac depostulatum, statim utique cõclusa *Dan. 6* & vtitata feritas leonũ deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli debuisset. Ceterum pati oportebat omnem Dei prædicatorem atque cultorem, qui ad idololatriã prouocatus negasset obsequium, secũdum illius quoque rationis statum, quia & præsentibus tunc & posteris deinceps commendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorũ eius, quia nemo voluisset occidi, nisi cõpos veritatis. Talia à primordio & præcepta & exempla debitorum martyrij fidei ostendunt. [⁵⁹ Superest ne anti- *1 x* quitas suum fortè habuerit sacramentũ, nouitatem Christianã recensere, quasi & de Deo aliam, ac proinde disciplina quoque æmulam, cuius sophia filios suos iugulare non norit. *Prou. 9* Planè alia in Christo & diuinitas & volũtas & schola, & martyria aut nulla in totũ, aut aliter intelligenda maderit, qui neminẽ ad huiusmodi discrimen hortetur, qui pro eo passis nihil repromittat, quia pati eos nolit. Et idèd præceptorum principia deducens, Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur ob iustitiam, quoniam illorum est regnum cœlorum. Hoc quidem absolute ad omnes, dehinc proprie ad Apostolos ipsos, ⁶⁰ Beati eritis cũ vos dedecorauerint, & persecuti fuerint, & dixerint aduersus vos omnia mala propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra plũrima in cœlo. Sic enim faciebant & Prophetas patres eorum: vt etiam prophetaret quòd & ipsi occidi haberent ad exemplũ Prophetarum. Quanquam & si omnem hanc persecutionem conditionabilem in solos tunc Apostolos destinasset, utique per illos cum toto sacramẽto, cum propagine nominis, cum traduce spiritus sancti, in nos quoque spectasset etiam persecutionis obeunda disciplina, vt in hæreditarios discipulos & Apostolici seminis fructices. Nã & rursus ad Apostolos dirigit: ⁶¹ Ecce ego mitto vos tãquam oues in medio luporum, & cauere ab hominibus; tradent enim vos in cõfessũ, & in synagogis suis flagellabũt vos, & ad præfides & reges perducemini mei causa in testimoniuũ illis & nationibus, & cetera. Quum autẽ subiicit. Tradet autem frater fratrem, & pater filium in mortem, & insurgent filij in parètes, & mortificabunt eos: manifestè iniquitatem istam in ceteros pronuntiauit, quam in Apostolis nõ inuenimus. Nemo enim eorum aut fratrem aut patrem passus est traditorem, quod plerique iã nostri. dehinc ad Apostolos reuocat: Et eritis odio omnibus propter nomen meũ. *Ibidem* Quanto magis nos, quos à parentibus quoque tradi oportet. Ita ipsa hac permissione nũc ad Apostolos, nunc ad omnes disponendo, eundem in vniuersos nominis exitum effundit, in quibus confederit nomen cum odij sui lege. Qui autẽ sustinuerit vsque in finẽ, iste saluus fiet. Quid sustinẽdo, nisi persecutionẽ, nisi traditionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem, quàm pati finem. Et idèd nõ est discipulus super magistrũ. Statim sequitur, nec seruus super Dominũ suũ: quia cũ magister & Dominus ipse persecutus sit persecutionem, & traditionem, & occisionẽ, multo magis serui & discipuli eãdem expendere debebunt: ne quasi superiores exẽpti de iniquitate videãtur, quãdo hoc ipsum sufficere eis ad gloriã debeat, æquari passionibus Domini & magistrũ: ad quarum tolerantiam ædificans monet, non eos timendos, qui solum corpus occidant, animam autẽ interficere non valeant, sed illi potius metum consecrandũ, qui & corpus & animam occidere & perdere possit in gehennam. Quinam hi solius corporis interemptores, nisi præfides & reges supradicti, homines opinor? Quis etiam animæ dominator, nisi Deus solus? Quis iste, nisi ignium comminator, nisi is sine cuius voluntate nec passerum alter in terram cadit, id est, nec altera ex duabus substantiis hominis, caro aut anima? Quia & capillorum apud eum regestus est numerus. Nolite ergo metuere quum super dicit, multis passis scribis antistatis, non frustra, id est, non sine emolumento casuros in terram repromitt-

Ibidem.

tit, si magis ab hominibus quàm à Deo occidi eligamus. ⁶⁴ Omnis igitur qui in me confestus fuerit coram hominibus, & ego cōfitebor in illo coram patre meo qui in cœlis est. Et omnis qui negauerit me coram hominibus, & ego negabo illum coram patre meo qui in cœlis est. Manifesta (vt opinor) est & definitio & ratio, tam confessionis quàm negationis, etsi dispositio diuersa est. Qui se Christianum confiteretur, Christi esse testatur: qui Christi est, in Christo sit necesse est. Si in Christo est, in Christo vtique confiteretur, cum se Christianum confiteretur. Hoc enim non potest esse, nisi sit in Christo. Porro in Christo confitendo, Christum quoque confiteretur qui sit in Christo, dum & ipse in illo est, vt potè Christianus. Nam etsi diem dixeris, lucis rem ostendisti quæ diem præstat licet non dixeris lucem. Ita & si non directò pronuntiauit, Qui me confessus fuerit, non est diuersus actus quotidianæ confessionis à sensu dominicæ pronuntiationis. Quod enim est quum se confiteretur, id est, Christianum: etiam id per quod est confiteretur, id est, Christum. Proinde qui se negauit Christianum, in Christo negauit, negando se in Christo esse, dum negat se Christianum: & Christum autem in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. Ita & qui in Christo negauerit, Christum negabit. Et qui in Christo cōfessus fuerit, Christum confitebitur. Suffecisset igitur & si de cōfitendo tantummodò Dominus pronuntiaisset, ex forma enim confessionis contrariò quoque eius præiudicaretur, id est negationi, perinde negatione negationem rependi à Domino, quemadmodum confessione confessionem. Et ideò quum in forma confessionis etiam negationis conditio intelligatur, apparet non ad alium modum negationis pertinere, quod de ea aliter Dominus pronuntiauit, quàm de cōfessione, dicendo: Qui me negauerit, non qui in me. Prospexerat enim & hanc vim plerūque in expugnatione nominis subsecuturam, vt qui se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur blasphemādo negare. ⁶⁵ Sicut non olim pro auspice eum in tota fide quorundam conuictatum, hoc modo horruimus. Itaque frustra erit dicere, etsi me negauero Christianum, nō negabor à Christo, non enim ipsum negaui. Ex illa enim negatione tantundem tenebitur, qua se Christianū negando, Christum in se negans, etiam ipsum negaui. Plus est autem quod & confusioni confusionem comminatur, ⁶⁶ Qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram patre meo qui in cœlis est. Sciebat enim à cōfusione vel maximè formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorè esse pudoris quàm corporis plagam. [⁶⁷ Qui verò non hīc, id est, non intra hunc ambitum terræ, nec per hunc commeatum vitæ, nec apud homines huius naturæ communis confessionem putant constitutam quanta præsumptio est aduersus omnem ordinē rerum in terris istis, & in vita ista, & sub humanis potestatibus experiundarum. ⁶⁸ Nimirum quum animæ de corporibus excesserint, & per singula tabulata cœlorū de recepto dispici cœperint, & interrogari arcana illa hæreticorum sacramenta, tunc confitendum apud veras potestates & veros homines, ⁶⁹ Teletos. f. & Abascantos & Acinetos Valentini. ⁷⁰ Nostrates enim, inquit, nec ipsi. Eadem iurgis constanter probabat homines veros non esse, quos stillicidiū situlæ & puluerem aræ & sputamen & locustas deputauit, etiam irrationalibus iumentis adæquauit. Planè ita scriptum, nō tamen idcirco aliud hominis genus intelligendū præter nos: quod quia constat esse cōparatione, potuit innuere salua & proprietate generis & singularitate: neque enim si vita vitata est, vt respectui iudicata respectis cōpararetur, statim natura sublata est, vt alia in nomine eius deputaretur. Atquin seruat natura, etsi suffunditur vita: nec alios nouit Christus homines, quàm de quibus dicit, Quem me aiunt esse homines? ⁷¹ Et, Quomodo vultis vt faciant vobis homines, & vos ita facite illis. Vide an seruaerit genus, à quibus & testimonium sui expectet, & in quos iustitiæ vicem mandat. Illos autem cœlestes homines si expostulem mihi ostendi, facilius ⁷² Aratus, Persea, & Cephea, & Erigonen, & Ariadnen inter sidera deliniabit. Quis autem prohibuit Dominum illic etiam confessionem hominum faciendam determinare, vbi suam futuram apertè pronuntiauit? Vt ita esset positum, Qui in me confessus fuerit coram hominibus, in cœlis & ego in illum confitebor coram patre meo qui in cœlis est: eripere me debuit ex isto terrenæ confessionis errore, quam suscipi noluisse, si cœlestem præcepisset, quia nullos alios homines noueram præter incolas terræ, ne ipso quidem adhuc tunc in cœlis homine conspecto. Quæ porro fides rerum, vt post excessum ad superna sublatus, illic prober, quo non nisi iam probatus imponeret; illic de receptu examinerer, quò nisi admittendus peruenire non possem. Christiano cœlum antè patet quàm via: quia nulla

via

A via in cœlum nisi cui patet cœlum: quod qui attigerit, intrabit. ⁷³ Quas mihi potestates ianitrices adfirmas iuxta Romanam superstitionem, Cardeam quandam & Forculum & Limentinum, quas à cæcellis ordinas potestates? Si vnquam legisti apud Dauid, ⁷⁴ Auferte portas principes vestras, & subleuentur portæ æternæ, & intrabit rex gloriæ. Si item audisti apud Amos: ⁷⁵ Qui ascensum suum ædificat in cœlos, & profusionem suam fundat in terras: scito & ascensum illum exinde complanatum vestigiis Domini, & introitum exinde referatum viribus Christi, nec vllam moram aut quæstionem in limine Christianis occurruram, qui non dinosci habeant illic, sed agnosci: nec interrogari, sed admitti. ⁷⁶ Nā & si adhuc clausum putas cœlum, memèto clauces eius hīc Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse, quas hic vnusquisque interrogatus atque confessus feret secum. Sed adseuerat diabolus illic consistendum, vt suadeat hīc negandum. ⁷⁷ Pulcra videlicet documenta præmittam, bonas mecum clauces feram, timorem eorum qui solum corpus occidunt, animæ autem nihil faciunt: commendatus ero huius præcepti desertione, honestè in cœlestibus stabo qui in terrenis stare non potui, sustinebo maiores potestates qui minoribus cessi: mērebò denique admitti iam exclusus. Suppetit adhuc dicere, si in cœlestibus cōfitendum, vel negandum est, nā vbi alterum, ibidem vtrunque. Æmula enim quæque concurrunt. Etiam persecutionem in cœlis agitari oportebit, quæ confessionis negationisve materia est. Quid itaque cessas audacissime hæretice, totum ordinem Christianæ concussionis in superna trāsferre, & in primis ipsum nominis odium illic collocare, vbi ad patris dexteram præsidet Christus: illic constitues & synagogas Iudæorum fontes persecutionum, apud quas Apostoli flagella perpassi sunt, & populos nationum cum suo quidem circo, vbi faciliè conclamant, vsquequò genus tertium. Sed & fratres nostros & patres & filios & focrus & nurus & domesticos nostros ibidē exhibere debetis, per quos traditio disposita est: item reges & præsidēs & armatas potestates, apud quas causa purganda est. Erit certè etiam carcer in cœlo carens sole, aut ingratissimus, & vincula ⁷⁸ fortassè de zonis, & eculeus ⁷⁹ axis ipse qui torquet: tum si lapidandus Christianus, grandines aderunt: si vrendus, fulmina præ manu sunt: si trucidandus, ⁸⁰ Orionis armatū manus operabitur: si bestiis finiendus, ⁸¹ vrsas septentrio emittet, ⁸² zodiacus tauros & leones. Hæc qui sustinerit in finem, iste erit saluus. Ergone & finis in cœlis, & passio, & occisio, & prima confessio. Et vbi caro omnibus istis necessaria, vbi corpus quod solum ab hominibus habet occidi? ⁸³ Hæc nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandauit, nec vllus obicem præscriptionis istius extrudet, vt non omnem ordinem persecutionis, omnem eius causæ firmam paraturam illuc trāsferre cogatur vbi confessioni forum dederit. Siquidem confessio à persecutione deducitur, & persecutio in confessione finitur. Nec possunt non vnà sequi, quæ & aditum & exitū, id est, initium finemque disponunt. Porro & odium nominis hīc erit, & persecutio hīc erumpit, & traditio hīc producit, & interrogatio hīc compellit, & carnificina hīc desæuit, & totum hunc ordinem in terris confessio vel negatio expungit. Igitur si cetera hīc, nec confessio alibi: si confessio alibi, nec cetera hīc. Enimuerò non alibi cetera, itaque nec confessio in cœlo. Aut si aliam volunt esse rationem interrogationis & cōfessionis cœlestis, vtique & ordinem suum illi struere debebūt, alium longè, & ab ista dispositione diuersum quæ scripturis notatur, & possumus dicere: viderint dum hic ordo terrenæ interrogationis & confessionis est materia decurrens persecutionis & discordiæ publicæ in nomē saluus sit suæ fidei, ita credendum sit sicut & scribitur, ita intelligendum sit sicuti auditur. Hic omnem ordinem sustineo, ipso Domino non aliam regionem mundi destinante. Quid enim post confessionis & negationis terminum subiungit, ⁸⁴ Ne putaueritis venisse me ut pacem mittam in terram, non veni, sed ut machæram. certè in terram; Veni enim diuidere hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & focrum aduersus nurrum suam, & inimici homini domestici sui. Sic enim efficitur, vt tradat frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgant filij in parentes, & mori eos faciant. Et qui sustinerit in finem, hic saluus erit. Adedò totus hic ordo dominicæ machære, non in cœlum missæ, sed in terras, illic constituit etiam confessionem, quæ in finem sustinendo passura est mortem. [⁸⁵ Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrij statum pertinere defendimus. ⁸⁶ Qui pluris, inquit, fecerit etiam animam suam quàm me, non est me dignus, id est, qui maluerit viuere me negando, quàm mori confitendo. Qui animam suam inuenerit, perdet illam: qui verò perdiderit illam mei causa,

PPp ij

inueniet illam. Proinde enim inuenit ille qui negarit lucrificando vitam, sed perdet in gehennam, qui se putat negando lucrificare eam. Perdet autem eam ad præfens qui cōfessus occiditur, sed inuenturus eam in vitam æternam. Ipsi denique præfides quum cohortantur negationi, Serua animam tuam, dicunt, & Noli animam tuam perdere. Quomodo loqueretur Christus, nisi quomodo tractaretur Christianus? Sed quum prohibet meditari responsionem ad tribunal, famulos suos instruit, spiritum sanctum responsurum reponit. ⁸⁴ Et quum in carcere fratrem vult visitari, confessoris imperat curam, & quum Deum vindictam facturum electorum suorum adfirmat, passiones consolatur illorum: etiam in parabola seminis post cespitem arefacti, persecutionū figurat ardorem. Hæc si nō ita accipiuntur quemadmodum pronuntiatur, sine dubio præterquam sonant sapiunt, & aliud in vocibus erit, aliud in sensibus, vt allegoriæ, vt parabolæ, vt ænigmata. Quemcunque igitur conceperint ventum argumentationis scorpionū isti quocunque se acumine impegerint, vna iam linea est, ad ipsas res prouocabuntur, an secundum scripturas transigantur. Si quidē tunc aliud significabitur in scripturis, si non id ipsum reperiat in rebus. Quod enim scriptum est, hoc euenire oportebit. Porro tunc eueniet quod & scriptum, si non aliter eueniet. Ecce autem & odio habemur ab omnibus hominibus nominis causa, quomodo & scriptū est, & tradimur etiam à proximis, quomodo & scriptum est, & perducimur ad potestates, & interrogamur, & torquemur, & cōfitemur, & trucidamur, quomodo & scriptum est. Sic Dominus edixit: si aliter edixit hæc, cur nō aliter eueniunt, quàm edixit, id est, quemadmodum edixit. Atquin non aliter eueniunt quàm edixit: ergo sicut eueniunt, ita edixit; & sicut edixit, ita eueniunt. Nam nec licuisset aliter euenire, quàm edixit; nec ipse aliter edixisset, quàm euenire voluisset. Ita non aliud significabunt scripturæ istæ, quàm in rebus recognoscitur. At si nondum aguntur illa quæ prædicantur, quomodo hæc aguntur quæ prædicata non sunt? Non sunt enim hæc prædicata quæ aguntur, si alia sunt quæ prædicantur, & non hæc quæ aguntur. At nunc quia ipsa sunt in rebus, quæ & in vocibus, aliter dicta creduntur: quid fieret si aliter acta inuenirentur? ⁸⁵ Sed hæc erit peruersitas fidei, probata non credere, non probata præsumere. Cui peruersitati illud quoque opponam, vt si hæc quæ sic aguntur quemadmodum scripta sunt, non erunt ipsa quæ prædicantur, illa quæ non debeant sic agi quemadmodum scripta sunt, ne & ipsa horum exemplo periclitentur excludi. Siquidem aliud in vocibus, aliud in rebus est, & relinquitur nec prædicata videri quum euenierint, si aliter prædicantur quàm euenire habent. Et quomodo credetur quæ non erunt prædicata, quia non ita erunt prædicata quomodo eueniunt: Ita hæretici quæ prædicantur non vt probata sunt credendo, ea quæ nec prædicata sunt, credunt. [⁸⁶ Quis nunc medullas scripturarum magis nosset, quàm ipsa Christi schola, quos & sibi discipulos Dominus adoptauit; omnia utique edocendos, & nobis magistros ordinauit, omnia utique docturos? Cui potius figuram vocis suæ declarasset, quàm cui effigiem gloriæ suæ reuelauit, Petro, Iacobo, Iohanni, & postea Paulo; quem paradisi quoque compotem fecit ante martyrium? An & illi aliter quàm sentiunt, scribunt fallaciæ magistri, non veritatis? ⁸⁷ Petrus quidem ad Ponticos, ⁸⁸ Quanta enim, inquit, gloria, si non vt delinquentes puniamini, sustinetis. Hæc enim gratia est, in hoc & vocati estis, quoniam & Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum semetipsum, vt adsequamini vestigia ipsius. Et rursus, ⁸⁹ Dilecti, ne expauescatis vstionem quæ agitur in vobis in tentationem, quasi nouum accidat vobis: etenim secundum quod communicatis passionibus Christi gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes: si dedecoramini in nomine Christi, beati estis, quoniam gloria & Dei spiritus requiescit in vobis, ⁹⁰ dum nequis vestrum patiat, vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alieni speculatur. Si autem vt Christianus, ne erubescat, glorificet autem Dominum in nomine isto. ⁹¹ Iohannes verò vt etiam pro fratribus nostris animas ponamus hortatur, negans timorem esse in dilectione. Perfecta enim dilectio foras abiicit timorem: quoniam timor pœnam habet, & qui timet, non est perfectus in dilectione. Quem timorem intelligi præstat, nisi negationis auctorem? quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem timoris & animatricem confessionis? quam pœnam timore puniat, nisi quam negator relaturus est, cum corpore & anima occidendus in gehennam? Quod si pro fratribus, quanto magis pro Domino moriendum docet, satis ⁹² de Apocalypsi quoque sua instructus hæc suadere: mandauerat etenim spiritus ⁹³ ad angelum Ecclesiæ Smyrnæorum: Ecce diabolus

A bolus ex numero tuo coniciet in carcerem, vt tentemini diebus decem. Esto fidelis ad mortem vsque, & dabo tibi vitæ coronam. Item ad Pergamenorum de Antipa fidelissimo martyre interfecto in habitatione satanæ. Item ad Philadelphenorum, quod à tentatione vltima liberaretur qui Domini nomen non negarat. ⁹⁴ Exinde victori cuique promittit nunc arborem vitæ, & mortis veniam secundæ: nunc latens manna cum calculo candido, & nomine ignoto: nunc ferreæ virgæ potestatem, & stellæ matutinæ claritatem. nunc albam vestiri, nec deleri de libro vitæ, & columnam fieri in Dei templo in nomine Dei & Domini, & Hierusalem cœlestis inscriptam: nunc residere cum Domino in throno eius, quod aliquando Zebedæi filiis negabatur. Quinam isti tam beati victores, nisi propriè martyres? Illorum etenim victoriæ, quorum & pugna: eorū verò pugna, quorum & sanguis. ⁹⁵ Sed & interim sub altari martyrum animæ placidum quiescunt, & fiducia vltionis candidam claritatis vsurpant, donec & alij consortium illarum gloriæ impleant. Nam & rursus innumera multitudo albati & palmis victoriæ insignes reuelantur, scilicet de Antichristo triumphales, sicut vnus ex presbyteris: Hi sunt, ait, qui veniunt ex illa pressura magna, & lauerunt vestimenta sua, & candidauerunt ipsum in sanguine agni: Vestitus enim animæ caro. ⁹⁶ Sordes quidem baptismate abluuntur, maculæ verò martyrio candidantur. ⁹⁷ Quia & Esaias ex rufo & coccino niueum & laneum repromittit. ⁹⁸ Magna etiam Babylon quum describitur ebria sanctorum cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ministratur, quorum formido quid relatura sit æquè ostenditur. Inter omnes enim reprobos, immò ante omnes timidus autem, inquit, dehinc ceteris, particula in stagno ignis & sulphuris. Sic timor eius in epistola eius quem dilectio foras abiicit, habet pœnam. [⁹⁹ Paulus verò Apostolus de persecutore, qui primus Ecclesiæ sanguinem fudit, postea gladium stylo mutans, & conuertens machæram in aratrum, lupus rapax Benjamin, dehinc adferens ipse etiam escam secundum Iacob, qualiter martyria iam & sibi optabilia commēdat, quum de Thessalonicensibus gaudens, Vti, inquit, gloriemur in vobis in Ecclesiis Dei pro tolerantia vestra & fide, in omnibus persecutionibus & pressuris, ¹⁰⁰ quibus sustinetis ostentamē iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno eius, pro quo & patimini. Sicut & ad Romanos, ¹⁰¹ Non solum autem, verum etiam exultantes in pressuris, certè quod pressura tolerantiam perficit, tolerantia verò probationem, probatio autem spem, spes verò non confundit. Et rursus, ¹⁰² Quod si filij & hæredes, hæredes quidē Dei, cohæredes verò Christi. Siquidem compatimur, vt & cum illo glorificemur. Reputo enim passiones huius temporis nō esse dignas ad gloriam quæ in nos habeat reuelari. Et idē postmodum, Quis, inquit, separabit nos à dilectione Christi? pressura, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an machæra, secundum quod scriptum est. Tui causa mortificamur tota die, deputati sumus vt pœora iugulationis: sed in omnibus istis superuincimus pro eo qui nos dilexit. ¹⁰³ Persuasū enim habemus, quod neque mors, neque vita, neque virtus, neque sublimitas, neque profunditas, neque alia cōditio poterit nos à dilectione Dei separare, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. ¹⁰⁴ Sed & Corinthiis passiones suas enumerans, patiendum utique præfinit: In laboribus abundantius, in carceribus plurimum, in mortibus sæpius, à Iudeis quinque quadragenas citra vnam accepi, ter virgis cæsus, semel lapidatus, & reliqua. Quæ si magis in cōmmoda quàm martyria videbuntur, tamen rursus propter quod, inquit, boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. ¹⁰⁵ Etia in superioribus. Qui in omnibus tribulemur, sed nō cōagustemur: & indigeamus, sed nō perindigeamus: quoniam persecutionibus agitemur, sed nō detelinquamur: qui deiciamur, sed nō pereamus: semper mortificationem Christi Iesu in corpore nostro circūferentes. Sed etia, inquit, exterior homo noster vitatur, caro scilicet, vt persecutionū: sed interior renouatur die & die, anima scilicet spe promissionum. Nam quod ad præfens temporale & leue pressuræ nostræ per supergressum insuper per æternum pondus gloriæ perficit nobis, non inuentibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia, de incommotis dicens: quæ verò non videntur, æterna, de pramissis spondens. ¹⁰⁶ Philippenibus verò de vinculis scribens, utique beatos adfirmavit, quibus donatum esset non tantum credere in Christum, sed etiam pati pro ipso: Eundem, inquit, agonem habentes quem in me vidistis, & nunc auditis. Nam & si libor super sacrificium gaudeo, & congaudeo omnibus vobis, perinde & vos gaudete & congaudete mihi. Vides quam martyrij definit sclicitatem, cui de gaudio mutuo acquirit solennitatem,

vt proximus denique voti sui factus est, qualiter de prospectu eius exultat, dicens Timotheo: ¹⁰⁷ Ego enim iam labor, & tempus decessionis insidit, agonem bonum decertavi, cursum cōsummaui, fidem custodiui: superest corona, quam mihi Dominus illa die reddet, scilicet passionis. Satis & ipse supra allocutus, Fidelis sermo. Si enim commortui sumus Christo, & conuiuemus: si sufferimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille nos negabit: si non credimus, ille fidelis est, negare se non potest. ¹⁰⁸ Ne ergo confundaris martyrium Domini nostri, neque me vincitum eius, quia prædixerat: Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed virtutis & dilectionis & sanæ mentis. Virtute enim patimur ex dilectione in Deum, & sana mente, quum ob innocentiam patimur. ¹⁰⁹ Sed & sicuti tolerantiam præcipit, quibus magis eam quam passionibus prospicit, sicubi ab idololatria diuellit, quid ei magis quam martyria præuellit? [¹¹⁰ Planè monet Romanos omnibus potestatibus subiici, quia non sit potestas nisi à Deo, quia non sine causa gladium gesserit, & quia ministra sit Dei, sed & vltix, inquit, in irâ ei qui malum fecerit. Nam & præmiserat: Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem, fac bonum, & laudem ab ea referes. Dei ergo ministra est tibi in bonum. Si verò malum facias, time. Ita non in occasione frustrandi martyrij iubet te subiici potestatibus, sed in prouocatione benè viuendi, etiam sub illarum respectu, quasi adiutricum iustitiæ, quasi ministrarum diuini iudicij hic etiam de nocentibus præiudicantis.

Math. 22. Dehinc & exequitur quomodo velit te subiici potestatibus, reddere iubens cui tributum, tributum; cui vêtigal, vêtigal, id est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo. ¹¹¹ Solus autem Dei homo condixerat, scilicet Petrus, Regem quidem honorandum, vt tamen tunc Rex honoretur, quum suis rebus insidit, quum à diuinis honoribus longè est, quia & pater & mater diligenter cum Deo non comparabuntur. Ceterum super Deum diligere nec animam licebit. [¹¹² Num ergo & Apostolorum litteræ nobiles, & nos vsquequaque simplices animæ, & solummodò columbæ libenter errantes, credo viuendi cupiditate. Ita verò sit vt recedant à litteris suis sensus. ¹¹⁴ Quæ tamen passio Apostolos scimus, manifesta doctrina est, hanc intellego solam Acta decurrentis, nihil quæro; a carceris illic, & vincula, & flagella, & b. saxa, & c. gladij, & imperus Iudæorū, & cœtus Nationum, & Tribunorum elogia, & Regum auditoria, & Proconsulum tribunalia, & Cæsaris nomen interpretem non habent; quod a Petrus cæditur, quod b Stephanus opprimitur, d. quod c Iacobus immolatur; quod d Paulus distrahitur, ipso sanguine scripta sunt; ¹¹⁵ & si fidem commentari voluerit hæreticus, instrumenta Imperij loquentur, vt lapides Hierusalem. ¹¹⁶ Vitas Cæsarum legimus; Orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. ¹¹⁷ Tunc c Petrus ab altero eingitur, quum cruci adstringitur. Tunc f Paulus ciuitatis Romanæ consecuitur natiuitatē, quum illic martyrij renascitur generositate. Hæc v bicumque iā legero, pati disco, nec mea interest quos sequar martyrij magistros, sensusne an exitus Apostolorum, nisi quod & sensus in exitibus recognosco. Nihil enim passi fuissent quod non prius patiendum esse sensissent. ¹¹⁸ Quum vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetaffet, discipuli stantes & orantes ne se Hierosolyma committeret, frustra orauerunt. Ille enim quod semper docuerat, animatus; Quid stetis, inquit, & contristatis cor meum? At ego non modò vincula Hierosolymis pati optauerim, verum etiam mori pro nomine Domini mei Iesu Christi. Atque ita cesserūt, dicendo: Fiat volūtas Domini; fidentes scilicet, passionis ad voluntatem Dei pertinere. Non enim dehortationis consilio, sed dilectionis retinere tentauerant, vt Apostolum desiderantes, non vt martyrium dissuadentes. ¹¹⁹ Quod si iam tunc Prodicus aut Valentinus adlisteret, suggerens: non in terris esse confitendum apud homines, ¹²⁰ quod nec Deus humanum sanguinem siciat, nec Christus vicem passionis, quasi & ipse de ea salutem cōsecuturus exposcat; statim audisset à seruo Dei, quod audierat diabolus à Domino: Recede Satanas, scādalum mihi es. **Math. 16.** Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius. Sed & nunc audire debet, quatenus multò post venena ista suffudit, nulli infirmorum facilè nocitura, si quis hanc nostram ex fide præbiberit, vel etiam superbiberit potionem.

ADNOTA-

ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN
SCORPIACVM ADVERSVS GNOSTICOS.

ADVERSVS GNOSTICOS.] De Gnosticis vnde dicitur, nempe ac si dicas scientes, & rerum disciplinariarumque variarum cognitores, supra ex B. Epiphano adu. Valentinianos her. 31. adnotatum est, lib. de Præscriptionibus aduer. heret. c. 41. num. 258. & verò usurpatum fuisse in genere de omnibus hæreticis, ex eodem Epiphano patet; quamquam enim proprio nomine cōtra Gnosticos, agat he. 26. Nicolai discipulos, sicuti & Philaster, tamē idipsum etiam tribuit Basilidianis, Carpocratianis & Valentinianis; in hoc haud dubiè secutus Irenæum lib. 5. adu. hæreses. Verum de peculiaribus quibusdam Gnosticis se loqui Tertullianus non vno in loco indicat, lib. aduers. Valentin. sic finit: Atque ita insolentes doctrinæ Valentinianorum, in syluias iam excreuerunt Gnosticorum; & supra lib. de Anima, cap. 18. Relucēntne (inquit) iam hæretica semina Gnosticorū & Valentinianorū; denique huius lib. ca. 1. tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refractores ebulliūt. Agit itaque imprimis contra Menandrianos, apud quos (sicuti supra Auctor lib. de Anima, cap. 50.) nec pro Deo ipso mori lex est, deinde cōtra Basilidem eius discipulum, qui teste Auctore lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 46. martyria negabat esse faciendā, in quo illi consentiunt B. Epiph. & Theodoretus. Aduersus etiam Caianos, sive Cainos, contra quam hæresin (de qua latius supra lib. de Præscript. adu. her. cap. 33. num. 196. & lib. de Baptismo cap. 1. num. 7.) hunc locum conscriptum esse testatur B. Hieronymus, verbis ad calcem Argumenti citatis lib. contra Vigilantium; pro quo faciunt etiam verba Auctoris huius lib. cap. 1. si non & ipsa percutitur diffidentia signandi statim & adiurandi, & vnguendi bestię calcem; quippè quibus videtur indicare, negasse etiam istos Gnosticos baptismi illas ceremonias. Et verò quum Caius Cayn pro Deo habuerint, sicut Auctor testatur lib. de Præscript. adu. her. cap. 47. her. 7. num. 308. non mirum est, si pro Christo neque baptismum neque Martyria admitterent. Item & contra Valentinianos, qui nominatim se Gnosticos nuncuparint, utpotè qui sicuti supra habetur lib. aduers. Valentin. cap. 30. Martyrij necessitatem eludētes, quæ volūt interpretatione, sicuti infra docetur ca. toto 10.) confessionem nominis Christi constitutam putabant, nō intra huius terræ ambitum, nec per hunc vitæ commeatum, sed in cœlis apud veras (scilicet) potestates. Atque adeo etiam aduersus Prodicum, de quo sic in fine huius operis: Quod si iam tunc Prodicus aut Valentinus adlisteret, suggerens, non in terris esse confitendum apud homines, quod nec Deus humanum sanguinem siciat, nec Christus vicem Passionis, quasi & ipse de ea salutem consecuturus exposcat; statim audisset à seruo Dei, quod audierat diabolus à Domino: Recede Satanas, scandalum mihi es, &c. vbi de eodem latius n. 119. Denique & propriè cōtra Scorpiacum hæreticum, ad cuius nominis adlusionem videtur Auctor & titulum SCORPIACI huic libro dedisse, & descriptionem Scorpij tam latè cap. 1. prosequutus, de quo in hac verba B. Opt. Mileuit. lib. 4. adu. Parmen. Talis sermo est & Scorpiiani hæretici, (sic enim ibi lego cum Du. La-

tinio, qui etiam istud adnotat ad Tertullian. sui marginem, ex Tiliiano codice, pro: corpiani) qui negabat debere esse martyria; sed venena sua sibi seruet, ne eorum relatio auditorum intellectus simplices vel leuiter vexet.

2. SCORPIACVM.] Hoc nomen libro suo indidisse iam diximus, præcipue ob Scorpiacum hæreticum, aduersus quem peculiariter hunc librum scripsisse videtur. Aliam etiam illius causam explicatam habes à B. Hieron. lib. adu. Vigilant. quod ea hæresis contra quam agit, Scorpij in morem (verbis vtitur ipse Tertullianus ex cap. 1.) arcuato vulnere in Ecclesiæ corpus venena diffunderet. Itaque (inquit sub finem eiusdem Auctoris) tempus admonuit aduersus nostrates beatiolæ nostrate SCORPIACVM stylo temperare; Qui legeris, biberis. Nec amarum, potio, si eloquia Domini dulcia super mella & fauos, inde pigmenta sunt. Vbi manifestè indicat SCORPIACVM se accipere pro potione aduersus scorpios. Atque etiā peculiare causam cur Gnostici scorpiis adsimulētur, ratione reddit B. Epiph. her. 26. quod ex Nicolai hæretico, velut ex faculo de serpēis aut aspidis ovo, scorpij sint generati. Deinde & aliam, her. 31. contra Valentin. Quod sicut scorpij alter alteri implexus catenam nectentes decē aut plures, de recto sue domo seipsos demittunt, & sic cum dolo perniciem hominibus inducunt; sic & Valentinus, qui ab ipso originem duxerunt, Gnostici appellati, occasione ab ipso accepti, alter ab altero doctus, post præceptorem erroris additionem fecit, & aliam hæresin induxit ex priori dependentem, & sic per successionem in hæreses diuersas, ipsi appellati Gnostici, diuisi sunt; à Valentiniano tamen & antecessoribus eius occasione accepti.

3. DE BONO MARTYRII.] Hoc titulo libri argumentum adiecit ex ipso Tertulliano infra cap. 2. Sed nondum (inquit) DE BONO MARTYRII, nisi debito primū; nec antè de vtilitate eius, quæ de necessitate discēdum. Idque eo magis, quod ad institutum veniens cap. 5. latè deducat bonum esse martyrium. Alioqui placuisset alter titulus B. Cypr. librorum, in quibus Auctore imitatur: DE EXHORTATIONE MARTYRII, sive DE LAUDE MARTYRII; sed illi tituli magis correspondēt libro Tertulliani AD MARTYRAS supra To. 2. Atque illum titulum confirmat, quod iam num. 1. citauimus de Martyriorum refragatoribus, contra quos etiam paucis egit dicto Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 11. & supra lib. de Anima, cap. 50.

CAP. I.

4. Magnum de modico malum scorpium terra suppurat, &c.] Caput hoc inscriptum: De libris huius titulo & argumento. Atque scorpij descriptionem ad verbum serè desumpsit ex Plinio. Imprimis enim tradit ille lib. 10. cap. 72. Scorpiones terra viuere; hinc illud Auctoris: scorpium terra suppurat. Deinde lib. 11. cap. 25. hæc sunt verba inter cetera: Nulloque momento meditari cessat, nequando deserat occasionem, quod pertinet: tot venena, quot ingenia. Semper cauda in ictu est, pro quo Auctor: & tamen vnus omnium violentiæ gestus de cauda nocere, &c. Latius PPP iij

caudam describens; spiculum & fistula patula tenuitate in vulnus (sic enim lego cum Gagneo, pro: id) virus effundentem; quod ipsum habet etiam Plinius eiusdem lib. cap. 37. Peris & obliquo istu & inflexo; quod Auctor dixit & B. Hieron. arcuato impetu; venenum omnibus medio die quum incandescere solis ardoribus. Hinc illud Auctoris: familiare periculum aeternitas (sic enim legendum, cum ex praedictis verbis patet, pro: aeternitas) sum ex illis infra: & certo tempore subornantur, nec alio quam ardoris; ac rursus illis: in praesentiarum est medius ardor. Constat (inquit Plinius) & septena cauda internodia seuiora esse; quod facit ad intellectum illum: proinde (ita enim legere malo cum Gagneo, Vocem Tertullianicam, quam: perinde vt) scorpis series illa nodorum venenata. Hoc (inquit) idem malum, Africa voluere etiam, Austri faciunt. Hinc Auctor sic castigandus videtur: Austro in Africa saeuitia velificat; quamquam noluerim quid immutare, quod constet etiam sensus vulgatae lectionis: Austro & Africo: Quidam (pergit ille) & ab ipsis factum deiorari arbitrantur, vnum modo relinqui solertissimum, qui se maris elumbibus imponendo, cuius & a cauda & a morsu loco fuit hunc esse reliquorum visorem, qui postremo genitores supernè conficiat. Quò an pertineat illud: quæ cauda erit, quòcunque de posthumo corporis propagatur, & verberat, diligenti Lectori perpendendum relinquo. Atqui phraeis voces que hic citatae sunt superque arguunt, contra quorumdam iudicium, non satis exactum, esse hunc librum Tertulliani germanum factum, similiter verò infra cap. 4. dixit Auctor: & ingemnat scorpis plagam, & cap. 7. Incutiat adhuc scorpis, & cap. 11. Quemcunque igitur conceperint ventum argumentationis scorpis isti, quocunque se acumine impigerint.

5. quot & colores Nicander scribit & pingit, &c.] Citat quidem Nicandrum hoc ipso libro Plinium, quem scribit Athenæus fuisse Colophonum sine Atalium Grammaticum, Poëtam, Medicum, & Auctor etiam pictorem fuisse insinuat. Verum istud Plinius Apollodoro, qui de venenatis bestiis scripsit, attribuit; quem dicit in nouem genera scorpis distribere, per colores maxime superuacuus. Quò pertinere videtur quod præmittit Auctor: tot perniciis, quot & species; tot dolores, quot & colores.

6. Vnde & bellicam machinam, &c.] Huc pertinet quod inter inuenta bellicarum machinarum Plin. lib. 7. num. 56. scribit: in tormentis scorpionem Cretas inuenisse.

7. in remedijs naturalia plurimum, &c.] Apud Plinium naturalia remedia 62. contra scorpionis icum, inueniuntur, tum dicti lib. 11. cap. 25. tum lib. 20. & sequenti; præterquam & magis aliquid hic adfert, & ferrum, & poculum, quibus medicina occurrit.

8. signandi litam & adiutadi, & vnguendi bestia calcem, &c.] Hæc haud dubie pertinent ad ceremonias baptismi, de quibus late supra lib. de Baptismo. 1. et deinceps. Adhuc etiam tum ad potestatem calcandi super colubros & scorpis, Luc. 10. de qua supra latius lib. 4. adu. Marc. c. 24. tum ad viperæ morsum, quem spreuit Apostolus, Act. 28. tum ad figuram rybi, Exod. 3. Atqui sunt & hic verba Tertullianica: dedicauit, & subornantur. Sine verò legat: callentes & ipsi offendere, sine: calentes, non refert; quia ad hanc lectionem pertinet quod supra ex Plinio adduximus vt continua meditatione, vt nocere queant. Atqui vt

clarior sit sensus, omiſſa & particula, legimus: in ventum si placuerit, Christianos. De Promeribili autem formula: caudam trahentes, vide nostra Prolegomena.

9. Hæcine pati homines innocentes, &c.] Hæc argumenta sunt Gnosticorum aduersus Martyria, quibus postea singulatim serè responderet, vt supra ad illud: Hæc & siqua alia. Sicut autem etiam hic Tertullianica. Inter quæ obscurum est illud, & quantum apparet, corruptum: vt putes (sive vt puta, ex coniectura) fratrem aut de melioribus ethnicum; neque enim ethnici, quantumuis meliores, aut innocentes, aut martyria pati rectè dicuntur. Atqui sunt & hic Tertullianica; secta, in bonam partem; Dehinc adigunt; prima fixura; exinde iam cædunt.

10. ibidem scorpis pro solea anathema inlido, &c.] Facit hic locus pro anathemate, quòd in lido solet hereticis, scorpis similibus, vt supra dictum est nu. 2. atque adeò pro Excommunicatione Ecclesiastica, de qua late supra T. 1. Apolog. Videtur autem: Ceterum mox accipi pro: Etenim; reddi enim causam cur ab Ecclesia absindi & eici debeant heretici, quòd aliqui si admittantur hereses plagam satiare, id est, plene infligere, intimet vitus (enrursus vocè Tertullianicam) & properet in viscera, &c. ne prolixiores in repetenda simus. Hoc vnum hic addam, quòd proferri legendum sit: carne spiritus exolecit; neque enim vsquam apud aliquem Feterum vsurpatur caro spiritus, eò quòd Christo teste, Luc. 24. spiritus carnem & ossa non habet. Sunt verò etiam voces Tertullianicae: gelascit, exolecit, & nauſca nominis (nempe Christiani) inarescit.

11. ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo, &c.] Eleganter ardori caniculæ, quem mense Iulio & Augusto experiri solemus, vehemenciam persecutionis comparat, cynocephalum vocans, aut Seuerum Imperatorem, aut potius Proconsulem Africae, qui Christianos quasi venatu quodam persequeretur, non aliter atque cynocephali, homines iuxta Plinium lib. 7. cap. 2. caninis capibus, qui vnguibus armati, venatu & aucupio se totos dabant.

12. Alios ignis, alios gladius, &c.] De varijs tormentorum generibus vide supra lib. ad Martyria, non solum de igne, gladio fustibus, sed & vngulis, ac degustato martyrio, in carcere esurie. De Africanis autem addit Ecclesiæ: nos ipsius lepores, destinata venatio, deloginquo obſidemur; vt potè in qua lingua fuerit persecutio viuentis Seueri, forsitan quòd Africanus esset; de quo latius in vita Auctoris.

13. aduersus nostrates bestiolas nostrate Scorpis stylo temperare, &c.] Haud dubie intelligit Gnosticos, qui iam in Africam irrumperè caperant, adinstar scorpionum, qui (vt supra dictum est num. 4.) maxime Africam infestabant, illis adeò Africano stylo respondens. Verum etiam de hoc in vita Auctoris. Hic sufficit adnotasse, quòd huius libri titulum indicet, & pulchrè tum precedentia, tum hanc periodum emendarit ex Britannico codice Gelenius.

CAP. II.

14. Sed nondum De bono Martyrii, &c.] Caput huic titulum dedimus: De idololatria vitanda, vt que adeò vt loca exterminari, & Idololatrias interfici iusserit. In quo Auctorem imitatur B. Cyprianus, adlegatū penè isdem scripturis lib. de Exhort. Mart. cap. 1. Hæc titulo: Quòd Idola Dij non sint; cap. 2. Quòd Deus solus colendus sit, & cap. 3. & 5. Quòd sic idololatria indignetur Deo, vt præceperit eos etiam interfici,

terfici, qui sacrificare & seruire idolis suaſerint. Quo capite post scripturas Deuter. 31. sic concludit: Quòd si ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt?

15. Ad officium hæreticos compelli, non inlici dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda, &c.] Quam istud facit contra libertatem hæreson, supra adnotauimus Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 2. num. 7. remittentes ibidem Lectorem ad Adnotationes nostras in B. Cyprian. Epist. 5. ad Antonianum, num. 78. & ad lib. de Exhort. Mart. cap. 5. num. 27. Siquis plura desideret, spero propediem prodituram Relationem nostram ad Ordines Belgij, de diuersis Religionibus non admittendis, vel in vno aliquo, vnius Regni, Monarchiæ, Prouinciæ, Ditionis, Reipubl. Ciuitatis, aut oppidi loco; quò Lectorem remittimus; vt potè quæ per cap. xxx. & eo amplius, quicquid ad hanc materiam pertinet, late tractauerimus, tum ex scripturis & Patribus, tum ex Imperatorum edictis, tum denique ex Ecclesiæ Imperiorum, & Regnorumque historiis.

16. Sustineant Euangelia paulisper, &c.] Distinlit Euangeliorum testimonia Auctor de Martyrijs vsque ad cap. 9. quorum radicem aptè Legem vocat.

17. Ego sum (inquit) Dominus Deus tuus, &c.] Sic supplemus hunc locum ex ipso Moysè, Exod. 20. iuxta aditionem LXX. & alias omnes, maxime quum & alibi sic legat Auctor: Non erunt tibi Dei alij præter me (quòd cum alijs sic legat B. Cyprian. dict. lib. cap. 2.) Ego enim sum Dominus Deus tuus. Item in scriptura sequenti etiam Exod. 20. Non facietis vobis Deos aureos & argenteos, etiam ex coniectura Latini, pro: Non facietis inibi, &c. quia illud cum LXX. & Hebraicis legit B. Cyprian. lib. 3. Testim. cap. 59. Illud verò: Non facietis vobis secundum hæc, retinendum duximus, quòd nimia sit cum LXX. differentia, qui legunt: Non facietis vobis altare.

18. Audi Israël, &c.] De hoc testimonio Deuter. 6. sic verba tranſponimus, sicut alibi ab Auctore, & ab omnibus citantur: De ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis; deinde legimus: quia Deus æmulator, omisso: & superfluo. Vbi vox est Tertullianica: deicrabis. Denique in verbis Deuter. 11. legimus; iuxta quòd alibi Auctor & aditiones omnes: benedictionem & maledictionem, ac: Benedictionem (inquit) singulari numero, pro eo quòd erat plurali; supplemusque maledictionem, si erraueritis de via, ac legimus tum hic, tum paulo post quinquies: Deis, pro Dijs, & sub finem capitis ex Psal. Dei nationum, pro: Dij. Vbi abeuntes paraphrasticos vertit, quòd Græcè est ποσδδβέτρε. In verbis denique Deuter. 12. ter correximus: eorum, pro: eorum, quia præcedit nationes; & proinde etiam: Vocibus tranſpositis; & sculptilia Deorum ipsarum; omittentes etiam: vt, legimus dumtaxat: & ego ita faciam. Atqui Staticula, pro statuis, vox est Tertullianica, sicuti multo post ex Leuitic. cap. 26. nec sculptile nec staticulum, vt distinguat sculptiles statuas à fustibus, quarum etiam ex Deuter. meminit.

19. Sed &c. Si ipse Prophetes (inquit) exsurrexerit in te, &c.] Hæc verba Moysi Deuter. 13. transcripsit penè ad verbum B. Cyprian. partim epist. 40. partim lib. de Mortal. lib. de Exhort. Mart. cap. 9. & lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 15. Ex quibus locis posterioribus & aditionibus omnibus castigauimus: exsurrexerit, pro: exurrexit; ac: & euenerit, pro: uenerit; item supplemus: vt

sciat si ex toto corde, &c. Mallem etiam legere cum omnibus: diligatis Deum, Græcè ἀγαπάτε, pro: timeatis; sed quia nulla est dictionum similitudo, nihil immutauimus. Atqui etiam nouam periodum aspicimur: Post Deum, eò quòd alter sit versus.

20. Sed & alio capitulo, &c.] Quòd semel adnotasse sufficiat, vel hinc patet longe aliam fuisse capitulum distinctionem in Bibliorum aditionibus, atate Tertulliani, atque nunc, quum istud eodem capite hodie reperitur, neque id nouum videbitur; qui Commentarios veterum Patrum, & maxime Hebraicis Mauri in scriptura penè vniuersas, qui apud me MS. existit, inspexerit. Nata est verò haud dubie varia distinctio, eò quòd in capita initio distincta scriptura non fuerint, sed in libros dumtaxat.

21. Si autem rogauerit te frater tuus, &c.] Istud etiam cum eo quòd ex eodem capite sequitur, ad verbum penè citat B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 5. vbi vbiq; vertit: rogauerit, quòd Græcè est παροχλασθῆναι, & alij vertunt: hortatus fuerit. Ex illis autem castigauimus: Non parcat oculus tuus super eum, pro: pascet, quòd habebat Lugdunensis aditio; item: & manus omnis populi, pro: manus populi tui; quia cum illo consentiunt alie aditiones. Deinde & ex Græco: μη ἐλεήσεις ἕδὲ μὴ σκεπέσεις οὐδὲν: Nec misereberis nec cælabis eum, pro eo quòd corruptiss. legebatur: Nec desiderabis nec saluabis eum, maxime quum consentiant etiam Hebraica & Chaldaica aditio, & B. Cyprian; legat nec cælabis eum. Atqui in sequenti ex eodem cap. scriptura, quam non ad verbum, sed sensu tenuis citat: deuotamenta, &: deuotamento, vertit quòd Græcè est ἀνὸδερμα. Porro ex ipso Moysè suppleuimus illud Deuter. 27. aspersionem tum Domino, vbi etiam habes vocem Tertullianicam.

22. Non sequemini (inquit) idola, &c.] Hoc inuenire est Leuit. 19. at illud: Filij Israël famuli pueri mei (Græcè υἱοὶ ἰσραὴλ οἰκέτοὶ παῖδες μῆ) Hi sunt quos eduxi de terra Egypti, Leuit. 25. Illud denique, quòd olim a præcedentibus non distinguebatur: Ego Dominus, &c. Leuit. 26. hodie reperitur, vbi supplemus necessario: nec sculptile nec staticulum. Retinuit autem vocem Græcam σκονδν, dum lapidem scopum vertit, significantius multo quam Interpres Latinus LXX. lapidem insignem.

23. Dei nationum argentum & aurum, &c.] Paraphrasticos Dei tranſtulit pro eo quòd Græcè est: ἑθνολατρε, pro quo aptius supra Tom. 2. lib. de Torona milit. cap. 10. Idolaz quomodo etiam B. Cyprianus lib. de Exhort. Mart. cap. 1. & lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 59. sed magis citans verba Psal. 134. quum Auctor citet Psal. 113. quamquam verborum ordine immutato; videtur ob hominis fabricam, in qua supremo loco sunt oculi, aures, nares, & deinde os, ac inferius manus ac pedes. Et verò tum Auctor etiam supra dicto loco, tum B. Cyprianus vtrobiq; que legunt in presenti, quæ alij perierunt in futuro: habent, vident, audiunt, odorantur, loquuntur, contrectant, &: ingrediuntur. Et quibus locis etiam supplemus: qui faciunt ea.

CAP. III.

24. Nec putem disceptandum, &c.] Caput hoc inscripsimus: De Idololatria à Deo vindicata in populum Israël. Atqui facit & hoc caput ad insinuationem libri nostri supracitati, num. 15. aduersus Religionum plurimum libertatem. Imitatur autem etiam hic Auctorem B. Cyprian. dicti libri de Exhort. Mart. cap. 4. eandem historiam citans Exod. 32. vbi simili titulo videtur: Non facile

Deum ignoscere idololatricam. Atqui est hoc Tertullianicum: expectabit retractari.

25. Abert apud Deum in monte Moyses, &c.] Hanc historiam Exod. 32. cum alibi frequenter, tum Tom. 2. lib. de Patient. cap. 5. in eadem penè verbis Auctor profectus est. Hoc hic duntaxat adnotandum, illud: quos potius ipse perdidit, accipi debere, pro: perdere debuerit, præter illas voces Tertullianicas: iuggillans, & deditauerunt.

26. Bouis etiam cuiusdam cōsecraticem, &c.] De Osfridis siue Serapidis simulacro Ægyptiorum in forma bouis, alicubi supra latè diximus. Hinc illud Tibulli: -- Ositum,

Barbara Memphitem plangere docta bouem. 27. In Arithmis, &c.] Hanc quoque appellationem Tertullianicam, ut Arithmos vocet librum Numerorū, vide supra lib. 4. adu. Marc. cap. 2. 3. & 28. Historiam ipsam Numer. 25. paucis etiam repetit infra Tom. 5. lib. de Pudicit. ubi sequitur Moysen, quem scribit xxiii. milium populi fornicatis in filias Madia (seu potius Moab, sicuti hic rectius) vna plaga ruisse. Hic verò Apostolus 1. Cor. 10. apud quem legitur: Neque fornicemini, sicut quidam ex ipsis; & ceciderunt vna die viginti tria milia. Atqui vocem Græcam ἐπίδηθη vertit: initiati, sicut etiam Interpres Latinus LXX. Psal. 105. Et initiati sunt Beelphegor, pro eo quod sacrificare vertit.

28. Defuncto Iesu Naue, &c.] istud transcripsit etiam B. Cyprianus in lib. 1. Test. adu. Iud. c. 1. hoc titulo: Iudeos grauius in offensam Dei deliquisse, quod Deū dereliquerint, & idola secuti sint. Meminit etiam eiusdè supra Auctor T. 1. lib. adu. Iud. c. 1. ubi quæ solū Bahali se mancipasse legantur, hic citat potius illud, quod secundo loco repetitur Iud. 2. & seruierūt idolis Baalim & Astartis, Græcè τῶν ἰδωλῶν, de qua Syria Dea, vide supra Adnotat. nostras Tom. 1. Apolog. cap. 2. 4. num. 379. siue autem legas cum Gagneo: venum dabatur, siue cum aliis: venundabantur, perinde est.

29. Post quæ instituit super illos Deus Critas, quos censores intelligimus, &c.] Similiter autem mox: ut quis Critarum obierat, & per omnes penè Annales Critarum. Porro retinuit hic quoque Græcam inscriptionem, ἰσθραήλ, libri Iudicum, sicuti nos eum appellamus, & B. Cyprianus pro quo maluit Auctor vertere: censores, vocem Iureconsultorum, Romanis magis usitatam, qua phrasi etiam supra lib. 2. aduers. Marc. cap. 2. censores diuinitatis dixit. Et rectè Auctor id nominis Cenforum Iudicibus populi Israël adtribuit; et si enim initio, iuxta Cicer. lib. 3. de Legibus, officium eorum duntaxat fuerit, populi auitates, soboles, familias pecuniisque censere, vnde & nomen id accepisse testatur Linius 1. Dec. lib. 4. etiam morum prefectos fuisse testatur idem Cicero pro Cluentio. Atqui omnino legimus: Post quæ instituit, & pro: Postquam, & iuxta aditiones paulopost: & adorando eos, pro: orando. Perium sunt etiam hic Tertullianica: compressati sunt; & obaudire, bi; ac, non aduertam, pro eo quod Græcè est: ὑποῶσθησαν, pro quo Latinus LXX. Interpres: non addam.

30. Atque ita per omnes penè Annales Critarum, &c.] Sic librum Iudicum appellat, ubi adludit ad cap. 3. 4. 6. & maxime 10. ac 13. ubi de iugo Allophytorum (quos vertit Auctor ubique pro Philistæis) fit mentio; item ad Regum libros quatuor, maxime 1. Reg. 12. 3. Reg. 14. ac 20. & 4. Reg. 13. 17. 18. 23. 24. & 25. CAP. IIII.

31. Hanc igitur si à primordio, &c.] Capiti huic

inscriptionem dedimus: Quod hæc præcepta martyriis patrocinentur, prohibendo idololatricam. Quo adèò respondetur ad illud Gnosticorum argumentum supra, cap. 1. Certè peccatoris poenitentiam mauult Deus quàm mortem; & quomodo peccatorum non desiderat mortem? Atqui supplemus iterum ex Gagneo paulopost: & compungimur, & ingeminat.

32. Nos autem Deo alibi dimicantes, &c.] Hoc pertinet ad lib. 1. adu. Marc. supra; quod verò sequitur: & DE RELIQUO CORPORE HÆRETICÆ CVIVSQVE DOCTRINÆ, ad secundam partem lib. de Præscript. adu. hæres. Quare & hunc librum, iuxta quod Præscriptura nostra in Tomum tertium adigimus, illis postposuimus. Atqui de Prouerbiis certas præducimus lineas, vide nostra Prolegomena.

33. Præscribitur mihi ne quem alium Deum dicam, &c.] Adludit tum ad illud Exod. 23. supra citatum Tom. 2. lib. de Idolo, cap. 10. ac 20. ubi Lex prohibet Deos pronuntiarum ad illud Exod. 20. ad legatum cap. 2. ubi: Non adorabis ea, neque coles; tum denique ad illud Deuter. 6. Domini Deum tuum timebis, & illi famulaberis soli.

34. huic sacramento militans, &c.] Similiter Auctor agit dist. lib. de Idol. cap. 19. de sacramento (id est, iureiurando, quod se milites adstringunt) diuino signo Christi, castris lucis; de qua & aliis significationibus vocis: sacramento, vide Adnotat. nostras dicto lib. de Præscript. adu. hæres. cap. 40. num. 239. ubi etiam alios aliquot similes locos adnotauimus. Sicut enim milites sacramento suis ducibus ad depugnandum in acie autorantur, ita & nos (inquit Auctor supra Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 3) vocati sumus ad militiam Dei viuam, tunc quum in sacramenti verba respondi-mus; de quo latius initio lib. de Baptis. inter Baptismi ceremonias. Atqui videtur Auctor respexisse etiam ad consignationem quæ fit in baptismo, de qua ibidem videre est.

CAP. V.

35. Habes igitur Dei mei voluntatem, &c.] Titulum impusimus huic capiti: Quod bonum sit martyrium, etsi periculosum ac durum, non secus atque Medicina quæ dolores vitales adfert. Atqui de Prouerbiis libris formulis: occursum est huic plagæ; & in alium icium confideremus, latius inter Prolegomena. Hic enim tacite responderetur ad illa argumenta Gnosticorum supra, cap. 1. Perite homines sine causa.

36. UT DEVM MEVM BONVM OSTENDAM, QUOD IAM A NOBIS DIDICERVNT MARCIONITÆ, &c.] Hic intelligit lib. 2. aduers. Marc. DE DEO BONO, ET TAMEN IVSTO. Supplemus autem mox: à quo & prohibetur, ex Gagneo, & legimus prorsus: quid aliud est aduersatio (voce Tertullianica) idololatricæ, atque martyrii, pro: aduersatio, quod nullo sensu legabatur.

37. Nam & medicinæ præsidium, &c.] Similis est locus supra lib. 2. adu. Marc. cap. 16. præterquam quod ferramenta, quibus illi utuntur, hic enumeret: scalpellum, quo (sicuti etiam ibi loquitur) secant & amputant, cauterium, quo inurunt, quibus addit hic: sinapis incendium, quo mordent. Hinc fieri puto, ut ad lepras curandas usum sinapis esse scribat Plinius lib. 20. cap. 22.

38. Sed Medicum quoque miraberis etiam in illo, &c.] Videat hac de re curiosus Lector Hippocratem, Galenum, & alios Medicos; certè experientia quotidiana expe-

experimur: quod fermè pares qualitates medelaram adhibeatur aduersus qualitates querelaram. Siue autè leg. ut restinguat, ex coniectura Dn. Latini, siue restringit, perinde est, & hoc videtur Auctori magis usitatum. Sunt verò etiam Tertullianica: dispargere, euaporare; & non multò post: sustentato, pro patienter expectato; item: limantes, & veterum mortis, ubi in intermediis lineis iterum legimus: temperaretur, ex Gagneo, pro: temperatur.

CAP. VI.

39. Sed & certaminis nomine, &c.] Capiti hoc inscripsimus: Quod certaminis nomine Deus nobis Martyria proponat, pro quorum meritis mercedem accipiemus, esseque illa post lauacrum secunda solatia, immò etiam baptismum sanguinis. Per quæ nominatim respondet ad illud Gnosticorum argumentum supra, cap. 1. an Deus hominum sanguinem flagitat, &c. Prus illud supra tractauit Auctor Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 3. in quo imitatur eum B. Cyprianus dicti lib. de Exhortat. Mart. cap. 8. & 9. præsertim hoc titulo: Insistendum esse & perseverandum in fide & virtute, &c. ut ad palmam & coronam possit perueniri. Et rursum lib. 3. Testim. ad Quirinum, cap. 16. & 17. Quæ omnia adnotata digna sunt aduersus eos qui Martyria & pœnas peccatorum appellare non verentur. Atqui propriè accipiuntur hic gula pro faucibus, quum dicit: E nullum, &c. de diaboli gula; at Tertullianica vox est: inculcatorem.

40. Agonas istos, &c.] De variis Agonæ ac certaminum Græcorum & religionum ac voluptatum generibus, vide supra Tom. 2. librum integrum de Spectaculis, & Adnotat. nostras nominatim à num. 1. & 106. 153. 154. ad finem usque, ne hic in repetendo prolixiores simus.

41. Adhuc Carthaginem, &c. donatam Pythico agone, &c.] Hinc occasionem accepisse videtur Auctor scribendi libri de Spectaculis supra Tom. 2. quod indidit esse Carthaginem Pythicus agone, idque post stadij senectutem, id est, postquam stadium, id est locus ad Agones deputatus, iam senectutem quandam passus esset, vitiosè à multis annis minimè frequentatus. Atqui Pythicum agone vocat eum, qui in Ludis Pythicis, id est Pythio Apollini dedicatis, celebrabatur. Pythes enim pro pugile notior vox est, quàm ut pluribus sit opus. De Agonotheta denique dicto num. 106. Atqui sunt præterea Tertullianica: liquit, ab æuo, committere artes; plus victoriarum est, quàm iniuriarum, nisi quis malit legere: victoriarum, & iniuriarum; nam non placet coniectura Harrisij: plus victoria tamen est quàm iniuria.

42. Deum dedecerebit, &c.] istud explicatius videre est tum dictis cap. lib. ad Mart. tum lib. de Spectac. cap. 29. & 30. Legimus autem partim cum Gagneo: Quid nunc si non, pro eo quod erat duntaxat: Qui si non.

43. Aut quomodo multæ mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum, &c.] Quæ hic merita, mox pretia vocat, quibus reddi dicit compensationem & mercedem, & cap. 8. remunerationem Martyriorum. Eodem autem modo locum illum Ioan. 14. interpretantur Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. B. Cyprian. lib. de Laudè Mart. alique Patres complures; & ipse Auctor supra lib. de Resurr. carn. cap. 52. illud 1. Cor. 15. stella à stella distabit in gloria. Et quis sunt iterum Tertullianica: dependitur, & mox: depondi, ac: erogari, quæ illi sunt synonyma. De eo verò

quod carnem vocat manum Dei, animam ad flatum; vide alicubi supra.

44. Prospexerat & alias Deus imbecillitates, &c.] Hic transit ad secundam huius capitis partem, in qua tradit esse Martyria, & secunda solatia post lauacrum, & lauacrum sanguinis exinde securum; quod clarius dixit in hac verba supra lib. de B. p. t. f. cap. 16. Hic est baptismus; qui lauacrum, & non acciprum representat, & perditum reddit. ubi adlegauimus plura de baptismo sanguinis testimonia Patrum, num. 108. & expositiones item illius scripturæ in eandem sententiam: Habeo baptismum tingui, & c. n. 111. Quos inter pro hoc loco facit maxime B. Cyprianus. Præsertim in sapientiæ lib. de Exhort. Mart. ubi vocat hoc secundum baptismum, post quod nemo iam peccat, quod fidei nostræ incrementa consummat, quod nos de mundo recedentes statim Deo copulat.

45. Propriè enim Martyribus nihil iam reputari potest, &c.] Iste etiam locus perimet ad Purgatorij adserionem, & eam differentiam (de qua supra etiam apud hunc Auctorem lib. de Anima, cap. 35.) quam apertiores ponit B. Cyprianus. Epist. 52. ad Antonian. Aliud (inquit) missum in carcerem non exire inde, donec soluat novissimum quadrans, & pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne, & pendere in die iudicij ad sententiam iudicis; aliud, statim ad gloriam peruenire, fidei & virtutis accipere mercedem, peccata omnia passione purgasse, & à Domino coronari. De quo vide Adnotat. nostras ibidem num. 59. & supra lib. de Anima, num. 421. & 424.

CAP. VII.

46. Incutiat adhuc scorpius homicidam Deū ventilans, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiam fidei sint examinatoria martyria. In quo Auctorem etiam imitatur B. Cyprianus, tum lib. de Exhort. Mart. cap. 9. hoc titulo: Ad hoc pressuras & persecutiones fieri, ut probemur, & lib. 3. Testim. ad Quirinum, cap. 15. Qui loci etiam adnotandi adu. eos, qui martyria facere audent, supplicia peccatorum. Atqui respondet hic Auctor ad argumentum Gnosticorum supra cap. 1. Si is (nempe Deus) occidit, quis saluum facere debet?

47. Sophia (inquit) iugulauit filios suos, &c.] Hodie nihil apud Salomonem reperire licuit quod cum his verbis consentiat, quàm illud Prouerb. 9. Sophia mater, seu iugulauit (vtrumque enim significat vox Græca ἡ σοφία) victimas suas, pro quo videtur Auctor legisse Paraphrasticos filios suos; quod ipsum B. Aug. interpretatur lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 20. de martyrii virtutibus. Verum quia subiungit Auctor: Et idèò quid sequitur? Sophia, &c. quod est Prouerb. 1. conuicio olim lectum fuisse Prou. 1. illud: Sophia iugulauit filios suos, ubi hodie habetur: nam impietate suam animam auferuit, immèdiatè ante verba sequentia; nisi malit quis illud: sequitur, referre ad laudem potius Sophiæ, quæ filios suos iugulauit, quàm ad verba scripturæ.

47. Sophia in exitibus canitur hymnis, &c.] Hic magis expressit Auctor quod Græcè est ὑμνεῖται; ubi quum etiam legatur. πνεῦμα ἁγίου, necessario etià castigauimus constantiam agit, pro: de constantia; reliquum etiam iuxta LXX. adfertur. Ex eo autem quod hic citatur illud Isai. 44. in hæc verba: & alius inscribit: In nomine Israël, mutas hic numerum Prophetæ, ut magis ad institutum faciat, apparet etiam supra lib. 4. adu. Marc. c. 39. legi debere, in scribet, pro: inscribetur.

49. Audio enim & alibi dicentē Deum, &c.] In hac scriptura Zachar. 13. iuxta adiciones omnes sic rrsposimus verba: Vram illos sicuti vritur argentum, & probabo illos, sicuti probatur aurum, idque eō magis, quod, vri igne argentum, non aurum, (quod probatur dumtaxat) experientia quotidiana discamus.

50. Si Deus filio suo non pepercit, &c.] Hic Reg. 8. Apostoli verba citat ea dumtaxat que ad Prophetiam pertinent, in quibus cum illo transposuimus tres voces: quomodo non & pro: & non. In altero testimonio Ephes. 5. paraphrasticas legit: Christus est qui se tradidit pro delictis nostris, pro eo quod est dicitur: pro nobis. Atqui iterum cum Gagneo restitimus: Verba non solo sono sapiunt, ubi legebatur corruptiss. Verbo.

51. Sed enim Scytharum Dianam, &c.] Quod Scythæ Tauricæ, sicuti eam appellat Plinius lib. 4. cap. 12. Tauri Scythæ Dianæ hospite: suos immolarent, vide supra tractatum Adnot. nostris in Apolog. cap. 9. num. 12. De Gallorum Mercurio ibidem, num. 124. de Afiorum Saturno, n. 121. & de Ioue Latio, 126. denique de pollinatore, cap. 13. num. 198. Atqui admoniti ab Harrisio etiam hic substituimus: liquit, pro: licuit, sicuti supra initio cap. 6. Est verò etiam hic vox Tertullianica: retractat.

CAP. VIII.

52. Vnum igitur gradum insitimus, &c.] Huic capiti titulum imposuimus: Quod martyriorum à primordio & in lege exempla inuenire sit. Vbi & cap. sequi videtur respondere ad illud Gnosticorum argumentum supra cap. 1. Hæcine pati homines innocentes, &c. quippe cum prober iam à primordio vim passam esse iustitiam. In quo imitatur Auctorem B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibaritanos, & Epist. 81. ad Rogat. maximè verò sepe dicit. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. ubi easdem scripturas penè omnes citat. Atqui an martyria præcepta esse senserit Tertullian. vide nostra Prolegomena. Porro de Proverbiali formula: Vnum gradum insitimus, vide nostra Prolegomena. Phrasè autem sua vertit Auctor illud I. salm. 113. Honorata est apud illum mors religiosorum ipsius, pro eo quod B. Cyprian. cum aliis: Preiussa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Est verò etiam istud Tertullianicum: elogio transgressionis.

53. Videte quomodo petiit iustus, &c.] Sic castigauimus hunc locum ex LXX. pro: Vide. Malkem etiam legere vtrouque: petiit, pro: perit; sed hoc non semel supra retinuit Auctor. De reliqua verò huius loci lectione Isai. 57. vide Adnot. nostras in B. Cyprian. lib. 2. Test. ad Quirin. cap. 14. num. 67. Mirum interim de hac lectione, quod variè Auctor in huius loci citatione, ut potè qui hic veritatè: & etiam honor sepulturæ eius, quum supra lib. adu. Iud. cap. 30. & lib. 3. adu. Marc. cap. 19. videatur legisse: Et erit honor, siue in honore; pro quo alij: in pace, sepultura eius de medio sublata est; ubi vide Adnot. nostras num. 144.

54. Qui Deo placuerat, occiditur, &c.] Que de Abel primo (vbi ipse loquitur) martyre, Dauidè, Helia, Zacharia, & trina fraternitate hic adlegat Auctor, etiam inuenire est apud B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 11. in quibus locis habeantur, ad marginem adnotauimus. De Hieremia verò quod lapidatus sit, præterquam quod colligant quidam Hebr. 11. ex illo: Lapidati sunt, testantur Dorathus in synopsis, & Epiphanius de vita Prophetarum. Et similiter de Isaiâ quod lectus sit,

præterquam quod etiam habeat supra Auctor Tom. 2. lib. de Patient. cap. 14. & disti Auctores, etiam B. Hieron. ex certissima Hebræorum traditione adserit in dictum locum Isai. 57. Scribens serratum fuisse à dante, serra lignea; adiciens præterea quosdam nostrorum de illo interpretari illud Hebr. 11. serrati sunt, siue lecti, vti legeret Auctor, si citaret. Atqui Dn. Harrisus adnotauit prioribus coniungendum illud: à suo auspiciata, & coniungendum sequentibus: Insectata est denique. Verum adhuc non costaret sensus, nisi adiceret, iustitia, aut vita; quare malui omittere illud: insectata est, ut potè quod pro varia lectione, pro: auspiciata, in contextum irrepisse videatur.

55. Zacharias inter altare & ædem, &c.] B. Hieron. in cap. 23. Matth. consensit de Zacharia, qui quum historiam Regum ciet, & tamen inueniatur 2. Paral. 24. patet olim vtramq; historiam pro vna acceptam fuisse. Hic peculiare Auctori, quod addat: perennes cruoris sui maculas silicibus adsignasse.

56. in puellâ salticâ lucat, &c.] Mititit lectore Dn. Latinus ad Festum. Vbi Iosephus Scaliger huc Tertulliani locum citans, lucat appellari dicit mercedem saltatorum, quâ θεοὶ ἰσχυροὶ appellant Charisius, & Glossographis qua significatione etiam Tacitus Annal. lib. 1. dixerit lucat histrionum coercitum tēporibus Tiberianis, & Linius lib. 3. lucaris meriti domii, quod Pyrbio Apollini mititi inebatur. Idque eleganter, ut potè quum caput Beati Ioannis Baptiste datum sit in puella saltatricis (quam salticam sua voce nuncupat) premium.

57. Meminerant enim & Hieremiæ scribentis, &c.] Hieremiæ olim adscriptum fuisse à Patribus quicquid hodie libro Baruch continetur, adnotauimus ad B. Cyprian. lib. 2. Testim. cap. 6. num. 34. atque adeo etiam decem scripturæ auctoritate canonica; quibus consentit hic Auctor, citans Hieremiæ nomen quod inuenitur Baruch 6. Qui restè adicit, scribentis ad eos, quibus illa captiuitas imminerebat; quia dicto capite continetur Epist. Hierem. ad adducendos in Babylonem, sicut ex Græco emendatiore Latini codices legunt. Secundum verò Græca exemplaria hodierna omittit Auctor: & lapideos.

58. Itaque dixerūt à Deo concepta fiducia, &c.] Hic redit iterum ad verba Trina fraternitatis, id est, trium puerorū Anania, Azaria, Misaelū ad Nabuchodonosor, quæ ipsa citat B. Cyprian. locis citatis supra n. 54. In quibus differt ab aliis illud: huic tuo imperio, pro eo quod ille & LXX. de verbo hoc; & quod omittit: ardentis; item quod legat: & tunc manifestum fiet tibi, pro eo quod illi ad verbum ex Græco: Et si non, notum tibi sit; deniq; quod legat singulari numero: idolo tuo, quod alij: Deis tuis. Quod verò sequitur de Daniele à Chaldaïs delato, & ad leones expositulato apud Dariū, inuenire est Dan. 6. & supra quoque adlegatum ab Auctore Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.

CAP. IX.

59. Superest ne antiquitas, &c.] Caput istud inscriptissimus: Quod & in nouo Christianismo Christus martyria præcepit; ubi tacite responder ad illud argumentum Gnosticorum supra cap. 1. Semel Christus pro nobis obiit, &c. nū & ille salutem de mea nece expectat? Atqui etiâ hic imitatus est Auctorem B. Cyprian. dicit lib. de Exhort. Mart. c. 6. 11. & maximè 12. & lib. 3. Test. ad Quirin. c. 16. titulo: DE BONO MARTYRII, easdem scripturas citans Matth. 5. & 10. Est autem vox etiâ hic Tertullianica: æmulâ, pro: contrariâ.

60. Beati critis quum vos dedecorauerint, &c.]

More

More suo Auctor duorum Evangelistarum Matth. 5. & Luc. 6. verba coniungit; nam & præcedens testimonium, & hæc verba habet Matthæus. Illud verò: Sic enim faciebant, &c. Lucas. In hoc autem solo differt, quod legat: dedecorauerint, quod a liis omnes: maledixerint, & omnia mala, pro eo quod illi: omne malū. Quem more etiam B. Cyprian. imitatur. Est verò vox Tertullianica: conditionabilem.

61. Ecce ego mitto vos, &c.] Hinc ad finem vsque capitis adducit & explicat verba Christi Matth. 10. in quibus vbi quid differentie sit indicauerimus, ad alia transibimus. Imprimis enim verit: tradent enim vos in confessus, quod Græcè est εἰς ὁμιλοῦσι; item: mortificabunt eos, pro: morte adficiunt. Sufficit etiam ei legere cum Græcis: Et terribili odio omnibus. Legit etiam: Qui autem sustinuerit, &c. cum B. Cypriano, pro: perseverauerit. Paraphrasticè verò explicat illud: Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, &c. ac: occidere, & perdere in gehennam, pro eo quod Cyprian. occidere, & vulgatus Latinius Interpres: perdere dumtaxat; item: sine cuius voluntate nec alter passerum in terram cadit, pro quo B. Cyprian. & neuter eorum; item paraphrasticè: Quia & capillorum apud eum regestus est numerus; denique (sicuti etiam alibi supra) multis passeribus antestatis, Græcè ἀποπέπερε. Sunt autem præter iam dictas, phrasèis Tertullianicæ: vniuersos nominis, in quibus confederit nomen, & sub finem capitis: in expugnatione nominis, item cap. sequi. ipsum nominis odium, pro: nomine Christi; item: persecutionem, &c. expendere, & metum eonsecrandum.

62. Omnis igitur qui in me confessus fuerit, &c.] Non modo legit iuxta Græca exemplaria etiam alibi vbi que: in me, & iterum: confitebor in illo; sed explicat differtis & proluxioribus verbis, quare non similiter dixerit: Et omnis qui negauerit in me, &c. sed i qui negauerit me, ac: ego negabo illum. Quam differentiam etiam obseruauit Luc. cap. 12. sicuti patet supra lib. 4. aduers. Marcion. cap. 28. vsque adeo vt eum sit imitatus in eodem B. Cyprian. locis compluribus, ita vt in aliis sic castigandum censens aditione proxima.

63. Sicut nō olim, &c.] Quid illud sibi velit nescio, forte pro auspice accipitur sicuti: pro consule, aut intelligatur: coram auspice. Significat autem se considerasse, & horuisse, vt qui se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur negare. Cuiusmodi hodie (pro dolor) exempla multa videmus, dum primum factu inueiurando abnegationis Catholici Regis, compelluntur etiam fidem ipsam Catholicam, atque adeo Christum abnegare, contra quos facit expresse hic locus Tertulliani.

64. Qui me confusus fuerit coram hominibus, &c.] De hac lectione Auctoris, & B. Cyprian. Marc. 8. vide supra Adnot. nostras lib. de Carn. Christi, cap. 5. num. 47. nec aliter etiam verit, quod est Luc. 9. lib. 4. aduers. Marcion. cap. 21. At differt nonnihil supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 13. Vbi legit: Qui confusus super me fuerit, penes homines; & ego confundar super illo penes patrem meum, qui in caelis est.

CAP. X.

65. Qui verò non hinc, &c.] Huic capiti titulum facimus: Quod confessio nominis Christi per hunc

commeatum vitæ, non verò in caelis fieri debeat. Vbi respondet ad illud Gnosticorum argumentum supra cap. 1. Sed nesciunt simplices animæ quid quomodo scriptum sit, ubi, & quando, & coram quibus confitendum. Agit autem contra Valentianos; nam de eis sic scribitur supra lib. adu. Valent. cap. 30. Ideò que nec operationes necessarias sibi existimant, nec vlla disciplinæ munia obseruant; martyrij quoque eludentes necessitatem qua volunt interpretatio- ne, &c. Sed nobis quidem vā, si excefferimus in aliquo disciplinæ iugum; si obtorpuerimus in operibus sanctitatis & iustitiæ; si confitendum alibi nescio vbi, & non sub potestatibus istius sæculi, apud tribunalia præsidum, optauerimus. Sunt autem Tertullianica: commeatum vitæ, & mox: recepto, pro: receptis, quomodo adeo non multo post etiam legendum censo.

66. Nimirum quum animæ, &c. per singula tabulata caelorum, &c.] Hæc verba sunt Valentianorum vsque ad illud: Planè ita scriptum, &c. Atque adeo ibi: Eadem iurgiis subintelligitur præsumptio. Tria variorum apud eos tabulata caelorum; supremū, in quo Pleroma Tricenarium Deorum suorum collocabant; medium, in quo Achamoth; infimum, in quo Demiurgus; videre est supra lib. adu. eosdem c. 23. & clarius in Schemate per nos locupletato.

67. Teletos scilicet, & Abascãtos, & Acinetos Valentini, &c.] De Teletō 29. Aene seu Deo Valentianorum, ex xij. Dodecadis penultimo, vide adnot. nostras eiusdem lib. c. 8. nu. 87. De Acinetō verò (quo sit vt sic castigauerim, pro: Aginetos), Aene 15. Decadis seprimo, ibidem num. 81. Quibus ioci causa addit nomen aliud Valentianū incognitum Abascãtos, tamquam potestatem talem, que facini amuletum sit, ut potè quod significet vox ἄελασγερων.

68. Nostrates enim (nempe homines) inquit, nec ipsi, &c.] Distinguit Nostrates à vetis (vbi illiloquebatur) hominibus Valentianorū; quorum præsumptio iurgiis constanter probabat (id est, probare nitentur) homines veros non esse (id hinc haud dubie suppleendum, ut constet sensus) quos stillicidiū stultæ & puluerem aræ & sputamē, & locustas deputauit (nempe scriptura Isai. 40.) etiam irrationabilibus iumentis adæquauit. Vbi (sicuti etiam supra adnotauimus lib. de Resurr. carn. cap. 59. nu. 413.) varias versiones vnius eiusdem vocis Hebræorum (fortassis Aquila aut Theodotionū) & LXX. confundit, ut potè ex illis producēs puluerem terræ, & ex LXX. sputamē, siue saliuam; in hoc secutus, quantū apparet, Clementē Alexandrinum, qui posterius verit Strom. lib. 7. & prius Strom. lib. 6. Deinde hic interserit: & locustas, quod multo post ibidem habet Propheta, & verit, irrationabilia iumentata paraphrasticè, quod Græcè est: τὸν ἄσπετον δὲ. Atqui pulchrè hæc consutat Tertullian. per ipsa Christi verba, Matth. 16. & 17. Sunt autem Tertullianica rursum: despectui iudicata, & suffunditur.

69. Aratus, Persea, & Cephea, & Erigonen, & Ariadnen inter sidera deliniabit, &c.] Videatur Ariadi Phenomena, quem sequitur etiam Cicero lib. 2. de Natur. Deorum, ubi Cepheum & Perseum post minorem septentrinem collocat. De Erigone sic Arnob. lib. 7. Erigone suspensa de laqueo est, vt virgo inter astra ignita sit. De Perseo & Ariadne denique (quem imitari solet Auctor) Iustinus Martyr Apolog. 2. ubi postquam illum inter Jouis litteras recensuit: Quid dica-

QQ9

mus (inquit) Ariadnen, & quos itidem atque illum inter sidera receptos esse aiunt. Atqui est illud Tertullianicum: post excessum, pro: mortem.

70. Quas mihi potestates ianitrices, &c.] De his, & inter alias Carda, Forculo, & Limentino, vide Adnotat. nostras supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15. nu. 113. 114. & 115. ex quo loco & simili, lib. de Coron. milit. c. 13. castigauimus: Cardeam quandam, pro: Cardum quandam.

71. Auferte portas principes vestras, &c.] In citatione illius Psal. 23. in hoc differt ab omnibus aliis, & tiam B. Cyprian. quod legat: & subleuentur, pro: leuamini, aut extollimini, sicut B. Cyprianus.

72. Qui ascensum suum edificat in caelos, &c.] Quum supra lib. 3. 4. & 5. aduers. Marc. priora haec uerba citaret Auctor, hic primum adiicit: & profusionem suam fundat in terras, pro quo malle legere cu LXX. iuxta B. Hieron. & Gracos codices omnes, sicuti in margine adnotauerat Gagnaeus: promissionem, sed nolui immutare, eo quod sensum insignem hinc eliciat Leo de Castro Comment. MS. in hunc Prophetam, de profusione sanguinis Domini, quem effudit in cruce. Sunt uero etiam Tertullianica: complanatum, & reueratum.

73. Nam etsi adhuc clausum putas caelum, &c.] Adnotatu dignum quod hic dicit Auctor: clausus caeli Petro & Ecclesiae relictas; ut hinc pateat nondum hereticum fuisse, quum hunc librum scriberet, eo quod infra Tom. 5. lib. de Pudicitia uideatur diuersum sentire, de quo ibi latius.

74. Pulcra uidelicet documenta praemittam, &c.] Videlicet usurpatur proficitur. Ironiam enim esse constat, quidquid sequitur usque ad illud: Haec nobis, etiam ludicrum in modum, certa ratio mandauit. Sunt autem intermedia Tertullianica: Aemula, pro contraria, nominis odium, & postea: odium nominis, ac in nomen, ac ingratas aduerbialiter. Atqui de Circo uide supra Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 8. num. 68. Lego autem deinceps ex Gagnaei coniectura in marg. apud quas causa purganda est, pro: pugnanda.

75. fortasse de zonis, &c.] Quum sint (inquit Plin. lib. 2. natur. hist. cap. 68.) caeli quinque partes, quas uocant zonas, in festo rigore & aeterno gelu premittitur omne, quicquid est subiectum duabus extremis utrimque circa Vertices (quos hodie Polos nuncupamus) hunc qui Septentrio uocatur (hodie Arcticum dicimus) eumque qui aduersus illi Austricus appellatur, nempe Antarcticum.

76. Axis ipse qui torquet, &c.] Axis quidem Ciceroni Tuscul. quaest. lib. 1. uocatur ductus polus Arcticus, utpote quem ἀξὺς vocant Graeci solum Antarcticum; uerum quum addat Auctor: qui torquet, mallem de rotis caeli axi intelligi.

77. Orionis armati manus operabitur, &c.] Sic castigauit ex coniectura Dominorum Harrisij & Latini, pro: munus. Atqui armatum Orionem uocat etiam Virgil. lib. 3. Aeneid. & ensiferum Ouid. lib. 4. Fast. Plinius in gulum, idque ea de causa, quod ad instar gladij sit stellarum fulgore terribilis. Eodem pertinet quod etiam Plinius lib. 18. cap. 27. & 31. gladium Orionis appellet, ubi de ortu & occasu eius agit.

78. uitas Septentrio emittet, &c.] Haec Auctor supra lib. de Car. Christi, cap. 9. Septentriones appellat, eo quod in septentrionali plaga caeli appareant; ubi uide Adnotat. Rhenani num. 87. Dnas autem faciunt Astrologi, maiorem & minorem.

79. Zodiacus tauros & leones, &c.] De hoc in hac uerba Plinius lib. 1. cap. 4. Adiuuas rerum ordo descripto circulo, qui Signifer uocatur, in duodecim animalium effigies, inter qua 12. signa reperitur Taurus & Leo. Hic ζωδιακός à Graeco appellatur, & τὸ ζῶδιον, aut ζῶδιον, id est, ab animalium figura.

80. Haec nobis etiam, &c.] Sunt & ab hoc loco Tertullianica: ludicrum in modum, obicem praescriptionis extrudere, paraturam, expungit, sustineo, & destinante.

81. Ne putaueris uenisse me, &c.] In his Matth. 10. uerbis Christi suppleuimus: ut pacem mittam, ex ipso Euangelista. Atqui retinuit etiam hic Auctor uocem Graecam μάχεσθαι, & diuidere uertit, quod Graecè est ἀγχεσθαι. Illud autem: ut tradat frater fratrem in mortem, &c. est multo ante apud Matth. Sic etiam supra tractatum est cap. praeced.

CAP. XI.

82. Eadem igitur forma cetera quoque, &c.] In Inscriptionem huic capiti dedimus: Etiam aliis Christi uerbis martyria adprobati. Sunt uero etiam haec desumpta ex Euangelio Matth. 10.

83. Qui pluris (inquit) fecerit etiam animam suam quam me, non est me dignus, &c.] Istud more suo colligit, partim ex Matthaeo, partim ex Luca; nam loco citato legitur: Qui pluris fecerit patrem aut matrem, &c. non est me dignus, & Luc. 4. adhuc & animam suam, quod ipsum iterum citat infra in calce capiti. In reliquo uertit: qui inuenierit, & qui perdidit, quod Graecè est ὁ βλεπων, & ὁ ἀπαλεσθαι. Illud denique: prohibet meditari responsionem ad tribunal, eodem quidem capite, sed multo antea habetur.

84. Et quum in carcere fratrem uult uisitari, &c.] Adhuc ad cap. 25. Matth. ibi uero: Et quum Deum uindictam facturum electorum suorum adfirmat, ad cap. 8. Luc. supra tractatum lib. 4. aduers. Marc. cap. 36. Parabola denique seminis post cespitem (id est, quia solum in cespite, non uero in terra inculta satum fuerat) arca facti. inuenitur Matth. 13. Pulcre autem iterum distinguit inter Allegorias, parabolas, & enigmata. Atqui de Proserpina: vna iam linea est, uide nostra Prolegomena. Deinceps autem repetit omnia eadem Matth. 10. qua citauit cap. praeced. Iterum uero habes illud Tertullianicum: nominis causa, & edixit, nouies. Supplemus denique ex Gagnaeo: quomodo haec aguntur qua praedicata non sunt.

85. Sed haec erit peruersitas fidei, &c.] Ita haereticum circumscribit Auctor, utpote quum hic subiciat: Ita haeretici, &c. Sunt autem Tertullianica: periclitentur excludi, & relinquitur, pro consequitur.

CAP. XII.

86. Quis nunc medullas scripturarum, &c.] Caput hoc inscriptum: Martyria etiam adprobati ex Epistolis BB. Petri & Ioannis, ac huius Apocalypsi.

87. Petrus quidem ad Ponticos, &c.] De hac inscriptione Epistole prioris Petri, uide Adnotat. nostras in B. Cyprian. lib. 3. ad Quir. num. 78. quippe qui ter ita illam inscribat cap. 36. 37. & 39. ubi eisdem, quos hic Auctor, duos locos citat 1. Petri 2. & 1. Petri 4. qui etiam citat quod sequitur: Dilecti, &c. lib. de Exhort. Mart. cap. 9.

88. Quanta enim, inquit, gloria, &c.] Sic expressit

fit quod Graecè est πῶτον ἢ κλέος; deinde conformiter etiam exemplaribus Graecis (quamquam obscurus:) si non ut delinquentes puniamini, sustinetis; quod clarius alij: si quum bene faciatis, & tamen puniamini, sustinetis. Et cum uulgaro Interprete consensit, legens: pro nobis, relinquentis uobis, quomodo etiam B. Cyprian. loco postremo iam citato. Peculiare est autem Auctori, quod addat: semetipsum.

89. Dilectine expauescatis uisionem, &c.] Quod Graecè est: μὴ ἐπιθεσθε, & uulgatus Interpres Latinus: peregrinari, & Auctor expauescere, apertius B. Cyprianus Epistola 56. ad Thibarit. & lib. de Exhort. Mart. cap. 9. uertit: Nolite mirari; at contra Auctor uisionem transtulit πῶρασι, magis proprie quam aut B. Cyprian. ardorem, aut uulgatus Interpres, feruorem. De reliqua eius scriptura lectionum uarietate, uide Adnotat. nostras dicta Epistol. ad Thibarit. num. 8. hoc addito, quod ex Graecis exemplaribus legamus: quoniam gloria & Dei spiritus requiescit in uobis, pro: requiescet.

90. dum ne quis uestrum patiarur, &c.] In hac scriptura cum B. Cyprian. lib. 3. aduers. Quirin. cap. 37. uertitur maleficus, uox Graeca χεχοποῖος; Auctor magis ad uerbum: alieni speculator, Graecè est ἀλλοθιοεπισκοπος, quam ille & B. Augustin. Exposit. inchoata in Epist. ad Roman. alienas curas agens.

91. Ioannes uero ut etiam pro fratribus, &c.] Istud inuenitur 1. Ioan. 3. illud uero: negans timorem esse in dilectione, 1. Ioan. 4. ubi est etiam quod sequitur: Perfecta enim, &c. ubi consensit cum uulgato Latino Interprete in illo: timor poenam habet, quantumuis Graecè sit κάλασι. Sunt autem Tertullianica: fugaticem, & animaticem.

92. de Apocalypsi quoque sua, &c.] Hic manifestè & nusus in sine huius capiti eadem Joanni Apostolo (nam cum Petro & Ioanne effigiem gloriae reuelauit Christus in monte Thabor) adscribit Apocalypsin, cuius est prior Epistola iam citata. Verum de eo latius supra lib. 4. adu. Marc. cap. 5. num. 41.

93. ad angelum Ecclesiae Smyrnaeorum, &c.] Graecè ἀγγελῶν. Atqui tam ex Graecis, tum ex Latinis exemplaribus Apocal. 2. castigauimus: coniciet in carcere, pro: coniciet. In eo uero quod sequitur, & uerbis ad Pergamenorum, uenit angelum, uertit uocem Graecam ὁ μάρτυρ. Et in illo Apocal. 3. ad Philadelphinorum, transtulit paraphrasticos potius quam ad uerbum, quod à tentatione uictima liberaretur, qui Domini nomen non negarat.

94. Exinde uictori cuique promittit, &c.] Istud more centenario (ut uerbis ipsis Auctoris utar) collegit ex utroque dicto cap. mixtum; ubicumque aliquam mercedem uictori cuique promittit. Nam Apocal. 2. arborem uitae (pro quo alij lignum uitae) promittit angelo Ephesens, & mortis ueniam (id est, liberationem) secundae angelo Smyrnaeorum; latens manna, cum calculo cado, & nomine ignoto (seu potius nouo; na Graecè est ἄγνωτον) angelo Pergamenorum; ferrea uirga potestatis, & itella matutinae claritatis, angelo Thiatinae, ibidem. At Apocal. 3. albam uestire, nec deleri de libro uitae, promittit angelo in Sardis; columnam fieri in Dei templo in nomine Dei (sic enim paraphrasticos uertit) & Domini (quod tamen hodie nulla habent exemplaria) & Hierusalem caelestis inscriptam, angelo Philadelphinorum; denique residere cum Domino in

throno eius, angelo Laodiceae.

95. Sed & interim sub altari, &c.] Istud Apocal. 6. etiam citat paraphrasticos potius Auctor, quam ad uerbum; & adnotanda est haec Sigismundi Gelenij iuxta Apostoli uerba restitutio: placidum quiescunt, pro eo quod habebat Gagnaeus: patientiam pacunt, ac: & fiducia uisionis candidam (en uocem Tertullianicam) claritatis usurpant, pro eo quod ille pluribus: & induratae stolis candidae claritatis usurpant. Est uero etiam uox Tertullianica: albatu, pro albis amicti, Apocal. 7. retinens uocem Graecam presbyteris. Atqui cum uulgato Interprete & B. Cypriano legimus: & lauerunt uestimenta sua, pro: uestimentum suum, quia Graecè est ἡγὶ ἐπλυσεν τὰς σολὰς αὐτοῦ.

96. Sordes quidem baptisate, &c.] Sanè hic locus intelligendus est, ac si dicat: sordes peccatorum baptisate ablui, maculas uero postea contractas martyrio candidari. Hoc est enim quod supra cap. 6. martyria appellauit secunda solatia, ubi uide Adnot. nostras numer. 44.

97. Quia & Isaias ex rufo & coccino, &c.] Adhuc ad illud supra citatum lib. 4. aduers. Marc. cap. 10. Isai. 1. Si fuerint delicta uestra tanquam roscaum (pro quo hic: rufum) uelut niuem exalbabo; & si tamquam coccinum, uelut lanam exalbabo, ubi uide Adnotat. nostras num. 110.

98. Magna etiam Babylō, &c.] Istud etiam adfert ex Apocal. 17. & ex cap. 21. quod sequitur: Timidis autem, dehinc & ceteris, (nempe incredulis, excacatis, homicidis, fornicatoribus, ueneficis, idololatriis, & omnibus mendacibus) particula in stagno ignis & sulphuris.

CAP. XIII.

99. Paulus uero Apostolus, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Etiam ex Pauli Apostoli Epistolismartyria confirmati. Et uero etiam pleraeque has citatas scripturas inuenire est apud B. Cyprian. locis mox citandis, ad idem penè institutum productas.

100. quibus sustinetis ostentamen iusti iudicij Dei, &c.] Ad uerbum uoluit, quamuis obscurius, ex Graeco uertere, aliter distinguens uersus atque hodie: ὅς ἀνέχεθε ἐνδύσασθε τὸ δικαίως κέλευσας τῆ θεοῦ, 2. Thessal. 1.

101. Non solum autem, uerum etiam exultantes in pressuris, &c.] Hic in eo differt, tum ab aliis, tum à B. Cyprian. lib. de Exhort. Mart. cap. 9. quod legat: exultantes, pro: exultamus, & certè pro: sciētes. Transtulit autem uocem χεχοποῖος, perficit, cum Syro Interprete, pro eo quod alij: operatur. Nec dissensit aut à B. Cyprian. aut uulgato Interprete illud: Spes uero non confundit, quantumuis Graecè sit χεχοποῖος.

102. Quod si filij & heredes, &c.] Etiam hoc citat B. Cyprian. dicti lib. cap. 8. & quod sequitur: Quis, inquit, separabit, &c. ibidem cap. 6. ubi prior testimonio sine legas: compatiatur, cum illo & Gagnaeo, siue cum aliis: compatiatur, non refert. Ille quod Graecè est σὺνδοχεσθε, uertit: commagnificemur, pro quo Auctor: cum illo glorificemur; de quo uide supra Adnot. nostras lib. de Resurr. carn. cap. 40. num. 286. Est uero Tertullianicum: habeat reuelari. In altero uero omittitur ab Auctore, quod tamen omnes legunt: an persecutio, Graecè ἀστυχία, & pecora iterum uertit pro ouibus; de illo uero: superuincimus, uide Adnotat. nostras in Epist. 26. inter eius opera Moyses & aliorum Confessorum ad B. Cyprian. num. 7.

103. Persuasum enim habemus, &c.] Sic vertit, pro eo quod singulari numero Græcè est πέντεσμαι, quomodo etiam ex Syro Latinus Interpres, quod adnotandum contra nostros modernos aduersarios, qui ex translatione vulgati Latini Interpretis: Certus sum enim, colligere nituntur certitudinem fidei, ita ut excidere non possit, maximè quem sicuti Auctor, vertant B. Hieronymus, ad Algas, qu. 9. & Ambrosius in Commentis, Omitit autem: neque angeli, neque principatus, neque virtutes, quod habent alij, contentum citasse: neque virtus sine fortitudo, sicuti & B. Hieronymus. Est verò iterum vox Tertullianica: conditio, pro creatura.

104. Sed & Corinthiis passiones suas, &c.] Accipit hic passiones, pro persecutionibus. In hac verò scripture 2. Cor. 11. sequitur ordinem dictionum Græcarum. In altera 2. Cor. 12. iterum interpretatur ὁ δὲ θεός, boni duco.

105. Etiam in superioribus (nempe 2. Cor. 4.) Qui in omnibus tribulemur, &c.] Malum quidem legeris tribulamur, & omnia reliqua similiter qua sequuntur, in presenti tempore, iuxta quod habet Apostolus, sed quod nimia esset immutatio, retinui veterem lectionem, quomodo nulli suspentant MS. cod. Proprie autem reddidit: coangustemur, quod Græcè est, στενοχωρούμενοι, sicuti etiam B. Ambrosius. & indigemus, sed non perindigemus, pro: ἀπορροῦμενοι, ἀλλ' ἐν ἐξοπότησει. Omitit etiam cum Græcis Patribus, B. Ambrosius & Syro interprete: humiliamur, sed non confundimur, quod etiam non habent antiqui aliquot Latini codices. Secundum autem omnes, & ipsum Auctorem supra lib. de Resurr. carn. cap. 44. supplem: Christi Iesu. Atqui de ille: Sed est (inquit) exterior homo, &c. vide eiusdem lib. cap. 40. Vbi de illo: Nam quod ad præsens, &c. vide Adnotat. nostras nu. 285. Hic præterea addimus, magis explicatius, καὶ ὁ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον, per supergressum insuper per æternum, & legi rectius: perficit, quàm ibi: perficiet; nec nouum esse, ut ita transferat vocem: καὶ ὑπερβολῆς, constare paulo prius num. 101.

106. Philippensibus verò de vinculis scribens, &c.] Prorsus castigandus hic locus, pro: Thessalonicensibus, tum quia additur de vinculis, è quibus scripta est prior illa, neutra verò ad Thessalonicenses; tum quod inueniantur Philipp. 1. & 2. quæ sequuntur scriptura testimonio. In quorum priori ex Græco retinuit vocem: agonem. In posteriori confirmat lectionem Latinorum emendatiorum codicum, qui legunt: immolor supra sacrificium, pro eo quod alij: æmulor; Transferens: Et si labor super sacrificium, Græcè ἀπὸ ἐνδομῶν; retinuit etiam Latinam vocem adlusionem: gaudeo & congaudeo, sicuti Græcè est χαίρω καὶ συχαίρω, etiam secundo.

107. Ego enim iā labor, &c.] De hoc loco 2. Tim. 4. vide adnotation. nostras in B. Cypr. Epist. 9. num. 19. & lib. 3. Testim. cap. 16. De bono Mart. nu. 50. Quibus adde quod vox ἀναλυστικός (etiā Erasmo adnotate) non modò resolutionē, sed & reuersionem, & proinde etiā, sicuti hic Auctor, de uocatione significat, ea phrasi, qua sicut soluerit dicitur qui discedit, ita resoluere dici posse qui reuertitur. Atque adeo placet diuersa lectio Interpretis Latini Origenis, qui in Ntu. scribit duplici fuisse lectionem Latinam iam tum temporis, resolutionis & regressionis. Sequens testimonium 2. Tim. 2. Si enim cōmortui sumus, &c. (in quo magis consensit Auctor cum nostro Interprete) citat ad idem institutum idem B. Cypr. lib. de Exhort.

Mart. cap. 5. 108. Ne ergo confundaris martyriū, &c.] Istud inuenire est 2. Tim. 1. vbi phrasi Tertullianica, cōfundaris cum Accusatio, & retinuit ex Græco: martyrium; illud verò versu præcedenti ibidem: Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis (qua vox Tertullianica, Græcè δειλία) sed virtutis (Græcè δυνάμεις) & dilectionis, & sanæ mentis, Græcè σωφρονισμός, qua vox pro varia significatione à Syro Interprete vertitur: admonitionis, à vulgato Latino Interprete: sobrietatis hoc loco, sed 1. Tim. 3. magis accedit ad Auctorem, cum σωφρονεῖς verit prudentem, atque adeo sanæ mentis.

109. Sed & sicuti tolerantiam præcipit, &c.] Loci hi sunt apud Apostolum Paulum, Rom. 15. 2. Cor. 12. Ephes. 4. Coloss. 1. 2. Thess. 3. 1. Tim. 6. 2. Tim. 3. ac 4. Tit. 2. alibi; & ab idololatria verò diuellit, 1. Cor. 5. 6. 8. 10. 12. ac 2. Cor. 6. & alia frequenter.

CAP. XIII.

110. Planè monet Romanos, &c.] Caput hoc inscriptissimè: Ad obiectionem Gnosticorum responsio de loco Apostoli, Rom. 13. respondet autem: non in occasione frustrandi martyrii iubere Apostolum subiici potestati, sed in prouocatione bene viuendi, & in reddendo tributum & vectigal. Et similiter etiam supra Rom. 2. lib. de Idolol. cap. 15. factis præscriptum habemus, in omni obsequio nos esse oportere; secundum Apostoli præceptum, subditos magistratibus, & principibus, & potestatibus; sed intra limites disciplinae, quousque ab idololatria separamur, &c. Loci adnotandi pro Catholicis, qui hodie sub magistratibus hereticis seruiunt, ne putent se obligari edictis eorum, aut iniuriandis contra Catholicam fidem.

111. omnibus potestatibus subiici, &c.] Fortassis rectius legeretur, omnes, eo quod apud Apostolum habeatur: Omnis anima, sed quod constat sensus, nolui quid immutare. Atqui sequitur Græca exemplaria, qua hæc referunt ad potestatem qua à Deo est, quomodo vertit: & quia ministra sit Dei, sed & vltix. Deinde in eo quod præmissum ab Apostolo fatetur, vertit paraphrasticis: non sunt timori bono operi, sed malo; & rursum ut prius: Dei ergo ministra est tibi in bonum; etiam id ipsum de potestatibus explicans.

112. Solus autem Dei homo condixerat, &c.] Ego conicio legendum: Paulo autem homo Dei condixerat (nam sic solet Auctor accipere condicere, pro idem cum alio dicere) verum tamen nolui quid immutare sine cod. MS. Fortè pro Paulo scriptum fuit Saulo, ex quo aliter fecit Solus. Atqui locus est 1. Petr. 1.

CAP. XV.

113. Num ergo & Apostolorum litteræ nobiles, &c.] Titulum huic postremo capiti dedimus: Ex Actis quoque Apostolorum & historis Martyriorum exempla administrari. Est interim prima hac periculis, quantum mihi apparet, mutila.

114. Quæ tamen passos Apostolos scimus, &c.] Apostolorum Acta citat hic Auctor, apud qua cap. 4. Petrus cæditur, carceres etiam passus, Vti præcedit, vincula, & flagella; cap. 7. Stephanus saxis opprimitur; cap. 12. Iacobus gladiis immolatur; denique variis modis Paulus distrahitur, idque per impetus Iudæorum & cœtus nationū; Act. 14. & Tribunorum elogia (vox iterum Tertullianica est in malam

lam partem) Act. 21. 22. ac 23. apud Proconsulum tribunalia, Actorum iterum 23. 24. & 25. per appellationem ad Cæsaris noimen, ibidem; denique (nam postremò ponendum constat) & apud Regum auditoria, ibidem cap. 26. quomodo apud Agrippam Regem causam suam egit.

115. & si fidem commentari voluerit hæreticus, &c.] Commentari hic accipit Auctor, pro mendacij arguere, eodem significatu quo inibi, pro, mentiri, seu commentum comminisci. Rectè autem adfert instrumenta Imperij in testimonium fidei Actorum Apostolorum (quia ille non recipiebat, sicuti supra latius dictum est lib. 5. adu. Marc. cap. 2. num. 21.) utpotè in quibus reperiri possit dicta Apostoli Pauli appellatio; & lapides Hierusalem, qui cruce BB. Petri, Stephani, & Pauli adhuc sanguinolenti visebantur.

116. Vitas Cæsarem legimus, &c.] Ad huc haud dubie locum adludit B. Sophr. Patriarcha Hierosolym. lib. de Certaminibus Petri & Pauli, in hac verba: Vide Tertullianū in libro, vbi ait mortis Petri & Pauli mentionē in Annalibus haberi. Atqui de illis quod: orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit, vide supra Tom. 1. Apolog. cap. 5. num. 59. vbi adnotauimus illum adludere aut ad Commentarios sine Annales Taciti, aut ad vitas Cæsarem Suetonii. Illius verba sunt lib. 15. & quæ sensibus præcis affectis, quos vulgus Christianos appellabat, huius verò Neron. cap. 16. adficti supplicis Christianis; (ita enim utrobique legendum pro: Christiani,) adnotauimus ibidem cap. 3. num. 40.

117. Tūc Petrus ab altero cingitur, &c.] Adludit ad illud Christi, Ioan. 21. Alius te cinget, & duces quos tu non vis. De martyrio autem Petri & Pauli Romæ factis, vide supra lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 36. & ibidem Adnot. nostras, num. 208. & 214.

118. Quomodo vincula Paulo Agabus gestu quoque prophetauerat, &c.] Intelligi gestum illum Act. 21. quo Tona eius sibi adligauit manus & pedes Agabus, vincula Paulo prophetauit. Cetera eius loci paraphrasticos adfert Auctor.

119. Quod si iam tūc Prodicus, aut Valentinus, &c.] De his sic etiam infra à Auctore lib. adu. Praxean, c. 3. secundum Valentinus & Prodicos, secundum quos nos eum locum castigandum ibidem adnotauimus. Certè ex utroque hoc loco, quod Valentino eum coniungat, Valentinianum fuisse satis patet; pro quo facit eadē cum illo hæresis, de qua supra latius cap. 10. non in terris esse confitendum apud homines. Interim inde haud dubie castigandum est quod hic mendose legebatur: conandum. Atqui huic etiam Prodicus heretici meminist Clem. Alexandr. lib. 7. & priori loco hæresis istam non ab similem illi adtribuit, nempe: non esse orandum.

120. quod nec Deus humanum sanguinem sitiat, &c.] Ex repetitione istorum verborum supra cap. 1. patet illa fuisse ipsius Prodicus aut Valentini argumenta, qua ex Gnosticorum persona illic Auctor producit; atque adeo peculiariter aduersus Prodicum & Valentinum conscriptum fuisse hunc librum, sicuti etiam ibi num. 1. adnotauimus.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS PRAXEAN, PER IACOBVM PAMELIVM.

SCRIPTVRVS aduersus Praxean Tertullianus, post mediam ætatē, ab argumento Librū auspicatur, dicens se agere aduersus eū, qui ex Asia primus eam heresin intulit humo Romanæ, qua diceret: Ipsum Patrem descendisse in virginem, & ex ea natum, ipsum passum, ipsumque denique esse Iesum Christū.

Imprimis autem contrariū præscribit per Regulam suæ Symbolum fidei, qua ab initio Euangelij decurrit; quæ unitatem in Trinitatem disponit, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; per οἰκονομία sacramentum.

Vsq̄ eadē ut etiam si μοναρχίαν Dei admittamus, nec tamen præscribatur, Patrem filium non habere, aut ipsum se sibi filium fecisse.

Prius illud aduersus Praxean, Patrem & filium duos esse (cui addit & tertium, spiritum à Patre per filium) vel ex Apostolicis probari Epistolis.

Id ipsum probari, ex eo quod filius λόγος appelletur, id est, ratio, in scripturis.

Deinde, quod ibidem in Sophiæ nomine ostendatur.

Ex eo etiam, quod sermo dicatur.

Et verò εὐβολὴν hic agnosci posse, quantumuis eam usurpauerit Valētini hæresis; eo quod prolatum siue genitum dicamus filium à Patre, sed non separatim ad instar radicis & fruticis, fontis & fluij, solis & radij, & spiritum sanctum à Patre & filio, veluti apicem ex radio procedentem.

Inseparatos enim esse ab alterutro; etiam si dicatur: alium esse Patrem, alium filium,

- alium spiritum sanctum; persona nempe, non substantiæ nomine.
- X. Posterior aduersus Monarchianos; Patrem ipsum sibi se filium fecisse, mēdaciū redarguit, tum quòd correlatiua, atque adeò diuersa sint pater & filius; tum quòd etiamsi Deo nihil sit impossibile, posse Dei voluntas sit Dei; & adeò nō probari voluisse id Deum, nisi id fecisse probetur.
- XI. Neque verò tam clarè posse probari, Patrem se ipsum filium fecisse; atque e contrario ex scripturis, Patrem & filium distinctè pronuntari, constat.
- XII. Id ipsum probari ex eo, quòd in creatione hominis Deus singularis pluraliter loquatur.
- XIII. Nec tamen propterea plures Deos aut Dominos à nobis dici, quòd à nobis agnoscatur Deus & Dominus pater, Deus & Dominus filius, Deus & Dominus Spiritus sanctus; non secus atque solis radium nonnumquam solem vocamus, ita tamen ut duo soles non sint.
- XIII. Atqui probari præterea diuersos Patrem & filium; quòd ille inuisibilis, hic verò visibilis, in scripturis veteribus inueniatur.
- XV. Deinde & in Noui Testamenti scripturis.
- XVI. Porro non solum opera mundi per filium facta, sed et que à Deo exinde gesta sunt, idque in nomine Patris, scripturis conuinci.
- XVII. Immo competere etiam filio nomina Patris; omnipotens Deus, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israël.
- XVIII. Neque obstare scripturas de unico Deo, ut potè quæ filium non excludant, sed idola.
- XIX. Eandem esse responsonem ad illud Isaiæ: Extendi cælum solus, ex aliis scripturis demonstrari.
- XX. Illis etiam non suffragari verba Christi: Ego & pater unum sumus; aut: Qui me viderit, videt & patrem; aut: Ego in patre, & pater in me.
- XXI. Præscribi enim, alium Deum, alium Dei filium, ex Euangelij Ioannis priori parte.
- XXII. Item & ex secunda vsque ad illud ipsum: Ego & pater unum sumus.
- XXIII. Veletiam ex illis ipsis, aliisque Christi verbis, vsque ad Philippi interrogationem.
- XXIII. Ex ipsa quoque interrogatione Philippi, & responso Christi: Qui me viderit, &c.
- XXV. Denique ex eodem Euangelio ad finem vsque.
- XXVI. Postremò & ex aliis Euangelis, & inter cetera mandato Christi: Ut tinguerent in Patrem & Filium & Spiritum sanctum; nam nec semel, sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tingimur.
- XXVII. Porro contra eosdem facere, quòd Patrem spiritum, filium carnem, in vna persona distinguant; quum carnem indutus sit filius Dei, non in eam transfiguratus. Omne enim quòd transfiguratur in aliud, desinit esse quòd fuerat, & incipit esse quòd non erat; at filius Dei perseueravit in forma Dei.
- XXVIII. Nec minus illud, quòd Patrem Christum, filium Iesum stultissime faciant: tum quòd unctio Patri non competat, à qua dicitur Christus; tum quòd scripturæ eūdem ubique testentur Christum Iesum, & Christum Dei appellent.
- XXIX. Sufficere itaque Christum filium Dei mortuum dicere & crucifixum, idque secundum humanam substantiam; Patrem verò nec compassum dici posse.
- XXX. Maxime quum Christus in passione exclamarit: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

Denique

Denique Iudaicæ fidei esse, sic unum Deum credere, ut illi neque filium, neque spiritum sanctum adnumerare velint; & Antichristi esse, negare Patrem & filium. xxx

Ceterum quòd Tertullianus aduersus Praxean scripserit, testantur B. Optatus Mileuitanus lib. I. adu. Parmenianum, & Vincentius Lirinensis aduersus hæreses; nominatim etiam hunc librum citat B. Hieronymus initio Tradit. Hebraic. in Genesim, verbis infra adlegendis cap. 5. num. 43. Eundem hunc librum MS. viderunt Trithemius & Politianus; in lucem verò edidit Rhenanus primum cum Scholiis, deinde & Adnotationibus, ex tribus codicibus MS. Castigauit deinde ex codice Britannico Gelenius; nos denique iterum ad tria Vaticana MS. exemplaria recognouimus, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI ADVERSUS PRAXEAN

Liber, de Trinitate.



A. ARIE¹ diabolus æmulatus est veritatem. Adfectauit illam aliquando defendendo concutere. Vnicum Dominum vindicat omnipotentem mundi conditorem, ut & de vnicò hæresim faciat. Ipsum dicit patrem descendisse in virginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum, denique ipsum esse Iesum Christum. Excidit sibi coluber, quia Iesum Christum post baptismum Ioannis tentans, ut filium Dei adgressus est, certus filium Dei habere, vel ex ipsis scripturis, de quibus tunc tentationem strabat: Si tu es filius Dei, dic ut lapides isti panes fiat. Item: Si tu es filius Dei, deice te hinc. Scriptum est enim, quòd mandatum angelis suis super te, utique Pater, ut te manibus suis tollant, nec ubi ad lapidem pedem tuum offendas. Aut nunquid mendacium Euangelis exprobrabit, dicens, viderit Matthæus & Lucas. Ceterum ego ad ipsum Deum accessi, ipsum omnipotentem cominus tentavi. Ideò & accessi, ideò & tentavi. Ceterum si filius Dei esset, nunquam illi fortasse dignarer. Sed enim ipse potius à primordio mendax est: & si quem hominem de suo subornauerit, ut Praxean. Nam iste primus ex Asia hoc genus perueritatis intulit Romanæ humo, & aliàs inquietus: insuper de iactatione martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tædium, quando et si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cuius charismata quoque expugnauit. Nam idem tunc Episcopum Romanum agnoscetem iam Prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ & Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis Prophetis & Ecclesiis eorum adseuerando, & præcessorum eius auctoritates defendendo, coëgit & litteras pacis reuocare iam emissas, & à proposito recipiendorum charismatum concessare. Ita duo negotia diaboli Praxean Romæ procurauit, Prophetiam expulit, & hæresim intulit; Paracletum fugauit, & Patrem crucifixit. Fruticauerant auenæ Praxeanæ; hæc quoque superfeminatæ, dormientibus multis in simplicitate doctrinæ; traductæ dehinc per quem Deus voluit, etiam euulsæ videbantur. Denique cauerat pristinum doctor de emendatione sua; & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est, exinde silentium. Et nos quidem postea agnitio Paracleti, atque defensio, disiunxit à Psychicis. Auenæ verò illæ ubique tunc semen excusserant. Ita aliquādiu per hypocrisin subdola viuacitate latitauit: & nunc denuò erupit. Sed & denuò eradicabitur, si voluerit Dominus, in isto comætu; si quo minus, die suo colligentur omnes adulteræ fruges, & cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur. Itaque post tempus pater natus, & pater passus: ipse Deus Dominus omnipotens, Iesus Christus prædicatur. Nos verò & semper, & nunc magis ut instructiores per Paracletum deductorem scilicet omnis veritatis, vnicum quidem Deum credimus: 1047. 16.

QQ q iij

sub hac tamen dispensatione, quam *οικονομία* dicimus, ut vnici Dei sit & filius sermo ipse, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt, & sine quo factū est nihil. Hunc missum à patre in virginem, & ex ea natum hominem & Deum, filium hominis & filium Dei, & cognominatum Iesum Christum. Hunc passum, hunc mortuum & sepultū secundum scripturas, & resuscitatum à patre, & in cœlos resumptum, sedere ad dexteram patris, venturum iudicare viuos & mortuos. Qui exinde miserit secundum promissionem suam à patre spiritum sanctum Paracletum, sanctificatorem fidei eorum qui credunt in patrem & filium & spiritum sanctum. Hanc regulam ab initio Euangelij decurrisse, etiam ante priores quosque hæreticos, nedum ante Praxean hesternū, probabit tam ipsa posteritas omnium hæreticorum, quam ipsa nouellitas Praxearum hesterni. Quo peræque aduersus vniuersas hæreses iam hinc præiudicatum sit, id esse verum quodcūque primum: id esse adulterū, quodcūque posterius. Sed salua ista præscriptione, vbi que tamen propter instructionem & munitionem quorundā, dandus est etiam retractatibus locus: vel ne videatur vnaquæque peruersitas, non examinata, sed præiudicata damnari, maximè hæc, quæ se existimat meram veritatem possidere, dum vnicum Deum non aliàs putat credendum, quàm si ipsum, eundemque & patrem & filium & spiritum sanctum dicat: quasi non sic quoque vnus sit omnia, dum ex vno omnia, per substantiæ scilicet vnitatem: & nihilominus custodiatur *οικονομία* sacramentum, quæ vnitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, patrem, & filium, & spiritum sanctum. Tres autem non statu, sed gradu: nec substantia, sed forma: nec potestate, sed specie: vnus autem substantiæ, & vnus status, & vnus potestatis: quia vnus Deus, ex quo & gradus isti & formæ, & species, in nomine patris & filij & spiritus sancti deputantur. Quomodo numerum sine diuisione patiuntur, procedentes retractatus demonstrabunt. [10 Simpliciter enim quique, ne dixerim imprudentes & idiotæ (quæ maior semper credentium pars est) quoniam & ipsa regula fidei à pluribus Deis seculi, ad vnicum & verum Deum transfert: non intelligentes vnicum quidem, sed cum sua *οικονομία* esse credendum, expauescunt ad *οικονομία*. Numerum & dispositionem Trinitatis, diuisionem præsumunt vnitatis, quando vnitatis ex semetipsa deriuans Trinitatem, non destruat ab illa, sed administratur. Itaque duos & tres iam iactitāt à nobis prædicari, se verò vnus Dei cultores præsumunt: quali non & vnitatis irrationaliter collecta hæresim faciat, & Trinitas rationaliter expensa, veritatem constituat. *μοναρχίας* (inquiunt) tenemus. Et ita sonum ipsum vocaliter exprimunt etiam Latini, etiam opici, vt putes illos tam benè intelligere *μοναρχίας* quàm enuntiant. Sed *μοναρχίας* sonare student Latini, *οικονομία* intelligere nolunt etiam Græci. At ego si quid vtriusque linguæ præcepisti, *μοναρχίας* nihil aliud significare scio, quàm singulare & vnicum imperium: non tamen præscribere monarchiam, idèd, quia vnus sit eius cuius sit, aut filium non habere, aut ipsum se sibi filium fecisse, aut monarchiam suam non per quos velit administrare. Atquin nullam dico dominationem ita vnus sui esse, ita singularem, ita monarchiam, vt non etiam per alias proximas personas administratur, quas ipsa prospexerit officiales sibi. Si verò & filius fuerit ei, cuius monarchia sit, non statim diuidi eam, & monarchiam esse definere, si particeps eius adsumatur & filius: se proinde illius esse principaliter à quo comunicatur in filium: & dum illius est, proinde monarchiam esse quæ à duobus tā vnici continetur. Igitur si & monarchia diuina per tot legiones & exercitus angelorum administratur, sicut scriptū est: Milies centies centena milia adstitebant ei, & milies centena milia apparebant ei: nec idèd vnus esse desit, vt desinat monarchia esse, quia per tāta milia virtutum procuratur: quale est vt Deus diuisionem & dispersionem pati videatur in filio & in spiritu sancto, secundum & tertium sortitis locum, tā confortibus substantiæ patris, quas non patitur in tot angelorum numero, & quidem tam alienorum à substantia patris: Membra, & pignora, & instrumenta, & ipsam vim, ac totum censum monarchiæ, euerfionem deputas eius: non rectè. Malo te ad sensum rei, quàm ad sonum vocabuli exerceas. Euerfio enim monarchiæ illa est tibi intelligenda, cum alia dominatio suæ conditionis & proprii status, ac per hoc æmula superducitur: cum alius Deus infertur aduersus creatorem. Tunc malè, cum plures, secundum Valentinum & Prodicos: tunc in monarchiæ euerfionem, cum in creatoris destructionem. [11 Ceterum, qui filium non aliunde deducit, sed de substantia patris, nihil facientem sine patris voluntate, omnem à patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam à patre filio traditam, in filio seruo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, quia spiritum non aliunde

A aliunde puto, quàm à patre per filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas, quæ dispositionem & dispensationem eius euerfis in tot nominibus constitutam, in quot Deus voluit. A deo autem manet in suo statu, licet Trinitas inferatur, vt etiam restitui habeat patri à filio. Siquidem Apostolus scribit de vltimo sine, cum tradiderit regnum Deo & patri. Oportet enim eum regnare vsque dum ponat inimicos eius Deus sub pedes ipsius, scilicet secundum Psalmum: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Cum autem subiecta erunt illi omnia, absque eo qui ei subiecit omnia, tunc & ipse subiicietur illi, qui ei subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Videmus igitur non obesse monarchiæ filium, etsi hodie apud filium est: quia & in suo statu est apud filium, & cum suo statu restituetur patri à filio: Ita eam nemo hoc nomine destruit, si filium admittat, cui & traditam eam à patre, & à quo quandoque restituendam patri constat. Hoc vno capitulo Epistolæ Apostolicæ potuimus iam & patrem & filium ostendisse duos esse, præterquam ex nominibus patris & filij, etiam ex eo quod qui tradidit regnum, & cui tradidit, item qui subiecit, & cui subiecit, duo sint necesse est. [12 Sed quia duos vnum voluit esse, vt idem pater & filius habeatur, oportet & totum de filio examinari, an sit, & qui sit, & quomodo sit: & ita res ipsa formam suam scripturis & interpretationibus earum patrocinantibus vindicabit. Ajunt quidem & Genesim in Hebraico ita incipere: In principio Deus fecit sibi filium. Hoc vtfirmum non sit, alia me argumenta deducunt ab ipsa Dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem, adusque filij generationem. Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi & mundus & locus & omnia. Solus autem: quia nihil aliud extrinsecus præter illum. Ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. Rationalis enim Deus, & ratio in ipso prius: & ita ab ipso omnia. Quæ ratio, sensus ipse est, hanc Græci *λόγος* dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideoque iam in vsu est nostrorum per simplicitatem interpretationis. Sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi: quia non sermonalis à principio, sed rationalis Deus etiam ante principium: & quia ipse quoque sermo ratione consistens, priorem eam vt substantiam suam ostendat. Tamen & sic, nihil interest. Nam etsi Deus nondum sermonem suum miserat, proinde cum cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacitè cogitando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat dicturus. Cum ratione enim sua cogitans atque disponens sermonem, eam efficiebat, quam sermone tractabat. Idque quod facilius intelligas ex teipso, à me recognosce, vt ex imagine & similitudine Dei; quo habeas & tu in teipso rationem, qui es animal rationale, à rationali scilicet artifice non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. Vide cum tacitus tecum ipse congereris rationem, hoc ipsum agi intra te, occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, & ad omnem sensus tui pulsus. Quodcunque cogitaueris, sermo est: quodcūque senseris, ratio est. Loquaris illud in animo, necesse est: & dum loqueris, conlocutorem pateris sermonem, in quo inest hæc ipsa ratio, qua cum eo cogitans loquaris, per quem loquens cogitas. Ita secundus quodammodo in te est sermo, per quem loqueris cogitando, & per quem cogitas loquendo, ipse sermo alius est. Quanto ergo plenius hoc agitur in Deo, cuius tu quoque imago & similitudo censeris, quod habeat in se etiam tacendo rationem, & in ratione sermonem? Possum itaque non temerè præstruxisse, & tunc Deum ante vniuersitatis constitutionem solum non fuisse, habentem in semetipso proinde rationem, & in ratione sermonem, quem secundum à se faceret agitando intra se. [13 Hæc vis & hæc diuini sensus dispositio, apud scripturas etiam in Sophiæ nomine ostenditur. Quid enim sapientius ratione Dei, siue sermone? Itaque Sophiam quoque exaudi, vt secundam personam conditam. Primò: Dominus creauit me initium viarum in opera sua, prius quàm terram faceret, prius quàm montes collocarentur: ante omnes autem colles generauit me: in sensu suo scilicet condens & generans. Dehinc adstitem eam ipsa separatione cognosce: Cum pararet, inquit, cœlum, aderam illi simul; & quum fortia faciebat super ventos, quæ sursum nubila: & quum tutos ponebat fontes eius quæ sub cœlo, ego eram cum illo compingens, ego eram ad quam gaudebat: quotidie autè oblectabar in persona ipsius. Nam vt primum Deus voluit ea quæ cum sophiæ ratione & sermone disposuerat intra se, in substantias & species suas ædere, ipsum primum protulit sermonem, habentem in se indiuiduas suas rationes Sophiam, vt per ipsum fierent vniuersa, per quem erat cogitata atque disposita, immò & facta iam, quantum

in Dei sensu. Hoc enim eis deerat, ut coram quoque in suis speciebus atque substantiis cognoscerentur & tenerentur. [48] Tunc igitur etiam ipse sermo speciem & ornatum suum sumit, sonum & vocem, cum dicit Deus: Fiat lux. Hæc est natiuitas perfecta sermonis, dum ex Deo procedit: conditus ab eo primùm ad cogitatum in nomine Sophia: Dominus condidit me initium viarum. Dehinc generatus ad effectum: Cum pararet cælum, aderam illi simul. Exinde cum parem sibi faciens, de quo procedendo filius factus est; 49 Primogenitus, ut ante omnia genitus: & vnigenitus, ut solus ex Deo genitus: propriè de vulua cordis ipsius, secundum quod & pater ipse testatur: 2 Eructauit cor meum sermonem optimum. Ad quem deinceps gaudens, proinde gaudentem in persona illius: Filius meus es tu, ego hodie genui te, &: 6 Ante luciferum genui te. Sic & filius ex sua persona proficitur patrem in nomine Sophia: 4 Dominus condidit me initium viarum in opera sua. Ante omnes autem colles generauit me. Nam si hic quidem Sophia videtur dicere conditam se à Domino in opera & vias eius: alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse, & sine illo nihil factum, sicut & rursus: Sermonem eius cæli confirmati sunt, & spiritu eius omnes vires eorum: utique eo spiritu qui sermoni inerat: apparet vnam eandemque vim esse nunc in nomine Sophia, nunc in appellatione sermonis; quæ initium accepit viarum in Dei opera; & quæ cælum confirmauit; per quem omnia facta sunt, & sine qua nihil factum est. Nec diutius de isto: quasi non ipse sit sermo, & in Sophia, & in rationis, & in omnis diuini animi & spiritus nomine, qui filius factus est Dei, de quo prodeundo generatus est. Ergo, 5 inquis, das aliquam substantiam esse Sermonem, spiritu & Sophia traditione constructam? Planè. Non vis enim eum substantiarum habere in re per substantiæ proprietatem, ut res & persona quædam videri possit; 10 & ita capiat secundus à Deo constitutus duos efficere, 11 patrem & filium, Deum & sermonem. 12 Quid est enim dices sermo, nisi vox & sonus oris, 13 & (sicut Grammatici tradunt) aer offensus, intelligibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid, & inane, & incorporale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuū prodire potuisse, ut non de inani & vacuo prolatus: nec carere substantia, quod de tanta substantia proficit, & tantas substantias fecit: fecit enim & ipse quæ facta sunt per illum. Quale est ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est: ut inanis solida, & vacuus plena, & incorporalis corporalia sit operatus? Nam etsi potest aliquando quid fieri 14 diuersum eius per quod sit, nihil tamen potest fieri per id quod vacuum & inane est. Vacua & inanis res est sermo Dei, qui filius dictus est, qui ipse Deus cognominatus est: Et sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo? Scriptum est: Non sumes nomen Dei in vanum. Hic certè est, qui in effigie Dei constitutus, non rapinam existimauit esse se æqualem Deo. In qua effigie Dei: utique in alia, non tamen in nulla. 15 Quis enim negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed & inuisibilia illa quæcūque sunt, habent apud Deum & suum corpus, & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia missum est, sine substantia non erit? Quæcūque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam, & illi nomen filij vindico: & dum filium agnosco, secundum à patre defendo. [14] Hoc si qui putauerit me 16 *αεολιδ* aliquam introducere, id est, prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium æonem de æone producentem: primò quidem dicam tibi, non idèd non vtatur & veritas vocabulo isto, & re ac censu eius, quia & hæresis vtitur: immò hæresis potius ex veritate accepit, quod ad mendacium suum strueret. Prolatus est sermo Dei an non? 17 Hic mecum gradum fige. Si prolatus est, cognosce probolen veritatis, & viderit hæresis si quid de veritate imitata est. Iam nunc queritur, quis quomodo vtatur aliqua re, & vocabulo eius. 18 Valentinus probolas suas discernit & separat ab auctore: & ita longè ab eo ponit, ut non patrem nesciat. Denique desiderat nosse, nec potest: immò & penè deuoratur, & dissoluitur in reliquam substantiam. 19 Apud nos autem solus filius patrem nouit; & b sinum patris ipse exposuit; & c omnia apud patrem audiuit & vidit; & d quæ mandatus est à patre, ea & loquitur. Nec suam, sed patris perfecit voluntatem: quam de proximo, immò de initio nouerat. 20 Quis enim scit quæ sint in Deo, nisi spiritus qui in ipso est? sermo autem spiritu structus est, & ut ita dixerim, sermonis corpus est spiritus. Sermo ergo & in patre semper, sicut dicit: a Ego in patre. Et apud Deum semper, sicut scriptum est: b Et sermo erat apud Deum. Et nunquam separatus à patre, aut alius à patre: quia, c Ego & pater vnum sumus. Hæc erit probola veritatis, custos vnitatis, qua prolatus dicimus filium à patre, sed non separatam. Prorulit enim Deus sermonem, quemadmodum etiam Paracletus docet: Sicut

A Sicut radix fruticem, & fons fluuium, & sol radium. Nam & istæ species probolæ sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt. Nec dubitauerim filium dicere, & radicis fruticem, & fontis fluuium, & solis radium: quia omnis origo parens est: & omne quod ex origine profertur, progenies est: multò magis sermo Dei, qui etiam propriè nomen filij accepit: nec frutex tamen à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole discernitur, sicut nec à Deo sermo. Igitur secundum horum exemplorum formam, profiteor me duos dicere, Deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius. Nam & radix & frutex duæ res sunt, sed coniunctæ. Et fons & flumen duæ species sunt, sed indiuisæ. Et sol & radius duæ formæ sunt, sed coherentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est de quo prodit, non idèd tamen est separatum. Secundus autem vbi est, duo sunt. Et tertius vbi est, tres sunt. 21 Tertius enim est spiritus à Deo & filio, sicut tertius à radice fructus ex frutice. Et tertius à fonte, riuus ex flumine. Et tertius à sole, apex ex radio. Nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates suas ducit. Ita Trinitas per confertos & cõnexos gradus à patre decurrens, & monarchiæ nihil obstrept, & *οικονομίας* statum protegit. [21] Hæc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro patrem & filium & spiritum testor, tene vbique: & ita quid quomodo dicatur, agnosces. Ecce enim dico alium esse patrem, & alium filium, & alium spiritum. Malè accepit idiotæ quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet, & ex diuersitate separationem protèdat, patris & filij & spiritus. Necessitate autem hoc dico, cum eundem patrem & filium & spiritum contendunt, aduersus *οικονομίας* monarchiæ aduantes, non tamen diuersitate alium filium à patre, sed distributione: nec diuisione alium, sed distinctione: quia non sit idem pater & filius, vel modulo alius ab alio. Pater enim tota substantia est, 22 filius verò deriuatio totius & portio, sicut ipse proficitur: Quia pater maior me est. A quo & minoratus canitur in Psalmo, modicum quid, citra angelos. Sic & pater alius à filio, dum filio maior: dum alius qui generat, alius qui generatur: dum alius qui mittit, alius qui mittitur: dum alius qui facit, alius per quem fit. Benè quòd & Dominus vsus hoc verbo in persona Paraclæti, non diuisionem significauit, sed dispositionem: Rogabo enim, inquit, patrem, 23 & alium aduocatum mitteret vobis, spiritum veritatis. Sic alium à se Paraclætum, quomodo & nos à patre alium filium, ut tertium gradum ostenderet in Paraclæto, sicut nos secundum in filio, propter *οικονομίας* obseruationem. Ipsum quòd pater & filius dicuntur, nonne aliud ab alio est? Vtique enim omnia quod vocantur, hoc erunt: & quod erunt, hoc vocabuntur: & permiscere se diuersitas vocabulorum non potest omnino: quia nec rerum, quarum erunt vocabula. 24 Est est, non non: nam quod amplius est, hoc à malo est. [24] Ita aut pater aut filius est, & neque dies eadem & nox, neque pater idem & filius, ut sint ambo vnus & vtrumque alter: quod vanissimi 25 isti Monarchiani volunt, ipse se, inquit, filium sibi fecit. Atquin pater filium facit, & patrem filius. Et qui ex alterutro fiunt, à semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, ut pater se sibi filium faciat, & filius se sibi patrem præstet. Quæ instituit Deus, etiam ipse custodit. Habere necesse est pater filium, ut pater sit: & filius patrem, ut filius sit. Aliud est autem habere, aliud esse. Verbi gratia, ut maritus sim, habeam oportet vxorem, non ipse mihi ero vxor. Sic etiam, ut pater sim, filium habeo, non ipse mihi ero filius. Et ut filius sim, patrem habeo, non ipse mihi ero pater. Quæ enim me faciunt, si habuero: tunc ero pater, si filium habeam: filius ero, si patrem: porro si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero: nec patrem, quia ipse ero pater: nec filium, quia ipse ero filius. In quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum esse: in tantum si vtrumque fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. Si enim ipse ero filius qui & pater, iam non habeo filium, sed ipse sum filius. Non habendo autem filium, dum ipse sum filius, quomodo pater ero? Habere enim filium debeo, ut pater sim. Non sum ergo filius, quia patrem non habeo qui facit filium. Æquè si ipse sum pater qui & filius, iam non habeo patrem, sed ipse sum pater. Non habendo autem patrem, dum ipse sum pater, quomodo filius ero? Habere enim patrem debeo, ut filius sim. Non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem. Hoc erit totum ingenium diaboli, alterum ex altero excludere, dum vtrumque in vnum sub monarchiæ fauore concludens, neutrum haberi facit. Ut & pater nō sit, qui scilicet filium non habet; & filius non sit, qui æquè patrem non habet. Dum enim pater est, filius non erit. Sic monarchiam tenent qui nec patrem nec filium continent. 26 Sed nihil Deo difficile. Quis hoc nesciat? & impossibilia apud seculum, possibilia apud Deū quis ignoret? Et stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientiam. Legimus omnia. [26] *1. Cor. 3.*

Ergo, inquit, difficile non fuit Deo, ipsum se & patrem & filium facere, aduersus tradi-
tam formam rebus humanis. Nam & sterilem parere contra naturam difficile Deo non
fuit, sicut nec virginem. Planè nihil Deo difficile. Sed si tam abruptè in præsumptionibus
nostris hac sententia utamur, quiduis de Deo cõfingere poterimus, quasi fecerit, quia fa-
cere potuerit. Non autem quia omnia potest facere, ideòque credendum est illum fecisse,
etiam quod non fecerit. Sed an fecerit, requirendũ. Potuit si voluisset ita saluus sim, Deus
pennis hominem ad volandum instruxisse, quod & miluis præstitit: nõ tamen quia potuit,
statim & fecit. Potuit & Praxean, & omnes pariter hæreticos statim extinxisse, non tamen
quia potuit, extinxit. Oportebat enim & miluos esse, & hæreticos: oportebat & patrem
crucifigi. Hac ratione erit aliquid & difficile Deo, id scilicet quodcũque non fecerit, non
quia non potuerit, sed quia noluerit. Dei enim posse, velle est: & non posse, nolle: quod au-
tem voluit, & potuit, & ostendit. Ergo quia si voluit semetipsum sibi filium facere, potuit:
& quia si potuit, fecit: tunc probabis illum & potuisse & voluisse, si probaueris illum fe-
cisse. [67 Probare autè tam aperte debebis ex scripturis, quàm nos probamus illum sibi
filium fecisse sermonem suum. Si enim filium nominat, filius autem non alius erit quàm
qui ex ipso prodiit, Sermo autem prodiit ex semetipso, hic erit filius, non ipse de quo pro-
diit. Non enim ipse prodiit ex semetipso. Porrò qui eundè patrem dicit & filium, eundem
& protulisse ex semetipso facis, & prodisse quod Deus est. Si potuit fecisse, non tamen fe-
cit. Aut exhibe probationem quam exoptulo meæ similem, id est, sic scripturas eundem
filium & patrem ostendere, quemadmodum apud nos distinctè pater & filius demonst-
rantur; distinctè, inquam, non diuise, sicut ego profero disti à Deo: 68 Eructauit cor meum
sermonem optimum. Hæc tu contra opponas, alicubi dixisse Deum: Eructauit cor meum
sermonem optimum: ut ipse sit, qui & eructauit, & quod eructauit: & ipse, qui protulerit,
& qui prolatus sit, si ipse est sermo & Deus. Ecce ego propono patrem filio dixisse, Filius
meus es tu, ego hodie generavi te. Si velis ut credam ipsum esse patrem & filium, ostende
sic pronuntiatum alibi: Dominus dixit ad se, filius meus sum ego, ego hodie generavi me:
proinde, &: Ante luciferum generavi me. Et: Dominus condidit me initium viarum in
opera mea, ante omnes autem colles generavi me; & si qua alia in hunc modũ sunt. Quem
autem verebatur Deus Dominus vniuersitatis, ita pronuntiare, si ita res erat: an verebatur
ne non crederetur, si simpliciter se & patrem & filium pronuntiaffer? Vnum tamen veritus
est, mentiri. Veritus autem semetipsum & suam veritatem. Et ideò veracem Deum cre-
dens, scio illum non aliter quàm disposuit pronuntiasse, nec aliter disposuisse quàm pro-
nuntiauit. Tu porrò eum mendacem efficias & fallacem & deceptorem fidei huius, si cum
ipse esset sibi filius, alij dabat filij personam: quando scripturæ omnes & demonstrati onem
& distinctionem Trinitatis ostendant. A quibus & præscriptio nostra deducitur, nõ posse
vnum atque eundem videri qui loquitur, & de quo loquitur, & ad quem loquitur: quia ne-
que peruersitas, neque fallacia Deo congruat, ut cum ipse esset ad quem loquebatur, ad
alium potius, & non ad semetipsum loquatur. Accipe igitur & alias voces patris de filio
per Esaiam: 69 Ecce filius meus quem elegi, dilectus meus in quem benè sensi. Ponam spi-
ritum meum super ipsum, & iudicium Nationibus annuntiabit. Accipe & ad ipsum: Ma-
gnam tibi est ut voceris filius meus ad statuendas tribus Iacob, & ad conuertendam di-
spersionem Israël. Posui te in lucem Nationum, ut sis salus in extremum terræ. Accipe
nunc & filij voces de patre: Spiritus Domini super me, quapropter vnxit me ad euange-
lizandum hominibus. Item in Psalmo ad patrem de eodem: 70 Ne dereliqueris me, donec
annuntiem brachium tuum natiuitati vniuersæ venturæ. Item in alio: Domine quid mul-
tiplicati sunt, qui comprimunt me. 71 Sed & omnes penè Psalmi, Christi personam susti-
nent: filium ad patrè, id est, Christum ad Deũ verba faciètem repræsentant. Animaduerte
etiam spiritũ loquentè ex tertia persona de patre & filio: Dixit Dominus Domino meo,
sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Item per
Esaiam: Hæc dicit Dominus Domino meo Christo. Item per eundem ad patrem de filio:
Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Annuntia-
uimus de illo, sicut puerulus, sicut radix in terra sitiens, & non erat forma eius, nec gloria.
Hæc pauca de multis. Nec enim affectamus vniuersas scripturas euoluere, cum & in sin-
gulis capitulis plenam maiestatem & auctoritatem contestantes, maiorem congressum in
retractatibus habeamus. His itaque paucis, tam manifestè distinctio Trinitatis exponi-
tur. Est enim ipse qui pronuntiat, spiritus, & pater ad quem pronuntiat, & filius de quo
pronun-

A pronuntiat. Sic & cetera quæ nũc ad patrem de filio, vel ad filium, nunc ad filium de pa-
tre, vel ad patrem, nunc ad spiritum pronuntiantur, vnamquamque personam in sua pro-
prietate constituunt. [72 Si te adhuc numerus scandalizat Trinitatis quasi non connexæ
in vnitæ simplici, interrogo quomodo vnus & singularis pluraliter loquitur: Faciamus
hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cum debuerit dixisse, Faciã hominem
ad imaginem & similitudinem meam, utpotè vnus & singularis? sed & in sequentibus:
Ecce Adam factus est tanquam vnus ex nobis, fallit aut ludit, ut cum vnus, & solus, & sin-
gularis esset, numerosè loqueretur: aut nunquid angelis loquebatur ut Iudæi interpretan-
tur, quia nec ipsi filium agnoscunt: an quia ipse erat pater, filius, spiritus, ideò pluralem se
præstans, pluraliter sibi loquebatur? immò quia iam adhærebat illi filius secunda persona
sermo ipius: & tertia, spiritus in sermone, ideò pluraliter pronuntiauit, Faciamus, & No-
stram, & nobis. Cum quibus enim faciebat hominem, & quibus faciebat simile, filio qui-
dem qui erat induitur hominem, spiritu verò qui erat sanctificaturus hominem, quasi
cum ministris & arbitris ex vnitæ Trinitatis loquebatur. 73 Denique sequens scriptura
distinguit inter personas. Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Cur non
suam, si vnus qui faciebat, & non erat ad cuius faciebat? Erat autem ad cuius imaginè fa-
ciebat: ad filij scilicet, qui homo futurus certior & verior, imaginè suam fecerat dici ho-
minem qui tunc de limo formari habebat, imago verò & similitudo. Sed & in anteceden-
tibus operibus mundi quomodo scriptum est? Primum quidem nondum filio apparere,
Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est; ipse statim sermo lux vera, quæ illuminat hominem ve-
nientem in hunc mundum, & per illum mundialis quoque lux. Exinde autem in sermone
Christo assistente & amministrante Deus voluit fieri, & Deus fecit, Et dixit Deus, Fiat fir-
mamentum, & fecit Deus firmamentũ; & dixit Deus, Fiant luminaria, & fecit Deus lu-
minare maius & minus. Sed & cetera vtique idem fecit qui & priora, id est, sermo Dei, per
quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Qui si ipse Deus est, secundũ Ioannè,
Deus erat sermo, habes duos: alium dicentem ut fiat, aliũ facientè. 74 Alium autem quo-
modo accipere debeas, iam professus sum, personæ non substantiæ nomine, ad distinctio-
nem, non ad diuisionem. Ceterum vbique teneo vnam substantiã in tribus cohærentibus.
Tamè alium dicã oportet ex necessitate sensus, eum qui iubet, & eum qui facit. Nam nec
iuberet, si ipse faceret, dum iuberet fieri per eũ. Tamen iubebat, haud sibi iussurus si vnus
esset: aut sine iussu facturum, quia non expectasset ut sibi iuberet. [75 Ergo, inquis, si Deus
dixit, & Deus fecit, si alius Deus dixit, & alius fecit, duo Dei prædicantur. Si tam durus es,
puta interim, & ut adhuc amplius hoc putes, accipe & in Psalmo duos Deos dictos: Thro-
nus tuus Deus in æuũ, virga regni tui; Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatè, propterea vn-
xit te Deus, Deus tuus. Si ad Deũ loquitur, & vnctum Deum à Deo affirmat, sed hic duos
Deos pro virga regni tui. Inde & Esaias ad personã Christi: 76 Et Sabain, inquit, viri elati
ad te transibũt, & post te sequentur vincti manibus, & te adorabũt, quia in te Deus est. Tu
enim es Deus noster, & nesciebamus, Deus Israël. Et hinc enim dicèdo, Deus in te, & tu
Deus, duos proponit qui erant in Christũ & spiritũ. Ipsũ plus est, quòd in Euãgelio totidè
inuènies: In principio erat sermo, & sermo erat apud Deũ, & Deus erat sermo. Vnus qui
erat, & alius penes què erat. 77 Sed & nomè Domini in duobus lego. Dixit Dominus Do-
mino meo, sede ad dexterã meã. Et Esaias hæc dicit: Domine, quis credidit auditui no-
stro, & brachiũ Domini cui reuelatũ est? Brachiũ enim suũ nõ dixisset, si nõ Dominũ pa-
trè, & Dominũ filiũ intelligi vellet. Etiã adhuc antiquior Genesis: Et pluit Dominus su-
per Sodomã & Gomorrã sulphur & ignè de cœlo à Domino. Hæc aut nega scripta, aut
quis es, ut nõ putes accipièda quemadmodũ scripta sunt, maximè quæ nõ in allegoriis &
parabolis, sed in definitionibus & certis & simplicibus habent sensum? Quòd si ex illis es
qui tunc Dominũ nõ sustinebant Dei se filiũ ostendentè, ne eum Dominũ crederent, re-
cordare tu eum illis scriptũ esse: Ego dixi, vos Dei estis, & filij altissimi. Et: Stetit Deus in
ecclesia Deorũ, ut si homines per fidem filios Dei factos, Deos scriptura pronũtiare non
timuit, scias illam multò magis verò & vnico Dei filio Dei nomè iure cõtulisse. Ergo, in-
quis, prouocabo te ut hodiè quoque ex auctoritate istarũ scripturarũ cõtãter duos Deos
& duos Dominos prædices. Absit. Nos enim qui & tempora & causas scripturarũ per Dei
gratiam inspicimus, maximè 78 Paraleti non hominum discipuli, duos quidem defini-
mus Patrem & filium, & iam tres cum Spiritu sancto, secundum rationem œconomix,
quæ facit numerum: ne (ut vestra peruersitas infert) pater ipse credatur natus & passus:
RRr

quod non licet credi, quoniam non ita traditum est. Duos tamen Deos & duos Dominos D nunquam ex ore nostro proferimus, non quasi nō & pater Deus, & filius Deus, & spiritus sanctus Deus, & Deus vnusquisque: sed quoniā retrō & duo Dei & duo Domini prædicabantur, vt, vbi venisset Christus, & Deus agnosceretur, & Dominus vocaretur, quia filius Dei & Domini. Si enim vna persona & Dei & Domini in scripturis inueniretur, meritō Christus nō esset admissus ad nomē Dei, & Domini. Nemo enim alius præter vnus Deus & vnus Dominus prædicabatur, & futurum erat vt ipse pater descēdisse videretur: quia vnus Deus & vnus Dominus legebatur: & tota œconomia eius obumbraretur, quæ in materiā fidei prospecta atque dispēsata est. At vbi venit Christus, & cognitus est à nobis, quod ipse qui numerum retrō fecerat, factus secundus à patre, & cum spiritu tertius, & iam pater per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen Dei & Domini in vnione. Et quia Nationes à multitudine idolorum transirent ad vnicum Deum, vt differentia constitueretur inter cultores vnus, & plurimæ diuinitatis. Nam & lucere in mūdo Christianos oportebat vt filios lucis, lumen mundi vnum & Deum & Dominum colētes & nominantes. Ceterum si ex conscientia qua scimus Dei nomē & Domini, & patri & filio & spiritui cōuenire, Deos & Dominos nominarem, extinxissemus faces nostras etiā ad martyria timidiores, quibus euadendi quaque patet occasio ⁷⁹ iurantibus statim per Deos & Dominos, vt quidam hæretici, quorum Dei plures. Itaque Deos omninō non dicam, nec Dominos, ⁸⁰ sed Apostolum sequar, vt si pariter nominandi fuerint pater & filius, Deum patrem appellem, & Iesum Christum Dominum nominem. ⁸¹ Solum autem Christum potero Deum dicere sicut idem Apostolus. ⁸² Ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in æuū omne. Nam & radium solis scorsum solē vocabo, solem autem nominans cuius est radius, nō statim & radium solem appellabo. Nam etsi soles duos faciam, tamē & solem & radium eius tam duas res, & duas species vnus & indiuisæ substantiæ numerabo, quàm Deum & sermonem eius, quàm patrem & filium.

XIII. ⁸³ Adhuc & illa nobis regula adfuit duos vindicantibus patrem & filium, quæ inuisibilem Deum determinauit. Cum enim Moyses in Ægypto desiderasset Dominicōspectum dicēs: Si ergo inueni gratiam coram te, manifesta mihi te, vt cognoscerem videram te: non potes videre, inquit, faciem meam. ⁸⁴ Non enim videbit homo faciem meam & viuet, id est, morietur qui viderit. Inuenimus enim & à multis Deum visum, & neminem tamē eorum qui eum viderant mortuum. Visum quidem Deum secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem diuinitatis. ⁸⁵ Nam Patriarchæ Deum vidisse referuntur, vt a Gen. 12. ^a Abraham & b Iacob: Et Prophetæ, vt c Esaias, vt d Ezechiel, & tamen mortui non sunt. 17. & 18. Igitur aut mori debuerāt, si eū viderant: e Deū enim nemo videbit & viuet: aut si Deum b Gen. 26. viderunt, & mortui non sunt, scriptura mentitur, Deum dixisse, Faciem meā homo si viderit, nō viuet. Aut scriptura mentitur, cum inuisum aut eum visum Deū profert. Iā ergo c Isai. 7. d Ezech. 1. alius erit qui videbatur, quia nō potest idē inuisibilis definiri qui videbatur: & consequēs e Exod. 33. erit vt inuisibile patrē intelligamus pro plenitudine maiestatis, visibilem vrō filiū agnoscamus pro modulo deriuationis: sicut nec solē nobis cōtemplari licet quātum ad ipsam F substantiā summā quæ est in cœlis, radium autē eius toleramus oculis pro tēperatura portionis quæ in terram inde porrigitur. Hic ex diuerso volent aliquis etiam filium inuisibile contendere, vt sermonē, vt spiritū, & dū vnicam cōditionem patris & filij vindicat, vnum potius atque eundē cōfirmare patrem & filiū. Sed diximus scripturam differentiæ patrocinari, per visibilis & inuisibilis distinctionē. Nam & illud adiiciunt ad argumentationē.

ibidem. Quod si filius tūc ad Moysen loquebatur, ipse faciem suam nemini visibilem pronuntia- ret, quia scilicet ipse inuisibilis pater fuerit in filij nomine. Ac per hoc sic eundem volunt accipi visibilem & inuisibilem, quomodo eūdem patrem & filium: quoniam & paulō suprà, antequam faciem Moysi negasset, scriptum sit: Dominum ad Moysen locutum coram, velut si quis loquatur ad amicum suum, nō minus quàm & Iacob: Ego vidi, inquit, ibidem. Gen. 32. Dominum facie ad faciem. Ergo visibilis inuisibilis idem. Et quia idem vtrunque, idē & ipse pater inuisibilis, quia & filius visibilis. Quasi nō expositio scripturæ quæ fit à nobis, filio cōperat patre seposito in sua inuisibilitate. Dicimus enim & filium suo nomine eatenus inuisibilem quā sermo & spiritus, Dei ex substantiæ cōditione iam nūc, & quia Deus & sermo & spiritus; ⁸⁶ visibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron, Numer. 12. & Mariam: Et si fuerit Prophetes in vobis, in visione cognoscat illi, & in somnio loquar illi, non quomodo Moysi: os ad os loquar illi in specie, id est, in veritate, & non in æni-

A in ænigmate, id est, non imagine, sicut & Apostolus: Nunc videmus tanquā per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. ⁸⁷ Igitur quum Moysi seruat conspectum suum, & colloquium facie ad faciem, in futurum (nam hoc postea adimpletum est, in montis fessu, sicut legimus in Euāgelio visum cum illo Moysen colloquētem) appareret retrō semper in speculo, & ænigmate, & visione, & somnio Deum, id est, filium Dei, visum tā ^a Pro- phetis & b Patriarchis, quàm & ipsi adhuc c Moysi. Et ipse quidem Dominus si fortē coram ad faciem loquebatur, non tamen, vt est, homo faciem eius videret, nisi fortē in speculo & in ænigmate. Denique si sic Moysi locutus est Dominus, vt & Moyses faciem eius cominūs sciret, quomodo statim atque ibidem desiderat faciem eius videre, quam quia viderat, non desideraret? Quomodo æquē & Dominus negat videri faciem suā posse quam ostenderat, si tamen ostenderat? Aut quæ est facies Dei, cuius conspectus negatur, si erat quæ visa est? Vidi, inquit Iacob, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Alia debet esse facies, quæ si videatur, occidit. Aut nunquid filius quidem videbatur, & si facies, sed ipsum hoc in visione, & somnio, & speculo, & ænigmate: quia sermo, spiritus, nisi imaginaria forma videri nō potest. ⁸⁸ Faciem autem suam, dicit inuisibilem patrem. Quis enim pater? num facies erit filij, nomine auctoritatis, quā genitus à patre consequitur? Nō enim & de aliqua maiore persona cōgruit dicere, facies mea est ille homo: & faciem mihi præstat. Pater, inquit, maior me est. Ergo facies erit filij pater. Nam & scriptura quid dicit? ⁸⁹ Spiritus personæ eius, Christus Dominus. Ergo si Christus personæ paternæ spiritus est, meritō spiritus, cuius persona erat, id est, patris eius faciem suam ex vnitate scilicet pronuntiauit. Mirarer planē an facies filij pater accipi possit qui est caput eius. Caput enim Christi Deus. ⁹⁰ Si hunc articulum quæstionibus scripturæ veteris non expediam, de nouo Testamento sumam confirmationem nostræ interpretationis: ne quodcūque in filium reputo, in patrem proinde defendas. Ecce enim & in Euāgelis & in Apostolis visibilem & inuisibilem Deum deprehendo, sub manifesta & personali distinctione conditionis vtriusque. Exclamat quodammodō Ioannes: Deum nemo vidit vnquam. Vtique nec retrō. Ademit enim temporis quæstionem, dicendo Deum nunquam visum. Confirmat & Apostolus de Deo: Quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest, quia scilicet morietur qui videbit. ⁹¹ Idem ipsi Apostoli & vidisse se Christū, & cōtrectasse testantur. Porrō si ipse est Christus & pater & filius, quomodo visus est, & inuisus? Ad hanc diuersitatem visū & inuisū in vnum conferendam, quis ex diuerso nō argumentabitur, rectē vtrunque dictum, visibilem quidem in carne, inuisibilem ante carnem: vt idem sit pater inuisibilis ante carnem, qui & filius visibilis in carne? Atquin si idē ante carnem inuisibilis, quomodo & nunc inuisibilis pronuntiat ab Apostolis, nisi quia alius qui & retrō visus in ænigmate? Plenius visibilem caro effecit, sermo scilicet qui & caro factus, est alius: quem nunquam quisquam vidit nisi pater, scilicet cuius est sermo. Denique inspiciamus quem Apostoli viderint. Quod vidimus, inquit Ioannes, quod audiuius, oculis nostris vidimus, & manus nostræ cōtrectauerunt, de sermone vitæ. Sermo enim vitæ caro factus, & auditus, & visus, & cōtrectatus, quia caro, qui ante carnem sermo tantum in primordio apud Deum patrem, non pater apud sermonem. Nam & si Deus sermo, sed apud Deum, quia ex Deo Deus, quia cum patre apud patrem. Et vidimus gloriam eius tanquā vnigeniti à patre, vtique filij: scilicet visibilis, glorificati à patre inuisibili. Et idē quoniam sermonem Dei, Deum dixerat, ne adiuuaret aduersariorum præsumptionem, quasi patrem ipsum vidisset, ad distinguendum inter inuisibilem patrem & filium visibilem, super dicit ex abundantia: Deum nemo vidit vnquam. Quem Deum? Sermonem? Atquin Vidi- mus, & audiuius, & cōtrectauimus, de sermone vitæ prædictum est. Sed quem Deum? scilicet patrē, apud quem Deus erat sermo, vnigenitus filius, qui est in sinu patris ipse disceruit. Ipse & auditus, & visus, & ne phantasma crederetur, etiam cōtrectatus. Hunc & Paulus conspexit, nec tamen patrem vidit. Nōne, inquit, vidi Iesum? Christum autem & ipsum Deum cognominauit, Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est per omnia Deus benedictus in æuū. Ostendit & ipse visibilem Dei filium, id est, sermonem Dei, quia qui caro factus est, Christus dictus est. De patre autem ad Timotheum: Quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest. Exagerans amplius: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. De quo & suprà dixerat: Regi autem seculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo: De quo & suprà dixerat: Regi autem seculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo: ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰

vt & contraria ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem; quem mortuum D
 contestatur secundum scripturas, & à se nouissimè visum, per accessibilem vtique lucem;
 Mat. 17. 9. ^a quamquam & illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, ^b neque Petrus & Io-
 Luc. 9. ^c annes & Iacobus sine irratione, & amentia: qui si non passuri filij gloriam, sed patrem vi-
 Exod. 33. ^d dissent, credo morituri ibidem. Deum enim nemo videbit, & viuere, si hæc ita sunt, con-
 stat eum semper visum ab initio, qui visus fuerit in fine: Et eum nec in fine visum, qui nec
 ab initio fuit visus: & ita duos esse visum & inuisum. Filius ergo visus est semper, & filius
 cõuersatus est semper, & filius operatus est semper, ex auctoritate patris & voluntate; quia
 Ioan. 5. ^e filius nihil à semetipso potest facere, nisi viderit patrem facientem, in sensu scilicet faciē-
 Ioan. 1. ^f tem. Pater enim sensu agit. Filius verò qui in patris sensu est, vidēs perficit. Sic omnia per
 xv 1. ^g filium facta sunt, & sine illo factum est nihil. [^h Nec putes sola opera mundi per filium
 Ioan. 3. ⁱ facta, sed & quæ à Deo exinde gesta sunt. Pater enim qui diligit filium, ^j & omnia tradi-
 Ioan. 1. ^k dit in manu eius, vtique à primordio diligit, & à primordio tradidit. Ex quo, à primordio
 Math. 28. ^l sermo erat apud Deū, & Deus erat sermo, ^m cui data est omnis potestas à patre in cœlis
 Ioan. 5. ⁿ & in terra. Non iudicat pater quenquam, sed omne iudicium tradidit filio, à primordio
 tamen. Omnem enim dicens potestatem, & omne iudicium, & omnia per eum facta, &
 omnia tradita in manu eius, nullam exceptionem temporis permittit: quia omnia non
 erunt, si non omnis temporis fuerint. Filius itaque est qui ab initio iudicauit; turrim-
 Gen. 6. ^o perbissimam elidens, linguasque disperdens; orbem totum aquarum violentia puniens;
 Gen. 19. ^p pluens super Sodomam & Gomorrâ ignem & sulphurè, Dominus à Domino. Ipse enim
 a Gen. 3. 11. ^q & ad humana semper colloquia descendit; ab Adam ^r usque ad Patriarchas & Prophetas,
 17. 18. 26. ^s in visione, in somno, in speculo, in ænigmate, ordinem suum præstruens ab initio sem-
 32. 35. ^t per. Quæ erat persecutus infinita, ^u semper ediscebat, ^v & Deus ^w in terris cum homi-
 Exod. 3. ^x nibus conuersari non alius potuit quam sermo qui caro erat futurus. Ediscebat autem vt
 seq. et ^y nobis fidem sterneret, vt facilius crederemus filium Dei descendisse in seculum, si & retrò
 7. ac ^z Eze- tale quid gestum cognosceremus. Propter ^{aa} nos enim sicut scripta sunt, ita & gesta sunt, in
 chielis 7. ^{ab} quos æuorum fines decucurrerunt. Sic etiam affectus humanos sciebat iam tunc, susceptu-
 b Baruch 3. ^{ac} rus etiam ipsas substantias hominis, carnem & animam; ^{ad} Interrogans Adam quasi ne-
 c 1. Cor. 10. ^{ae} sciens, Vbi es Adam; Pœnitens quòd hominem fecisset, quasi non præsciens; Tentans A-
 Gen. 3. ^{af} braham, quasi ignorans quid sit in homine; Offensus, reconciliatus eisdem. Et si qua hæ-
 Gen. 6. ^{ag} retici apprehendunt quasi Deo indigna, ad destructionem creatoris, ignorantes hæc in fi-
 Gen. 22. ^{ah} lium competisse, qui etiam passiones humanas, & sitim, & esuriam, & lacrymas, & ipsam
 Exod. 32. ^{ai} natiuitatem, ipsamque mortem erat subiturus: Propter hoc minoratus à patre modicum
 Isai. 8. ^{aj} circa angelos. Sed hæretici quidem nec filio Dei deputabunt conuenire, quæ tu ipsi patri
 inducis, quasi ipse se deminorauerit propter nos, cum scriptura alium dicat ab alio mino-
 ratum, nõ ipsum à semetipso. Quid si & alius, qui coronabatur gloria & honore, alius qui
 coronabat, vtique filium pater? ^{ak} Ceterum quale est, vt Deus omnipotēs ille inuisibilis;
 a 1. Tim. 6. ^{al} quem nemo vidit hominum, nec videre potest, ille qui inaccessible lucē habitat; b ille
 b Act. 17. ^{am} qui non habitat in manu factis; c à cuius conspectu terra contremiscit; d mōtes liquefcūt
 c Ioel. 2. ^{an} vt cera; e qui totum orbem manu apprehēdit velut nidū; f cui cœlū thronus, & terra sca-
 d Isai. 96. ^{ao} bellum, in quo omnis locus, non ipse in loco, qui vniuersitatis extrema linea est, ille al-
 e Isai. 66. ^{ap} tissimus; g in paradiso ad vesperā deambulauerit, quærens Adam; & h arcam post introitū
 g Gen. 3. ^{aq} Noë clausit; i & apud Abrahā sub quercu ^{ar} refrigerauerit; & i Moysen de rubo ardētī
 h Gen. 7. ^{as} vocarit; ^{at} & in fornace Babylonij regis quartus apparuerit, (quæquā filius hominis est di-
 i Gen. 18. ^{au} ctus) ni hæc in imagine, & speculo, & ænigmate fuissent: Scilicet & hæc nec de filio Dei
 l Exod. 3. ^{av} credenda fuisse, si scripta non essent, fortalsè nõ credenda de patre, licet scripta, quæ isti in
 m Dan. 3. ^{aw} vuluam Mariæ deducunt, & in Pilati tribunal imponunt, & in monumento Ioseph recõ-
 Math. 27. ^{ax} cludunt. Hinc igitur apparet error illorum. Ignorantes enim à primordio, omnē ordinem
 diuinæ dispositionis per filium decucurrisse, ipsum credūt patrem & visum, & cõgressum
 & operatum, & sitim & esuriam passum ^{ay} aduersus Prophetam dicentem: Deus æternus
 xv 11. ^{az} nõ sitiet, nec esuriet omninò, quanto magis nec morietur, nec sepelietur) & ita vnum
 a Ioan. 5. ^{ba} Deum super egisse, id est, patrem. [^{bb} Quæ per filium gesta sunt, facilius existimauerūt,
 b Ioan. 17. ^{bc} patrem in filij nomine egisse, quàm filium in patris, dicente ipso Domino: ^{bd} Ego veni in pa-
 c Math. 21. ^{be} tris, mei nomine. Item ad ipsum patrem: ^{bf} Nomen tuum manifestaui hominibus. ^{bg} Con-
 d Gen. 28. ^{bf} dicente etiam scriptura: ^{bh} Benedictus qui venit in nomine Domini, vtique filius in patris
 e Gen. 14. ^{bi} nomine. Et nomen patris: ^{bj} Deus omnipotens; ^{bk} Altissimus; ^{bl} Dominus virtutum;
 f Isai. 23. ^{bj} ¹⁰¹ Rex

A ¹⁰¹ Rex d Israël; e qui est, quatenus ita scripturæ docent. Hæc dicimus & in filium com- d Isai. 44.
 petisse, & in his filiū venisse, & in his semper egisse, & sic ea in se hominibus manifestasse. c Exod. 3.
 Omnia, inquit, patris, mea sunt. Cur non & nomina? Cur ergo legis Deum omnipoten- Ioan. 16.
 tem, & altissimum, & Deum virtutum, & regem Israël, & qui est; vide ne per hæc filius
 etiam demonstreretur. Suo iure Deus omnipotens; quæ sermo Dei omnipotentis; quæque Ioan. 1.
 omnium accepit potestatem. Altissimus; quæ dextera Dei exaltatus, sicut Petrus in Actis Math. 28.
 concionatur. Dominus virtutum; quia omnia subiecta sunt illi à patre. Rex Israël, quia
 illi propriè excidit fors gentis istius. Item, Qui est, quoniam multi filij dicuntur, & non
 sunt. Si autem volunt & Christi nomē patris esse, audient suo loco. Interim hinc mihi pro-
 motum sit responsum aduersus id quod & de Apocalypsi Ioannis proferunt: Ego Domi- Apoc.
 nus qui est, & qui fuit, & venit omnipotens, & sicubi alibi Dei omnipotentis appellatio-
 nem non putant etiam filio conuenire. Quasi qui venturus sit omnipotens, cum & filius
 omnipotentis tam omnipotens sit Dei filius, quàm Deus Dei filius. [¹⁰⁶ Sed hanc socie- xv 11.
 ratem nominum paternorum filio ne faciliè perspiciant, perturbat illòs scriptura, si
 quando vnicum Deum statuit, quasi non eadem; & Deos, & Dominos duos proposuerit,
¹⁰⁷ vt supra ostendimus. Ergo quia duos & vnum; inquit, inuenimus, idcò ambo vnus
 atque idem, & filius, & pater. Porrò non periclitatur scriptura, vt illi de tuâ argumētatio-
 ne succurras, ne sibi contraria videatur. Habet rationem, & quum vnicum Deum statuit,
 & quum duos patrem & filium ostendit, & sufficit sibi. Filium nominari ab ea cõstat. Sal-
 uo enim filio rectè vnicum Deum potest determinasse, cuius est filius. Non enim desinit
 esse qui habet filium ipse vnus, suo scilicet nomine, quotiens sine filio nominatur. Sine
 filio autem nominatur, quum principaliter determinatur vt prima persona quæ ante filij
 nomen erat proponenda; quia pater antè cognoscitur, & post patrem filius nominatur.
 Igitur vnus Deus pater; ¹⁰⁸ & absque eo alius non est. Quòd ipse inferens, non filium ne- Isai. 44.
 gat, sed alium Deum. Ceterum alius à patre filius non est. Denique inspice sequentia hu- Ibidem.
 iusmodi pronuntiationum, & inuenies ferè ad idolorum ¹⁰⁹ factitatores atque cultores
 definitionem earum pertinere, vt multitudinè falforum Deorum vno diuinitatis expel-
 lat, habens tamen filium quanto indiuiduum & inseparatum à patre, tanto in patre repu-
 tandum, etsi non nominatum. Atquin si nominasset illum, separasset, ita dicens: Alius
 præter me non est, nisi filius meus. Alium enim etiam filium fecisset, quem de aliis exce-
 pisset. Puta solem dicere: Ego sol, & alius præter me non est, nisi radius meus, nõne de-
 notasset vanitatem, quasi non & radius in sole deputeretur. Itaque præter semetipsum non
 esse alium Deum, hoc propter idololatriam tam nationum quàm Israël; ¹¹⁰ Etiam pro-
 pter hæreticos, qui sicut nationes manibus, ita & ipsi verbis idola fabricantur, id est; alium
 Deum & alium Christum; Igitur & cum se vnū pronūciabat, ¹¹¹ filio pater procurabat, ne
 ab alio Deo Christus venisse credatur, sed ab illo qui prædixerat: Ego Deus, & absque me
 alius non est, qui se vnicum, sed cum filio ostendit, cum quo cœlum solus extendit.
 [¹¹² Quin & hoc dictum eius, in argumētum singularitatis arripient: Extendi, inquit, x 13.
 C cœlum solus. Quantum ad ceteras virtutes solus, præstruens ¹¹³ aduersus coniecturas hæ-
 reticorum, qui mundum ab angelis & potestatibus diuersis volunt structum, qui & ipsum
 creatorem, aut angelum faciunt, aut ad alia quæ extrinsecus, vt opera mundi, ignorantē
 quoque subornatū. Aut si sic solus cœlū extendit, quomodo isti præsumunt in peruersum
 hæretici, quasi singularis non admittatur Sophia illa dicens, ¹¹⁴ cum pararet cœlos, ego a-
 deram illi simul. Et si dixit: quis cognouit sensum Domini, & quis illi consilio fuit? vtique Isai. 46.
 præter Sophiā fuit, quæ illi aderat. In ipso tamen & cum illo vniuersa compingebat, non
 ignorante quid faceret. Præter Sophiam autē, præter filiū dicit, qui est Christus, Sophia
 & virtus Dei, secundum Apostolum, solus sciens sensum patris. Quis enim scit quæ sunt
 in Deo, nisi spiritus qui in ipso est: non qui extra ipsum erat. Ergo qui nõ solum Deum fa-
 ceret, nisi à ceteris solū. Sed & Euāgelij recufetur, quòd dicat omnia per sermonē à Deo Ioan. 1.
 facta esse, & sine eo nihil factū. Nisi enim fallor, & alibi scriptū est: Sermone eius cœli fir- Psal. 32.
 mati sunt, & spiritu eius omnes virtutes eorum. Et sermo autē Virtus & Sophia, ipse erit
 Dei filius. Ita si per filium omnia, cœlum quoque per filium extendens, non solus extēdit,
 nisi illa ratione qua ceteris solus. ¹¹⁵ Atq; adeò statim de filio loquitur. Quis alius deiecit Isai. 44.
 signa ventriquoquorū & diuinationes à corde auertēs sapiētes retrorsum, & consiliū eorū
 infatuans: sistens verba filij sui, dicēdo scilicet: Hic est filius meus dilectus, hūc audite. Ita Math. 3.
 filium subiungens ipse interpretator est, quomodo cœlum solus extenderit, scilicet cum
 RRr iij

filio solus, sicut cum filio vnum. Proinde & filij erit vox: ^a Extēdi cœlum solus; quia ^b sermo mone cœli confirmati sunt. Quia; ^c Sophia in Sermonem adistente paratum est cœlum; & ^d omnia per Sermonem sunt facta, competit & filium solum extēdisse cœlum, quia solus operationi patris ministravit. Idem erit dicens: ^e Ego primus, & in superuētura ego sum. Primum scilicet omnium, sermo, ^f In principio erat sermo, in quo principio prolatus à patre est. Ceterum pater non habens initium, ut à nullo prolatus, ut innatus, non potest videri. Qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit. Igitur si propterea eundem & patrem & filium credendum putauerunt, ut vnum Deum vindicent, salua est vnio eius, qui quum sit vnus, habeat & filium, æquē & ipsum eisdem scripturis comprehensum. Si filium nolunt secundum à patre reputari, ne secūdos duos faciat Deos dici, ¹¹⁶ ostēdimus etiam duos Deos in scriptura relatos & duos Dominos; & tamen ne de isto scandalizentur, rationem reddidimus, qua Dei non duo dicantur, nec Domini, sed qua pater & filius duo: & hoc non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione, quum indiuiduum & inseparatum filium à patre pronuntiamus, nec statu, sed gradu alium, qui etsi Deus dicatur, quando nominatur singularis, non ideò duos Deos faciat, sed vnum, hoc ipso quòd & Deus ex vnitate patris vocari habeat. [¹¹⁷ Sed argumentationibus eorum adhuc retundendis, opera præbenda est, si quid de scripturis ad sententiam suam excerpent, cetera nolentes inquiri, quæ & ipsa regulam seruāt, & quidem salua vnione diuinitatis, & monarchiæ sonitu. Nam sicut in veteribus nihil aliud tenent, quàm, Ego Deus, & alius præter me non est: Ita in Euangelio responsum Domini ad Philippum tuetur, Ego & pater vnum sumus; &: Qui me viderit, videt & patrem; &: Ego in patre, & pater in me. His tribus capitulis totum instrumentum virtusque Testamenti volunt cedere, cum oporteat secundum plura intelligi pauciora. ¹¹⁸ Sed proprium hoc est omnium hæreticorum. Nam quia pauca sunt quæ in sylua inueniri possunt, pauca aduersus plura defēdūt, & posteriora aduersus priora suscipiunt. Regula autem omni rei semper ab initio constituta in prioribus, & in posteriora præscribit, utique & in paucioribus. [¹¹⁹ Aspice itaque quanta præscribant tibi, etiam in Euangelio ante Philippi consultationem, & ante omnem argumentationem tuam. Et in primis ipsa statim præfatio Ioannis Euangelizatoris demonstrat, quòd retrò fuerit qui caro fieri habebat: ¹²⁰ In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Hic erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nam si hæc non aliter accipi licet, quàm quomodo scripta sunt, indubitanter alius ostenditur, qui fuerit à principio, alius apud quem fuit: Alium sermonē Dei, alium Dominum: licet & Deus sermo, sed quā Dei filius, non quā pater: Alium per quem omnia, alium à quo omnia. ¹²¹ Alium autem quomodo prædicamus, sæpè iam ædidimus, quo alium dicamus necesse est, non eundem autem, non quasi separatam, dispositione alium non diuisione. ¹²² Hic ergo factus est caro, non ipse cuius erat sermo. Huius gloria visa est tanquam vnici à patre, non tanquam patris. Hic vnus sinum patris differuit, non sinum suum pater. Præcedit enim: Deum nemo vidit vnquam. Inde etsi agnus Dei ab Ioanne designatur, non ipse cuius est dilectus. Certè filius Dei semper, sed nō ipse cuius est filius. ¹²³ Hoc eū Nathanael statim sensit, sicut & alibi Petrus: ^a Tu es filius Dei. Hoc & ipse rectè sensisse illos confirmat: ^b Nathanaeli quidem respōdens: Quia dixi, vidi te sub ficu, ideò credis; Petrum ^c verò beatum adfirmans, cui non caro, neque sanguis reuelasset (quòd & patrem senserat) sed pater qui in cœlis est. Quo dicto vtriusque personæ constituit distinctionem, & filij in terris, quem Petrus agnouerat Dei filium, & patris qui in cœlis, qui Petro reuelauerat quod Petrus agnouerat Dei filium Christum. ¹²⁴ Cū in templum introit, ædem patris appellat, ut filius. ¹²⁵ Cū ad Nicodemum dicit: Ita dilexit Deus mundum, ut filium suum vnicum dederit, in quem omnis qui crediderit, non pereat, sed habeat vitam sempiternam. Et rursus, Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluus sit mundus per eum. Qui crediderit in illum, non iudicatur: qui non crediderit in illum, iam iudicatus est, quia nō credidit in nomine vnici filij Dei. ¹²⁶ Ioannes autem cū interrogaretur quid de Iesu contingeret. Pater, inquit, diligit filium, & omnia tradidit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui non credit in filium Dei, non videbit Deum, sed ira Dei manebit super eum. ¹²⁷ Quem verò Samaritidi ostendit? Si Messiam qui dicitur Christus, filium utique se non patrem demonstravit. Qui & alibi Christus Dei filius, non pater dictus est. Exinde discipulis, Meum est, inquit, ut faciā voluntatem eius qui me misit, ut consummem opus eius. ¹²⁸ Et

a Isai. 44.
b Psal. 32.
c Proti. 8.
d Joan. 1.
e Isai. 41.
f Ioan. 1.

xx.

Isai. 45.
Joan. 14.
Ibidem.
Ibidem.

xxi.

Ioan. 1.

Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
a Matth. 16.
b Ioan. 1.
c Matth. 16.

Ioan. 2.
Joan. 3.

Ibidem.

Ioan. 4.
Matth. 16.
Ioan. 4.

A ¹²⁹ Et ad Iudæos de paralytici sanitate, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Pater & ego, filius dicit. Denique propter hoc magis Iudæi illum interficere volebant. Non tantum quòd solueret sabbatum, sed quòd patrem suum Deum diceret, & quans se Deo. Tunc ergo dicebat ad eos: Nihil filius facere potest à semetipso, nisi viderit patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & filius facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstravit illi quæ ille fecit, & maiora istis opera demonstravit illi, ut vos miremini. Quomodo enim suscitatur mortuos & viuificat, ita & filius quos vult viuificat. Neque enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, uti omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui filium misit. Amen amen dico vobis, quòd qui audit sermones meos, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transit de morte in vitam. Amen dico vobis, quòd veniet hora qua mortui audiet vocem filij Dei, & cū audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam æternam à semetipso, ita & filio dedit vitam æternam habere in semetipso, ¹³⁰ & iudicium dedit illi facere in potestate, qua filius hominis est; per carnem scilicet, sicut & filius Dei per spiritum eius. Adhuc adiicit: Ego autem habeo maius quàm Ioannis testimonium. Opera enim quæ pater mihi dedit consummare illa, ipsa de me testimonium perhibent, quòd me pater misit. Et qui me misit pater, ipse testimonium dixit de me. Subiungens autem: Neque vocem eius audistis vnquam, neque formam eius vidistis, confirmat retrò non patrem, sed filium fuisse, qui videbatur & audiebatur. Denique dicit: Ego veni in patris mei nomine, & non me recepistis. Adeò semper filius erat in Dei & regis & Domini omnipotentis, & altissimi nomine. ¹³¹ Interrogantibus autem quid facere debeant, respondit, ut credatis in eum quem Deus misit. Panem quoque se adfirmat, quem pater præstaret de cœlo. Ergo omne quod ei daret pater ad se venire, nec reiecturum se, quia de cœlo descendisset, non ut suam, sed ut patris faceret voluntatem. Voluntatem autem patris esse, uti qui viderit filium, & crediderit in eum, vitam & resurrectionem consequatur. Neminem porrò ad se venire posse, nisi quem pater adducat; Omnem qui à patre audisset, & didicisset, venire ad se. Non quasi patrem aliquis viderit, adiciens & hic, ut ostenderet patris esse sermonem, per quem docti fiant. At quum discedunt ab eo multi, & Apostolis suis offert, si velint discedere & ipsi, quid respondit Simon Petrus? quòd discedemus? verba vitæ habes, & nos credimus quòd tu sis Christus. Patrem illum esse, an patris Christum? [¹³² Cuius autem doctrinam dicit, ad quam mirabantur, suam an patris? Æquē ambigentibus inter se, ne ipse esset Christus, utique non pater, sed filius: Neque me scitis, inquit, vnde sim, & non veni à meipso, sed est verus qui me misit, quem vos non nostis. Ego noui illum, qui ab illo sum, & ille me misit. Non dixit: quia ipse sum, & ipse me misit, sed ille me misit. Item quum misissent ad inuadendum eum Pharisei, Modicum adhuc temporis, ait, vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. ¹³³ At vbi se negat esse solum; sed ego, inquit, & qui me misit pater, nonne duos demonstrat, tam duos quàm inseparatos? immò totum erat hoc quòd docebat, inseparatos duos esse. Siquidem & legem proponens duorum hominum testimonium confirmantem, subiungit: Ego testimonium dico de me, & testimonium dicit de me, qui me misit pater. Quòd si vnus esset, dum idem est & filius & pater, non vteretur legis patrocinio fidem imponentis non vnus testimonio, sed duorum. Item interrogatus vbi esset pater, neque se neque patrem notum esse illis respondens, duos dixit ignotos. Quòd si ipsum nosset, patrem nosset, non quidem quasi ipse esset pater & filius, sed quia per indiuiduitatem neque agnosci, neque ignorari alter sine altero potest. Qui me ait, misit, verax est: & ego quæ ab eo audiui, ea & loquor in mundum. Interpretante extrinsecus scriptura, non cognouisse illos quòd de patre dixisset, cū scilicet cognoscere debuissent sermones patris in filio esse, legendo apud Hieremiam: Et dixit mihi Dominus, Ecce dedi sermones meos in os tuum. Et apud Esaiam: Dominus dat mihi linguam disciplinæ ad cognoscendum quando oporteat dicere sermonem. Sicut ipse rursus: Tunc, inquit, cognoscetis quòd ego sim, & à meipso nihil loquar: sed sicut me docuit, ita & loquor, quia & qui me misit, mecum est. Et hoc ad testimonium indiuiduorum duorum. Item in altercatione Iudæorum exprobrans quòd occidere eum vellent: Ego, inquit, quæ vidi penes patrem meum loquor, & vos quòd vidistis penes patrem vestrum, id facitis: & nunc vultis occidere hominem veritatem vobis loquutum, RRR iiiij

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ioan. 6.

Ibidem.

Ibidem.

xxii.

Joan. 7.

Ibidem.

Ioan. 8.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

quia patris. Pater autem manens in me, facit opera. Per opera ergo virtutum, & verba doctrinae manens in filio pater, per ea videtur, per quae manet, & per eum in quo manet: ex hoc ipso apparente proprietate vtriusque personae, dum dicit: Ego sum in patre, & pater in me. *Ibidem.* Atque adeo: credite ait: Quid? Me patrem esse? Non puto scriptum esse, sed: Quia ego in patre, & pater in me. Si quominus, vel propter opera credite. Ea utique opera, per quae pater in filio non visu, sed sensu videbatur. [147] Post Philippum & totam substantiam quaestionis istius, quae in finem Euangelij perseverant in eodem genere sermonis, quo pater & filius in sua proprietate distinguitur, 148 Paracletum quoque a patre se postularum, quum ascendisset ad patrem, & missurum repromittit & quidem alium, sed iam praemisimus quomodo alium. 149 Ceterum de meo sumer, inquit, sicut ipse de patris; ita conexus patris in filio, & filij in Paracleto, tres efficit coherentes, alterum ex altero. Qui tres vnum sint, non vnus, quomodo dictum est, Ego & pater vnum sumus: ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem. Percurre adhuc, & inuenies quae patrem credis, vice patris dictum. 150 Et patrem agricolam, utique in terra, tu putas fuisse. 151 Huc rursus in caelis a filio agnosci, cum illuc respiciens, discipulos suos patri tradidit. 152 Sed & si in isto Euangelio non est reuelatum, Deus meus ad quid me dereliquisti? & Pater in tuis manibus depono spiritum meum: tamen post resurrectionem & deicitae gloriama mortis, exposita necessitate omnis humilitatis, cum iam patrem se posset ostendere, tam fideli foeminae, ex dilectione, non ex curiositate, nec ex incredulitate Thomae, tangere eum aggressa: 153 Ne, inquit, contigeris me, nondum ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos (quia & in hoc filium ostendit; Filios enim appellasset illos, si pater fuisset) & dices eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Pater ad patrem, & Deus ad Deum: an filius ad patrem, & sermo ad Deum? 154 Ipsa quoque clausula Euangelij, propter quid conueniat haec scripta: Nisi ut credatis, inquit, Iesum Christum filium Dei. Igitur quaecumque ex his putaueris ad demonstrationem eiusdem patris & filij proficere tibi posse, aduersus definitiuam Euangelij sententiam niteris. Non ideo enim scripta sunt, ut patrem credas Iesum Christum, sed ut filium. [155] Propter vnum Philippi sermonem, & Domini responsionem ad eum, videmus Ioannis Euangelium decucurrisse, ne tot manifeste pronuntiata, & ante & postea vnus sermo subuertat, secundum omnia potius quam aduersus omnia, etiam aduersus suos sensus interpretandus. Ceterum ut alia Euangelia non interponam, quae de natiuitate Dominica fidem confirmant; sufficit eum qui nasci habebat ex virgine, ab ipso annuntiarum angelo, filium Dei determinatum: Spiritus Dei superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Volent quidem & hic argumentari, sed veritas praeualebit. Nepe, inquit, filius Dei Deus est, & virtus altissimi altissimus est. Nec pudet illos iniicere, quod si esset, scriptum fuisset. Quem enim verebatur, ut non aperte pronuntiaret, Deus superueniet, & altissimus obumbrabit te: Dicens autem spiritus Dei, & si spiritum Dei, tamen non directum Deum nominans, portionem totius intelligi voluit, quae cessura erat in filij nomine. Hic spiritus Dei idem erit sermo. Sicut enim Ioanne dicente, Sermo caro factus est, spiritum quoque intelligimus in mentione sermonis; ita & hic sermonem quoque agnoscamus in nomine spiritus. Nam & spiritus substantia est sermonis, & sermo operatio spiritus, & duo vnum sunt. Ceterum alium Ioannes profitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum; si non & spiritus sermo est, & sermo spiritus. Sicut ergo sermo Dei non est ipse cuius est, ita nec spiritus; & si Deus dictus est, non tamen ipse est cuius est dictus. Nulla res alicuius, ipsa est cuius est. Plane cum quid ex ipso est, & sic eius est dum ex ipso sit, potest tale quid esse, quale & ipse ex quo est, & cuius est. Et ideo Spiritus Deus, & Sermo Deus, quia ex Deo; non tamen ipse ex quo est. Quod Deus Dei, tanquam substantiua res, non erit ipse Deus, sed haecenus Deus, quia ex ipsius Dei substantia, quae & substantiua res est, & ut portio aliqua totius. Multo magis virtus altissimi, non erit ipse altissimus, quia nec substantiua res est quod est spiritus, sicut nec sapientia, nec prouidentia; 156 & haec enim substantiae non sunt, sed accidentia vniuscuiusque substantiae. Virtus spiritui accidit, nec ipsa erit spiritus. His itaque rebus quodcumque sunt, spiritu Dei & sermone & virtute collatis in virginem, quod de ea nascitur, filius Dei est. 157 Hoc se & in istis Euangelis ipse testatur statim a puero: Non scitis, inquit, quod in patris mei me esse oportet? Hoc & satanas eum in tentationibus nouit: Si filius Dei es. 158 Hoc & exinde daemonia confitentur: Scimus qui sis, filius Dei. Patrem & ipse adorat. 159 Christum se Dei a Petro agnitum non negat. Insultans in spiritu ad patrem: Confiteor, inquit,

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

A inquit, tibi pater, quod absconderis haec a sapientibus. Hic quoque patrem nemini notum nisi filio affirmat. Er: patris filium confessurum confessores, & negaturum negatores suos apud patrem, inducens parabolam filij, non patris, in vineam missi post aliquot seruos, & occisi a malis rusticis, & a patre defensi; ignoras & ipse diem & horam ultimam soli patri notam; disponens regnum discipulis, quomodo & sibi dispositum dicit a patre, habes potestatem legiones angelorum postulandi ad auxilium a patre si veller; exclamans quod se Deus reliquisset; in patris manibus spiritum ponens; & post resurrectione spondens missurum se discipulis promissione patris; & nouissime mandas ut tinguerent in patrem & filium & spiritum sanctum, non in vnum. Nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingimur. [159] Et quid ego in tam manifestis moror, quum ea agredi debeam, de quibus manifesta obumbrare quaerunt? Vndique enim obduci distinctione patris & filij, quam manente coniunctione disponimus ut solis & radij, & fontis & fluuij, per indiuiduum tamen numerum duorum & triangulariter eam ad suam nihilominus sententiam interpretari conantur: ut aequum in vna persona vtrunque distinguant, patrem & filium dicentes filium carnem esse, id est, hominem, id est, Iesum; patrem autem spiritum, id est, Deum, id est, Christum. Et qui vnum eundemque contendunt patrem & filium, iam incipiunt diuidere illos potius quam vnare. Si enim alius est Iesus, alius Christus, alius erit filius, alius pater, quia filius Iesus, & pater Christus. Talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt, duos facere, Iesum, & Christum. Sed & haec inieccio eorum ex retractatis iam refuta est, quod sermo Dei, vel spiritus Dei, & virtus altissimi dictus sit, quae patrem faciant. Non enim ipsae sunt cuius dicuntur, sed ex ipso & ipsius. Et aliter tamen in isto capitulo reuincuntur. Ecce, inquit, ab angelo praedicatum est: Propterea quod nascetur spiritu Dei dictus est. Certum enim de spiritu sancto virgo concepit; & quod concepit, id peperit: id ergo nasci habebat quod erat conceptum, & pariendum: id est, spiritus; cuius & vocabitur nome Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus. Caro autem Deus non est, ut de illa dictum sit, vocabitur sanctum, filius Dei: sed ille qui in ea natus est, Deus: de quo & Psalmus: Quonia Deus homo natus est in illa, & aedificauit eam voluntate patris. Quis Deus in ea natus? sermo & spiritus, qui cum sermone de patris voluntate natus est. Igitur sermo in carne, dum & de hoc quaerendum, quomodo sermo caro sit factus, vtrumne quasi trasfiguratus in carne, an indutus carnem? Immo indutus. Ceterum Deum immutabile & informabilem credi necesse est, ut aeternum. Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim quodcumque transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod non erat. Deus autem neque desinit esse, neque aliud potest esse. Sermo autem Deus, & sermo Domini manet in aeuum, perseverando scilicet in sua forma. Quem si non capit configurari, conlequens est, ut sic caro factus intelligatur, dum sit in carne, & manifestatur, & videtur, & contrectatur per carnem: quia & cetera sic accipi exigunt. Si enim sermo ex transfiguratione & demutatione substantiae caro factus est, vna iam erat substantia Iesus ex duabus, ex carne & spiritu mixtura quaedam, ut electrum ex auro & argento, & incipit nec aurum esse, id est, spiritus, neque argentum, id est, caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur; neque ergo Deus erit, Iesus. Sermo enim desinit esse, qui caro factus est. Neque homo, caro. Caro enim non proprie est, quia sermo fuit. Ita ex utroque neutrum est; aliud longum tertium est, quam vtrunque. Sed enim inuenimus illum directum, & Deum & hominem expositum, ipso hoc Psalmo suggerente: Quonia Deus homo natus est in illa, & aedificauit eam voluntate patris: Certum vsquequaque filium Dei & filium hominis, cum Deum & hominem, sine dubio secundum vtramque substantiam in sua proprietate distantem: quia neque sermo aliud quam Deus, neque caro aliud quam homo. Sic & Apostolus de vtraque eius substantia docet: Qui factus est, inquit, ex semine Dauid, Hic erit homo, & filius hominis: qui definitus est filius Dei secundum spiritum, Hic erit Deus, & sermo Dei filius. Videmus duplicem statum, non confusum sed coniunctum in vna persona, Deum & hominem Iesum. De Christo autem differo. Et adeo salua est vtriusque proprietate substantiae, ut & spiritus res suas egerit in illo: id est, virtutes & opera & signa; & caro passiones suas functa sit; esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide, flens Lazarum, anxia vsque ad mortem; denique & mortua est. Quod si tertium quid esset ex vtroque confusum ut electrum, non tam distincta documenta parerent vtriusque substantiae. Sed & spiritus carnalia, & caro spiritalia egisset, ex traslatione, ut neque carnalia, neque spiritalia, sed

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

tertia alicuius formæ confusione: immò aut sermo mortuus esset, aut caro mortua nõ esset, si sermo cõuersus esset in carnẽ, aut caro enim immortalis fuisset, aut sermo mortalis. Sed quia substantiæ ambæ in statu suo quæq; distinctæ agebãt, ideò illis & operæ & exitus sui occurrerũt. Disce igitur cũ Nicodemo, Quia quod in carne natũ est, caro est: & quod de spiritu, spiritus est. Neque caro spiritus sit, neq; spiritus caro. In vno planè esse possunt. Ex his Iesus constitit, ex carne homo, ex spiritu Deus; quem tunc angelus ex ea parte qua spiritus erat, Dei filium pronũtiauit, seruans carni filium hominis dici.¹⁷⁰ Sic & Apostolus etiam Dei & hominũ appellans sequestrem, vtriusque substantiæ confirmauit. Nouissimè qui filium Dei carnem interpretaris, exhibe qui sit filius hominis. Aut nõ quid spiritus erit: sed spiritum patrem ipsum vis haberi, quia Deus spiritus, quasi nõ & Dei spiritus: sicut & sermo Deus & Dei sermo. [¹⁷¹ Itaque Christum facis patrem, stultissimè, qui nec ipsam vim inspicias nominis huius, si tamen nomen est Christus, & non appellatio potius; ¹⁷² vnctus enim significatur. Vnctus autem non magis nomẽ est, quàm vestitus, quàm calceatus, accidens nõ homini res. At tu, si ex aliquo argumento vestitus quoq; vocaretur Iesus, quomodo Christus ab vnctionis sacramẽto, æquè Iesum filium Dei diceres, vestitũ verò patrem crederes. Nũc de Christo. Si pater Christus est, pater vnctus est, & vtiq; ab alio. Aut si à semetipso, proba. ¹⁷³ Sed nõ ita docet Acta Apostolorũ in illa exclamatione Ecclesiæ ad Deũ: Conuenerũt enim vnuerſi in ista ciuitate aduersus sanctũ filiũ eũ Iesum quem vnxit. Herodes & Pilatus cum Nationibus: ita & filium Dei Iesum cõtestati sunt, & filium à patre vnctum. Ergo Iesus idẽ erit Christus, qui à patre vnctus est; nõ pater, qui filium vnxit. Sic & Petrus, ¹⁷⁴ Firmissimè itaque cognoscat omnis domus Israël, quòd & Dominum & Christum (id est, vnctum) fecerit eum Deus hũc Iesum quem vos crucifixistis. ¹⁷⁵ Ioannes autem, etiam mendacem notat eum, qui negauerit Iesum esse Christum; Contra, de Deo natũ omnem, qui crediderit Iesum esse Christũ. Propter quod & hortatur vt credamus nomini filij eius Iesu Christi, vt scilicet cõmunio sit nobis cũ patre, & filio eius Iesu Christo. ¹⁷⁶ Sic & Paulus vbiq; Deum patrẽ ponit, & Dominũ nostrũ Iesum Christum. Cũ ad Romanos scribit, Gratias agit Deo per Dominũ nostrũ Iesum Christum: Cũ ad Galatas, Non ab hominibus se Apostolum præfert, nec per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem. Et habes tota instrumenta eius, quæ in hunc modum pronuntiant, & duos proponũt, Deum patrem, & Dominum nostrum Iesum Christum filium patris, & Iesum ipsum esse Christum, in altero quoque nomine Dei filiũ. Nã exinde eo iure quo vtrunq; nomen vnus est, id est, Dei filius, etiam alterum sine altero eiusdẽ est. Et siue Iesus tãtum modò positũ est, intelligitur & Christus: quia Iesus vnctus est. Siue solummodò Christus, idẽ est & Iesus, quia vnctus est Iesus. Quorũ nominũ alterum est propriũ, quod ab angelo impostũ est: Alterum accidẽs, quod ab vnctione cõuenit: dũ tamẽ Christus filius sit, nõ pater. Postremò quàm cæcus est, qui nec in Christi nomine intelligit aliũ Deũ portedi, si Christo nomẽ patri adscribat? Si enim Christus pater Deus est, qui dicit: Ascẽdo ad patrẽ meũ & patrẽ vestrũ, & Deum meũ & Deũ vestrum, vtiq; aliũ patrẽ super se & Deũ ostẽdit. Si item pater Christus est, alius est qui solidat tonitruũ, & condit spiritũ, & adnuntiat in homines Christũ suũ. Et si adstiterũt reges terræ, & ap̄p̄ov̄tes cõgregati sunt in vnũ, aduersus Christum ipsius, alius erit Dominus, cõtra cuius Christũ congregati sunt reges & ap̄p̄ov̄tes. Et si: Hæc dicit Dominus Domino meo Christo: alius erit Dominus qui loquitur ad patrem Christi. Et cũ Apostolus scribit, ¹⁷⁷ Vti Deus Domini nostri Iesu Christi det vobis spiritũ sapiẽtiæ & agnitionis: alius erit Deus Christi Iesu charismatũ spiritualiũ largitor. Certè ne per omnia euagemur. Qui suscitauit Christũ, suscitaturus est & mortalia corpora vestra; iãque alius erit suscitator quàm pater mortuus, & pater suscitatus, si Christus qui est mortuus, pater est. [¹⁷⁸ Obmutescat obmutescat ista blasphemia, sufficiat Christũ filiũ Dei mortuũ dici: & hoc, quia ita scriptum est. Nam & Apostolus nõ sine onere pronũtians Christũ mortuũ, adiecit, secũdum scripturas, vt duritiã pronũtiationis scripturarum auctoritate molliret, & scãdãlum auditori euerteret. Quanquã cũ duæ substantiæ censeantur in Christo Iesu diuina & humana, constet autem immortalem esse diuinã, cũ mortalem quæ humana sit, apparet, quatenus eum mortuum dicat: id est, quã carnẽ & hominem & filium hominis, non quã spiritum & sermonem & Dei filiũ. Dicẽdo denique Christus mortuus est, id est, vnctus: id quod vnctum est, mortuũ ostẽdit; id est, carnẽ. Ergo, inquis, & nos eadem ratione dicentes patrem qua vos filium, non blasphemamus in Dominum Deum; nõ enim ex diui-

A diuina, sed ex humana substantia mortuũ dicimus. Atquin blasphematis non tantũ, quia mortuum dicitis patrem, sed & quia crucifixum. Maledictione enim crucifixi, quæ ex lege in filium comperit, (quia Christus pro nobis maledictio factus est, non pater) Christũ in patrem conuertentes, in patrem blasphematis. Nos autem dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum, sed maledictum legis referimus, quia nec Apostolus hoc dicens blasphemauit. Sicut autẽ, ¹⁷⁹ de quo quid capit dici, sine blasphemia dicitur: ita quod non capit, blasphemia est si dicatur. Ergo nec compassus est pater filio, sicut directam blasphemiam in patrem veriti, diminui eam hoc modo sperant, cõcedentes iam patrem & filium duos esse: filius siquidem patitur, pater verò compatitur. Stulti & in hoc. Quid est enim compati, quàm cum alio pati? Porro si impassibilis pater, vtiq; & impassibilis. Aut si compassibilis, vtiq; passibilis. Nihil ei veluti morituro præstas. Times dicere passibilẽ, quem dicit compassibilem. Tam autẽ impassibilis pater est, quàm impassibilis etiam filius ex ea conditione qua Deus est. Sed quomodo filius passus est, si non compassus est & pater? Separatur à filio, non à Deo. Nam & fluuius si aliqua turbulẽtia contaminatur, quantum vnã substantia de fonte decurrat, nec secernatur à fonte, tamen fluuij iniuria nõ pertinebit ad fontem. Et licet aqua fontis sitiue patiat in fluuijo, dum non in fonte patitur, sed in fluuijo, non fons patitur, sed fluuius qui ex fonte est: ita & spiritus Dei qui pati possit in filio, quia nõ in patre pateretur, sed in filio, pater passus non videretur. Sed sufficit nihil spiritum Dei passum suo nomine (quia si quid passus est, in filio quidem erat, vt pater cum filio pateretur in carne) quia hoc retractatum. Nec quisquam negabit, quando & nos pati pro Deo non possumus, nisi spiritus Dei sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ sunt confessionis: non ipse tamen patiens, sed pati posse præstans. [¹⁸⁰ Alioquin si vltra pergas, potero tibi durius respondere, & te cum ipsius Domini pronuntiatione committere, vt dicam, quid de isto quaris? habes ipsum exclamantem in passione: Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Ergo aut filius patiebatur à patre derelictus, & pater passus non est, qui filium dereliquit: aut si pater erat qui patiebatur, ad quem Deum exclamabat? Sed hæc vox carnis & animæ, id est, hominis, non sermonis, nec spiritus; id est, non Dei, propterea emissã est, vt impassibilem Deum ostenderet, qui sic filium dereliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. Hoc & Apostolus sensit, scribens: ¹⁸¹ si pater à filio non a pepercit. Hoc & Esaias prior pronuntiauit: ¹⁸² Et Dominus eum tradidit pro delictis nostris. Sic reliquit, dum non parci: sic reliquit, dum tradit. Ceterũ non reliquit pater filium; in cuius manibus filius spiritum suum posuit. Denique posuit, & statim obiit: Spiritu enim manente in carne, caro omninò mori non potest. Ita relinquit à patre, mori fuit filio. Filius igitur & moritur, & resuscitatur à patre, secũdum scripturas. Filius cõ ascendit in superiora cœlorum, qui & descendit in interiora terræ: hic sedet ad dexteram patris, non pater ad suam. Hunc videt Stephanus cũ lapidaretur adhuc stantem ad dexteram Dei, vt exinde sessurum, donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis. Hic & venturus est rursus super nubes cœli, talis, qualis & ascendit. Hic interim acceptũ à patre munus effudit Spiritum sanctum, tertium numen diuinitatis & tertium nomen maiestatis, vnus prædicatorem monarchiæ, sed & œconomiæ interpretatorem, si quis sermones nouæ Prophetiæ eius admiserit, & deductorem omnis veritatis, quæ est in patre & filio, & spiritu sancto secũdum Christianum sacramentum. [¹⁸³ Ceterũ Iudaicæ fidei ista res, sic vnũ Deum credere vt Filium adnumerare ei nolis, & post filium, Spiritum. Quid enim erit inter nos & illos, nisi differẽtia ista? Quod opus Euangelij, quæ est substantia noui Testamenti; statuens legem & Prophetas vsque ad Ioannem, si non exinde pater & filius & spiritus tres crediti vnũ Deum sistunt? Sic Deus voluit nouare sacramentum, vt nouè vnus crederetur per Filium & Spiritum, vt corã iam Deus in suis propriis nominibus & personis cognosceretur, qui & retrò per Filium & Spiritum prædicatus non intelligebatur. ¹⁸⁴ Viderint igitur Antichristi, qui negant patrem & filium. Negant enim patrem, dum eundem filium dicunt, & negant filium, dum eundem patrem credunt, dando illis quæ non sunt, auferendo quæ sunt. Qui verò confessus fuerit Christum filium Dei (non patrem) Deus in illo manet, & ipse in Deo. Nos credimus testimonium Dei, qui testatus est de filio suo: Qui filium non habet, nec vitam habet. Non habet autem filium, qui cum alium quàm filium credit.

ADVERSUS PRAXEAN.] De hoc in hac
verba Auctor (suprà libro de Præscript. aduers.
hæret. cap. vlt. Sed post hos omnes etiam
Praxæas quidam hæresin introduxit, quam Victori-
nus corroborare curauit. Hic Deum Patrem om-
nipotentem Iesum Christum esse dicit; hunc cru-
cifixum, passumque contendit; mortuum præterea
seipsum sibi federe ad dexteram suam, cum pro-
fana & sacrilega temeritate proponit. De eodem
præter locum supra sub finem argumenti adnotatum sic
B. Optatus Mileuitanus lib. 5. aduers. Parmenianum:
Et quia dixisti aquam esse mendacem, etiam hoc dices
ubi eam potes inuenire. Apud Praxean Patrispa-
sianum, qui ex toto filium negat, & patrem hinc pas-
sum esse contendit; quum sit filius Dei veritas, sicut ipse testa-
tur, dicens: Ego sum ianua, & via, & veritas. Ergo si fi-
lius Dei est veritas, ubi ipse non est, mendacium est. Quum
apud Patrispaianos non est filius, non est nec veritas. Et
ubi veritas non est, ibi aqua mendax est. Quare vel sero
desine crimina fingere, & quod in Patrispaianos di-
ctum est, in Catholicos noli conserre. Proinde Praxean
cum suis adfectu intelligit B. etiam Cyprianus, dum
ab eo inter hæreticos primo loco recensentur Patrispa-
siani Epistol. 73. ad Iubaianum, ubi vide adnotat. no-
stras numer. 21. & Epiphani. & B. Augustin. de hæ-
resibus. Qui quum in Africa hæresin suam sparsisse scri-
bit Praxeanos, non mirum est; si peculiarem contra eos
librum scripserit Auctor. Atqui initium & progres-
sum huius hæresis recenset Auctor cap. 1. in hac
verba: Nam iste primus ex Asia hoc genus peruer-
sitate inulit Romanæ humo; & aliàs inquietus;
insuper de iactatione martyrii inflatus; ob solum
& simplex & breue carceris tædium. Deinde addit
in Africa etiam seminatam hanc hæresin, & initio tra-
ductam, immò & reuocatum à Praxæa, sed postea iter-
um erupisse: Fruticauerant (inquit) auenæ Praxæ-
næ; hic quoque superferminatæ, dormientibus
multis in simplicitate doctrinæ, traductæ dehinc
per quem Deus voluit, (de quo infra latius numer.
14.) etiam enulsa videbantur. Denique cauerat
pristinum Doctor de emendatione sua; & manet
chirographum apud Psychicos, apud quos tunc
res gesta est, exinde silentium. Ita aliquandiu per
hypocritam subdola viuacitate latitauit, & nunc
denuò erupit. Verumtamen bono animo confutatio-
nem aggrediens Auctor: Sed & denuò eradicabitur
si voluerit Dominus, in isto commeatu. Porro non
modò aduersus Praxean, sed & aduersus Monar-
chianos hoc libro agit, sic dicit quod Monarchiam, id
est, singulare & unicum imperium in Deo collocabant, de
quibus infra cap. 3. num. 31.

2. DE TRINITATE.] Istud titulo huius libri
adiecimus, quod, si quis alius veterum, hic exactissi-
mè tractet Auctor, de Trinitate personarum Pa-
tris, Filij, & Spiritus sancti in diuinitate; quam ta-
men etiamnum Trinitarij hodierni impugnare non ve-
rentur; insuper etiam processionem Spiritus sancti
ex Patre & Filio non semel adserens, de quo contra Græ-
cos infra cap. 4. num. 40. & cap. 8. num. 60. Hoc
vnum hic adiecimus, quum longè exactius & magis

conueniēter orthodoxæ fidei mysterium Trinitatis hic
explicet Auctor, vel hinc probari non esse illius librum il-
lum de Trinitate, sed Nouatiani infra Tom. 5. qui hæte-
nus perperam illi adscriptus exstabat, & in MS. & in ex-
cussis exemplaribus, sicuti ad eundem librum latius com-
probabimus. Ceterum non malè admonuit Rhenanus qua-
dam in hoc libro commodius interpretanda quàm sonant,
& vetustati nonnihil condonandum, ut potè quum ante
Tertullianum nemo hoc tractauerit argumentum.

CAP. I.

3. Variè diabolus æmulatus est veritatem, &c.]
Caput hoc inscripsimus: De libri huius argumento, &
hæreticos Praxeanæ initio. Est verò etiam hic phra-
sis Tertullianica: æmulatus est veritatem, pro odio pro-
secutus est.

4. Si tu es filius Dei, deice te hinc, &c.] In hoc
variè à Græcis & Latinis hodie exemplaribus Matth.

4. Auctor, quod legit: deice te hinc, cum quo
interim consentire videtur illud Syri Interpretis Latini:
deorsum te dede precipitem, sicuti etiam in hoc: ut te
manibus suis tollant, unde videntur aliud quid le-
gisse olim vetera Græca exemplaria. Cum Latino verò
vulgato interprete, & Psalmi 90. translationibus om-
nibus conuenit illud: mandauit, pro eo quod Græcè &
Syriacè hodie apud Matth. legitur: mandabit. quare etiam
hic nimis libera Clarj castigatio. Sunt autem Tertulla-
nica: videtis, ac: cominus, sine: comminus, uti MS. 3.
Vatic. codices legunt.

5. intulit Romanæ humo, &c.] Intelligit (inquit
Rhenanus) promiscuis urbi Romæ viciniores. Alioquin
ipsa Asia partim Romanum agnoscebat imperium. Et
mox sequitur: Duo negotia diaboli Praxæas Ro-
mæ procurauit, Prophetiam expulit, & hæresin
inulit.

6. de iactatione martyrii inflatus, &c.] Vel hinc
(inquit idem) vides quanti solerent olim fieri Martyres.
Atqui etiam hinc confirmatur quod supra adnotauimus
Tom. 2. lib. ad Martyr. num. 1. de appellatione Mar-
tyrium; quamquam hic potius iactationem Martyrii
appellet, tum ob breue carceris tædium, tum quod
vel Apostolo teste, 1. Cor. 13. hæretici nihil profus Mar-
tyria, sicuti latius adnotauimus in B. Cypriani Epist. 52.
ad Antonianum, num. 50.

7. Episcopum Romanum, &c.] Adtende (inquit
idem Rhenanus) summam Romani Pontificis auctori-
tatem etiam illis temporibus, dum aliquid aut recipit, aut
damnat. Hinc illud Ammiani Marcellini de Constantio
Augusto & Liberio Pontifice: Tamen (inquit) auctori-
tate, qua potiores æternæ urbis Episcopi, firmari desiderio
nitebantur ardenti Lib. 15. B. Irenæus sanè Romanam Ec-
clesiam maximam & antiquissimam vocat, à gloriosissi-
mis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatam &
constitutam, ad quam propter potentioris principalita-
tem necesse sit omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos
qui sunt undique fideles; in qua semper ab his qui
sunt undique, conseruata est ea que est ab Apostolis
tradita. Quare eò magis improbanda adnotatio mar-
ginalis, que hætenus exstat in excussis exemplaribus
omnibus: Episcopus Romanus montani & neque
enim

enim ipse Auctor, quantumvis post mediam ætatem
in hæresin Montani delapsus, & Romano Episcopo of-
fensus, id adserere audeat; sed tantum dicit: agnoscentem
iam Prophetiam Montani, Priscæ, & Maxi-
millæ, non verò eorum hæresin. Quamquam interim e-
tiam id falsum esse ex historiis manifestum fecerimus in
vita Auctoris, quò Lectorem remittimus, ne hic proli-
xiores simus.

8. Falsa de ipsis Prophetis, &c.] Hic audis (inquit
rursus Rhenanus) Montani fautorem, quem præcipuè
defendit operis regi Eusebius, lib. 7. Sanè Apollonius
vir disertissimus scripsit aduersus Montanum, Priscil-
lam, & Maximillam, insigne & longum volumen,
in quo adserit Montanum & insanas Vates peruisse su-
spendio, & multa alia, in quibus de Priscilla & Ma-
ximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confi-
teantur non esse Prophetas qui accipiunt, & mille hoc
testibus approbabo. Sed & ex alijs fructibus Prophetar:
Dic mihi, crinem fucat Prophetes? Stibio oculos linis?
Propheta vestibus & gemmis ornatur? Prophetæ
tabula ludis & tesseriis? Propheta fenus accipit? Re-
spondeant, vtrum hoc fieri liceat, an non? Meum
est approbare quod fecerint. Ex illustribus scriptori-
bus Ecclesiasticis Diui Hieronymi. Hæc etiam perti-
net, quod sacramenta perhibentur funesta habere.
Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto
eius corpore minutis punctonum vulneribus extor-
quent, quasi Eucharistiam suam conficere perhiben-
tur, miscentes eum farina, panemque inde facientes.
Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro mar-
tyre; si autem viuerit, pro magno sacerdote. Ex Aurelio
Augustino.

9. & præcessorum eius auctoritates defen-
do, &c.] Et hic locus (inquit idem) superiorem confirmat,
& primam atque adeò summam auctoritatem Ecclesiæ
Romana subindicat. De qua si quis plura desiderat, vi-
deat Adnotat. nostras supra lib. de Præscript. adu. hæret.
cap. 36. num. 212.

10. coëgit & pacis litteras reuocare iam e-
missas, &c.] Hic considera (inquit idem Rhenanus)
studia hominum, dum quisque pro eo cui fa-
uet, nihil non facit. Restissimè verò egit Romanus
Pontifex, qui illam Montani fictam prophetiam dam-
nauit; qui etiam addit: emittere litteras, Iure-
consultorum esse phrasin. Atqui de litteris pacis,
quas formatas media ætatis Patres appellare solent, a-
liquid ibidem adiecimus, cap. 20. numer. 123. de qui-
bus, iuxta quod ibi promissimus, hic addimus: for-
matarum litterarum formam præscriptam à Synodo
Nicena, inueniri apud Atricum Constantinopolita-
num Episcopum, in fine Synodi Chalcedonensis. In qui-
bus adsumi debebant prima Græca elementa Patris &
Filij & Spiritus sancti, π. υ. & α. Petri quoque Apo-
stoli prima littera π. eius qui scribit Episcopi prima
littera, eius ad quem scribitur secunda, accipientis
tertia, cinitatis de qua scribitur quarta, & inditio-
nis numerus, cum A. illud in fine. Quam Gratianus in
Decretum suum retulit Dist. 73. ad legens etiam de Con-
secr. Distinct. 3. cap. 24. Canonem Concilij Carthag. 5. cap.
7. ubi præcipitur adici dies Pasche. Hæc verò prior lo-
co duo formatarum litterarum exemplaria; prius, ex
Burchardo; posterius, quantum apparet, ex Isaac. Vide e-
tiam de Epistola formata Sidonium Apollinarem lib. 7.
Epist. 2.

11. Paracletum fugauit, &c.] Mirum est (in-

quit idem Rhenanus) tam erudicum virum somnium Mon-
tani fidem habuisse, nec factum olfecisse. An non erat
aperta insania, dicere, in Apostolis spiritum san-
ctum fuisse, Paracletum non fuisse; & Paracletum
pluram Montano dixisse, quàm Christus in Euan-
gelium protulerit; nec tantum plura, sed etiam melio-
ra atque maiora? Ex Præscriptionibus: In quo loco
ipse blasphemiam vocat. Sed nondum Montano wo-
men dederat. Atque hoc est quod D. Augustin. scri-
bit transisse eum ad Cataphrygas, quos ante destru-
xerat.

12. Fruticauerant, &c.] Ex eo quod citat Rhe-
nan. locos similes ex lib. aduers. Hermog. & aduers. Pa-
lentim. ubi castigauimus: fruticet terra heibam san-
cti; & Talia ingenia superfruticant, patet etiam hic
castigandum esse: fruticauerant, pro: fructifica-
uerant.

13. auenæ Praxeanæ, &c.] Iuxta (inquit idem
Rhenanus) illud Vergilianum:

In felix lolium & steriles dominantur auenæ.
Falsam doctrinam auenæ comparat. Nam, ut Plinius
scribit, frumenti vitium est auena; qui etiam rectè ad-
notat, ad ludere Auctorem ad 13. cap. Matth. nam similis
est tum supra lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 31. num.
181. Eodem pertinet quod mox sequitur: auenæ illæ ubi-
que tunc semen excusserant.

14. Traductæ dehinc per quem Deus voluit,
&c.] Hoc est (inquit idem) manifestate confutataque.
Quum verò Auctor non nominet, quis Praxean erroris
conuicerit; conicio fuisse B. Zepherinum Papam, ut potè de
quo in hac verba B. Opt. Mileuit. lib. 1. adu. Parmenian.
Praxæas & ceteri temporibus suis à Zepherino Vr-
bico & Tertulliano Carthaginiensi vsque ad Cata-
phrygas superati sunt. Verum etiam de hoc in vita Au-
ctoris latius.

15. Denique cauerat pristinum Doctor, &c.]
Pristinum (inquit idem) quemadmodum antè plus se-
mel indicauimus, solet usurpare pro prius. Sic infra cap.
27. Transfiguratio autem interemptio est pristi-
ni; & lib. de Corona militis, cap. 8. Tamen in no-
stris hodie vsibus, & in pristinorum sanctorum.
Cauerat pristinum, constructio Græca, hoc est, secun-
dum pristinum, id est, priorem impiam atque erroniam
doctrinam.

16. de emendatione sua, &c.] Adtende (in-
quit Rhenanus) maiorum nostrorum elementiam in
puniendo, qui chirographo respicientis, & obedi-
entiam Ecclesiæ pollicentis contenti erant. Sic & Mar-
cion Ponticus ob inquietam curiositatem, qua
fratres quoque, hoc est, Christianos, vitabat, se-
mel & iterum eiectus, cum ducentis festertis,
quæ Ecclesiæ intulerat, nouissimè in perpe-
tuum discidium relegatus est, ubi venena do-
ctrinarum suarum disseminauit. Postmodum
pœnitentiam confessus, dum conditioni datæ
sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cete-
ros quoque quos perditioni erudisset, Eccle-
siæ restitueret, morte præuentus est; hæc lib. de
Præscription. aduers. hæret. Tertullianus. Porro non du-
bito quin ea res etiam per Syngrapham inter Ecclesiam
& ipsum Marcionem sit transacta. Quod hic autem
de Marcione allegat, citat ex lib. de Præscript. adu. hæret.
c. 30. numer. 172. ubi Quintinus distinguit inter hæreti-
cos & dogmatistas, dicens hos debere etiam contrarium
prædicare, nec sufficere solum chirographum; nec obitas

quod hic de heresarcha loquatur; neque enim dicit Auctor solum chirographum eius Ecclesie sufficere, sed verisimile est, etiam aliquam penitentiam illi fuisse imminutam.

17. apud Psychicos, &c.] Similiter mox: disunxit à Psychicis. Pro quo quantumvis admittat Rhenan. etiam alteram lectionem Physicos & Physicis, patet tamen ex libro de Ieiuniis aduersus Psychicos, & lib. de Monogam. ac de Pudicitia, & de Eugia in persecutione, prius illud prorsus legendum esse, uti latius infra ad dictum librum Aduersus Psychicos, n. 2. Hoc tamen ex Rhenano hic adiciemus, Psychicos, verbum Paulinum esse, pro carnali. Sic etiam ad Corinthios cap. 2. scribit: ψυχικός δὲ ἀνθρώπος ἐ ἀλέχεται τὸ τὸ πνεύματος τῆς θεῆς, hoc est: Animalis autem homo non accipit ea quae sunt spiritus Dei. Est enim ψυχικός Paulus, id est, animalis, qui animum, hoc est, affectus sequitur humanos.

18. si voluerit Dominus, &c.] Modus (inquit idem) loquendi Christianorum.

19. in isto comiteo, &c.] Comiteo (inquit idem Rhenan.) eleganter vocat spatium temporis, quo mundus hic duraturus est, à Deo praescriptum atque concessum. Nam comiteo etiam facultatem sine Veniam significat descendendi, quam princeps praestare solet.

20. die suo colligentur omnes adulterae fruges, &c.] Hic persistens in parabola Zaniorum Matth. 13. vertuntur adulterae fruges, quae supra: auenae. Sine autem legas: igni inextinguibili (quod postremum addit ex alio scripturae locis) cum excusis, sine igne, cum 3. Patric. MS. perinde est.

CAP. II.

21. Itaque post tempus pater natus, &c.] Capiti huic titulum dedimus: Quod dicta heresi Regula fidei contrarietur, quae & patrem & filium & spiritum sanctum in diuinitate agnoscit.

22. ut instructiores per Paraclerum, &c.] Recte Rhenan. adnotat loqui illum de Paraclero Montani, cui etiam perperam adplicat illud Ioan. 16. deductorem omnium veritatis; verum de eo inter Paradoxa Auctoris in Prolegomenis latius. Hoc vnum hic dicam, transferre Auctorem ex exemplaribus Graecis tum hic, tum supra lib. de Praescript. adu. haer. c. 28. deducet vos in omnem veritatem, pro eo quod Interpres Latinus vulgatus, docebit vos omnem veritatem.

23. quam οἰκονομίαν dicimus, &c.] Οἰκονομίαν, id est, dispensationem, sicut hic, & dispositionem, sicut infra cap. 4. Auctor videtur in Trinitatis mysterio ex proposito introducere; ut excludat μοναρχίαν, quae Praxeani atque heretici adlegabant, ad exclusionem trium personarum. De eadem paulopost Auctor: οἰκονομίας Sacramentum, quae unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, Patrem, & filium, & Spiritum sanctum, vnius substantiae, vnius status, vnius potestatis; & rursus cap. 3. non intelligentes quidem vnicum, sed in sua οἰκονομία esse credendum, expauescunt ad οἰκονομίαν; ac ibidem οἰκονομίαν intelligere nolunt etiam Graeci. Iterum cap. 8. & οἰκονομίας statum protegit; ac cap. 9. aduersus οἰκονομίας obseruationem, ac ca. 13. secundum rationem οἰκονομίας, quae facit numerum; denique cap. 23. Tamen in ipsa οἰκονομία pater voluit filium in ter-

ris haberi. Atqui videtur hanc Oeconomiae appellationem desumpsisse ex B. Iustino Martyre in fidei Expositione, ubi eandem inuenire est.

24. & in caelos resumptum, &c.] Sic (inquit Rhenan.) lib. de Carne Christi, cap. 15. & in caelos resumpta est, pro quo lib. de Praescript. adu. haer. cap. 13. dicere maluit: in caelos ereptum; ex quo loco & aliis similibus ibidem à nobis citatis num. 87. castigauimus etiam hic: in caelos, pro in caelo. Quod ipsum, praeterquam quod sit Articulus fidei, propterea inculcat toties Auctor, quod quidam heretici (sicut eodem libro alicubi legitur) solam animam eius in caelos ereptam dicerent.

25. Hanc regulam, &c.] Dicitur loco de Praescript. etiam Regulam fidei vocat symbolum Apostolorum, ubi totum illud ex Tertulliano explicatum habes num. 81. usque ad num. 91. Eodem pertinet illud cap. 3. paulopost: quonia & ipsa regula fidei, &c. & cap. 9. Hanc me regulam professum, &c.

26. ipsa nouellitas Praxearum heretici, &c.] Similiter (inquit Rhenan.) scribit de Hermogene, circa initium nempè: Hermogenis autem (inquit) doctrina tam nouella est denique ad hodiernum homo in seculo. Atqui latius istud tractatum ostendit lib. de Praescript. adu. haer. quum subiungit: Quo peraeque aduersus vniuersas haereseis iam hinc praedicatum sit, &c. ubi id tractatur cap. 29. 30. 31. & 32.

27. Sed salua ista praescriptione, &c.] Similes locos habes supra dicti lib. cap. 15. num. 98.

28. retractatibus, &c.] Retractare (inquit Rhenan.) Tertulliani verbum est, pro tractare, sine excutere & perpendere. Vnde retractatus pro retractatione. Atqui, quum ubique sic loquatur Auctor: etiam in calce huius capituli castigauimus: procedentes retractatus demonstrabant, pro tractatus.

29. Tres autem non statu, sed gradu, &c.] De hac loquendi formula vide supra Tom. I. Apolog. cap. 21. num. 316.

CAP. III.

30. Simpliciter enim quique, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod etiam si μοναρχίαν Dei admittamus, non propterea sequatur, patrem se sibi filium fecisse, aut monarchiam suam non per quos velit administrare. Quomodo vero simplicitas credentium etiam scripturis adprobetur, vide supra lib. adu. Valentini. ca. 2. Atqui etiam hic castigauimus: pluribus Deis, pro: Diis.

31. Μοναρχίαν (inquiunt) tenemus, &c.] Hic incipit agere contra Monarchianos; qui Praxea discipuli, quum viderent se conuinci scripturis, quae & patrem & filium agnoscerent, ex μοναρχία Dei praescribere nitentur patrem ipsum se sibi filium fecisse; aduersus quos proinde peculiariter agit Auctor cap. 10. 11. & 12. Hic dumtaxat ostendit μοναρχίαν, quae singulare & vnicum imperium significat, nihil ob stare Catholicorum patrem & filium distinguentium sententia.

32. Et ita sonum ipsum vocaliter exprimit, &c.] In MS. voluminibus (inquit Rhenan.) omnibus quae viderim, legitur: solum. Sed non arbitror μοναρχίαν solum reddere voluisse, quod Grammatici sic dictum aiunt, quod non solum capiat, sed quia solidum. Proinde solum mutauit in sonum. Nam mox sequitur: Sed monarchiam sonare student Latini, & infra:

Malo

Malo te ad sensum rei, quam ad sonum vocabuli exerceas.

33. etiam opici, &c.] Id est, barbari; quod opice, id est, barbarè, non Latine loquerentur, iuxta illud Plinij lib. 29. cap. 1. Nos quoque dicitant barbaros, & spurcius nos quam alios, opicos appellatione fardant. Sunt autem Tertullianica; Atquin, officiales.

34. Milies centies centena milia, &c.] Videtur sic exprimere voluisse Auctor quod Graecè est χίλια χιλιάδες, & illud: μύρια μύριαδες, milies centena milia; pro quo alij: mille milia, & decies centena milia. Pro quo B. Cyprian. lib. ad Nouatianum haereticum, vertit utrobique: milia milium. Fertit etiam sua phrasi: apparebant ei, quatenus ordinem verborum inuerso, quod Graecè est, ἐλάτ' ἔργον αὐτῶ, id est, ministrabant ei. Sunt autem etiam Tertullianica: totum censum monarchiae, & aemula.

35. quom alius Deus infertur aduersus creatorem, &c.] Adhuc ad haeresein Marcionis duos Deos constituentis; contra quam disputauit Auctor supra toto lib. 1. adu. Marc. & infra quoque Tomo sequenti, lib. 1. Carminum aduersus eundem Marcionem.

36. Tunc malè, quum plures, &c.] subaudi: Dei inferuntur; nam quod addit Rhenan. aut creatores, minus ad propositum fuerit.

37. secundum Valentinus & Prodicos, &c.] Ex vestigijs Patric. 3. MS. cod. qui legunt: prodigos, castigauimus: Prodicos, pro: Proclo, maxime quod supra lib. adu. Gnosticos cap. vlt. sic legatur: Quod si iam tunc Prodicus aut Valentinus; de quorum errore aduersus Martyria ibi num. 119. de errore vero Valentini, atque adeo etiam Prodicus eius discipuli de XXX. Deorum Aonibus, vide integrum librum adu. Valentinianos. Quare hallucinatum apparet Rhenan. quum substituit: Proclo; nihil enim ad institutum facit, quod B. Augustinus Praedicatoris scribit in eo consentire cum Seleuciano, quod senserint creatores animarum angelus esse, de igne & spiritu.

CAP. IIII.

38. Ceterum, qui filium non aliunde deduco, &c.] Caput hoc inscriptum: Duos esse Patrem & filium, atque adeo & tertium Spiritum sanctum à Patre per filium, probari ex Epistolis Apostolicis.

39. nihil facientem sine patris voluntate, &c.] Videtur adludere ad illud Ioan. 5. Non potest filius à se facere quidquam; deinde ad illud Matt. 28. Data est mihi potestas in caelo & in terra; seu potius ad illud Ioan. 17. Pater veni hora, clarifica filium tuum, &c. sicuti dedisti ei potestatem omnis carnis.

40. quia spiritum non aliunde puto, quam ex patre per filium, &c.] Infra cap. 8. Tertius enim est spiritus à Deo & filio, &c. ubi de processione Spiritus sancti à Patre & filio latius aduersus Graecos.

41. quum tradiderit regnum Deo & Patri, &c.] De hac scriptura 1. Cor. 15. vide supra lib. 5. adu. Marc. c. 9. & similiter de scriptura Psalm. 109. Sede à dextris meis, &c. At in illo 1. Corin. 15. Quum autem subiecta erunt illi omnia, interferit ex versu precedenti: absque eo qui subiecit ei omnia, & legit: tunc & ipse subiecitur, pro eo quod alij: tunc & ipse filius subiectus erit ei, &c.

CAP. V.

42. Sed quia duos vnum volunt esse, &c.] Titu-

lum huic capiti imposuimus: Quod diuersos esse patrem & filium inde constet, quod filius λόγος in scripturis appelletur.

43. Aiunt quidem & Genesim in Hebraico, ita incipere: In principio fecit Deus sibi filium, &c.] Locum hunc citat in hac verba B. Hieron. loco supra sub finem argumeti citato: Plerique (inquit) existimant, sicut in alseratione quoque; Iasonis & Papias scriptis est, & Tertullianus in libro contra Praxean disputat, necnon Hilarius in expositione cuiusdam Psalmi adfirmat, in Hebraeo haberi: In filio fecit Deus caelum & terram. Quod falsum esse ipsius rei veritas comprobatur. Nam & LXX. Interpretes, & Symmachus & Theodotus: In principio transfulerunt, & in Hebraeo scriptum est Beresith, quod Aquila interpretatur: in capitulo, & non Beben, quod interpretatur: In filio. Magis itaque secundum sensum quam secundum verbi translationem, de Christo accipi potest; qui tam in ipsa fronte Genesios, quae caput librorum omnium est, quam etiam in principio Ioannis Evangelij, caeli & terra conditor adprobatur. Vnde in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptum est de me, id est, in principio Genesios; & in Evangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Etenus ille. Ex quo videtur prorsus hic legi debere: In filio fecit Deus caelum & terram; verum nihil immutauimus, maxime quod hic Auctor potius impugnet, quam approbet illam lectionem: In principio fecit Deus sibi filium, & quod etiam magis faciat ad institutum Monarchianorum hac lectio, de quibus loqui videtur, quum dicit: Aiunt quidem, sicuti excusis & 1. Patric. MS. cod. siue quidam, uti 2. MS. Patric. (quorum eligeat Lector quod volet) tum denique quod cum excusis consentiant tres dicti codices. Certe alicubi ubique, tum lib. aduersus Hermogenem cap. 3. & 19. ac 20. tum lib. de Baptis. cap. 3. legit: In principio, siue: In primordio, fecit Deus caelum & terram, ubi hanc scripturam late explicat. Atqui supplemus ex 3. MS. Patric. cod. Solus autem, quia nihil aliud extrinsecus.

44. hanc Graeci λόγον dicunt, &c.] Quamquam fateatur Auctor λόγον etiam sermonem appellari, tamen hic de λόγῳ agit, quatenus rationem significat; de illo vero infra, cap. 7.

45. Ideoque iam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, &c.] Simplicitatem hic in bonam partem accipi, sicuti supra num. 30. simplicitas credentium, vel inde patet, quod legatur Ioan. 1. In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, sed pro instituto suo mansit, sicuti iam diximus, λόγον rationem interpretari. Est autem vox Tertullianica: sermonealis, ut correspondeat magis voci: rationalis. Atqui recte castigauit in sequentibus Rhenan. Vide quum tacitus tecum ipse congredieris ratione, pro: rationem.

CAP. VI.

46. Hæc vis & hæc diuini sensus dispositio, &c.] Huic capiti inscriptionem fecimus: Diuersos esse Patrem & filium, etiam inde probari, quod filius Sophia nuncupetur.

47. Primò: Dominus creauit me, &c.] Hanc scripturam Proverb. 8. late tractatam habes, non modo hic & c. sequenti, sed etiam supra lib. adu. Hermog. c. 18. & in Adnotat. nostris ibidem num. 60. & 61. quò Lectorem remittimus. Hic hoc solum adnotamus, quod legatur conformiter Graeco textui: Aderam illi simul.

CAP. VII.

48. Tunc igitur etiam ipse sermo, &c.] *Capit hoc in scripturis: Id ipsum probari ex eo, quod filius sermo dicatur in scripturis. In quo interim, quod Sophia ca. preced. adscriptum fuit, sermoni adaptat, quo fit ut suppleamus mox, sicuti ibi legitur, aderam illi simuli; & deinde: in persona illius, ubi subaudi dicit, adnotat Rhenanus.*

49. primogenitus, &c. & vnigenitus, &c.] *Ad ludis ad scripturas Coloss. 1. primogenitus ante omnem creaturam, & Ioan. 1. vnigenitus filius, qui est in sinu patris; idque occasione eius quod prius ca. preced. adduxerat: priuquam terram faceret, &c. Distinguiamus autem mox: & ante luciferum genuit; quia quum quod precedit, citetur ex Psal. 2. istud ex Psal. 109. Atqui de scriptura Psal. 32. hic citata vide iam dictum lib. adu. Hermogen. cap. 45. num. 154. & de illo Ioan. 1. & sine illo nihil factum, alicubi supra. Ex quo loco & ipso Euāgelista secundum Vatic. 2. cod. MS. castigamus: per quod omnia facta sunt, pro: per quā. Porro sunt verba Praxeanorum: Ergo inquis, &c. vsque ad: Planē.*

50. & ita capiat, &c.] *Mutauimus (inquit Rhenan.) capias in capiat; ut sit sensus: fiat sine contingat, ut secundus à Deo cōstitutus duos efficiat. Sic Græcorum consuetudinem circa usum verbi ἐνδέχεται imitari solet, quem admodum ante diximus in multis locis. Quo loco Auctor pulcrè deducit sermonem, Dei substantiam esse, nempe eandem cum Patre.*

51. Quid enim dices sermo, &c.] *Etia hanc obiectio est Praxeanorum ad Grammatica sermonis definitionem, vsque: At ego, &c. verum in Deo nihil vacuum esse posse, rectè proseguitur Auctor.*

52. diuersum eius, &c.] *Pro diuersum ab eo (inquit Rhenan.) ut alienum salutis, pro alienum à salute.*

53. Quis enim negabit Deum corpus esse, &c.] *Qua significatione dixerit Deum corpus esse, nempe quod substantia est (vbi & hic ad marginem adnotatum erat) vide nostra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris.*

CAP. VIII.

54. Hoc si qui putauerit, &c.] *Titulū capiti huic dedimus: Non propterea malè in Trinitate proso-lāu agnosci, quod eā vocē in suis Aeonibus vsurpauerit Valentinus, quia non idē nō vteretur veritas, quod hæresis ea vtatur, quæ eam ex veritate accepit. Quamquam interim B. Augustinus, & alij post eum Patres malim vti voce generationis in filio, & processionis de Spiritu sancto, quantum apparet, imitati hac in re B. Justinum Martyrem in fidei Expositione. Atqui adnotauit etiam Rhenan. hic accipi: siqui, pro: siquis.*

55. proso-lāu aliquam, &c.] *Vocem Græcam interpretatur: prolationē rei alterius ex altera, eadē significatione qua supra lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 46. har. 4. probolas & æditiones, pro iisdem habet (sicuti ibi adnotauimus nu. 304.) de Basilide agens, à quo suas proso-lās Valentinus fuit mutuatus. Eodem pertinet quod lib. adu. Valentin. cap. 7. proso-lāu, emissionem transferat, quo libro videre est quomodo Valentinus alium atque alium Aeonem ex Aëone produxerit. Est verò etiam Tertullianicum: & re accensu eius, sicuti rectè castigauit Rhenan. qui citat similem locum ex lib. de Corona militis, cap. 10. & ex originis censu.*

56. Hic mecum gradum fige, &c.] *De hoc prouerbio vide nostra Prolegomena.*

57. Valentinus Probolas suas discernit, &c.] *De hoc vide etiam librum adu. Valentinianus. Hic solum adicimus, Rhenanum quidem adnotare ibi: ut Aeon patrem nesciat, intelligi nouissimum Aeonem (ex xxx. Aeonibus nempe; nam ex illis omnibus etiam alij producti fuisse illic leguntur) cui nomen Sophia, quæ Telecto, sive ut Tertullianus aliquoties loquitur, Philoto copulabatur. Verum quum ille Aeon patrem non ignoraret, potius loquitur de Enthymesi sive Achamoth, sive Sophia secundā (de qua illic laus ca. 14. & sequentibus) ex nullo patre genita; in quam etiam (nō in primam Sophiam) iuxta Valentinum competit illud: immò & penè deuoratur & dissoluitur in reliquam substantiam.*

58. Apud nos autem solus filius, &c.] *Metaphrasticos adludit ad verba Christi Matth. 11. Ioan. 1. 8. & 6. Inter quæ rectè adnotat Rhenan. in illis verbis: quæ mandatus est à patre, accipi mandatus patris, ac si dicat: quæ iussus est, quæ in mandatis accepit.*

59. Quis enim scis quæ sint in Deo, &c.] *Etiam hic ad sensum potius quàm ad verbum citat quod legitur 1. Cor. 2. Quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spiritus Dei. Citat verò rursus alias scripturas Ioan. 14. & 10. Atqui hoc iterum ad Paracletum Montani pertinet quod dicit: quemadmodum Paracletus docet, sicuti etiam ante me adnotauit Rhenanus.*

60. Tertius est enim Spiritus à Deo & filio, &c.] *Per Deum hic Deum Patrem ab Auctore intelligi patet vel ex eo, quod supra dixit cap. 4. Spiritum non aliunde puto quàm à patre per filium. Et forsatis desideratur vox: Patres, sed nolui adicere, quod ceterent ea etiam 3. Vatic. MS. cod. Expressum est illud B. Cypriani tractatu de Spiritu sancto, Tom. 2. Spiritus sanctus procedens à patre & filio. Eodem pertinet etiam illud B. Epiphani. aduers. Sabellianos: Non etiam Spiritus sanctus seipsum vnquam Christum nominauit, sed Spiritum sanctum, Spiritum Christi qui per Christum dicitur, à patre procedens, & quæ filij sunt accipiens. Et B. Athanasij, Basilij, Chrysostomi, Cyrilli, Maximi, aliorumque Orientalis Ecclesiæ testimonia adferentium Spiritum sanctum à Patre & filio procedere, quæ citantur septima & octaua sessione Concilij Florentini aduersus Gracos. A testimonio BB. Hier. quest. 9. ad Hedibiam, & Augustini pluribus in locis, supersedeo; quod Latina Ecclesiæ sententiam sic exprimat Auctor libri de fide ad Petram, quantum opinor, B. Fulgentij: Firmissime tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritum sanctum, qui patris & filij vnus est Spiritus, de patre & filio procedere. Dicit enim filius: Quum uenerit Spiritus ueritatis, qui à Patre procedit, ubi suum Spiritum esse docuit, quia ipse est ueritas. De filio quoque procedere Spiritum sanctum Prophetica & Apostolica doctrina commendat. Hæc enim dicit de filio: Percuties terram uirga oris sui, & Spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo & Apostolus ait: Quem interficiet Dominus Iesus Spiritu oris sui. Alij id ipsum comprobant ex illo Ioan. 16. Quum uenerit ille Spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem; non enim loquitur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, quia de meo accipiet, & adnuntiabit uobis. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt; propterea dixi: quia de meo accipiet, & adnuntiabit uobis. Illud enim: de meo accipiet, de processione Spiritus sancti ex filio interpretantur, non modo Patres Latini, sed etiam ex Græcis B. Didymus lib. de Spiritu sancto, B. Epiphani. in Ancoratu, & B. Athanasius Epist. ad Serapionem. Atqui eodem pertinet etiam illud Gal. 4. Quoniam*

Quoniam autem est filij, emisse Deus Spiritum filij sui in corda uestra clamantem Abba Pater. Qui plura desiderat, uideat librum B. Anselmi De processione Spiritus sancti ex Patre & filio, & dictum Concilium Florentinum aduersus Gracos.

CAP. IX.

61. Hanc me regulam professum, &c.] *Inscriptionem huius capitis fecimus: Quod alius dicitur Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud. Quod adludit, & partim ad ca. 12. mox citandum, Auctor infra cap. 21. his uerbis: Alium autem quomodo prædicamus, sæpè iam ædidimus, nempe: non eundem dispositione alium, non diuisione. Sicuti etiam cap. 25. Sed iam præmilimus quomodo alium.*

62. Filius uerò deriuatio, &c.] *Rectè adnotauit ad marginem Rhenan. caute hic legi debere Tertullianum; ut potè qui quum iam dudum ante hæresin Arii scripserit, non usque adeo uerba sua trutinauerit. Sententia uerò eius, quod eiusdem sint substantia Pater & filius & Spiritus sanctus, manifesta fit tum ex præcedentibus, tum ex sequentibus huius libri capitibus. Tale est illud supra cap. 2. vnus autem substantiæ, & vnus status & vnus potestatis, quia vnus Deus. Item illud cap. 8. Prolatum dicimus filium à Patre, sed non separatam; & quod hoc ipso cap. præmittitur: non tamen diuersitate alium filium à Patre, sed distributione; nec diuisione alium, sed distinctione. Quod ipsum, huc adludens, clarus dicit infra cap. 12. Alium autem quomodo accipere debeas iam professum, personæ non substantiæ nomine, ad distinctionem, non ad diuisionem. Ceterum ubique teneco vnā substantiam in tribus coherentibus. Eodem pertinet quod habet in calce cap. 13. & solem & radium eius, tam duas res & duas species vnus & indiuisæ substantiæ numerabo, quàm Deum & sermonem eius, quàm Patrem & filium. Denique quod habet cap. 19. Pater & filius duo non ex separatione substantiæ, sed ex dispositione.*

63. & alium aduocatum mittet uobis, &c.] *Latine aduocatum exprimit, quod Græcè est παρακλητόν; omisso interim illo intermedio, Ioan. 14. ut maneat uobiscum in æternum.*

CAP. X.

64. Ita aut pater aut filius est, &c.] *Capit hoc in scripturis: Non potuisse patrem seipsum fecisse filium, aduersus Monarchianos, eo quod correlatiua sint Pater & filius.*

65. Monarchiani isti, &c.] *Hoc nomine appellat sectatores quosdam Praxæa, qui quum ex scripturis conuincerentur, de Patris & filij nominibus diuersis; uanissimè, ipse se pater (inquit) filium fecit. Verum pulcrè id refutat Auctor hoc & 11. capitibus. Ita autem eos appellat, quod (sicuti supra dictum est ca. 3.) per μωυαρχίαν Dei, trinitatem personarum excludere contenderent. Atqui rectè Auctor cap. 8. Trinitas (inquit) & Monarchia nihil obstrepiat, & οὐκονομία statum protegit. Contra quos Ironicos iterum agit infra cap. 27. quum dicit: Talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt, &c. Et proinde bene concludit Auctor cap. 30. Hic interim acceptum à patre minus effudit spiritum sanctum, &c. vnus prædicatorem monarchiæ, sed & œconomix interpreta-*

tozem. Denique contra eosdem est & illud cap. 11. Vi derint igitur Antichristi, qui negant Patrem & filium. Negant enim patrem, dum eundem filium dicunt.

66. Sed nihil Deo difficile, &c.] *Sunt hæc uerba Monarchianorum vsque: Planè nihil Deo difficile. Atqui: & impossibilia apud sæculum, possibilia apud Deum, &c. Paraphrasticos transfert Auctor, pro eo quod est Matth. 19. impossibilia apud homines. Castigauimus autem ex uno Vatic. MS. cod. ut confundat sapientiam, quia sic ubique legit Auctor illud 1. Cor. 2. Supplemus uerò tum ex Hierosolymensi codice, iuxta quod allegat Rhenanus, tum ex MS. 3. Vatic. cod. Potuit si uoluisse, ita saluus sim, &c.*

CAP. XI.

67. Probare autem tam aperte debebis ex scripturis, &c.] *Titulum capiti huic dedimus: Quod in scripturis Pater & filius distinctè pronuntiantur.*

68. Eructauit cor meum, &c.] *Tum hic, tum postea ter, lego prorsus: Eructauit, iuxta 2. MS. cod. Vatic. pro: Eructauit, quod illud legant editiones Psalmorum Latina omnes Psal. 44. & alibi ubique Tertullianum eum locum citans. Sive autem legas ex Psalmo 2. ego hodie generauit, cum excus, sive: genui, cum 3. Vatic. MS. cod. non refert. Distinguiamus uerò per Parentheses nouas, tum illud Psal. 109. Ante luciferum generauit, tum illud Sap. 8. Et: Dominus condidit, &c.*

69. Ecce filius meus quem elegi, &c.] *Citat hunc locum Isai. 42. non sicuti apud LXX. hodie legitur, sed iuxta quod citatur Matth. 12. præterquam quod more suo uertat: in quem benè senti, quod Græcè est ἐν τῷ ἐδοξάμην. In reliquis duobus testimoniis Isai. 49. & 61. consenti cum LXX. præterquam quod legat: ad euangelizandum hominibus, pro eo quod supra lib. 4. aduers. Marc. cap. 14. ad euangelizandum pauperibus. Quod quum legant LXX. Græcè & Latine, & Patres omnes, putarim etiā hic sic legi debere; sed nihil immutauit, quod illud legant etiam MS. 3. Vatic. codices.*

70. Ne dereliqueris me, donec adnūtiem, &c.] *Hic alium ordinem uersuum habuit exemplar Psal. 70. Auctoris, quàm in hodiernis codicibus, ubi nouus uersus est: Donec adnūtiem, &c. Deinde ex Psal. 3. uertit: qui comprimunt me, pro eo quod alij: tribulant.*

71. Sed & omnes penè Psalmi, &c.] *In sensu loquitur contra Iudæos, qui psalmos ad litteram, de Davide; aut illis quorum habent inscriptionem in titulis, malant intelligere, quàm de Christo, quum contra Auctor hic adferat: Omnes penè Psalmos Christi personam sustinere. Atqui iterum habes uocem Tertullianicam: retractatibus.*

CAP. XII.

72. Si te adhuc numerus scandalizat, &c.] *Hic capiti inscriptionem fecimus: Hanc personatum distinctionem in diuinis, etiam probari ex hominis creatione, in qua pluraliter Deus loquitur. Atqui istum locum, & id quod supra habetur lib. de Resurrect. carn. cap. 6. imitatus est B. August. lib. 3. de Genesi ad litt. cap. 19. & serm. 3. Dominica infra Octauas Epiphaniæ, & post illud B. Fulgentij lib. de fide ad Petrum, in explicando similiter uerbis Dei, Gen. 1. sicut & alij Patres, qui de Trinitate scripserunt. Hoc peculiare Auctori, quod id ipsum probet ex uerbis illi Gen. 3. Ecce Adā factus est tamquam uanus ex nobis.*

73. Denique sequens scriptura, &c.] Sequens dixit, non quod sequatur in Gen. quia inuenitur Gen. 1. sed intelligit verba scripturae quae hic sequuntur, iuxta quod ex predicto loco lib. de Resurr. carnis suppleuimus: Et fecit Deus hominem, &c. Peculiare vero est & illud Auctori, quod de Christi luce vera interpretetur illud etiam Gen. 1. Et dixit Deus, fiat lux. Atqui vox Tertullianica est: mundialis.

74. Alium autem quomodo accipere debeas, &c.] Adhuc ad ea quae docuit supra cap. 9.

CAP. XIII.

75. Ergo, inquis, si Deus dixit, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod etiam si in scripturis subinde loci occurrant, ubi bis: Deus legitur, & nomen Domini in duobus; non tamen propterea duo Dei aut Domini praedicantur. Sic enim etiam hic lego, pro: Dij. Ex isto autem partim sumptum videtur illud Symboli Athanasij: Deus Pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus, & tamen non tres Dij, sed unus est Deus. Ita Dominus pater, Dominus filius, Dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres Domini, sed unus dominus; maxime quum id ipsum iterum repetat; hoc caput citans, infra cap. 18. & 19.

76. Et Sabain (inquit) veri elati, &c.] Sic ex Graeca voce σαβαιν conformiter Hebraea & Chaldaica editionibus castigauimus, pro: Seboin. Quibus in verbis Isai. 45. aliquot verba praetermittit, fortassis quod ad institutum non facerent.

77. Sed & nomen Domini in duobus lego, &c.] Similes scripturas adfert, ubi nomen Domini in duobus legitur, Psal. 105. Isai. 53. & Gen. 19. Atqui mox legimus, & supplemus verba, quae citat ex Psal. 81. Ego dixi, vos Dei estis, & filij altissimi; & stetit Deus in Ecclesia Deorum.

78. Paracliti non hominum discipuli, &c.] Sentit (vix recte adnotauit Rhenan.) de Paraclito noua Prophetia. Iactabant verò Montani sectatores, se non hominum discipulos, sed Paracliti. Supplemus autem mox ex 3. Vatic. MS. cod. & spiritus sanctus Deus, ac legimus: Dei, pro: Dij, ac omisso ad intermedio, nomen Dei & Domini. Atqui ibi: Nemo enim alius, praeter vnus, iterum accipitur ab Auctore: praeter, pro: praeterquam. Est verò etiam Tertullianicum: cultores vnus & plurimae diuinitatis.

79. Iurantibus statim per Deos & Dominos, vt quidam haeretici, &c.] Intelligere Auctorem Gnosticos, vel inde pater, quod subiungat: quorum Dei (sic enim iterum ex MS. 3. Vatic. lego, pro: Dij) plures, quod in Valentinianos Gnosticos coryphaeos competere, supra, ex libro aduersus eisdem, de tricenario Deorum Aonũ, manifestum est.

80. sed Apostolum sequar, &c.] Adhuc Auctor ad illud Apostoli: Gratia vobis & pax à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo, initio Epistolae suarum, iuxta quod supra Auctor ipse adnotauit lib. 5. adu. Marc. cap. 5. titulum communem esse & eundem in Epistolis omnibus; quod confirmat lectionem emendatorum codicum Latinorum, qui conformiter Graeco & Syriaco exemplaribus ubique hoc legant, praeterquam in Epist. ad Hebraeos; quam Auctor infra lib. de Pudicitia, Tom. 5. maluit Barnabae adscribere quam Paulo, sententi ibi de eo latius.

81. Solum autem Christum potero Deum dicere, &c.] Solum hic accipi videtur aduerbialiter, pro:

solummodo, siue seorsum, quod mox usurpat dicens: Nā & solis radium seorsum solem vocabo.

82. Ex quibus Christus, &c.] Omittit hic iterum intermedium Rom. 6. secundum carnem, quod hoc ad humanitatem Christi confirmandam potius faceret. Atqui ad testimonium, quod Deus Christus, citant hanc ipsam scripturam B. Cyprian. lib. 2. Testim. aduersus Iudeos, cap. 6. Novatianus infra Tom. 5. lib. de Trinitate, B. Ambros. & Graeci omnes in eius loci commentariis; quare valeat Erasmus, qui alicubi docuit hunc locum Apostoli sic potuisse distingui: Qui est super omnia, & deinde: Benedictus Deus, vs hoc de Patre intelligatur; quum obstat profusus lectio Auctoris: qui est Deus super omnia benedictus in eum omne; quod postremum more suo vertit, pro eo quod alij: in secula, tum hic, tum infra cap. 15.

CAP. XIII.

83. Adhuc & illa nobis regula adfuit, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Probari adhuc diuersos Patrem & filium, quod ille inuisibilis, hic verò visibilis, ex veteris Testamenti scripturis.

84. Non enim videbit homo faciem meam & viuere, &c.] Scripturas has, citatas (maximè Exod. 33. & Numer. 12.) ad idem insitutum habet Tom. 1. lib. aduersus Iudeos, cap. 9. numer. 115. & supra lib. 2. aduersus Marcion. cap. 27. num. 189. & lib. 4. cap. 22. numer. 341. sed hic multò latius explicatas. Quam autem tribus hisce posterioribus locis, & rursum sequi cap. 15. constanter legat in futuro: videbit me & viuere; ibi solum paraphrasticos dixit in praeterito: Deum nemo vidit & vixit.

85. Nam Patriarchae, &c.] Scripturarum loca ad marginem adnotauimus. Est verò Tertullianicum: pro modulo. Sunt autem verba Praxeatorum: Hic ex diuerso, &c. vsque: Sed diximus, &c. Quod si filius &c. vsque: Quasi non exposito, &c. ubi legimus profusus ex coniectura Harrij Angli: patre seposito in sua inuisibilitate, pro: visibilitate.

86. visibilem autem fuisse ante carnem, &c.] Hic explicat quo sensu dixerit locis citatis num. 84. & cap. sequenti 15. filium Dei semper visum; nempe: in speculo, anigmate, visione, & somnio; quod ipsum iterum repetit cap. 16. Verum de hoc latius inter Prolegomena; ubi eum defendemus à paradoxo Maximini Arriani, quod quidam ipsi impingunt.

87. Igitur quum Moysi seruat conspectum suum, &c. in futurum, &c.] Adimpletum istud esse in Montis excessu, quum legimus, visum cum Christo Moysen colloquentem, Luc. 9. etiam supra docuit Auctor lib. 4. aduersus Marcion. cap. 22. Castigamus autem paulopost ex 3. Vatic. MS. cod. quam, quia viderat, non desideraret, pro: si videret.

88. Faciam autem suam, dicit inuisibilem patrem, &c.] Istud adfert Auctor rariquam argumentum Praxeatorum; nam & refutat verbis illis: Qui enim pater? &c. ostendens filium potius faciam patris dici debere, idque ex scriptura Threnor. 4. Spiritus persona (quam iterum hic vertit, pro: facie) eius Christus Dominus, de qua latè supra lib. 3. aduersus Marcionem cap. 6. numero 39. Atqui illud: caput Christi Deus, inuenitur 1. Cor. 11.

CAP.

CAP. XI.

89. Si hunc articulum, &c.] Caput hoc inscripsimus: Deum Patrem inuisibilem, filium verò visibilem, etiam scripturis noui Testamenti probari. Necessario autem castigauimus: Deum nunquam visum, eo quod explicat illud Ioan. 1. & 1. Ioan. 1. & 4. Deum nemo vidit vnquam, pro: Dominum. Sicut etiam mox: Sed nec videre potest, videri, eo quod illud legatur 1. Tim. 6. & infra quoque ab Auctore paulopost, & rursum cap. sequenti.

90. Idem ipsi Apostoli, &c.] Apostolis plurali numero attribuit, quod solus Iohannes scribit Epist. 1. cap. 1. & mox citatur; ea de causa quantum apparet, quod pluraliter dixit: Quod vidimus, quod audiui-mus, oculis nostris vidimus, & manus nostrae cōtrectauerunt, de sermone vitae. Vbi & rursum paulopost verborum ordinem immutat Auctor, quum legatur hodie & Graecè & Latine: quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae cōtrectauerunt. Supplemus autem ex Vatic. 3. MS. cod. si, &c. Christus & pater & filius. Porro sunt verba Praxeatorum: Rectè vtrumque dictū, &c. vsque: Arqui fidem. Supplemus rursum ex MS. Vatic. 3. cod. ad distinguendum, & cum interrogandi nota legimus: Quem Deum? ac paulopost: Ostendit & ipse visibilem Dei filium, pro: Domini, ex vno Vatic. MS. cod. cui fauent & ceteri duo legentes: Deum.

91. Regi autem saeculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo, &c.] Hic adnotari dignum, quod non modo BB. Ambros. Hieron. & August. huic locum Apostoli 1. Timoth. 1. citantes, sed & hic Auctor, non aliud legant quam: soli Deo; ex quo colligitur, quod quidam ex Graecis hodiernis exemplaribus interponunt: sapienti, adiectum esse ex calce Epist. ad Rom. Quare etiam in illa nimis libere Clarj castigatio.

92. quamquam & illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, &c.] Adhuc ad illud quod Ath. 9. legitur de Apostolo Paulo, quod apertis oculis nihil videbat; & erat ibi tribus diebus nihil videns, postquam vocem Iesu audiuit; quem & vidisse traditur, raptum ad tertium caelum, ipso teste, 2. Cor. 12.

93. Neque Petrus & Ioannes, & Iacobus sine irratione & amentia, &c.] Profusus sic castigandus hic locus, pro: rationis & amentia. Pro quo facit, quod Rhenano teste quidam codices olim legerint, quomodo & MS. 3. Vatic. cod. ratione & amentia. Cuius quidem lectionis haec ab illo traditur interpretatio: sine ratione, sine certa ratione & modo, &c. id est, amentia; verum non satisfacit mihi, sicut nec illa eius coniectura, vt legatur: erratione. Est enim vocula Aethiopa & obsolleta: irratione, vixit à qua deriuatur: irrationale. Proinde existimo, etiam supra (quod ibi non animaduerti) lib. 4. adu. Marc. c. 22. (ubi explicat id ipsum illud quod hic Luc. 9. Sed nesciens quid diceret) debere legi: Quomodo nesciens vtrum simplici errore, an irratione; quam defendimus, in causa nouae Prophetiae, gratia ecclasiæ, id est, amentiam conuenire. Atqui de Ecclasi, quam rotas inculcat, & subinde amentiam interpretatur Auctor, infra latius Tom. 4. ad fragmenta libri de Ecclasi.

CAP. XVI.

94. Nec putes, sola opera mundi per filium facta, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Non sola opera mundi per filium facta, sed & quae exinde à Deo sunt gesta.

95. & omnia tradidit in manu eius, &c.] Omnia sic castigandum, pro: in sinu eius, quod illud legatur Joan. 3. & ab Auctore, tum paulopost, tum infra c. 21. ubi de eo scripturae loco latius.

96. cui data est omnis potestas à patre in caelis, & in terra, &c.] In his verbis Matth. 28. variat ab aliis, quod legatur in caelis, pro: in caelo. Castigamus autem mox: Dominus à Domino, pro: Deus à Deo, tum quod illud legatur Gen. 19. tum quod supra cap. 13. eam scripturam illis verbis adfert, ad comprobandum quod nomen Domini in duobus dicatur.

97. semper ediscebat, &c.] Sic (inquit Rhenan.) lib. de Carne Christi, cap. 6. Et liberare & iudicare humanum genus ediscebat in carnis habitu, non natæ adhuc: Rursum lib. de Resurr. carn. cap. 59. Immunitatem carnis ediscunt, & hic mox: ediscebat autem, ac lib. ad Martyras, cap. 3. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediscunt.

98. & Dominus in terris cum hominibus conuersari non alius potuit quam sermo, &c.] Sic supplemus hunc locum, qui inuenitur Baruch 3. ubi omittit quod hodie Graecè & Latine est intermedium: visus est.

99. Interrogans Adam quasi nesciens, &c.] De huius loci intellectu vide supra lib. 2. adu. Marc. cap. 25. ubi quum neget interrogatorio modo legendum: Adam ubi es? etiam hic omittimus interrogationis notam. De Penitentia etiam Dei quomodo intelligenda, eiusdem lib. cap. 24. Quare & hic de Marcionis subiungit: Et si qua haeretici adprehendunt quasi Deo indigna. Sine autem legas mox: quæ tu ipsi patri inducis, cum exc. cod. sine cum 3. Vatic. cod. MS. tu ipse; perinde est. Eadem ratio, sen legas cum exc. qui coronabatur gloria & honore (quomodo solet ferè legere Auctor, & hodierna editiones Psal. 8.) sine cum 3. MS. Vatic. cod. gloriam & honorem.

100. Ceterum quale est, vt Deus omnipotens ille inuisibilis, &c.] Locus scripturae ad quos hic addudit, recens ad marginem adnotauimus; in quibus quum nihil differat Auctor à reliquis, pergit ad sequentia. De Proverbiali verò formula: extrema linea, vide nostra Prolegomena.

101. refrigerauerit, &c.] Refrigerare (inquit Rhenan.) absolute, seu supra frequenter. Legimus autem mox ex Vatic. 1. MS. cod. in monumento Ioseph, pro: in monumentis, quod unicum fuerit illud; non plura, sicuti patet Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. & Ioan. 19.

102. aduersus Prophetam dicentem: Deus aeternus non sitiet, nec esuriet omnino, &c.] Haec ad maiorem loci huius intellectum Parenthesi inclusimus, vt illud: & ita vnum Deum, &c. ad precedentem periodum referatur. Locum verò scripturae hic citatum relinquimus inquisitioni seduli Lectoris.

CAP. XVII.

103. Quæ per filium gesta sunt, &c.] Capiti huic inscriptionem dedimus: Quod nomina Patris: Deus omnipotens, altissimus, Dominus virtutum, Rex Israël, etiam filio competant.

104. Condicente etiam scriptura, &c.] Condicere (inquit Rhenanus) nouè accipit, pro similiter dicere, vel adferri. Est verò satis obscurum illud: Et nomen Patris: Deus omnipotens, &c. sed explicat Auctor quam citauit scripturam: Ego veni in Patris mei nomine.

105. Rex Israël, &c.] Hic ad marginem adnotauimus Isai. 44. quantum hodie apud Lxx. legatur:

Deus Israël, quia Lactantius lib. 4. cap. 19. ad idem in-
scriptum Auctoris sic citat. Sic dicit: Deus Rex Israël,
& qui eruit eum Deus æternus; unde pater olim aliud
lectum fuisse apud LXX. Atqui novus periodus hic di-
stinximus: Suo iure, &c. Altissimi, &c. Domini-
nus virtutum, &c. Rex Israël, &c.

CAP. XVIIII.

106. Sed hanc societatem, &c.] Hoc caput inscri-
psimus: Nihil obstat scripturas, de vnico Deo,
quia filium non excludant, sed plures Deos, &c.

107. vt supra ostendimus, &c.] Nempè cap. 13.
Distinximus etiam ibi novam periodum: Filium nomi-
nari ab ea constat.

108. & absque eo alius non est, &c.] Quum si-
milis reperiantur ffat. 42. 44. & 45. tamen hic citari
cap. 45. patet ex eo quod subiungit: Denique inspicere
sequencia, &c. Ibi enim post illud: & absque me
non est Deus, statim conuertitur ad idolorum facti-
tatores atque cultores, verbis ab Auctore citatis su-
prà Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 4.

109. Factitantes, &c.] Antè (inquit Rhenan.)
admonimus: nempè in scholiis libri aduersus Hermoge-
nem, vocabulo factitatoris Tertullianum intelligere fa-
ctorem, vt factitationis factionem; & factitare, esse
illi: facere.

110. Etiã propter hæreticos, &c.] Quod hic ha-
ber hæreticos verbis idola fabricari, explicat Au-
ctoris sententiam, & aliorum Patrum, qui scripturas de
Idololatriâ etiam ad hæreticos interpretantur, sicuti su-
prà lib. aduers. Gnosticos cap. 2. & 3. & apertius lib. de
Præser. aduers. hæret. cap. 40. vbi dicit ab idololatria
non distare hæreses, de quo ibi latius num. 254. &
libro nostro propediem in lucem edendo, De non admitteren-
di in vna Rep. Religioibus diuersis.

111. Filio pater procurabat, &c.] Sic sæpè loqui-
tur (inquit Rhenan.) vt lib. 1. aduers. Marc. cap. 25. E-
mulatio autem liberando homini procurat.

CAP. XIX.

112. Quin & hoc dictum eius, &c.] Titulum huic
capiti dedimus: Quod similiter intelligi debeat il-
lud: Extendi cælum solus. Cui similia habet supra
lib. aduers. Hermog. citans istud Isai. 44. cap. 6. num.
27. Item quod sequitur ex scripturis, Prou. 8. cap. 18. nu.
60. ex Apostolo 1. Cor. 1. ibidem num. 59. & ex Psal.
32. cap. 45. num. 154.

113. aduersus coniecturas hæreticorum, qui
mundum, &c.] Notat (inquit Rhenan.) Valentinianos,
& alios similes, quos recensuit supra Auctor lib. de Præ-
script. aduers. hæret. nempè Simonem Samaritam, de
quo ibi cap. 46. hæres. 1. num. 301. Basilidem, hæres. 4.
num. 304. Carpocratem eiusdem lib. cap. 48. hæres. 9.
num. 311. Cerinthum, hæres. 10. num. 312. & Valenti-
num, cap. 49. hæres. 12. num. 315. Cui, & Valentiniani
peculiaris est illud quod hic sequitur: qui & ipsum crea-
torem aut angelum faciunt, aut ad alia quæ ex-
trinsecus, vt opera mundi, ignorantem quoque
subornatum volunt, sicuti patet lib. adu. Valentin.
cap. 18. 19. & 20.

114. quum pararet cælos, ego aderam illi si-
mul, &c.] Sic locum huic suppleuimus ex aliis Aucto-
ris locis, & ipso Salomone, Proverb. 8. Atqui rectè in-
terpretatur Rhenan. illud: vtique præter Sophiam
fuit, ac si dicat: quum Paulus dicit: quia illi consilio fuit,
intelligit: quia præter Sophiam consilio fuit. Porro castiga-
uimus ex Vatic. 3. MS. (sicuti alibi solet Auctor citare

ex Psal. 32.) & spiritu eius omnes virtutes eorum,
pro: omnis virtus.

115. Atque aded statim de filio loquitur, &c.]
Habet priorem huius scriptura Isai. 44. partem, & po-
steriorem separatim supra alicubi citatam lib. 4. aduers.
Marc. cap. 25. vbi de ea latius. Quod sequitur: Ego pri-
mus, &c. desumpsit ex Isai. cap. 41.

116. ostendimus etiam duos Deos, &c.] Suprà,
nempè cap. 13. Siue autem legas: scandalizentur cum
excus. sine scandalizarentur cum MS. 3. Vatic. cod. per-
inde est. Ex quibus iterum restitui: Dei, pro: Dij.

CAP. XX.

117. Sed argumētationibus eorum, &c.] Capitū
huic inscriptionem fecimus: Quod pro Monarchia-
nis nihil faciunt locitres Ioan. 14. Verum de his in-
frà latius cap. 24. quod Lectorem remittere videtur, dum
præmittit alios locos omnes Christi in eodem Euangelio,
vbi patris & filij distincta sit mentio; iuxta Canonem
obseruandum in explicatione scripturarum, quo oportet
secundum plura intelligi pauciora.

118. sed proprium hoc est omnium hæretico-
rū, &c.] Peculiarè hic adscribit hæreticis quod: pau-
ca aduersus plura defendunt; quod verò idem: po-
steriora aduersus priora suscipiunt, habes supra tra-
ctatum lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 29. 30. & 31.
De Regula autem fidei, ibidem cap. 13. ad quam adlu-
dit, quum subiungit (sicuti recens suppleuimus ex MS.)
Regula autem omni rei semper ab initio consti-
tuta, &c.

CAP. XXI.

119. Aspice itaque quata præscribant tibi, &c.]
Fascripsimus hoc caput: Præscribi aduersus eos, ex Eu-
angelij Ioannis priori parte vsque ad cap. vii. vbi
distinguuntur pater & filius. Atqui quanta inter-
pretatur Rhenanus, quam multa, vti & in scripturis
non semel.

120. In principio erat sermo, &c.] De huius scri-
ptura Ioan. 1. vero intellectus vide supra lib. aduers. Her-
mogenem cap. 19. num. 66. ac 67. & cap. 20. num. 72.
sicuti etiam alicubi de magis vstata veteribus distin-
ctione, quam vbiq; Auctor sequitur: & sine ipso fa-
ctum est nihil. Sunt autem Trullianica: quæ Dei fi-
lius, non quæ Pater.

121. Alium autem quomodo prædicamus, sæpè
iam ædidimus, &c.] Præterquam quod istud ex propo-
sito tractauerit Auctor supra cap. 9. etiam alicubi supra
non semel illuc adlusi. hinc est quod dicat: sæpè iam
ædidimus.

122. Hic ergo factus est caro, &c.] Trāsit ad alia
verba Ioan. 1. in quibus vocem Græcam *μωωγενὺς* ma-
dō vertit: vnici, coniungens illud à patre, non verò id
referens ad: gloriam; modò vnus nam prorsus castigandus
est: Hic vnus (pro vnus) sinum patris disseruit.
In hoc solo ibi differens ab aliis qui legunt: vnigenitus
filius qui est in sinu patris, ipse disseruit; immò &
ipse supra cap. 15.

123. Hoc cum Nathanaël statim sensit, &c.]
Iuxta MS. 3. Vatic. cod. iterum restitimus: eum, pro
eo quod ex solo Gorziensi codice Rhenanus substituerat:
enim; pulcrè enim redditur prioris lectionis sensus: Hoc,
id est, filium Dei, eum, nempè Christum, Nathanaël
statim sensit, &c. Inclusionis autem parenthesis illud:
(quod & patrem senserat.)

124. Quum in templum introiit, &c.] Hoc vni-
cum testimonium desumpsit ex cap. 2. Ioan. adludens ad
illud:

illud: Nolite facere ædem patris mei, ædem negotia-
tionis.

125. Quum ad Nicodemum dicit: Ita dilexit
Deus mundum, &c.] Prætermisimus vocem: inquit,
superfluum, eo quod præcedat: dicit. Transit autem ad
verba Christi, Ioan. 3. ad Nicodemum prolata; quæ
sententia Auctoris placet magis, quam quod Erasmus
adnotat esse hæc Euangelistæ verba. In quibus, sicuti Au-
ctior, sic etiam ex Syriaco Interpres vertit: vt filium suum
vnicum dederit, pro eo quod vulgatus Latinus Inter-
pres: daret. ad vtrumque est anceps phrasis Græca, *ἔδωκε*
&c. *ἔδωκεν*. Est verò etiam hic adnotanda versio Au-
ctoris: vt saluus sit mundus per eum, pro quo Eras-
mus, Ciceronianè scilicet: vt seruetur; quum vox Græca
σωθῆς, & saluum plus aliquid significet, vti etiam alibi
adnotauimus.

126. Ioānes autem, quum interrogaretur, &c.]
Ioannem Baptistam intelligit, cuius sunt verba etiam
Ioan. 3. quæ sequuntur: Pater diligit filium, &c. sic
enim castigauimus, pro: dilexit, quod illud non modò
Græcè, Syriacè, & Latine, legatur ab omnibus, sed etiam
ab Auctore supra cap. 16. Quomodo etiam bis: credit,
pro: credidit, eo quod alii etiam respondeat. B. Cy-
prianus lib. 2. Testim. aduers. Jud. cap. 27. qui etiam le-
git, manebit, in quo consensimus Græci & Syrus codi-
ces. At in eo differt Auctor, quod veritat: non vide-
bit Deum, pro: vitam.

127. Quem verò Samaritidi ostendit, &c.] Ad
c. 4. Ioan. transitum facit. Adludens ad illud, vbi Sa-
maritidi dicenti: Scio quia Messias venit qui dicitur
Christus, se ostendit, dicens: Ego sum qui loquor tecū.
Consensit autem vulgato interpreti in illo: ad discipu-
los, quod verit: vt consummem opus eius, pro eo
quod alij: &c.

128. Et ad Iudæos de Paralytici sanitate, &c.]
Hic omnia penè verba Christi cap. 5. Ioan. citat Auctor;
quæ post Paralytici sanitate ab eo dicta sunt, qui 38.
annos habebat in infirmitate sua. In quibus imprimis ca-
stigauimus: nisi viderit patrem facientem, pro: vi-
deat, quod illud legatur, non modò ab omnibus, sed &
Auctore supra cap. 15. Item: maiora istis opera, quia
Græcè est, *πλεονον τῶτων*, & correspondet Syra inter-
pretatio; retinentes cum illis: ita & filius quos vult
viuificat, quantumvis Vatic. 3. MS. cod. habeant: viui-
ficabit; & trāsit de morte in vitam, pro eo quod alij:
transierit, aut: transiit, eo quod etiam Codex Aureus
Donatianicus Latinus illud legat. Variat autem ab aliis
Auctor; tum quod legat dumtaxat: Neque enim pa-
ter iudicat, pro eo quod B. Cyr. ex Græco: Nihil enim
pater iudicat, lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 33. & noster
Latinus ac Syrus Interpres: Nō enim pater iudicat quem-
quam; tum quod addat bis: æternam, quum ceterorum
nemo aliud legat, quàm: sicut enim pater habet vi-
tam in semetipso; ita & filio dedit vitam habere
in semetipso.

129. & iudicium dedit illi facere in potestate,
qua filius hominis est, &c.] MS. 2. Vatic. cod. quia,
& etiam sic legitur Ioan. 5. verum qua magis conuenit
reliquæ versioni Auctoris, qua ab aliis prorsus diuersa
est; qui vertunt: & potestatem dedit ei iudicium face-
re, quia filius hominis est. Quam distinctionem, etsi à
Chryostomo reuocatur, eo quod pro se illam raperet Pau-
lus Samoatenus; tamen cum Auctore sequuntur, &
Catholicè interpretatur B. August. lib. 20. de ciuit. Dei
cap. 6. & Commentariis in Ioannem; & quantumvis

id neget Erasmus, B. Cyrillus Alexandr. in Comment.
alique Patres recētores. Alij malunt distinguere: Quia
filius hominis est, nolite mirari hoc. sed prior illa magis
recepta est. Atqui sequentia sic distinximus iuxta Gra-
cos, Syrum, & Latinos emendatores codices Euangelij
Ioannis: Opera enim quæ pater mihi dedit con-
summare illa, ipsa de me testimonium perhibent,
&c. Retinentes mox: & non recepistis me, quan-
tumvis Græcè & Syriacè, & in Latinis quibusdā exem-
plaribus sit in præsentī: recepistis; eo quod illud legat
etiam B. Cyprian. lib. 2. Testim. aduers. Iud. cap. 5. &
Ryffinus in Symbolum.

130. Interrogantibus autem quid facere de-
beant, &c.] Transit ad verba à Christo prolata Ioan. 6.
post miraculum multiplicatorum panum quinque, &
duorum piscum, in cibum quinque milium hominum.
In quibus sic distinximus iuxta Euangelistam: Ergo
omne quod ei daret pater ad se venire, nec reici-
turum se, quia de cælo descendisset, &c. Atqui
paraphrasticè transtulit, vt magis ad institutum face-
ret: non vt suam, sed vt patris voluntatem face-
ret, pro eo quod alij omnes: voluntatem eius qui misit
me. Differt etiam in eo, quod legat dumtaxat: vitam &
resurrectionem consequatur, pro eo quod ceteri: ha-
beat vitam æternam, & ego resuscitabo eum. Deinde
quod verat: nisi quem pater adducat, pro quo
& Græcè & Syriacè & Latine hodie vertitur: nisi
pater traxerit eum. Porro vt sensus constet, mox sic di-
stinximus: Non quasi patrem aliquis viderit, ad-
iiciens & hinc; vt ostenderet, &c. Denique ex ad-
ditionibus omnibus castigamus: Quod (id est, ad quem)
discedemus, pro: discedimus; verba vitæ (vbi
omissit æternæ) habes, &c.

CAP. XXII.

131. Cuius autem doctrinam dicit, &c.] Titu-
lum huic capiti dedimus: Ex eodem Euangelio Ioan.
à cap. vii. vsque ad cap. xi. Verba enim quæ hic citat
Christus, prolata fuerunt in templo, festo mediantè,
Ioan. 7. sicuti etiam illa quæ planè contrario sensu ven-
tū: Neque me scitis vnde sim: pro eo quod alij ex
Græco ac Syriaco Latini Interpres: Et me scitis, & vn-
de sim scitis. Atqui castigauimus & suppleuimus:
Ego noui illum qui ab illo sum, & ille me misit,
tum quod sic legant codices omnes Euangelici, tum quod
sic explicentur ab Auctore: Non dixit: quia ipse
sum, & ipse me misit, sed ille me misit.

132. At vbi se negat esse solum, &c.] Ad ver-
ba Christi cap. 8. transitum facit, post historiam de adul-
tero prolata; in quibus nihil ab aliis differt vsque ad
illud: Tunc, inquit, cognoscetis quod ego sim,
& à memetipso nihil loquar, pro eo quod alij om-
nes ex Græco & Syriaco transferunt: ego sum, & à
memetipso nihil facio; item: quia & qui me mi-
sit, mecum est. Rursum in eo quod legat transpositis
verbis: quæ, & quod; Ego, inquit, quæ vidi
penes patrem meum loquor, & vos quod vidi-
stis penes patrem vestrum, id facitis; deinde: quam
audiuit à Deo, pro: audiuit. Legimus verò, Et: Si
Deus esset, &c. includentes parenthesis: (& tamen
non separantur, &c. vt frutex ex femine.) Distin-
guentes iterum: Et: Si ego me ipse glorificem, &c.

133. Item super cæcum illum patris opera di-
cit se facere oportere, &c.] In his verbis Ioan. 9.
patris, iterum vertit Paraphrasticè, pro: Dei, quod

legunt ceteri omnes.

134. Dehinc, cognosci se proficitur à patre, &c.] *Sparsum nunc citat verba Christi Ioan. 10. inter qua paulopost parenthefi inclusimus illud: (vique Dei, nam vique in hodiernum, &c. venturus.) Bene autem habet quod vertit cum vulgato interprete Latino: Loquor, inquit, vobis, &c. pro eo quod alij: locutus sum. Differt autem in hoc, quod legat: Pater enim quod mihi dedit, maius est omnibus, pro quo alij: qui dedit mihi, maior est omnibus, & MS. 3. Vatic. cod. hoc loco: Pater qui maior est omnibus, dedit mihi.*

135. Et: Ego & pater vnum sumus, &c.] *Pulcherrime locum hunc eiusdem capituli explicat, ut ostendat nihil facere pro Monarchianis, qui hinc probare nitentur eundem esse patrem & filium. De Proverbio verò: gradum figere, vide nostra Prolegomena. Atque in sequentibus eiusdem capituli verbis, placet illa loci alioqui obscuri versio: Si in lege, inquit, scriptum est: Ego dixi, Vos Dei (sic enim legimus pro: Dij) estis, & non potest solui scriptura; quem pater sanctificavit, & misit in mundum, vos eum blasphemare dicitis, quia dixi (id enim pro: dixerat castigamus) filius Dei sum?*

CAP. XXIII.

136. Posthac autem Martha filium Dei eum confessa, &c.] *Capiti huic inscriptionem fecimus: Ex eodem Evangelio Ioannis, à cap. XI. vsque ad XIIII. Adluit autem ad illud cap. 11. quia in es Christus filius Dei viui; quod quum à Martha prolatum sit, necessario substituit: Martha, pro: Maria, in verbis verò sequentibus: Pater (inquit, vique filius) gratias ago tibi quod me semper exaudias, &c. Auctor intermisit verba Christi intermedia: quia me exaudisti, ego autem sciebam.*

137. Sed & in conturbatione animæ: Et quid dicam? &c.] *Hæc verba cap. 12. paraphrasticè potius citat quam ad verbum, addens: verum, quum legit: Verum pater glorifica nomen tuum. Supplemus autem: Ita & in isto: Glorificaui, & glorificabo; ubi omittit vocem: iterum, quam tamen habent ceteri omnes. Atque nouas periodos facimus: Rursus quot personæ, &c. ac: Si pater erat, &c. Item parenthefi inclusimus (quia per filium in patrem creditur, & auctoritas credendi filio pater est.)*

138. Abre autem sollempnitatem Paschæ, &c.] *Hæc verba Ioan. 13. transposito citat ordine, alioqui cum reliquis consentit; legens etiam cum vulgato interprete, quantumvis Græce sit ἐν ᾧ τῶν, in semetipso.*

CAP. XXIII.

139. Erant planè, qui & tunc non intelligerent, &c.] *Non solum nouam periodum, sed & nouum caput hic auspicamur; & inscribimus: Ex eiusdem Ioannis Evangelij cap. XIII. de verbis ad Philippum prolatis: Qui videt me, videt & patrem, ac: Ego in patre, & pater in me.*

140. Domine (enim inquit) non scimus quod eas, &c.] *In his verbis Thoma, legit dumtaxat; & quomodo viam nouimus? pro eo quod ceteri: possumus viam scire? varia est etiam lectio Auctoris: sed abhinc nostis illum, pro eo quod ex Græco & Syriaco vertitur hodie: cognoscitis, & vulgatus interpretis: cognoscetis.*

141. Nobis omnes scripturæ, & veteres Christum Dei, &c.] *Adluit ad omnes scripturas eas veteres, in quibus Christus Dei appellatur, ut ipse Psal. 2. Isai. 45. Threnor. 4. & Dan. 9. sicuti supra adnotauimus ad marginem lib. 3. adu. Marc. cap. 13.*

142. & nouæ filium Dei præfinit, &c.] *Scripturas eiusmodi noui Testamenti habes initio Evangeliorum Marci, Luca, ac Ioannis, & alibi apud eosdem Matth. 4. Act. 2. ac 9. & Epist. ad Rom. Galat. Ephes. & Hebr. Denique & Apocal. 2. Supplemus autem illud: hoc & à Iudæis non credebatur.*

143. Qui me videt, videt & patrem, &c.] *Quis supra c. 20. & mox sic legatur, etiam hic bis castigauimus: videt, pro eo quod erat utrobique: vidit; quamquam enim ex hodiernis codicibus Græcis hoc postremum vertatur, tamen præter vulgatum Interpretem etiam Syriacæ aditio illud legit, & B. Irenæus lib. 3. cap. 13. Atque scripturas mox citatas sic distinguimus: quia: Ego ex Deo exiui & veni; &: Ego sum via. Nemo ad patrem, &c. &: Nemo ad me, &c. &: Omnia mihi, &c. &: Sicut pater, &c. &: Si me cognouistis, &c.*

144. ex personæ repræsentatione, &c.] *Quum supra ubique ferè Auctor repræsentare accipiat, pro præfens efficere; hic propria significatione vocis vititur, pro ostensione dumtaxat tamquam rei presentis; quomodo etiam paulopost: & ut filius repræsentator patris haberetur.*

145. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est, &c.] *Prorsus sic legimus, tum hic, tum paulopost bis, pro: credis; tum quod illud legant Græci, Syriaci, & Latini codices omnes Evangelistæ Ioannis; tum quod etiam ipse Auctor, variam eorumdem verborum iterum repetiturum lectionem indicans sub huius capituli finem: Atque aded: credite ait. Quid? Patrem esse? Non puto scriptum esse, sed: Quia ego in patre, & pater in me.*

146. Verba, inquit, quæ ego loquor vobis, nō sunt mea, vique, &c.] *Hic in eo variat, quod vertat: à meipso non loquor. Bene habet autem, quod etiam Auctor vertat: ei δὲ μὴ, Si quo minus.*

CAP. XXV.

147. Post Philippum & totam substantiam quæstionis istius, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus: Ex eodem Evangelista vsque ad Evangelij finem. Videtur autem oratio defectiua, ut subintelligatur: videamus quæ in finem Evangelij persecuerant.*

148. Paraclætu quoque à Patre se postulatatum, &c.] *Paraphrasticè magis quam ad verbum hæc citat Auctor, adhuc ex cap. 14. Ioan. adludens iterum ad cap. 3. supra, quum dicit: sed iam præmissimus quomodo alium.*

149. Ceterum de meo sumer, inquit, &c.] *Istud, quia de Paraclæto loquebatur, inserferit ex cap. 16. Ioannis, ut inde probet: connexum patris in filio, & filij in Paraclæto, tres efficere coherentes, alterum ex altero. Atque (sicuti adnotauit Rhenan.) est hie defectiua oratio, qualiter in superioribus sæpè locutus est. Subauditur: de eo quod est pater. Sic infra: Non scitis quod in patris mei me esse oportet: ubi subauditur: rebus.*

150. Et patrem agricolam, &c.] *Hic transit ad cap. 15. adludens ad illud: & pater meus agricola.*

151. Hunc

151. Hunc rursus in cælis, &c.] *Similiter hic ad cap. 17. quum patri discipulos suos tradit, dicens: Pater sancte, serua eos in nomine meo.*

152. Sed & si in isto Euangelio non est reuelatum, &c.] *Restitit Auctor, quum prius testimonium: Deus meus, &c. inueniatur Matth. 28. alterum: Pater in tuis manibus depono spiritum meum, Luc. 23. Vbi bene habet, quod tempore præfenti vertat: depono, quantumvis hodie Græci codices legant in futuro: παροξίνωμαι.*

153. Ne (inquit) contigeris me, &c.] *In hoc testimonio Ioan. 20. nihil variat Auctor, præterquam quod vertat: & dices eis, pro eo quod ceteri omnes: dic. Nos verò illud intermedium (quia & in hoc filium ostendit; Filios enim appellasset illos, si pater fuisset) parenthefi inclusimus; & nouam periodum auspicamur ibi: Pater ad patrem.*

154. Ipsa quoque clausula Euangelij, &c.] *Clausulam Euangelij appellat finem cap. 20. ubi scribitur: Multa & alia signa fecit Iesus, &c. quo confirmat eorum sententiam, qui existimant primum hic finisse Ioannem sum Euangelium, postea verò & 21. cap. addidisse tamquam Paralipomena. Quod ipsum caput agnosuisse etiam Auctorem vel inde patet, quod supra lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 22. illuc alludat, dicens: Ioannem dilectissimum Domini, pectori eius incubantem, ex eodem B. Cypr. citat illud quod dictum est Petro: Pater oves meas, & Clerum Carthagin. quod etiam lib. de Vnit. Eccl. adluit.*

CAP. XXVI.

155. Propter vnum Philippi sermonem, &c.] *Capiti huic inscriptionem fecimus: Id ipsum probari & ex aliis Euangelistis. Sunt autem verba Praxeanorum: Nempè, inquit, filius Dei Deus est, &c. Vique: Quem enim, &c. Atque castigamus mox: Dicens autem spiritus Dei, est spiritum Dei, &c. pro: est spiritus Dei; quia sequitur: tamen non directò Deum nominans; & ex 3. MS. Vatic. cod. Sicut enim Ioanne dicente, pro: Sic. Atque de phrasè Patrum, qua Christum etiam Spiritum appellant, vide nostra Prolegomena inter Paradoxa.*

156. & hæc enim substantiæ non sunt, &c.] *Respicit (inquit Rhenan.) ad sensum: & hæc, id est, hæres; alioqui dicendum erat: & hæ enim substantiæ nō sunt. Sic alibi sæpenumero laquitur.*

157. Hoc se & in istis Euangelij, &c.] *Locos hic ex Luca, Matthæo, & Marco citatos ad marginem adnotauimus, in quibus nihil variat ab alijs. Sine autem legas: Scimus qui sis, siue: quia, perinde est; & eadem ratio est de lectione exc. cod. Insultans in spiritu, & vnius Vatic. MS. Exultans.*

158. & nouissimè mandans ut tinguerent, &c.] *Sic etiam hic lego more Tertulliano; & similiter: nam nec semel, sed ter ad singula nomina in personis singulas tingimur. Atque de trina merione, vide supra Adnot. nostras ad lib. de Baptis. nu. 1. inter reliquas Baptismi ceremonias.*

CAP. XXVII.

159. Et quid ego in tam manifestis motor? &c.] *Caput hoc inscripsimus: Contra Praxeanos & Monarchianos facere, quod Patrem spiritum dicant, filium carnem.*

160. Vndique enim obducti, &c.] *Obducti*

(inquit Rhenan.) id est, conuicti. Obducendi verbo frequenter vititur.

161. diuidere illos potius quam vnare, &c.] *Vnare (inquit idem) simplex verbum usurpat; unde nos adunare dicimus, & coadunare. Quamquam verò tres MS. Vatic. cod. legant: vnire, tamen retinimus vnare, quod Africanam magis phrasin redoleat.*

162. Talem Monarchiam apud Valentinum, &c.] *Adluit ad cap. 11. & 12. lib. aduers. Valent. supra, tum de Christo ex primo Monogene adito, tum de Iesu ex omnibus Æonibus cōcinnato. Fbi autem: Sed & hæc iniectio eorum (vox Tertullianica, pro: obiectio) ex retractatis iam retusa est, adluit ad caput præcedens huius libri. Verba verò sunt Praxeanorum: Ecce inquit, &c. vsque: Immo de spiritu Dei dictum est.*

163. Quoniam Deus homo natus est, &c.] *In hac scriptura Psal. 86. differt ab alijs, quod vertat: & (nā eam voculam supplemus ex MS. 3. Vatic. cod. & adit. Lugdunensi) edificauit eam voluntate patris, tum hic, tum paulopost, pro eo quod alij: edificauit eam altissimus.*

164. Trāsfiguratio autem interemptio est primiti, &c.] *Facit hic locus pro transsubstantiatione, quam Catholici in Sacramento Eucharistiæ adserunt, in assumptione verò huiusmodi Christi negant: ut ipse, qui iuxta Symbolum B. Athanasij: Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.*

165. Quem si non capit configurari, &c.] *Capit (inquit Rhenanus) ἐν δὲ χεῖρῶν, id est, conuenit, siue vsuuenit.*

166. ex carne & spiritu mixtura quædam, &c.] *Cautè istud debet legi & intelligi, eo quod in dicto Symbolo profiteamur: Vnus omnino nō confusione substantiæ, sed vnitæ personæ. Perum sese explicat Auctor, quum paulopost adicit: secundum vtramque substantiam in sua proprietate distantem, &c. & maxime illis verbis: Videmus duplicem statum, non confusum, sed coniunctum in vna persona Deum & hominem Iesum; ac: salua est vtriusque proprietates substantia.*

167. ut electrum ex auro & argento, &c.] *De hoc vide supra lib. aduers. Hermog. cap. 25. num. 84. ubi isdem verbis vititur.*

168. De Christo autem diffeto, &c.] *Prorsus sic castigamus ex 3. Vatic. MS. cod. pro: differo; nam differt tractatum de Christo vsque ad proximum caput; ubi habet: Nunc de Christo.*

169. & caro passionem suas functa sit, &c.] *Funghi (inquit Rhenan.) cum Accusatio; sicut & alibi frequenter; qui etiam adnotauit ad marginem: parentem, accipit pro: apparet.*

170. Sic & Apostolus etiam, Dei & hominum appellas sequestrem, &c.] *Supra lib. de Carne Christi, cap. 15. transfertur ab Auctore: Mediator, qui hic: sequester.*

CAP. XXVIII.

171. Itaque Christum facis patrem, stultissime, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus: Contra eisdem facere, quod Patrem Christum, filium Iesum appellari dicerent.*

172. vnctus enim significatur, &c.] *Istud Latine tractauit Auctor lib. de Baptis. cap. 7. num. 50. &*

lib. 3. adu. Marc. cap. 15. num. 110.

173. Sed non ita docent Acta Apostolorum in illa exclamatione Ecclesiae ad Deum, &c.] *Transit ad testimonia ex Actis Apostolorum. sic vero supplemus ex r. Patric. MS. cod. & r. edit. ad marg. Sunt enim verba Ecclesiae quae sequuntur: Conuenerunt enim, &c. suppletes etiam: filium tuum Iesum, tum quod legatur Act. 4. tum quod id explicet, quum subiicit: Ita & filium Dei Iesum contestati sunt. In hoc autem differt ab aliis, quod legat: vniuersa, pro eo quod Graecè est, Syriacè, & Latine: verè; consentiens Interpreti nostro & Syro, quod legat: in ciuitate ista, hodie desideratum in Graecis codicibus; quare & in hoc improbanda versio Clarij, qui id ex contextu Latino eradere non est veritus. Legimus autem ex Patric. MS. 3. & r. edit. ad marg. Ergo Iesus idem erit Christus, pro: Ergo Dominus.*

174. Firmissimè itaque cognoscat, &c.] *Consentit etiam hic Auctor cum Interprete vulgato Latino, Act. 2. quod verat: Firmissimè, quemadmodum ille: certissimè; quum tamen Graecè sit ὁσφαλῶς. Parenthesi verò inclusimus (id est, vinctum.)*

175. Ioannes autem, etiam mendacem, &c.] *Transitum facit ad Epist. Ioan. 1. ubi legitur cap. 2. Quis est mendax, nisi is, qui negat quoniam Iesus nō est Christus? & cap. 5. qui crediderit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est; item cap. 3. ut credamus nomini (sic enim Auctor solus, pro: in nomine) filij eius Iesu Christi.*

176. Sic & Paulus vbique Deum patrem ponit, & Dominum nostrum Iesum Christū, &c.] *Præterquam quod supra alicubi (ni fallor hoc ipso libro) id ipsum habet Auctor, & mox repetit; etiam hic duos locos adducit Apostoli Pauli, in quorum primo habet amplius quam hodie legatur Rom. 1. in Graecis, Syro, ac Latinis codicibus: Dominum nostrum, in altero nihil differt. Sicuti neque in testimonio quod paulopost citat Ioan. 20. ubi autem: Et si: Hæc dicit, &c. subintelligitur: Et si legitur, nempe Iesai. 45.*

177. Vti Deus Domini nostri Iesu Christi, &c.] *In hoc loco Apostoli Ephes. 1. peculiaris est lectio Auctoris: spiritum sapientiae & agnitionis, pro eo quod alij omnes: sapientiae & reuelationis in agnitione eius. Mirū autem, quomodo hic verat illud Rom. 8. suscitaturus est & mortalia corpora vestra, quum sicut ceteri legat supra lib. 5. adu. Marc. cap. 14. viuificabit; ex quo loco & Patric. MS. cod. castigauimus hic: vestra, pro: nostra.*

CAP. XXX.

178. Obmutescat, obmutescat ista blasphemiam, &c.] *Inscriptione huic capiti fecimus: Quod sufficiat Christum filium Dei mortuum dicere secundum humanam substantiam, Patrem verò non compassum quidem. Sive autem mox legas cum excusis: adiecit, sive cum MS. 3. Patric. cod. adiecit; perin-*

de est. At prorsus supplemus in verbis illis quæ ex persona Praxeanorum pronuntiat: Ergo inquis, & nos eadem ratione dicentes Patrem, quia vos filium, &c. & Parenthesi inclusimus illud (quia Christus pro nobis maledictio factus est, non pater.)

179. de quo quid capit dici, &c.] *Capit (inquis Rhenan.) id est, contingit, Graecis ἐνδέχεται, vti mox diximus. Eodem modo accipitur quod addit: ita quod non capit. Sunt autem rursus verba Praxæ: Filius siquidem patitur, pater verò compatitur. Atqui restitimus quod habebat r. editio: Nihil ei veluti mortuo præstas, ex 3. MS. Patric. cod. pro eo quod substitutum erat: mortuo, & supplemus ex iisdem non multo post: Ita & Spiritus Dei qui pati possit, &c. pro eo quod Rhenan. ex Gorziensi dumtaxat retinuerat: Ita & qui pati possit; tum quod illud etiam habebat r. editio, tum quod sequatur: Sed sufficit nihil spiritum Dei passum, &c. Intermedia vox: sitiuè, ubi legitur: Et licet aqua fontis sitiuè patiat, accipitur aduerbialiter, pro: secundum situm.*

CAP. XXX.

180. Alioquin si vltra pergas, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Possit Praxean cum Christo committi, qui dixerit: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

181. si pater filio nō pepercit, &c.] *Stud ad sensum magis quam ad verbum citat ex Apostolo Rom. 8. ubi legitur: Si Deus, &c. Qui etiam proprio filio suo non pepercit.*

182. Et Dominus eum tradidit pro delictis nostris, &c.] *Inuenitur istud Iesai. 53. ubi ex Hebræo vertit B. Hieron. Et posuit Dominus in eum iniquitatem omnium nostrum; & eodem modo citatur à Clemente Alexandr. Pedagog. lib. 1. cap. 8.*

183. si quis sermones nouæ Prophetiæ eius admiserit, &c.] *Hoc rursus ad nouam Prophetiæ Montani, atque adeo ad errores Tertulliani pertinet, de quibus latius inter Prolegomena.*

CAP. XXXI.

184. Ceterum Iudaicæ fidei ista res, &c.] *Titulum huic capiti dedimus: Quod ad Iudaicam fidem pertineat, sic vnum Deum credere, vt filium ei nolis adnumerare.*

185. Viderint igitur Antichristi, &c.] *Rursum hic vox Tertullianica: viderint. Atqui adludit ad illud 1. Ioan. 1. Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium, deinde ad illud 1. Ioan. 4. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus (pro quo Auctor Christum ponit) est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo, quo fit vt parenthesi inclusimus (nō Patrem.) Item ad illud 1. Ioan. 5. Qui credit in filium, habet testimonium Dei in se, &c. quod testificatus est de filio suo; ex quo capite etiam illud desumptum est: Qui filium non habet, nec vitam habet.*



Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI OPERVM

TOMVS QVARTVS.

QVO CONTINENTVR POEMATA SACRA,
ET OPERVM QVÆ DESIDERANTVR NOTVLÆ;
cum Argumentis & Adnotationibus Iacobi Pamelij.

| | |
|--|------------|
| Aduersus Marcionem Libri quinque. | pag. 1050. |
| De Iudicio Domini. | 1083. |
| Genesis. | 1092. |
| Sodoma. | 1095. |
| Ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum. | 1099. |
| Apologetici pro Christianis in Græcum conuersi fragmenta, cum versione Latina. | 1102. |

| | |
|--|-------|
| Libri de Spectaculis Græci. | 1105. |
| De Virginibus Velandis Libri Græci. | ibid. |
| Libri de Baptismo Græci. | 1106. |
| Adamicum Philosophum de nuptiarum angustiis, seu de Virginitate, Libri. | ibid. |
| Libri de Fato. | 1107. |
| Libri de mundis & immundis animalibus. | ibid. |
| Libri de Circumcisione. | 1108. |
| De Vestibus Aaron Libri. | ibid. |
| De Trinitate. | 1109. |
| De Censu Animæ adu. Hermogenem Libri. | ibid. |
| Aduersus Apelletianos, qui disputabant, an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit, ad ea opera dignum aliquid pœnitentia egerit, Libri. | 1110. |
| Libri de Paradiso. | 1111. |
| De spe Fidelium Libri. | 1112. |
| Librorum sex de Ecstasi. | 1114. |
| Aduersus Apollonium Libri. | 1115. |

Notulæ

TTt

IACOBI PAMELII AD LECTO-
REM PRÆFATIO DE QVARTI TOMI
LIBRORVM ORDINE.

UMO quarto qui Libri quo ordine sint collocati, rationem vti reddamus pro eo quod polliciti sumus. Primo posuimus loco, quos ipsius Tertulliani esse certò constat ADVERSVS MARCIONEM LIBROS QVINQVE, & DE IVDICIO DOMINI LIBRVM, sicuti nuper inter Poëmata Christiana sunt æditi. Deinde Carminum libellos subiecimus, GENESIM, SODOMAM, & AD SENATOREM, quos etsi B. Cypriano inter eius opera à nobis ædita adscripserimus, non putauimus tamen absurdum sequi censuram Sixti Senensis; qui quum Tertulliano Librum de Sodoma adscribat, quatum conicio MS. codicum fidem secutus; ex stilo prorsus eodem, cõperi etiam illius esse reliquos duos. Porrò in APOLOGETICI PRO CHRISTIANIS in Græcum conuersi fragmentis, & eorum qui desiderantur Librorum Notulis, eum ordinem obseruauimus, quem in toto Tertulliani opere; præterquam, quòd Græco stilo ab ipso Auctore æditos simul coniunxerimus, utpotè DE SPECTACVLIS, DE VIRGINIBVS VELANDIS, & DE BAPTISMO. Post quos Paræneticorum AD AMICVM PHILOSOPHYM, ac DE FATO, & deinceps Exegeticorum DE CIRCVMCISIONE, DE VESTIBVS AARON, ac DE MVNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBVS, mentionem addidimus. Hinc aduersus Hæreseis scriptorum, DE CENSU ANIMÆ ADVERSUS HERMOGENEM, & ADVERSUS APELLETIANOS. Denique eorum, qui aut initio defectionis ad Montanum, aut in fine vitæ hæresi illius fauentia cõscripsit, DE PARADISO, DE SPE FIDELIYM, DE ECSTASI, & ADVERSUS APOLLONIYM. His vale in Christo fœliciter, & si quod aliquando dictorum Librorum exemplar nactus fueris, aut nobiscum communicato adiiciendum æditioni secundæ, aut ipse in lucem ædito.

Q. SEPT.



Q. SEPTIMI FLOREN-
TIS TERTVLLIANI CARTHA-
GINIENSIS PRESBYTERI LIBRI
Carmine conscripti.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI ADVERSVS
MARCIONEM EX IP SO TERTVLLIANO,
ad Libri quinti auspiciam.



PRIMVS erit referens inimici ex ordine verba,
Quæ refuga illicitè molitus protulit amens;
Hinc etiam carnis spes & victoria Christi,
Et species breuiter falsarum dicta viarum.
Ceterum Libros hos quinque qui primus inter Poëtarum veterum Ecclesiasticorum opera Christiana in lucem adidit Georgius Fabricius, eos esse existimat (in quo & ego nõ dissentio) quorum facit mentionem Tertullianus initio Libri primi aduersus Marcionem in hæc verba: Si quid retrò gestum est nobis ADVERSVS MARCIONEM, iam hinc viderit. Nouam rem adgredimur ex vetere. Primum opusculum quasi properatum, pleniore postea compositione rescideram. Hanc quoque nondum exemplariis suffectam, fraude tunc fratris dehinc Apostatæ amisi; qui fortè descripserat quædam mendosissimè, & exhibuit frequentia. Quod ipsum de hoc opere verissimum cum Fabricio confiteor, qui conqueritur, quot penè verba, tot fuisse mæda: quot versus, tot maculas; addens, quâquam plurimos errores sustulerit e vestigiis antiquæ scripturæ (vides fuisse illi MS. exemplar à Ioanne Heroldo secum cõmunicatum) tamè in reliquiis, inquit, Lector videbit, quantum adhuc supersit, quod emendatione indigeat. In quo nos etiã aliquid conatos ex Adnotationibus nostris deprehendet Lector, & eramus plusculum aliquid facturi, si ad manum fuisset codex aliquis MS. Addit idè: Tertulliani hoc opus imperfectum esse; rē declarare. Nã impetum suum, inquit, secutus, donec emendationis tēpus daretur, multa cõtra præcepta metrica fecit; quorum aliqua excusatione temporis habet; aliqua possunt excusari Grammaticorum figuris; aliqua festinationi Auctoris tribuenda sunt, qui cogitauerit opus suum quasi delineatum sub incudem ut dicitur reuocare. Qualia sunt quod cæsura libenter facit; itè quod Ablatiuum prima declinationis corripit; item quod collisionibus non rōstatis indulget. Imitandi itaque gratia non proponuntur hæc carmina, sed agnoscendi propter pietatem, quæ in isto viro singularis & grauis fuit, & studium quod in res sacras ad doctrinam vniuersam posteritatis collocauit. Hactenus ille. Siquis licentiã Poëtarum veterum Christianorum, atque adeo Auctoris nostri desideret nosse exactius, legat Vener. Bedæ Librum de Arte Metrica.

Tt ij



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, ADVERSUS MARCIONEM
Liber Primus, De vnico Deo.

CAP. I.
Gen. 3.

MPIETAS¹ profunda mali, mens inuida vitæ,
Seductos homines spe postquam cepit inani,
Nudauit; suadendo, nefas, sibi credere falsum.
Non impunè quidem; facti nam protinus ille
Ut reus, & tanti sceleris temerarius auctor
Accepit maledicta merens. Sic post ea demens
Amplius aggressus, desperantissimus hostis,

Infudit mentes hominum caligine mersas;
Oblitos Dominum, docuit spem linquere certam,
² Idola vana sequi, turbam sibi fingere diuam;
Sortes, auguria, stellarum nomina falsa;
³ Nascentum geneses constringere; posse videre
Extorum inspicis, resque expectare futuras;
Terribilis magicæ⁴ refugarum⁵ audacia ductos,
Constitam molem mirantes, spernere vitam,
Impulit in præceps, scelerata insania mersos,
Sanguine gaudentes, homicidia sæua minari;
Corpore in alterius tunc carnis vulnus amare,
Ardentes etiam calida dulcedine captos,
Fœdera naturæ transcendere, corpora munda
Complexu infando sexum maculare virilem;
Fœmineos vsus vulgi⁷ contamine mixtos,
Illicitos, castosque sinus, generique dicatos,
In coitum obscœnum pro luxu suavitati haberi.
Talia, præterito grassatus tempore, gessit
Per latebras animæ, sepis manante veneno.
Non quia culpæ parent homines, nam sponte secuti;
Ille dolo suavitati, homo libertate peregit.

[⁸ Hæc dum continuo per secula perfidus halat,
Consiliūque suum seductis cordibus infert;
Sperans (heu) scelerisque viam, se stultus habere,
Ignatus qualis maneat sententia facti.
Turba Prophetarum tectis sapientia verbis
¹⁰ Spiritu deique Dei præsaga voce loquentum
Publicè non audens Dominum maledicere nudè,
Secreto ingenio sperans se posse latere;
Tandem lux animæ carnis captiua tenetur,
Desperatorum certat spes fortior hoste.
Ipse figurator, renouator corporis ipse,
Gloria vera patris, Dei filius, vnicus auctor,
Index & Dominus venit, rex inclitus orbis,
Oppressis veniam dare promptus, soluere vincos,
Cuius amicitia auxilio, patientia pœnæ,

Et

A " Et Deus & reuouatus homo miscetur in vnum.
Virgo sancta parit, patet noua ianua vitæ;
Dicta Prophetarum factis impleta probantur;
Templa sacerdotes linquunt; stellæ quoque ductu
Mirantur Dominum, tantum se cernere partum.
In vinum vertuntur aquæ, memorabile visū;
Lumina redduntur cæcis, iusque tremens
Demones expulsi clamant, Christumque farentur.
Omnia sanantur verbo iam tabida membra,
Iam graditur claudus, surdus spem protinus audit,
Dat dextram mancus, loquitur magna mutus;
Fit mare tranquillum iussu, ventique quiescunt.
Omnia cognoscunt Dominum; confunditur hostis,
Iamque triumphatus, ferus armis paret iniquis.
[¹² Omnia quum reuocata videt, quæ ceperat ipse
Cladis in interitum, ¹³ mersam iam surgere carnem,
In cœlo s hominem deuicta morte leuari,
Signari populos, effuso pignore sancto,
Mirandæ virtutis opus, inuisa que facta;
Audit & extremas flammaram in gurgite pœnas
A Domino sibi perpetuas, tenebræque paratas,
(Irreuocata Dei sententia) nudus, inermis,
Damnatus, victus, periturus morte perenni,
Iam reus, & nullam veniam se certus habere;
Protinus ¹⁴ extremum nefas ausus, spargere passim
Auribus horrendum verbum, neque voce loquendum.
Abiectos à plebe Dei, sine luce vagantes,
Inuentos sine mente viros, terrena sequentes,
Aggressus prauis prauos docet esse magistros.
[¹⁵ Prædicat his duos esse patres, diuisaque regna.
Esse mali causam Dominum, qui condidit orbem,
Quique figurauit carnem spiramine viuam,
Quique dedit legem, & vatum qui voce locutus;
Hunc negat esse bonum, iustum tamen esse fatetur.
Crudelem, durum, belli cui sæua voluptas;
Iudicio horrendum, precibus mansuiscere nullis.
Esse alium suadens, nulli qui cognitus vnquam,
Qui non est vsquam, falsum sine nomine numen.
Constituens nihil, & nulla præcepta locutus;
Hunc ait esse bonum, nullum qui iudicat, æquè
Sed spargit cunctis vitam, non inuidet vlli.
Iudicium negat esse reis, dulcique eruentum
Circumfert miseris mixtum cum melle venenum.
Surgere posse negat carnem, cui causa ruina
Ipse fuit; quam contemptam spoliavit iniquè,
Propterea maledictus habet sine fine dolorem;
Hostis huic semper, vario quia vulnere vitam
Nititur excutere, & de qua ruit ipse, salutem.
Inque hoc & Christum terris venisse repente,
Sed nulla socium carnis compagine factum,
Spiritus at forma, & fictum sub imagine corpus,
Fallere vult homines, quod non est, esse videri.
[¹⁶ Hoc decet ergo Deum, caligine ludere suos,
Mentiri (nefas) aut hominem se dicere falso?
Portatur, graditur, vestitur, ritè quiescit,
Traçtatur, patitur, suspenditur, & sepelitur;

Tt iij

Luc. 2.

Matth. 2.

Ioan. 2.

Matth. 4.

Matth. 8.

III.

IIII.

Gen. 3.

v.

Matth. 27.

Omnia sunt hominis, quæ sancto in corpore versans
 A patre vero Deo missus, qui cuncta creauit,
 Perfecit propriè; sua, non aliena requirens.
 Cognitus ipso opere, populis sperantibus olim,
 Perque Prophetarum vocem notissimus orbi;
 Et nunc errantem manifesto in limine mortis
 Ignotum Dominum quærunt, notumque relinquunt.
 (Quorum falsa fides, falsus Deus¹⁷ irrita merces,
 Falsa resurrectio, mortis deuidio falsa,
 Martyria & vacua, & Christi quoque nomen inane.)
 Quem magicæ nebulae similem venisse docentes,
 Mendacem facti dementes esse fatentur;
 Nequidquam passum, populum sine crimine fictum.
 Sic verax Deus, hi Domino referuntur honores?
 Heu miseri, gratis ingrata morte perempti,
 Qui cæco duce præcipites in fossa ruitis?
 Et velut in somnis thesauri munere diues
 Exultat, manibusque tenet, spe lusus inani,
 Decepti, vacuam speratis muneris vmbra.
 [18 Ah tabidi, rictus, funestave præda draconis,
 Speratis pro pace truces homicidia blanda:
 Audetis culpæ Deum, qui tanta creauit;
 In cuius terris, nimia pietate profusa,
 Immemores, largè laudatis dona ruentes?
 Ipsum factorem reprobatis, facta probantes,
 Artificem mundi, cuiusve opus estis & ipsi?
 Qui vobis magnos paruis donauit honores,
 Proseuit fruges, animalia cuncta subegit,
 Tempora qui certis fecundat mensibus anni,
 Dulcores, potus varios, pingues & odores,
 Iucundos flores, nemorumque vmbacula grata,
 Mirificos tribuit succos pubentibus herbis,
 Fontes & fluuios diffundit dulcibus vndis,
 Sideribus cælum, totumque illuminat orbem,
 Immenso solus Dominus, iustusque, bonusque,
 Cognitus ex opere, aspectu non cognitus vlli.
 Quem stultæ, quamuis gentes errore¹⁹ copertæ,
 Florentes opibus, alieno nomine laudent,
 Factoremque tamen gnari culpæ verentur.
 Nec quisquam tantum, nisi vos, noua porta gehennæ,
 Ingrati eligitis Dominum maledicere vestrum.
 Hæc vobis per Marcionem²⁰ Cerdone magistro,
 Terribilis refuga adtribuit fera munera mortis.
 Nec venit in mentem, quod vos à nomine Christi
 Seductos, ad Marcionis tulit infima nomen.
 Dicite, de multis quid vobis displicet vnum?
 Quidve Deus fecit, quod non sit laude vehendum?
 Aut illud: quod vos nimium patientia larga
 Indignos, dulcem permittit cernere lucem?
 Qui legitis vera, & concisa ea falsa docetis,
 Quæ sunt postque futura, prius hæc facta probatis.
 Aut incredibile, quid differt credere vestrum?
 [21 Nec mirum si vos versutus cepit inermes,
 Persuadens duos esse patres, damnatus ab vno,
 Esse Deos; qui principio seduxerat omnes.
 Post ea multiplici manantem vulnere pestem

Distribuit

D

E

F

A Distribuit multis; & inemendabile crimen.
 22 Infandos omni magicæ dementia plenos
 Peruasit, sese virtutem dicere summam.
 Fingere cum meretrice, nefas peragrarè, volarè.
 23 Namque Valentino Deus est insanus, & æuo
 Triginta tribuit cælos, patrèmq; Profundum;
 24 Bis docuit tingui, transducto corpore flamma.
 25 Tantos esse Deos Basiliden credere iussit,
 Quantos & dies annos habet; tot denique mundos.
 26 Marcus per numeros argumentatus acutè,
 Tradidit in magicæ formam violare pudicam,
 Offerri calicem, precibusque in sanguine verti.
 27 Hebioni Christum suavit de semine natum,
 Et circumcidi docuit, legique vacare,
 Fontibus amissis elementa resumere legis.
 Extremum facinus verbis extendere nolo,
 Aut omnes causas, aut nomina dicere cuncta.
 Est per pauca satis crudelia multa notare,
 Infandosque homines atque organa sæua draconis,
 Per quos nunc tantum sceleris sine teste locuti,
 Semper factorem mundi culpæ laborant.
 [28 Sed reuocate pedem sæui latronis ab antro,
 Dum spatium datur, & patiens pietate perennis
 Facta per errorem miseris Deus omnia donat.
 Credite verò patri vero, qui condidit orbem;
 Verum qui Dominum misit renouare ruinam
 Imparibus legi, peccati in gurgite mersis,
 Per vates olim promissam afferre salutem.
 Qui mandata dedit, hic & peccata remittit.
 Exigit hic aliquid meritò, quia credidit antè,
 Aut donat largè Dominus, quasi debita seruis.
 Denique conlusos populos pœnamque merentes
 29 Deleto elogio cunctos iubet ipse lauari.
 [30 Ergo totus homo credit, totusque lauatur.
 Abstinet aut patitur pro nomine vulnera verè,
 Verus surgit homo, verè mors victa filebit;
 Sed non pars hominis anima, sua parte relicta,
 31 Percipiet palmam; socia quam carne laborans
 In stadio luctata, simul coniuncta meretur.
 Grande nefas, portare duos per vincula pondus,
 Quorum sit locuples vnus, atque alter egenus,
 Et miserum sperni, foelici præmia reddi.
 Non facit hoc iustus, mercedis redditor æquus,
 Et bonus, & diues, quem credimus omnia posse,
 Suavis in ingratos, miserendi plena voluntas.
 Quin potius, cui maior inest mortalis egestas,
 Possit vt æquari, socio prælatus, id vltro
 Quicquid eget, tribuet locuples, sic credere iustum.
 Nec velle illicitè Dominum culpæ docendo
 Sufcitet, aut quem animam tamquam sit passa ruinam
 Liberet à morte, & viuenti facta maneret
 Copia de solo merito, quia fortiter egit.
 Et caro, communem semper sortita laborem,
 Linquatur terræ, mortis sit præda perennis.
 Ergo hominis anima placuit Deo, fortibus actis?
 Nullo sola modo potuit sine carne placere.

Tt iij

1. Cor. 15.

v. 1.

vii.

viii.

ix.

Vincla tulit, pœnas, caro membris vincula gessit,
Contempnit mortem, sed carnem morte reliquit.
Illa dolens genuit, hæc vita à vulnere cæsa est.
Illa petit requiem; hæc ferro in puluere fusa,
Piscibus, alitibus, tabo, cinerique relicta est.
Frangitur infœlix laniata, sparsa liquefcit,
Surgere non mernit? quid enim committere sola
Exanimis potuit? quæ sic causa inuida vitæ
Impedit, aut prohibet Dei dona capeffere carnem;
Cùmque sua focia coniunctam viuere semper?
Cernere quid fuerit conuerfa in puluere quondam,
Post meritis renouata ferat Deo laudis honores;
Non ignara sui, fragilis, mortalis, & ægra,
Certatis, magni possit quid viuuda virtus,
Qui bonus atque potens vitam non inuidet vlli.
Hæc captiua fuit mortis, hæc vincla peribit,
Quam Dominus mira sapientia fecit & arte?
Hanc virtute sua miranda suscitavit ipse,
Hanc reuocat dux fortis, & hanc sua gloria vestit.
Ergo Dei aptauit ars & sapientia corpus,
Quod cupit, his fieri, deest hoc virtute reduci?
Causa potest pietati nulla resistere sanctæ;
Ne maior sit causa mali, quam summa potestas;
Vt cognoscat homo, iam nunc Dei munere saluus,
Mortalis quondam, nunc inuolabile & ingens
Vestitus lumen, viuus cum corpore totus,
Immensum virtute Deum, pietate perennem,
Per Christum regem, per quem via lucis aperta est;
Et iam luce noua, iam dono plenus vtroque,
Fructibus & viuæ paradisi lætus amœnis
Laudet in æternum, cœlesti diuus in aula.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM PRIMVM ADVERSVS MARCIONEM.

I. DE DEO VNICO.] Adieci istud titulum, quod
breue id sit huius libri argumentum, sicuti etiam primi
libri adu. Marc. supra Tomo precedenti.

CAP. I.

2. Impietas profunda mali, mens inuida vitæ,
&c.] Caput hoc inscripsimus: De prima nominis sedu-
ctione, deinde & ad idololatriam per diabolium;
Eum enim more Tertulliano Malum appellat. Castiga-
uimus verò paulopost: posse videre, pro: videri.

3. Idola vana sequi, &c.] Idolum (Beda teste libro
de Arte Metrica) media correpta semper Ecclesiastici,
fortassis indulgentes consuetudini vulgi, usurparunt; at-
que adeo est contra fidem veteris lectionis, quod quidam
in Prudentio, Sedulio, & Atratore loca aliquot ita mu-
tarunt vt producat.

4. Nascantum geneses constringere, &c.] Ad-
uersus Geneblicos, qui nascantum geneses, id est, or-
tus, constringere nituntur ad certos euentus; plures lo-
cos habes supra.

5. refugarum, &c.] Similiter infra cap. 6. Terribi-
lis refuga adtribuit fera munera mortis; accipiens
refugam pro transgressa, sicuti etiam Prudentius Peri-
stephanos. Et rursum lib. 2. in initio: refugis spirantibus.

Et cap. 4. refugarum immane tropæum. Ac lib. 5.
Quæ refuga, &c. protulit amens.

6. audacia ductos, &c.] Haud aliter paulopost:
scelerata infania meritos, &c. sequi. testis sapien-
tia verbis, item: patientia pœnæ, denique cap. 7.
magicæ dementia plehos, ac cap. 9. sua parte reli-
cta, &c.: sapientia fecit & arte, ac: sua gloria ve-
stit, & frequentissime his libris quinque, corripiens
Ablatius in a, qui à Veteribus produci solent, mo-
re Christianorum Poëtarum, sicuti tradit Beda lib. de
Arte Metrica.

7. contamine, &c.] Eadem voce vsitur infra lib. 4.
cap. 4. plebem contamine plenam, pro re contamina-
ta, sive spurcicia & ignominia.

8. seps manante veneno, &c.] Seps (inquit Epi-
phan. har. 36.) est reptile quadrupes, stellioni simile, cu-
ius morsus detrimentum pro nihilo reputatur; spiritum
autem in cibum aut potum ei aculat, statim mortem su-
mentibus inducit. Vnde aptissima est comparatio cum ser-
pente diaboli, qui per pomi vetis sumptionem, veneno in-
fecit hominem. Atqui ibi: Non quia culpant homi-
nines, &c. obscurum est illud: culpant, nisi sub-
intelligatur: diabolum.

CAP.

CAP. II.

9. Hæc dum continuè per secula perfidus ha-
lat, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De Christo ho-
minis lapsi redemptore. Halat verò hic accipitur, pro
halitu inficere & corrumpere. Atqui est hic locus muti-
lus ad versus illum: Turba Prophetarum, &c. cum
sequenti, quasi voluerit dicere Auctor: Quamquam spera-
ret hostis humani generis se sceleris viam perpetuò retene-
turum apud homines, primum per Prophetarum verba
impeditum, & quum nihilominus quod publicè non au-
debat, secretò pergeret adentare, venisse Christum redem-
ptorem.

10. Spiritu deque Dei, &c.] Non hic modo, sed fre-
quenter postea in libris carminum corripit u. litteram an-
cipitem in sine versusum. Tale est illud lib. 2. infra cap. 5.
pignusque suo de spiritu fudit, ac: de spiritu vita,
& lib. 4. cap. 2. nullus locus ambitu claudit. Quale
quid et ab aliis Poëtis Christianis vsurpari adnotat Beda.
Eiusdem farina est quod e in sine corripitur in voce: pu-
blicè, & i paulopost in illo: Dei filius. Atqui ad phra-
sin Tertullianicam iam antiquatam pertinet: Dominum
maledicere, tum hic, tum infra cap. 6. Item: figurator
mox accipitur pro eo qui figuram indidit, sicuti etiam in-
fra cap. 4.

Quique figurauit carnem spiramine viuam.
& alicubi supra.

11. Et Deus & renouatus homo miscetur in v-
num, &c.] Veram de incarnatione Christi & duobus
eius naturis diuinæ & humanæ sententiam, habes supra
Tomo preced. lib. adu. Praxean cap. 27.

CAP. III.

12. Omnia quum reuocata videt, quæ ceperat
ipse, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De hære-
seon asperione per diabolium.

13. merfam iam surgere carnem, &c.] Istud ad Ba-
ptismi ceremoniam pertinet, de quibus supra latius Tom. 3.
lib. de Baptis. num. 1. sicuti & illud: signari populos,
ad Confirmationis sacramentum, de quo etiam ibidem cap.
8. num. 54. ac lib. de Prescript. aduers. har. cap. 40. nu-
mer. 243.

14. extremum nefas ausus, &c.] Peculiare est Ter-
tulliano nefas vltima breui, tum hic, tum in illo, cap. 5.

Mentiri (nefas) aut hominem se dicere falsò.
cui simile est in initio cap. sequi. duos esse patres, quale quid
de littera s. in sine dictionum correpta adnotauit Beda ex
Prudentio, Sedulio, & Fortunato. Atqui mox castiga-
uimus:

Adgressus prauis, prauos docet esse magistros,
pro: decet.

CAP. IIII.

15. Prædicat his duos esse patres, diuisaque re-
gna, &c.] Caput hoc inscripsimus: De hæresibus Mar-
cionis. Vt pote istis: Prædicat his duos esse patres, id
est, Deos; esse mali causam Dominum; Iudicium
negat esse reis; contra quæ infra est liber: de Iudicio
Dei; Surgere posse negat carnem; denique Chri-
stum, fictum sub imagine corpus; de quibus omnibus
in genere latius supra dicto lib. de Prescript. aduers. har. c.
51. har. 17. num. 322. & peculiariter de singulis libris 5.
adu. Marc. Atqui paulopost castigauimus: falsum sine
nomine numen, pro: nomen.

CAP. V.

16. Hoc decet ergò Deum, caligine ludere sua-
fos, &c.] Titulum huic capiti imponimus: Confutatio

hæreseos de ficto Christi corpore. Quod argumentum
tractauit latius supra Auctor lib. de Carne Christi. Hic
verò castigauimus: quæ sancto in corpore versans,
pro: versis. A patre verò Deo missus, &c. pro eo quod
erats: Deo vero, maxime quum & à Tertulliano, & ab
aliis Christianis poëtis corripit soleat o. in sine dictionis,
etiam adiectiuorum.

17. irrita merces, &c.] Pertinet hoc ad mercedem
operum, de qua supra non semel, in sequentibus adludis
ad cap. 15. prioris Epist. ad Cor. Atqui illud: in fossa rui-
stis, rectè interpretatur Fabricius: in defossa, in sentes la-
sentes.

CAP. VI.

18. Ahtabidictus, &c.] Inscriptionem huic capiti
fecimus: Aduersus hæresin de Deo malorum au-
ctore, contra quam habes supra lib. 2. adu. Marc. necessa-
riò autem castigauimus tabidi, pro: tacidi, maxime quod
illud Draconis epithetum sit.

19. coperta, &c.] Pro: cooperta, sicuti etiam infra lib.
2. cap. 1. Hastæ mucrone coperto, ac lib. 5. cap. 9. Flu-
ctus fiet & que copertis; quæ figura etiam in prateri-
tis vsitur lib. 3. cap. 4.

Peccati votum violenta morte copertit.

20. Cerdone magistro, &c.] De Cerdonis magi-
stri Marcionis hæresibus vide dicti lib. de Prescript. ad-
uers. har. cap. 51. har. 16. num. 321.

CAP. VII.

21. Nec mirum si vos versutus cepit inermes,
&c.] Caput hoc inscripsimus: De aliis hæresibus. Casti-
gauimus verò: Nec mirum, pro: Nimirum. Est autem
notatu dignum, quod hæresin vocet: in emendabile cri-
men, quippe quum experientia quotidiana id verissimum
esse conperiamus in eis qui semel hæretici fuerint.

22. Infandos omni magicæ dementia plehos,
&c.] Adludit ad Simonem Magum, de quo, quod virtu-
tem sese summam dixerit, vide dicti lib. de Prescript.
aduers. har. cap. 46. har. 1. num. 301. simul etiam de He-
lena eius meretricis, lib. de Anima cap. 34. num. 412. De
volatu autem eius vide Egesippum de exordio Hieros. lib.
3. cap. 2. & B. Maximum serm. de SS. Petro & Paulo.

23. Namque Valentino, &c.] De hoc vide dictum
librum cap. 49. har. 12. num. 315. & integrum librum ad-
uersus Palenianos.

24. Bis docuit tingui, transducto corpore flam-
ma, &c.] Intelligit hæreticos quosdam, qui bis bapti-
rent, semel in aqua, semel in igne; quarum ramentum alibi nul-
lam mentionem repperi; praterquam quod Philastrius,
quamquam adhuc subobscurè, lib. de hæres. Hernianis &
Seleucianis adtribueret videatur, quod non in aqua, sed in
igne baptiarent, prater textum illius Ioannis Baptistæ, Matth.
3. Ille vq; baptizabit in spiritu & igne. Substituimus au-
tem more Tertulliano: tingui, pro: tingi.

25. Tantos esse Deos Basiliden credere iussit,
&c.] De hac hæresi Basilidis latè Epiphani. har. 31. ubi
Deos 365. quantos & dies annus habet, nominatim
enumerat. De eadem etiam aliquid supra diximus dicto
lib. de Prescript. adu. har. cap. 46. har. 4. num. 304. Pec-
uliare verò est illud Auctori, quod addit: tot denique
mundos.

26. Marcus per numeros argumentatus acutè,
&c.] Provisus sic castigandum hic Marcus, pro Marcion;
neutrum enim de Marcione scribitur, sed de hæresi Mar-
ci ex Græcorum Alphabeto composita, in qua per
numeros argumentatus est vsque ad DCCCCLXXXVIII.
vide ibidem cap. 50. har. 15. num. 319. De præstigiis verò

magica, quibus utebatur, in oblatione calicis, lib. adu. Valent. cap. 4. num. 32. Atqui facit pro confirmatione sacrificij Christiani etiam istud, quod offerri calicem dicat Auctor.

27. Hebione Christum suast de femine natum, &c.] De hac heresi Hebionis vide supra lib. de Carne Christi, 100 cap. 18. & de eo quod legem proposuerit cum Euangelio, dicto lib. de Præsc. adu. heret. cap. 48. har. II. nu. 313.

CAP. VIII.

28. Sed reuocare pedem, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Reuocatio ab hæresibus ad fidem Christi. Vbi necessarid castigauimus: Reuocare, pro: reuocare; & dum spatium datur, pro: detur. Vsurpatur deinde verò coniunctio vltima breui, dum legitur: Credite verò patri vero, & ibi: quia credidit antè, accipitur credere pro concedere. Videtur verò corruptum illud: Denique conclusos, sed emendauimus: pœnamque merentes, pro: merentem, eo quod præcedat: populos.

29. Deleto elogio cûctos iubet ipse lauati, &c.] Accipi hic elogium ab Auctore pro certa alicuius res institutione adnotauit Fabricius, nec malè, si retineatur veter lectio: Delecto elogio; sed quum locis supra citatis Tom. I. Apolog. ca. 2. num. 22. & alibi, quantum memini, semper, in malam partem pro accusationum titulo, hæc vox ab Auctore accipitur, putauimus potius esse legendum:

Deleto elogio, non aliter atque ibidem lib. ad Scapulam, cap. 4. dixit: scisso elogio, ut adludat ad illud Apostoli Coloss. 2. Delens quod aduersus nos erat chirographum delicti.

CAP. IX.

30. Ergo torus homo credit, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De salute & resurrectione non animæ modò, sed & carnis; quod ipsum latius tractauit supra lib. de Resurrectione carnis, cap. 4. 15. 16. & 17. contra heresim Marcionis, qui sicuti habetur sapedito lib. de Præscript. aduers. her. cap. 51. her. 16. num. 321. & her. 17. num. 322. Resurrectionem animæ tantummodò probabat, carnis negabat. Est verò etiã illud Tertullianicum: patitur pro nomine. Atqui castigauimus, mors victa silebit, pro: mors vita.

31. Percipiet palmam, &c.] Facit istud ad confirmandam mercedem pro meritis operum bonorum, sicuti & illud: præmia reddi, ac: mercedis redditor æquus, & de solo merito, denique: Post meritos, &c. honores. Atqui corrupti videntur illi versus:

Nec velle illicitè Dominum culpate docendo, Sufciter, aut quem animam tamquam sit passa ruinam, &c.

Item & ille:

Cernere quid fuerit conuersa in puluere quondam.

vbi videtur locus mutilus.

ARGUMENTVM LIBRI SECVNDI ADVERSVS MARCIONEM, ETIAM IPSIVS AVCTORIS.

ND E sequens, coniuncta docet mysteria Legis, Inque nouo Deus quæ fœdere tradidit vnus.

Porrò his verbis satis obscuris indicat Auctor scriptum esse huc librum, DE CONSONANTIA VETERIS ET NOVÆ LEGIS, quod adeò recens Titulo adiecimus. Prout etiam castigauimus: Deus, pro: Diuis, tum quòd nò semel his libris producat priorem syllabam dictionis Deus, tum quòd non soleat Veteres aliquos Diuos vocare; tum denique quòd ad institutum faciat Deus vnus contra plures Marcionis Deos.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, ADVERSVS MARCIONEM Liber secundus, De concordia veteris & nouæ Legis.

CAP. I.



OSTOYAM fracta fides refugis spirantibus hostis, Et glomerata dolis, emerfit pestis operta Sponte sua; mendax contempto numine sensus Confixit plagas, fallaci tramite pallens. Sanctorum dictis sua miscuit impia verba, In' que bonum semen lolium miserabile seuit. Inde volens omnem causam constare ruina, Scilicet vt sua facta Deo subsignet iniqua

Ocius,

A

Ocius, & possit suos infingere pœnis; Veris falsa tegens, & lenibus aspera vertens; Et roseis fertis hastæ mucrone coperto, Improuisè necans incautos morte suprema. Supremum nefas, intantum dementia merfos Abruptos homines, numen sine fine tremendum Diuidere in partes; Christi sublimia facta, Falsa laude sequi, culparè que gesta priora; Innumerata Dei miracula, visa nec vniquam, Antè nec audita, contentaque corde nec villo. Tam temerè scelus illicitum componere verbis, Aduersum sese duo testamenta sonare, Contra Prophetarum, Domini committere verba; Dissimili longè sententia velle probare, Omnem Legis & infamem deducere causam; Sanctorumque patrum vitam reprobare priorem, Quos in amicitiam adlexit Deus, ad sua dona. Accipitur sine principio pro parte minori, Quattuor ex vno quum sint, ex quattuor vnum, His tamen vna placet, reprobat tres denique partes. Auctoremque sui Paulum per multa capessunt; Necnon ex ipso furiebat in extima verba; Omnia quæ veteri de fœdere cunque locutus Dura videntur eis; merito quia corde grauatis Pondus Apostolicum, fulgentis gratia verbi, Lumina præducit menti, neque cernere possunt; Spiritu lata putant hebetes, animalia digna.

B

[Sed vos, qui nondum penitus, duce nomine falso, Mente ipsa reprobi, penetrafastis ad intima mortis; Discite de fonte fluuium manare perennem, Qui nutrit lignum, bisenos gratia fructus, Exit & in terram, ventosque in quattuor orbis, Tot fluit in partes fontis color & sapor vnus. Sic & Apostolico decurrit Ecclesia verbo, Ex vtero Christi, patris omnis gloria plena, Sordes diluere, & fata mortua viuificare.

C

Quattuor in numero diffusum in gentibus vnum Electaque fide susceptum, doctor opimus Tradit Euangelium Paulus sine crimine mundum; Abque hoc & Galatas veruit discedere sanctos, Quos falsi fratres se circumcidere suos, Atque elementa sequi, noua libertate relicta, Umbra futurorum veteri seruire docebant. Has habuit Galatis causas conscribere Paulus; Non vt Euangelij partem pro corpore toto Exciperent modicam, maiori parte relicta. Atque adeò non verba libri, sed missus in orbem Ipse Christus, Euangelium est, si cernere vultis, A patre qui venit, solus bona nuntia portans Testificata prius; cuius ingens gloria complet, Ostendens operè, quantus sit conditor orbis. Cuius facta, simul di & is coniuncta, fideles Illi Matthæus, Marcus, Lucasque, Ioannes, Conscripsere, mera, non extera verba locuti, Spiritu sancta Dei, tanto præsentè magistro. [Hic agnus Paschæ suspenditur hostia ligno;

I. Cor. 2.

II.

Psal. 18.

Gal. 1. Gal. 2. Gal. 4.

III.

1. Cor. 5.

Hunc Paulus phasē, conscribens decreta Corintho,
Occisum tradit, vitāque, Deūque futurum
Promissum, patribus quos ille cōtauerat antē.

Gen. 22.

Cernite quid virtus, quid Paschæ possit imago,
Sic verum quid sit poteritis Pascha videre.
° Ne fidus pater, & vates, cui pignus & hæres
Carus erat, quem fortē Deus donauerat illi,
Hunc Deo mactaret, merito tentatus amore;
Supplicium magnum, sanctus pro sanguine sanguis

Exod. 12.

Connexus capite spinis ostenditur agnus,
Hostia sancta Deo. Cuius de morte piati
Effet vt in signum & vastatæ pignora gentis,
Sanguine signantur postes, & limina multa,
Immane auxilium, caro testis creditur esca.
Ies. 5.

Iesus transgressus Iordan, terrāque potitus,
Lege dedit Pascham, gaudens atque immolat agnum.
Et reliqui magni reges, sanctique Prophetæ,
Non ignorantes certæ promissa salutis,
Ingentēque, metu pleni, transcendere legem,
Venturam summæ virtutis imagine molem,
Inspectam è speculo celebrarunt ordine Pascham.
Denique si celeri primordia mente recurras,
Inuenies funesta nimis, post impia verba.
Credulus, heu, facile nudatus tegmine vitæ,
Pellibus vt tegetetur homo, suspenditur agnus,
Aut peccata necat, aut sanguine funera delet,
Aut cooperit nudos, ° fouet aut suo vellere vulnus.
Non pecoris sanguis humano sanguine pluris?
Vt pro peccatis oblatus dirimat iram,
Aut multæ plebis, veluti si carior agnus.
Auxilium immane, tantæ tutela salutis,
Oblatus potuit pretium fatis esse salutis?

1. Ioh. 1.

At Deus omnipotens, cæli terræque creator
Immensus, viuus, perfectus, luce perennis,
His non placatur, pecudum neque sanguine gaudet.
Omnia mactentur pecora, grex omnis in aras
Decremet, vt veniam vel peccati expiet vnus;
Nequaquam Domini sapiens maculata figura,
Tam vili pretio, caro foeda parauit honores;
Sed spes & promissa fides mortalibus olim,
Hæc operata tulit, magnæ rationis imago,
Præmeditata patris, nimia pietate parata
Venturum Christum terris, hominēque futurum.
Quem visum Ioannes baptismi primus apertor,
Et vatum socius, nec non & Apostolus ingens,
Præcursor missus certus, testisque fidelis,
Augustus vita, sublimi laude notatus,
Olim Pascha Dei, verum quærentibus agnum,
Ostendit tandem venisse, piacula facti
Qui delicta suo multorum sanguine soluat,
Pro reprobis probus, & carus, pro vilibus vnus.
Corpore homo, vitæque Deus, mactatus vt agnus,
Acciperet nos, & nobis se effunderet ipsum.
Sic placuit Domino, mortem spoliare superbam,
Sic poterit miserandus homo sperare salutem.
1. Cor. 5.

Hunc Pascham Paulus mactatum prædicat agnum;

Nec

D

E

F

A

Nec species Domini pecoris sublimis inertis
Consimilis patitur, quapropter dicitur agnus;
Sed quia lanities renouata hæc corpora vestit,
Dat tegimen multis, vñquam nec deficit ipse.

[⁸ Sic Dominus virtute patris, quos morte redemit,
Exutos sua luce tegit, quæ semper in illo est.
Ergo Pastor ouem qui perdidit, ipse requirit.
Is robur spinasque vñ calcare paratus,
Aut rabiem superare lupi, pecudumque potiri,
Eripere fortis, contemptis dentibus vltro
Obiectat sese Leo, pelle obiectus ouili,
Decipiens habitu, rapturus sanguine fauces.
Adam vi captus sic quærit Christus vbique,
Ipse viam gradiens, qua mors operata ruinam est,
Omnia perlustrans veterum monumenta virorum,
Singula perspicuens, exemplis omnibus vnus,
Ex vtero incipiens inimicam expellere mortem,
Conceptæ simul in gremio cum semine carnis
Ætates omnes tacita sapientia lustrans,

B

Debita suscipiens, cunctos mundare paratus,
Reddere factori multos, quos sparserat vnus.
Et quia terribilis puteo demersus iniquo
Vir cecidit, suasit virgo subducta dracone;
Consilio placuit, tegmen cœleste reliquit;
Arguit hos lignum nudos, mors atra coëgit.
Ex eadem massa simili ratione resecta
Iam renouata, redit flos carnis, & hospita pacis
Virgine desponsa caro, non ex semine nato
Artifici coniuncta suo, sine debito mortis
Angelus hæc mandata patris, per sidera defert
Lucida, vt angelica credantur nuncia fama
Virginis vt virgo, carnis caro debita soluat,
Talibus ingressus sequitur vestigia mortis
Paruulus immanis, senior puer, & iuuenis vir.
Post vbi iusta vitæ completa est roboris ætas,
Paulatim solitus focia deperdere vita;
In foedas etiam rugas, & inertia membra
Mutati specie vacuatis sanguine venis
Constitit, haud habitum passus vetera scere carnis,
Quæve manum extendit temerè contingere lignum.

C

° Qua die, quove loco cecidit clarissimus Adam,
Hæc eadem redeunte die volentibus annis
In stadio ligni, fortis congressus athleta;
Extenditque manus, pœnam & pro laude secutus
Deiicit mortem, quia mortem sponte reliquit.
Exiit exuuias carnis, & debita mortis,
Serpentis spoliū, deuicto principe mundi
Adfixit ligno, refugarum immane tropæum.
In cuius signum Moses suspenderat anguem,
Et quotquot fuerant multis serpentibus icti,
Aspicerent ipsum fixum fixumque draconem.
Post vbi secretas inferni venit ad vndas,
Atque suum victor captiuum luce retexit,
Astanti iussumque patris virtute peregit,
° Spontè suum corpus quod liquerat, ipse recepit.
Causa hæc mortis erat, eadem via facta salutis;

I I I I

Luc. 15.

Gen. 3.

Luc. 1.

Num. 21.

Nuncius ille doli, sed pacis nuncius iste;
 Sponsa virum necuit, genuit sed sponsa leonem,
 Virgo viro nocuit, sed vir de virgine vicit.
Gen. 2. Cuius in exemplum sopito corpore somno,
 Sumitur ex latere mulier, quæ costa mariti;
 Quam carnem de carne sua, deque ossibus ossa,
 Euigilans dixit, præfaga mente locutus.
1. Cor. 15. Mira fides, meritò Paulus certissimus Auctor
 Christum de cælis Adam docet esse secundum.
 Veritas ipsa suis exemplis vta refulget.
 Nec cupit ex alieno acres ostendere gressus;
 Pauperis hoc opus est, propriæ virtutis egeni;
 Hæc Paulus docuit magnus mysteria docta,
Joan. 19. Scilicet in Christo esse decus, tuum Ecclesia cernens
 Huius de latere, ligno pendentis in alto
 Corporis exanimi sanguis manavit & humor.
 Fœmina sanguis erat, aquæ erant noua dona lauacti,
 Hæc populi vera est viuentis Ecclesia mater,
Matth. 27. De Christi noua carne caro, deque ossibus ossum.
 Golgotha locus est, capitis caluaria quondam;
 Lingua paterna prior sic illum nomine dixit;
 Hic medium terræ est, hic est victoria signum.
 Os magnum hic veteres nostri docuere repertum,
 Hic hominem primum suscepimus esse sepultum,
 Hic patitur Christus, pio sanguine terra madescit,
 Puluis Adæ vt possit veteris cum sanguine Christi
Matth. 12. Commixtus, stillantis aquæ virtute leuari.
 Hæc ouis est vna, quam se per Sabbatha viuam
 Inferni è puteo statuit subducere pastor.
Joan. 5. Propterea cunctæ carnis præmortua membra
Joan. 9. Curabat Sabbathis; aut cæci à germine nati
 Lumina, quæ nondum dederat, cernendo peregit;
Joan. 11. Aut hominem totum exanimum, per Sabbatha viuam,
 Deque sepultura præfenti plebe vocauit;
 Ipse noui factor, veteris bonus ipse refector,
 Aut quæ defuerunt supplens, aut perdita reddens.
 Hæc ineunte die sancto, sperantibus in se
 Facturus plenè pro pacto, posse docebat.
 [14 Quid? Caro si moritur, nec spes datur vlla salutis;
 Quas habuit causas, hominem se fingere Christus,
 Et medicare homines, aut curam carnis habere?
 Corruptela potens liquefactum soluere corpus;
 Non poterit virtus Domini reuocare solutum?
 Credunt interitu qui non sua corpora solui,
 Non credunt Domino, sua qui vult merfa leuare,
 Aut nolle præstare bonum; neque posse potentem
 Dicunt, ignari quanto de crimine lætent,
 Infirmas ausi causas præponere morti.
Joan. 12. In grano latet arbor, & hoc nisi terra sepultum
 Putrescat, non dat decoratos arbore fructus.
 Iam liquidæ stringentur aquæ; stridente rigore
 Saxa fient, & semper erunt, nisi magna potestas
 Soluerit inducto molli spirante tepore.
 Viticulæ in gracili latet ingens corpore botrus,
 Si quæras, non est; quum vult Deus, esse videtur.
 Arboribus folia, spinis rosa, germina campis

D
E
F

Mortua

A Mortua deficiunt, & rursus viuæ resurgunt.
 Hæc homini Deus ante oculos reuocata reformat,
 Propter quem locuples, primus largè omnia fecit,
 Omnia nuda cadunt, suo corpore singula vestit.
 Cur hominem solum, cui tantos fudit honores,
 Non tantum reuocet sibi, quem super omnia fecit?
 16 Ergo caro & sanguis Dei regno digna negatur,
 Tanquam sit Paulus propriè de carne locutus.
1. Cor. 15. Ille quidem magna docuit, sed inania corda
 Carnali sermone putent; nam pristina facta
 Sanguinis & carnis voluit sub nomine dicta,
 Cœlestis magni memoratus verba magistri;
 Qui per aquam de se genitis sui nomen honoris
 Donauit, pignusque suo de spiritu fudit,
 Vt cuius fuerant homines virtute redempti,
 Huius & acciperent, renouati nomen honoris.
 Ergo quia populis nondum suo fonte renatis,
 Sordibus antiquis tectis, & debito mortis
 Ex veteri causa regnum cœleste negauit,
 Dicens: humanum rursus debere renasci;
 Quod natum est de carne, caro est, de spiritu vita;
Joan. 3. Radicis veteris noua germina gloria mutans
 Ablutum corpus iam non de carne vocari,
 Hoc sequitur Paulus, sic est de carne locutus.
 17 Denique dixit: Oportere superindui vestem,
2. Cor. 5. Hunc habitum fragilem, mortalem contegi formam.
 Non aliud corpus dari, sed prius illud inermem
 Vndique regno Dei lato circumdari totum;
 Momento aspectus oculi mutabitur, inquit:
Ibidem. Vt rusæ ceræ facies dispanditur herba,
 Et mutat proprium candenti sole colorem;
 Sic eadem caro fulgenti de gloria sumens,
 Gaudebit, semper gaudens, & morte carebit,
 Deuictum clamans crudelem corporis hostem,
 Glutitam mortem, fortis victoria Christus,
 Ingentes Deo summa ferens ad sidera laudes.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
 LIBRVM SECVNDVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.
Postquam fracta fides refugis spirantibus
 hostis, & c.] Caput hoc inscriptum: De hæ-
 resibus Marcionis, & maxime qua dixit:
 Aduersum sese duo testamenta sonare,
 qua quatuor tres Euangeliorum partes reproba-
 bat, vnico Luca retento. Emendauimus verò: emerfit
 pestis operta, pro: peccatis; quod visio typographico vide-
 batur irrepsisse; sicuti etiam paulopòst:
 Improuise necans incautos morte suprema,
 pro: Improvisa negans. Atqui pertinet ad phrasin Ter-
 tullianicam illud: vt sua facta Deo consignet iniqua,
 & suos, pro: persuasos, infigere pœnis, & paulopòst:
 Domini committere verba.
 2. Innumerata Dei miracula, visa nec vnquam,
 & c.] isti versus conuinximus:
 Antè nec audita, contentaque corde nec villo,
 & postposuimus illud:
 Tam temerè scelus illicitum componere verbis;
 eo quod illic addidit ad illud [Isai. 64. & 1. Cor. 2. Quod
 oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis as-
 cendit, quo fit vt etiam castigauerimus: contentaque, pro:
 contemptaque: Sicuti etiam paulopòst: quia corde
 grauatis, pro: grauati. Porro etiam ibi mendam subesse
 videtur:
 Spiritu lata putant hebetes, animalia digna;
 aut locus mutilus, cui absque MS. cod. mederi non licuit.
 CAP. II.
 3. Sed vos, qui nondum penitus, duce nomine
 falso, & c.] Titulum huic capiti dedimus: De quatuor
 Euangelis à Paulo & Ecclesia receptis. Atqui: no-
 mine falso, intelligit nomen Marcionitarum.
 VVv ij

4. de fonte fluuium manare perennem, &c.] Sollemne est (Seda teste) Poëti Christianus, ut e in sine producant, duabus in dictione altera consonantibus sequentibus; sicuti exempli gratia, tum hic Auctori, & non semel postmodum, in Iuoco lib. 4. *Aspicite scribas, & Prudentio Cather. cade stupēda. Adludit autem ad bisseos Apostolos, quorum sonus exiuit in omnem terrā & in ventos quatuor orbis, id est, in fines orbis terrarum, sicuti legitur Esal. 18. Atqui emendauimus: Sordes diluere, pro: Sordidē (vbi nonē accipit: fata mortua, pro mortuis hominibus) & mox: Elecāque fide, pro: Elecāque.*

CAP. III.

5. Hic agnus Paschæ suspenditur hostia ligno, &c.] In scripturam huic capiti imposuimus: De Pascha veteri, Christi figura. Adludit verò ad illud 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, & illud: vitamque Deumque futurum, referitur ad id quod sequitur: Promissum; vbi sequitur vox antiqua: illectauerat, & mox Poëtico more producta in penultima vox: poteritis.

6. ne fidus pater, & vates, &c.] Abrahamum intellegit, qui Gen. 22. pro Isaac eius filio ad immolandum

Connexus capite fipinis ostenditur agnus, sicuti in eo quod sequitur:

-Cuius de morte piati

Esset ut in figum, ad Exod. ca. 12. Vbi sanguine agni Paschalis iubentur signari postes & limina multa, pro quo malim legere: muta, sed nihil immutauit. Quibus adiicit & Pascham celebratam, 10. 5. Castigauimus autem paulopost: aut sanguine funera delet, pro: dolet.

7. fouet aut suo vellere vulnus, &c.] Hic per licentiam Poëticam corripitur o littera in sine dictionis suo, sicuti etiam frequenter postea in hisce libris, de aliis Christianis Poëti idipsum vide apud Bedam. Emendauimus etiam: vt pro peccatis, pro: Aut, vt id quod precedit: Nō pecoris, sit interrogatio, & accipiat more Tertullianico: Non, pro: Nōnne. Porro agnum Christum probat etiam ex Euangelio Ioan. 1.

CAP. IIII.

8. Sic Dominus virtute patris, &c.] Caput hoc inscripsimus: De cōparatione primi parentis Adam, & secundi Christi. Est verò Tertullianicum: pecudūmq; potiri, & eripere fortis, sic enim legimus e in sine producta, pro eo quod erat: Eriperet; item: virgo subducta dracone; item non multo post: sine debito mortis; sic enim castigauimus pro: debita, sicuti etiam: vestigia mortis, pro: mortem. Rursus verò ad stilum Auctoris pertinet: manum extendit, &c. contingere lignum.

9. Qua die, quōve loco cecidit clarissimus Adā, &c.] Sic emendauimus, pro: clarissimus. Atqui quod hic dicit, & mox clarius, repetit hu. verbū:

Golgotha locus est, capitis caluaria quondam, &c.

Os magnum hic veteres nostri docuere reperitum,

Hic hominem primum suscepimus esse sepultum, &c.

habes etiam apud B. Cyprianum tract. de Resurr. Christi, vbi vide similes P'eterū locos in Adnotationibus nostris num. 3. Auctori peculiare est, quod etiam eodem die

passum scribit Christum, quo Adam cecidit.

10. Sponte suum corpus quod liquerat, ipse recepit, &c.] Istud de Christo intelligendum iuxta naturā humanam, secundum quam mortuum est & sepultus.

11. Scilicet in Christo esse decus, tuum Ecclesia cernens, &c.] Corruptum est hic versus, cui quod deessent MS. cod. mederi nō potui. Vbi interim prima syllaba vocis Ecclesia corripitur, quod peculiare est Auctori tum supra huius lib. c. 2. Decurrit Ecclesia verbo, tum hic, tum paulopost:

Hæc populi vera est viuētis Ecclesia mater, & lib. 3. infra, cap. 7.

Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia mēbra. Suspicor autem etiam ibi mendum subesse: scēmina fan- guis erat.

12. Golgotha locus est, &c.] Producitur hic media huius vocis syllaba, qua Eymio de Pascha Domini, apud Cypri. corripitur:

Est locus, ex omni medius quē cernimus orbe, Golgotha Iudæi patrio cognomine dicunt.

sicuti etiam à Iuueno lib. 4. vbi ruris Golgotha nomen. Castigauimus autem mox: stillantis aquæ virtute leuari, pro: leuare.

13. Aut hominem totum exanimem per Sabbatha viuū, &c.] Peculiare est hoc Auctori, quod insinuat resuscitationem Lazari, 10. an. 11. factam in Sabbatho; nam de illo illi loqui manifestum sit ex eo quod sequitur: Hæc ineunte die sancto, &c.

CAP. V.

14. Quid: Caro si moritur, nec spes datur vlla salutis, &c.] Titulum huic capiti fecimus, De resurrectione & salute carnis æquē atque animæ. De quo vide supra lib. 1. c. 9. num. 30. Emendauimus verò: Quid? pro: Quod, & salutis, pro: salutis. Est autem Tertullianicum: medicare, &: Non poterit, &c. pro: Nōnne.

15. Saxa sient & semper erunt, &c.] Castigauimus: sient pro: fiunt. Et verò corripitur hic prima eius dictionis littera contra Ethnicorum Poëtarum morem, tum hic tum infra in Genesi: Lux fiat. Nec absimiliter Prudentius Peristeph. & fauilla iam tenuis fiet, ac fisco Cyprianus alter item lib. 1. adu. Sym. quacumque fiant auctore senatus, denique & Auctori lib. 2. Credite vera sient. Vide etiam de hoc Bedam. Emendauimus verò: mortua deficiunt, pro: deiciunt.

16. Ergo caro & sanguis Dei regno digna negatur, &c.] Pulcre interpretatur illud Apostoli 1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt; de quo latius supra lib. de Resurr. carn. c. 46. 49. 50. & 51. Castigauimus autem mox: Carnali sermone putēt, vt deriuetur à putere, pro: putāt, ac paulopost rursus: & debito mortis, pro: debita. Item: humanum (nepē, genus) rursus debere renasci, pro: humano. Atqui habes hic correptas in sine dictiones: Dei, & mox: sui, etiam contra regulas veterum Patrum, de quo latius Beda.

17. Deniq; dixit: Oportere superindui carnem, &c.] De hoc Apostoli 2. Cor. 5. loco etiam supra dicto lib. latius cap. 41. 42. & 43. sicuti etiam de illo: in Atomo, in momentaneo motu oculi, ibidem. Atqui: rufam cetam more suo rubeam intelligit; &: glutitam usurpat, pro: deglutitam.

ARGV-

A ARGVMENTVM LIBRI TERTII ADVERSVS
MARCIONEM, ETIAM IPSIVS AVCTORIS.

TERTIVS, ingenua gentem de matre creatam, Vatribus & patribus sacratos esse ministros.

Vbi subintelligi debet: tradit, aut quid simile. Tractat enim libro tertio (quod adeo etiam titulo adiecimus) DE CONCORDIA PATRVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, occasione illius Apostoli Gal. 4. ex Isai. c. 54. Scriptum est enim: Latere sterilis quæ nō parit, erumpe & clama, quæ non parturis; quia multi filij descende, magis quàm eius quæ habet virum; & illius: Flla quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Hoc enim quod in dicto argumento dicitur: ingenua gentem de matre creatam. Plura autem habet Auctori initio libri quinti sed ita obscura, vt præstet suo loco dumtaxat tractare.

B Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI LIBER TERTIVS ADVERSVS
Marcionem. De concordia patrum veteris &
noui Testamenti.



M' genuit, quondam sterilis cognomine, mater, lamque nouus gaudet populus de libera natus, Expulsa famula, merito cum prole superba; Viuentis quoque fontis aquas ingrata relinquit, Et tepidis errans ardentis fidere potat. iam possunt gentes Abraham clamare parentem, Quæ vocem Domini simili ratione secutæ, Omnia liquerunt, peregrè se sistere vitæ. Latere ô sterilis, promissam concipe plebem; Erumpe & clama, quæ nulla prole beata, De qua dicebat per vates spiritus olim: Hæc genuit gentem multis ex gentibus vnam, Cuius principio semper pia membra laborant.

[¹ Huius Abel iustus, pastor, pecudūque magister, Fraternæ occidit quem olim violentia dextræ. ² Huius Enoch, insigne decus, de corpore membrum; A Deo digressos populos, facinūsque sequentes, Dum furit in terris refugarum, turba latronum; Sacrilegum genus vt fugeret crudele gigantum, Consilio reuocabat; in omnibus ipse fidelis. Ingenti gemitu placuit, meritoque labore Translatum magno pignus seruat honorē. ³ Perfectus laude & sine culpa Noa repertus Testificante Deo iustus in adultera plebe, Bis quinquagenis arcam qui texuit annis, Venturum excidium factis & voce ferebat; Promeruit tantis ereptus mortis ab vndis, Et cum prole sua seruat. Gente sequente

CAP. I.
Gal. 4. &
Gen. 21.

Gen. 12.

Gal. 4. &
Isai. 45.

11.

Gen. 5.

Gen. 6. 7. et
8.

Gen. 12. et

17.

Est Abraham, cuius gnatos vos esse negatis,
Qui primus genere & patria & genitore relicto,
Voce Dei suus fecerit in extera regna,
Tanto Dei meruit sublimis dignus honores,
Gentibus ut pater & populis credentibus esset.

Gen. 29. et

sequent.

Cum patribus Iacob, quorum pater ipse, per omne
Vitæ suæ spatium lætissima tempora Christi
Præccinit verbis, actu, virtute, labore.

Gen. 39.

Hunc sequitur Ioseph, cædæ sine sordē iuuentæ,
Carceris & duræ conficta calumnia pœnæ.
Gloria post gemitus, regni que secunda corona,
Inque fame panis tribuendi larga potestas.
Tam propria Christi, tam lucida lucis imago
Omnibus est manifesta, quibus sunt lumina menti;

Gen. 49.

Ut speculo vultus firmam spem cernere possint.
Iudas ipse pater, regalis sortis origo,
Vnde duces geniti, cuius de semine reges
Numquam defuerunt, donec ventura potestas
Gentibus expectata diu, promissa veniret.

111.

Exod. 2. et

Hebr. 11.

[¹ Dux populi Moses; qui limina regia liquit,
Spernens diuitias florescentes tempore paruo,
Maluit adflictus populi portare labores
Subnixæ ceruice, minis non territus vllis,
Quam sibi delicias multasque remittere pœnas;
Pro magna que fide, pro tanto mirus amore,
Armatus virtute Dei, magnalia gessit.

Exo. 7. 8. 9

10. 11. et

12.

Exod. 14.

ibid. 15.

Percussit gentem plagis, terramque reliquit,
Confundit regem, durum populumque reducit.
Calcauit fluctus, hostes demersit in vndis,
Fecit aquam dulcem per lignum, semper amaram.
Cum Christi populo manifestè multa locutus,
Cuius de facie lux, & nitor ore refulsit,
Acceptam legem per paucos fudit in orbem,
Exempla implicita priorum certa laborum;
Percussit petram, iussus quoque flumina fudit,
Extenditque manus, ut signo vinceret hostem,
Omnia de Christo, per Christum cuncta loquuntur;
Hic probus & magnus cum laudis pace quieuit.

Num. 13.

Jos. 3.

ibid. 13. et

sequ.

Ios. 10.

ibid. 11. et

12.

ibid. 23. et

24.

1111.

At Iesus Naue filius, Auses antè vocatus,
(Spiritus hunc sanctus socium sibi nomine iunxit.)
Hinc fluuium scidit, & populum transire coëgit;
Distribuit terram gratis, promissa paterna;
Solem cum luna statuit, dum vinceret hostem;
Expulit externas gentes, prolemque gigantum,
Excidit lucos, aras & templa subegit;
Omnia legitima solemnia mente peregit,
Nominis exemplum Christi, virtutis imago.

Jud. 6. et 7.

[² Quid de iudicibus populi per singula dicam?
Quorum virtutes, si conscribantur in vnum,
Verborum spatio numerosa volumina complent.
Attamen ex multis paucorum dicere vitam,
Corporis explendi verborum postulat ordo.
Ex quibus ut Gedeon dux agminis, acer in hostem,
Non virtute sua tutelam acquirere genti,
Firmatūque fide signum petit excita menti,
Quo vel non posset, vel posset vincere bellum,

Vellus

D

E

F

A

Vellus ut in noctem positum de rore maderet,
Et tellus omnis circum siccata iaceret,
Hoc inimicorum palmam coalescere mundo;
Atque iterum solo remanenti vellere sicco,
Hoc eadem tellus roraret nocte liquore,
Hoc etenim signo prædonum strauit acervos.
Congressus populo Christi, sine milite multo,
Tercenteno equite, (numerus Tau littera Græca)
Armatis facibusque & cornibus ore canentum.
Vellus erat populus ouium de femine sancto.
Nam tellus variæ gentes, fusæque per orbem;
Verbum quod nutrit, sed nox est mortis imago,
Tau signum crucis, & cornu præconia vitæ,
Lucentesque faces in lychno, spiritus ardens.
Scilicet hoc testamen erat virtutis imago,
Non prius angelica mortis fera prælia vinci.
Quam populo indocti merito sua culpa relicto,
Florentesque fide gentes in laude receptæ.

B

Debbora quin mulier super omnem maxima famam,
Pro patria quæ belligero subnixæ labori,
Stipite sub palmæ populum vicisse canebat;
Quapropter victi simul hostes terga dedere;
Sifara dux fugit, cui non vitæ, nec manus vlla
Restitit. Hic Baal Christi victoria signo
Exemplo refugæ, deuicij femina ligno.
Iephtha fide firma, qui duro, vulnere votum
Ausus, mercedem belli Deo dicere grandem;
Hic quia, quæ non vult Dominus, promiserat amens,
Occurrit primò carum sibi pectore pignus.
Nulli sperata cecidit quod sorte repente,
Promissum ut staret, soluit pia iura parentis,
Peccati votum, violenta mente coperuit
Immanis timor, orbata solatia vitæ
Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem.
Necnon Samsonis super omnia corpora vires,
Spiritus hoc donum capiti concessa potestas,
Pro populo solus nullo mucrone, nec armis,
Os retinens a fini prostravit corpora mille.
Vincula nulla virum vincum potuere tenere;
Gloria sed postquam captiui mota recessit,
Occidit, atque hostes victus sua morte redemit.

C

[³ Mirificus Samuel; cui Reges vngere primùm
Præceptum, dare Christum, viros ostendere Christos;
Talibus in vitæ spatio laudabilis egit,
Ut quoque post requiem Prophetica iura teneret.
Palmographus David, magnus rex, atque Propheta;
Passurum Christum submissa voce canebat;
Spontè quod ingratus populus sine lege peregit;
Cui Deus ex vtero fructum promiserat olim,
Prolem, sublimi folio suo ponere sanctam.
Fixa fides Domini quæ sponderat, omnia fecit.
Æmulus Ezechias, populi corrector inertis,
Ablatis legem qui restaurauit, iniquis,
Hæc olim mandata Dei prior omnia iussit;
Qui precibus bellum, non ferri cuspidē soluit,
Hic moriens, lacrymis annos ac tempora vitæ

Jud. 4. et

5.

Jud. 11.

Jud. 15. et

16.

1. Reg.

10. et 16.

2. Reg. 12.

et 25.

Psal. 20.

Psal. 131.

4. Reg. 18.

19. et 20.

VVv iij

4. Reg. 22.
 & 23.
 Accepit, merito talem tulit actus honorem.
 Ingenti zelo Iofias, rector & ipse,
 Tantum nemo supra, nec postea taliter egit.
 Idola destituit, destruxit templa nefanda,
 Atque sacerdotes super aras igne cremauit;
 Ossa Prophetarum falsorum cuncta refodit,
 Incenditque aras adolenda cadauera lignis.
 Insignis fidei in laudem (memorable) tactus
 Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
 Gustauit, quoniam rursus venturus in orbem est.
 Ergo infracta fides, populum regemque furentem,
 Militiam Domini qui deseruere beatam,
 Verberibus, flammis castigans hostes amaros;
 Sidera conclusit, tenuitque in nubibus imbrem.
 Esse Deum ostendit cunctis, apparuit error.
 Nam madidæ partes hostiæ, fluuio, super aras
 De cælo precibus, veniens vi, flamma comedit;
 Et quotiens voluit, toties reitignis ab alto
 Diuisit fluuium, transgressus & auiam fecit;
 Sublatus curru paradisi vectus in aulam est.
 Huius discipulis, fortis successior Heliseus,
 Qui duplicem Helix petiit sibi sumere sortem,
 Ad castigandam violento verberare plebem,
 Tantum pro Domino & talem spirauit amorem.
 Iordane percusso, pedibus via facta regressus,
 Demersam fluuio releuauit virga securim;
 Mortificumque cibum in vitalem transtulit escam;
 Detinuit pluias iterato tempore duplo;
 Mundauitque lepras; hostes caligine cepit.
 Cuius post obitum iam condita membra sepulcro,
 Abiectus quidam, mactatus cæde latronum,
 Mortuus, ut tetigit, reuocata luce reuixit.
 [1] Isaias, locuples vates, cui fontis aperti
 Tam manifesta fides, verbum Dei ore profudit,
 Largaque per Christum patris est promissa voluntas,
 Prætestata viam vitæ, atque probata per ipsum est.
 Quem populus sectum ligno, sine labe repertum,
 Immeritum, demens crudeli morte peremit.
 Sanctus Hieremias, quem gentibus esse Prophetam
 Aeterni virtus iussit, dixitque futurum;
 Qui quoniam plebis facta illaudanda reuoluit,
 Et fore captiuam, nisi poenituisset iniquos,
 In famulos fieri præfaga voce locutus;
 Vincula dura tulit, squalenti carcere clausus,
 Inque luto putei fames hausit tabida membra.
 Sed postquam quæ noluerant audire, probauit,
 Atque hostes vincum populum duxere triumphis,
 Horrida vix tandem caruit sua dextra cathenis;
 Nulla morte virum constat, neque cæde peremptum.
 [2] Ezechiel fidus, diues cui gratia verbi
 Concessa est peccatorum secreta videre,
 Afflictus lugere suos, veniamque precari,
 Cernere vindictam sanctorum cæde futuram,
 Sanctorumque locum regni, carnisque salutem
 Spiritu implicitus, gressus aditusque videre.
 [3] Osea, Amos, & Micheas, Ioël, Abdia, Ionas,

Atque

D

E

F

A Atque Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeusque,
 Zacharias vim passus, & angelus ipse Malachim;
 Hi vates Domini, quorum chorus vsque canentum,
 Ac pariter laudis propriam meruere coronam.
 Quam magnus Daniel, qualis vir, quanta potestas,
 [4] Qui falsos testes ipsorum prodidit ore,
 Seruauitque animam damnatam crimine ficto;
 Somnia secreta, & regis prior ore resoluit,
 Præuidit Christum regnorum soluere membra;
 Pro Domino reus est, factus quoque præda leonum;
 Seruatque palam cunctis in pace quieuit.
 [5] Huius tres socij vix digna laude canendi,
 Ex numero tanto decretum regis iniquum
 Contemplere pis, quorum data corpora flammis,
 Tradere se poenis potius, pro nomine magno,
 Quam genibus nixi simulacro pandere palmas.
 Iam præclara fides, iam spes super omnia fulgens
 Exstinxit rabidos ignes, & vicit iniquos.
 B Esdras vates, legis Doctor, & ipse sacerdos,
 Qui populum captum post tempora plena reduxit,
 [6] Ignibus & multa consumpta volumina vatam
 Spiritu completus, memori omnia reddidit ore.
 [7] Grandis Ioannes super omnes semine natos,
 Cuius difficile poterimus dicere laudes,
 Ablutor carnis, Domini præcursor apertus,
 Ablutor Christi, prior ipse renatus ab illo,
 Fœderis ille noui primus, veterisque supremus,
 Proque via vera, prior hostia cæsus obiuit.
 Ecce Deus Christus; pariter bisfena iuuentus,
 Omnibus vna fides, amor vnaus, & vna potestas,
 Flos hominum, mundo lucentes lumine Christi,
 Et comites & Apostolici, qui vera locuti,
 Auribus audire, oculis videre salutem,
 Tractuere manu corpus de morte receptum,
 Conuixere cibo assidue, testantur ut ipsi.
 [8] Hunc Paulus, prælectus Apostolus in vice missus,
 In cælos raptus vidit quoque; missus ab illo,
 Barnaba cum comite, sociisque prioribus, vno
 Fœdere coniunctis, per gentes, tradit vbique,
 C Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra
 Corporis ipse salus, membrorum vita perennis;
 Ipse caro factus, pro cunctis ipse peremptus,
 Ipse resurrexit primus, spes vna salutis;
 Discipulisque suis formam dedit; hi simul omnes
 Indignas variè poenas pro nomine passi.
 [9] Talia membra gerit specioso corpore mater
 Libera, quod nunquam Domini præcepta reliquit,
 Inque domo senit Domino lectissima semper,
 Inuidiam, poenas, eius pro nomine passa.
 Nam sterilis quoniam, nondum secura futuri,
 Ediderit populum cœlesti semine natum,
 Atque suæ famulæ portauit spreta dolorem;
 Hanc sterilem quondam, nunc tempus cernere matrem
 Hæredem natum suæ libertatis habere,
 Non similem famulæ, quamquam de semine cœli
 Conceptum genuit, sibi conditione iugatum.

Dan. 13. sen
 1. secundum
 LXX.

Dan. 2.

Dan. 6.

Dan. 3.

1. Esdr. 7.
 & 8.

VII.

Matth. II.

Matth. 3.

Matth. II.

Matth. 14.

Matth. 3.

Matth. 10.

Luc. 24.

1. Ioan. I.

Act. 9.

2. Cor. 12.

Act. 11.

Gal. 2.

Ephes. 4.

Rom. I.

1. Cor. 15.

VIII.

Gal. 4.

Abfit vt illicitis verbis, temeraria voce
Egregios homines, ardentia sidera cœli,
Semine coniunctos tantum, vel sanguine plebi,
In solidum passim famulum dicatis atrocem,
Aut populum Domini legis mandata secutum,
Seruili specie quisquam putet esse loquendum.
Sed peccatorum vacuum sine mente cateruam,
Qui promissa Dei, dubia spe, corde locarunt,
Præsentis vitæ misera dulcedine victos,
Debita seruitio capitis sua culpa subisser,
Si legem plebi peccati causa iugabit.
Nam seruire Deo, totoque incumbere corde
Intemerata fides, libertas sponte paratur.
Ergo patres iusti, sancti, sine labe Prophetæ,
Aduentum Domini, multi cecinere futurum,
Testanturque fide cœlestia iussa prophanis,
Cum quibus immanes satiati gloria Christi,
Consortes virtutis, verba sacrata replentes
Firmauere fidem, factis prædicta probando.
[²⁵ Quorum discipuli, qui successere per orbem,
Conflati virtute viri, nostrique magistri,
Coniunctos operis nobis tribuere honores.
Ex quibus electum magnum, plebique probatum
Hac cathedra, Petrus qua federat ipse, locatum
Maxima Roma Linum, primum considerare iussit.
Post quem Cletus & ipse, gregem suscepit ouillis.
Huius Anacletus successor forte locatus.
Quem sequitur Clemens; is Apostolicis benè notus.
²⁷ Euaristus ab hoc rexit sine crimine legem.
Sextus Alexander Sixto commendat ouile.
Post expleta sui qui lustris tempora tradit
Telephoro; excellens hic erat, martyri que fidelis;
Post illum socius legis, certusque magister;
²⁸ Quum vestri sceleris socius præcurator & auctor
Aduenit Romam Cerdo, noua vulnera gestans,
Detectus, quoniam voces & verba veneni
Spargebat furtim; quapropter ab agmine pulsus,
Sacrilegum genus hoc genuit, spirante dracone.
Constabat pietate vicens Ecclesia Romæ
Composita à Petro, cuius successor & ipse,
Iamque loco nouo cathedram suscepit Higinus.
²⁹ Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus pastor, quia tradita verba locutus,
Aque Pio suscepit Anicetus ordine sortem.
Sub quo Marcion hic veniens, noua Pontica pestis,
Nondum secretum facinus suo corde reclusum,
Passim vulgo loquens latebrosa perfidus arte.
Sed postquam cœpit mortis proferre sagittas,
Abiectus merito tam sæui criminis auctor,
A sanctis reprobis; patuit mirabile monstrum.]

ADNOTA-

D

ADNOTATIONES IN LIBRVM TERTIVM
ADVERSVS MARCIONEM, IACOBI PAMELII.

1069

CAP. I.

1. **A**M genuit, quondam sterilis cognomine,
mater, &c.] *Capit hoc inscripsimus: De matre
eadem Abrahami, veterumque Patrum & no-
stra, Ecclesia. Sicut autem initio ipsa verba Apostoli Gal.
4. in carmen redegit, ita quum subdit: Viuentis quoque
fontis aquas, &c. ad iudicium illud Gen. 21. ubi
gar legitur utre aque in scapulis imposito errasse in soli-
tudine. Videtur interim alia aliqua vox substituta pro:
tepidis, sed non licuit ob inopiam cod. MS. corrigere.*

CAP. II.

2. Huius Abel iustus, pastor pecudumque ma-
gister, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus: De pa-
tribus Abel, Enoch, Noë, Abraham, Iacob, Io-
seph, & Iuda. sensus autem est: Huius nempe gen-
tis est.*

3. Huius Enoch, &c.] *Peculiare hoc est Auctori,
quod scribat: Enoch à Deo digressos populos con-
silio reuocasse: qui etiam per præoccupationem Gigā-
tes nuncupat impios ciuitatis diaboli ministros, de quibus
Gen. 6. sub Noë primum fit mentio in scripturis.*

4. Perfectus laude & sine culpa Noa, &c.] *Quod
de Noa tradit, magis cum scriptura conuenit; ubi quum
legatur: Erunt dies illorum centum viginti annorum, ta-
cite interpretatur (omissis dumtaxat 20. annis, forte quod
in carmen non tam commodè posset referri) de spatio pe-
nitentia impiis relicto, dum dicit:*

Bis quinquagenis arcam qui texuit annis.
Mox verò ubi de Abraham agit Auctor, pro eo quod le-
gebatur: Tantos, necessario castigauimus:

Tanto Dei, meruit sublimis dignus honores,
ut accipiatur Tantò, more Tertulliano, pro: Tantum.
Item ubi de Ioseph agit: Tam propria Christi, pro:
Tum.

CAP. III.

5. Dux populi Moses, &c.] *Inscriptionem huic ca-
piti fecimus: De Mose & Iesu Naue. Quum autem hic
ad iudicium illud Apostoli Hebr. 11. fide Moses grandis
factus, negauit se esse filium filia Pharaonis; magis eli-
gens adfingi cum populo Dei, quam temporalis peccati ha-
bere incunditatem; maiores diuitias estimans thesauro
Egyptiorum improprium Christi; hinc patet Aucto-
rem habuisse eam Epistolam pro authentica, de qua inter-
rim latius infra Tom. 5. lib. de Pudicitia, cap. 20.*

6. Cuius de facie lux, & nitor ore refulsit, &c.] *Intelligit quod legitur Exod. 34. iuxta LXX. Glorificatus
aspectus cuius faciei Moysi, quum loqueretur ei Dominus,
pro eo quod ex Hebraeo vertitur: cornuta facies; de quo su-
pra vide Adnotationes nostras lib. 4. adu. Marc. cap. 2. 2.
num. 344. Sicuti de Iesu Naue, Anse ante vocato,
lib. 3. cap. 16. num. 215. & lib. 4. cap. 13. num. 163.*

CAP. IIII.

7. Quid de iudicibus populi per singula di-
cam? &c.] *Hoc caput inscripsimus: De Iudicibus, Ge-
deone, Debbora, Iephte, & Samfone.*

8. (Numerus Tau littera Græca, &c.] *Hoc sibi
vult, Tau litteram Græcam, exprimere numerum
tercentenum; quod, præterquam quod notius sit quam
ut probatione indigeat, etiam supra ostensum est ex Ter-
tulliano, Irenæo, & aliis lib. de Præscript. adu. her. cap.*

50. her. 15. num. 319. de hæresi Marci ex Græcorum Al-
phab. etc. Hic verò propterea huc illud adfert, ut probet
Gedeonem in figura Tau signi crucis Tercenteno
equite (ubi accipit equitem carminis gratia, pro omni
militæ; Nam Ios. 7. solum legitur de 30. viris) strauisse
prædonum aceruos. De quo signo Tau plura vide su-
pra lib. 3. aduers. Marc. cap. 22. num. 174. & Tom. 1. lib.
adu. Iud. cap. 11. num. 142. Atqui paulopost: testamen-
tum usurpat Auctor, pro testamento.

9. Stipite sub palmae populum vicisse cane-
bat, &c.] *Ad iudicium ad Canticum Debboræ, quo cele-
brat Sisaram in temporibus clauo, sine, uti habent LXX.
palo tabernaculi, quos ex palma olim confici solere indi-
cat Auctor; qui etiam istud tradit signum fuisse Chri-
sti victoriae in ligno, verbis licet obscurioribus, &
quantum apparet, mendosis.*

10. Peccati votū violenta mente coperuit, &c.]
Eodem pertinet quod sequitur:

Pro scelere obtinuit famam, pro crimine lau-
dem,

de Iephte, qui ex voto quod amens Deo promise-
rat, filiam suam immolauit in holocaustum. Quomodo
autem crimen illi impusetur, quum tamen ab Apostolo
Hebr. 11. in iustorum recensatur catalogo, tractat late
Auctor Quæst. & Respons. inter opera B. Iustini Marty-
ris, dicens permisisse Deum illud criminis, ut posteri do-
cumentum acciperent, hec unquam vota sua Deo indefi-
niti nuncuparent, & in iustorum nomenclaturam no-
men eius esse insertum, quod pietatis sua erga Deum ob-
seruationem filia sua maculatione declarauerit. Quale quid
etiam habet B. August. Quæst. in lib. Jud. cap. 49. & ex
parte lib. 1. de Ciuitate Dei, cap. 21. Pertinet verò etiam
ad licentiam Poeticam illud: coperuit, in fine carminis
heroici. Atqui paulopost de Samfone castigauimus: ho-
stes victus sua morte redemit, pro: hostis victos;
ipse enim iam victus, in vinculis utpotè constitutus, hostes
suos concussione columnarum una secum peremit.

CAP. V.

11. Mirificus Samuel, &c.] *Titulum huic capiti
fecimus De Samuele, Dauide, Ezechia, Iosia, He-
lia, & Helisæo. Intelligit verò unctionem Regum Sau-
lis & Davidis, 1. Reg. 10. & 16. deinde ad iudicium ad 1.
Reg. 12. de innocentia Samuelis, & cap. 25. de morte
eiusdem.*

12. Psalmographus Dauid, magnus Rex, at-
que Propheta, &c.] *Paucis comprehendit omnes Da-
uidis qualitates, de quo sequenti versum castigauimus:*

Passurum Christum submissa voce canebat,
pro: cuius se voce canebat; sicuti & de Ezechia
illud:

Ablatis Legem qui restatruuit, iniquis,
pro: Oblitis; per iniqua enim intelligit qua excelsa vo-
cantur in scripturis. Paulopost obscurū est illud de Iosia:

Incendit que aras adolenda cadauera lignis,
nisi subintelligatur: ad adolenda.

13. Nobilis Helias, qui nondum debita mortis
Gustauit, &c.] *Supra cap. 2. similiter de Enoch
dicitur:*

Translatum magno pignus seruatur honore.
De utroque; verò vide supra lib. de Anima cap. 50. n. 564.

IX.

E

F

Castigauimus autem: Flammas castigas hostes amaris, licentia Poetica, pro: hostis.

14. Detinuit pluiuas iterato, tempore duplo, &c.] Istud quod Helisæo inter cetera tribuit Auctor, non reperitur in Bibliis, nisi obscure ex consequenti, quum enim defectu roris & pluiuarum iussu Helisæ facta fuerit fames annis tribus & mensibus sex, & legatur 4. Reg. 8. prædicta fames septem annorum ab Helisæo (quod tempus duplum nuncupat Auctor) fuit in ea sententia Auctor, quod hæc fames orta sit ex eo, quod etiam Helisæus pluiuas iterato detinuerit.

CAP. VI.

15. Isaias, locuples vates, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De Isaiâ, Hieremia, Ezechiele, xxi. Prophetis, Daniele cum tribus sociis, & Esdra.

16. Quem populus secuti ligno, &c.] De hoc vide supra T. 2. lib. de Patient. c. 14. & rursum T. 3. in Adnotat. nostris in Scorp. aduersus Gnosticos cap. 8. n. 54.

17. Vincula dura tulit, squalenti carcere clausus, &c.] Sic istud castigauimus pro mendo typographico, quantum apparet: currete; & rursum: quæ noluerant audire, pro: voluerant. Adhuc enim ad Hier. cap. 37. 38. & 39. ubi legitur tum primum caruisse carchenis, postquam euentu probauit captiuitate ciuitatis Hierusalem, quam audire noluerant Iudæi; ut potè rō liberatus à Nabuchodonosor, de quo adeo verum est illud: Nulla morte virū constat, neq; morte perēptū; non verò de Iudæis, à quibus postea lapidatum fuisse Hieremiam supra dicto loco ipse Auctor tradidit.

18. Ezechiel fidus, &c.] Etiam hic castigauimus: fidus, pro: fidus.

19. Osea, Amos & Micheas, Ioël, Abdia, Ionas, &c.] similiter & hic necessario substituiimus: Ioël, pro: simul; ut potè quū inter xij. Prophetas minores, quos commemorat, ille vnus sit.

20. Qui falsos testes ipsoꝝ prodidit ore, &c.] Etiam hinc confirmatur historia Sulannæ, Danielis 13. quam cum Græcis inter prima Danielis facta recēset Auctor, de cuius auctoritate latius supra Tom. 2. lib. de Corona milit. cap. 4. num. 43. Est autem obscurus, & forsatis mendosus ille versus:

Seruatiſque palam cunctis in pace quiescit.

21. Huius tres socij, &c.] intelligit Ananiam, Azariam & Misaellem, de quibus ubi dicit: Tradere se pennis, &c. subintelligendum: malentes, aut quid simile.

22. Ignibus & multa consumpta volumina vatum, &c.] De omni instrumento Iudaicæ litteraturæ per Esdram instaurato, vide supra Tom. 2. lib. de Habit. muliebri, cap. 3. num. 33. Quibus adde quod id satis indicetur his verbis, 1. Esdr. 7. Esdras parauit cor suum

ARGUMENTVM LIBRI QVARTI ADVERSVS MARCIONEM, ETIAM EX IPSO AVCTORE.

QUARTVS & ipse refert obscura piacula Legis esse typum veteris, quæ paruit hostia verè, iam dudum expectata piis cum semine sancto.

Quibus verbis, alijs satis obscuris, indicat piacula, id est, sacrificia veteris Legis, fuisse typum veræ hostiæ Christi. Qua explicatione quum Antitheses Marcionis dissoluat, quas hoc libro æmulamenta nuncupat; Libri huius titulo adiecimus: DE MARCIONIS ANTI THESISIBVS.

ANTITHESISIBVS.

Q. SE-

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI ADVERSVS MARCIONEM LIBER Quartus, De Marcionis Antithesibus.



Hæc' populo iuueni, qui diues, liber, & hæres Possidet æternam spem laudis iure dicatam, Non vt doctores (solus daret omnia Christus) Sed famulos Christi, iubet inuiolata potestas Ingenti zelo flagrantem, pacis amore Armatos, molem belli deducere terræ

Excitas turres, & mœnia sæua malorum, Surgentisque minas, populi contra agmina sancti Detrahere, vacuas voces dissoluere vento. Quapropter meritò nos æmulamenta locuti Ipsi ex verbis, etiam monumenta salutis Nitimur exprimere, quæ gratia larga profudit, Prædonisque plagam sanctis aperire copertam, Ex improviso ne quis rudis, inscius, audax Incidat, & captus cœlestia dona relinquat.

[Ergo Deus cunctis mortalibus vnus vbique est, Æternum regnum, profundæ lucis origo, Fons vitæ, potus sapientia conditus omni. Protulit ipse orbem, cuius sinus omnia cingit. Nulla illam regio, nullus locus ambitu claudit; Materies nulla est facta, vt sit sponte perennis, Quæ fuerit semper, nullo facto recreata; Cœlorum, terræ, maris, inferni que locator. Spiritus, aëris est diuisor, conditor, auctor, Solus perpetuus Deus est, immensa potestas. Hunc lex esse Deum populo monstraerat vnum, Cuius vox Mosi pollens in monte locuta est. Illius hæc virtus, sapientia, gloria, verbum, Filius, immenso genitum de lumine lumen, Per vatum voces hunc vnum clamitat esse: Ordine suscipiens Paulus, sic tradit & ipse Vnum hunc esse patrem, per quem sunt omnia facta, Atque vnum Christum, per quem Deus omnia fecit, Ad quem se curuare genu planè omne fatetur, Ex quo omnis patria in cœlo terræque vocatur, Qui zelat populum summo pietatis amore Vt pater, & sanctè vult omnem viuere carnem, Apparere sibi mundam sine crimine plebem. Hoc zelo nostram custodit lege salutem, Legitimos monet esse, iubet, castigat, & instat. Corripens Galatas fratres, & Apollolus idem, Talem se Paulus zelum se scripsit habere.

[Reddidit ergo Deus gratis peccata paterna, In cataclysmo enecans pariter cum prole parentes; Gentèque iam quarta genitos de stirpe nepotes, Quum ferè nongentos hos tunc adiuerit annos. Iudicium datum, sententia sæua videtur, Paruulus & Sodomis adhuc infons, mollis, inermis,

XXx

CAP. I.

II.

Philip. 2. Ephes. 2.

III. Gen. 7. Gen. 18.

Vt careat vita, quid enim peccauerat infans?
 Quod crudele putes, hoc est pietatis honestum.
 Auctores sceleris (facinus ne cresceret vltra)
 Exstinxit, sobolemque patrum peccata sequentum.
 Sed non cum patribus pœnas innoxius infans
 Perpetuas luit; ignarus, neque criminis auctus;
 Ne fieret sceleris, consors ætatis aduictæ,
 Sponte futura mala, mors immatura resoluit.
 [1] Cur Deus ergo iubet pecorum sibi sanguine fundi?
 Legèque constringit, ne quis transcederet errans
 In populo, lapidum præsentem morte minatus.
 Atque iterum hæc reprobatur, negat hæc sibi munera grata,
 Corripit plebem peccati examine pressam.
 Ipse iubet verax, iustus simul ipse repellit;
 Si quæris causas, errans desiste moueri;
 Causa etenim fidei, rationis imagine maior.
 Aspice per speculum fulgentis luminis vmbra,
 Quid vituli sanguis, vitulæ cinis, hircus vterque;
 Hic dimissus abit, cadit alter at hostia templo.
 Sanguine nam vituli populum, simul omnia vasa,
 Atque sacerdotes, & scripta volumina legis,
 Sparfit aquæ mixto, vates sic iussus ab alto;
 Non propriam spem, nec speciem virtute vacantem,
 Exemplo vituli passurum in corpore Christum;
 Qui iuga dura ferens humeris, temonis aratro
 Fortiter abruptis sua pectora vomere ferri,
 Infundens sulcis animæ sui sanguinis vndam.
 Nam templi vasa hæc designant corpora nostra.
 Ipse Dei templum verum, non ante dicatum,
 Namque suo socios homines sibi sanguine fecit,
 Atque sacerdotes voluit sui corporis esse,
 Ipse patris summi perfectus iure sacerdos.
 Auditum, visum, gressum mundauit inertem,
 Aspersitque libro testes præsaga locutus,
 Demonstrans legem suo vincit sanguine sancto.
 Hanc & per vitulam manifestat victima caussam;
 Sanguine de cuius pro plebe piacula fumens
 Intra velamen primus Leuita ferebat,
 Castrorum extra fores corpus iussuque cremauit,
 Cuius de cinere mundabat corpora lapsa.
 Hoc Dominus noster, qui nos sua morte redemit
 Extra castra, volens, populi vim passus iniqui,
 Impleuit legem factis prædicta probando,
 Qui verè mundat plebem contamine plenam,
 Omnia concedens, quasi diues corporis auctor,
 Intra velamen cœli cum sanguine gressus,
 Effudit quæna pro multorum mortibus vnus.
 Ergo sacerdotem magnum decet hostia sancta,
 Quam dignè perfectus habens, offerre probetur;
 Corpus habet, hæc est mortalibus hostia viua,
 Hanc dignam magnis, pro cunctis obtulit vnam.
 Hircorum species homines decet esse, repulso
 Ex duobus populis steriles, sine fructibus ambos,
 Quos in Euangelio Dominus quoque dixit, & hædos
 Abs ouibus cerni stantes in parte sinistra,
 Esse quidem quosdam Domini pro nomine passos.

III. 11.
 Leuit. 1. 11.
 & sequ. 11.
 Iſai. 1. 11.
 11.
 11.

Leuit. 16. et
 Hebr. 9.

Exod. 26.

Matth. 26.

Leuit. 16.

Hebr. 9. &
 13.

Leuit. 16.

Matth. 24.

D

E

F

Sic

A Sic actum sterilem, fructum velasse, supremo
 Hos merito dignos aræ, decet esse Prophetas;
 Abiectos alios, Lazaro vt diues iniquus,
 In sua duricie qui permansere repulsi.
 [7] Nam velum in medio pendens cernebat vtrosque,
 Inque duas partes ædem diuiserat vnam.
 Interiora quidem sanctorum sancta vocata.
 Isthic ara sita effulgebat nobilis auro,
 Testamenta simul, tabularum legis & arca;
 Pellibus agnorum cœli contexta colore,
 Interius vestita auro, media omnia ligno.
 Hic tabulæ legis, hic manna est vna repleta;
 Hic Aaron est virga, crucis quæ germina profert,
 Ipsi dissimilis, Styracis tamen arbore nata.
 Atque super Cherubim per formam quattuor vnam
 Pandebant pennas, & sagmina iussu tegebant.
 Exterius velum, pars ædis aperta patebat
 In faciem; lato grauis æris stabat atheno,
 Et candelabrum bis ternis vndique ramis
 Connexis medio calamo, totidemque lucernæ,
 Aurea materies complebat lumine templum.
 [8] Ergo prior templi facies communis, aperta,
 Declarat ritum populi sub lege morantis,
 In cuius tenebris septemplex spiritus, vnus
 Lucebat sanctus semper, plebemque tegebat,
 Hoc candelabrum verum, viuæque lucernæ
 Per legem & vates perlucens corde subactis.
 Inque typum terræ facta ara creditur esse,
 Hic operæ populi, quas non sine sanguine semper
 Obtulit, effuso, vitam sine lege, cruore
 In patulo passim comparuit omnibus olim;
 Isthic & Dominus pro cunctis hostia factus
 Totam designat terram, specialiter aram.
 Fœderis hinc etiam noui inenarrabilis auctor,
 Discipulus Ioannes, animas pro numine passas,
 Testatur tali sese vidisse sub ara,
 Clamantes Dei vindictam pro cæde potentis.
 Isthic interdum requies; sub corpore terræ
 In parte ignota quidam locus existat apertus,
 Luce sua fretus; Abrahæ sinus iste vocatur,
 Altior à tenebris, longè semotus ab igne,
 Sub terra tamen. Hæc ara vocatur athena,
 In qua velamen pullum memorauimus esse.
 Diuidit hæc partes ambas, vnamque recludit
 Dissitam ab æterna, cultura & temporis vsu.
 Non inimica sibi quamuis distantis amoris,
 Tempore diuisa & spatio, & ratione ligata
 Vna domus, quamuis velo partita videtur,
 Atque adeo passo Domino velamine rupto,
 Cœlestes patuere plagæ, cælatæque sancta,
 Atque duplex quondam, facta est domus vna perennis.
 [9] Interius templum, populum de nomine Christi
 Cœlesti cultu, ipsa Dei mandata sequentem;
 (Personæ hic propriæ verè, non vmbra ligatur)
 Perfectis rebus completum tradidit ordo.
 Arca sub exemplo, corpus venerabile Christi

Luc. 15.

v.
 Exod. 26.
 Hebr. 9.

Num. 17.

Exod. 20.
 ac Ezech. 1.
 & 10.
 Exod. 26.

v.
 Ibidem.

Hebr. 9.

Apoc. 6.

Luc. 15.

Apoc. 6.

v.
 Exod. 26.

Ibidem.

Hebr. 9.

Ibidem.

Ibidem.

Isai. 11.

Exod. 26.

Matth. 5.

Hebr. 9.

Exod. 25. et
Ezech. 1. et
10.

Apost. 4.

VIII.

Ostendit, sacro per lignum spiritu iunctum.
Aëriæ pelles, caro, non ex semine nata,
Extensa in ligno; simul intus spiritus ardens
Aurigeræ specie conflatus, iungitur illi,
Ut caro pace data, cum spiritu mixta vigeret.
Carnis, & vna, typum Domini fert, aurea plena;
Fœderis ipsa noui Dominum declarat apertè,
Manna, quod est panis cœlestis, verus, in illum
Traditus à patre, quem tribuit pro pignore sanctis,
Perfektè dabit hunc illis, qui vincula pacis
Semper amatores operum tenuere bonorum.
Et tabulæ duplices conscriptæ legis, in arca,
Significant simul hæc in Christo condita semper,
Qui vetus atque nouum mandatum pertulit ipse,
Arca patris summi, per quem dedit omnia diuis.
Et virga Styracis fructus nucis adtulit ipsa.
(Virginis hæc species, genuit quæ sanguine corpus)
Coniuncta in ligno, sedabit mortis amarum
Interior fructum dulcem, de spiritu sancto.
Sicut Isaias virgam de semine Iessæ
Prædixit Mariam, de qua flos exit in orbem.
Ara nitens auro, cœlum declarat in alto,
Quo sanctæ subicere preces, sine crimine missæ.
Hanc aram Dominus dixit, qua munera si quis
Offert, ut primùm pacem cum fratre retractet,
Sis demum flagrare preces ad sidera possunt.
Hoc Christus victor solus, primūque sacerdos,
Obtulit incensum, precibus, non arbore natum.
Nam Cherubin quum sit bis binis vultibus vnum,
Est vnum verbum, per quattuor ordine ductum,
De patre quæ Christus plenissima pertulit ipse
Mandata sperata noui, solatia vitæ.
¹⁵ Ast quater alæ sex, veteris præconia verbi,
Testificantis ea, quæ postea facta docemur.
His alis volitant cœlestia verba per orbem,
His etiam Christi sanguis contactus habetur,
Obscurè vatum præfago dictus ab ore.
Alarum numerus antiqua volumina signat,
Esse satis certa viginti quattuor ista,
Quæ Domini cecinere vias, & tempora pacis.
Hæc cohærere nouo cum fœdere cuncta videmus.
¹⁶ Sic quoque Ioannes, sic pandit spiritus illi
Tot numero solio senioribus insuper albis,
Atque coronatis cohibentibus omnia mitra,
Ad solium Domini, vitreum & mare, stare sub igne,
Quattuor aligera atque oculis animalia plena
Intus & exteriùs, quæ sunt arcana patère;
Significat verbo simul omnia clausa videri;
Nam vitreum flammæ mixtum mare, dona lauacri
Spiritu conflato credentibus esse tributa.
Quæ pietas Domini? quis tantùm dicere possit,
Ante tribunale, ante pavementumque parauit,
Ut fora iudicium que sibi anticipare volentes,
Et fugerent, esset properanti copia lata.
[¹⁷ Sic igitur lex, & miri cecinere Prophetæ;
Omnia sic coniuncta vigent, veterisque nouique

D

E

F

Fœderis

Fœderis, illa sacra & verborum immania dicta.
Sic & Apostolica voces testantur vbiq;
Nec quidquam veteris non est nouo denique iunctum.
Sic errant, & dictorum sic facta retorquent,
Qui falsas finxere vias; Dominumque Deumque
Æternum regem, qui tantum protulit orbem,
Detrectant, aliud quærunt, sub nomine ficto;
Mentibus orbari, quas amiserunt furentes;
Externum legi Christum affirmare volentes,
Nec mundi Dominum, carnis neque velle salutem,
Nec virtute patris, factorem corporis ipsum;
Quos obturatis fugiendum est auribus vltro,
Ne sermone suo maculent innoxia corda.
Nos igitur, quos tanta Dei perfudit honestas,
Veraque doctoris cœlestia verba magistri
Instituere bonis, recta & monumenta dedere;
Semper honoremus Dominum, sine fine canamus,
Gaudentes puraque fide, certaque salute
(Nati vero Deo, nutrimur pane perenni)
Æternam toto sperantes pectore vitam.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM QVARTVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

I. **M** Ec populo iuueni, &c.] *Caput hoc inscriptum: De libri huius argumento. At qui obscurissimum est illud, & fortassis mendosum: Non vi doctores (solus daret omnia Christus) Correximus verò:*

Excelsas turtes, & mœnia sæua malorum, &c. Detraheret, pro: Detrahere. *Accipit aut, vti in argumento quoque dictum est: æmulamenta, pro: Antithesibus; quarum frequens mentio supra Tomo 3 libris quinque aduersus Marcionem.*

CAP. II.

2. Ergo Deus cunctis mortalibus vnus, &c.] *Titulum huic capiti imponimus: De vnico Deo. Hic verò distinximus: potus sapientia conditus omni; ut sapientia Ablatiuus sit more Auctoris, correpta vltima syllaba; vbi castigauimus: conditus, pro: creditus. Legimus etiam: ut sit sponte pereennis, pro: perenni, & inferni que locator, pro: locatur.*

3. Ex quo omnis patria in cœlo terraque vocatur, &c.] *Reseruata est ab Auctore in hac scriptura Ezech. 3. vox Græca πατρις; de qua D. Hier. adu. Heluid. scribens, fatetur Latinos paternitates vocare, quas Græci vocant πατριδες, quum ex vna radice multa generum turba diffunditur.*

CAP. III.

4. Reddidit ergo Deus gratis peccata paternana, &c.] *Inscriptionem huic capiti dedimus: Quo sensu Deus peccata paternna punierit in nepotibus, nepe peccata patrū sequentibus. Vbi cataclysmi vocē Græcam retinuit, pro diluuiō. Sunt autem verba Marcionis usque: Quod crudere putes, &c.*

CAP. IIII.

5. Cur Deus ergo iubet pecorum sibi sanguine fundi, &c.] *Caput hoc inscriptum: De Antithesi qua Deus pecorum sibi sanguinē fundi iussit, & tamen negat hæc sibi munera grata. Qua occasione pulerè explicat sacrificia, vituli, vitulæ, & hirci vtriusque; ad-*

ludens iterum ad c. 9. Epist. ad Hebr.

6. Atq; sacerdotes voluit sui corporis esse, &c.] *Hic verbis confirmari veritatē corporis & sanguinis Domini, supra adnotauimus lib. 4. adu. Marc. c. 40. nu. 662. vbi ea de re latius. Rursum autem paulopost, dum vitula victimam explicat, vniur vocat: conuincit, pro: cōtaminatione. Atqui demceps, de duobus hircis agit.*

CAP. V.

7. Nā velum in medio pendens cernebat vtroque, &c.] *Capitis huius titulus est: De tēplo interiori & exteriori, ex Exod. c. 26. & ad Hebr. c. 9. Accipitur verò cernebat, pro: discernebat; vti potè quod distingeret inter Sancta sanctorum, quò solus ingrediebatur summus Pontifex, & sancta sine Tabernaculum, in quod intromittebantur ceteri sacerdotes.*

8. Hic Aaron est virga, &c.] *Pro eo quod additur: crucis quæ germina profert, videtur esse mendosum illud crucis; vocē autem Græcam γειρα, quā Numer. 7. Interpret vulgatus veris ex Hebræo amygdala, Auctor Styracis nuce interpretatur. Et verò communis est vox Græca ad vtrumque; vti potè quæ omnis generis nuce significet. Quid verò significarit Mariā virginem virga Aaron, habes infra cap. 7.*

9. Atque super Cherubim per formā quattuor vnā, &c.] *Adiudit partim ad Cherubim duo obumbrantia propitiatorum, de quibus Exod. 25. partim ad 4. animalia, Ezech. 1, quæ Cherubim nuncupantur, Ezech. 10. & quæ Auctor c. 7. infra quattuor Evangelistas interpretatur. Correximus proinde ex his scriptura locis: Pandebant pennas, pro: pinnas, sicut rursus: & sanguina iussu tegebāt, pro: iussa; quāquā interim vox: sagmina, quid sibi velit, nō intelligā. neque enim apta est significatio; verbenarū, quæ sagmina vocabāt, in indicēdiū bellū aut pace vstitatarum, ad latera propitiatorij.*

10. Exteriùs velū, &c.] *Accipitur: exteriùs Aduerbialiter, pro extrā. Quum autem dicit: totidēque lucernæ, septem intelligi; nam & candelabrum bis ternis ramis cōstans cū medio calamo septenarium*

XXx iij

numerum conficit, unde fit ut cap. sequ. de spiritu septem-
templi, candelabrum interpretetur.

CAP. VI.

11. Ergo prior templi facies, &c.] Titulum huic
capiti dedimus: Quid anterius siue exterius tem-
plum significauerit. Illud autem, vitam sine lege;
corruptum videtur.

12. Fœderis hinc etiam noui inenarrabilis au-
ctor,

Discipulus Ioânes, &c.] Etiam hic eidem Ioanni
adscribit, & Euangelium (quod fœdus nouum nun-
cupat) & Apocalypsin (de qua latius lib. 4. adu. Mar-
cionem. c. 5. nu. 41.) ut potè quum citet Apocal. c. 6. At qui
hic per casuram absumi debet littera s. Ultima in dictione
discipulus, iuxta morem Christiani Pœtæ, & Au-
ctori supra vsitatum.

13. Abrahæ sinus iste vocatur, &c.] De hoc vide
suprà lib. 4. adu. Marc. cap. 3. 4. n. 550. & 551. Etic, præter-
quam quod etiam sinu Abrahæ ab inferni tenebris,
& igne longè semotum scribit, sicuti ibi; addit: sub
terra tamen, & magis ad communem accedit Theologo-
rum sententiam, in eo quod habet: passo Domino ex
duplici domo (nempe sinu Abrahæ, & æterna glo-
ria) factam esse vnam domum perennem, quum
Cœlestes patuere plagæ, cœlatæque sancta.

Atque adeo quum scriberet, nondum in errorem Mille-
nariorum inciderat, de quo latius inter Prolegomena.

CAP. VII.

14. Interius templum, &c.] Inscriptionem huic ca-
piti imposuimus: Quid interius templum, arca, ta-
bulæ testamenti, mannae vna, virga Aaronis, & 4.
animalia, significauerint. Illud verò

(Personæ hæc propriæ verè, non vmbra liga-
tur)
parentes hinc inclusimus, quamquam adhuc mœdosum sit &

mutillum. At qui castigamus: Aëriæ pelles, pro: Aëria;
nam explicat pelles agnorum, quibus cœli colore
arca contexta fuit, vii cap. 5. dictum est. Quæ denique
de vna mannae subiungit, paulò obscuriora sunt.

15. Ast quatuor alæ lex, &c.] Rursus hic more suo ex
tribus locis scripturæ, sicut suprà c. 5. (vix ipsius verbis lo-
quar) centonario more vnam facit, quam illud: de qua-
ter sex alis, siue pennis, legitur Ezech. 1. Quum autem
subiicit:

Alarum numerus antiqua volumina signat,

Esse satis certa viginti quatuor ista;

adudit ad veteris Testamenti volumina 24. Hebraica,
& Græca quoque litterarum elementa; de quibus, aliisque
variis eorundem partitionibus, vide Sixtum Senensium
Bibl. sancta lib. 1.

16. Sic quoque Ioannes, &c.] Quod hic inter ce-
tera adfert ex Apocal. Ioan. c. 4. de XXI. senioribus:

Ad solium Domini vitreum & inare, stare sub
igne,

quum ignis nulla illic mentio expressa sit, videtur referri
ad id, quod de folio sine throno procedebat fulgur; unde
& subiungit: vitreum flammæ mixtū mare. Sequentes
verò versus satis obscuri sunt, quantum apparet mendosi.
In quibus castigamus: albis, pro: altis, & : mitra, pro
mitra; nam induti erant albis, & coronis.

CAP. VIII.

17. Sic igitur Lex, &c.] Caput hoc inscripsimus:
Epilogus, ut potè quo ex præcedentibus colligit veteris
nouique fœderis siue testamenti concordiam, &
proinde docet fugiendos hæreticos obturatis au-
ribus,

Ne sermone suo maculent innoxia corda.

De quo latius suprà T. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. c. 2.
15. 16. & 18. Emendamus verò: Dominumque
Deumque, pro: dominique.

ARGVMENTVM LIBRI QVINCTI ADVERSVS MARCIONEM, IPSIS AVCTORIS VERBIS.

Hic quintus multos nexus nodosque resoluit,
In planum mala conuoluit quæcumque larebant.
Tractat enim penè omnes Marcionis hæreses, & ad argumenta eius paucis re-
spondet; quo fit ut titulo adiecerimus: DE VARIIS EIVS HÆRESIBVS.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI ADVERSVS MARCIONEM LIBER Quintus, De variis eius Hæresibus.

CAP. I.



RIMVS erat referens inimici ex ordine verba,
Quæ refuga illicitè molitur protulit amens;
Hinc etiam carnis spes & victoria Christi,
Et species breuiter falsarum dicta viarum.
Inde sequens coniuncta docet mysteria legis,
Inque nouo Deus quæ fœdere tradidit vnus.
Tertius ingenuâ gentem de matre creatam,
Vatibus & Patribus sacros esse ministros,

Quos

A Quos numero bis sex de cunctis Christe legebas.
Maiorum natu cum nomine tempora, Iustri
Tempora seruati, sceleris cui paruit auctor
Ignotus, sine lege, vagus, cum prole relictus.
Quartus & ipse refert obscura piacula Legis
Esse typum veteris, quæ paruit hostia verè,
Iamdudum expectata piis cum semine sancto.
Hic quintus multos nexus nodosque resoluit,
In planum mala conuoluit quæcumque larebant.
Argumenta trahens, sed non sine teste Propheta.
Et quamuis hostes, muniti fortibus armis,
Vincamus; tamen illicita, polluta, nefanda,
Commaculata simul, sic miscuit omnia serpens,
Cæcorum sine luce viam, contamine vocem;
Ut dum factorem mundi contendimus ipsum
Esse Deum solum, vatum quoque locutum,
Ignotumque alium quemquam non esse probamus;
Vix mundam linguam sermonis culpa referuet,
Complexu vario notum dum laude sequentes
Culpam usque alias ignoti tempora fera;
Sed cogunt nos multa doli cœlata venena,
Ancipiti quamquam cum crimine, pandere verba.
[¹ Quisnam ergo Deus? quem verum dicitis esse,
Ignotum populis, alienum denique mundo?
Hunc quem nemo prius norat, hic venit ab alto?
Si sua, cur tam fera petit? si non sua, quare
Ut prædo rapit, & populum sub lege morantem
Ignotis toties per legem vocibus oppler?
Si misereri etiam venit, & succurrere cunctis,
Et releuare graui deuictos funere mortis,
Carnis & obsceno spiramen soluere vinclo,
Qui cohibetur homo interior, concisus iniquè;
Cur tam serò pius vigilans, sempèrque benignus?
Qui numquam prius omnino se præbuit vlli,
Transmissis numero, alienos ore requirens,
Numquam expectatus, non notus, missus in orbem.
[² Pastor ouem quærens, quam non amiserat antè,
Debit exutus carnem, quasi victor & ipse
Spiritus, ut fuerat semper, talè que volebat,
Omnes expulsas animas sine corpore passim
Eripere, & carnem spoliatam linquere terræ;
Vna die pariter complere cadauere mundum,
Euacuare orbem, atque animas ad tollere cœlo?
Progenies hominum nasci cessasset in vnum,
Et nulla posthac generis profapia vestri
Nata foret, pestemque nouam sudisset in orbem.
Vel quia tunc nihil ex his factum ostenditur esse,
Debuerat finem generi statuisse futuro.
Connubij solido complexus corde repleffer,
Fecisset torpere viros, sine germine fructus,
Fœminei sexus cubitus tædere dedisser,
Clauisset penitus carnis genitalia membra,
Nulla voluntas nostro animo, neque posse facultas,
Posthæc possit & interior homo sanguine iunctis
Hærerè infusus carni, sempèrque periret.
Semper ouis perit, ergò nec est seruare potestas?

XXx iij

Quum semper nascatur homo, sub crimine mortis
 Quod pastoris opus, si sic inuenta docentur?
 In quaesita ergo, sed non erepta probatur.
 Nunc verò delectus adest connubia adire,
 Vt temper fuit, quem iunxit certa propago;
 Nascuntur gentes, & vix numerabile vulgus,
 Accipiunt animas nascentum corpora viuā;
 Nec Paulum decuit, quamuis pro tempore, quosuis
 Hortari, velut ipse fuit, pare sorte manere,
 Temporis angusti cernens instantia multa;
 Nam teneras aliās aetates nubere iussit,
 Nec se fraudari, sed debita reddere pacto.
 Vos autem astuta quis suasit fraude manere,
 Diuiso prolis securos degere amore,
 Crimen adulterij committere, perdere vitam?
 Et quamquam perit, id falsare agnomine verbi?
 Quapropter vocis tam dulcia cuncta profundit
 Impauidi quidquid placet, vt faciatis oportet,
 In faciem casti, maculati crimine furtim,
 Hac causa vos connubio priuauit honesto.
 Sed quid plura? benè est disunctos, scilicet, esse
 Expediit & mundo, ne vestri germinis vllus
 Nascatur, tandem cessabunt organa mortis.

1. Cor. 7.

1111.

[⁶ Partem hominis, dum speratis retinere salutem;
 Totus homo vester deperdit mente prophana,
 Interior, simul & veterem quem dicitis hostem;
 Sed & homo solum spiramen dicitur esse;
 Nec vetus est homo dicta caro, nec sunt inimica
 Spiritus & caro, verus homo sociatus in vno;
 Nec sibi priuatos sensus cernuntur habere.
 Hac regitur, regit ille, gemit, gaudetque, dolètque;
 Diligit, ipse suæ carni carissimus idem,
 Per quam parer homo, cum qua commixtus habetur;
 Vulneribus curas adhibet, lacrymâsque profundit,
 Nutrimenta cibi cupidè per membra resumit,
 Hanc optat secum immortalem semper habere,
 Quam frangi gemit, & dolet euacuare per artus;
 Illi mors miseræ dominatur tempore certo,
 Quo renouata leui de puluere mors inimica
 Deficiat tandem, caro quum resoluta resurgit.
 Hac erit expectata diu victoria summa,
 Quam fecit virtute patris, venerandus in æuū
 Factus verus homo, hominis qui membra redempta
 In cælos tulit, atque aditus spè diues apèruit.
 Principio gentis in linguis omnibus, inde
 Hic vbi semper opus, patria pietate minister
 Visus ab inciso, missus patiendo peregit.

v.

Exod. 20.

Ios. 13.

[⁸ Quid nunc infandæ voces, quid perdita turba?
 Si non ipse dedit leges, Deus ipse creator,
 Ægypti de calle viam qui strauit in vndis,
 Et sedes gratis dedit has, quas dixerat olim;
 Ipsa cur in gente venit, terræque dicata?
 Non alios populos, aut altera regna petiuit?
 Cur iam per vates, prædicto nomine toto,
 Non proprio suo, se vocitatum tradidit esse?
 Vnde etiam potuit baptismi dona benigna

D

E

F

Promissa

Promissa abs alio tamquam sua promere facta?
 Hæc mandata Dei transgressi, sorde reperti
 Optabant, veniāmque fera de morte petebant;
 Expectata diu merito venere, sed illis
 Qui prius audita, at nunc agnouere reperta,
 Hoc det vera manus Christi, pater ipse creator
 Semper ab æterno monet, & pia voce requirit,
 Quodque figurauit, fouet, atque figurat, & armat,
 Et iam despectum victor sua luce reuestit,
 Vt maneat virtutis opus cum laude perenni.

[⁹ Quid præstare Deus, quid possit homo pati, vt omnes
 Agnoscant, viuant, quod fecit viuā potestas;
 Sed quia nec prædicta prius, nec facta suprema
 Dementes homines possunt suadere furentes;
 Esse hominem factum Deum, passumque, sepultum,
 Surrexisse, vt eis tantis clamantibus olim
 Cœlesti verbo complexis testibus, ambo
 Terrestris saltem rationi credere discant.

VI.

Quum Dominus Christus caro nasci, venit in orbem
 Augusti Regis Romani tempore, primū
 Decreto gentes censu numerantur vbique;
 Idem hoc Rex forte tulit, quia summa voluntas
 In cuius manu, regnantis cor, legibus esset,
 Fecit primus, & in numerum scriptura redacta est.
 Tunc etiam Ioseph, Maria cum coniuge cœta,
 Cœlesti pariter gnato numerantur, & ipsi.
 Hinc instrumentis humana astutia nisa
 Qui testes sancti verbi, præbere probantes
 Inquirant, vel sic inuento post ea victi
 Pœniteant, veniāmque rogent, dum tempus habetur.

Enc. 2.

[¹⁰ Iudæi graue qui scelus admisisse fatentur,
 Dum detrectantes ardent, nobis que resistunt,
 Nec genus ignotum dicunt, neque dicere possunt,
 Suspendisse hominem se ligno, vera locutum
 Ignari Domino carnem sine semine victam.

VII.

Sed pro parte quidem reticent, pro parte triumphant,
 Namque Deum populis hominem vulgare laborant.
 Aspice errorem qui vos expugnat vtrosque;
 Pro nobis hic erit, dum vobis certa probamus.
 Illi Deum, vos falsò hominem sine corpore corpus
 Dicitis, & varia heu mentis vesania mergit.
 Quod qui præsumpsit, mergentes spargitis ambo;
 Namque hominem pariterque Deum, tunc facta probabunt
 Commixtum, nec pauca dabit signacula mundus.

[¹¹ Filius ipse Dei dum carnis membra requirit,
 Iam prætextatus palmarum sustinet ictus;
 Conspuitur vultus; spinis innexa corona
 Compungit caput; & ligno suffigitur ipse;
 Potatur scriblita, & fel miscetur aceto,
 Diuiditur vestis, sortes mittuntur in illa;
 Quod rapuit sibi quisque tener, caligine multa.
 Exspirante Deo tacitè de corpore carnis,
 In tenebris tremefacta dies cum sole refugit;
 Bis fuit vna dies, mediam nox atra coperuit.
 A fundamentis montes agitantur in orbem,
 Commota est tellus, patuere sepulcra piorum,

VIII.
Math. 26.
17.

Ioh. 19.

Cunctaque quem norunt, passum timere videre.
 Exanimum tolo miles latus haurit aperto.
 Profluit & sanguis, nec aqua minus inde secuta.
 Hoc illi pacto calant, noluntque fateri
 Admissi factum, nefas occultate volentes.
 Spiritus ergo potest gerere sine corpore vestem,
 Aut poenam capit, aut fert violentia vulnus?
 Aut moritur, surgitque, & sanguis funditur inde
 De qua carne, quia illum vos habuisse negatis?
 Aut finxit potius, si vos dicere tutum est?
 Quamquam præcipites dicatis, plura tacendo.
 Non ergo manifesta fides, non omnia fixa?
 Ante diem, quam quum pateretur pascha celebrans,
 Discipulisque suis tradens memorabile factum,
 " Acceptum panem pariter vitisque liquorem
 Corpus, ait, sanguisque meus, qui funditur, hic est
 Pro vobis; fieri semper quod post ea iussit;
 Quæve creatura panem vinumque putatis
 Esse suum corpus cum sanguine? quæque fatenda?
 Non se factorem mundi per facta probavit,
 Et portare simul de carne & sanguine corpus?

ix.

[¹⁴ Hic Deus, hic & homo verus, verumque locutus;
 De patre principium, genitum de lumine lumen;
 Spiritus & verbum, Patris sub imagine virtus;
 Cum patre semper erat, vnitus gloria & æuo;
 Omnitentis enim solus quia verba ministrat,
 Quem capit in terris, & per quem cuncta creauit.
 Filius ipse Dei, carissimus ipse minister.

Hinc genus, hinc & nomen habet, hinc denique regnum;
 De Domino Dominus, fluuius de fonte perenni.

Hic Patribus sanctis parens ab origine mundi,
 Teste Deo, quicumque Deum vidisse fatetur,
 Promissa & memoranda patris patefecit ab alto.

Exod. 13.

Eduxit populum, gentem percussit iniquam;

Exod. 14.

Ipse columna fuit lucis, nubisque rigoris;
 Siccauitque mare, & populos iubet ire per vndas
 Hostibus implicitis, fluctuque fretoque copertis;
 Per deserta viam fecit sua iussa secutis;

Exod. 15.

De cælo populo panem dimisit in vmbriis;

Exod. 16.

Eruptique petram, sitientes vnda rigauit;

Exod. 17.

A Deo mandatum Legis Mosique locutus

Exod. 19.

Cum tonitru cantuque tubæ, flammæque columna,

Ios. 3.

Terribili visu, tremebundo corde virorum.

Post bis vicinos completis mensibus annos,
 Iordane diuiso, patuit via, constitit vnda;

Partisque tribus terram promissa paterna,

" Ipse Prophetarum verbum patris ore locutus,

Esseque venturum terris, hominemque futurum

Prædixit, Christum terris manifestè profatus.

x.

[¹⁶ Expectatus in auxilium, spes vnica vitæ,

Mundator carnis seræ, mortisque fugator;

Tandem venit ab imperio patris omnipotentis,
 Humanis sese vestiuit & artibus ille.

Gen. 1.

Adam, virgo, draco, lignum, quæ caussa ruinae,

Et via qua nos mors temeraria vicerat omnes,

Hac eadem gradiens pastor, pecudemque requirens,

Angelo

A

Angelo, virgine, carne sua, lignique medela,
 Ex quo victus homo, victos periturus obibat;
 Hic interpositus pro captis omnibus vnus,
 Sustinuit patiens inimicam in corpore poenam,
 Morte sua spolians mortem, sit caussa salutis.
 Necnon in terris suo postquam corpore sancto
 Omnia perpeffus, perfoluit debita nostras;
 " Infernum petit; hic animas pro crimine vinctas,
 Quæ sine præsidio, conclusæ pondere legis,
 Olim promissa, & sperata, & tarda rogabant,
 Sanctorum in requiem dedit, & cum luce retraxit.
 Tertia namque die subiens cum corpore victor,
 Immani virtute patris, via facta salutis,
 Inque creatura portans hominemque Deumque,
 Conscendit cælos, captiuas ille reducens
 Primitias, munus Domino caramque figuram;
 Conscenditque patri lucis virtute recepta,
 Gloria qua munitus erat, dum vinceret hostem,
 Spiritu coniunctus, de nobis carne ligatus.
 Hunc pater, & Dominum & Christum, Regemque, Deumque,
 Iudicio regnoque dato missurus in orbem est.

Luc. 1. et 13.

1. Cor. 15.

B

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
 LIBRVM QVINCTVM ADVERSVS MARCIONEM.

CAP. I.

1. **R**imus erat referens, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De horum quinque librorum argumentis, aduersus Marcionem. Quem refugam non semel his libris appellat, quod à fide Catholica desierit, quem admodum latius videre est lib. de Præscript. aduers. her. cap. 30. num. 167. & lib. 1. adu. Marc. num. 2. Castigauimus autem in in Argumentis singulis libris præfixum, tum hoc loco: Inque nouo Deus que fœdere, &c. pro: Diuis, &: piacula Legis, pro: Regis. Optassemus etiam MS. exemplaria ad recognoscendum quod hic adfert de libro tertio; quod adeo quum obscurum esset, & fortassis corruptum, argumento supra non adiunxi.

2. Et quamuis hostes, &c.] Pulcher locus contra eos, qui libenter versantur in libris hæreticorum, quum vel in argumentis eorum confutandis (hic teste Tertulliano)

Vix mundam linguam sermonis culpa referuet. quod pertinet etiam illud: Ancipiti quamquam cum crimine. Sunt autem rursus Tertullianica: illicita, producta vltima, &: cõtamine. Atqui castigamus: Ignorantemque alium quemquam, pro: quanquam, &: laude sequentes, pro: sequentem.

CAP. II.

3. Quisnam ergo Deus? &c.] Huic capiti inscriptionem dedimus: De Deo vero omnibus noto, & non nouo; de quo latius tractauit supra alitubi libris aduers. Marc. usdem penè rationibus quibus hic usus: Si sua, cur tam seua petiti? &c. Illud autem paulo post obscurum est, & fortassis mendosum: Transmissis numero. Hic certè castigauimus, quamquam repugnante lege carminis, eò quod licentia similitudinem alibi utatur: Quisnam ergo Deus, pro: Quis non, quod nullo sensu legebatur.

CAP. III.

4. Pastor ouem quærens, &c.] Caput hoc inscriptum: De bono matrimonij. Quasi enim aliud agens, adhuc persistens in absurditate, que oritur ex Deo nouo, transit ad confirmationem connubiotum, que Marcion respuebat, de quibus supra lib. 1. adu. Marc. cap. penult. Castigauimus vero: &c. pro: vt, quia sequitur: vt fuerat, & paulo post accipi videtur repletet, pro: adimplet, & ad finem deduxisset, quum dicit:

Connubij solido complexus corde repletet;
 & mox: cubitus, Genituo casu, pro: concubitus.

5. Nec Paulum decuit, quamuis pro tempore, quousuis

Hortari, &c.] Prorsus legendum: quousuis, pro: quosdam, eo quod subditur:

Nam teneras aliàs ætates nubere iussit;
 vbi aliàs aduerbialiter sumitur (sicuti alibi non semel) pro: alioqui. Quum enim 1. Cor. 7. legatur,

Hortari, velut ipse fuit, pare sorte manere,
 Temporis angusti (Græcè est enim σμωραλμωρος)

cernens instantia multa,
 idem tamen teneras, id est, que continere non possunt, ætates nubere iussit. Atque hoc ipsum est quod lib. 5. aduers. Marc. cap. 7. dicit: Etenim Apostolus, et si bonum continentia præfert, tamen coniugium & contrahi permittit & vsui esse; & magis retineri, quam disiungi suadet. Quæ verba ad loci huius alioqui obscurioris, & fortè corrupti, intellectum faciunt.

CAP. IIII.

6. Patrem hominis, &c.] Titulum huic capiti dedimus: De salute carnis æquæ atque animæ. Bis enim ter ve, quod pulcrum est, repetere solet Auctor; de eodem

enim tractat supra bis hoc eodem opere. Accipit etiam mo-
re suo: deperdit, mox pro: deperditur. Atqui legimus ex
absurda consequentia:

Sed & homo solum spiramen dicitur esse,
pro: Sed nec, dum (inquam) Partem hominis speratis
retinere salutem; ex quo etiam sequitur illud:

Nec vetus est homo dicta caro, nec sunt ini-
mica

Spiritus & caro, nec (id enim subintelligitur) verus
homo sociatus in vno est; quæ omnia scripturis sunt
contraria,

Nec sibi priuatos sensus cernuntur habere;
cui contradiçit deinceps Auctor, quum subdit: Hæc regi-
tur, regit ille, &c.

7. Per quam patet homo, &c.] Accipitur etiam
hic phrasî Tertullianica: patet, pro: apparet; cui est simile
& illud infra cap. 9.

Hic Patribus sanctis parens ab origine mundi.
Pertinet etiam ad licentiam Poëticam illud: spe diues
apêruit, sicuti etiam infra ca. 8. nox atra copêruit. Est
autem obscurus versus, & quantum videtur, mendosus:
Vifus ab inciso, missus patiendo peregit.

CAP. V.

8. Quid nunc infandæ voces, &c.] Huic capiti in-
scriptionem fecimus: De Deo eodem veteris & noui
Testamētis quod ipsam etiam supra libris adu. Marc. &
hoc ipso opere non semel tractauit Auctor. Castigamus
vero:

Si non ipse dedit leges Deus ipse creator,
pro: Si non ipse Deus, &c. Atqui hic locus hoc velle
videtur, quod alibi non semel dixit, & infra prosequitur
cap. 9. Christum (non Deum patrem) semper retrò visum
esse, atque ad eundem esse Deum, qui & in veteri Testa-
mento & in nouo apparuerit; de quo interim latius inter
Paradoxa Auctoris in Prolegomenis; sicuti etiam de eo
quod videatur & Christum appellare Deum creato-
rem, non solum Deum patrem.

CAP. VI.

9. Quid præstare Deus, quid possit homo pati,
&c.] Caput hoc inscripsimus: De Christo non solum
Deo, sed & homine. Castigamus autem: furentes,
pro: Ecce, ad præcedentia referendum, non ad sequen-
tia verba. Rursus verò producitur prima syllaba in voce
Deum, quum subditur:
Esse hominem factum Deum, passumque.

CAP. VII.

10. Iudæi graue qui scelus, &c.] Titulum huic ca-
piti dedimus: Quod Iudæi hominē agnoscūt Chri-
stum, at Deum negant, quod tamen ytrumque
scripturis probatur. Emendamus verò: Sed pro
parte quidem, pro: quidam; & vocibus transpositis:
Illi Deum, vos falsò hominem, &c. pro eo quod erat:
Illi hominem, vos falsò Deum; ut potè quum licentia
Poëtica i litteram in fine dictionum corripias.

CAP. VIII.

11. Filius ipse Dei, dum carnis membra requirit,
&c.] Inscriptionem capiti huic fecimus: De Christo ho-
mine.

12. Potatur scriblita, &c.] Scriblita etiam penul-
tima contra naturam correpta, abutitur Auctor pro potio-
ne amara Christo à Iudæis propinata, quum alioqui Plau-
to, & Catoni potius sit cibi seu placenta genus. Sequitur
etiam Græcorum lectionem, qui acetum legūt cum felle
mixtum, pro eo quod Latini plerique vinum; quæ varietas
nata ex vicinia vocum ὄζος & οἶνος. Rursus in Symbo-
lo ytrumque expressit, vinum myrrhatum, & acetum.
Rursus autem accipitur bis: Non, pro: Nonne, paulopost
in illo versu:

Non ergo manifesta fides, non omnia fixa:
vbi fixa accipis pro: certis, & rursus ibi:

Non se factorem mundi per facta probauit.

13. Acceptum panem, &c.] Facere etiam hunc lo-
cum pro veritate corporis & sanguinis Domini in
Sacramēto Eucharistie, supra adnotauimus lib. 4. aduers.
Marc. cap. 40. num. 662.

CAP. IX.

14. Hic Deus, hic & homo verus, &c.] Caput
hoc inscripsimus: De Christo Deo qui patribus appa-
ruerit. Castigamus autem necessario: Patris sub ima-
gine virtus, pro: Christi; neque enim Christum à seipso
aut imago aut virtus rectè appellaretur. Obscurum verò,
& quantum apparet, corruptum est illud: Quem capit
in terris.

15. Ipse Prophetarum verbum patris ore locu-
tus,
Esseque venturum terris, &c.] Prorsus coniungendi
fuerunt hi duo versus, & prætermittendus ille interme-
dius, qui adhuc ad librum Iosue pertinet:

Partirique tribus terram promissa paterna;
neque enim in illo libro vlla de Christo prædictio, sed apud
Prophetas quamplurima, quorum multa videre est, tum
Tomo 1. lib. aduers. Iudæos, cap. 6. & deinceps, & supra
lib. 3. aduers. Marc. cap. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
19. 20. 21. 22. & 23.

CAP. X.

16. Expectatus in auxilium, &c.] Titulum huic ca-
piti dedimus: De Christi passione & gloria; vbi im-
primis pulchra est comparatio, quod quum fuerint homini
caussa ruina, virgo, draco, lignum, Christus demonem
vicerit,

Angelo, virgine, carne sua, lignique medela;
hoc est enim quod vult versu illo obscuro, & quantum
apparet, mendoso:

Ex quo victus homo, victos periturus obibat.

17. Infernum petit, &c.] De hoc articulo fidei,
quem tamen Erasmus in Symbolo Apostolico agnouisse
vix videtur, vide supra lib. de Præscript. adu. hæres. cap.
13. num. 86.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI DE IVDICIO DOMINI,

PER IACOBVM PAMELIVM.



E Iudicio Domini scripturus Tertullianus; imprimis more Poëtico Musas
inuocat, ad modulandum quatuor anni temporum, & mudi totius fabricã.

Deinde celebrat hominis formationem.

Hinc eius transgressionem, & originale peccatum, ac mortem in vniuer-
sum genus humanum inde secutam.

Porro ad institutum veniēs, primùm agit de Iudicio particulari post mortem singu-
lorum.

Inde de resurrectione mortuorum Deo non impossibili.

De Aduentu post hoc Domini, & comparitione omnium ad Iudicium.

De verbis Iudicis ad sua iussa secutos, quos ad perpetuam vitam euocabit.

Cum descriptione Poëtica cælestis gloria.

Item de verbis Iudicis ad impios, quibus flammam addicit perpetuas.

Cum simili descriptione gehennæ.

Porro addit quod olim sancti cecinerint Prophetæ, & qui in Christi passione re-
surrexerunt.

Quocirca Iudicij memores mutare vitam omnes admonet.

Ceterum videtur huius libelli meminisse Auctor supra lib. 2. aduers. Marc. cap. 27.
in hac verba: Iudicem quidem & illum (nempe Deum) esse, iam ostendimus in
LIBELLO SV O. Et si enim lib. 1. adu. Marc. id argumentum etiam tractet cap. 25. 26.
27. & 28. tamen non poterit ille Liber inscribi DE IVDICIO, quia etiam alia mul-
ta de Deo tractat.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, DE IVDICIO DOMINI LIBER.

A



Vis mihi rucolas aptabit carmine Musas?

Et verni roseas titulabit floribus auras?

Æstiuæque graues maturas messis aristas?

Quis dabit & timidæ autumnæ vitibus vuas?

Quisve hiemæ placidas semper laudabit oliuas?

Recludetque ipsi renouatas fontibus vndas?

Frondentisque vago cædet de gramine flores?

Protinus ætheri modulabor luminis auras.

Iam mihi luciferas liceat contingere Musas,

Pandere secretas fluuiali vertice lymphas;

Et lætas alio positas sub sidere filuas,

Æternæque simul modulabor carmine flammæ,

Vnde mare tumidum, immensa fluctuet vnda,

Quæ virtus solidas moueatque tremiscere terras,

Et lux vnde nouo præfulserit aurea mundo;

Quisve hominem læto potuisset fingere limo,

Vnde genus vacuo potuisset crescere seculo;

Et quæ viuendi populo sit multa cupido,

Quæve creata malo, moriendi, quæve propago,

CAP. I.

YYy

Vnde bonus roseis sit ordóque rubóque coronis,
 Quid faciat latis vt vitis abastuet vuis,
 Et plena è teneris tendantur vt horrea culmis,
 Arbor vt in glacie nigris pubescat oliuis,
 Germinibus quis det varij incrementa vigoris,
 Mollibus & matrem pullorum protegat vinbris.
 Omnia nosse bonum quæ sint miracula rerum,
 Vt Dominum liceat per cuncta agnoscere verum;
 Qui lucem, maria, & cœlum, terramque parauit,
 Ornauitque nouum variato sidere mundum;
 Et pecudes primùm, & volucres, procedere iussit,
 Et dedit æquoreas compleri piscibus vndas,
 Et fecundatas animabus cogit harenas.
 Talia compositis deducam carmina Musis,
 Atque salutare exponam fontibus vndas,
 Et lætum placidis venientem nubibus imbrem,
 Inque animas hominum penitus, vltroque fluentem,
 Excipiat plenis in nostra noualia riuus.
 [¹ Nunc age, securam vitamque adtingere lympham,
 Et celeres vitam amissam reparare per vndas
 Si velit, æterna & pœnas euadere flammæ,
 Ignarusque Dei, venturique incius æui,
 Et potius venturæ adipisci præmia vitæ;
 Hunc vnum meminisse Deum, solùmque precandum,
 Qui totum in libra posuit sub limine mundum,
 Æternùmque manens, semperque futurus in æuum,
 Sæcula cuncta tenens, ante omnia sæcula solus
 Ingenitus, sine fine Deus, sedemque supernam
 Solus habens, solus cœlos supereminet altos,
 Omnipotens solus, cui parent omnia rerum;
 Qui sibi complacitum hominem formauit in æuum,
 Pastorem pecudum, & dominum dedit esse ferarum;
 Qui sermone tenus potuit protendere cœlum,
 Et solidam verbo potuit suspendere terram,
 Et dicto citius disiunxerat æquoris vndam,
 Ac manibus caram dilexit fingere formam,
 Atque suam voluit faciem quoque inesse decoram,
 Spirituque adflavit viuendi vultibus auram.
 [¹ Immemor ille Dei, temerè committere tale
 Non vltra monitum quidquam contingeret vnum
 Vnde malum sciret, pariter dinosceret æquum.
 Protinus illicitum vetuit contingere pomum.
 Quanta Deus homini permisit munera mundi?
 Et prædulce sui signauit pignus amoris?
 Iusque dedit volucrum, pontumque solùmque domandum,
 Vtilia & caræ tribuit mandata salutis.
 Sub ditione dedit terras, animasque volantum,
 Pennatumque genus, pecudum genus omne ferarum,
 Et genus æquoreum, & deformia monstra natantum.
 Sed quoniam primo transgressus crimine legem,
 Iam iam primus homo Domini mandata reliquit,
 Coniuge quæ mala cuncta suauit, morte peribat,
 Peccati que malum commisit fœmina primum,
 Transgressaque suum decepit lege maritum;
 Eua inducta dolo patefecit limina letho,
 Et sibi cum genere præcreauit funera toto.

Gen. 1.

11.

Gen. 1.

111.
Gen. 2.

Gen. 7.

Gen. 3.

D

E

F

Hinc

A Hinc nefas incautum, mors hinc quasi semen in æuum
 Spargitur; inde magis facinus percrebuit atrox,
 Atque labor corruptum agitauit sæuior orbem.
 Callidus hoc zelo serpens illexit in ipso,
 Inde magis populi accerfunt commissa malorum,
 Atque nefanda malis pepererunt semina factis.
 [¹ Idcirco Dominus solus, cui summa potestas,
 Et super alta tenens summi fastigia cœli,
 Altum in præcellis habitans in secula lumen;
 Præsentisque memor, quoque præsciens antè futuri,
 Progeniem meriti decretum seruat in æuum;
 Et cunctas animas, tum corpora tarda gubernans,
 Quæ ratione mouent hominem, per multa vagantem.
 Vt primùm positi membrorum pondera cedunt,
 Terrenisque leues resolutis nexibus ibunt,
 Ac proprias capient diuersis partibus oras.
 Ast alias lætis reuocari protinus auris,
 Seruari penitus decreta ad præmia legis,
 Dum motis iterum reuirescant corpora membris.
 Illic occultis claudentur praua tenebris.
 B Tunc homines primæ pensare præmia vitæ
 Incipient, crimenque suum culpæque putare,
 Et pœnis retinere, procul de morte futuris,
 Iudicii que Dei memores astare piorum,
 Expectare suam suorùmque ex crimine pœnam;
 Funditùs aut pecorum sine nomine viuere vitam,
 Incautumque Deo iam surdo fundere fletum.
 [¹ An Deus omnipotens, cuius sub lege reguntur
 Omnia, non valeat post mortem reddere vitam?
 Aut aliquid Dominus rerum non posse videtur?
 Si potuit tenebris pulsus extendere lucem,
 Atque omnem verbo subito componere molem,
 Omnia de nihilo quoque voce potente parare;
 Cur non ex aliquo possit componere, notam,
 Quæ fuerat quondam, quam finxerat antè, figuram?
 Assimilèmq; sibi iubeat resurgere formam?
 Quum sint cuncta Dei; reddit magis omnia tellus;
 Iussa retexet enim quidquid contexerat olim.
 Si quem fortè regis aboleuit flamma sepultum,
 Aut aliquem cælis dissecerit æquor in vndis,
 Si cuiusque fame satiarunt viscera pisces,
 Aut fixere feræ crudelia funera membris,
 Alitibus iacuit raptato corpore sanguis;
 Vltima non Domino rapient sua munera magno.
 Apparere Deo viuos de morte necesse est,
 Resumptisque suis homines ad stare figuris.
 Arida sic vacuis redduntur semina terris,
 Et penitus fixis putrescunt mortua sulcis;
 Nonne animatur & hinc reparatis culmus aristas,
 Atque iterum viuus flauescunt fortia granis,
 Confurguntque nouæ vario cum scœnore messes?
 Sidera cuncta cadunt, iterùmque renata nitescunt.
 Et dies in densa moritur cum lumine nocte;
 Occidit & iam nox rebus mox luce reuictis;
 Iamque suis alia atque alia dies surgit ab astris,

1111.

V.

Gen. 1.

1. Cor. 15;

YYy ij

Solque cadit, splendorifero qui lumine clarus,
 Lux perit umbrato venienti vespere mundo;
 Et renouata suo viuunt fuligine Phoenix,
 Et sua mox volucris (mirum) post busta refurgit.
 Tempore nuda suis foliis quoque fructicat arbor,
 Pomorumque iterum curuantur germine rami.
 [6 Ad vocem ergo Dei mundo per cuncta tremante,
 Et motis penitus virtutibus aeris alti,
 Tunc fragor insolitus, tunc maxima murmura cœli,
 Adueniente Deo, rotius iudice mundi.
 Protinus innumeri concurrunt ire ministri,
 Conuallantque Deum eum maiestate superna;
 Angelica in terras descendunt agmina cœlo;
 Omnes, tuba Dei, quibus est diuina facultas,
 Vultibus & forma virtutis spiritus omnes.
 Igneus his vigor est, rutilantia corpora, cœli
 Vis diuina micat, hinc totus murmurat orbis,
 Hinc trepidans penitus, vel quanta est, terra remugit,
 Parturiens homines, quos reddere iussa decedit.
 Omnes mirantur, turbantur denique, nimbi
 Atrâ quem ota pauent, subita virtutis ab alto.
 Sic veniente Deo sonitus cum voce potentis;
 Omnia continuo ruptis per regna sepulcris,
 Omnis humus latis effundit hiatibus ossa,
 Viuentisque patens populos eructat harena,
 Hærent membra comis, nec tunc utique ossa medullis,
 Consertique regunt spirantia corpora nerui,
 Et simul infuso motantur sanguine venæ,
 Dimissisque cauis, animæ redduntur apertis.
 Organa quæque sua repetunt surgentia parte.
 Proh, miranda fides; 7 hinc omnis pullulat ætas,
 Pullulat antiquo mortuorum puluere turba;
 Matres atque patres repetita luce resurgunt,
 Magnanimi iuuenes, pueri, innuptæque puellæ,
 Defunctique senes animis viuentibus adstant,
 Infantumque gemens resonat vagitibus orbis.
 Tam variæ gentes venient de sedibus imis;
 Eorumque manus, & quas videt vltima tellus,
 Quæque colunt medijs deuexo in climate mundi,
 Ryphasque tenent argenti sideris arces.
 Omnis adest, pauidus finis cuiusque; colonus,
 Rusticus, Atrides posito diademate regni,
 Pauperibus mixtus coequalis in agmine diues.
 Altus vbiq; tremor, precibus tunc ingemit orbis,
 Tendentesque manus populi clamore stupefcunt.
 [8 Ipse sedens Dominus, sublimi lumine clarus,
 Atque potens cunctis micat in virtutibus ignis,
 Excelsoque throno cœlesti sede coruscatur;
 Martyribus septus, numero candente virorum,
 Dilectisque suis comitatus vatibus exstat,
 Clara quibus niuis effulgent corpora stolis.
 Iamque sacerdotes nitidis in vestibus adstant,
 Gestantes rutilas insigni fronte coronas;
 Submissisque omnes genibus veneranter adorant.
 Hagie, hacie, sancte Deus; vox omnibus vna est.

v i.
 Matth. 24.

vii.
 Matth. 24.

Apoc. 4.

Hic

D

E

F

Hic Dominus geminam mandabit sistere plebem;
 Imperat & iuxta numerum discernere prauos,
 Appellans placidis, verbis sua iussa sequutos,
 Indutosque, iubet, deuicta morte, vigorem,
 Semper inextinctas habitare ad luminis auras
 Ire per antiquum semper florentia regna,
 Promissas per opes, per semper amœna vireta,
 Degere perpetuam præclaro in corpore vitam.
 [9 Est locus Eois Domino dilectus in oris,
 Lux vbi clara, nitens, spiratque salubrior aura,
 Æternisque dies, atque immutabile tempus;
 Est secreta Deo regio, ditissima campis,
 Atque beata nimis, sudæque in cardine sedis.
 Aer lætus ibi, semperque in luce futurus,
 Lenis & aspirans vitalia flamina ventus.
 Omnia fert fecunda, solo prædiuite, tellus;
 Flores in pratis fragrant, & purpura campis.
 Omnia prærutilla miscet non inuida luce.
 Flos alium lætus suo lumine vestit amictus,
 Roscidæque hic multo variantur semine rura,
 Et roseis niuea crispantur floribus arua.
 Nescitur quibus vsque locis scelerior aura,
 Quæ melior specie, vel plus præcellat honore.
 Talia florigeris numquam nascuntur in hortis
 Lilia, nec nostris efflorent talia campis,
 Nec sic nata rubent, mox ut rosa panditur aura;
 Purpura nec Tyrio sic est intincta rubore.
 Gemma coloratis fulget speciosa lapillis,
 [10 Inde inter prasinus, illinc carbunculus ardet,
 Herbosæque viret prægrandis luce smaragdus;
 [11 Hic & odoriferis nascuntur cinnama virgis,
 Et spisso lætum folio conflagrat amomum.
 Hic iacet ingenitum radiantis luminis aurum,
 Et nemora alta tenent florenti tempore cœlum,
 Virentisque grauant vberima germina ramos.
 Porrexerit similes non illis India lucos,
 Non ita densa leuat in monte ca cumina pinus,
 Nec sic alticoma est umbra crispata cupressus;
 Nec vernus melius florere cum tempore ramus.
 Hic abietes celsæ florent in vertice nigra,
 Æternumque virent solæ sine grandine syluæ.
 Nulla cadunt folia, & nullo flos tempore deficit.
 Flos quoque floret ibi rubeus, ceu purpura Tarfi;
 Flos hic, credo, rosa est, rubor atq; odoracer in ipso,
 Sic foliis speciem præfert, sic spirat odorem.
 Arbos stat cum flore nouo, pulcherrima pomis,
 Vitalem & frugem foelicia robora densant.
 Mella viridanti conflagrant pinguis canna,
 Lac etiam plenis manat potabile riuis;
 Vitam aspirat ibi quidquid pia terra virescit,
 Et plucrè redolet munus medicabile Cretæ.
 Fons illic placidis leni fluit agmine campis;
 Quattuor inde rigant partitas flumina terras.
 Ver puto semper agit vestitus floribus hortus,
 Non frigus variat hiberni sideris auram,
 Et reficit foetam, meliori flamine terram.

viii.

Gen. 2.

Gen. 2.

YYy iij

Nox ibi nulla, suas defendunt astra tenebras;
 Iræque insidiæque absunt, & dira cupido,
 Exclususque metus, pulsæ de limine curæ.
 Hic malus extorris, dignas exiuit in oras,
 Nec vetitos vñquam datur huic contingere lucos;
 Illic prisca fides electa in sede quiescit,
 Insistit gaudens æterno in fœdere vita,
 Et secura salus placidis lætatur in aruis,
 Semper victura, semperque in luce futura.
 Hic quicumque pius, æquique bonique colonus,
 Quique Deum metuit sincera mente Tonantem,
 Atque suos coluit sacra pietate parentes,
 Et degit reliquam semper sine crimine vitam,
 Aut inopem fidis opibus solatus amicum est,
 Atque laboranti nimium subuenit egeno,
 Pauperis adiutor, pupillorumque patronus,
 Eruit innocuos, subuenit crimine pressis,
 Hospitibus largæ tribuit sua pignora mensæ;
 Omnia diuinè gessit, pia munera iussit,
 Non alicui nocuit, non vñquam aliena cupiuit;
 Illi exultantes diuinis laudibus omnes,
 Hortantésque simul referunt ad sidera voces,
 Psallentes Domino celebrant per gaudia grates,
 Innocuamque viam nunciis comitantibus ibunt.
 [“Hæc postquam Dominus foelicia dona peregit,
 Et pariter iustos æterna in regna remisit,
 Tunc miseranda venit, lugens sua crimina turba,
 Effundit gemitus lacrymis arentibus omnes,
 Et sua testatur crebris vlulatibus acta.
 Flammas pro meritis, stagnantia tela tremiscunt.
 Corripit angelicus cœtus, prohibetque precari,
 Et prohibet seras clamando fundere voces;
 Sublata venia fundum iaciuntur in imum.
 O miseri, quoties maestas cognita vobis;
 Audistis sonitus, vidistis fulgura cœli,
 Assiduas pluias, ventorum & grandinis iras
 Experti; quoties noctésque diésque sereni
 Tempora fœcundant pulcris Dei munera donis,
 Vernabantque rosæ, frugum nec defuit æstas,
 Autumnus variè fundebat mollia poma,
 Aspera hiems quamuis glaciales fregit oliuas;
 Cuncta Deus tribuit, bonitas nec defuit eius.
 Terra Deum tremuit, pontus de voce pependit,
 Et fluuius siccas trepidus refugit arenas;
 Et genitura Deum quæuis per cuncta fatetur;
 Vos miseri Dominum cœli terræque negastis,
 Præconésque Dei (horrendum) sæpè fugastis,
 Et iustos potius crudeli cæde necastis,
 Et fraus in vobis post crimen semper inhæsit.
 Ergò sementis fructum capietis iniquæ:
 Noscitis esse, Deumque tamen ridere soletis;
 Ibitis in tenebras ignis & sulphuris altas,
 Passuri ardentes iustas cruciatibus iras;
 Æternæ Deus ossa iubet descendere pœna,
 Ire sub ardorem rabidæ sine fine gehennæ,
 Vrgeri molem per stagna rotantia flammæ,

IX.

Matth. 24.

Ia

A

B

C

In flammamque iubet conuerti elementa minantem,
 Atque omnem cœli descendere nubibus ignem.
 [“Tunc audis rapido est inclusus tartarus igne,
 Atque procellosis flamma intus fluctuat vñdis,
 Totaque vertentes confundit terra fauillas.
 Flammeus est sulcus, dentes vertuntur acuti.
 Omnibus & torrens armabitur igneus annis.
 Impetu tartareo frendent incendia mundo,
 Illic præcipiti cursu torrentur in æstu,
 Hinc fugiunt, illinc cursu referuntur acuto;
 Obuia sit sæuæ flammæ fugientibus ira,
 Agnoscuntque suam iam tum de crimine pœnam.
 Iamque vaga à nullo tellus possessa colono
 Æquoris extremo pressa & sub sine profundo,
 Qua sol emenso radio determinat orbem,
 Et qua transacto conduntur sidera mundo;
 Æther gliscit, atris obstructa luce tenebris,
 Vltima secretis stagnant flammantia riuis.
 Est natura loci signatis ignea pœnis,
 Inferis que palus candens ardoribus atrox.
 Intonat horrificis facinus pœnale caminis,
 Aestuatur, & rapitur lato de vortice flammæ,
 In tormenta ruens, fluctuque & gurgite sæuo,
 Turbida cœnoso fundo miscetur harena.
 Huc captiua gemens mittetur turba malorum,
 Arsurumque nefas, scelerati corporis agmen.
 Magnus plangor ibi, luctus sociante boatu,
 Et stridor rabidus, vlulatus & inde dolentum.
 Exurgent flammæque procul, artusque sonori,
 Ignis inardescet, gemitusque feretur ad auras.
 Tunc humana, mali pendet commissa, propago,
 Incipietque suas ad cœlum tendere palmas,
 Et Dominum tunc nosse volet, quem nosse volebat
 Antea non, quum nosse illis foret vile tempus;
 Illic quisque suæ profitebitur effera vitæ,
 Iniustasque manus, & sæuæ crimina mentis,
 Horrescētque suæ quæ nouerit impia vitæ.
 Iam primum quicumque Deum malè senserit antè,
 Et vaga mentito coluisset numine saxa,
 Atque cruentiferis signis sacrauerit aras,
 Et picturatas timuit sine voce figuras,
 Ac falsi tenues veneratus numinis vñbras,
 Et quoscumque malus seduxit protinus error:
 Siquis adulter erat, si natos ense necarat,
 Si raptor grassatus erat, si fraude clientes
 Distulerat, si mente parum versatus amica;
 Sive suas hominum macularat sanguine palmas,
 Miscueratve latebroso si morte venenum;
 Aut si vestitus scelerato pectora fuce,
 Sive malo alterius, lucro & gaudebat iniquo;
 Admisit quicumque nefas quodcumque malorum,
 Ingens ardor eum, atque ignis torquebit amarus,
 Suppliciumque dabunt peracerbo funere cuncti.
 Plurima sic hominum mœrentum turba iacebit.
 [“Hoc quoties olim sancti cecinere Prophetæ,
 Flatu & sæpè Dei moniti dixere futura;

x.

Matth. 3.

xi.

YYy iiij

Matth. 28.

Apo. 6.

XII.

Nemo suas (miserum) nemo cheu praubit aures.
 Sed Deus omnipotens voluit sua pramia nosci,
 Atque minas positæ per plurima talia legis.
 Mittendo statuit plures, & verba sonantes
 Diuina; excitósque iubet prodire sepulcris
 Secum, quum fracto surrexerat ipse sepulcro.
 Obstipuere quidem plures, patuisse sepulcra,
 Et cerni in clara pramortua corpora luce;
 Miratíque pios sermones, dulcia dicta,
 Ipsa voce suas tendunt ad sidera palmas,
 Gratanturque Deo, & victori talia Christo.
 Illos non tumulos certum est reperisse silentes,
 Amplius aut terræ retineri viscere clausos;
 Relliqua sed recubat nunc turba cubilibus imis,
 Ille dies donec, com pleto tempore, magnus
 Adueniat. [16 Cuncti Dominum iam agnoscite verum,
 Qui solus facit hanc animam sua cernere luce,
 Eandemque potest in tartara subdere pœnis,
 Et cui cuncta patet vitæ mortisque potestas:
 Posse Deum, nam velle sat est, factumque loquendo
 Implet, & obstando planè nihil impedit illum.
 Ille meus solus, cui credo sensibus imis.
 At quoniam letho cursus concluditur omnis,
 Quicumque est hodie, secum putet omnia mente;
 Atque idè dum vita manet, dum cernere lucem,
 Dum vitam mutare licet; quàm terminus æui
 Obruat incautos, & nescia lumina soluat
 Vltimus ille dies, mortis quia lege tenetur;
 Quod pretium superest, caræ inuigilate salutí,
 Et faciles certique bonum decurrite cursum.
 Abstergete piis commissa piacula sacris,
 Atque vagas nimium mundi vitate procellas;
 Tum rectas & adite vias, & sancta tenere.
 Hinc lætis animis prauum depellite crimen,
 Et concreta diu proluatur pectore culpa;
 Commissasque mali labes abolete nefandas,
 Eternisque Deum precibus placate tremendum.
 Pessima cuncta bonis cedant mortalia vitis,
 Et seruate nouam iamiam sine crimine vitam,
 Incipiántque bonis versique assuescere mentes,
 Laudibus & faciles diuinis reddite voces.
 Sic meliora piis flagrabunt omnia vobis,
 Sic quoque cœlestis capietis munera vitæ,
 Cúmque Deo longum semper viuetis in æuum,
 Aurea fiderei cernentes gaudia regni.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
 LIBRVM DE IVDICIO DOMINI.

CAP. I.
 1. Quis mihi ruricolæ, &c.] *Caput hoc inscrip-
 sissimum: De quatuor anni temporibus, & mundi
 totius fabrica. Castigamus verò: maturas messis
 aristas, pro: maturar.*

CAP. II.
 2. Nunc age, &c.] *Capiti huic inscriptionem de-
 dimus: De hominis formatione.*

CAP. III.
 3. Immemor ille Dei, &c.] *Titulum huic capiti
 impo-*

D

E

F

imposuimus: De hominis transgressione & pecca-
 to originali, ac morte in posteros transfusa.

CAP. IIII.

4. Idcirco Dominus solus, &c.] *Caput hoc inscri-
 pssimum: De iudicio cuiusque hominis particulari.*

CAP. V.

5. An Deus omnipotens, &c.] *Inscriptionem huic
 capiti fecimus: De resurrectione mortuorum Deo
 non impossibili. Quam probat exemplis: granorum
 quæ mortua consurgunt, sicuti est 1. Cor. 15. occasus
 & ortus syderum; diei ac noctis, sicuti etiam supra
 lib. de Resurr. carnis cap. 12. Phœnicis, de qua ibidem
 cap. 13. n. 104. 105. & 106. Atqui casura ibi facienda:
 alia atque alia dies surgit ab astris, in voce: dies.*

CAP. VI.

6. Ad vocem ergo Dei, &c.] *Huic capiti titulum
 dedimus: De aduentu Domini, & omnium homi-
 num comparitione ad iudicium.*

7. Hinc omnis pullulat ætas, &c.] *Eodem spectat
 quod subiicit Auctor: pueri, &c.*

Infantumque gemens resonat vagitibus orbis.
 Sed sanè hæc intelligenda sunt; quod nempe etiam pueri
 & infantes resurgent; non tamen in eadem ætate, sed
 (iuxta quod Apostolus scribit Ephes. 2.) in mensuram
 ætatis plenitudinis Christi. Quia unusquisque (inquit B.
 August. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 15.) suam recipiet men-
 suram corporis, quam vel habuit in iuuentute, etiam si se-
 nex obiit, vel fuerat habiturus, si ante est defunctus. Æ-
 tas verò erit illa, ad quam peruenit Christus, circa 30.
 annos.

CAP. VII.

8. Ipse sedens Dominus, &c.] *Caput hoc inscrip-
 sissimum: De verbis Iudicis ad iustos, quos ad vitam
 euocabit perpetuam. Accipitur verò: exstat, pro: su-
 pereminet. Castigamus autem: niucis effulgent cor-
 pora stolis, pro: telis.*

CAP. VIII.

9. Est locus Eois Domino dilectus in oris, &c.] *In-
 scriptionem huic capiti fecimus: Descriptio poetica
 Paradisi, seu vitæ æternæ.*

10. Inde nitet Prasinus, &c.] *Appellatur Plinio
 Prasus, sive vii Auctor: Prasinus, è gemmarum vi-
 ridantium genere, lib. 37. cap. 8. At Prasinus colorem vi-
 ridem significat. De carbunculo & smaragdo vide su-
 pra lib. 2. adu. Mare. cap. 10. num. 64.*

11. Hic & odoriferis nascitur cinnama virgis,
 Et spisso lætum folio conflagrat amomum, &c.]

Auctorem non modò in ceteris huius capituli, sed maxi-
 mè in hoc loco videtur imitatus Lactantius carmine de
 Phœnice, ubi dixit:

Cinnama dehinc, auramque procul spirantis a-
 momi

Congerit. --

De Cinnamo verò, sive Cinnamomo, vide Plinium lib.
 12. c. 19. De Amomo eiusdè lib. c. 13. Emendauimus verò
 virentisque, &c. ramos, pro: viuentisque, sicuti post
 aliquot lineas:

Et pulcrè redolet munus medicabile Cretæ,
 pro: pulcræ, redolent; vbi adludat ad herbarum Cre-
 tæsiū varia genera, quorum in medicinis vsus est præ-
 cipuus, vtpote quod in ea insula nullum venenatum na-
 scatur animal.

CAP. IX.

12. Hæc postquam Dominus, &c.] *Titulum huic
 capiti fecimus: De verbis Iudicis ad impios ituros in
 ignem æternum. Est autem & hæc vox Tertullianicæ
 genitura, pro generatione.*

CAP. X.

13. Tunc audis rapido, &c.] *Caput hoc in scrip-
 sissimum: De gehennæ descriptione. Vbi Tertullianicæ
 sunt: facinus pœnale, &: mali pendet commissa,
 pro: exsoluet.*

CAP. XI.

14. Hoc quoties olim, &c.] *Inscriptionem huic ca-
 piti fecimus: Quod olim hæc prædixerint Prophe-
 tæ, & qui cum Christo resurrexerunt.*

15. Relliqua sed recubat nunc turba, &c.] *Quo-
 modo similes loci Auctoris adludentis ad cap. 6. Apocal.
 debent intelligi, vide inter Paradoxa nostra Prolegomena.*

CAP. XII.

16. Cuncti Domino iam agnoscite verum, &c.] *Huic
 capiti, quod ab hoc hemistichio aspicimur, titu-
 lum imposuimus: Ad meliorem vitam metu Iudicij
 adhortatio. Castigamus verò: sua cernere luce, pro:
 suâ cernere lucē. Et more suo accipit Auctor: quàm
 pro: antequam, quem subiicit:*

quàm terminus æui,

Obruat incautos, & nescia lumina soluat
 Vltimus ille dies; vbi in eo quod sequitur, emendamus:
 mortis quia lege tenetur, pro: qui. Incipientes nouam
 peridum ibi:

Quod precium superest, caræ inuigilate salutí;
 quamquam vox: precium, corrupta sit, nisi accipiat
 pro: precum.

ARGVMENTVM GENESEOS, PER
 IACOBVM PAMELIVM.

RIMA quatuor Geneseos capita Heroico carmine reddidit. Ceterum
 quamquam olim B. Cypriano in operum eius Tomo tertio adscribendum
 putauerimus, interea sententiam mutare persuasit Sixtus Senensis, qui
 Biblioth. suæ Sanctæ lib. 4. Tertulliano adscribit Sodomâ librū sequen-
 tem, qui hæc adubiè eiusdè cum hoc Auctoris est; maximè quò stylus magis sit Tertullia-
 nicus quàm Cyprianicus, & nusquàm B. Cyprianus inter Poetas Christianos nomine-
 tur præterquam à Fabricio, qui primus in lucē eius nomine adidit. Siquis interim aliud
 sentiat, per me licet, diūmodò etiam inter Opera Tertulliani vtrumque opus admittat.

Q. SEPTIMII FLORENTIS D.
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, GENESIS.

CAP. I.
Gen. I.



DINCIPIO Dominus cœlum terramque creavit:
Namque erat informis, fluctuque abscondita tellus;
Immensusque Deus super æquora vasta meabat,
Dum chaos & nigra fulcabant cuncta tenebræ.
Has dum disungi iussit de cardine, fatur:
Lux fiat; & claro nituerunt omnia mundo.

Quum Dominus, primi compleisset facta diei,
Condidit albertem nebulis nascentibus axem;
Accipit immensus verrentia littora pontus,
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes.
Tertia lux faciem terrarum fulua retexit,
Arida mox posito narratur nomine terra;
Florea ventosis confurgunt germina campis,
Pomiferisque simul procuruant brachia rami.
Quarta dies generat solis cum lampade lunam,
Et stellas tremulo radiantibus lumine fingit;
Hæc elementa dedit subiecto insignia mundo,
Tempora quæ doceant varios mutanda per ortus.
At quinta accipiunt liquentia flumina pisces,
Et volucres varias suspendunt aëre pennas.
Sexta prægelidos in spiras lubricat angues,
Quadrupedumque greges totos diffundit in agros;
Cunctaque multiplici mandavit crescere passim
Germinæ, & immensis errare & pascere terris.
Hæc vbi constituit diuina potentia iussu,
Rectorem inspiciens mundanis de fore rebus,
Hæc memorat: Nostris hominem faciamus ad vnguem
Vultibus ad similem, toto qui regnet in orbe.
Et licet hunc vno posset componere verbo,
Ipse tamen sancta dignatus ducere dextra,
Inspirat brutum diuino à pectore pectus.

II.
Gen. 2.

[¹ Quem postquam effigie formatum ceu sua, vidit,
Metitur solum mordaces soluere curas.
Ilicet irriguo perfundit lumina somno,
Mollius vt vultu formetur scemina costa,
Atque artus mixtu gemino substantia firmer.
Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eua.
Quapropter nati linqunt de more parentes,
Coniugibusque suis positis cum sedibus hærent.
Septima, quando Deus factorum sine quieuit,
Sacrata statuens venturi gaudia seclis;
Ilicet exhibitis animantum ex ordine turbis,
Viritim cunctis nomen quod permanet, indit,
Adami à Domino donata prudentia solers.
Quem Deus alloquio, iunctam dignatur & Euam:
Crescite multimodo ventura in tempora partu,
Vt polus & plenæ vestro sint germine terræ;
Hæredesque mei, varios decerpere fructus,
Quos nemora & pingui reddunt de cespite campi.
Hæc vbi differuit, lata paradus in aula
Instruitur, primique aspectat lumina solis.

Gignitur

A Gignitur hæc inter, pomis lethalibus arbos,
Coniunctum generans vitæ mortisque saporem.
Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,
Quod rigat insignes liquidis de fluctibus ortus,
Quadrifidoque secat vndante ex fonte meatus.
Phison auriferis prædiues fluctuat vndis,
Conspicuasque terit ratico de gurgite gemmas;
Præfinus huic nomen, illi est carbunculus ardens,
Perspicuasque vadis terram prælambit Euilat.
Post hunc Æthiops Gæon adlapsus opimat.
Tertius est Tigris, Euftrati adiunctus amœno,
Assyriam celeri discretim flumine sulcans.
Hic positus custos Adamus cum coniuge fida,
Atque opifex, tali formatur voce Tonantis:
Ne trepidate simul licitos præcerpere fructus,
Quos nemus intonsum ramo frondente creauit;
Solliciti ne forte malum noxale legatis,
Quod viret ex gemino discreta ad munia succo.
B Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,
Ac modò formatos nec vestis texerat artus.
[Has inter sedes & baccis mitibus ortus,
Spumeus astuto vincens animalia sensu,
Serpebat tacitè spiris frigentibus anguis;
Liuida mordaci voluens mendacia sensu,
Fœmineo tentat sub pectore mollia corda.
Dic mihi cur metuas foelicia germina mali?
Numquid poma Deus non omnia nota sacrauit?
E quis si studeas mellitos carpere victus,
Aureus astrigero remeabit cardine mundus.
Illa negat, vetitòque timet contingere ramos;
Sed tamen infirmo vincuntur pectora sensu,
Ilicet vt niueo iam mitia dente momordit,
Adfulsit nulla maculatum nube serenum.
Tum sapor illecebram mellitis faucibus indens,
C Compellit inueto munus deferre marito.
Quod simul ac sumpsit, deterfa nocte nitentes
Emicuere oculi, mundo splendente, sereni.
Ergo vbi nndatum prospexit corpus vterque,
Quumque pudenda vident, ficulis frondibus vmbtant.
Fortè sub occiduo Domini iam lumine solis
Agnoscunt sonitum, trepidique ad deua tendunt.
Tum Dominus cœli mœstum compellat Adamum:
Dic vbi nunc degas? Respondit talia supplex:
O Domine, adfatus pauide sub corde tremisco
Magne tuos, nudusque metu frigente fatigor.
Tum Dominus: Quis poma dedit noxalia vobis?
Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promptim
Candenti perfusa die, liquidumque serenum
Adfulsisse sibi, solémque & sidera cœli.
Protinus ira Dei turbatam territat Euam,
Auctorem vetiti dum quærit maximus acti.
Illa sub hæc pandit: Serpentis sua sa loquentis
Accepi, fallente dolo, blandoque rogatu;
Nam sua vipereis intexens verba venenis
Hæc mihi præ cunctis narrauit dulcia pomis.
Ilicet omnipotens condemnat gesta draconis,
Præcipiens cunctis inuisum visere monstrum,

III.
Gen. 3.

Pectore mox fuso prorepere, tum sola morsu
Mandere; mansuro quæcunque in tempora bello,
Humanos inter sensus, ipsùmque labantem;
Vertice vt abiectio pronus post crura virorum
Serperet, vt calcet dum labens comminus instat.
Fœmina fraudigeris miserè decepta loquelis,
Præcipitur duro discriminè ponere partum,
Seruitiùmque sui studio perferre mariti.
Tu verò cui visa fuit sententia verax
Coniugis, immitti cessit quæ victa draconi,
Dessebis miserum per tempora longa laborem;
Nam tibi triticeæ surgit pro germine messis
Carduus, & spinis multum paliurus acutis;
Vt cum visceribus lassis & pectore mœsto,
Plurima sollicitos præstent suspiria victus;
Donec in occiduo venientis tempore mortis,
Vnde geris corpus, terræ reddare iacenti.
His actis Dominus trepidis dat tædia vitæ,
Deiectòsque procul sacris dimouet hortis,
Obuersòsque locat, mediòque eliminat igni,
In quo perceleri Cherubin euoluitur æstu,
Dum calidus deferuet apex, flammâsque volutat.
Queis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,
Consuit euulsas pecudum de viscere pelles,
Operiens nudos calidis de vestibus artus.

III.

[Ergò vbi coniugio sese iam fidus Adamus
Esse virum sensit, nomen genitricis amata
Exhibet vxori. Bino qui germine factus
Continuò genitor, diuersis nuncupat orsis;
Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus.
Innocuas huius seruabat cura bidentes,
Ast alius curuo terram vertebat aratro.
Hi quum perpetuo ferrent sua dona Tonanti,
Diffimiles fructus sensu suadente dedere.
Nam prior vberibus fuerant quæ profata glebis,
Obtulit; ast alius miti se deuouet agno,
Exta manu sincera gerens, adipemque niuaem;
Confestimque placet Domino pia vota tuenti.
Quod propter gelida Cain incanduit ira,
Quem Deus adloquio dignatus, talibus inquit:
Dic mihi, si rectum viuas, & noxia cernas,
Degere non possis contracto à crimine purus?
Desine mordaci fratrem disperdere sensu;
Qui tibi ceu Domino subiectus colla daturus.
Nec tamen his fractus, fratrem deducit ad arua,
Atque vbi deprensus deserto in gramine vidit,
Elidit geminis frangens pia guttura palmis.
Quod factum Dominus cœlo specularus ab alto,
Disquiri, quonam terrarum degat Abelus?
Ille negat positum custodem se fore fratris.
Cui Deus effatur: Numnam vox sanguinis eius
Ad me missa sonat, celsùmque ascendit ad axem?
Nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto;
Nam modò quæ maduit germani sanguine terra,
Inuiso maledicta tibi commissa negabit
Semina, & adsumptis fructum non proferet herbis;
Torpidus vt multo collidens membra tremore.

ADNO-

D

E

F

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN GENESIN.

CAP. I.

1. Et volucres varias suspendunt aëre pennas,
&c.] Retinimus hanc castigationem pro coniectura *Causchij*, ex aditione prioris inter Opera B. Cypriani, pro: corpore.

CAP. II.

2. Quem postquam effigie formatum, ceu sua, vidit, &c.] Inter cetera id est Tertullianicum, quod litteram a. in Ablatiuis, sicut hic in voce sua, corripit.

3. Præsinus huic nomen, illi est carbunculus ardens, &c.] Vel hinc patet eiusdem esse Auctoris hunc librum cum precedenti, quippe vbi legitur, quum de Paradiso, sicut hic agit, cap. 8.

Inde nitet Præsinus, illinc carbunculus ardet. Atqui vtrique sequitur aditionem LXX. Gen. 2. apud quos commemoratur inueniri carbunculus, Græcè ὄνυχος, & lapis Præsinus, Græcè ὄνυχος ὁ πρῆσινος. Pro quibus ex Hebræo & Chaldaeo transfuit B. Hieron. Bdellium, & lapidem Onychinum.

CAP. III.

4. insuetum munus deferre marito, &c.] Sic iterum legimus, pro: insuetum, quod cum *Causchio* castigaueramus, & sicut inter opera B. Cypriani: tum sola morsu Mandere, pro: Pandere. Est autem rursus Tertullianicum illud intermedium: Quis poma dedit noxalia vobis?

5. Carduus & spinis multum paliurus acutis, &c.] Hoc quoque est Vergilianum *Ecl. 5.* Est verò etiam rubi genus paliurus *Plinio lib. 24. cap. 13.*

CAP. IIII.

6. Elidit geminis frangens pia guttura palmis, &c.] Emendauimus ex coniectura: frangens, pro: fraudans, & mox iuxta *Morelium*: cœlo specularus ab alto, pro: celfo.

7. Torpidus vt multo collidens membra tremore, &c.] Sicut etiã nuper adnotauimus, quum prorsus mutilus sit finis huius carminis, apparet cetera quoque *Genesis* capita ad euerfionem vsque Sodoma ab Auctore conuersa.

ARGUMENTVM IACOBI PAMELII
IN SODOMAM.

PULCRE & latè integram historiam euerfionis Sodoma prosequitur. Ceterum sicuti supra quoque dictum est, præterquam quod *Sixtus Senensis* nominatim adscribat hunc librum Tertulliano, etiam phrasis quadam & loci plures sunt Tertullianici, sicuti infra adnotauimus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI SODOMA.

AM Deus omnipotens primæui tempora secli,
Vindice diluio, cunctis aboleuerat vndis,
Quas cœlum sparsit terræ, maris exspuit æquor,
Hactenus, haud liquido pœnas decernere pactus
Excidio, quoties hiemes induceret aër,
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum,
Purpureo & viridi signantem nubila limbo.

Iridis huic nomen, propria est quæ fibula nimbis.

[Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda
Impietas, iterumque mali noua pullulat ætas,
Excidio iam non imbres fortita, sed ignes.
Sic Sodomum meruit tellus ardentibus vri
Flammis, & finis portendere signa futuri.
Efferat luxuries illic, inimica pudoris,
Instar legis erat, fugeret quam præsciis hospes;
Antè vel ad Scythicas, vel apud Busridis aras

ZZz

CAP. I.
Gen. 7.II.
Gen. 18.

Gen. 19.

Exoptans per sacra necem, caesusque cruorem
 Fundere Bebrycium, & Libycas satiare palæstras;
 Antæque vel Ciræa nouas per pocula formas
 Sumere, quàm læsum Sodomis amittere sexum.
 Pulsabant cœlum inuidia, connubia mixta
 Incestu parili, generis natura rebellis
 In sese, læsumque viri cum corpore nomen.
 Tempore sed certo Deus omnia perspeculatus,
 Iudicat iniustos patiens, vbi criminis ætas,
 Cessandi spatium vis nulla coegerit ira.
 Iamque dies vltix aderat; duo de grege missi
 Angelico, forma iuuenes, qui spiritus ambo
 Diua ministerio Domini mandata ferebant,
 Succedunt Sodomis; illic de stirpe piorum
 Transuena Loth aderat, sapiens, iustique colonus,
 Vnus erat, meminisse Deum; solet vtilis arbor
 In siluis latitare feris velut hospita fructu.
 Is tunc pro porta residens (vix mœnia adibant
 Cœlicolæ) quamquam diuinos nescius, vltro
 Aduocat, appellat, patrio veneratur honore,
 Hospitióque vocat, longè stabulare parantes;
 Enitus longis precibus, pia pignora mensa
 Officiisque probis studio dispungit amicos.
 Nox requiem dederat, lux soluerat altera noctem,
 Et Sodoma in foribus strepitat conquesta rudendum.
 Loth contra supplex: Ne vos nunc pacta libido
 Incendat, iuuenes, ipsam fœdare iuuentam;
 Quo luxus genitura vocat? quo semina frustra?
 Quo nullæ nuptant animæ; non iustra colentes,
 Non stabulis reduces, non vndis subter hiantes,
 Nec quæ pennarum modulis propè nubila pendent,
 Nec quæ per tetram protracto corpore manant.
 Omne genus, luxu genus est; sed fœmina coniux
 Omnibus, & numquam cuiquam nisi fœmina mater.
 Nunc si fas iuuenilis habet vastare pudorem,
 Sunt intus natae biuuges mihi, nubilis ætas,
 Virginitas in flore tumet; iam dedita messi,
 Digna cupido viris, tulerit quam vestra voluptas;
 Cedo pater, próque hospitibus pensabo dolorem.
 Vulgus ad hæc demens: Quisnam tu, quantus, & vnde
 Qui nobis domineris, ait, legesque recondas,
 Transuena, corrector Sodomorum? duplicat iras:
 Nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,
 Pro natis, próque hospitibus; fatis vnus in omnes.
 Dicta & facta simul; vulgi mora nulla furentis.
 Turbidus hiberno vt dum voluitur impete torrens,
 Riuium numeros vno pede fertur in omnes;
 Si qua illic arbor rapidis offenditur vndis,
 Haud mansura diu, quantum radice licebit
 Crinitas durare moras, vbi subter adesam
 Perdit humum circumfosso cum caudice pendens,
 Huc illuc certam differt incerta ruinam;
 Haud aliter Loth in media vertigine vulgi,
 Nutabat vinci propè iam; sed diua potestas
 Subuenit, angelici iuuenes de limine raptum
 Restituunt tectis, demens sed vulgus ibidem

D.

E.

F.

Pœnarum

III.
ibidem.

A

Pœnarum auspiciis multatur lumine diro.
 [Tunc decreta Dei referant, dignam adfore pœnam
 De cœlo Sodomis; ipsum meruisse salutem
 Iustitiæ titulo. Quin ergo accingeris isthinc
 Festinare fugam, pariterque educere si quid
 Gentis habes? nos exitium iam inducimus vrbi.
 Loth generos citus adloquitur; sed dura hominum mens
 Credere despexit monitum, risitque timorem.
 Tempore mox quo lux tenebras conscendere tentat,
 Et bicolor cœli facies de nocte dièque est,
 Instabant iuuenes Chaldæam educere gentem
 Ex Sodomis, iustamque domum donare saluti:
 Eia age Loth, exurge, tuamque adsume iugalem,
 Et natus duplices, atque hinc exterminus ito,
 Præueniens Sodomum pœnas (manibus quoque amicis
 Producent trepidos) atque hæc tibi cetera mando;
 Serua Loth animam, ne visum in terga retrosum
 Vertere fortè velis, cœptum vel sistere gressum;
 In montem propera. Timuit Loth ardua tardo
 Ereptare gradu, cœlestes ne prius iræ
 Opprimerent; alios igitur deposcere portus
 Adgreditur, paruam quam contra aspexerat urbem.
 Huc, inquit, contendo fugas; vix mœnibus exstat,
 Nec longè, nec magna. Illi fauere petenti,
 Urbis & ipsius pariter gessere salutem.
 Inde Segor vico nomen vox barbara nouit.
 Tunc Loth ingreditur Segor, simul exoritur sol,
 Vltimus ille quidem, in Sodomamque incendia feruens
 Infert, nam totos radios armauerat igni;
 Æmula subsequitur caligo + includere lucem
 Cœptans, atque globos confuso intexere cœlo;
 Fumantes coeunt nubes; nouus irruit imber.
 Sulphura cum flammis flagrantibus æstuat æther,
 Exustus crepitat liquidis ardoribus æther.
 Hinc habet in falso de vero fabula famam,
 Solis progeniem currus optasse paternos,
 Nec valuisse leuem puerum frenare superbos
 Ignis equos, arsisse orbem; tunc fulmine raptum
 Aurigam; illicitum planctum mutasse sorores.
 Viderit Eridanus, si qua illic populus albet,
 Aut si quis plumat senio modulatiores ales.
 Hic aliter versæ mœrent miracula formæ.
 Namque comes coniux, heu me, malè tum quoque legis
 Fœmina non patiens, diuina ad murmura cœli
 Audaces oculos nequicquam sola retorfit,
 Nec habitura loqui quod viderit; & simul illic
 In fragilem mutata salem, stetit ipsa sepulcrum,
 Ipsaque imago sibi formam sine corpore seruans.
 Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram,
 Nec pluuiis dilapsa situ, nec diruta ventis.
 Quinetiam si quis mutilauerit aduena formam,
 Protinus ex sese suggestu vulnera complet.
 Dicitur & viuens alio iam corpore, sexus
 Munificos solito dispungere sanguine menses.
 [Nusquam sunt Sodomis, nusquam illorum impia lucent
 Mœnia, cum dominis domus omnis inops ita nusquam;

B

C

ZZz ij

Tota rogos regio est, hinc atro horrore fauillæ,
 Hincque situ cano cineres incendia signant.
 7 Occidit illa prior feritas, quam prospiciens Loth.
 Nullus arat frustra piceas fuligine glebas.
 Semperempra etiam si qua illic iugera, lætas
 8 Autumni conantur opes, facile optima sese
 Promittunt oculis, pira, perfica, & omnia mala,
 Donec carpuntur; nam protinus indice tactum
 Soluitur in cinerem, fit vana fauillaque pomum.
 Sic igitur cœlo pariter terraque sepultis,
 Nec mare viuit ibi, mors est maris illa quieti,
 9 Quod nullus animat per anhela volumina fluctus,
 Quodque etiam patrio numquam suspirat ab austro,
 Quodque nequit proferre aliquam de gurgite gentem
 Squamigeram, læuive cuti vel cortice septam,
 Vel crispam concham, aut duplici compagine clausam.
 10 Solum illic propria mentitur fruge bitumen,
 Exusti fuligo maris; quod viuulus ardor
 Subter stagna coquens, de sulphuris & salis æstu
 Temperat, inque picem dat terræ hæere marinam.
 Inuehitur proprio cum tempore pingue crematæ
 Virus aque, spumisque cutis super æquora nigra
 Textitur; appellunt queis est ea captio mercis;
 Adclinant leues laterum libramine lembos,
 Ut semel impositam doceant conscendere venam.
 Nam se spontè leuans adnabit mercis ad ora
 Nauigij, preciumque dabit pro munere largo,
 Ni plaga contigerit, quam mensis fœmina vestit.
 11 Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur;
 Cuncta illic immissa natanti natura recessit
 Mergendis data corporibus; si denique testæ
 Luciferam narem insistens, qua spiritus igni est,
 12 Velificauit apex, flammæ si flamma perempta est,
 Ibit subter aquas destructio naufraga lucis.
 Hæ Sodomum & Gomorum signatæ in secula pœnæ,
 Gentibus iniustis, queis pectora dura timorem
 Deseruere Dei, de cœlo iura tueri,
 Inque vnum rerum Dominum spectare docebunt.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
 IN SODOMAM.

CAP. I.

1. Vindice diluio, &c.] Sic castigauimus ex Morelio, pro: Iudice, & paulopost non imbres sortita, sed ignes, pro: imbrem.

CAP. II.

2. ardentibus vri flammis, &c.] Id retinimus pro: facibus, aut quod coniciebat Cauchius legendum, fascibus. Ibi vero: vbi criminis ætas, videtur deesse versus aliquis.

3. Transuena Loth aderat, &c.] Transuena & hic & paulopost vox Tertullianica, pro: Aduena. Est & Græcismus etiam illi vsuatus non semel: vnus erat meminisse Deum; item: conquesta rudendum;

sic enim lego cum Morelio, pro: rudendo, item: pœta libido; & ibi: Quo lux genitura, pro: generatio. Sine autem leg. u: Cedo patet, sine: Dedo, perinde est.

CAP. III.

4. includere lucem ceptans, &c.] Sic castigauimus ex Morelio.

5. Hinc habet in falso de vero fabula famam, &c.] Pulcre rationem reddidit fabula Poëtica de Phœtonie in Eridano lapsa, quo fit ut castigauerimus: de vero, pro: verbo, & viderit Eridanus, pro: videris heu dirum. Nam non modo B. Cypriano, sed antea tum Tertulliano est vsuatisima vox: viderit. Emendauimus

daimus etiam ex Morelio: heu me, malè cum quoque legis Fœmina non patiens, pro: heu lethum, metūque legis.

6. Durat adhuc etenim nuda statione sub æthram, &c.] Hoc memoratu dignum, quod sua adhuc ætate statum illam salu, in quam Vxor Loth conuersa est, durasse scribat; & si quis eam mutauerit, statim vulnera demò compleri, & in singulos menses menstrua pati. Hoc est enim quod phrasi Tertullianica dicitur (non modò Cypriana) dispungere (quod prorsus legimus, pro: depungere) sanguine mentes. Est etiam vox Tertullianica: suggestu paulo antè.

CAP. IIII.

7. Occidit illa prior feritas, quam prospiciens Loth, &c.] Obscurus versus, vbi si feritas pro fertilitate accipitur ratione carminis, constabit sensus; ut feritas à ferendo dicitur; vox eo significatu nunc obsoleta.

8. Autumni conantur opes, &c.] Etiam istud Tertullianicum esse, supra alicubi in Apologetico adnotauimus. Emendauimus verò: optima sese Promittunt oculis, ex Morelio, pro: esse se opima, item: & omnia mala; pro: mella, ut accipiat pro omni pomorum seu fructuum genere; & in indice tactum, pro: tactu.

9. Quod nullus animat per anhela volumina

fluctus, &c.] Sic etiam ex Morelio, pro eo quod substituerat Fabricius tanquam elegantius: Idque animat nullus. Nam ut s in fine dictionis producatur, etiam Tertulliano libris precedentibus vsuatum est. Similiter emendauimus: Quodque nequit, pro: cauet.

10. Solum illic propria mentitur fruge bitumen, &c.] De bitumine ex lacu Asphaltite, vide Josephum lib. de bello Iudaico cap. 5. Legimus etiam cum Morelio: crematæ Virus aquæ, pro: crematum. Magis etiam placet:

Vt semel impositam doceant conscendere venam, quàm: imposita, &c. vena. Multum etiam legere: adnabit mercis ad ora Nauigij, quàm: inertis ad ora Nauigij. Hoc enim significat mercem bituminis ita adharere nauigijs, ut solui non possit nisi menstruo fœmineo, sicuti etiam testatur Josephus loco citato.

11. Ecce aliud monstrum, &c.] Aliud miraculum narrat, quod cuncta illic immergata natant.

12. Velificauit apex, &c.] Cauchius censet legendum: velificabit. sed æquè obscurum est quid sibi velit Auctor. Atqui etiam hic phrasis est Tertullianica; Haud aliter enim dixit supra Tom. 3. lib. aduers. Gnost. cap. 1. de Scorpio loquens: Austro & Africo scuitia velificat. Nam pro: Vela facere utrobique dixit: velificare. Denique iuxta Morelium legimus: pectora dura, pro: corpora.

ARGUMENTVM LIBRI AD SENATOREM,
 EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORVM
 seruitutem conuersum, per Iacobum Pamelium.

SENATOREM grauitè increpat, quod antea Christianus & Consul, Isidijs seu Marris Deum sacerdos fieri non sit veritus; hortatur itaque ut saltem in senectute respiscat. Porro quum etiam hic quadam sint Tertullianica, ego illi adscribere malui quàm B. Cypriano.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
 TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
 PRESBYTERI AD SENATOREM EX CHRISTIANA
 religione ad Idolorum seruitutem conuersum.



VVM te diuersis iterum vanisque viderem
 Inseruire sacris, priscoque errore teneri;
 Obstipui monitus; quia carmina semper amasti,
 Carmine respondens, properaui scribere versus;
 Ut te corripere, tenebras præponere luci.
 Quis patiatur enim, te Matrem credere magnam
 Possè Deam dici, rursumque putare colendam,
 Cuius cultores infamia turpis inurit;

ZZz iij

CAP. I.

Namque sacerdotes tunicis muliebribus iidem
 Interius ritum cultu interiore fatentur;
 Idque licere putant, quod non licet; unde per orbem
 Leuiter incedunt, mollita voce loquentes,
 Lapfatósque tenent extenso pollice lumbos,
 Et proprium mutant vulgato crimine sexum.
 Cúmque suos celebrant ritus, his esse diebus
 Se castos memorant; at si tantummodò tunc sunt,
 Ut perhibent, casti; reliquo iam tempore quid sunt?
 Sed quia coguntur saltém semel esse pudici,
 Mente fremunt, lacerant corpus, fundúntque cruorem.
 Quale sacrum est verò, quod fertur nomine sanguis?

II.

[Nunc etiam dicis, quòd te non fecerit ætas,
 Sed tua relligio caluum, caligáque remota
 Gallica, sit pedibus molli redimita papyro.
 Res miranda satis deiectaque culmine summo.
 Siquis ab Iliaco Consul procedat in urbem,
 Risus oris erit; quis te non rideat autem,
 Qui fueris Consul, nunc Iſidis esse ministrum?
 Quòdque pudet primò, te non pudet esse secundò;
 Ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos
 Respondente tibi vulgo & lacerante Senatu.
 Tè que domo propria pictum cum fascibus antè,
 Nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.
 Hæc non humilitas, sed humilitatis imago est.
 Ædibus illa tuis semper monumenta manebunt.
 Rumor & ad nostras peruenit publicus aures,
 Te dixisse: Dea erraui, ignosce, rediui.
 Dic mihi si valeas, quum talia sæpè rogares,
 Et veniam peteres; quæ tecum verba locuta est?
 Verè mente cares, sequeris qui mente carentes.
 Hæc iterum repetis, nec te delinquere sentis.
 Quid mereare vide; minus esses fortè notandus,
 Si tantum hoc scires, & in hoc errore maneres;
 At quum vericolæ penetraueris ostia legis,
 Et tibi nosse Deum paucis accesserit annis;
 Cur linquenda tenes, aut cur retinenda relinquis?
 Nilque colis, dum cuncta colis; nec corde retractas
 Vera quid à falsis, quid ab umbris lumina distent.
 Philosophum fingis, quum te sententia mutet;
 Nam tibi si stomachum popularis mouerit aura;
 Et Iudæus eris, totusque Incertus haberis.
 Indulge dictis, sapientia non placet alta;
 Omne quod est nimium, contrà cadit; vnum operantur,
 Et calor & frigus; sic hoc, sic illud adurit,
 Sic tenebræ visum, sic sol contrarius aufert;
 Et pariter lædunt gelidum feruénisque lauacrum;
 Esca alitur corpus, corpus corrumpitur esca;
 Vimque suam minuit, si quid protenditur vltra.
 Denique si sedeas, requies est magna laboris;
 Si multum sedeas, labor est. Maro namque Poëta
 Pro pœna posuit; sedet, æternumque sedebit
 Infœlix Theseus; semper nocet vile longum;
 Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant;
 Sic nimium sapere stultum facit improba secta.
 Me dea sic docuit, moderamen amabile, dixit.

Sed

Sed tu nec sectam modò, nec moderamina curas;
 Mens autem stabilis nullo peruertitur æstu,
 Ipsaque simplicitas numquam mala cogitat vlla.
 Hinc sincera fides æterna fide fructur;
 Et contrà dolus longo cruciabitur igni.
 Elige quid velis, vt digna piacula vites.
 Sic tamen hanc veniam mereatur creditor inquam;
 Vt leue crimen erit, si nolis noscere vera;
 Non leue crimen erit, si cognita vera relinquant.
 Sed te correctum forsán matura senectus
 In melius reuocat fatiatum erroribus istis;
 Tempus enim mutat mala, digerit omnia tempus.
 Tunc igitur cum te consulta reduxerit ætas,
 Discè Deo seruare fidem, ne fortè bis vnum
 Incurras lapsum; quia verè dicitur illud:
 Qui pedis offensu lapidem vitare secundò
 Nescit, & incautus iterum vexauerit artus;
 Imputet ipse sibi, nec casibus imputet vllis.
 Corrigè delictum fidamine, corrigè mentem.
 Sufficit peccare semel, deliste vereri;
 Non erit in culpa, quem pœnitent antè fuisse.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
 CARMEN AD SENATOREM.

CAP. I.

1. Obstipui monitus, &c.] Est hæc phrasis non modo Cypriana, qua alibi dixit: mens obstipuit, sed & Tertullianica, sicuti supra videre est lib. de Iudic. Domini, cap. II. vbi legitur.

Obstipuere quidem plures, patuisse sepulcra. Castigamus autem monitus, pro: motus.

2. Namque sacerdotes, &c.] Emendauimus: iidem, pro: idem, & paulò post: reliquo iam tempore quid sunt, pro: corpore. Aique de sacerdotibus Iſidis & ipsa Iſide, supra non semel satis dictum est. Hic illis tribuit tunicas muliebres, mutatum sexum, lacerationem corporis, ac fusionem cruoris, caluitiem, & pedes Gallicana papyro redimitos, denique cum sistro faciem caninam.

3. his esse diebus se castos memorant, &c.] De Castis Iſidis sacris, vide infra Tertullianum Tom. 3. lib. de Ieiuniis aduers. Pſebicos. Est autem etiam ille versus obscuro,

vni, & fortè mendosus:

Quale sacrum est verò, quod fertur nomine sanguis?

CAP. II.

4. caligáque remota, &c.] De militia caligata, vide supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 19. num. 147. Aique corripitur etiam a in Ablativo qui sequitur:

Gallica sit pedibus molli redimita papyro. Castigamus verò recens: Consul procedat in urbem, pro: orbem. Et mox: Hæc non humilitas, pro: Hæc tua humilitas.

5. Sedet, æternumque sedebit Infœlix Theseus, &c.] Istud Virgilianum est ex 6. Æneidos. Prorusus autè lego: nec casibus imputet vllis.

6. Corrigè delictum fidamine, &c.] Fidamen pro fiducia seu spe magis haud dubiè Tertullianicam phrasin sapit, quam Cypriancam.

ZZz iiij



Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, GRÆCORVM OPERVM FRAGMENTA & NOTULÆ; cum Adnotationibus
Iacobi Pamelij.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,
APOLOGETICI ADVERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS GRÆCI, FRAGMENTA, ex Eusebio Cæsariensi,
cum translatione triplici.

Præfatiuncula in Fragmenta Græca Apologetici.



TERTVLLIANI Apologeticum aduersus Gentes, uti paraphrasticè vertit Rufinus; siue pro Christianis, uti ad verbum ex Græco transfulerunt Christophorus apud Eusebium, & Langius in Nicephoro, Latine conscriptum fuisse; sed in Græcum sermonem translatum, disertis verbis Eusebius & Nicephorus adfirmant; an verò id ab Auctore ipso, an alio quouis factum sit, non satis constat, quamquam priori sententiæ magis faueat, quòd etiam alios quosdam libros Latine & Græcè conscripserit. Quo fit ut operæ pretium duxerim, separatim Fragmenta Græca publicare; eaque ad maiorem intellectum cum versione triplici; Eusebij quidem Interpretum duorum, Rufini & Christophoroni; Nicephori verò, qui ad verbum ex illo hæc descripsit, Langij.

Ex Apologetici Cap. 11. iuxta Eusebium Eccles. histor. lib. 3. cap. 33. seu 27. & Nicephorum lib. 3. cap. 17.

Τερτυλλιανὸς ἐν τῇ Σπολογίᾳ τῶν Χριστιανῶν.

ΚΑίτοι εὐρήκαμεν καὶ πάλιν εἰς ἡμᾶς ἐπιζητήσιον κεκωλυμένον. Πλίνιος γὰρ ὁ Σεκένδος ἡγεμόνος τῆς ἑπαρχίας, κατακρίνας Χριστιανὸς πινός, καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλὼν, παρελθὼν τῶν πλήθει, διηγνοῖται αὐτῶ ἐπισημαίνον. Τερτυλιανὸς οὖν τῶν βασιλεῶν ἀνεκονώσατο, λέγων: ἔξω τὰ μὴ βέβηλα αὐτῶ εἰδωλολατρεῖν, ἔδεν ἀπόσιον ἐν αὐτοῖς εὐρηκέναι. ἐμήνυε δὲ καὶ τὸτο: ἀπίστασθαι ἕωθεν τῶν Χριστιανῶν καὶ τὸν Χριστὸν, ἡδὲ δίκην, ὑμῶν: καὶ παρὰ τὸ τὴν ἐπισήμην αὐτῶ διαφυλάσσῃν, καλύεσθαι φονεῖν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, σποσπεῖν, καὶ τὰ τῶν τοῖς ὁμοίᾳ. παρὰ ταῦτα ἀντέγραψε Τερτυλιανός, τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσὼν δὲ καλῶσεσθαι.

Rufini.

Rufini.

Persecutionum verò extrinsecus pondus urgebat Ecclesiam, & tam immensè ceteruæ Martyrū quotidie iugulabantur, ut Plinius Secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorū permotus, referret ad Imperatorē, quòd innumera hominum milia quotidie obruncarentur, in quibus nihil omninò sceleris deprehenderetur admiffum, aut aliquid contrarium humanis legibus gestum, nisi hoc solūm, quòd antelucanos hymnos Christo cui-dā canerent Deo. Adulteria verò, vel cetera huiusmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri; cetera verò secundum leges eos agere communes. Ad quæ tunc Traianus Rescripti sui auctoritate decernit, ut Christiani quidē non requiratur; si qui tamē inciderrint, puniantur. Per quod ex parte aliqua persecutionis sedatū putabatur incendiū.

Christophoroni.

Atqui inuenimus, inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus, quum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tandem multitudine perturbatus, & quid de cetero ageret nescius, consuluit tunc Traianum Imperatorē, adlegans præter obstinationē non sacrificandi, nihil se scelerati de eis reperisse. Insinuans quoque & illud: Surgere atque conuenire summo manē Christianos, & Christum tanquam Deum carminibus laudare; & ad conseruandam eorum disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera scelera prohibere. Ad quæ Traianus rescripsit: Christianos inquirendos non esse, oblatos autem puniendos.

Langij.

Atqui, inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim Secundus quum prouinciam regeret, quibusdam Christianis damnatis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cetero ageret, consuluit tunc Traianum Imperatorem, adlegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de sacris eorum comperisse, quàm cæcus antelucanos ad canendum Christo ut Deo, & ad conseruandam disciplinam; homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit: hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos verò puniri oportere.

De hoc Plinij Junioris rescripto ad Traianum vide Adnotationes nostras in Apolog. cap. 2. num. 24.

Ex Apologetici cap. v. iuxta Eusebium histor. Eccles. lib. 2. & Nicephorum lib. 2. cap. 8.

Ἰνα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενέσεως ἀγαλλήσασθαι τῶν ποιῶν νόμων. παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ἑσθὲ βασιλέως κατὰ τὸν νόμον, ὅτι τῆς συγκλήτης δοκιμασθῆναι. Μαρκὸς Αἰμυλίου δ' ἔπος παρὰ πινός εἰδὼν πεποίηκεν Ἀλβέρτου καὶ τῶν ἄλλων λόγους ἡμῶν πεποίηται, ὅτι παρ' ὑμῶν ἀθροισθεῖς δοκιμῆ ἢ θεότης δίδεται. ἐὰν μὴ ἀθροισθῆναι θεὸς ἀρέσει, θεὸς ὅσα ἔσται. ἔπος κατὰ γὰρ τῶν ἀθροισθῆναι γίνεται. θεὸς ἡλεων εἶναι παρὰ τῶν. Τί βέβαιον ἐν (ἐφ' ὃ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν) ἀγγελθεὶς αὐτῶ ἐκ παλαιστίνης τὸ δόγμα τῶν, ἔργα παρῶν ἤρξατο, τῆ συγκλήτῳ ἀνεκονώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις ὡς τῶ δόγματι ἀρέσεται. ἢ δὲ συγκλητός, ἐπεὶ οὐκ αὐτῆ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο. ὃ δὲ ἐν τῇ αὐτῆ σποφάσει ἐμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις.

Rufini.

Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legū. Vetus erat decretum, ne quis

Christophoroni.

Vt de origine retractemus eiusmodi legum. Vetus erat decretum, ne qui Deus ab

Langij.

Vt de origine aliquid retractemus eiusmodi legū. Vetus erat decretum, ne quis

Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus. Sicut Marcus Æmilius de Deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quòd apud vos humano arbitratu diuinitas pensatur. Et nisi homini Deus placuerit, Deus non erit. Homo iam Deo propitius esse debet. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum intrauit, adnunciata sibi ex Syria Palæstina, quæ illic veritatem istius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum, cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non ipse probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum.

Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probaretur. Ut M. Æmilius de Deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quòd apud vos de humano arbitratu diuinitas pensatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit. Homo iam Deo propitius esse debet. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum intrauit, adnunciatum sibi ex Syria Palæstina, quæ illic veritatem ipsius diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non ipse probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum.

Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomē Christianum in seculum introiuit, adnunciatam sibi ex Palæstina veritatem dogmatis istius (ibi enim prima initia sumpserat) ad senatum retulit, cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia ipse non probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus mortem Christianorum accusatoribus.

Hunc locum explicatum habes supra in Adnotationibus nostris Apolog. cap. 5. num. 55. 56. 57. & 58.

Ex eodem Apologetici v. cap. iuxta Eusebium hist. Eccles. lib. 2. cap. 2. 4. & Nicephor. lib. 2. cap. 37.

ΕΝ τούτοις τοῖς ἔπισημοῖς ὑμῶν ἐκδέρχονται, πρῶτον Νέρωνα τὸ τοῦ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν ῥώμῃ, τὴν ἀειπολὴν πᾶσαν ἔποταξας, ὁμοῦ ἢ εἰς πάντας, διέταξεν. τοῖς τε τῆς κοιλίας ἡμῶν ἀρχηγῶν καυχόμεθα. ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκείνον, νοῦσαι δύναται, ὡς οὐκ εἴ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν ἔπει Νέρωνος κατὰ κρίσιν.

Rufini. Consulite cōmentarios vestros, illic reperietis primū quoque Neronem in hanc sectam, tum maximè Romæ orientem, Cæsareo gladio ferocisse. Tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.

Christophorsoni. Consulite vestros commentarios, illic reperietis, primū Neronem in hanc sectam, tum maximè Romæ orientem, Cæsareano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.

Langij. Consulite cōmentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam, tum maximè Romæ orientem, Cæsareano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim illum scit, intelligere potest, non nisi aliquod bonum à Nerone damnatum.

vide hunc locum explicatum Adnot. nostris in Apolog. cap. 5. num. 59.

Ex eodem v. cap. Apolog. iuxta Euseb. Eccles. hist. lib. 3. cap. 20. seu 15. & Nicephor. lib. 3. cap. 10.

Περὶ

Α Περὶ εἰσὶν ποτὲ καὶ Δομιτιανὸς ταυτὸ ποιῶν ἐκείνω, μέρος ὂν τῆς τῶ Νέρωνος ἀμάτητος. Ἄλλ' οἱ μὲν ἀπὸ τῶν συνέσιτος, τὰ γὰρ ἑαυτοῦ αἰαχολοσοῦμενος εἰς ἐξηλάκει.

Rufini. Tentavit aliquando & Domitianus simile aliquid, portio Neronis de crudelitate. Sed quasi homo citò destitit, ita vt etiam eos quos in exsilium miserat, reuocaret.

Christophorsoni. Tentauerat & Domitianus, portio Neronis, de crudelitate. Sed qua & homo, facile captum repressit, restitit etiam quos relegauerat.

Langij. Tentauerat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, eadem quæ ille, facere. Sed vt opinor, aliquid habens rationis & prudentiæ, maturè destitit, reuocatis etiam iis quos in exsilium egerat.

paucis etiam de hoc aliquid adigimus Adnotat. nostris in idipsum cap. num. 60. & 61.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

B TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, LIBRI DE SPECTACVLIS Græci, citatio, ex libro de Corona Militis, cap. 6.



Ita que & circa voluptates SPECTACVLORVM infamata conditio est, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus Spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Sed & huic materiæ, propter suauiludios nostros, Græco quoque stylo satisfecimus.

Amplissimè eandem materiam tractatam habes supra Tom. 2. non modò ab ipso Auctore libro Latine conscripto de Spectaculo, sed & in Adnotationibus nostris.

verò loqui hinc Auctorem de dicto libro de Spectac. non de libro de Corona militis, etiam ante me Rhenanus adnotauit.

C Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, LIBRI DE VIRGINIBVS Velandis Græci, Notulæ, ex eiusdem tituli libro cap. 1.



ROPRIVM iam negotium passus meæ opinionis, Latine quoque ostendam, Virgines nostras velari oportere, ex quo transitum ætatis suæ fecerint; hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest.

Ex eo quod dicit Auctor Latine quoque, rectè meo iudicio colligit Rhenanus, antea Græcè scriptum fuisse librum eiusdem tituli, De Virginibus velandis; de

qua materia tum Auctor; tum nos latissimè supra Tom. 2. in Adnotat. nostris.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, DE BAPTISMO LIBRI MENTIO, ex eiusdem tituli libro cap. 15.



Ed circa hæreticos sanè quid custodiendum sit, dignè quis retractet. Ad nos enim æditum est. Hæretici autem nullum habent consortium nostræ disciplinæ, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio communicationis. Nō debeo in illis cognoscere quod mihi præceptum est, quia non idem Deus est nobis & illis, nec vnus Christus, id est, idem. Ideoque nec baptismus vnus, quia non idem. Quem quum ritè non habeant, sine dubio non habent; nec capit numerari quod non habetur; ita nec possunt accipere, quia non habent. Sed de isto plenius iam nobis IN GRÆCO digestum est.

His verbis etiam materia præcipua commemoratur. Libri Græci de Baptismo. Quandoquidem verò in dictum librum de Baptismo Adnotation. nostris num. 106. nos hic tractaturos polliciti sumus, quæ sit Tertulliani sententia de Hæreticorum baptismo, certè negare non possumus id ipsum sensisse quod B. Cyprianus; & fortassis propterea suppressum possis quis dicere hunc libellum, quum per Nicænum Concilium retractata est ea Africanorum quorundam Episcoporum sententia, quemadmodum in Vita B. Cypriani, & in Argumento Concilij Carthaginienfis de baptizandis hæreticis, latius deduximus. Nec verò mirandum, si illud paradoxon amplexus sit Tertullianus, quum eodem serè tempore celebratum fuisse videatur Concilium illud sub Agrippino Episcopo Carthaginienfi, cui

ius meminit B. Cyprianus Epist. 71. ad Quintum; quod ipsum quoque & coætaneos Episcopos Africanos in eam pertraxit opinionem. Hoc enim satis indicare videtur ille Epistol. 70. ad Ianuar. quum dicit sententiam illam iampridè ab Antecessoribus statutam, & apertius Epist. 73. ad Iubaianum, multos dicens annos intercessisse, ex quo sub Agrippino Episcopi plurimi hoc statuerunt. Atqui inter tempus, quo Tertullianus ante omnem hæresim librum de Baptismo conscripsit, & Africanum primum de hæreticorum baptismo, Concilium Episcoporum 72. quod celebratum fuit anno Domini 255. annos intercessisse circiter 50. latius in Vita Auctoris nostræ comprobatur. Porro ad argumenta pro dicto Paradoxo ab Auctore hic adlegata, responsionem videre erit in nostris Prolegomenis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA Parænetica.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,

AD AMICVM PHILOSOPHV M DE NVPTIARVM angustias libri, Notulæ, ex B. Hieronymi epist. 28.

ad Eustochium, & lib. I. aduersus Iouinianum.



In principio Libelli præfatus sum, me de angustias Nuptiarum aut nihil omninò, aut parum dicturum, & nunc eadem admonere; ut si tibi placet scire, quot molestis virgo libera, quot vxor adstricta sit, legas Tertullianum ad Amicum Philosophum scribentem, & de Virginitate alios Libellos, & B. Cypriani volumen egregium; & Papæ Damasi super hac re versu ac prosa composita, & Ambrosij nostri quæ nuper scripsit ad Sororem, opuscula.

Non est huius loci Nuptiarum angustias describere, & quasi in communibus locis Rhetorico exultare sermone; plenius super hac re contra Heluidium, & in eo libro quem ad Eustochium scripsi, arbitror absolutum. Certè Tertullianus, quum adhuc esset adulescens, lusit in hac materia & præceptor meus Gregorius Nazianzenus, virginitatem & Nuptias differens, Græcis versibus explicauit.

Hactenus

Ter. lib. de Fato, & Mundis anim. citatio. 1107

Hactenus B. Hieronymus, cuius integras periodos adduximus in medium, tum ne quid mutilum esset, tum ut intelligat Lector, qui Veterum de Virginitate hodie tantopere controuersa scripsit; quocirca magnopere optarim exstare hunc Auctoris libellum, siue prosa conscriptum, siue potius, quod per Verbum, lusit, indicari videtur, carmine. Quo sit magis, ut mihi non probetur cuiusdam viri eruditius censura, qui existimabat hunc eodem esse librum cum illo qui inscribitur infra Tom. 5. Exhortatio ad castitatem. Præterquam enim quod illi adulescens scripsisse dicitur, & hunc sub finem vitæ scriptum constat; etiam ex proposito minime tractat de molestis nuptiarum. Neque verò etiam illorum placet sententia, qui duos diuersos libros Tertulliani dictis locis videri volunt, quum vtrumque disertis verbis B. Hieron. inscriptum significet,

De molestis nuptiarum. Atqui an B. Hieronymus adscribat Tertulliano etiam alios (quorum meminit) de Virginitate libellos, poterat fortassis dubitari iuxta priores illius aditiones, si legeretur legas Tertulliani Ad amicum Philosophum, & de Virginitate alios Libellos. Certè eiusdem penè sunt argumenti ad Vxorem libri duo, ac dicta Exhortatio ad castitatem, & non aliud tractat liber de Velandis virginibus; alios insuper de Virginitate, Continentia, & Castitate seruanda locos complures apud Tertullianum, ex Indice nostro inueniet Lector, & similiter in Indice B. Cypriani. Cuius præter librum De habitu & disciplina Virginitatis à B. Hieron. citatum exstat etiam Epist. 62. ad Pomponium de Virginitate. Quibus omnibus in libris videat Lector & Adnotat. nostras.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI DE FATO LIBRI, MENTIO ET FRAGMENTVM EX EIVSDEM LIB.

de Anima cap. 20. & Fulgentio Placiade

de vocibus antiquis.



OTESTATES enim uerò præfunt. Secundum nos quidem, Dominus Deus, & Diabolus æmulus; secundum communem autem opinionem & prouidentia, & FATVM, & necessitas, & fortuna, & arbitrij libertas. Nam hæc & Philosophi distinguunt, & nos secundum fidem differenda, suo iam nouimus titulo.

Hactenus Auctor, cuius quum nullum exisset opus, ubi de quatuor illis tractet, mihi prorsus videtur adludere ad librum suo titulo DE FATO, vipotè quem ab eo conscriptum pateat ex citatione Fulgentij Placiadis, iam olim excusum cum Hygini Mythologia per Verba sequentia. Nam & Tertullianus in lib. quem de Fato scripsit, ita ait: Redde huic fati primum problematis mancipatum, in dict. Problema lib. de vocibus antiquis. De fato, præterea sub nomine Minutij Felicis olim extitisse Libel-

lum tradit B. Hieron. Catal. script. Eccles. siue: Contra Mathematicos, qui tamen quum & ipse disertus sit hominis, non videtur cum stylo Oclianij Dialogi eius conuenire. Fortassis is ipse liber est, quem Tertulliano hic adscribimus, vipotè quem non modò disertum, sed eloquentiss. alicubi nuncupat. Alios qui aduersus Fatum scripserunt Auctores, supracitatos habes Tom. I. Apolog. cap. 1. num. 17. & lib. de Anima cap. 39. num. 449.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBY-

TERI, OPERVM FRAGMENTA EXEGETICA.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,

DE MVNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBVS

Quæstionum citatio, ex B. Hieronymi Epist.

125. ad Damasum.



VERIT Damasus inter ceteras quæstiones Quæst. 3. Si omnia Deus fecit bona valde; quare Noë DE MVNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBVS præcepit; quum immundū nihil bonū esse possit. Et in nouo Testamēto post visionē quæ Petro fuerat ostensa, dicenti: Absit Domine à me, quoniam commune & immundum numquam introiuit in os meū; vox de cælo respondit: Quod Deus mūdauit, tu ne commune dixeris. Respondere B. Hier. se scribit, duabus tantum quæstionibus

AAA

lis prætermittis (nempe hac & ea, de qua in sequenti Fragmento) Non (inquit) quo non potuerim & ad illas aliquid responderi, sed quod ab eloquentissimis viris, Tertulliano nostro, & Nouatiano, Latino sermone sint editæ; & si noua voluerimus adferre, sit latius disputandum, &c. Nam & Origenes de mundis & immundis animalibus in Leuitico plura differuit.

An istud referatur ad peculiarem aliquem librum eius tituli, quod magis tamen probatur, an verò ad tractatum ea de re per aliquot lineas Tertulliani li. 2. adu. Marc. cap. 18. Lectori liberum relinquimus iudicium. Hic dumtaxat adferemus ipsam responsionis summam in hæc verba: Et si Lex aliquid cibis detrahit, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta sunt;

consilium exercendæ continentia intellige, & frenos impositos, &c. Quod ipsum quum adferatur, sed longè aliis verbis libro de Cibis Iudæicis infra Tom. 5. vel inde constat, sicuti & ex reliquo totius libri stylo, non esse Tertulliani, sed potius Nouatiani, utpotè ad quem iam dictis verbis adludere videtur B. Hieronymus. Vbi de hac materia latius.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE CIRCVMCISIONE
QVÆSTIONVM CITATIO, EX EODEM
B. Hieronymi loco.

Gen. 17. **A**D quæstionem Damasi penultimam: Cur Abraham fidei suæ signum in Circumcisione suscepit, responderi B. Hieron. verbis iam citatis altera præcedenti se illam prætermittit, quod à Tertulliano nostro & Nouatiano Latino sermone sint editæ. Addens etiam Origenem in 4. ad Rom. ἐπιτομήν Τόμου DE CIRCVMCISIONE magnificè disputasse.

An peculiariter scripserit Tertullianus LIBRVM DE CIRCVMCISIONE, non tam constat atque de Nouatiano, cui nominatim liber de Circumcisione inscribitur à B. Hier. Catal. Script. Eccles. Atqui etiam latissimum tractatum videre est apud Auctorem Tom. 1. li. adu. Iud. c. 3. & ibid. Adn. nostris nu. 9. ex B. Cypr. li. 1. adu. Iud. ca. 8. Exstat quidem T. 4. nunc 9. operum B. Hier. LIBER DE VERA CIRCVMCISIONE, quem

Erasmus coniecit esse Tertulliani; sed præterquam quod stylus non respondeat, contrarium conuincitur tum ex scripturis ibidem citatis iuxta versionem B. Hier. tum quod Manichæorum mentionem faciat, quo fit ut neque Nouatiano adscribi possit, sed potius (quod vir quidam eruditiss. censuit) Paulino adscribendus sit. Videatur verò etiam Tom. 3. Operum B. Cypr. Tractatus De ratione Circumcisionis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE VESTIBVS AARON LIBRI
MENTIO, EX B. HIERON. EPIST. 128. AD FABIO-
lam de Veste sacerdotali.

Exod. 28. **H**ERTVR in Indice SEPTIMII TERTVLLIANI LIBER DE VESTIBVS AARON, qui interim vsque ad hanc diem à me non est repertus. Si à vobis propter celebritatem Urbis fuerit inuentus; quæso, ne meam stillam illius flumini comparetis. Non enim magnorum virorum ingeniis, sed meis sum viribus æstimandus.

Vestes Aaronis octo ex cap. 28. Exod. recitantur, & explicantur latissimè à B. Hieron. dicta Epist. de Veste sacerdotali; quarum quatuor feminalia nempe, linea tunica, balibeus, & cidaris, etiam sacerdotibus erant communes;

reliquæ verò propriæ Pontificum, utpotè, Tunica talaris Hiacinthina cum tintinnabulis, Superhumeralis siue Ephod, Rationale, & Lamina aurea. Quò adeo Lectorem remittimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, OPERVM FRAGMENTA ADVERSVS
Hærescis.

Q. SEPT.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE
TRINITATE LIBRI NOTVLA.

SCRIPSI T (inquit B. Hieron. Catal. Script. Eccles.) Nouatianus DE TRINITATE grande Volumen, quasi ἑπιτομήν operis TERTVLLIANI, quod plerique ne- scientes Cypriani existimant.

An Tertullianus præter librum aduersus Praxean, alium DE TRINITATE scripserit, merito dubitationem inicitur hæc B. Hieronymi verba: Quum enim ἐπιτομήν grandior sit operis compendium, & Nouatiani de Trinitate liber (utpotè grande Volumen, vel ipso teste,) prolixius multo sit lib. adu. Praxean; oportebit, si mendosus non sit B. Hier. codices, alium de Trinitate librum à Tertulliano conscriptum confiteri. Sin verò legamus (quod lectum fortè ab illo fuit) ἐπιτομήν, censetur Nouatiani liber, dilatio argumenti à Tertulliano tractati lib. adu. Praxean. Id ipsum censendum erit, si legamus μύσους, id est, imitationem, quum Tertullianum aliquoties imitetur. Nos itaque, quia non libenter absque MS. codicibus lectionem veterum immutamus, nullum etiam LIBRVM

DE TRINITATE inter ea quæ desiderantur TERTVLLIANI opera collocare. Maxime quum, etsi idem Argumentum latius tractet Nouatianus de Patre Deo & Deo filio; tamen vicissim latius tractetur à Tertull. adu. Praxean & Monarchianos, de Filio alio à Patre, quem illi eundem faciebant; sicuti postea & Sabellius, contra quem paucioribus agit Nouatianus. Deinde latius ibi tractatur & verius de Spiritu sancto, utpotè de quo Nouatianus unicum caput habeat. P'squædèd ut si propriè loquamur, neque ἐπιτομήν, quia grandius est opus, nec ἐπιτομήν, quia in quibusdam succinctius; nec μύσους, quia non per omnia imitatur, dici possit operis Tertulliani, liber Nouatiani.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI DE CENSU ANIMÆ LIBRI
ADVERSVS HERMOGENEM ARGVMENTVM
& Fragmenta, ex libro de Anima, cap. 1. 3. II. 2. 2. & 24.

DE solo CENSU ANIMÆ (inquit Tertull.) congressus Hermogeni; quatenus & istum ex materiæ potius suggestu, quàm ex Dei flatu constituisse præsumpsit; nunc ad reliquas conuersus quæstiones, plurimum videbor cum Philosophis dimicaturus.

Vna iam congressione decisa ADVERSVS HERMOGENEM, vt præfati sumus; quia animam ex Dei flatu, non ex materia vindicamus; muniti & illic diuinæ determinationis inobscurabili regula: Et flauit (inquit) Deus flatum vitæ in faciem hominis, & factus est homo in animam vitam utique ex Dei flatu. De isto nihil amplius reuoluendum; habet suum titulum, & suum hæreticum.

Ceterum ADVERSVS HERMOGENEM, qui eam (nempe animam) ex materia non ex Dei flatu contendit, flatum propriè tuemur. Ille enim, aduersus ipsius scripturæ fidem flatum in spiritum vertit; vt dum incredibile est, spiritum Dei in delictum; & mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur, quàm ex Dei spiritu. Idcirco nos & illic flatum eam defendimus, non spiritum, secundum scripturam & secundum spiritus distinctionem; & hic spiritum ingratis pronuntiamus, secundum spirandi & standi conditionem; illic de substantia quæstio est, spirare enim substantiæ actus est.

Cetera animæ naturalia iam à nobis audiit Hermogenes, cum ipsorum defensione & probatione, per quæ Dei potius quàm materiæ propinqua cognoscitur.

Nos autem, qui nihil Deo adpendimus, hoc ipso animam longè infra Deum rependimus, quod natam eam agnoscimus; ac per hoc dilutioris diuinitatis, exilioris felicitatis; vt flatum, non vt spiritum; & si immortalem, vt hoc sit diuinitatis; tamen passibilem, vt hoc sit natiuitatis; idèoque & à primordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuionis adfinem. Satis de isto cum Hermogene.

AAA ij

His quinque locis Auctor, imprimis titulum & Argumentum indicat: DE CENSV ANIMÆ ADVERSVS HERMOGENEM, ubi censum accipi pro origine, præterquam quod priori loco adnotauimus n. 2. etiam vel inde patet, quod refutetur heresis Hermogenis, qua non ex Dei flatu, sed ex materia animæ originem constituisse contendebat. Et aliter atque mundum factum dicebat non ex nihilo, sed ex materia Deo coæterna, aduersus quam heresin supra disputat Auctor lib. adu. Hermog. T. 3. Iam verò etiam duas scripturas adfert, quibus animam Dei flatum probasse significat, Gen. 2. & 1. Cor. 15. In quibus quum ille, vis sua heresi videatur fauere, vertisset: spiritum vitæ, pro eo quod alij flatum; contra scripturæ fidem, ut potè quum Græcè illic legatur πνῶν, quod plerique malunt (vel B. August. teste li. 13. de ciuitate Dei, cap. 24.) interpretari flatum, inspirationem, aut adpirationem, aut Animam, quàm Spiritum; significat tertio loco hic citato Auctor, se hoc egisse dicto libro, ut flatum potius iuretur quàm spiritum. Quamquam interim alio sensu etiam spiritum

agnoscens Animam, à spirando, lib. de Anima, non per omnia consentiat cum Catholicorum sententia Tertullianus, qui spiritum propriè animam dicunt, non tamen spiritum sanctum; atque adeò etiam dicto loco Genesios, & alibi, πνῶν spiritum interpretantur. Verùm de hoc illius Paradoxo Lectorem remissimus ad nostra Prolegomena, & aliquid in contrarium ibi adnotauimus num. 137. 140. 141. & 142. Deinde sese ad institutum propius cetera naturalia animæ pertraxisse insinuat aduersus Hermogenem, ut Dei potius quàm materiæ propinqua anima probaretur. Denique ne fortassis propterea quis animam cum Deo compararet, eam longè infra Deum defendisse se scribit dicto libro, quòd nata sit, quòd passibilis, quòd exorbitationis capax, & inde etiam obliuionis adfinit sit. Vt que adeò ut totius penè libri argumentum, & quæ fragmenta quedam ipsius iisdem verbis repetita hic videre sit apud Auctorem. Ceterùm de Hermogene ac Hermogenianis, & variis eorum heresibus latè supra tractauimus dicto lib. aduersus Hermogenem, num. 1.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI ADVERSVS APELLETIANOS
LIBRI, CITATIO, EX LIBRO DE
Carne Christi, cap. 8.

ED quoniam & isti APELLETIANI carnis ignominiam prætendunt maximè, quam volunt, ab igneo illo, Præfide mali, sollicitatis animabus adstruatam; & idcirco indignam Christo, & idcirco de sideribus illi substantiam competisse; debeat illos de sua paratura repercutere. Angelum quendam inclytum nominant, qui mundum hunc instituerit, & instituto eo poenitentiam admiserit. Et hoc, suo loco tractauimus. Nam est nobis ADVERSVS ILLOS LIBELLVS; an qui spiritum & voluntatem & virtutem Christi habuerit ad ea opera, dignum aliquid poenitentia fecerit; quum angelum etiam de figura erraticæ ouis interpretentur. Teste igitur poenitentia institutoris sui, delictum erit mundus; siquidem omnis poenitentia confessio est delicti, quia locum non habet nisi in delicto. Si mundus est, quia corpus: & membra, delictum; erit proinde & cælum, & cælestia cum cælo. Si cælestia, & quidquid inde conceptum probatumque est; mala arbor malos fructus ædat necesse est. Caro igitur Christi de cælestibus structa, de peccati constitit elementis, peccatrix de peccatorio censu; & par erit ipsius substantiæ, id est, nostræ, quam ut peccatricem Christus dedignatur inducere. Ita si nihil de ignominia interest; aut aliam purioris notæ materiam excogitent Christo, quibus displicet nostra; aut eam cognoscant, qua etiam cælestis melior esse non potuit.

An liber iste, ADVERSVS APELLE M, AN ADVERSVS APELLETIANOS inscribi debeat, aliquandiu me dubitare fecit, quòd inter ceteros hereticos, aduersus quos scripsit Tertullianus, enumeret Vincent. Lirinens. Apellem; ex quo etiam haesitauimus num. plures essent Libelli ab Auctore aduersus ipsum & discipulos eius conscripti. Verùm, quum toties facta Apellis mentione atque nullius alterius, nullam tamen libri cuiuspiam aduersus eundem mentionem præterquam hoc loco faciat; sit mihi credibile, & vnicum esse ab eo conscriptum, & ADVERSVS APELLETIA-

NOS inscriptum. Maximè quum etiam Apelletianos B. Cyprianus nuncupet Apellis discipulos Epist. 73. ad Iubasanum. Atqui obscuriora quidem sunt verba Tertulliani iam citata, sed hoc sibi vult: Argumentum libri aduersus Apelletianos potissimum fuisse: An Angelus ille igneus mali præfides, qui & mundum hunc (iuxta illos) instituerat, & sollicitatis animabus carnem adstruxerat; ad quod tamen spiritum & voluntatem, & virtutem Christi habuerit; dignum aliquid poenitentia fecerit. Potè qui dicerent, sicut legitur lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 51. her.

51. heres. 19. illum mundo inferiori permisuisse poenitentiam, quia non illum tam perfectè fecisset, quàm superior mundus institutus fuisset. Quod ipsum interim pulcrè contra illos retorquet, illic ubi loquitur: de sua paratura repercutiens. Verùm quòd vocat hunc Angelum mali præfidem, sic explicat Epiphanius. heres. 4. 4. ex sententia Apellis: Eius sit autem non bonus, & quæ ab ipso facta sunt, non bene facta sunt, sed secundum malam ipsius mentem ab ipso creata sunt. De sollicitatis autem animabus ab igneo illo Deo angelo iuxta Apellem, vide supra Tom. 3. lib. de Anima cap. 23. num. 298. & cap. 36. num. 431. Vbi addit ex consequenti Auctor constituisse eum ante corpora animas vitales ac muliebres. De mundo ab illo instituto lib. de Præscript. aduers. her. cap. 34. & cap. 51. heres. 19. numer. 324. De carne hominis proinde ab eodem extracta, num. 78. cap. 8. lib. de Carne Christi (ex quo hæc verba desumpta sunt) & lib. de Resurr. car. cap. 5. num. 46. De Christi denique carne, non ab illo angelo creata, sed ex cælestibus sideribus structa, contra Apellem latè disputat Auctor dicti lib. de Carne Christi cap. 6. ubi num. 56. citauimus similem locum lib. 3. adu. Marc. Consentit in his omnibus Epiphanius, præterquam quòd inferiorem Deum nuncupet, quem Auctor angelum igneam; quem interim agnoscunt B. August. her. 23. B. Isidor. lib. adu. Marc. Et abanus noster, B. Honorius & Gratianus in Catalogo heretic. Hoc peculiare Auctori, quòd de poenitentia angeli creatoris iam dictum est; sicut & illud, quòd figuram erraticæ ouis, Luc. 15. de illo interpretati sint; quæsi gaudium fuerit in cælo apud angelos Dei, de illo vno peccatore ad poenitentiam conuerso. Quam contra maluit Auctor interpretari de homine lapsa, & per Christum requisito, sicut etiam alij Veteres omnes. Hactenus de iis quæ ad intellectum huius Fragmenti faciunt; quia verò promissimus integram nos historiam hic edituras de Apelle & eius heresibus, faciemus id quàm paucissimè licebit. APELLIS itaque discipulus Marcionis (ubi verba Auctoris vtar dicti lib. de Præ-

scrip. aduers. heret. cap. 6. 30. ac 51.) lapsus in foeminam, defertor continentia Marcionensis (quam ille simulabat) ab oculis magistri Alexandriam fecerit. Inde in alteram foeminam impexit, illam virginem Philumena, postea verò immane prostibulum; cuius signis & prodigiis inductus, librum ædidi, quem Phanerosis Philumenes inscripsit, quam quasi Prophetissam sequebatur. De quibus vide Adnotat. nostras in eundem lib. num. 35. 173. 174. 175. 176. ac 324. & lib. de Carne Christi cap. 6. num. 54. & cap. 24. num. 180. Neque verò defertor dimittat, sed & emendator Marcionis ac discipulus supra magistrum appellatur ab Auctore lib. 4. aduers. Marc. cap. 17. cuius rationem videre est lib. de Præscript. iam citato num. 324. Neque verò in hoc solum, quòd ubi illic diximus: Vnum Deum superiorem faceret, alterum Dominum dicat, sed angelum faciat; verùm & in reliquis paulo prius recensitis heresibus, quas seductus à Philumene nouas induxit. In hoc nihil differens à Marcione, quòd & Deum Moyfi (de quo lib. de Carne Christi cap. 6. num. 57.) & Legem ac Prophetas repudiaret, sicuti libro de Præscript. habetur cap. 51. her. 19. num. 324. Vbi etiam eadem cum Marcione heresis commemoratur: De animarum solarum salute ac negata resurrectione carnis, quam adeò impugnat Auctor lib. de Resurr. car. item quòd solo Apostolo vteretur, sed Marcionis, id est, non toto. De quibus plerisque videre etiam est Epiphanius. Theodor. & Damasc. sed hoc Auctori peculiare. Habet præterea libros suos quos inscripsit Syllogisimorum, in quibus probare vult, quòd omnia quæcunque Moyse de Deo scripserit, vera non sint, sed falsa sint. Quo fit ut de iis aliud nihil adnotandum occurrat, quantumvis huc Lectorem dicto num. 324. remiserimus. Hoc vnum adiiciam, non mirum esse, si Auctor ADVERSVS APELLETIANOS scripserit quòd sepe dicto lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 30. adferat: adhuc superfuisset proprios discipulos & successores Apellis.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, OPERVM FRAGMENTA PARADOXA.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI,
LIBRI DE PARADISO ARGUMENTVM,
ex lib. de Anima, cap. 55.

ED in æthere habitatio nostra, &c. Immò, inquis, in paradiso; quò iam tunc & Patriarchæ & Prophetæ adpendices Dominicæ resurrectionis, ab inferis migrauerint. Et quomodo Ioanni in spiritu, paradisi regio reuelata, quæ subicitur altari, nullas alias animas apud se præter Martyrum ostendit? quomodo Perpetua fortissima martyr, sub die passionis, in reuelatione paradisi solos illic commartyras suos vidit? nisi quia nullis romphæa paradisi ianatrix cædit, nisi qui in Christo

Gen. 1.
Math. 28.
Apo. 6.

Gen. 3.

decefferint? Non in Adam noua mors pro Deo, extraordinaria pro Christo, alio & priuato excipitur hospitiu? Agnosce itaque differentiam ethnici & fidelis in morte. Si pro Deo occumbas, &c. non in mollibus febribus & in lectulis, sed in martyriis; si crucem tuam tollas, & sequaris Dominum, vt ipse præcepit; tota paradisi clauis tuus sanguis est. Habes etiam DE PARADISO à nobis LIBELLVM, quo constituimus omnem animam apud inferos sequestrari in diem Domini.

Hactenus Auctor, sed saniori modo intelligendum, vti adnotauimus ad dictum locum num. 606. 610. & 611. & ad lib. 4. aduers. Marc. cap. 34. num. 551. latius denique in Prolegomenis inter Paradoxa, vbi ad omnia ipsius argumenta respondebimus. Hoc hic adnotandum, Auctorem librum hunc conscripsisse non modo de Paradiso terrestri, in quo Adam fuit conditus, & quò Enoch & Helies translati feruntur, sed etiam & magis ex proposito de Paradiso spirituali, quò Apostolus Paulus raptus legitur 2. Cor. 12. quamquam in hoc ab alijs Patribus dissentiat, quòd illi cœlestem nuncupent illum Paradisum, & nominatim B. Ambrosius in dicti loci Commentario, Auctor verò illum non distinguit à stenu Abrahæ, quem sublimiorem tamen inferis constituit. Verum etiam de hoc in Prolegomenis inter Paradoxa. Terrestrem verò Paradisum disertis verbis, de Adam loquens, agnoscit Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 2. Tom. 2. lib. de Patientia cap. 5. & Tom. 3. lib. de Resurr. carnis cap. 26. & lib. 2. adu. Marc. cap. 2. & 10. Rufus li. adu. Valent. cap. 20. vbi Ptolomæum Valentin. irridens, quòd Paradisum Archangelum quartum somniaret, sic iocatur: Quoniam & hunc supra tertium cœlum pangunt, ex cuius virtute sumpserit Adam, deuersatus illic inter nubeculas & arbusculas. Satis meminerat Ptolomæus puerillum dicibulorum, in mari poma nasci, & in arbore pisces, sic & in cœlestibus nuceta præsumpsit. Operatur Demiurgus ignorans, & ideo fortassis non scit arbores in sola terra institui oportere. Omnium autem apertif-

simè hoc ipso Tomo, Carm. lib. de Iudicio Domini, cap. 8. & Genes. cap. 2. ac 3. Eundem agnouerat iam antea etiam B. Irenæus lib. 2. aduers. her. cap. 55. & apertius lib. 5. cap. 5. vbi ait dixisse Presbyteros Apostolorum discipulos Enoch & Heliam translatos esse in Paradisum, vbi primus homo positus fuit, de quo scriptura (nempe Gen. 2.) Et plantauit Deus Paradisum in Edem contra Orientem, & posuit ibi hominem. Consentit etiam B. Iustin. Mart. Apol. 1. vbi Homerum scribit, ad Paradisi imitationem à Moysè descripti, conscripsisse Aduinor horum, Theophilus item lib. 2. ad Autolyt. & Nouatianus lib. de Trinitate infra Tom. 5. & Lactant. Carm. de Phœnice, ad dicta verba scriptura alludentes, Paradisum in Oriente constitutum referunt. Denique Epiphani. in Ancorato & aduers. Origenistas, ac Epiph. ad Joan. Episc. Hierosol. à B. Hieron. in Latium translata, latissimè ex scriptura Gen. 2. ac 3. disputat contra Origenem, Paradisum de terreno ad cœlestia transferentem; id ipsum probans ex 4. illis (quorum aquam se bibisse scribit) fluminibus, ex paradiso profluentibus; & sustinens, apud Apost. 2. Cor. 12. aliud esse cœlum tertium, aliud paradisum. Eandem hæresin (sicut etiam supra adnotauimus dicto loco adu. Valent. num. 246.) adtribuit B. August. lib. de hæres. Seleucianis, & Hermianis. Quorum omnium deliramenta iubet conticescere etiam B. Hieron. Comment. in Danielem alicubi. Porro vbi sit Paradisus, varias diuersorum sententias hic recensere superfluum existimo, quòd scribat B. August. lib. 2. contra Pelag. & Celest. cap. 23. hoc ad quæstiones, quæ sunt præter fidem, pertinere.

Q. SEPTIMI FLORENTIS

TERTVLLIANI DE SPE FIDELIVM

LIBRI ARGVMENTVM, EX LIB. 3. ADV.

Marc. cap. vlt. & B. Hieron. in cap. 36.

Ezechiel. & alibi; ac Gennadio.

Isai. 43.

DE restitutione Iudææ (inquit Tertullianus) quam & ipsi Iudæi, ita vt describitur, sperant, locorum & regionum nominibus inducti; quomodo allegorica interpretatio, in Christum & in Ecclesiam, & habitum & fructum eius, competat; & longum est persequi, & in alio Opere digestum, quod inscribimus DE SPE FIDELIVM; & in presenti vel eò ociosum, quia non de terrena, sed de cœlesti promissione sit quæstio. Nam & confitemur in terra nobis regnum repromissum; sed ante cœlum, sed alio statu; vt potè post resurrectionem in mille annos, in ciuitate diuini operis Hierusalem cœlo delata, quam & Apostolus matrem nostram sursum designat; & πολιτεία nostrum, id est, municipatum, in cœlo esse pronuntians, alicui, vtique cœlesti, ciuitati eum deputat. Hanc & Ezechiel nouit, & Apostolus Ioannes vidit.

Apoc. 20. & 21. Gal. 4. Philipp. 3. Ezech. 48. Apoc. 21.

Neque

Neque enim (inquit B. Hieron.) iuxta Iudaicas fabulas, quas illi δευτεροειδεις appellant, gemmatam & auream de cœlo expectamus Hierusalem, nec rursus passuri circumcisionis iniuriam, nec oblaturi taurorum & arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus. Quod & multi nostrorum, & præcipuè Tertulliani Liber, qui inscribitur DE SPE FIDELIVM, & Lactantij Institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Pictabionensis Episcopi crebræ expositiones, & nuper Seuerus noster in Dialogo, cui Gallo nomen imposuit. Et vt Græcos nominem, & primum extremumque cõiungam, Irenæus & Apollinarius.

Apoc. 21.

Nec ignoro (inquit idem Prefat. lib. 18. in Iulianum, ad eundem librum alludens) quanta inter homines sententiarum diuersitas sit, &c. de repromissionibus futurorum, & qua ratione intelligenda sit Apocalypsis Ioannis; quam si iuxta litteram accipimus, Iudaizandum est; si spiritualiter vt scripta est differimus, multorum Veterum videbimur opinionibus contraires; Latinorum, TERTVLLIANI, Victorini, Lactantij, Græcorum, vt ceteros prætermittam, Irenæi ratum Lugdunensis Episcopi faciam mentione; aduersus quem vir eloquentissimus Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex elegatè scribit Librum; irridens mille annorum fabulam & auream atque gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium Sabbati, circumcisionis iniuriam; nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium seruitutem; rursusque bella, exercitus, ac triumphos, & superatorum neces, mortemque centenarij peccatoris. Cui duobus voluminibus respondit Apollinarius.

Apoc. 21.

Papias (inquit idem Catal. Script. Eccl.) dicitur mille annorum Iudaicæ adidisse quem secuti sunt Irenæus & Apollinarius & ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne in sanctis Dominum regnaturum. TERTVLLIANVS quoque in LIBRO DE SPE FIDELIVM, & Victorinus Pictabionensis, & Lactantius hac opinione ductur.

In diuinis (inquit Gennad. lib. de dogmat. Eccl. inter opera B. Augustini, ad eundem librum alludens) repromissionibus nihil terrenum vel transitorium expectamus; sicut Melitani sperant. Non nuptiarum copulam; sicut Cerinthus & Marcus delirant. Non quod ad cibum vel ad potum pertinet, sicut Papiæ Auctori, Irenæus, & TERTVLLIANVS, & Lactantius adquiescunt. Neque per mille annos post resurrectionem regnum Christi in terra futurum, & sanctos cum illo in delicijs regnatos speramus; sicut Nepos docuit, qui primam iustorum resurrectionem, & secundam impiorum confinxit.

Hactenus plura testimonia de argumento LIBRI DE SPE FIDELIVM, quorum postremum ea potissimum de causa adiecit, quòd cuique Auctori sua Paradoxa adtribuat, quæ B. Hieron. prima facie omnibus in genere videtur impingere; quamquam interim ipse opiniones appellet, non hæresis aut errores, reuerentiæ gratia; in quo illum etiam imitatus est Gennadius. Verum de aliorum sententia (ne hic prolixiores simus) vti de response ad omnia Tertulliani quæ ex scripturis loco hoc citat argumenta, videat Lector nostra Prolegomena inter Paradoxa. Hic dumtaxat dicemus, videri nobis sententiam Tertulliani esse mitiorem reliquis, nempe eam de qua scribit B. August. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 7. Hæc opinio esset vtrique tolerabilis, si aliqua delicia spirituales, in illo Sabbato scilicet mille annorum aditura sanctis per Domini presentiam crederentur. Nam etiam nos (inquit ille) hoc aliquando fuimus opinati. Vt quædam deo vt potius Tertulliano competat id quod Gennadius Melitanus tribuit, quòd terrenum regnum Christi sperauerit, & descripsit Libro DE SPE FIDELIVM; quam quod illi impingit de cibo & potu; quo factum fortasse, vt præ alijs Melitonem commendat Auctor libris illis pro Montano scriptis, quorum fragmenta sequuntur, iuxta quod ibi ex B. Hieron. citabitur; vt potè quum etiam Mon-

tani fuisse hoc paradoxon ipse his verbis dicto loco significet. Hanc, &c. & qui apud fidem nostrâ est noua Prophetiæ sermo testatur, vt etiâ effigie ciuitatis, ante representationem eius, conspectui futuram in signum prædicarit. Verba Auctoris, quibus quod dixi, confirmatur, sunt imprimis illa supra citata. de restitutione Iudææ, quomodo allegorica interpretatio in Christum & Ecclesiam, & habitum & fructum eius competat; & longum est persequi, &c. Si enim allegorica, ergo non literalis, & proinde perperam illi impingeret quis (quod in Cerinthum magis competit & Dimærias iuxta Epiphani.) instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium Sabbati, & circumcisionis iniuriam. Eodè pertinet quod paulo post eodem loco subiungit: Hanc (nempe Hierusalem ciuitatem cœlo delatam) dicimus, excipiendis resurrectione sanctis, & refouendis omnium bonorum, vtique spiritualium, copia; in compensationem eorum quæ in seculo vel desperimus vel amissimus, à Deo prospectam. Nam si spiritualium bonorum copia, ergo non temporalium, quam alij somniant. In hoc interim cum alijs ille consensit (quamquam etiam erroneè) quòd cõstitatur, in terra quidam regnum nobis repromissum, sed ante cœlum.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBY-
TERI, OPERVM ADVERSVS ECCLESIAM PRO
Montano scriptorum Notulæ.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI,
LIBRORVM SEX DE ECSTASI MENTIO, EX B.
Hieron. Catal. Script. Ecclef. & Nicephoro lib. 4.
hif. Ecclef. cap. 22. ac 34.

Hic (inquit B. Hieron. de Tertulliano, & ipsis iisdem verbis Nicephorus) quum vsque ad mediam ætatem Presbyter Ecclesiæ permanisset, inuidia postea & cõtumeliis clericorum Romanæ Ecclesiæ, ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouæ Prophetiæ meminit; specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina, De Püdicitia, de Fuga in persecuione, de Ieiuniis, de Monogamia, de ECSTASI LIBROS SEX.

TERTVLLIANVS (inquit idem) sex voluminibus aduersus Ecclesiam æditis, quæ scripsit *ἑξ ἑξαδωσας*, &c.

Melitonis (inquit idem in Melitone) elegans & declamatorium ingenium, laudans Tertullianus in Libris VII. aduersus Ecclesiam pro Montano; dicit eum à plerisque nostrorum Prophetam putari.

Hactenus ille. Quorum ex posteriori loco apparet Græcè potius quàm Latine hos libros fuisse conscriptos, sicuti dicemus in sequenti fragmento latius.

Nos autem promissis ut stemus; quid Ecstasis Auctori, quid de aliis scriptoribus antiquis Ecclesiasticis, paucis subiungendum duximus. Definitio in genere inuenitur Tom. 3. supra lib. de Anima, cap. 4. 5. Ecstasin dicimus excessum sensus, & amentiam instar. Sic & in primordio somni cum Ecstasi dedicatur: Et misit Deus Ecstasin in Adâ, & obdormiuit. Somnus enim corpori prouenit in quietem, Ecstasis animæ accessit aduersus quietem; & inde iam forma somni Ecstasi miscens. Et paulopost: Hic erit proprietas Amentiam huius, quia non fit ex corruptela bonæ valetudinis, sed ex ratione naturæ; nõ enim exterminat, sed auocat mentem. Aliud est concutere, aliud mouere; aliud euertere, aliud agitare. Igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est; quod sanitas mentis salua memoria stupet, amentiam genus est. Ideo non dicimur furere, sed somnare; idem & prudentes, si quando sumus; sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur, nisi quod & ipsum potest videri vacare tunc. Ecstasin autem hoc quoque operari de suo proprio, ut sic nobis imagines sapientiæ inferat, quemadmodum & erroris. Breuior verò & instituto Auctoris magis conformis est illa, quæ habetur eiusdem lib. cap. 11. Vbi de eodem Adâ loquitur: Cecidit, inquit, Ecstasis super illum, sancti Spiritus vis, operatrix Prophetiæ, & cap. 21. In illum Deus amentiam immisit spiritalem vim qua constat Prophetia. Atqui prius illud Ecstaseos genus aliquo modo in Adâ agnosci potuit, posterus hoc non item; vtpote quod pertinere videatur ad Montani,

Priscæ ac Maximillæ enthusiastsas comprobandos; quos in Ecstasi, & ut amentes loqui solere consuebantur ipsorum discipuli, & inter eos post mediam ætatem ipse Tertullianus. Huc pertinet illud de Priscæ aut Maximillæ eiusdem lib. de Anima cap. 9. Est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, quas in Ecclesia, inter Dominica sollènia per ECSTASIN in spiritu patitur. Hoc est enim quod sibi vult lib. 4. adu. Marc. cap. 22. vbi explicans illud Luc. 9. de Petro: Sed nesciens quid diceret. Quomodo, inquit, nesciens? vtrumne simplici errore, an irratione (qua significatione etiam dixit lib. aduers. Præsean cap. 15. neque Petrum & Ioannem & Iacobum visionem Dei sine irratione & amentiam expertos esse) quam defendimus in causa nouæ Prophetiæ, gratiæ Ecstasin, id est, amentiam conuenire. In spiritu enim homo constitutus, præsertim quum gloriam Dei conspicit, vel quum per ipsum Deum loquitur; necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute diuina; de quo inter nos & Psychicos est questio. Vbi (sicuti latius infra Tom. 5. lib. de Ieiuniis adu. Psychicos) per Psychicos intelligit Catholicos, & ad hos SEX DE ECSTASI LIBROS aduadit, quos contra Ecclesiam scripsisse certum est. At pulchrè contra Montanistas Epiph. her. 48. postquam scripturis probauit veros Prophetas cum constanti ratione & intelligentia locutos ex instinctu Spiritus sancti, sana mente & corpore; ad Montani Prophetiam veniens; probat eum neque stabili mente vaticinatum, neque intelligentiam mentis habuisse, ex propriis ipsius Montani verbis. Quid? quod scripturam supradictam Gen. 2. nihil pro illis facere doceat. Nam, inquit, ipsi Adâ Deus induxit ecstasin somni, non ecstasin emotionem mentis. Ecstasis autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur enim Ecstasis, supor

supor ob excellentiam admirationis. Dicitur & Ecstasis infania, eo quod à mente amoueat. Verum illa somni Ecstasis, hoc est, supor, iuxta alium modum dicitur est, iuxta naturalem actionem; maximè, eo quod profundissime sancto Adâ inductus esset. Quem amplius Ecstasin appellauit, eo quod fecerit ipsum ad tempus non sentire dolorem, propterea quod accepturus erat costam ab ipso, & ipsam formaturus in mulierem. At non erat mentis Ecstasis, ac intelligentia emotio. Statim enim ut surrexit, agnouit & dixit: Hoc nuncos ex ossibus meis, &c. Nouit enim, Velus vides, præterita quando erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis. Agnouit præsentia; postquam facta est mulier, agnoscens eam de corpore suo sublatam. Vaticinatus est futura, nimirum: Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem, &c. Hæc autem non sunt viri mente moti, neque intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Eodem pertinere videtur quod B. Hieron. Quæst. Hebr. in Genesim adnotauit: Pro ECSTASI, id est, mentis excessu, in Hebræo haberi Tardema, quod Aquila *ἄγροσ πορῶν*, Symmachus *ἄγροσ*, id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt. Denique sequitur: Et dormiuit. Id ipsum verbum & in Iona ferentis somno positum est. At qui nihil pro Montani infana prophetia facere illud de Petro: Nesciens quid diceret. Alij illud referri malunt ad locutionem inconsideratam, ut solent animo confertati, eo quod addatur apud Marcum: Erant enim timore exterriti; & illud certum est, nihil ibi Petrum

prophetaffe. Porro nititur quidem etiam Auctor ad eiusdem nouæ Prophetiæ confirmationem detorquere locum Apostoli I. Cor. 14. his verbis, lib. 5. aduers. Marc. cap. 8. Edat aliquem Psalmum; aliquam visionem, aliquam orationem, dumtaxat spiritalem in ECSTASI, id est, amentiam; siqua linguæ interpretatio accesserit. Probet etiam mihi, mulierem apud se prophetaffe, ex illis suis sanctioribus sceminis; magnificam. Verum, præterquam quod illud in Ecstasi, ibi non legatur apud Apostolum, ac quod dicitur ibidem: Et Spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est; ex proximis Apostoli verbis, Montanum, & proinde Tertullianum refutat B. Hieron. Prolog. Comment. in Habacuc. Prophetæ, inquit, visio est; & aduersus Montani dogma peruersum, intelligit quod videt, nec vi ament loquitur, nec in morem insanientium sceminatum, dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet, ut si prophetantibus alijs, alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Ex quo intelligitur, quum quis voluntate recitet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere quum velit. Qui autem in Ecstasi, id est, inuitus loquitur; nec tacere, nec loqui in sua potestate habet. Eodem pertinet etiam illud eiusdem Prologo in Nahum Prophetam: Non enim loquitur in ensolore, ut Montanus, & Priscæ, Maximillæque delirant; sed quod propheta, liber est Visionis intelligenti vniuersa qua loquitur.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTVLLIANI LIBRI ADVERSVS APOL-
LONIVM NOTVLÆ, EX B. HIERON.
Catal. & Nicephoro.

SPECIALITER autem aduersus Ecclesiam (inquit illi locis supra citatis de Tertulliano) texuit volumina, de Ecstasi lib. sex, & septimū ADVERSVS APOLLONIVM.

APOLLONIVS (inquit B. Hieron.) vir disertiss. scripsit aduersus Montanū, Priscillam, & Maximillam insigne & longum volumē, in quo adferit Montanū & infanas Vates perisse suspendio, & multa alia. In quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse münera consueantur non esse Prophetas qui accipiunt; & mille hoc testibus probabo. Sed & ex alijs fructibus probantur Prophetæ; Dic mihi, crinem fucat Propheta, sibi oculos linit; Propheta vestibus & gemmis ornatur; Propheta tabula ludit & resferis; Propheta fœnus accipit; Respondeant, vtrum hoc fieri liceat an non. Meum est probare (sic enim lego, pro: approbare) quid fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum, vsque ad tempus quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. TERTVLLIANVS sex voluminibus aduersus Ecclesiam æditis quæ scripsit *ἑξ ἑξαδωσας*, septimum propriè ADVERSVS APOLLONIVM elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autē APOLLONIVS sub Commodio Scueroque Imperatoribus.

Dualibus de causis mihi persuasum est, librum hunc aduersus Apollonium cum sex præcedentibus, non modò Latine, sed & primò Græcè editos. Primum, quod Græcis fuerit & Græcè scripsit Apollonius, vtpote alius ab eo, quem deinceps B. Hieron. Romanum Senatorera com-

memorat, tum quod in Græcè titulum recitet *ἑξ ἑξαδωσας*. Nolum tamen imprimis fragmentis coniungere, quod contra Ecclesiam scripti sint.

Porro quum adferat B. Hieron. Tertullianum omnia quæ Apollonius arguit, conatum defendere,

inuenimus verissimum esse quod scripsit de illo B. August. lib. de Hæres. ad Quoduisit Deum, quod transierit Tertullianus ad Cataphrygas, quos ante destruxerat. Imprimis enim supra lib. de Præscript. adu. hæres. cap. 52. hæres. 2. 1. dicitur verbis hæreticos vocat, qui dicuntur: secundum Phrygas, &c. qui dicebant in Apostolis quidem Spiritum sanctum fuisse, Paracletum non fuisse; & Paracletum plura in Montano dixisse, quam Christum in Euangelium protulisse; nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. Vbi vide Adnotat. nostras num. 327. & nonnihil in vita Auctoris. Aduersus fucos crinium & oculorum stibio infectionem, quam tamen in Prophetis istis videtur defendisse, agit nominatim supra Tom. 2. lib. de Habitu muliebri, cap. 4. & apertius lib. de Cultu sœminarum cap. 5. agens contra eas quæ oculos fuligine collinunt, reprehendentes artificem Deum quem emendant, & cap. 6. eas quæ croco capillum vertunt, malè sibi flammeo capite auspicantes, & cerebro perniciem adferentes; quo loco vide & Ad-

notat. nostras num. 22. 23. 25. & 27. Aduersus vestium & gemmarum ornatum, quem etiam in illis tolerabat, agit idem & Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. & toto libro: De Habitu muliebri, peculiariter verò de gemmis, cap. 6. de quo & Adnotaciones nostras ibidem videre est num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 37. 38. 43. 45. 49. 50. 51. 52. 57. 58. 59. 61. & 64. Tabularum ludum & tesserarum, quem hic non reprobatur, quasi aliud agens, in Prophetis sine Doctoribus tacite reprehendit supra Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 7. in hæc verba: Oro te Apelles, vel te Marcion, si forte tabula ludens, &c. tali nuntio auocareris, &c. quod paucis ibidem adigimus num. 71. Denique de scœnotis fructu à Christo, quod tamen accipiebat Montanus, interdicto Luc. 6. agit latissime lib. 4. aduers. Marc. cap. 17. de quo & nos ibidem Adnotat. nostras nu. 236. & 237. Ceterum de tempore quo ceperrunt Cataphrygas hæretici, aliquid diximus loco supracitato lib. de Præscr. adu. hæres. & latius tractauimus in Vita Auctoris, vbi etiam de Seueri Imperio.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, OPERVM PLVRIVM QVÆ DE-
siderantur mentio, ex iisdem B. Hieron. & Nice-
phori locis, ac Vincentio.

TERTVLLIUS (inquit de Tertulliano B. Hieron.) vixisse vsque ad decrepitam ætatem, & multa quæ non exstant, opuscula condidisse. Sed & alij plures (inquit Nicephorus) Christiano planè animo pro fide nostra decertarunt, & aduersus hæreseis depugnarunt; Ecclesiæque statu ac moribus receptis, aliisque quæ vel scriptis vel sine scriptis à maioribus accepissent, in litteras relatis, libros plurimos posteritati reliquerunt. Quibus Caius (de quo plura in Vita Auctoris) & TERTVLLIANVS meritò sunt adnumerandi, qui plurima certè & pulcherrima ediderunt scripta, quæ sigillatim recensere præsentis instituti non est. Scripsit autem de Pudicitia, &c. & plures alios.

Hactenus illi. Et verò vtiq; exstaret INDEX SEPTIMII TERTVLLIANI, cuius supra fit mentio in fragmento libri de Vestibus Aaron, non dubium quin multorum præterea scriptorum eius fieret mentio. An verò plura scripserit aduersus hæreticos, dubitare me fecit aliquando, quod de eo scribit Vincentius Lirinensis: sciunt Marciones, Apelles, Praxeas, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, ceterique quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euerit. Perit quum animaduertit omisos ibi Valentinianos & Quintillam, aliisque numero xxv. quorum catalogum recenset lib. de Præscript. aduers. hæres. à cap. 4. 5. vsque ad finem; eisque, aduersus quos scripsit libri de Anima partem posteriorem, Simonem Samaritam, Carpocratem, Menandrum & alios; persuasum habeo, nihil tale hodie desiderari. Quare & B. Optatum Mileuit. lib. 1. aduers. Parmenianum corruptum esse exi-

simo, dum legitur: Marcio, Praxeas, Sabellius & ceteri temporibus suis à Victorino Pictauiensi, & Zepherino Urbico, & Tertulliano Carthaginiensi vsque ad Cataphrygas, & ab aliis adsertoribus Ecclesiæ Catholice superati sunt. Sabellius enim multo post tempore hæresin suam cepit, intermedio nempe inter Nouatianos & Donatistas; quod vel ex ætate Dionysij Alexandrini manifestum sit, qui primus aduersus Sabellium scripsit, B. Cypriano coætaneus, sed iunior. Atque adeò aut aliquis alius hæreticus in locum eius suppleri debet, aut certè castigandus sic Optatus; Praxeas Sabellianus; eo quod Sabellius eam hæresin ex parte resuscitavit, cum contendit, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, vnicam diuinitatis essentiam & hypostasin fuisse. Ceterum, ut de his libris etiam aliquid dicamus qui perperam Tertulliano adscribuntur ab Erasmo, 4. olim, nunc ex adit. doctiss. Mariani Victorij Reatinii 9. Tomo operum B. Hieron. Imprimis, cur illi ad-

scribi non possit Liber de vera Circumcisione, supra diximus in fragmentis, Quæst. de Circumcisione. Multo verò minus arridet stylus libri Ad Amicum ægro-

tum; & etiam ibi scriptura citatur iuxta editionem B. Hieronymi; denique nullum Dialogum scripsisse legitur Tertullianus.

Eadem ratione falsò adscribitur TERTVLLIANO in quadam Italiae Bibliotheca LIBER DE DEFINITIONIBVS FIDEI, quum ille idem sit qui inter Opera B. Augustini, De Dogmatibus Ecclesiasticis inscribitur. Quem etiam in Belgicis Bibliothecis B. Fulgentio, B. Isidoro, immò & B. Gregorio Papæ adscriptum subinde reperiamus; tamen Gennadij esse Massiliensis Presbyteri, doctiores quique mecum fatebuntur.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,
CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI,
Operum Tomi Quarti finis.





Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI
CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI OPERVM

TOMVS QVINCTVS.

QVI CONTINET EA QVÆ IN HÆRESI
SIVE ADVERSVS ECCLESIAM SCRIPSIT,
cum iis quæ aliena sunt, nouis Argumentis
& Adnotationibus aucta, per
Iacobum Pamelium.

| | |
|---|-------|
| De Exhortatione Castitatis. | 1123. |
| De Monogamia. | 1137. |
| De Fuga in perfecutione ad Fabium, | 1158. |
| De Ieiuniis aduersus Psychicos. | 1174. |
| De Pudicitia. | 1195. |
| Nouatiani Liber de Trinitate. | 1233. |
| Eiusdem de Cibis Iudaicis Epistola. | 1272. |
| Eiusdem Epistolarum de vera Circumcisione & vero Sab-
bato Notulæ. | 1278. |

BBB

IACOBI PAMELII DE ORDINE
HVIUS TOMI QVINCTI, AD LECTOREM
PRÆFATIVNCVLA.

MERITÒ in calcem operis dilatos esse Libros huius Tomi Quincti mecum, Lector studiose, senties; vbi animaduertes, aut IN HÆRESI scriptos esse, qualis DE EXHORTATIONE AD CASTITATEM; aut ADVERSVS ECCLESIAM, quemadmodum quatuor sequentes inscribuntur à B. Hieronymo Catal. Script. Eccles. & post eum Nicephoro Lib. 4. Histor. Eccles. cap. 12. & 34. nempe: DE MONOGAMIA, DE FUGA IN PERSECUTIONE AD FABIVM, DE IEIUNIIS ADVERSVS PSYCHICOS, & DE PVDICITIA. Quorum (quum scriptores illi in ordine non conueniant per omnia) priores duos, vtpotè eiusdem planè argumenti, & verbis subinde iisdem compositos coniunximus; maximè quòd Liber de Monogamia citerur in Libro de Ieiuniis; intermedio relicto Libro de Persecutione, quòd de alia tractet materia; denique subiecimus reliquis Librum de Pudicitia; quòd, quum ibi sit vehementior, appareat postremò conscriptum. Porro inter SCRIPTA ALIENA, cur LIBRVM DE TRINITATE, & EPISTOLAM DE CIBIS IYDAICIS, atque ad eò & EPISTOLARVM DE VERA CIRCUMCISIONE ac DE VERO SABBATO Notulas collocauerimus; non miraberis, vbi NOVATIANO adscribi à B. Hieronymo (quod sub finem Argumentorum vniuscuiusque pro more nostro comprobabimus) intellexeris. Ceterum Deo Opt. Max. de opere hoc absoluto vnà mecum quæso, Lector, gratias ago, cui quidquid id est, totum acceptum refero.



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI SCRIPTA, IN HÆRESI,
& Aduersus Ecclesiam.

ARGVMENTVM LIBRI DE EXHORTATIONE
CASTITATIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

EXHORTATVRVS amicum Tertullianus ad Castitatem post I. uxorem in pace pramissam, incipit à sanctificatione nostra (eam distinguens in virginitatem à natiuitate, secundam virginitatem in matrimonio ex compacto, aut viduitate, & Monogamiam) quam voluntatem Dei dicit Apostolus.

Et proinde videri non tam ex voluntate Dei, quàm ex libero hominis arbitrio restaurari nuptias. Et proinde ad liberum arbitrium hominis potius quàm ad voluntatem Dei pertinere. II.

Eandem probat, tum quòd ipsas nuptias indulgentiam appellet Apostolus, tum quòd ex sua persona dixerit: Melius esse nubere quàm vri. III.

Quòdque nos ad exemplum suum velit esse continentès, & feliciorẽ dicat esse eam quæ sic perseuerauerit. IV.

Deinde ex eo quòd vnã feminã Adamo prospexerit Deus, vnus Christi & vnus Ecclesie figuram. V.

Et verò Tempus iam in collecto esse, & in noua Lege paulatim obsolescere illud: Crescite & multiplicamini. VI.

Huc pertinere etiam, quòd vnus matrimonij esse oporteat in vtroque Testamento qui adleguntur in ordinem sacerdotalem. VII.

Si verò & liceat denuò nubere, non tamen expedire. VIII.

Optimum enim esse mulierem non tangere. IX.

Denique quibus quotidie omni momento oratio necessaria est; utique & continentia. X.

Iam verò repetendum, inquit, apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas; offeres itaque pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem, circumdatum virginibus & vniuiris. XI.

Nihil etiam facere contra Monogamiam necessitates adminiculorum quæ aliunde haberi poterunt, multò minus liberorum importunitatem potius quàm solatium. XII.

Postremò Monogamiam confirmari exemplis tum ethnicorum, tum earum quæ ab Ecclesia ordinari solent, quæ Deo nubere maluerunt, seque iam pudoris filias dederunt. XIII.

Ceterum hæcenus tolerari possent omnia ea, quæ verbis ipsis Auctoris in Argumentum reuli (qualia etiam habes Tom. 2. lib. 1. ad Vxor.) verum inter disputandum eò etiam prouehitur Auctor, ut secundas nuptias omnino damnet, immò ut stupri accusare videatur, in quo Montanum secutus, etiam cum illo ab Ecclesia damnari meruit. Quo factum, ut inter scripta in hæresi retulerim hunc librum, maxime quòd huc adludat B. August. lib. de hæres. quum scribit: Tertullianum factum hereticum secundas nuptias contra doctrinam Apostolicam tamquam supra damnare; maxime quum etiã Nicephor. lib. 4. Hist. Eccles. cap. 34. hunc librum primo loco inter eos recitet, qui contra Ecclesiam scripti sunt; nos ad singulas rationes, quibus suum errorem conatur defendere, Antidotum adposuimus Adnot. nostris, & partim inter Paradoxa in Prolegomenis. Vbi etiam de altero paradoxo, quo nuptias ipsas etiam primas à stupro videtur non excusare; De qua re etiam B. Hieronymum Romæ malè audisse adnotauit Rhenanus; utpotè ob librum scriptum De Monogamia ad Geruntiam, seu potius Ageruchiam iuxta MS. codices, in quo vsque adeò hunc & de Monogamia libros Tertullian. imitatur, ut tantum non etiam errores ad verbum transscripserit. Et verò Auctoris germanum eodem titulo hunc esse factum, vel sola illa huius libri clausula conuincit: Memento in orationibus tuis TERTULLIANI AD HÆC EXHORTANTIS. Atqui Librum hunc, quem MS. viderunt Trithemius & Politianus, primò cum scholiis, deinde Adnotationibus edidit Rhenanus, emendatum ad Hirsaugiense ac Paterniacense & Gorziense exemplaria, nos iterum ad tria MS. Vaticana exemplaria castigauimus, simul & ex coniecturis aliquot Dn. Latinij & Harrisij, nouisque Argumento & Adnotationibus auximus.

Q. SEPT.



Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI DE EXHORTATIONE
Castitatis Liber.



NON dubito, Frater, te post vxorem in pace præmissam ad compositionem animi conuersum, de exitu singularitatis cogitare, & vtique consilium dirigere. Quanquam & huiusmodi cum fide sua conloqui debeat vnusquisque, cuiusque vires consulere: tamen quoniam in ista specie, carnis necessitas cogitatum mouet quærere apud eandem conscientiam quæ fidei resistit, opus est fidei extrinsecus consilium, tanquam aduocatum aduersus carnis necessitatē. Quæ quidem necessitas circumscribi potest, si voluntas potius Dei, quam indulgentia consideretur. Nemo indulgentiã audendo promeretur, sed voluntati obsequendo. Voluntas Dei est sanctificatio nostra. Vult enim imaginē suam nos etiam similitudinē fieri, vt simus sancti, sicut & ipse sanctus est, inquit. Id bonum, Sanctificationem dico, in species distribuit complures, vt in aliqua earum deprehendamus. Prima species est, Virginitas à natiuitate. Secunda, Virginitas à lauacro aquæ, aut in matrimonio purificat ex compacto, aut in viduitate perseuerat ex arbitrio. Tertius gradus superest Monogamiæ, quum post matrimonium vnum interceptum exinde sexui renuntiatur. Prima felicitas prima virginitas est, non nosse à quo postea optabis liberari, in totum. Secundæ virginitatis est, contemnere vim quã optimè noris. Reliqua species hæcenus nubendi post matrimonium morte dissiuctum, præter virtutes etiam modestiæ laus est. Modestiæ enim laus est, ablati non desiderare, & ablatum à Deo Domino; sine cuius voluntate nec folium de arbore labitur, nec passer assis vnus ad terram cadit. Quam denique modesta illa vox est, Dominus dedit, Dominus abstulit: vt Domino visum est, ita factum est? Ideò si nuptias ablatas restauremus, sine dubio contra voluntatem Dei nitimur, volentes habere rursus quod habere nos noluit. Si enim voluisset, nõ abstulisset. Nisi & in hoc voluntatē Dei interpretamur, quasi rursus vellet in nos, quod iam noluit Deus. Non est bonæ & solidæ fidei, sic omnia ad voluntatem Dei referre, & ita adulari ad vnumquemque, dicēdo nihil fieri sine iussione eius: vt non intelligamus aliquid esse in nobis ipsis. Ceterum excusabitur omne delictum, si cōtinuerimus, nihil fieri à nobis sine Dei voluntate. Et ibi definito, istam destructionem totius disciplinæ etiã ipsius Dei, si & quæ non vult de sua voluntate producit, aut nihil est quod Deus non vult. Sed quomodo vetat quædam, quibus etiam supplicium æternum comminatur? Vtique etiam quæ vetat non vult, à quibus & offenditur: sicut & quæ vult, præcipit, & accipit, & æternitatis mercede dispūgit. Itaque quum vtrunque ex præceptis eius didicerimus, quid velit, & quid nolit, iam nobis est voluntas eligendi alterum, sicut scriptum est, Ecce posui ante te bonum & malum: gustasti enim de arbore agnitionis. Et ideò non debemus quod nostri expositum est arbitrio, in Dei referre voluntatem, quos vult ipse & velle, qui malum non vult. Ita nostra est voluntas, cum malum volumus aduersus Dei voluntatem, qui bonum vult. Porro si quæris, vnde veniat ista voluntas qua quid volumus aduersus Dei voluntatem: Vt dicam, Ex nobis ipsis. Nec temerè, semini tuo respondeas necesse est, siquidem ille princeps generis & delicti Adam voluit, quod deliquit. Neque enim diabolus voluntatem ei imposuit delinquendi, sed materiã voluntatis subministravit. Ceterum voluntas Dei in obaudientiam venerat.

BBB iij

Proinde & tu si non obaudieris Deo, qui te proposito præcepto libera potestatis instituit, D per voluntatis libertatem volens deurgis in id quod Deus noluit. Ita te putas à diabolo subuersum, qui etsi vult te velle quod Deus non vult, non tamen facit vt & velis: quia nec tunc inuitos Protoplastos ad voluntatē delicti subegit, immò neque inuitos, neque ignorantibus quid Deus noller. Vtique enim nolebat fieri, cui admissio mortem destinabat. Ita diaboli opus vnū est, tentare quod in te est, an velis. At vbi voluisti, sequitur vt te sibi subigat, non operatus in te voluntatem, sed nactus possessionem voluntatis. Igitur quum solum erit in nobis velle, in hoc probatur nostra in Deum mens, an ea velimus quæ cum voluntate eius sapiant. [15] Altrè, impressè recogitandam esse dico Dei voluntatem, quid etiam in occulto velit. Quæ enim manifestò, scimus omnes, eaque ipsa qualiter in manifesto sint, perspicendum est. Nam si quædam videntur voluntatem Dei sapere, dum à Deo permittuntur, non statim omne quod permittitur, ex mera & tota voluntate procedit eius qui permittit. [16] Ex indulgentia est, quodcunque permittitur. Quæ etsi sine voluntate non est, quia tamen aliquam habet causam in loco cui indulgetur, quasi de inuita venit voluntate passa causam sui, quæ cogit voluntatem. Vide qualis sit voluntas eius, cuius altera sit causa. Secunda iterum species consideranda est puræ voluntatis. Vult nos Deus sibi placita, in quibus non indulgentia operatori patrocinator, sed disciplina dominatur. Si tamen alia, ista proponit vti que quæ magis vult, dubiumne est ea nobis taxanda esse, quæ mauult, quam ea, quæ minus vult. Quia magis vult, proinde habenda sunt. Nam ostendendo quæ magis velit, minorè voluntatem maiore deleuit. Quantoque notitiæ tuæ vtrâque proposuit, tanto definiuit id te sectari debere, quod patuit eum magis velle. Ergo si idè declarauit vti secleris quod magis vult, sine dubio nisi ita facis, contra voluntatē eius sapias, sapiendo contra potiorem eius voluntatem, magisque offendis quam promereris, quod vult quidem faciendo, quod mauult respuendo. Ex parte delinquis, non tamen promereris. Porro & promereri nolle, delinquere est. Secundum itaque matrimonium, si ex illa Dei voluntate quæ indulgentia cogitur, negabimus meram cui indulgentia est causa: si ea cui potior alia præponitur, continentia magis appetendæ, didicerimus non potiorem à potiore scindi. Hæc præstruxerim, vt iam Apostoli voce decurram. In primis autem non videbor irreligiosus, si quid ipse profiteretur continentia magis appetendæ didicerim. Iam animaduertam omnem illam indulgentiam nuptiarū de suo, id est, de humano sensu, non de diuino præscriptu in duxisse. Nam & quum de viduis & innuptis definiuit vti nubant, si continere non possunt, [17] quia melius est nubere quam vri, conuersus ad aliam speciem, Nuptis autem denuntio, inquit, non ego, sed Dominus. Ita ostendit, extra rationem personæ suæ Dominum: & quod supra dixerat, id non ex persona Domini, sed ex sua pronuntiaffe, Melius est nubere quam vri. Quæ vox licet ad eos pertineat, [18] qui sunt innupti, vel vidui, qui tamen nubendi licentiam amplectuntur, velim retractare, [19] quale bonum ostendat quod melius est pœna; quod non potest videri bonum, nisi pessimo comparatum; vt idè bonum sit nubere, quia deterius est ardere? Bonum ita est, si per se nomen hoc obtinet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alterius; vt & si bono alij comparantur, & ab alio adumbratur, nihilominus remaneat in boni nomine. Ceterum si per mali collationem cogitur dici, nō tam bonum est quam genus mali inferioris, quod à superiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique dictionem comparationis, vt non dicas, Melius est nubere quam vri; & quæro, an dicere audeas, Melius est nubere, non adiciens quid sit id quo melius est. Ergo quod non melius, vti que nec bonum; quia abstulisti & remouisti dictionem comparationis, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius esse nubere quam vri, sic accipiendum est, ac si melius vno oculo quam duobus carere. Si tamen à comparatione discedas, non erit melius non oculum non habere, quam & bonum. Nemo igitur captet ex hoc capitulo defensionem, quod propriè ad innuptos & viduos spectat, quibus nulla adhuc coniunctio numeratur. Quamquam ostenderim etiam illis numeradam esse permissi conditionem. [20] Ceterum de secundo matrimonio scimus tamen Apostolum pronuntiaffe: Solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem. Sed & si duxeris, non delinques. Proinde tamen & huius sermonis ordinem, consilio suo, non de diuino præcepto introducit. Multum autem interest inter Dei præceptum & consilium hominis. Præceptum Dei, inquit, non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam consecutus fidelis esse. [21] Quoniam neque in Euangelio, neque ipsius Pauli Epistolis ex præcepto Dei inuenias permissam

I I I.

I. Cor. 7.

ibidem.

ibidem.

I I I I.

I. Cor. 7.

A permissam matrimonij separationem. Vnde vnum habendum confirmatur, quia quoddam Domino permissum non inuenitur, id agnoscitur interdictum. Adde quod & hæc ipsa huius consilij interdictio [22] quasi inrecogitationem excessus sui passa, statim se refrenat & reuocat quum subiūgit: Veruntamen huiusmodi, pressuram carnis habebunt; quum parere se eis dicit: Quum tempus in collecto esse adiicit, quo oporteat etiam habentes matrimonia pro non habentibus agere: [23] quum sollicitudinem nuptorum committit. Per hæc enim docens cur non expediat nubere, dissuadet ab eo quod supra indulserat. Et hoc ne primo matrimonio, quanto magis secundo. [24] Quum nos verò ad exemplum suum hortatur, vti que ostendens quid nos velit esse, id est continentem, pariter declarat quid nos esse nolit. Id quod non vult, nec sponte nec veritate permittit. Si enim vellet, non permisisset, immò imperasset. [25] Sed ecce rursus, Mulierem defuncto marito dicit nubere posse, si cui velit, tantum in Domino. At enim felicius erit, inquit, si sic perseuerauerit secundum meum consilium. Puto autem, & ego spiritum Dei habeo. Videmus duo consilia, quo supra nubendi veniam facit, & quo postmodum continentiam nubendi indicit. Cui ergo, inquis, consilio adsentiamur? Inspice & lege. Quum veniam facit, hominis prudentis consilium allegat. Quum continentiam indicit, Spiritus sancti consilium adfirmat. Sequere admonitionem cui diuinitas patrocinator. Spiritum quidem Dei etiam fideles habent, sed non omnes fideles Apostoli. Cur ergo quum fidelem dixerit, adiicit postea, spiritum se Dei habere, quod nemo dubitat etiam de fidelis idcirco hoc dixit, vt sibi Apostoli fastigium redderet. Propriè enim Apostoli spiritum sanctum habent, qui plenè habent in operibus prophetia efficacia virtutum atque documentorum linguam, non quasi ex parte, quod ceteri. Ita spiritum sanctum auctoritate ad eandem speciem adire fecit, cui nos magis obsequi voluit: & factum est iam non consilium diuini spiritus, sed pro eius maiestate præceptum. [26] Ad legem semel nubendi dirigam. Ipsa origo humani generis patrocinator, contestans quid Deus ab initio constituerit, in formam posteritatis recensendum. Nam quum hominem figurasset, ei que parem necessariam prospexisset, vnam de costis eius mutuatus, vnam illi sceminam finxit, quum vti que nec artifex, nec materia defecisset: plures costæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo, sed non plures vxores apud Deum. & idè homo Dei Adam, & mulier Dei Eua [27] vnus inter se nuptiis defuncti sunt. Formam hominis Dei, de originis auctoritate, & primam Dei voluntatem sanxerunt. [28] Erunt duo, inquit, in vnam carnem: non tres, neque quatuor. Alioquin iam non vna caro, nec duo in vnam carnem. Tunc erunt si coniectio & concretio duum in vnitatem semel fiat. Si verò rursus, aut sæpius, iam vna esse desit, & erunt iam non duo in vnam carnem, sed vna planè caro in plures. [29] At quum Apostolus in Ecclesiam & Christum interpretatur, erunt duo in vnam carnem, secundum spirituales nuptias Ecclesie & Christi, vnus Christus, & vna eius Ecclesia, agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis vnus matrimonij tam + secundum generis fundamentum, quam secundum Christi firmamentum. Vno matrimonio censetur vtroque, & carnaliter in Adam, & spiritualiter in Christo: Duarum natiuitatum vnum est monogamia præscriptum. Vtraque degenerat, qui de monogamia exorbitat. Numerus matrimonij à maledicto viro cœpit. Primus Lamech, duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit. [30] Sed & benedicti, inquis, Patriarchæ non modò pluribus vxoribus, verum etiam concubinis coniugia miscuerunt. [31] Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere? Sanè licebit si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti supersunt, quos nuptia tuæ figurent; [32] aut si etiam nunc locus est vocis illius, Crescite & multiplicamini, id est, si nondum alia vox superuenit, Tempus iam in collecto esse, restare vt & qui vxores habent, tanquam non habentes agant. Vtique enim continentiam indicens, & compescens concubitum seminarium generis, [33] abolefcit Crescite illud & multiplicamini. Vt opinor autem vnus & eiusdem Dei vtraque pronuntiatio & dispositio est, qui tunc quidem in primordio sementem generis emisit, indultis coniugiorum habentibus, donec mundus repletur, donec nouæ disciplina materia proficeret: nunc verò cum extremitatibus temporum compressit quod emiserat, & reuocauit quod indulserat, non sine ratione propagationis in primordio, [34] & repastinationis in vltimo. Semper initia laxantur, fines contrahuntur. Propterea sylvam quis instituit, & crescere sinit, vt tempore suo cadat sylvam. Erat verus dispositio, quæ in Euangelio nouo deputatur; in quo & securis ad radicem arboris posita est. Sic & Oculum pro oculo, & dentem pro dente, iam

ibidem.

ibidem.

v.

Gen. 2.

Ephes. 5.

Gen. 4.

v. 1.

Gen. 16. 29.

Gen. 30.

Gen. 1.

I. Cor. 7.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Gen. 1.

Exod. 21. senuit; ³⁵ ex quo iuuenit, Malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam D
 Rom. 12. constitutionem atque decretum postea pristinis præualere. [¹⁶ Cur autem de pristinis
 V 11. exemplis non ea potius agnoscamus, quæ cum posteris communicant disciplinæ, for-
 matam veritatis ad nouitatem transmittunt? Ecce enim in veteri lege animaduertio ca-
 stratam licentiam sæpius nubendi.³⁷ Cautum est in Leuitico: Sacerdotes mei non plus
 Leuit. 21. nubent. Possum dicere, etiam illud plus esse quod semel non est. Quod non vnum est,
 numerus est. Denique post vnum incipit numerus. Vnum autem omne quod semel est.
 Sed vni Christo seruabatur, sicut in ceteris, ita in isto quoque legis plenitudo. Inde igitur
 1. Ti. 3. Tit. adlegi liceat in ordinem Sacerdotalem. Vsq̄ue ad quosdam memini digamos loco de-
 iectos. Sed dices: Ergo ceteris licet, quum, quibus nō liceat excipit. Vani erimus, si puta-
 uerimus quod sacerdotibus non liceat, laicis licere.³⁹ Nōne & laici sacerdotes sumus?
 Apoc. 1. Scriptum est, Regnū quoque nos & sacerdotes, Deo & patri suo fecit. Differētiam inter
 Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinis confessum san-
 ctificatus à Deo. Vbi Ecclesiastici ordinis est confessus, & offert & tinguit sacerdos qui
 est ibi solus.⁴⁰ Sed & vbi tres, Ecclesia est, licet laici. Vnusquisque enim de sua fide viuit.
 Math. 18. Rom. 2. Nec est personarum acceptio apud Deum, quoniam non auditores legis iustificabuntur
 à Deo, sed factores, secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si habes ius sacerdotis in
 teipso, vbi necesse est habeas, oportet etiam disciplinam sacerdotis necesse sit ha-
 bere ius sacerdotis. Digamus tinguis, digamus offers: quanto magis laico dicat, quod
 ad salutem erit agere pro sacerdote. Quam ipsi sacerdoti dicitur, qui eo facto commu-
 nicatur actione sacerdotis. Sed necessitati, inquis, indulserit. Nulla necessitas excusa-
 tur, quæ potest non esse necessitas. Denique digamos reprehendi & necessitate admini-
 strantes quod non licet. Dicam, omnes nos Deus ita voluit dispositos esse, vt vbi que
 sanctiones eius obeundi sit disciplina. Vsq̄ue ad nisi laici ea obseruent, per que presby-
 teri adlegantur, quomodo erunt presbyteri qui de laicis adleguntur? Ergo præferre de-
 bebimus ante laicum iussum à secundo matrimonio retinere, dum presbyter esse non alius
 potest quam laicus qui semel fuerit maritatus. [⁴¹ Liceat nunc denuò nubere, si & om-
 ne quod licet, bonum est. Idem Apostolus exclamabat, Omnia licent, sed non omnia
 VII. I. pro salute. Quod non prodest, oro te, potest bonum dici? Si licita sunt & quæ non pro
 salute, ergo & quæ non bona sunt, licita sunt. Quid autem magis velle debebis, quod
 I. Cor. 6. ergo bonum est, quia licet, an quod ergo quia prodest? Multum existimo esse inter li-
 centiam & salutem. De bono non vincis, scilicet quia bonum permissi non expectat.
 Sed adsumi permittitur, vt quod an bonum sit, in dubio est, quod potest etiam non per-
 mitteri, si non habeat aliquam sui causam primam. Quia propter incontinentiæ periculum
 I. Cor. 7. permittitur nubere secundum: quia nisi licentiæ alicuius non bonæ rei subiaceret, non
 esset in quo probaretur, qui diuinæ voluntati, & qui suæ potestati obsequatur: quis no-
 strum vtilitatis præsentiam sectetur, & quis occasionem licentiæ amplexetur: quis diui-
 næ voluntati, & quis suæ voluptati obsequatur. Licentia plerunque tentatio est discipli-
 næ, quoniam disciplina per tentationem probatur, tentatio per licentiam operatur. Ita
 fit vt omnia liceant, sed non omnia expediant: dum tentatur cui permittatur, & vinca-
 tur dum in permissione tentatur.⁴² Licebat & Apostolis nubere, & vxores circumduce-
 re. Licebat & de Euangeliis viuere.⁴³ Sed qui his vsus non est in occasionem, ad exem-
 plum nos suum prouocat, docens in eo esse probationem, in quo licentiæ experimen-
 tum. [⁴⁴ Abstinentiæ præstruxerit superiorem, ne sensus eius interpretemur. Non illud
 dicendum erit, ⁴⁵ secundum matrimonium quasi speciem stupri? Quum enim dicat: Ma-
 ritos hoc in sollicitudinem habere quoniam modo sibi placeant: non vtique de moribus
 I. Cor. 7. (⁴⁶ nam vt bonam sollicitudinem non subleuaret) sed de cultu, & ornatu, & omni stu-
 dio formæ, ad illecebras mouendas sollicitos iungi: velut de forma & cultu placere car-
 nalis concupiscentiæ ingenium sit, quæ etiam stupri causa est. Ecquid videtur tibi stupri
 ad sine esse matrimonium, quoniam ea in illo deprehendit quæ stupro competunt. Inter-
 Math. 5. rim Dominus ipse dicit, ⁴⁷ Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam,
 iam stuprauit eam in corde suo. Qui autem ad ducendum viderit, minus perfecit: quid si
 etiam duxerit? quod non faceret, nisi ad ducendum concupisset. Nisi potest duci vxor,
 quam & si non videris, at concupieris saltem, quum ipsam ducere ceperis. Multum fan-
 nè abest maritus ab zelo, non concupiscens. Omnis mulier zeliuira est, quandiu aliena,
 nec

A nec per alium fit marita, nisi per quem & adultera. Legis videtur matrimonij & stupri
 differentia. Alioquin res & viris & foeminis eadem imponit; est enim & matrimonium
 & stuprum commixtio carnis. Scilicet certandum cuius concupiscentia nos stupro adæ-
 quauit. Ergo, inquis, iam & primas, id est, vnas nuptias destruis. Nec immerito: quo-
 niam & ipsæ ex eo constant quod est stuprum. Et ideo optimum est homini mulierem I. Cor. 7.
 non tangere, quia cara est stupri adfinitate. Sed cum hæc etiam de primis & vnis nuptiis
 prætendi ad causam continentia possint, quanto magis secundo matrimonio recusando
 præuidebuntur? Gratus esto, si semel tibi Deus indulset nubere. gratus enim eris, si &
 iterum indulsisse tibi nescias.⁴⁸ Ceterum vteris indulgentiam, cum nec modestiam vte-
 ris. Modestia à modo dicitur. Non tibi sufficit ⁴⁹ de summo illo in uxora etiam virginita-
 tis gradu in secundum deliquisse nubendo, sed in tertium adhuc deuolueris, & futuris
 impelli potes, qui in secunda statione continens non fuisti, quia nec prohibere plures
 nuptias voluit, qui de secundis prouocandis retractauit. Nubamus igitur quotidie, ⁵⁰ &
 nubentes ab vltimo die deprehendamus; tanquam Sodoma & Gomorra: quo die adimple-
 bitur Vt illud super pregnantas & lactantes, id est, maritos incontinētie. De nuptiis enim
 Math. 24. vteri & vbera infantis. Et quando finis nubendi? Credo post finem subandi. [⁵¹ Re-
 nuntient tandem carnalibus fructibus, vt aliquando spiritalia retractemus. Rape occa-
 sionem etsi non exoptatissimam, attamen desisti habere cui debitum solueres. O te foeli-
 cem, amisisti debitorem, simile damnum, quid diximus damnum? lucrum sentientem.
 B Per continentiam enim negotiaberis, magnam substantiam necessitatis parsimoniam car-
 nis seruientis adquirens. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alius
 alium se homo sentiat, cum sua foemina cessat. Si orationem facit ad Dominum, impro-
 pè est cælo. Si scripturæ incumbit, totus illic est. ⁵² Si psalmum canit, placet sibi. Ideo
 Apostolus purificationi orationem commendauit, causatus id quod ad tempus permise-
 rat: semper nobis exercendum esse, quod semper prodest. Si quotidie omni momento o-
 ratio hominibus necessaria, vtique & continentia, quæ orationi necessaria sit. Oratio de
 conscientia procedit. Si conscientia erubescit, erubescat oratio. Spiritus ducit oratio-
 nem ad Deum. Si spiritus reus apud se sit, conscientia erubescit, quomodo audebit ora-
 tionem ducere ad altare? Sic etenim est prophetica vox veteris Testamenti: Sancti eri-
 mus, quia & Deus sanctus, & rursus: ⁵³ Cum sancto sanctificaberis, & cum viro inno-
 cente innocens eris, & cum electo electus eris. Debemus enim ita ingredi in disciplina
 Domini, vt Deo dignum fructum non secundum carnis esqualentiæ concupiscentiam,
 Ita enim & Apostolus dicit, quod ⁵⁴ sapere secundum carnem, mors est: secundum spi-
 ritum verò sapere, vita æterna sit in Christo Iesu Domino nostro. Si hæc obtusio, etiam
 quum in vnis nuptiis in nos caro exercetur, spiritum sanctum auertit, quanto magis
 quum in secundo matrimonio agitur? [⁵⁵ Duplex enim iste rubor est; quia in secundo
 I. Cor. 7. matrimonio duæ vxores eundem circumstant maritum, vna spiritu, alia carne. Nec enim
 pristinam poteris odisse, cui etiam clariorem referuas affectionem. Et iam repete apud
 Deum ⁵⁶ pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad
 C Deum cum tot vxoribus, quot illas oratione commemoras, & offeres pro duabus, &
 commemorabis illas duas per sacerdotem de monogamia ob pristinum de virginitate
 sancitum, circumdatum virginibus ac vniuiris: & ascendet sacrificium tuum libera fron-
 te: & inter ceteras voluntates bonæ mentis postulabis tibi & vxori castitatem. [⁵⁷ Scio
 quibus excusationibus coloremus infatigabilem carnis cupiditatem; ex quibus necessita-
 tes adiniculorum descendunt; administrandam familiam, regendos oculos, ⁵⁸ cla-
 ues custodiendas, lanificium dispensandum, victum procurandum, curas domesticas.
 Scilicet solis maritorum domibus benè est. Perierunt cœlibum familiæ, spadonum, mi-
 litum, aut peregrinantium sine vxoribus. Non enim & nos milites sumus, eo quidem
 maioris disciplinæ quo & tanti Imperatoris? Non & nos peregrinantes in isto seculo su-
 mus? cur autem ita dispositus est Christianus, vt sine vxore non possit? Nunc & consor-
 tium onerum domesticorum necessarium est. Habe aliquam vxorem spiritalem. Adsu-
 me de viduis, fide pulchram, paupertate dotatam, ætate signatam. Bonas nuptias fecerit
 huiusmodi vxor; Has te plures habere Deo gratum est. Sed de posteriori tempore cogi-
 tant Christiani, quibus craftinum non est. Hæredes Dei seruus desiderabit, qui femer-
 ipsum de seculo exheredauit? Vt ergo quis repetit matrimonium, quum de pristino non
 habeat liberos? Itaque hoc primum diutius vt volunt, ipso Apostolo festinante ad Do-

minum in persecutionibus, constantissimum in martyriis, promptissimum in communi-
 cationibus rerum, tēperatissimum in acquisitionibus, postremò vfuris, morte relinquen-
 dis, filiis. Forfan Reipublicæ prospectu aguntur, ne diuites deficiat, si soboles non habet:
 ne leges, ne iura, ne commercia delabatur; ne templa derelinquantur, ne modò nō sint
 qui exclament: Christiani ad bestias. Hæc enim audire desiderant, qui filios quærunt,
 Sufficiat ad consilium viduitatis vel ista præcipua causa, importunitas liberorum. 6º Ad
 quos suscipiendos legibus compelluntur homines; quia sapiens quique nunquam libes
 filios desiderasset. Quid ergo facies, si nolis, si vxorẽ de tua conscientia impleueris, disso-
 luturus es medicamine conceptum? 6º Puto nobis non licere nascentem necare, quàm &
 natum. Sed fortè illo tempore prægnantis vxoris remedium à Deo petes. Tãta sollicitu-
 dine à Deo petere audebis, quod in te positum recusasti? Opinor aliqua sterilis prospicie-
 tur, vel etiam anus sæpius enixa. Quod à Domino magis euenire potest, si quis præsump-
 tionem eius pro Dei æmulatione prouocaret. Scimus denique quendam ex Patribus quĩ
 propter familiam suam, secundo matrimonio sterilem captasset vxorem, tam iterum pa-
 trem factum, quàm & iterum maritum. [6º Ad hanc meam contentionem, frater dilectis-
 sime, videmus etiam seculi exempla, quæ sæpè nobis etiam in testimonio posita sunt, quĩ
 quod bonum, & Deo placitum videtur, testimonio oneratur. Monogamia apud ethnicos
 in summo honore est, vt & virginibus legitime nubentibus 6º vniura pronuba adhibeatur,
 & si auspici initium est. Item in quibusdam Solennibus & Auspiciis, vt prior fit vniura
 locus. 6º Certè Flaminica non nisi vniura est, quæ & Flaminis lex est. Nam duo ipsi Pon-
 tifici Maximo iterare matrimonia non licet, quod Monogamiæ gloria est. Quum autem
 Deus summus tantum, Satanas ad perficiendum prouocatio est nostra, immò subfusio
 pigriusimorum ad continentiam Deo exhibendam, 6º qua diabolo qui antistant, 6º nunc
 virginitate, nunc viduitate curant. 6º Noueram virgines Vestæ 6º & Iunonis apud Achaię
 ganeũ, 6º & atrocis apud Delphos, & Mineruę, & Dianę, quibus locis. Nouerã cõtinẽtes
 viros, & quidem Tauri illius Ægyptij antistites; 6º Fœminas verò Cereris Aphricanæ, cui
 etiam sponte abdicato matrimonio adfenscunt, exinde adempto contactu masculorũ,
 vsque ad oscula filiorum. Inuenit diabolus, post luxuriã castitatis perditricem, quomodo
 reus sit Christianus, qui castitatem recusat conferuatricem. Erunt nobis in testimo-
 nium & fœminæ quædam seculares, ob vniuratus obstinationem famam consequuntur; vt
 Dido, quæ profuga, in alieno solo, vbi nuptias regis vltro optasse debuerat, ne tamẽ secũ-
 das experiretur, maluit è contrario vri quàm nubere; Vel illa Lucretia, quæ vt semel per
 vim & inuita alium virum passã est, sanguine suo maculatam carnem abluir, ne viuere
 iam non sibi vniura. Plura exempla certa de nostris inueniam, & quidem tanto potiora,
 quanto maius est viuere in castitate, quàm pro ea mori: hoc est, animæ id bonum misce-
 ri, quàm viuendo separari animam. 6º Quantæ igitur & quæ in Ecclesiis, ordinari in Ec-
 clesia solent, 6º quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, quæ-
 que se iam illius pudoris filias dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis, & p
 totum illud quod intra Paradisum non potuit admitti. Vnde præsumendum est hos, qui
 intra Paradisum recipi volunt, tandem debere cessare ab ea re, à qua Paradisus obstru-
 ctus est. Gratia ergo cum intelligenti hæc. Memento in orationibus tuis 6º TERTVL-
 LIANI ad hæc exhortantis.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
 IN LIBRVM DE EXHORTATIONE
 castitatis.

I.

DE EXHORTATIONE CASTI-
 TATIS.] Hunc titulum huius libri
 malimus, quàm quem elegantiæ gratia
 mutauerat Rhenanus, EXHORTA-
 TIO AD CASTITATEM, tum
 quod magis accedat ad phrasin Tertullianicam, tum quod
 illum legant MS. 3. Vaticanis codices, & etiam codex ille

MS. quem vidit Politianus.

C A P. I.

2. Non dubito frater, te post vxorem, &c.] Ca-
 pit hoc inscripsimus: De triplici sanctificatione. Acci-
 pitur autem hic singularitas, sicut in titulo libri De
 singularitate clericorum Origenis Tom. 3. Oper. B. Cy-
 priani,

priani, pro Vita singulari seu solitaria, sine femina aut v-
 xoris consortio. Placet verò castigatio Rhenani ex cod. Gor-
 zienf. & vtiq; consilium dirigere, pro eo quod etiã
 MS. 3. legunt: digere; quia illud magis est Tertullianicum.
 Qui etiam rectè aduocatum adiectione explicat, tanquam
 accersitum simpliciter, aut in aduocationem; & circum-
 scribi interpretatur: reprimi, tolli, superari; nam etiam a-
 libi non semel sic vsurpatum est ab Auctore.

3. Voluntas Dei est sanctificatio nostra, &c.]
 Locum hunc Apostoli 1. Thess. 4. latius tractatum habes
 Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 35. Vbi Auctor, sicuti alij
 veteres omnes, sanctificationem, seu sanctimoniam,
 solummodo interpretatur de duobus virginitatis, id est,
 continentia generibus, non de tertio, quod hic facit Mono-
 gamiam; vt supra opponatur cum matrimonio. Hoc est e-
 nim quod immediate in eadem periodo subiungit Aposto-
 lus: Vt abstineatis vos à fornicatione, seu stupro, sicuti ver-
 tere solet Auctor.

4. Virginitas à natiuitate.] De hac complures locos
 inuenire poteris Lector in Indice tum Tertulliani, tum B.
 Cypriani nostri.

5. Secunda, virginitas à lauacro aque, &c.] Ego
 sic pro vsu restitui hunc locum, omisis verbis illis hic super-
 fluis (nam mox repetuntur) vt ex arbitrio suo vidua per-
 maneat, id est, maxime quum similiter dixerit supra li.
 1. ad vxorem c. 6. Quot enim sunt qui statim à laua-
 cro carnem suam obfignat: vbi vide Adnotat. nostras
 num. 37.

6. aut in matrimonio purificat ex compacto,
 &c.] Similiter ibidem: Quot item sunt qui con-
 sensu pari inter se matrimonij debitum tollunt: de
 quo ibidem num. 38. & lib. de Patient. c. 12. num. 78. Istud
 verò imitatur B. Hieron. dicta Epist. ad Ageruchiam, quĩ
 dicit: Castrati se propter regna cœlorum, vel à secunda na-
 tuiuitate post lauacrum ex consensu, vel post nuptias ex ar-
 dore fidei.

7. aut in viduitate perseuerat ex arbitrio, &c.]
 Toties viduitas ab Auctore commendatur, vt superua-
 caneum foret locos hic citare; quærat Lector in Indice tum
 Tertulliani, tum B. Cypriani nostri; hic dumtaxat adle-
 gamus dist. lib. cap. 8. num. 53. & lib. de Veland. virg.
 c. 10. num. 75. & 83.

8. Tertius gradus superest Monogamiæ, &c.]
 De hac exstat supra dictus lib. 1. ad vxorem, & is qui hic
 sequitur: De Monogamia Liber, quod Lectorem remitti-
 mus ob easdem scripturas ab Auctore citatas. Elegans est
 autem Metaphora Tertullianica, qua dixit: sexui renun-
 tiatur.

9. Haftenus nubendi, &c.] Hic Haftenus ab
 Auctore accipitur pro: non vltra, eodem modo quo di-
 xit Suetonius in Neron. cap. 40. Haftenus excanduit, vt
 malum in qui desissent, minaretur.

C A P. II.

10. Quàm denique modesta, &c.] Capiti huic ti-
 tulum dedimus: Quod restaurentur nuptiæ potius
 ex libero hominis arbitrio, quàm ex Dei volunta-
 te. Vbi quod dixit nimis erroneè, etiam contra vo-
 luntatem Dei fieri, sic inquit B. Hiero. vbi supra. Cur
 inquit, vidua que iudicio Dei virum habere desit, non
 illud letabunda congeminet: Dominus dedit, Domi-
 nus abstulit? Neque verò sicuti contendit Auct.:
 id probatur ex supra scripto Apostoli loco: nã vel ipso teste,
 solum stuprum sanctificationi opponitur ab Apostolo.

11. Non est bonæ & solidæ fidei, &c. dicendo ni-
 hil fieri sine iussione eius, &c.] Facit hic etiam locus
 contra eos, qui Deum auctorem mali & peccati facere non
 verentur, contra quos latissime supra Auctor Tom. 3. lib. 2.
 adu. Marc. cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 14. vbi vide & Adnot.
 nostras, potissimum n. 32. & 83. ibidem simul de hominis
 libero arbitrio pulcrum tractatum videre est.

12. si continuerimus, &c.] Hoc est (inquit Rhe-
 nanus) si mordicus tenere voluerimus; nisi quis malis le-
 gere ex coniectura Dn. Latini: cõtenderimus. Idem itẽ
 Et ibi definito, interpretatur tanquam certi quid pro-
 munito, istam nempe sententiam, destructionem esse,
 &c.

13. & æternitatis mercede dispungit, &c.] Vsi-
 tatus (inquit idem) Tertulliani sermo, quem vsurpat cre-
 berrimè. Sic lib. de Resurr. carn. c. 56. Aliam substan-
 tiam operari, aliam mercede dispungi. Siqui vter-
 que hic locus facit pro æternitate, mercede operum bo-
 norum, sicuti & alij complures supra.

14. Ecce posui ante te bonum & malum, &c.]
 Ad istud adlusit Auctor supra lib. 2. adu. Marc. cap. 5. Et
 præterea addit explanationis causa: gustasti enim de ar-
 bore agnitionis, quàmquã interuo neque illud ad verbũ
 legatur Eccles. 15. Vnde citari videtur. Vbi distaxat legitur:
 Ante hominem, & c. bonum & malum. Siqui mox le-
 gimus: Neque enim diabolus voluntatem ei impo-
 suit delinquedi, pro: eis, tum quod loquatur de solo Adã,
 tum quod magis accedat lectio MS. cod. eius. Sunt autem
 Tertullianica: obaudientiam, & si non obaudieris.
 sic enim iterum legimus pro eo quod mendo typographico
 omissa erat negandi particula, quæ alibi habebatur.

C A P. III.

15. Altè, impressè recogitandum esse dico, &c.]
 Inscriptionem huius capitis facimus: Quod Monoga-
 mia ex Apostolo probetur, qui indulgentiam vo-
 cat nuptias, & melius dicit nubere quàm vri. Ad-
 notat autem Rhenanus illud: Quæ enim manifesto,
 accipi pro: quæ in manifesto.

16. Ex indulgentia est quodcumque permitti-
 tur, &c.] Adlusit ad illud 1. Cor. 7. Hoc autem dico secun-
 dum indulgentiam, non secundum imperium; nam pau-
 lopost: hæc præstruxisse se scribit, vt Apostoli voce
 decurrat. Et verò non ibi modo ita Apostolum ex parte
 detorquet, sed etiam infra lib. de Monog. cap. 3. penè ijsdem
 verbis, nec absimiliter B. Hieron. lib. 1. adu. Iovin. Verum
 quod illi ad matrimonium, rectius refert B. August. Enchi-
 rid. cap. 78. ad illud: Nolite fraudare iniucem; & illud:
 Iterum ad id ipsum reuertimini; vt probet indulgentia seu
 venia indigere commixtionem cum coniuge non filiorum
 procreandorum gratia, ita tamen quod inter leuia peccata
 priuilegio matrimonij recensetur. Siqui Rhenan. ibi: Vult
 nos Deus sibi placita, subintelligit: velle, Latiniur: ope-
 rari. Rhenano verò acceptam debemus castigatione verborũ
 sequentium; qui etiam taxanda rectè explicat: estimãda,
 & proinde habenda, pro: pluris faciendã. Item: nega-
 binus meram, nempe voluntatem. Siqui intermedium
 dicomma sic distinguitur: magis que offendis quàm
 promereris; quod vult quidem faciendo, quod
 mauult respuendo. Adnotat denique Rhenan. præscri-
 ptu, iuxta quartam inflexionem vsurpari; est etiam pau-
 lopostius vox Tertullianica: paruit, pro: apparuit.

17. quia melius est nubere quàm vri, &c.] Sic
 necessario castigauimus & hic, & mox, pro: nubere,

similiter sub finem huius capituli, tum quod illud legatur bis in intermedium lineis, & supra lib. 1. ad uxorem cap. 3. & infra quater libro de Monogamia cap. 3. insuper etiam a B. Hieron. utroque loco iam citato, & Epist. 4. ad Saluinam, ubi ad verbum ferè hunc locum imitatur, tum quod sic trāsferant etiam alij Veteres.

18. qui sunt in nupti vel vidui, &c.] Etiam hoc emendandum pro: nupti, sicut sub finem huius capituli: ad in nuptos vel viduos, quod præcesserit de viduis & in nuptis, & Græcè legatur τοῖς ἀρξομοῖς. Est verò vox Tertullianica: retractare.

19. quale bonum ostendat quod melius est pœna, &c.] Similes prorsus sunt loci Auctoris & B. Hieron. loci mox citatis, etiam iisdem ipsis verbis: Verum si non tam bonum est nubere quam genus mali inferioris, ut loquitur Auctor, non magis bonum poterit dici matrimonium primum atque secundum; cui tamen contrarium dixit lib. 1. ad uxorem, ubi bonas quidem fatetur nuptias, sed continentiam præferri tamquam bono isto melius bonum; & B. Hieron. lib. 1. aduer. Iovin. post eandem cum Auctore, quam paulopost habet, & lib. sequi. comparationem, ac si dicatur: melius est vno oculo carere quam duobus, tandem sic concludit: Ego autem non leuius malum, sed simplex per se bonum volo. Quid? quod B. Hieron. Epist. de Monog. ab Apostolis fateatur admitti secunda, & si necesse est, tertia matrimonii, sed incontinentibus. Ad hunc etiā locum videtur respicere B. Augu. l. 1. de Bono vidui. Ubi quia Tertulliani fecisset mentionem, quod secūdas nuptias maledico dente cōcidisset: Ab hac, inquit, sanitate doctrina nullius docti disputatione moueatur; nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tamquam malum crimineris. Sixtus Papa lib. de Castit. sua similia verba sic interpretatur, ut malum accipiat, quod multo inferiorem gradum tenet; malum est enim cupiam id non esse quod melius est. Et verò extortam esse illam interpretationem, patet vel ex ipsa voce ὑπερισσόν, que rarissime melius transferitur, sed frequenter accipitur pro potius & magis eligendum, sive satius, sicuti vertit Interpres Latinus ex Syriaco.

C A P. IIII.

20. Ceterum de secundo matrimonio, &c.] Caput hoc inscriptum: Iterum ab Apostolo probari Monogamiam, quum omnes vult esse continentes ad exemplum suum, & feceliorum dicat mulierē defuncto viro, si sic perseverauerit; denique multa adfert, cur non expediat nubere. Atque in isto imitatur Auctorem utrobique B. Hieron. & similis quoque fuit supra locus lib. 1. ad uxorem, cap. 7.

21. Quoniam neque in Euangelio, &c.] Non permissam esse matrimonij separationem, lætè tractavit Auctor supra lib. 4. adu. Marc. cap. 34. Obi vide & Adnotat. nostras num. 527. & 541. ac 542. & libro 5. c. 7. ex hoc ipso loco. I. Cor. 7. Confirmatur verò hinc nostra sententia, quod etiam Auctor diuortium simpliciter a Christo prohibitum senserit.

22. quasi inrecogitationem excessus sui passa, &c.] Ex Gorziensi (inquit Rhenan.) codice scriptum: excessus sui, hoc est, nimia indulgentia. Vt suppat autem: inrecogitationem pro: incogitantia, sive inconsiderantia; quo posteriori vocabulo Tranquillus etiam vitur in Claudio Cesare. Atque sic sequentia distingimus, ut sint dicommate, non periodi: quum parcere, &c.

23. quū sollicitudinē nuptorum committit, &c.]

Hoc est (inquit idem Rhenan.) confert & comparat inter se. Inueniatur:

Committit vates, & comparat inde Maronem. Diuus Hieronymus aduersus Heludium in fine: Molestias nuptiarum committit cum libertate virginum, & earum que matrimonio defuncte sunt. Ibi autem: Et hoc ne primo matrimonio, subintelligitur, expedire nubere docet Apostolum.

24. Quum nos verò ad exemplum suum, &c.] Facit etiam hic locus pro continentia B. Pauli Apostoli a nuptiis, de qua latius lib. sequi. de Monogamia cap. 8. Siue autem legas cum excussis: continentiam nubendi indicit, siue cum MS. 3. Pauc. inducit, perinde est.

25. Sed eccerurus, Mulierem defuncto marito dicit nubere posse, &c.] Hic adhuc satis moderate agit Auctor, non prorsus prohibens digamiam, sed feliciorum probans Monogamiam: quare & B. Hieron. fatetur his verbis Apostolorum secundas & tertias nuptias concedere in Domino.

C A P. V.

26. Ad legem semel nubendi dirigam, &c.] Titulum huius capituli inscriptum: De vna Adami vxore, in figuram vnius Christi & vnius Ecclesie. Que ipsa tractantur latius lib. de Monog. sequi. cap. 4. & ad verbum ex Tertull. desumpta sunt a B. Hieron. tum epist. sepe dicta ad Ageruchiam, tum in fine Epist. ad Saluinam de Viduitate. Lego autē prorsus: in formam posteritatis recendendum, pro: recendenda, quia præcedit: quid Deus ab initio constituerit. Atque quum ei parem dicit, rectè Rhenanus intelligit: de conparem siue sociam, substantiuè.

27. vni inter se nuptiis defuncti sunt, &c.] Elegantiſimè dictum (inquit Rhenan.) sic Linius: Defuncta morbis capita salubriora esse cepere. Suetonius in Nerone cap. 40. Britannia Armeniæque amissa, ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat.

28. Erunt duo, inquit, in vnam carnem, &c.] Sic ter hic castigamus, pro eo quod erat: in carne vna, quod illud Græcè apud Apostolum, atque etiam alibi frequentissimè ab Auctore legatur; maxime quod sequatur mox: & erunt iam non duo in vnam carnem, sed vna planè caro in plures.

29. At quum Apostolus in Ecclesiam, &c.] Istud Ephes. 5. lib. sequi. etiam tractatur cap. 5. quod verò sequitur de Lamech duabus maritato, ibidem cap. 4. quæ B. Hieron. simul coniungit. Rectè verò adnotauit Rhenan. ibi: agnoscere debemus duplicatam & exaggeratam esse nobis vnius matrimonij, desiderari Accusatum; ut potè sollicitatem, aut aliquid simile: quare etiam retinimus crucem adiectam in editione Basiliensi, ex qua pateat locum esse mutilum.

C A P. VI.

30. Sed & benedicti (inquit Patriarchæ, &c.) Inscriptionem dedimus huic capiti: Quod veteris Legis, qua dicebatur: Crescite & multiplicamini, noua lex sit restrictio. Atque quod hic in plurali numero de Patriarchis dicit, peculiariter lib. sequi. de Monogamia cap. 6. de Abraham digamo sibi obiicit, interim mentionē faciēs Dauidis & Salomonis; quibus Isaac & Ioseph, Moysè & Aaronē vniugos opponit. Neque aliter B. Hier. Epi. de Monog. ad Ageruchiam. Qui est pro instituto suo spiritualiter istud interpretetur, & Auct. ibi dicat fidem

finem Abraham in Monogamia præcessisse; pulcrè tamen B. Aug. lib. 2. contra adu. Legis & Prophetarum: iste (inquit) Abraham etiam usque ad decrepita etatem fornicationis obiicit crimen, profecto & quia post mortem intra alteram (nempe Cethuram) duxit. Vbi est nullum intellexerit rei abdiæ sacramentum, propter hoc solum facere debuit Abraham, ne putarent aduersus Apostolum heretici (quibus etiam Tertullianus adscribitur) post vxoris mortem crimen esse ducere vxorem. Atque sic etiam (inquit Rhen.) benedictum vocauit Eleutherium Martyrem Pontificem Romanum, & Martyres benedictos, & mulieres Christianas benedictas.

31. Ergo propterea nobis quoque licebit in numerum nubere, &c.] Ad hanc interrogationem respondens Auctor: Sanè licebit, si qui adhuc typi alicuius futuri sacramenti super sunt; non obscure significat, se sentire, nam quam in Veteri Testamento proprie licuisse plures vxores ducere, sed dicitur permittas duas vxores, seu vxorem vnam & concubinam Abraham, Gen. 16. & plures Iacob, Gen. 29. ac 30. in typum futurorum, quem typum pulcrè explicat B. Hier. Epist. de Monog. sepe citata; Auctorem imitatus de Abraham vxoribus duabus, infra lib. de Monog. ex Apostolo Gal. 4. Eodem pertinet quod dixit c. præced. Auctor: Nō plures vxores apud Deum, & Numerus matrimonij a maledicto viro cepit. Primus Lamech duabus maritatus. Similiter lib. iam citato de Monog. postquam dicta exempla Abraham, Iacob, Dauidis, & Salomonis adduxisset: meliora (inquit) scriptari iustus, habes & Ioseph vniugum, & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. Item illud cap. seq. Sed dices: Ergo ceteris licet plus nubere; quum quibus non liceat, excipit. Vani erimus, si putauerimus quod facerdotibus non liceat, laicis licere. Id ipsum sentit Innocentius 3. Papa c. Gaudemus, de Diuortio, idque eodem argumento, quo Auctor vsus est c. præced. quod ex vna contra facta sit semina, nō ex pluribus, & quod dictū sit: & erunt duo in carne vnam, non in plures. Quare quum B. Aug. & B. Hier. alicubi Patriarchas excusent, scribunt nulla lege prohibitum illis plures habere vxores, aut id illis lege concessum esse; videntur potius intelligēdi de permissione (sicuti repudium in lege permissum fuit) quam de veri nominis concessione; maxime quum eodem verbo concessio dicitur dicto loco Innocentius, ubi tamen tradit iure diuino prohibitam fuisse vxorum pluralitatem. Certè in noua lege minime id licere probat idem ex illo Matth. 19. Qui alteram duxerit, mœchatur.

32. aut si etiam nunc locus est vocis illius: Crescite, &c.] Tractat hoc ipsum iisdem penè verbis Auctor lib. de Monog. cap. 7. & post illum B. Hieron. ubi supra.

33. abolefcit, &c.] Actiuè (inquit Rhenan.) pro abolefcit, siue abolet.

34. & repastinationis in vltimo, &c.] Repastinationem (inquit idem) opponit propagationi, & accipit eā pro amputatione & euulsione siue resectione; ut in lib. de Cultu feminarum cap. 9. Non repastinantes diuitiarū vestrarum vel elegantiarum vltimū, que ad gloriam faciunt. Que verba paulo ante exponens ipse, dixerat: Proinde vobis curanda est amputatio & decussio redundantioris nitotis.

35. ex quo iuuenit, &c.] A iuuenescendo (inquit idem) qui etiam rectè interpretatur: pristinis praualete, id est, prioribus.

C A P. VII.

36. Cur autem de pristinis exemplis, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod vnius matrimonij oportuc-

rit esse sacerdotes, tam in veteri quam noua Legge. Et verò etiam hoc repetit lib. seq. de Monog. cap. 7.

37. Cautum est in Leuitico: Sacerdotes mei non plus nubent, &c.] Similiter infra lib. de Monog. Denique prohibet eadem (nempe Lex in Leuitico, ex qua præcedentia sumpterat) Sacerdotes denud nubere. Quod in terim peculiare est Auctori; neque enim in Leuitico, immò nec in lege Moysi reperire licuit. Quid? quod B. Hier. Epist. ad Oceanum planè contrarium scribat, nempe etiam sacerdotibus multarum vxorum paruisse arbitrium, si modò castigati sunt codices; ego verò, uti mendum subesse existimè, facit quod de Moysè id ipsum præmittat; cuius tamen non nisi vnius vxoris sit mentio in Pentateucho, quem ad eod etiam Auctor infra lib. de Monog. c. 6. inter Monogamos enumerat. Difficiat curiosus Lector, an post illud Leuitici 21. Mulierem meretricem & prophanam & mulierem repudiatam a viro suo non accipient, olim additum fuerit: & non plus nubent, seu, denud non nubent; aut iuxta editionem Symmachi seu Theodotionis illud aliter nempe hoc modo, translatum fuerit. Maxime, quum, quod citat de filia sacerdotis, ut denud non nubat, dicto loco infra Auctor, & post eum B. Hieron. lib. 1. contra Iovin. multo aliter legatur apud LXX. qui hodie existant.

38. vnius matrimonij esse oportere, quos ad legi liceat in ordinem sacerdotalem, &c.] Rectè adnotauit Dn. Ioannes Harrisus Anglus mutilum fuisse locum, uti subintelligatur: liceat, quod ad eod contextui adiecit, eod quod eadem voce mox Auctor utatur. Ex eiusdem etiā coniectura castigamus: vsque ad eod quoddam memini digamos loco deiectos; & prorsus iuxta sensum Auctoris, omittit nō, particula legimus: Sed dices: Ergo ceteris (nempe laicis, vel Rhenano interprete) licet; quum, quibus non liceat excipit. Adludit autem ad illud Apostoli 1. Tim. 3. & Tit. 1. vnius vxoris virum, tum hic, tum lib. de Monog. cap. 11. & 12. Item supra lib. 1. ad vxor. cap. 7. his verbis, quibus etiam Apostolum explicat: Disciplina Ecclesie & prescriptio, &c. Apostoli digamos non sinit præsidere. Verum in eo falli scribit Catharos Epiphani. her. 59. quod que ad sacerdotium tradita sunt propter eminentiam celebrationis factorum, ea ad omnes aequaliter referri putent. Vbi lætè etiam tractat de secundis nuptiis laico non prohibitis, sicuti etiam contra Monianum, her. 48.

39. Nōne & laici sacerdotes sumus, &c.] Quum istud probet scriptura Apoc. 1. Regnum nos & sacerdotibus Deo & patri suo fecit; minime istud fauere poterit Lutheri hæresi, qui omnes laicos facit sacerdotes; sed ita intelligi debet, quod Reges & sacerdotes spirituales, fideles omnes censentur, ut potè qui sacrificia spiritalia offerunt; alioqui eodem argumento posset quis concludere, omnes Reges esse. Quam suam sententiam satis indicat verbis sequentibus Auctor: Differentiam inter Ordinem & plebem constituit Ecclesie auctoritas, & honor per Ordinis confessionem sanctificatus a Deo. Vbi Ecclesiastici ordinis esse confessus (sic enim prorsus castigamus, etiam hic omittit negadi particula non,) & offert & tingit (sic iterum Tertullianico more, pro: tingit, maxime quum paulopost legatur: tinguis) sacerdos qui est ibi solus. Item ex qua persona tale quid dicat, explicat lib. de Monogamia cap. 12. Sed (inquit) quum extollimur & inflamur aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes sacerdotes, quia sacerdotes nos Deo & patri fecit. Quū ad peræquationem disciplinæ Sacerdotalis pronocamur, deponimus infulas, & pares sumus; sicuti superius indicas propterea laicos

sacerdotes dici, quod ad disciplinam sacerdotalem teneantur. Quod pertinet etiam, quod (verbis obscurioribus, quantum apparet corruptis; & bis superfluo repetitis) hic sequitur: Igitur si habes ius sacerdotis, &c. & quod apertius est. Dicam, omnes nos Deus ita voluit dispositos esse, ut ubique sanctiones eius obsequendi sit disciplina. Vsq; adeo nisi laici ea obferrent, per que presbyteri adlegantur; quomodo e-runt presbyteri qui de laicis adleguntur? Atque hoc est quod Auctorem interpretatus scribit B. Hieron. Vbi supra: Quamquam lege sacerdotali teneatur & laicus; qui talem praeberere se debet, ut possit eligi in sacerdotium. Non autem eligitur, si dignus fuerit; porro eliguntur ex laicis sacerdotes; ergo & laicus tenetur mandato, per quod ad sacerdotium pervenitur. Atqui de differentia inter Ordinem & Plebem, atque adeo de Ordinis sacramento, ac singulis eius gradibus, vide supra Tom. 3. Adnot. nostras in lib. de Prescript. adu. heret. ca. 40. num. 247. & cap. 41. num. 267. 268. 270. & 271. Item de eo quod sacerdotalis sit officij offerre, Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. lib. de Cor. milit. cap. 3. num. 35. (vbi etiam de nomine Praepositotum seu Praesidentium) & lib. de Feland. virgin. cap. 9. nu. 67. & 68. Denique quod proprium etiam sit sacerdotis tinguere, ibidem num. 66. & Tom. 3. lib. de Prescript. adu. her. num. 263. ac lib. de Bapt. cap. 17. num. 115. 116. & 117.

40. Sed & vbi tres, Ecclesia est; licet laici, &c.] similis locus est supra lib. de Penitent. cap. 10. In vno & altero est Ecclesia. Verum ibi loquitur de sacerdote, apud quem fiebat Exomologesis, tamquam Ecclesia praepositum. Hic adludere videtur: Vbi enim sunt duo vel tres, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Verum ad haeresin Montani videtur pertinere, quod addat: licet laici, vtpote in cuius sectatores potissimum competat illud lib. de Prescript. adu. her. cap. 4. i. Hodie presbyter qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munia iniungunt. Econtrario B. Cypriano teste Epist. 69. ad Florentium Puspianum: Ecclesia plebs est sacerdoti adunata, & pastori suo grex adherens. Neque etiam in paucis est Ecclesia (sicuti hinc colligunt Magdenburgenses) sed iuxta eundem lib. de Pnit. Ecclesia in multitudinem latius incremento sacunditatis extenditur, & Domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit, & ramos suos in uniuersam terram copia vberitatis extendit. Nec verò etiam dissentit ab illo Auctor in libris prioribus, quos ante omnem haeresin scripsit, quum Praesidentium meminit Apolog. cap. 39. & lib. de Coron. milit. cap. 3. ac lib. de Bapt. Antititit, denique Episcoporum ac Praepositorum dicto loco lib. de Monog. aliisque locis citatis ad lib. de Prescript. cap. 32. num. 183. & cap. 41. num. 267. Quid? quod etiam Ecclesiam iam sua aetate apud omnes mundi nationes diffusam fuisse fateatur supra Tom. 2. lib. adu. Iud. cap. 7. & 12. Valeant itaque Magdenburgenses cum ceteris plerisque hereticis, qui quum videant se dissentire ab Ecclesia vniuersali & catholica, sese iactitare solent de paucitate fidelium in Ecclesia; non secus atque olim Donatista, qui in sola Africa Ecclesiam esse contendebant; contra quos multis voluminibus disputavit B. Augustinus; quò Lectorem remittimus, vtpote qui omnes aduersariorum rationes latissime confutet, vbiq; docens catholicam esse & vniuersalem Ecclesiam. Quam etiam agnouit Auctor lib. de Prescript. adu. her. cap. 20. quum dicit: Statim igitur Apostoli, primò per Iudaeam, dehinc & in orbem profecti, Ecclesias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei &

semina doctrinae, cetera exinde Ecclesiae mutuatae sunt, & quotidie mutantur, ut Ecclesiae fiant, &c. Econtrario Auctor Ecclesiam haereticorum, qui de paucitate fidelium se gloriant solent, comparat, & aptissime, vespertinum sicuti, lib. 4. adu. Marc. cap. 5. Vbi vide & nostras Adnot. n. 44. Atqui rursus reposuimus iuxta Rhenani castigationem ex codice Gorxiensi: communicatur aetate sacerdotis, pro eo quod substitutum erat: excommunicatione, quia illud legitur etiam 3. MS. Vatic. codices. Est autem illud valde obscurum, & quantum apparet mēdosum: Ergo praefere debemus ante, &c. Pro quo Vatic. 3. legitur: perferre, & vni eorum: aut, pro: ante, sed nec illi satisfaciunt. Ibi denique: quàm laicus qui semel fuerit maritatus, accipitur: semel, pro: semel dumtaxat, id est, non bis.

CAP. VIII.

41. Liceat nunc denuò nubere, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Liceat denuò nubere, sed non expedit: pro quo Paraphrasticòs veritit Auctor, sed non omnia pro salute. Mox autem clauis, omnia bis voce: ergo, legeretur: Quid autem magis velle debebit; quod bonum est quia licet, an quod bonum quia prodest: sed nolimus tantà verborum mutationem facere.

42. Licebat & Apostoli nubere, & vxores circumducere, &c.] Quum adludat ad illud 1. Cor. 9. Nūquid non habemus potestatem, mulierem, Graecè γυναικα, circumducere? istud, usque ad: Sed qui his vsus non est, non ex persona Auctoris dicitur, sed eorum qui secundas nuptias inde videbantur comprobare velle: satis manifestum sit ex lib. seq. de Monog. c. 8. vbi verba Apostoli tractans: Nec enim (inquit) si penes Graecos cōmuni vocabulo censentur mulieres & vxores pro consuetudinis facilitate (ceterum est proprium vocabulū vxorum) idēd Paulum sic interpretabimur: quasi demonstret Apostolus vxores habuisse. Si enim de matrimonij disputaret, &c. rectē videretur dicere: Non enim habemus potestatem vxores circumducendi, sicut ceteri Apostoli & Cephas? At vbi ea subiungit, quae de victuaria exhibitione abstinentiam eius ostendunt, dicentis: Non enim potestatem habemus manducandi & bibendi non vxores demonstrat ab Apostolis circumductas; quas & qui non habent, potestatem tamen manducandi & bibendi habēt; sed simpliciter mulieres, quae illis eodem instituto quo & Dominum comitantes ministrabant. Quae ipsa verba ad verbum penē descripsit B. Hier. lib. 1. adu. Iovin. in confirmationem adducens illud, quod legitur in emendationibus exemplaribus: foreorem mulierem. Vnde colligit Clemens Alexan. li. 3. Stromat. Apostolos qui vxores habuerunt, eis tamquam sororibus vsos. Quare valeat Magdenburgenses, qui ex Tertulliano nituntur probare coniugia sacerdotum; quasi Apostolis, & proinde sacerdotibus liceret nubere, & vxores ducere. Maxime quum ibidem praemittat: Petrum solum inuenio maritum; per focrum, &c. Ceteros, quum maritos non inuenio; aut spudones intelligam necesse est, aut continentēs; quod etiam descripsit B. Hieron. Eodem pertinent quae habet Auctor infra cap. 10. & B. Hieron. etiam imitatus est: Si quotidie omni momento oratio hominibus necessaria; vtiq; & continentia, quae orationi necessaria sit. Quod, est etiam de laicis prima facie dixisse videtur; quāto magis in ministros altaris conuenit, quibus (sicut Auctorem & B. Hier. imitatus scribit Innocentius Papa 1. Epist. 2. c. 9.) non solum orandi, sed & sacrificandi iuge est officium; nec aliter Epiph. bar.

59. & B. Amros. in Comment. Quo magis absurdum credere, Tertullianum sensisse, quod liceret Apostolis, atque adeo sacerdotibus nubere; maxime qui continentiam tam fuerit addidit, ut illius amore in absurdiss. Montani haeresin lapsus sit. Et certe id sibi licitum non fuisse, ipsi Apostoli plus satis indicauerunt, aliis id interdicentes, quum Can. Apost. 26. ex non coniugatis ad Clerum. eue-ctis coniuges accipere volentibus, solum id permittunt Lecto-ribus & Cantoribus; super quo Zonaras disertis verbis adfirmat, si post ordinationem Presbyteri, Diaconi & Hypodiaconi vxores ducant, à ministerio remoueri. Quem cano-nem haud dubie respicit Nicena 1. Synodus verbis paulo-post citatis, & B. Epiph. adu. Montanum her. 48. in hac verba: Deus honorat in primis sacerdotū charismata, per eos qui vel post vnas nuptias deinceps se à secundis ab-stinent, vel in virginitate aetatem exigunt, &c. quem ad-modum & Apostoli eius Ecclesiasticum sacerdotij Cano-nem sanctē & recto ordine constituerunt. Citant etiam eundem Patres Syn. 2. & 3. Carthag. can. 2. quum post continentiam indicatam ius quo diuini ministrant sacra-mentis, adiciunt: vt, quod Apostoli tradiderunt, & à prius temporibus Ecclesia tenuit, & nos seruemus. Ad eundem adludat Syriacus Papa Epist. 4. quum de capitulis agens 80. in Synodo Episcoporum editi, quorum vnum est de celebrati sacrorum Ordinum, ea dicit Apostolica & pulchra constitutione constituta. Denique & 6. Syno-dus cap. 6. Verba ipsa Canonis Apostolici interseruit. Post Apostolos idem interdicitum perpetuò perdurauit. Idque imprimis in Ecclesia Latina, sicuti ex praedictis testimonijs Patrum & Conciliorum patet, & praeterea ex B. Cypr. Epist. 63. ad Pompon de Virginit. num. 16. Concil. Rom. sub Syluestro Papa primo, Concil. Telesis alicubi, B. Hieron. Apolog. ad Pammach. & lib. adu. Vigilant. B. August. locis compluribus, Sixto 3. lib. de castitate, Leone 1. Epist. 62. ad Anastasium, Aratore in Act. Apost. cap. 16. Conc. Tolet. 1. cap. 4. Conc. Agath. cap. 28. Conc. Antistiodor. cap. 21. Conc. Tolet. 2. cap. 1. & 2. Arel. 3. cap. 1. Turon. 2. cap. 15. Tolet. 3. cap. 5. Tolet. 4. cap. 26. & Tolet. 5. cap. 4. Pelag. 2. Pap. B. Gregorio teste, & ipso B. Gregor. lib. 1. Epist. 42. ac 60. & lib. 3. Epist. 5. ac 34. Beda in Lucam, Zacharia Pap. Epist. ad S. Bonif. Frbano 2. alicubi, Calixto 2. ver-bis à Gratiano citatis dist. 27. cap. Presbyteri, Lucio 2. Epist. ad Epist. Gall. & Germ. ac Concilio Romano 110. Episcoporum sub Gregorio 7. Denique ex Epistolis Petri Damiani ad Cunibertum Taurinensem Episcopum, ac Leonis Papae 9. aduersus Nicetam, & libris Vmberti Ce-nomanensis eiusdem Leonis legati ad Constantinopolita-nos, quos scripsit aduersus eundem Nicetam, & aduersus calumnias Mithaelis Patriarchae; vbi ex professo hanc ma-teriam tractant. In Ecclesia etiam Graeca sine Orientali, id ipsum manifestum sit ex Concil. Ancyran. 10. Neoce-sar. cap. 1. Actis Niceni 1. & 6. Synodi in Trullo item B. Cyrill. Hierosol. catechesi 7. Gregor. Nazianz. lib. de Virgin. cap. vlt. Epiph. locis citatis, & Orat. de fide cathol. & Apost. Ecclesia, Mart. Bracaren. Syn. Graec. cap. 4. S. Ma-ximo lib. ad quast. Thalasij, denique Nomocanone Pho-tij Tit. 9. cap. 29. apud Balsamonem, vbi citat Nouellam Jusiniiani, De permis. vel prohibitis matrimonij ex lib. 1. Cod. Tit. 13. Quibus omnibus canonibus, qui post ordina-tionem vxorem duxerit, à Clero eiicitur. Verba reliquorum compendi gratia praetermittimus; hic dumtaxat aduicent-tes quod ex Actis Niceni Conc. 1. & 6. Synodi citauimus, eo quod quidam pro se ille citare non vereantur in contra-rium. Acta Synodi Nicenae sic habent apud Socratem hi-story. Eccles. lib. 1. cap. 11. & Zozom. lib. 1. cap. 23. Quapro-

ptet (inquit in Synodo Paphnutius) pro eo atque anti-quitius (nempe ab Apostolorum aetate) seruari solitum est, deinceps quoque obtinere oportet, ut qui sacerdotalem susceperint dignitatem cœlibes, postea quoque à coniugio abstineant. Sexta Synodi in Trullo Patres haud absimiliter cap. 6. Quoniam (inquit) in Apostolicis Canonibus dictum est, eorum qui non ducta vxore in Clerum promouentur, solos Lectores & Cantores vxorem posse ducere, & nos hoc seruantes decernimus, ut deinceps nulli penitus Hypodiacono vel Diacono vel Presbytero, post sui ordinationem, coniugium contrahere liceat. Si autem fuerit hoc ausus facere, deponatur. Ceterum profus eodem pertinent testimonia omnia iam Graecorum quàm Latinorum de continentia Clericorum etiam à proprijs vxoribus, à nobis supra citata Tom. 2. lib. de Cul-tus femina. cap. 9. num. 51. Si enim etiam à proprijs vxori-bus continere oportuerit, multo minus licet nouas vxores ducere. Quamquam in Ecclesia Orientali non videtur ea continentia vbiq; seruata, quod pertinet illud Stephan. Papae, cap. aliter. Dist. 31. vbi in hoc (non verò, ut calum-niantur quidam, in matrimonio ministris altaris concessio) aliam dicit esse Traditionem Ecclesiarum Orientalium quàm Occidentalium. Haec paulo latius contra Magden-burgenses. Poterit verò Lector etiam consulere Claudij Espencae lib. 4. de Continentia, & alios nostri saeculi eiusdem argumenti tractatores quamplurimos. Hoc dumtaxat adiciamus, quod fuit haec olim haeresis Nicolaitarum, vtpote qui nuptias omnibus, atque adeo etiam altaris mini-istris non modò concedebant, sed etiam contendebant non licere illis absque vxore esse. Deinde etiam condemnata in Iouiniano, qui B. Hieron. teste ita nuptias predicabat, vā virginitati detraheret. Denique etiam in Vigilantio, vtpote de quo in hac verba B. Hieron. Pro nephas, Episcopos sui sceleris dicuntur habere confortes; si tamen Episcopi no-minandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius vxores duxerint, nulli calib. credentes pudicitiam.

43. Sed qui his vsus non est in occasionem, &c.] Hic adludat ad sequentia verba 1. Cor. 9. Sed non vsi sumus hac potestate, ne quod offendiculum de-mus Euangelio Christi. Atque hoc est quod dicit: in occasionem,

CAP. IX.

44. Abstinentia praertruxerit superiorem, &c.] Huic capiti inscriptionem fecimus: Quod optimum sit mulierem non tangere. Subintelligit autem superiorem sensum etiam Rhenano interprete; qui adnotat, Non in eo quod sequitur, accipi pro: Nonne.

45. secundum matrimonium quasi speciem stupri, &c.] Nempe: esse, vti idem adnotauit. Eodem sensu mox dixit: stupri adfne. Atqui ad hunc locum haud-dubie respicit B. August. lib. de haeresibus, quum dicit: Tertullianum nuptias secundas tamquam stupra damnasse, vbi quum addit: contra doctrinam Apostolicam; videtur id ex professo fecisse, ut intelligat Lector, per-peram hic pro se citari Apostolum ab Auctore. Nam ne-que illud 1. Corinth. 7. maritos hoc in sollicitudinem habere, quomodo sibi (id est vxoribus, nam nouo mo-do, sibi usurpat) placeant; neque etiam quod paulopost citat: Optimum est homini mulierem non tangere, facit ad comprobationem eius, quod matrimonium sit fornicatio sine stuprum, vti more suo loquitur Auctor.

46. nam vt bonam sollicitudinem non suble-uaret, &c.] Id est (inquit Rhenan.) non prohiberet eam sollicitudinem quae de moribus est, vtpote bonam. Verum

quum ea vocis illius significatio alibi nusquam legatur, puto potius legendum: eleuaret, id est, verbis minueret & deprimeret. Atque quod illud legant etiam MS. Vatic. nihil immutare volui.

47. Qui viderit (inquit) mulierem ad concupiscendum eam, iam stuprauit eam, &c.] Etiam hoc ad heresin Auctoris pertinet, quod supra accusat qui viderit mulierem ad ducendum eam, quia si id verum sit, non solummodo secundas, sed & primas nuptias, vii ipse etiam constiterit, destrueret. Verum de hoc latius inter Prolegomena. Hic dumtaxat dicendum, quum matrimonium (vel ipso Auctore teste compluribus in locis) sanctum sit, non peccare qui mulierem ad ducendum viderit; cuius enim finis bonus est, etiam concupiscentia illius bona sit necesse est. Vide eadem de re locum similem lib. de Monog. cap. 10. & excusationem, quamquam frivolum, Auctoris ibidem cap. 14.

48. Ceterum vteris indulgentiam, &c.] Vtor (inquit Rhenanus) cum Accusatio, ut & infra cap. 12. Itaque hoc primum (scilicet matrimonium) diutius vti volunt.

49. de summo illo in uxore virginitatis gradu, &c.] Nihil (inquit idem) suffragantibus exemplaribus, pro iunxere verbo, quod hic locum non habet, substitutus composuitam dictionem in uxore. Nam (ni fallor) in uxora virginitas est Tertulliano, quam & γαμουσ Graeci vocant. Atque etiam istud ad verbum penè descriptum B. Hieron. Epist. ad Ageruchiam de Monog. Qui honestius exprimit: ut tunc sit finis nubendi, quando terminus vitæ, pro eo quod nunc apud Auctorem legitur: Et quando finis nubendicredo post finem subandi. Quo sit ut existimem, hic aliquid aliud scriptum fuisse ab Auctore, forte: viuendi, maxime quum in tribus Vatic. MS. cod. legitur (quamquam etiam mendoſe) iterum: nubendi, penè eandem litterarum dictionem.

50. & nubentes ab ultimo die deprehendatur, &c.] Iisdem penè verbis B. Hier. in exemplum Sodome & Gomorre ab ultimo die deprehendatur nubentes, & nupti tradentes. Et verò coniungit Auctor diuinas scripturas Matth. 24. cum exemplo Sodome & Gomorre, sicut etiam infra lib. de Monog. c. 16. & supra li. 1. Ad vxorem cap. 5. de quo ibi vide Adnot. nostras nu. 33.

C A P. X.

51. Renuntiant tandem carnalibus fructibus, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod quibus quotidie oratio necessaria, vti que & continentia. Quod ipsum penè ad verbum transcripserunt BB. Hieron. Ambros. Epiphanius, Innocent. Pap. 1. Syricus Papa & Beda, locis supra citatis num. 42. Supplementum autem iuxta 1. editionem iterum ex MS. V. at. 3. O te felicem, amisisti debitorem; ut ad felicem referatur id quod sequitur: luctum sentientem. Est verò valde obscurum illud: Magnam substantiam necessitatis parsimoniam carnis seruientis adquirens; pro quo 1. editio & 1. MS. parcimonij carnis seruientis, alij duo: patrimonij carni seruientis, sed neque illi satisfaciunt. Atque Rhenanus, illud: quum sua fœmina cessat, interpretatur, quæ abstinere a congressu seu potius petendo debito, cuius pauloprius fecit mentionem.

52. Si Psalmum canit, &c.] Loquitur iuxta primitiuam Ecclesie morem, cuius meminit non semel, & maxime 1. Cor. 14. Apostolus, quo Psalmi canebantur in Ecclesia ad fidelibus viris. Eodem referunt illud quod ex Plinio ad Traianum refert Auctor Apolog. cap. 2. de cæcibus antelucanis ad canendum Deo & Christo, & illud de casu

fidelium cap. 39. prouocatur in medium Deo canere. Vbi de cantu Psalmorum & hymnorum ab Apostolis instituto contra Magdenburgensium calumnias latius in Adnotat. nostris num. 520.

53. Cum sancto sanctificaberis, &c.] Sic profus lego, tum quod sequatur: innocens eris, & electus eris, tum quod illud Hebraicè, Chaldaicè, Grecè, & Latine legatur iuxta editiones omnes Psal. 17. Ibi autem: ut Deo dignum fructum, subintelligi debet haud dubie: adferam, aut quid simile; vbi etiam est vox obsoleta: esqualemtig, vti editio Lugdun. sive exqualemtig, iuxta codices Basilienses, de qua nihil etiam adigit Rhenanus.

54. sapere secundum carnem, mors est, &c.] Morte suo sensum magis quam verba Apostoli exprimit Rom. 8. & in hoc differt, quod legitur: secundum spiritum verò sapere, vita æterna sit, quum ibi legatur: vita & pax est, addens aliunde: in Christo Iesu Domino nostro. Mox autem & antea & post MS. 3. V. at. legunt, in vnus nuptiis, sed magis placet vbi que: in vnus nuptiis, quare hic retinimus. Et castigamus ibidem: in nos caro exercetur, pro: carnis.

C A P. XI.

55. Duplex enim iste rubor est, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Duplicem verendum esse in duabus vxoribus. Tractatur autem id ipsum lib. de Monog. cap. 10. Vxorem verò vnâ spiritum, intelligit eam quæ defuncta est, carne aliam, quæ adhuc superstes est.

56. pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas, &c.] Eodem pertinet illud: & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem, item quod loco iam citato legitur: Enim verò & pro anima eius orat, & refrigerium interim adpostulat ei, & offert annuis diebus dormitionis eius. Rectè autem adnotat Rhenanus, huius Veterum consuetudinis meminisse Auctorem lib. de Coron. milit. nempe cap. 3. in hæc verba: Oblationes pro defunctis, vbi vide Adnotat. nostras num. 36. & in B. Cypr. quem etiam ille citat Epist. 66. num. 13. Rectè autem dicitur: offeres per sacerdotem, quia solus sacerdos, non verò laicorum, est offerre sacrificium, sicuti paucis adigimus supra num. 39. Denique rectè etiam adnotauit Rhenanus Ironiam esse, quum dicitur: postulabis tibi & vxori castitatem.

C A P. XII.

57. Scio quibus excusationibus coloremus, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: De variis excusationibus pro secundis nuptiis. In quo ad verbum ferè Auctorem imitatur B. Hieron. Epist. sepedita de Monog. & sub finem lib. 1. adu. Iovin. Ipse verò Auctor eadem penè habet supra lib. 1. Ad vxorem cap. 5. & infra lib. de Monog. cap. 16.

58. clauas custodiendas, &c.] De clauibus qua vxoribus committuntur, citat Dn. Latinus B. Ambros. Epist. 65. ad Syagrium Veron. Episc. ac Ciceron. Philipp. 2. quod in diuortio adimi soleant. Rectè autem adnotauit Rhenanus ibi: Scilicet solis maritorum domibus bene est, & in sequentibus, esse Ironiam. accipitur verò iterum: Non bis, pro: Nonne, & tertio proinde loco legendum potius erat pro: Num; sed sensui sequentium verborum magis comenit lectio V. at. 3. MS. Nunc & confortium, &c. sine interrogationis nota; ex quibus etiam legimus: exheredauit, pro: exhereditauit, & Vt ergo quis, pro: quid; vbi: Vt accipitur pro: Cur. Quæ verò sequitur periphras: Itaque hoc primum, & c. obscura est, & quantum apparet mendoſa; sed mederi non licuit, quod sumi

similiter legant MS. nec ex loco simili supra, castigari poterit.

59. ne templa derelinquantur, &c.] Loqui Auctorem de templis eibnicorum patet ex eo quod sequitur: ne modò non sint (nam sic supplemus ex 3. V. at. MS.) qui exclament: Christiani ad bestias, quod ferè fiebat in spectaculis, sicuti patet li. eiusdem tituli Tom. 2. cap. 27. num. 196. Et verò moris fuit Veteribus, templa eibnicis adtribuere, Ecclesias Christianas, sicuti etiam adnotauimus supra lib. de Idolor. cap. 7. num. 29. sub finem.

60. Ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines, &c.] Hoc ipsum (inquit Rhenanus) aliu verbi dicit lib. ad vxorem 1. (nempe cap. 5.) quæ etiam à gentiliu prophanis vitantur, quæ legibus locantur. Quod Lectorem remittimus ad Adnot. nostras num. 31. & ad Apolog. cap. 4. num. 52. & infra quoque lib. de Monog.

61. quia sapiens quique numquam libens filios desiderat, &c.] Legimus quique; ex 3. MS. V. at. cod. more Tertulliano, pro: quique; Adluit autem ad aureolum Theophrasti librum de Nuptiis, in quo definit, non esse vxorem ducendam sapientis; cuius totius argumentum late profequitur B. Hieron. sub finem lib. 1. adu. Iovin.

62. Puto nobis, &c.] Ibi: nascentem, subaudiunt: tam. Huius formulæ multas orationes iam in Tertulliani precedentibus libris passim indicauimus, usque ad fastidium. Similiter nobis, scilicet Christianis.

C A P. XIII.

63. Ad hanc emam contentionem, &c.] Caput hoc inscripsimus: De exemplis Monogamiae apud ethnicos. Quæ ipsa videre est parim supra li. 1. ad vxorem cap. 6. & 7. parim infra lib. de Monog. cap. 16. & eadem penè omnia descripsit etiam B. Hieron. Epist. sepedita & lib. 1. adu. Iovin.

64. vniuira pronuba, &c.] Pronuba; teste, Donato, ex parte vxoris nuptiis præcedens & comitanda præerat; sicut Aufpex (cuius etiam hic meminit Auctor) ex parte viri; sic dicitur, quod auspicia (sic dicta, quasi auspicia) pro nuptiis esse voluit auium captare soleret.

65. Certè Flaminica non nisi vniuira est, &c.] Prorsus sic castigauimus ex 3. MS. V. at. cod. antea etiam adnotauit ab Harriſo & Latino, pro: Flaminica, tum quod illud legatur infra li. de Monog. & apud B. Hier. loco priori, iuxta quod nunc castigatus est à Victorio, tum quod distinguat Gellius lib. 10. ca. 15. inter Flaminicam Flaminis vxorem, & Flaminiam Flaminis Dialis domum. Legimus item: quæ Flaminis lex est, pro: Flaminia, nam hoc est quod sequitur de Pontifice Maximo, id est, Flaminie. Nam duo ipsi Pontifici Maximo iterare matrimonia non licet; de quo lib. de Monog. latinus.

66. qua diabolo qui antistant, &c.] Non ignoret (inquit Rhenanus) Lector pro: quidam stant, supposituisse nos: antistant; ut sit: antistant, pro: Antistes agunt, Deorum scilicet Genilium.

67. nunc virginitate, nunc viduitate euirat, &c.] Inuitus (inquit idem) ab exemplarium lectione discedo, sed tamè hic pro: periurant, ausus sum scribere: euirant. Cuius mutationis hæc est ratio. Videbam verbum periurant hic non habere locum; deinde memineram adnotasse Erasmus nostrum in scholiis ad Gerontiam, in vetustis Hieronymi codicibus legi: Hierophanta apud Athenas euirat virum. Vt sit figura Græcæ: euirat virum, id est, secundum virum, & euirat accipitur absolute, pro: desinit agere virum. Hinc inductus sum ut hoc loco pro: periurant, supposuerim euirant. Nec docti improbabunt, ut spero. Siquidem

Tertullianum imitatus est B. Hieron. Quod verò dicit hic: nunc virginitate, nunc viduitate euirant, idem scripsit lib. de Prescripti. cap. 40. de diabolo Dei emulatore: Habet (inquit) & virgines, habet & continentes.

68. Noueram Virgines Vestæ, &c.] De his idipsum habes supra & infra, & apud B. Hier. vtroque loco. Vide etiam Adnot. nostras ad li. iam dictam 1. ad vxorem c. 6. nu. 40.

69. & Lunonis apud Achaia ganeum, &c.] Prorsus hic adiciendum fuit: & Lunonis; nam præterquam quod Vesta nõ fuerit agnita in Achaia, supra sic loquitur Auctor: Achæ Lunoni apud Ægiam oppidū virgo sortitur, & infra: Lunonis Achaia, & B. Hieron. priori loco: Lunonis Achiuæ; de quo vbi supra num. 41. Hinc autem patet hallucinari Rhenan. in coniectura, quæ conicit legendum: Apud Acharnenſes.

70. & atrocis apud Delphos, &c.] Sic habent (inquit Rhen.) exemplaria. Catonem vocat Horatius atrocem hoc est, constantem, ut exponit Aeron Grammaticus. An hoc sit Pythij epitheton propter constantiam in consuetudine dracone, nescio. Nec liquet an ἀτροχὴς, quod verum significat, quo vocabulo Pindarus virtutem, mutatum sit in atrox. Cui correspondet illud, quod infra vocet has virgines Apollinis Pythij; vbi de iis latius, sicuti etiam de Mineruæ ac Dianæ virginibus, & Tauri illius Ægyptij Antistitibus.

71. fœminas verò Cereris Africanæ, &c.] De his vide supra lib. 1. ad vxorem nostras Adn. num. 43. An ad easdem aduad B. Hieron. dum priori loco scribit matronas trecentas Genis Theutonum, quum castitatis conditione Consilijs tradendas didicissent, deprecatas ut templo Cereris in seruitium traderentur; dispicias Lector curiosus. De Didone verò vide supra Tom. 1. Apolog. cap. 16. num. 622 De Lucretia verò Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 4. num. 47. Vtriusque etiam meminit Auctor supra & infra, & vtroque loco B. Hieron.

72. Quanta igitur & quæ in Ecclesiis ordinati solent, &c.] De us loquitur, quarum meminit Apost. 1. Tim. 3. Mulieres similiter pudicas, &c. & Tit. 2. Anis similiter in habitu sancto, vbi Græcè est ἁγιοστυχία & ἁγιοστυχία ἑσθησις, ut legon περὶ ἐξ. Denique 1. Tim. 5. Vidua eligatur non minus 60. annorum. Sic enim Apostolum interpretatur non semel B. Epiphanius; obseruans interim appellari ἁγιοστυχία, non ἁγιοστυχία; ne quis existimet, aliquid muneris sacerdotalis ab illis in Ecclesia administrari posse; Contra quam supra docuimus Tom. 3. ad lib. de Prescripti. adu. heret. cap. 41. nu. 260. 261. & 262. & ipse quoque Epiphanius adu. Peperuzianos, Montanistas, & Collyridianos. Qui indicat earum & Diaconissarum ministerium (præter officium docendidomi adolescentiores, cuius meminit Apostol. ad Titum 2.) in lauandis ante baptismum mulierum corporibus & postea abstergendis. Quibus adde ministerium Apostolorum, cuius Act. 6. fit mentio, in procurandis vita necessariis; & quod nulla mulier ad Episcopum accederet, nisi Diaconissa Diaconum adiret, & ille Episcopo nunciaret, iuxta B. Clementem Romanum Constit. Apost. lib. 2. cap. 30. qui etiam ibidem lib. 6. cap. 17. tradit Diaconissam eligi debere virginem, aut vnus viri viduam. Quo sit ut subiungat hic Auctor eas Deo nubere. Quod confirmatur, dum can. 15. Synodi Chalcedo. & Syn. 6. in Trullo can. 14. interdicitur eis nuptiæ. Vbi etas illarum, quam Apost. præscripserat 60. annorum, relaxatur ad annos 40. Et insuper ordinationis earundem fit mentio, in qua interim nullam fuisse adhibitam manus impositionem, & idèd pro laicis habitas, patet ex 1. Syn. Nicena can. 19. Immo verò Presbyteratum CCC iij

ordinatio (quas Presbyterorum uxores fuisse subindicat B. Clemens) prohibita fuit postmodum Conc. Laodiceni can. 11. ubi iuxta secundam translationem vocatur etiam Matricularia. Sicut etiam Diaconissarum interdicta fuit Conciliorum Arasificani I. can. 26. Epauunen. can. 21. & Aurelian. 2. can. 18. Et verò etiam Theodorus Balsamon in dict. Syn. Chalced. suo tempore illarum ordinationem excoluisse scribit. Quare videtur B. Grego. dum Conc. Rom. ca. 1. 2. & 3. vetat in coniuges duci Presbyteram, Diaconissam, & Monacham: alia significatione priores illos accipe-

re, nempe pro Abbatis & Prioris sanctionialium. 73. Quæ Deo nubere maluerunt, &c.] Quomodo Deo nubant, explicat addendo: quæque se iam illius pudoris filias dicauerunt. Verum de Voto castitatis fæminarum, ad quod hic adludit, supra Tom. 2. Adnotat. nostris in lib. de Veland. virgin. num. 1. 74. TERTULLIANI ad hæc exhortantis, &c.] Sicut etiam sub finem argumenti adnotauimus, hinc manifestum est librum hunc Tertulliani esse factum germanum.

ARGUMENTVM LIBRI DE MONOGAMIA,
PER IACOBVM PAMELIUM.

- I. **D**E MONOGAMIA scripturus Tertullianus annis circiter 160. post Apostolos; imprimis, inter hereticos qui nuptias auferunt, & eos qui non semel nubunt, mediam sese sequi sententiam scribit de vno matrimonio.
- II. In hoc lapsus, quod Montanum, quem in hac sequitur, Paracletum vocet, & hereticum neget, nihilque contra Catholicam religionem docuisse, quum tamen supra lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 52. hæresis condemnet eos, qui hæc prædicabantur, eo quod dicerent Paracletum in Montano plura meliora & maiora dixisse, quam Christus in Euangelium protulerit.
- III. Deinde docet nihil noui esse Monogamiam, quod Christus & Apostoli nuptiis continentiam prætulerint.
- III. Antiquitatem eiusdem probans, ex eo quod vnam fæminam masculo Deus finxerit.
- V. Ad quod principium recipianda esse vniuersa in Christo spadone, immò cum vna Ecclesia Monogamo.
- VI. Digamie Abrahamæ, Davidis & Salomonis; opponens Monogamiam Isaac, Ioseph, Aaronis, & Moysi.
- VII. Aliam item rationem Veteris Legis & Nouæ, quaque interim etiam vtraque Lex prohibeat sacerdotes denuò nubere.
- VIII. In noua etiam Lege occurrere, Monogamiam Zachariae, Annæ viduæ, & Petri; continentiam etiam Ioannis antecursoris, Simeonis Iusti, & ceterorum à Petro Apostolorum.
- IX. Facere etiam pro Monogamia sententias Christi, quas præmisit in repudij retractatu.
- X. Maxime, quod repudium quoddam Auctori, quamquam perperam, videatur, nondum separato quantum apparet apud Deum matrimonio; utpotè quum pro anima viri oret, & refrigerium ei adpostulet, & offerat annuis diebus dormitionis eius.
- XI. Deinde Apostolum permittentem nubere in Domino defunctæ uxore (quamquam etiã perperam, & sensu Apostoli contrariò) interpretatur de ea quæ ante fidem amissa sit.
- XII. Quemadmodum etiam quod eos qui sunt in Clero, Monogamie iugo adstrinxerit, aliis frustra nititur adplicare.
- XIII. Item & alios duos Apostoli locos detorquere non veretur.
- XIII. Addens (sed nec hoc rectè) si permiserit Apostolus in fide amisso matrimonio nubere, id indulgisse initio fidei, quod postea interdixerit Paracletus.
- XV. Et verò Apostolum eos notare, qui in totum nubere prohibebant.
- XVI. Ridet deinde varias excusationes secundarum nuptiarum.
- XVII. Denique exemplis ethnicorum Monogamie & virginitatis, librum suum concludit.

Cete

Ceterum citat hunc Librum Auctor ipse infra Libro de Feiuniis aduersus Psychicos ca. 1. in hac verba: De modo quidem nubendi iam edidimus MONOGAMIE defensionem. At scriptum contra Ecclesiam disertis verbis scribunt B. Hieron. & Nicephorus locis citatis ad calcem Argumenti Libri præcedētis. De eodem sic scribit B. Hieronymus in Epist. ad Titum: Montanus, & qui Nouati (seu potius Nouatiani, sicuti emendandum censeo) schisma sectantur, nomen sibi munditiæ præsumpsere, putantque secunda matrimonia ab Ecclesiæ communionem prohibenda; quum Apostolus de Episcopis & Presbyteris hoc præcipiens, utique in ceteris relaxarit; non quod hortetur ad secunda matrimonia, sed quod necessitati carnis indulgeat. SCRIBIT & TERTULLIANVS DE MONOGAMIA LIBRVM hereticum; quem Apostolo contrariè nemo qui Apostoli legerit, ignorabit. Haud aliter B. Augustin. Hinc maxime Cataphrygarum & Nouatianorum hæresis tumuerant, quas buccis sonantibus, non sapientibus TERTULLIANVS inflauit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico dente concidit, quas omninò licitas Apostolus sobria mente concedit. Quæ testimonia antidoti loco huc adducenda putauimus. Atqui Librum hunc iam olim viderunt MS. Trithemius & Politianus, edidit autem Rhenanus primum cum scholiis, deinde & Adnotationibus castigatum ex tribus sæpeditis MS. codicibus, deinde ex codice Britannico recognouit Gelenius; nos nunc denique ad tria Vaticana & vnum Anglicum Dn. Doctoris Ioannis Clementis MS. exemplaria, & ex vna atque altera coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij iterum castigauimus, nouisque Argumento & Adnotationibus locupletauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, DE MONOGAMIA LIBER,

HÆRETICI nuptias auferunt, Psychici ingerunt. Illi nec semel, isti non semel nubunt. Quid agis Lex creatoris? Inter alienos spadones & aurigas tuos tantundem quæris de domestico obsequio, quantum de fastidio extraneæ: proinde & te lædunt qui abutuntur, quemadmodum qui non vtuntur. Verum neque continentia eiusmodi laudanda, quia hæretica est, neque licentia defendenda, quia Psychica est. Illa blasphematur, ista luxuriat. Illa destruit nuptiarum Deum, ista confundit. Penes nos autem, quos Spiritales merito dici facit agnitio spiritualium carismatum, tam continentia religiosa est quam licentia verecunda, quandoquidem ambæ cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat, licentia temperat. Illa non cogitur, ista regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum. Vnum matrimonium nouimus, sicut vnum Deum. Magis honorem refert lex nuptiarum, vbi habet & pudorē. Sed Psychicis non recipientibus spiritum, ea quæ sunt spiritus non placent. Ita dum quæ sunt spiritus non placent, ea quæ sunt carnis placebunt, vt contraria spiritui. Caro, inquit, aduersus spiritum concupiscit, & spiritus aduersus carnem. Quid autem concupiscet caro, quam quæ magis carnis sunt? Propter quod & in primordio extranea spiritus facta est, Non, inquit, permanebit spiritus meus in istis hominibus in æuum, eo quod caro sint. [Itaque Monogamie disciplinam in hæresim exprobrant. Nec vlla magis ex causa Paracletum negare coguntur, quam dum existimant nouæ disciplinæ institutorem, & quidem durissimæ illis, vt iam de hoc primum consistendum sit in generali retractatu, An capiat Paracletum aliquid tale docuisse, quod aut nouum deputari possit aduersus Catholicam traditionem, aut onerosum aduersus leuem sarcinam Domini? De vtroque au-

CCC iiij

tem ipse Dominus pronuntiavit. Dicens enim: ¹⁰ Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, D sed nondum potestis portare ea: quum venerit Spiritus sanctus, ille vos ducet in omnem veritatem; satis utique præcedit ea acturum illum quæ & nova existimari possint, ut nunquam retrò edita, & aliquanto onerosa, ut idcirco non edita. Ergo, inquit, hac argumentatione quidvis nouum & onerosum Paracletio adscribi poterit, etsi ab aduersario spiritu fuerit. Non utique. Aduersarius enim spiritus ex diuersitate prædicationis appareret, primò regulam adulterans fidei, & ita ordinem adulterans disciplina: quia cuius gradus prior est, eius corruptela antecedit, id est, fidei, quæ prior est disciplina. Antè quis de Deo hæreticus sit necesse est, & tunc de instituto. Paracletus autè multa habens edocere quæ in illum distulit Dominus, secundum præfinitionem, ipsum primò Christum cõtestabitur, qualem credimus, cum toto ordine Dei creatoris, & ipsum glorificabit, & de ipso commemorabit: & sic de principali regula agnitus, illa multa quæ sunt disciplinarum reuelabit, fidem dicente pro eis integritate prædicationis, licet nouis, quia nunc reuelantur: licet onerosis, quia nec nunc sustinentur, non alterius tamen Christi, quam qui habere se dixit, & alia multa, quæ à Paracletio edocerentur, nõ minus istis onerosa quam illis à quibus nondum tunc sustinebantur. [¹¹ Sed an onerosa Monogamia, viderit adhuc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiam si totam & solidam virginitatem sine cõtinentiam Paracletus hodie determinasset, ut ne vnus quidem nuptiis feruorè carnis despumare permitteret, sic quæque nihil noui inducere videretur; ipso Domino spadonibus aperiente regna cœlorum, ¹² ut & ipso spadone; ¹³ ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, continentiam mauult. Sed saluo, inquit, iure nubendi, planè saluo, & videbimus quousque: nihilominus iam ex ea parte destructo qua continentiam præfert. Bonum, inquit, homini mulierem non contingere. Ergo malum est contingere. ¹⁴ Nihil enim bono contrarium nisi malum. Ideoque superesse, ut & qui habeant vxores, sic sint, quasi non habeant; quo magis qui non habent, habere non debeant. Reddit etiam causas cur ita studeat; quòd in nuptiis de Deo cogitètur: nupti verò quomodo in matrimonio quis suo placeat. Et possum contendere, non merè bonum esse, quod permittitur. Quod enim merè bonum est, non permittitur, sed vtrò licet. Permissio habet causam, aliquando & necessitatis. Denique in hac specie non est voluntas permittentis nubere. Aliud enim vult: Volo vos, inquit, omnes sic esse quomodo & ego. Et quum ostendit melius esse, quid utique se velle cõfirmat, quàm quod melius esse præmisit. Et ita si aliud quàm quod voluit permittit, non voluntate, sed necessitate permittens, non merè bonum ostendit, quod inuitus indulsit. ¹⁵ Denique quum dicit: Melius est nubere quàm vri, quale id bonum intelligèdum quod melius est pœna? quod non potest videri melius, nisi pœsimo comparatum? Bonum illud est quod per se hoc nomen tenet, sine comparatione non dico mali, sed etiam boni alterius: ut si & alio bono comparatum adumbretur, remaneat nihilominus in boni nomine. Ceterum si per mali collationem cogitur bonum dici, non tam bonum est quàm genus mali inferioris, quod ab altiore malo obscuratum ad nomen boni impellitur. Aufer denique conditionem, ut non dicas, melius est nubere quàm vri, & quæro an dicere audeas, melius nubere, non adiciens quo melius sit. Fit ergo iam non melius, & dum non melius, nec bonum, sublata conditione, quæ dum melius illud facit alio, ita bonum haberi cogit. Melius est vnum oculum amittere quàm duos. Si tamen discedas à comparatione mali vtriusque, non erit melius vnum oculum habere, quia nec bonum. Quid nunc, si omnem indulgentiam nubendi de suo, id est, de humano sensu accommodat ex necessitate qua diximus, quia melius sit nubere quàm vri? Denique conuersus ad alteram speciem dicendo, Nuptiis autem denuntio, non ego, sed Dominus: ostendit illa quæ supra dixerat, non dominicæ auctoritatis fuisse, sed humanæ æstimationis. At vbi ad continentiam reflectit animos, Volo autem vos sic esse omnes. Puto autem, inquit, & ego spiritum Dei habeo: ut si quid indulsit ex necessitate, id spiritus sancti auctoritate reuocaret. ¹⁶ Sed & Ioannes monens sic nos incedere debere quemadmodum & Dominus, utique etiam secundum sanctitatem carnis admonuit incedere, ad eò manifestè. Et omnis, inquit, qui spem istam in illo habet, castificat se, sicut & ipse castus est. Nam & alibi, Estote sancti, sicut & ille sanctus fuit, scilicet carne. De spiritu enim non dixisset, quia spiritus vtrò sanctus agnoscitur, nec expectat sanctitatis admonitionem quæ propria natura est eius. Caro autem docetur sanctitatem, quæ & in Christo fuit sancta. Igitur si omnia ista oblit-

Ioan. 16.

111.

Math. 19.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 3.

Leuit. 11.

A obliterant licentiam nubendi, & conditione licentiæ inspecta, & prælatione continentia imposita, cur non potuerit post Apostolos idem spiritus superueniens ad deducendam disciplinam in omnem veritatem, per gradus temporum (secundum quod Ecclesiastes, ¹⁰ Tempus omni rei, inquit, (supremam iam carni fibulam imponere, iam non obliquè à nuptiis auocans, sed exerte; quum magis nunc tempus in collecto factum sit, ¹⁷ annis circiter c l x. exinde productis: Nonne ipse apud te retractares, Vetus hæc disciplina est præmonstrata iam tunc in carne Domini, & voluntate, dehinc in Apostolorum eius tam consiliis quàm exemplis. Olim sanctitati huic destinabamur. Nihil noui Paracletus inducit. Quod præmonuit, definit, Quod sustinuit, exposcit. Et nunc recogitans ista, facile tibi persuadebis multò magis vnica nuptias competisse Paracletio prædicare, qui potuit & nullas: Magisque credèdum temperasse illum quod & abstulisse decuisset, si quæ vellet Christus intelligas. ¹⁸ In hoc quoque Paracletum agnoscere debes aduocatū, quòd à tora continentia infirmitatem tuam excusat. [¹⁹ Secedat nunc mentio Paracleti, ut nostri aliquid auctoris, Euoluamus communia instrumenta scripturarum præstinarum. Hoc ipsum demonstratur à nobis, neque nouam, neque extraneam esse Monogamiæ disciplinam; immò & antiquam & propriam Christianorum, ut Paracletum restitutorem potius sentias eius quàm institutorem. Quod pertineat ad antiquitatem, quæ potest antiquior forma proferri, quàm ²⁰ ipse census generis humani? Vnam sceminam masculo Deus finxit, vna costa eius decerpta, & utique ex pluribus. Sed & in præfatione ipsius operis, Non est, inquit, bonum homini, solum eum esse: faciamus adiutorium illi. Adiutores enim dixisset, si pluribus eum vxoribus destinasset. Adiecit & legem de futuro. Siquidè Prophetice dictum est: Et erunt duo in vnam carnem, non tres, neque plures. Ceterum iam non duo si plures. Stetit lex, Denique perseueravit vnio coniugij in auctoribus generis ad finem vsque, non quia non erant sceminæ aliæ, sed quia ideò non erant, ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur. Alioquin si Deus voluisset, esse & potuissent: certè de filiarum suarum numerositate sumpsisset, non minus ex ossibus & ex carne sua habens Euam, si hoc piè fieret. At vbi primum scelus, homicidium, ²¹ in fratricidio dedicatum, tam dignum secundo loco scelus non fuit, quàm duæ nuptiæ. Neque enim refert duas quis vxores singulas habuerit, an pariter singulæ duas fecerint. Idem numerus cõiunctorum & separatorum. Semel tamen vim passa institutio Dei per Lamech, constitit postea in finem vsque gentis illius. Secundus Lamech nullus extitit, quomodo duabus maritatibus. Negat scriptura quod non notat. Aliæ diluuium iniquitates prouocauerunt, ²² semel defensione quales fuerunt; non tamen septuagies septies, quod duo matrimonia meruerunt. ²³ Sed & reformatio secundæ generis humani Monogamia matre censetur. Iterum duo in vnam carnem crescere & redundare suscipiunt. Noe & vxor, filiique eorum in vnica nuptiis. Etiam in ipsis animalibus Monogamia recognoscitur, ne vel bestia de mœchia nascerentur. Ex omnibus, inquit, bestiis, ex omni carne, duo induces in arcam, ut viuant tecum: masculus & scemina erunt. De animalibus volatilibus secundum genus, & de omnibus serpentibus terræ, secundum genus ipsorum; duo ex omnibus introibunt ad te masculus & scemina. Eadem forma & septena ex binis ad legem mādatur ex masculo & scemina, vno & vna. Quid amplius dicam? Immundis quoque alitibus cum binis sceminis introire non licuit. [²⁴ Hæc quātum ad primordiorum testimonium, & originis nostræ patrociniū, & diuinæ institutionis præiudiciū. Quæ utique lex est, non monumentum, quoniam si ita factum est à primordio, inuenimus nos ad initium dirigi à Christo: sicut in questione repudij, dicens illud propter duritiam ipsorum à Moysè esse permissum, ab initio autem non ita fuisse, sine dubio ad initium reuocat matrimonij indiuiduitatem. ²⁵ Ideoque quos Deus ab initio coniunxit in vnam carnem duos, hodie homo non separabit. ²⁶ Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios: Deum proposuisse in semetipso ad dispensationem adimpletionis temporum, ad caput, id est, ad initium reciprocare vniuersa in Christo, quæ sunt super cœlos & super terras in ipso. ²⁷ Sic & duas Græciæ litteras summam & vltimam sibi induit Dominus, initij & finis concurrentiū in se figuras: uti quemadmodum a ad a vsque voluitur, & rursus a ad a replicatur, ita ut ostenderet in se esse & initij decursum ad finem, & finis recursum ad initium: ut omnis dispositio in eum desinens per quem cœpta est, per sermonem scilicet Dei, qui caro factus est, proinde desinat quemadmodum & cepit. ²⁸ Et ad eò in Christo omnia reuocantur ad initium: ut & fides reuerfa sit à circuncisione ad integritatē carnis illius, sicut ab initio fuit: & libertas cibo-

Ioan. 16.

Ecclef. 3.

1. Cor. 7.

111.

Gen. 2.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 4.

Ibidem.

Gen. 6.

Gen. 4.

Gen. 9.

Gen. 6.

Gen. 6.

Gen. 7.

v.

Math. 19.

Ephes. 1.

Apoc. 1. et

22.

Ephes. 2.

Gal. 4.

rū & sanguinis solius abſtinentia, ſicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, ſicut ab
 initio fuit: & repudij cohibito, quod ab initio nō fuit: & poſtremo totus homo in Paradi-
 ſum reuocatur, vbi ab initio fuit. Cur ergo vel Monogamum illo debeat Adā referre, qui
 non poteſt tam integrum preſtare quā inde dimiſſus eſt. Quantū pertinet itaque ad ini-
 tij reſtitutionem, id à te exigit & diſpoſitionis, & ſpei tuæ ratio, quod ab initio fuit, ſecū-
 dum initium quod tibi & in Adam cenſetur, & in Noe recenſetur. Elige in quo eorū initium
 tuū deputes. In ambobus te ſibi Monogamiæ cēſura defendit. Sed & ſi initium tranſmit-
 tit ad finem, vt a ad a, quomodo finis remittit ad initium, vt a ad a, atque ita cēſus noſter
 trāſfertur in Chriſtum, animalis in ſpiritualem, quia nō primò quod ſpirituale eſt, ſed quòd
 animale, dehinc quod ſpirituale: proinde videamus an id ipſum debeas huic quoque cēſui
 ſecundo, an in eandē te formam cōueniat nouiſſimus quoque Adam in quam & primus:
 quando nouiſſimus Adam, id eſt Chriſtus, innuptus in totum, quod etiā primus Adam
 ante exiliū. Sed donato infirmitati tuæ, carnis ſuæ exemplo, perfectior Adā, id eſt Chri-
 ſtus eo quoque nomine perfectior quā integrior, volēti quidē tibi ſpado occurrit in car-
 ne. Si verò nō ſufficis Monogamus occurrit in ſpiritu, vnam habens Eccleſiam ſponſam,
 ſecundum Adam & Euę figuram, quam Apoſtolus in illud magnū ſacramētum interpre-
 tatur in Chriſtum & Eccleſiam cōpetiſſe, carnali Monogamiæ per ſpirituale. Vides igitur
 quemadmodum etiam in Chriſto nouans cenſum, non poſſis cum ſine Monogamię pro-
 feſſione deferre, niſi carne ſis quod ſpiritu ille eſt; licet & quod fuit in carne, equè eſſe de-
 bueris. [30 Sed adhuc nobis quæramus aliquos originis principes. Non placent enim
 quibusdam Monogami parentes, Adam & Noe, fortasſe nec Chriſtus. Ad Abrahā deni-
 que prouocant; prohibiti patrem alium præter Deum agnoſcere. Sit nunc pater noſter
 Abraham, ſit & Paulus. In Euangelio, inquit, ego vos generaui. Etiam Abrahę te filium
 exhibe. Non enim paſſiuus tibi cenſus eſt in illo. Certum tempus eſt, quo tuus pater eſt.
 Si enim ex fide filij deputamur Abrahę, vt Apoſtolus docet, dicens ad Galatas: Co-
 gnoſcitis nempè, quia qui ex fide, iſti ſunt filij Abrahę; quando credidit Abraham Deo,
 & deputatum eſt ei in iuſtitiam: opinor adhuc in Monogamia, quia in circumciſione nō-
 dum. Quòd ſi poſtea in vtrūque mutatus eſt; & in Digamiam a per ancillæ cōcubinatū;
 & in b Circumciſionem per teſtamenti ſignaculū, nō potes illum patrem c agnoſcere, niſi
 tunc; cum Deo credidit, ſiquidem ſecundum fidem filius eius eſt, non ſecundum carnem.
 Aut ſi poſtteriorem Abraham patrem ſequeris, id eſt Digamum, recipe & Circumciſum.
 Si reiciſ Circumciſum, ergo recuſabis & Digamum. Duas diſpoſitiones eius binis inter
 ſe modis diuerſas, miſcere non poteris. Digamus cum circumciſione eſſe orſus eſt, Mo-
 nogamus cum Præputiatione. Recipis Digamiam, admiſſe & circumciſionem. Tueris Præ-
 putiationem, teneris & Monogamiæ. Ad eò autem Monogami Abrahę filius eſt ſicut &
 præputiati, vt ſi circumciſaris, iam non ſis filius, quia nō eris ex fide, ſed ex ſignaculo fidei
 in præputiatione iuſtificatę. Habes Apoſtolum, diſce cū Galatis. Proinde etſi Digamiam
 iam tibi intuleris, non eſt illius Abrahę filius, cuius fides in Monogamia præceſſit. Nam
 etſi poſtea pater multarum nationum nuncupatur, ſed earum quæ ex fide Digamiã præ-
 cedente filij habebant deputari Abrahę. Exinde res viderint. Aliud ſunt figurę, aliud
 formę. Aliud imagines, aliud definitiones. Imagines tranſeunt adimpletę, definitiones
 permanent adimplendę. Imagines prophetant, definitiones gubernant. Quid Digamia
 illa Abrahę portendat, idem Apoſtolus edocet, interpretatur vtriuſque Teſtamenti, ſicut
 idem ſemen noſtrum in Iſaac vocatum determinat. Si ex libera es, ad Iſaac pertinens.
 hic certè vnum matrimonium pertulit. Iſti itaque ſunt (vt opinor) in quibus cenſeor. Ce-
 teros neſcio. Quorum ſi exempla circunſpicio; alicuius a David etiam per ſanguinem
 nuptias ſibi ingerentis; alicuius b Salomonis b etiam vxoribus diuitis; meliora ſectari iuſ-
 ſus, c habes; & c Ioseph vniugum; & hoc nomine audeo dicere, patre meliorem. d Habes
 d Moysen Dei de proximo arbitriū. Habes Aaronem principalem ſacerdotem. e Sed
 e cundus quoque Moyses e populi ſecundi, qui imaginem noſtram in promiſſionē Dei in-
 duxit, in quo primò nomen Domini dedicatum eſt, non fuit Digamus. [40 Poſt vetera
 exempla originalium perſonarum, equè ad vetera trāſeamus inſtrumenta Legalium ſcri-
 pturarum, vt per ordinem, de omni noſtra paratura retractemus. Et quoniam quidam
 interdum nihil ſibi dicunt eſſe cum lege; quam Chriſtus non diſſoluit, ſed adimpleuit;
 interdum quæ volunt legis arripiunt; planè & nos ſic dicimus deceſſiſſe legem, vt onera
 quidem eius ſecundum ſententiam Apoſtolorum, quæ nec patres ſuſtinere valuerunt,
 con-

A conſeſſarint, quæ verò ad iuſtitiam ſpectant, non tantum reſeruata permaneant, verum
 & ampliata, vt ſcilicet redundare poſſit iuſtitia noſtra ſuper Scribarum & Phariſæorum
 iuſtitiam. Si iuſtitia, vtique & pudicitia. Si ergo quoniam in lege præcipitur, vt quis fra-
 tris ſui vxorem ſine liberis defuncti in matrimonium adſumat, ad ſuſcitandum fratri ſuo
 ſemen; idque ſæpius euenire in vnam perſonam poteſt ſecundum callidam illam queſtio-
 nem Sadducæorum: id eò & aliàs putant permiſſam frequentiam nuptiarum; intelligere
 debebunt primò rationem ipſius præcepti, & ita ſcient illam rationem iam ceſſantem ex
 eis eſſe quæ euacuata ſunt legis. Neceſſariò ſuccedendū erat in matrimonium fratris ſine
 liberis defuncti. Primū; quia adhuc vetus illa benedictio decurrere habebat: Creſcite &
 redundate. Dehinc; quoniam patrum delicta etiam de filiis exigebantur. Tertio; quo-
 niam ſpadones & ſteriles ignominioſi habebantur. Itaque ne proinde maledicti iudica-
 rentur, qui nō naturæ reatu, at mortis præuentu orbi deceſſiſſent, id eò illis ex ſuo genere
 vicaria & quaſi poſtuma ſoboles ſupparabatur. At vbi & Creſcite & redundate, eua-
 cuauit extremitas temporum, inducente Apoſtolo: Super eſt, vt & qui habent vxores, ſic
 ſint, ac ſi non habeant: quia tempus in collecto eſt; & deſiuit vna acerba à patribus mā-
 ducata filiorum dentes obſtupefacere: vnuiſque enim in ſuo delicto morietur, & ſpa-
 dones non tantum ignominia caruerunt; verum & gratiam meruerunt, inuitati in re-
 gna celorum; ſepulta lege ſuccedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit
 non ſuccedendi in matrimonium fratris. Et ita vt prædiximus, quod ceſſauit valere, ceſ-
 ſante ratione, non poteſt alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defun-
 cto viro vxor, fratri vtique nuptura, ſi nupſerit. Omnes enim nos fratres ſumus, Et illa
 nuptura in Domino habet nubere, id eſt, non ethnico, ſed fratri: quia & vetus lex adi-
 mit coniugium allophylorū. Cum autem & in Leuitico cautum ſit: Quicumque ſum-
 pſerit fratris vxorem, immunditia eſt, turpitudò, ſine liberis morietur; ſine dubio dum
 ille prohibetur denuò nubere, & illa prohibetur, non habens nubere niſi fratri. Quomo-
 do ergo Apoſtolo conueniet & legi, quam non in totum impugnat, cum ad Epistolam
 ipſius venerimus, oſtenderet. Interim quod pertineat ad legem, magis nobis competunt
 argumentationes eius. Denique prohibet eadem, Sacerdotes denuò nubere: Filiam
 quoque ſacerdotis iubet viduam vel eiectam, ſi ſemen non fuerit illi, in domum patris
 ſui regredi, & de pane eius ali. Ideò ſi ſemen non fuerit illi, non vt ſi fuerit, denuò nubat,
 quanto magis enim nō nubet, ſi filios habeat; ſed vt ſi habuerit, à filio potius alatur quā
 à patre, quo & filius præceptum Dei exequatur: Honora patrem & matrem. Nos autem
 Ieſus ſummus ſacerdos, & magnus patris de ſuo veſtiens (quia qui in Chriſto tinguuntur,
 Chriſtum induerunt) ſacerdotes Deo patri ſuo fecit, ſecundum Ioannem. Nam & il-
 lum adoleſcentem feſtinantē ad exequias patris id eò reuocat, vt oſtendat ſacerdotes nos
 vocari ab eo, quos lex verabat parentum ſepulturæ adeſſe: Super omnem, inquit, ani-
 mam defunctam ſacerdos non introibit, & ſuper patrem ſuum, & ſuper matrem ſuam nō
 contaminabitur. Ergo & nos hoc interdicitum obſeruare debemus? Non vtique. Viuit
 enim vnicus pater noſter Deus, & mater Eccleſia: & neque ipſi mortui ſumus, qui Deo
 viuimus, neque mortuos ſepelimus, quia & illi viuunt in Chriſto. Certè ſacerdotes ſumus
 à Chriſto vocati, Monogamiæ debitores ex priſtina Dei lege, quæ nos tunc in ſuis ſacer-
 dotibus prophetauit. [50 Nunc ad legem propriè noſtram, id eſt, ad Euangelium, con-
 uerſi qualibus excipimur exemplis, dum ad ſententias peruenimus? Ecce ſtatim quaſi in
 limine duæ nobis antiſtites Chriſtianæ ſanctitatis occurrunt Monogamia & Continētia:
 alia pudica in Zacharia ſacerdote; alia integra in Ioāne antecurſore; alia placans Deum,
 alia prædicans Chriſtum; alia totum prædicans ſacerdotem, alia plus præferens quā
 Propheten, ſcilicet eum; qui non tantum prædicauerit, aut demonſtrauerit coram, ve-
 rum etiam baptizauerit Chriſtum. Quis enim corpus Domini digniùs initiaret, quā
 eiufmodi caro, qualis & concepit illud & peperit? Et Chriſtum quidem virgo enixa eſt,
 ſemel nuptura poſt partum, vt vterque titulus ſanctitatis in Chriſti cenſu diſpūgeretur,
 per matrem & virginem & vniuiram. At vbi infans templo exhibitur, quis illum in ma-
 nus ſuſcipit? quis in ſpiritu primus agnoſcit? Vir iuſtus, & cautus, & vtique non Diga-
 mus; vel ne indigniùs mox Chriſtus à ſcēmina prædicaretur vetere vidua & vniuirā, quæ
 & templo dedita ſatis in ſemetiſpa portendebat, quales ſpiritali templo, id eſt, Eccleſiæ
 debeant adhærere. Tales arbitros infans Dominus expertus, non alios habuit & adultus.
 Petrum ſolum inuenio maritum; per ſocrum; Monogamū præſumo; per Eccleſiam,

1. Tim. 3. ⁶¹ quæ super illum ædificata; omnem gradum ordinis sui de Monogamis erat collocatura. D
Tit. 1. Ceteros cum maritos non inuenio, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes.
⁶² Nec enim si penes Græcos communi vocabulo censentur mulieres & vxores pro con-
1. Cor. 9. ⁶³ suetudinis facilitate (ceterum est proprium vocabulum vxorum) idem Paulum sic inter-
1. Cor. 11. ⁶⁴ pretabimur, quasi demonstret vxores Apostolos habuisse. Si enim de matrimoniis disputa-
ret (⁶⁵ quod in sequentibus facit, vbi magis Apostolis aliquod exemplum nominare
1. Cor. 9. ⁶⁶ potuisset) rectè videretur dicere: Non enim habemus potestatem vxores circumducendi,
sicut ceteri Apostoli & Cephas: At vbi ea subiūgit quæ de victuaria exhibitione abstinentiam
eius ostendunt, dicentis: Non enim potestatem habemus manducandi & bibendi;
non vxores demonstrat ab Apostolis circumductas; quas & qui non habent, potestatem
tamen manducandi & bibendi habet; sed simpliciter mulieres, quæ illis eodem instituto
Math. 23. ⁶⁷ quo & Dominum comitantes ministrabat. Iam verò si Christus reprobat Scribas & Phari-
sæos, sedentes in cathedra Moysi, nec facientes quæ docerent, quale est vt & ipse super
cathedram suam collocaret, qui sanctitatem carnis præcipere magis, non etiam ⁶⁸ obire
meminissent, quam illis omnibus modis insinuat & docendam & agendam? in primis
de suo exemplo, tunc de ceteris argumentis: ⁶⁹ Cum puerorum dicit esse regnum cælo-
Math. 18. ⁷⁰ rum; cum confortes illis facit alios post nuptias pueros; cum ad simplicitatem columbæ
1. Cor. 19. ⁷¹ prouocat, ⁷² aui non tantum innocuæ, verum & pudicæ, quam vnam vnus masculus no-
Math. 10. ⁷³ uit; cum Samaritanæ maritum negat, ⁷⁴ vt adulterum ostendat numerosum maritum; cum
Joan. 4. ⁷⁵ in reuelatione gloriæ suæ de tot sanctis & Prophetis Moysen & Heliam secum mauult; al-
Math. 17. ⁷⁶ terum Monogamum, alterum spadonem; non enim aliud fuit Helias, quam Ioannes, qui
ibidem. ⁷⁷ in virtute & spiritu venit Helias; cum, ille vorator & potator homo; prædiorum & cœna-
Math. 11. ⁷⁸ rum cum publicanis & peccatoribus frequetator; semel apud vnas nuptias cœnat multis
Luc. 15. ⁷⁹ vtrique nubentibus. ⁸⁰ Totiens enim voluit celebrare eas, quotiens & esse. [⁸¹ Sed hæ
Joan. 2. ⁸² argumentationes potius existimantur de coniecturis coactæ, si non & sententiæ astiterint,
I x. ⁸³ quas Dominus emisit in repudij retractatu, quod permissum aliquando iam prohibet; in
Math. 19. ⁸⁴ primis, ⁸⁵ quia ab initio non fuit sic, sicut matrimonij numerus; tum, quia quos Deus con-
iunxit, homo non separabit; scilicet ne contra Dominum faciat. Solus enim ille separabit
qui & coniunxit. separabit autem non per duritiam repudij, quam exprobat & compe-
Math. 10. ⁸⁶ scit, sed per debitum mortis. Siquidem vnus ex passeribus duobus non cadit in terram
Math. 19. ⁸⁷ sine patris voluntate. ⁸⁸ Igitur, si quos Deus coniunxit, homo non separabit repudio, æ-
quæ consentaneum est, vt quos Deus separauit morte, homo non coniungat matrimo-
nio, proinde contra Dei voluntatem iuncturus separationem, atque si separasset coniun-
ctionem. Hoc quatum ad Dei voluntatem non destruendam, & initij formam restruendam.
Ceterum & alia ratio conspirat, immò non alia, sed quæ initij formam imposuit, &
voluntatem Dei mouit ad prohibitionem repudij: Quoniam qui dimiserit vxorem suam,
præterquam ex causa adulterij, facit eam adulterari; & qui dimissam à viro duxerit, adul-
terat vtrique. ⁸⁹ Non & nubere legitime potest repudiata, & si quid tale commiserit, sine F
matrimonij nomine, ⁹⁰ non capit elogium adulterij, quæ adulterium in matrimonio cri-
men est? Deus aliter censuit citrà quam homines, vt in totum, siue per nuptias, siue vul-
go alterius viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo. Videamus enim quid sit mat-
rimonium apud Deum: & ita cognoscemus quid sit equè adulterium. ⁹¹ Matrimonium est,
cum Deus iungit duos in vnam carnem, aut iunctos deprehendens in eadem carne, con-
iunctionem signauit. ⁹² Adulterium est, cum quoquo modo disunctis duobus, alia caro,
Gen. 2. ⁹³ immò aliena miscetur, de qua dici non possit: Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex os-
sibus meis. Semel enim hoc factum & pronuntiatum sicut ab initio, ita & nunc in aliam
carnem non potest conuenire. Itaque sine causa dices, Deum viuo marito nolle repudia-
tam alij viro iungi, quasi mortuo velis; quando si mortuo non tenetur, proinde nec viuo,
tam repudio matrimonium dirimente quam morte, non tenebitur ei cui per quod tene-
batur abruptum est? Cui ergo tenebitur? Nihil Deo interest viuo an mortuo viro nubat.
Neque enim in illum delinquit, sed in semetipsam, Omne delictum quod admiserit ho-
1. Cor. 6. ⁹⁴ mo, extra corpus est: qui autem adulteratur, in corpus suum delinquit. Adulteratur au-
tem, sicut supra præstruximus, qui aliam carnem sibi immiscet super illam pristinã, quam
Deus aut coniunxit in duos, aut coniunctã deprehendit. Ideoque abstulit repudiũ quod
Math. 19. ⁹⁵ ab initio nõ fuit, vt quod ab initio fuit, muniat duorum in vnam carnem perseverantiam,
ne necessitas vel occasio terciæ concarnationis irrumpat, soli causæ permittens repudium,
si fortè

A si fortè præuenerit, cui præcauetur. Ad eò autem repudium à primordio nõ fuit ⁹⁶ vt apud
Romanos post annum sexcentimum Urbis conditæ id genus duritiæ commissum de-
notetur. Sed illi etiam non repudiantes adulteria committent; nobis etsi repudiemus, ne
nubere quidem licebit. [⁹⁷ Video iam hinc ad Apostolum nos prouocari. Ad cuius sen-
sum facilius perspiciendum, tanto instantius præculcandum est mulierem magis defuncto
marito teneri, quo minus alium virum admittat. Recogitemus enim repudium, aut dis-
cordia fieri, aut discordiam facere; mortem verò ex lege Dei, nõ ex hominis offensa eue-
nire, idque omnium esse debitum, etiam non maritorũ. Igitur si repudiata quæ per discor-
diam, & iram, & odium, & causas eorum iniuriam vel contumeliam, vel quamlibet que-
relam, & anima & corpore separata est, tenetur inimico, ne dicam marito; quanto magis
illa quæ neque suo neque mariti vitio, sed Dominicæ legis euentu, à matrimonio non se-
parata, sed relicta, eius erit etiam defuncti, cui etiam defuncto concordiam debet? ⁹⁸ A
quo repudium non audiit, non diuertit: cui repudium non scripsit, cum ipso est: quem
amissile noluit, retinet. Habet secum animi licentiam, qui omnia homini ⁹⁹ quæ non ha-
bet, imaginario fructu repræsentat. Ipsam denique interrogo fœminam: Dic mihi soror,
in pace præmisisti virum tuum? Quid respondebit? An in discordia? Ergo hoc magis ei vin- 1. Cor. 7.
ceta est, cum quo habet apud Deum causam. Non discessit, quæ tenetur. Sed in pace. Ergo
perseueret in ea cum illo necesse est, quem iam repudiare non poterit, ne sic quidem nu-
ptura si repudiare potuisset. ¹⁰⁰ Enimvero & pro anima eius orat, & refrigerium interim
adpostulat ei, & in prima resurrectione consortium, & offert annuis diebus dormitionis
eius. Nam hæc nisi fecerit, verè repudiavit quantum in ipsa est: & quidem hoc iniquius,
quanto quomodo potuit, quia non potuit: & hoc indignius, quanto iam indignius, si quia
non meruit. ¹⁰¹ Aut nunquid nihil erimus post mortem secundum aliquem Epicurum, &
non secundum Christum? Quod si credimus mortuorum resurrectionem, vtrique tenebi-
mur, cum quibus resurrecturi sumus, rationem de alterutro reddaturi. Si autem in illo æuo
neque nubent neque nubentur, sed erunt æquales angelis; non idè non tenebimur con-
iugibus defunctis, quia non erit restitutio coniugij. Atquin eo magis tenebimur, quia in
meliorem statum destinamur, resurrecturi in spiritale consortium, ¹⁰² agniture tam nosmet-
ipsos quam & nostros. Ceterum quomodo gratias Deo in æternum canemus, si nõ manebit
in nobis sensus & memoria debiti huius? substantia, non conscientia reformabimur.
Ergo qui cum Deo erimus, simul erimus, dum omnes apud Deum vnum ¹⁰³ licet merces
Joan. 16. ¹⁰⁴ varia, licet multæ mansiones penes patrem eundem) vno denario eiusdem mercedis ope-
rati, id est vitæ æternæ: in qua magis; non separabit, quos coniunxit Deus, quam in ista
Math. 20. ¹⁰⁵ minore vita separari vetat. Cum hæc ita sint, quomodo alij viro vacabit, quæ suo etiam
Math. 19. ¹⁰⁶ in futurum occupata est? Vtrique autem sexui loquimur, & si ad alterum sermo est, quia
vna disciplina præest. Alium habebit in spiritu, alium in carne. Hoc erit adulterium, vnus
fœminæ in duos viros conscientia, si alter à carne disunctus est, sed in corde remanet, illic,
C ¹⁰⁷ vbi etiam cogitatus sine carnis congressu, & adulterium antè perficit ex concupiscen-
tia, ¹⁰⁸ & matrimonium ex voluntate. Vsq̄ue adhuc maritus est, ipsum illud possidens per
Math. 5. ¹⁰⁹ quod & factus est, id est, animum, in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen. Ceterum nõ
est exclusus, si à viliori commercio carnis decessit. Honoratior maritus est, quanto mun-
dior factus est. [¹¹⁰ Vt igitur in Domino nugas secundum Legem & Apostolum, (si tamen x. i.
vel hoc curas) qualis es ¹¹¹ id matrimonium postulans, quod eis à quibus postulas non licet
habere, ab Episcopo Monogamo, à Presbyteris & Diaconis eiusdem sacramenti, à Viduis, 1. Tim. 3.
1. Tim. 3. ¹¹² quarum sectam in te recusasti? Et illi planè sic dabunt viros & vxores, ¹¹³ quomodo buc-
1. Cor. 7. ¹¹⁴ cellas. Hoc enim est apud illos: Omni petenti te dabis. Et coniungent vos in Ecclesia vir-
gine, vnus Christi vnica sponsa. Et orabis pro maritis tuis, nouo & vetere. Elige cui te
adulteram præstes. Puto, ambobus. Quod si sapias, taceas defuncto. Repudium sit illi, si-
lentium tuum, ¹¹⁵ alienis iam Dotalibus scriptum. Hoc modo nouum promereberis ma-
ritum, si veteris obliuiscaris. Debes magis illi placere, propter quem Deo placere non
maluisti. Hæc Psychici volunt Apostolum probasse, aut in totum non recogitasse, cum
scriberet: ¹¹⁶ Mulier vineta est in quantum temporis viuit vir eius; si autem mortuus fuerit, 1. Cor. 7.
libera est: cui vult, nubat; tantum in Domino. Ex hoc enim capitulo defendunt licentiam
secundi matrimonij, immò & plurimi, si secundi; quod enim semel esse desiit, omne obno-
xium est numero. Quo autem sensu Apostolus scripserit, ita relucebit, si prius constet, non
hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici vtuntur. Constat autem si quis ea recordetur,
DDD

quæ huic capitulo diuersa sunt & apud doctrinam, & apud voluntatem, & apud propriam D
 ipsius Pauli disciplinam.⁸⁸ Si enim secundas nuptias permittit, quæ ab initio non fuerunt;
 quomodo affirmat omnia ad initium recolligi in Christo? Si vult nos iterare cõiugia; quo-
 modo semen nostrum in Isaac semel marito auctore defendit? Quomodo totum Ordinem
 Ecclesiæ de Monogamis disponit, si non hæc disciplina præcedit in laicis, ex quibus
 Ecclesiæ Ordo proficit? Quomodo in matrimonio adhuc positos à fructu matrimonij
 auocat? dicens, In collecto esse tempus, si per mortem matrimonio elapsos, iterum in ma-
 trimonium reuocat? Hæc si diuersa sunt ei capitulo, de quo agitur, constabit (vt diximus)
 non hoc illum sensu scripsisse, quo Psychici videntur, quia facilius est, vt aliquam rationem
 habeat vnum illud capitulum, quæ cum ceteris sapiat, quam vt Apostolus diuersa inter se
 docuisse videatur. Eam rationem in ipsa materia poterimus recognoscere. Quæ ista mat-
 ria Apostolo fuit scribendi talia? tyrocinium nouæ & quum maximè orientis Ecclesiæ;
 quam lacte scilicet educabat, nondum solido cibo validioris doctrinæ: ad eò vt præ illa in-
 fantia fidei ignorarent adhuc quid sibi agendum esset circa carnis & sexus necessitatem:
 Cuius etiam ipsas species ex rescriptis intelligimus, cum dicit: De his autem quæ scribitis:
 Bonum est homini mulierem non attingere,⁸⁹ propter fornicationes autem vnusquis-
 que vxorem suam habeat. Ostendit fuisse qui in matrimonio à fide deprehensi, verebantur
 ne nõ liceret eis matrimonio suo exinde vtique; quia in carnem sanctam Christi credidissent.
 Et tamen secundum veniam concedit, non secundum imperium; id est, indulgens, non
 præcipiens ita fieri. Ceterum malebat omnes id esse quod & ipse. Proinde & de repudio re-
 scribens, demonstrat quosdam de isto quoque cogitasse: vel maximè, quia & in ethnicis
 matrimonijs non putabant post fidem sibi perseuerandum. Quærebant & de virginibus
 consilium (præceptum enim Domini non erat)⁹⁰ Bonum esse homini si sic permaneat:
 vtique quomodo à fide fuerit inuentus. Vincit es vxori, ne quæsieris solutionem. So-
 lutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem.⁹¹ Si autem acceperis vxorem, non deliquisti.
 Quia ante fidem soluto ab vxore, non numerabitur post fidem secunda vxor, quæ post
 fidem prima est. A fide enim etiam ipsa vita nostra censetur. Sed hic parcere se dicit illis.
 Alioquin pressuram carnis subsequituram,⁹² præ angustijs temporum impedimenta ma-
 trimonij recusantibus.⁹³ Quin potius de Domino sollicitudinem habendam promendo
 quàm de marito; ita reuocat quod permisit.⁹⁴ Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo de-
 finit: vnumquemque, in qua vocatione vocabitur, in ea permanere debere; adiiciens:
 Mulier vincita est quàm diu viuit vir eius: si autem dormierit, libera est; cui volet nubat,
 tantum in Domino: hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quæ & ipsa sic fuerit
 inuenta, soluta à viro, quomodo & vir solutus ab vxore: per mortem vtique, non per
 repudium facta solutione: quia repudiatis non permetteret nubere aduersus pristinum
 præceptum. Itaque mulier si nupserit, non delinquet, quia nec hic secundus maritus de-
 putabitur, qui est à fide primus: & ad eò sic est, vt propterea adiecerit, tantum in Do-
 mino, quia de ea agebatur quæ ethnicum habuerat, & amisso eo crediderat, ne scilicet F
 etiam post fidem ethnico se nubere posse præsumeret;⁹⁵ licet nec hoc Psychici curent.
⁹⁶ Sciamus planè non sic esse in Græco authentico, quomodo in vsu exiit per duarum
 syllabarum aut callidam aut simplicem euerfionem: Si dormierit vir eius, quasi de futuro
 sonet; ac per hoc videatur ad eam pertinere, quæ iam in fide virum amiserit. Hoc qui-
 dem si ita esset, in infinitum emissa licentiâ, totiens virum dedisset, quotiens amissus es-
 set, sine villo pudore nubendi, etiam ethnicis congruente. Sed etsi ita esset quasi de fu-
 turo: Si cuius maritus mortuus fuerit; tantundem & futurum ad eam pertineret, cuius
 ante fidem morietur maritus. Quam vis accipe, dum cetera non euerfas. Nam cum &
 illa sententiæ cedant,⁹⁷ Seruus vocatus es, ne curaueris: impræputiatus vocatus es, ne
 circumcidaris: circumcisus vocatus es, ne adduxeris: quibus concurrat, Vincit es vxori,
 ne quæsieris solutionem: solutus es ab vxore, ne quæsieris vxorem: satis manifestum est
 ad eos hæc pertinere, qui in noua & recenti vocatione constituti de his consulebant, in
 quibus à fide fuerant deprehensi. Hæc erit interpretatio capituli istius de hoc exami-
 nanda, an & tempori, & causæ, & tam exemplis & argumentis præcedentibus, quàm &
 sententijs & sensibus subsequenter, & in primis, an ipsius Apostoli & consilio pro-
 prio congruat & instituto: nihil enim custodiendum est, quàm ne diuersus sibi quis
 deprehendatur. [⁹⁸ Audi & subtilissimam e contrario argumentationem. Ad eò,
 inquit, permisit Apostolus iterare connubium, vt solos qui sunt in Clero, Mo-
 nogamiæ

Ephes. 1.
Gal. 4.
1. Ti. 3.
Tit. 1.

1. Cor. 7.

1. Cor. 3.

1. Cor. 7.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

XII.

A
 nogamiæ iugo astrinxerit: Quod enim quibusdam præscribit, id non omnibus præscribit.
 Nunquid ergo & quod omnibus præcipit, solis Episcopis non præscribit: si quod Episco-
 pis præscribit, non & omnibus præcipit? An id eò omnibus, quia & Episcopis? & id eò Epi-
 scopis, quia & omnibus? Vnde enim Episcopi, & Clerus, nõne de omnibus? Si non om-
 nes Monogamiæ tenentur, vnde Monogami in Clerum? An ordo aliqui seorsum debet
 institui Monogamorum, de quo allectio fiat in Clerum? Sed quum extollimur & inflamur
 aduersus Clerum, tunc vnum omnes sumus, tunc omnes Sacerdotes; quia sacerdotes nos
 Deo & patri fecit. Quum ad peræquationem disciplinæ Sacerdotalis prouocamur, de-
 ponimus infulas,⁹⁹ & pares sumus. De Ecclesiasticis ordinibus agebatur, quales ordinari
 oporteret. Oportebat igitur omnè communis disciplinæ formam¹⁰⁰ sua fronte proponi,
 edictum quodammodo futurum vniuersis impressione; quò magis sciret plebs eum ordi-
 nem sibi obseruandum, qui faceret Præpositos; & ne vel ipse honori aliquid sibi ad licen-
 tiam, quasi de priuilegio loci blandiatur. Prospiciebat Spiritus sanctus dicturos quosdam;
 Omnia licent Episcopis;¹⁰¹ Sicut ille vester Vthinensis nec Scatiniam timuit. Quot enim
 & digami præsent apud vos, insultantes vtique Apostolo; certè non erubescerent, cum
 hæc sub illis leguntur? Age iam qui putas exceptionem Monogamiæ de Episcopis factam,
 recede & à reliquis titulis disciplinæ, qui cum Monogamia Episcopis ascribuntur: Noli
 esse¹⁰² irreprehensibilis, sobrius, benè moratus, ornatus, hospitalis, docibilis: quin ve-
 rò & vino deditus, & manu promptus ad cadendum, & pugnax, & pecuniæ amans, &
 domum non regens, nec filiorum curans disciplinam, sed nec ab extraneis bonam fam-
 am sectans. Si enim suam habet Episcopi legem circa Monogamiam, etiam cetera quæ
 Monogamiæ accedere oportebit, Episcopis erunt scripta. Laicis verò quis Monogamia
 non conuenit, cetera quoque aliena sunt. Euasisti, Psychice, si velis, vincula disciplinæ
 totius. Præscribe constanter non omnibus præcipi quæ quibusdam sint præcepta: aut si
 cetera quidem communia sunt, Monogamia verò solis Episcopis imposita est, nunquid
 illi soli Christiani pronuntians, in quos tota disciplina collata est? [¹⁰³ Sed & Timo-
 theo scribens,¹⁰⁴ vult iuenculas nubere, filios suscipere, matres familiæ agere. Ad eas
 dirigit quales supra denotat, iuenculas viduas, quæ in viduitate deprehensæ, & aliquan-
 diu adscætaræ, post quàm in delicijs habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudi-
 cium quòd primam fidem resciderunt, illam videlicet à qua in viduitate inuentæ & pro-
 fessæ eam, non perseuerant. Propter quod vult eas nubere, ne primam fidem susceptæ vi-
 duitatis postea rescindant; non vt totiens nubant, quotiens in viduitate tentata, immò &
 in delicijs habita, noluerint perseuerare. Legimus eum & ad Romanos scribentem:
¹⁰⁵ Quæ autem sub viro est mulier, viuenti viro vincita est: si autem obierit, euacuata est à
 lege viri. Nempè ergo viuente viro adulterare putabitur, si iuncta fuerit alteri viro. Si ve-
 rò obierit vir, liberata est à lege, quòd non sit adultera facta alij viro. Sed & sequentia re-
 cognosce, quòd sensus iste qui tibi blanditur, euadat. Itaque, inquit, fratres mei mortifi-
 camini & vos legi per corpus Christi, vt efficiamini alteri, ei scilicet qui à mortuis resur-
 rexit, vt fructum feramus Deo. Cum enim eramus in carne, passionibus delictorum, quæ
 per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti; nunc autem
 euacuati sumus à lege mortis in quo tenebamur, ad seruendum Deo in nouitate spiritus,
 & non in vetustate litteræ. Igitur si mortificari nos iubet legi per corpus Christi, quod est
 Ecclesia, quæ spiritu nouitatis constat, non per litteram vetustatis, id est, legis, auferens
 te à lege, quæ non tenet vxorem marito defuncto, quo minus alij viro fiat, ad contrariam
 te redigit conditionem, ne amisso viro nubas: quantumque non deputeris adultera fa-
 cta alteri viro post mortem mariti, si adhuc in lege agere deberes, tanto ex diuersitate
 conditionis¹⁰⁶ adulterij te præiudicat post mortem mariti alij nubentem: quia iam mor-
 tificata es legi, non potest tibi licere, cum recessisti ab ea apud quam tibi licebat. [¹⁰⁷ Nunc
 si & absolute Apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere: proinde fecisset
 quemadmodum & cetera, quæ aduersus formam regulæ suæ^a pro conditione temporum
 gessit, b circumcidens Timotheum propter superinductitios falsos fratres; c & rafos quos-
 dam inducens in templum propter obseruationem Iudæorum, ¹⁰⁸ ille qui Galatas d in lege
 volentes agere castigat. Sed ita res exigebat, vt e omnibus omnia fieret, quòd omnes lucrifa-
 ceret; parturientes illos donec formaretur Christus in ipsis, & calefaciens tanquã nutritrix par-
 tuulos fidei, docedo f quædam per veniam, non per imperiũ (aliud est enim indulgere, aliud
 iubere) proinde b temporalem licentiã permittens denudò nubendi propter infirmitatẽ g

Apo. 3.

1. Tim. 3.

XIII.

1. Tim. 5.

Rom. 7.

XIII.

Act. 16.

Gal. 2.

Act. 21.

Gal. 4.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7.

Ibidem.

h *Deut.* 24. carnis; quemadmodum h Moyses repudiãdi propter duritiam cordis. ¹⁰⁹ Et hinc itaque red-
 i *Matth.* 19. demus supplementum sensus istius. Si enim i Christus abstulit quod Moyses præcepit, quia
 ab initio nõ fuit sic, nec sic idẽ ab alia venisse virtute reputabitur Christus; ¹¹⁰ cur non &
 Paracletus abstulerit, quod Paulus indulgit, quia & secundũ matrimonium ab initio nõ fuit,
 nec idẽ suspectus habendus sit, quasi spiritus alienus: tãtũ vt Deo & Christo dignum sit
 quod superducitur? Si Deo & Christo dignum fuit duritiam cordis tempore expleto cõ-
 pẽscere; cur nõ dignius sit & Deo & Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore
 discutere? Si iustum est matrimonium nõ separari, vtique & non iterari honestũ est. ¹¹¹ De-
 nique apud seculũ, vtrunque in bona disciplina deputatur, aliud Cõcordiã nomine, aliud
 Pudicitia. Regnavit duritia cordis vsque ad Christum. Regnavit & infirmitas carnis vs-
 que ad Paracletum. Noua lex abstulit repudiũ, habuit quod auferret. Noua prophetia se-
 cundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed facilius duritia cordis Christo
 cessit, quã infirmitas carnis. Plus hæc sibi Paulum defendit, quã illa Moysen; si tamen
 defendit; quum indulgentem eum captat, præscribentem recusat; quã potiores sententias
 & perpetuas voluntates eius eludit; quã non sinit nos hoc Apostolo præstare, quod ma-
 uult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseverabit?
1. Cor. 7. Tempus eius donec Paracletus operaretur fuit, in quem dilata sunt à Domino, quã tunc
Ioan. 16. sustinere non poterant, quã iam nemini competit portare non posse, quia per quem datur
Matth. 16. portare, posse non deest. Quã diu causabimur carnem? quia dixit Dominus, Caro infir-
 ma. Sed præmisit, & spiritus promptus; vt vincat spiritus carnem, vt cedat quod infirmum
 est fortiori. ¹¹² Nam &: Qui potest capere, capiat, inquit, id est, qui non potest, discedat.
Matth. 19. Discedit & ille diues, qui non ceperat substantiã diuidendã egenis præceptum, & dimis-
Ibidem. sus est sententiã suã à Domino. Nec idẽ duritia imputabitur Christo de arbitrij cuiuscũ-
 que liberi vitio: Ecce, inquit, posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est: si non
 potes, quia non vis (posse enim te si velis ostendit, quia tuo arbitrio vtrunque proposuit)
 discedas oportet ab eo cuius non facis voluntatem. [¹¹³ Quã igitur hinc duritia nostra, si
 non facientibus voluntatẽ Dei renuntiamus? Quã hæresis, si secundas nuptias vt illicitas
 iuxta adulteriũ iudicamus? Quid est enim adulteriũ, quã matrimonium illicitum? ¹¹⁴ No-
1. Tim. 4. tat Apostolus eos, qui in totum nubere prohibebant, qui & de cibis interdicebant, quos
 Deus condidit. Nos verò non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quã ci-
 bos reprobamus, si sæpius ieiunamus. Aliud est auferre, aliud temperare; aliud est legẽ non
 nubendi ponere, aliud est modum nubendi statuere. Planè qui exprobrat nobis duritiam
 vel hæresim in hac causã, si intantum fouent carnis infirmitatem, vt in nubendo frequen-
 ter sustinendam putent: cur illam in alia causã neque sustinent neque venia fouent, cum
 tormentis expugnata est in Negationem? Vtique enim illam magis ¹¹⁵ excusari capit, quẽ
 in prælio cecidit, quã quã in cubiculo: quã in equileo succubuit, quã quã in lectulo:
 quã crudelitati cessit, quã quã libidini: quã gemens deuicta est, quã quã subans. Sed
Matth. 10. illam quidem à ¹¹⁶ Communicatione depellunt; quia non sustinuit in finem: hanc verò su-
 scipiunt, quasi & hæc sustinuerit in finem. Propone quid vtraque non sustinuerit in finem,
 & inuenies eius causã honestiorem, quã sæuitiam, quã quẽ pudicitia sustinere non po-
 tuit. Et tamen nec cruentam defectionem infirmitas carnis excusat, nedum impudicam.
xvi. [¹¹⁷ Rideo autem cum infirmitas carnis opponitur, quẽ summa fortitudo dicẽda est. Iterũ
 nubere, est res viriũ: resurgere in opera carnis de continẽtiã otio, substantia est laterũ. Talis
 infirmitas, & tertio, & quarto, & vsque septimo forsitan matrimonio sufficit: vt quã toties
 fortior, quotiens fuerit infirmior, habitura iam nõ Apostolum auctore, sed ¹¹⁸ Hermogem
 nem aliquem plures solitum mulieres ducere quã pingere, materia enim in illo abũdat;
¹¹⁹ vnde & animam esse præsumẽs, multo magis spiritum à Deo non habet, ¹²⁰ iam nec Psy-
 chicus, quia nõ de afflatu Dei Psychicus. Quid si inopiã quis causetur, vt carnem suã aper-
 tẽ prostituta profiteatur, ¹²¹ exhibitionis causa nubentem, oblitus: de victu & vestitu non
 esse cogitandũ? habet Deũ ¹²² etiam coruorum educatorem, etiã florum excultorem. Quid
 si solitudinẽ domus obtendat, quasi vna mulier frequentia præstet, homini ad fugã proxi-
 mp: habet viduã vtrique, quam assumat licebit. Nõ vnam generis huius vxorem, sed etiam
 plures habere concessum est. Quid si de posteritate quis cogitet iisdem animis, quibus
 oculis vxor Loth, vt idẽ quis repetat matrimonium, quia de priore liberos non habuit;
 hæreses sc. Christianis quærer, seculi totius ex hæres: habet fratres, habet Ecclesiã matrẽ.
 Aliud est si & apud Christum ¹²³ legibus Iulii agi credunt, & existimant cœlibes & orbos
 ex te-

A ex testamento Dei ¹²⁴ solidum non posse capere. Nubant igitur huiusmodi in finem vsque; *Ibidem.*
 vt in ista confusione carnis; sicut Sodoma, & Gomorra, & diluuij dies, ab illo vltimo exi-
 tu seculi deprehendantur. Adiciant tertium dictum: Manducemus, & bibamus, & nubamus, *Matth.* 24.
 cras enim moriemur: non recogitantes, Vã illud prægnantibus & lactantibus, mul-
 to grauius & amariùs euenturum in concussione totius mundi, quã euenit in vastatione
 vnus particulẽ Iudeã. Satis opportunos nouissimis temporibus fructus iteratis matrimo-
 niis colligant, vbera fluitantia, & vteros nauseantes, ¹²⁵ & infantes pipiantes. Parent
 Antichristo in quã libidinofius sæuiat. Adducet illis carnifices obstetrices. [¹²⁶ Habe-
 bunt planè Christo quod allegent, speciosum priuilegium, carnis vsque quaque imbecil-
 litatem. Sed hanc iudicabunt iam non Isaac Monogamus pater noster, nec Ioannes ali-
 qui Christi spado, ¹²⁷ nec Iudith filia Merari, nec totã exempla sanctorum: solent eth-
 nici iudices destinari: Exurget regina Carthagini, & decernet in Christianas, quã pro-
 fuga, & in alieno solo, & tantã ciuitatis cum maximẽ formatrix, cum regis nuptias vltro
 optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit econtrariõ vri quã nubere.
 Assidebit & illi matrona Romana, quẽ etsi per vim nocturnam nihilominus experta alium
 virum, maculam carnis suo sanguine abluat, vt Monogamiam in semetipsam vindicaret.
¹²⁸ Fuerunt & quã pro viris mori mallent, quã post viros nubere. Idolis certẽ & Mono-
 gamia & viduitas apparent. ¹²⁹ Fortunã muliebri coronam non imponit, nisi vnũira, si-
 cut nec ¹³⁰ Matri Marutz. ¹³¹ Pontifex Maximus & Flaminica nubunt semel. Cereris sac-
 cerdotes viuuntibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur: Sunt &
 quã de totã continentia iudicent nos, virgines Vestã, & Iunonis Achaicã, & Dianã
 Scythicã, & Apollinis Pythij. ¹³² Etiam bouis illius Egyptij antistites de continentia in-
 firmitatem Christianorum iudicabunt. Erubescere caro quã Christum induisti. Sufficiat
 tibi semel nubere, in quod à primordio facta es, in quod à fine reuocaris. Redi in Adam
 vel priorem, si in nouissimum non potes. Semel gustauit ille de arbore, semel concupiit,
 semel pudenda protexit, semel Deo erubuit, semel ruborem suum abscondit, semel de
 paradiso sanctitatis exulauit, semel exinde nupsit. Si in illo fuisti, habes tuam formã: si
 in Christum transisti, melior esse debebis. Exhibe tertium Adam, & hunc Digamum, &
 tunc poteris esse quod inter duos non potes.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
 IN LIBRVM DE MONOGAMIA.

CAP. I.
 Hæretici nuptias auferunt, &c.] Titulus
 huic capiti imposuimus: Quod inter hæ-
 reticos qui nuptias auferunt, & eos
 qui secundas admittunt, mediam se-
 quatur sententiam de vno matrimo-
 nio. *Atqui de Marcione alisque hæreticis qui nu-
 ptias auferunt, vide supra Adnot. nostras Tom. 3. li. 1.
 adu. Marc. cap. 29. num. 195. & de Psychicorum ap-
 pellatione infra ad lib. de Ieiunijs adu. Psychicos, nu. 2.
 certẽ neuiquam hic Auctori notũ sunt, quantumuis id etiã
 Rhenanus defendi posse existimet. Verum 2. Vatic. MS.
 cod. legunt: Psychici, & paulopost omnes: Psychicis.*
 2. Inter alienos spadones, &c.] Sic vocat (inquit
 Rhenan. Marcionitas, quod à nuptiis abstinerent instar
 spadonum, & extra Ecclesiam essent eieci, nempe hæ-
 retici. Igitur alieni, nec ad legem amplius pertinentes, &
 tamquam à communione separati.
 3. & aurigas tuos, &c.] De orthodoxis dicit: tuos
 (inquit idem) ac si dicat: non separatis à communione; ad
 orthodoxorum enim aliquem scriptus est hic liber. Eũ (in-
 quit idem) aurigarum nomen accommodat, ob immul-
 tum matrimonij, quasi coniugatus necessitatibus quoti-
 dianis impellentibus transversus interdum agetur, quem-
 admodum equi nonnunquam aurigam alio pertrahunt

quã constituerat ipse. Porro magna Romanos aurigãdi
 in Circo tenebat insania. Vnde aurigarum illa factiones
 coloribus quoque distincta. Castigamus autem secundum
 1. adit. & Angl. cod. tantundem, pro: tandem; & sup-
 plemus: proinde & te lædunt.
 4. quos Spiritales merito dici facit agnitio spi-
 ritualium carismatum, &c.] Vel hinc patet Psychicos;
 id est, animales, debere legi vbiq; apud Tertullianum,
 quum contra orthodoxos agit; eò quod suos spiritales eco-
 trariõ nuncupet. Verum etiam de ea appellatione latius
 dicti lib. de Ieiunijs cap. 1. nu. 2. Hic verò etiam ex Anglico
 cod. supplemus ac emendamus: tam continentia reli-
 giosa est, quã licentia verecunda.
 5. Vnum matrimonium nouimus sicut vnum
 Deum, &c.] Hæc similitudo nihil conuincit. Si enim quia
 vnus Deus, in omnibus vnitas seruari debet, oportebit
 & vnica esse pœnitentiam, vnica corporis Do-
 minici communionem, vnum sacerdotem; denique
 vel idissim argumentum conuincet plures, quas lib. de
 Ieiun. admittit, Monasterium Quadragesimas. Corre-
 ctionem verò hanc quoque Anglico codice acceptam debe-
 mus, suppletes ac legentes: vt contraria spiritui, pro eo
 quod erat dumtaxat, contraria spiritus.
 6. eo quod caro sint, &c.] Hinc apparet singulari nu-
 mero lectum olim hic etiam apud xxx. non secus atque
 DDD iij

Hebraicè & Chaldaicè Gen. 6. Vbi hodie plurali legitur.

CAP. II.

7. Itaque Monogamiæ disciplinam, &c.] In-
scriptionem huic capiti fecimus: Quod nitatur excu-
sare, quamquam frustra, hæresin hanc Paracleti.
Atqui rectè interpretatur Rhenan. consistendum sit,
hoc est, pes figendus hic, nec transiliendum.

8. An capiat Paracletum aliquid tale docuisse,
&c.] Grecum (inquit Rhenan.) illud verbum ἐνδύξε-
ται multis locis usurpat, Latine capit reddens, quod pote-
rat his modis vertere, probabile est, Vbi venit, cōtingit, fieri
potest, ut hanc capiat, hoc est: an possibile sit, quemad-
modum in præcedentibus libris abundè demonstravimus.

9. nouum deputari possit aduersus catholicam
traditionem, &c.] Bene habet quod etiam iam hæreti-
cus factus Auctor fateatur tamen nouum esse, quid-
quid sit aduersus Catholicam traditionem; quo per-
tinet etiam quod supra Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret.
cap. 21. scribit; hoc esse testimonium veritatis do-
ctrinæ nostræ, quod Ecclesiæ ab Apostolis tam
viva voce, quam per Epistolas Apostoli à Christo
susceperunt, & cap. 31. Id esse verum & dominicū,
quod prius sit traditum, falsum quod posterius,
& quæ alibi habet similia. Vide verò de eodem ibidem
Adnot. nostras num. 128. 130. 180. & 182. quid verò cat-
holicum, ibidem num. 156. Supplemus autem ex An-
glico MS. cod. aduersus leuem farcinam Domini.

10. Adhuc multa habeo quæ loquar ad vos, &c.]
Quum latè eandem hanc scripturam Joan. 16. (quam-
quam perperam) de suo Paraclete interpretetur, quibus-
dam verbis ipsidem supra Tom. 2. lib. de Virginit. Veland.
cap. 1. & infra lib. de Fuga in persecut. cap. 1. patet penè
eodem tempore scriptos hos duos libros. At notatu dignum,
quod eundem locum scripturæ ante omnem hæresin inter-
pretatus sit de Spiritu sancto per Apostolos, supra-
dicto lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 28. sicuti etiam Patres
ad unum catholici omnes, sed quo postea abusi sunt Mon-
taniæ, & ipse Tertullianus tum hic, tum infra cap. 3.
& in aliis quibusdam locis qui nunc non occurrunt, &
ante eos Gnostici & ceteri hæretici; quo factum, ut B.
August. comment. in Joann. tribus tractatibus hanc tra-
ctet sententiam. Atqui sequitur lectionem Grecam Au-
thor, quum vertit vbiq; ille vos duceat in omnem
veritatē, Græcè, ὁμολογήσει, pro eo quod vulgatus Latinus
Interpres, & B. August. loco citato: doceat omnem veri-
tatem. Quo fit etiam, ut non placeat lectio Anglici co-
dicis: & docturum illum; sed retinimus cum 3. MS.
Patic. cod. acturum. Ex tribus interim MS. Patic. ca-
pitamus: Aduersarius enim spiritus ex diuersitate
prædicationis appareret, & supplemus: Antè quis
de hæreticis sit necesse est, & tunc de insti-
tuto.

CAP. III.

11. Sed an onerosa Monogamia, &c.] Caput hoc
inscripsimus: Quod nihil noui sit Monogamia, ex
eo quod Christus & Apostoli ipsi continentes cō-
tinentiam prætulertint nuptiis. Est verò Tertulliani-
cum illud: viderit, non semel hoc ipso libro repetitum. Hic
autem etiam in hoc errat, quod eodem argumento colligat
potuisse suum Paracletum determinare totam &
solidam virginitatem, vtpotè quum neque ipse Christus,
neque Apostoli nuptias excluderint.

12. vt & ipso spadone, &c.] Christum intelligit
virginem ex Virgine, quem admodum loquitur B. Hieron.
lib. 1. aduers. Iouin. de quo infra quoque Auctor cap. 5.

Christus inuuptus in totum.

13. ad quem spectans & Apostolus, propterea
& ipse castratus, continentiam inuault, &c.] Eo-
dem modo infra cap. II. Ceterum malebat omnes id
esse quod & ipse; pro quo paulopost: velle transulit.
Suppleimus autem: ad quem, ex Anglico MS. cod.
Adludat verò, & explicat illud Apostoli Pauli, quod
paulopost citat in hæc verba: Denique in hac specie
non est voluntas permittentis nubere. Aliud enim
vult (nempè non nubere) Volo vos, inquit, omnes sic
esse quomodo & ego; & deinceps: At vbi ad con-
tinentiam reflectit animos: Volo autem vos sic
esse omnes. Quod non aliter expressit supra lib. præced.
cap. 4. Quum nos verò ad exemplum suum hor-
tatur, vtiq; ostendens quid nos velit esse, id est,
continentes; patiter declarat, quid nos esse nolit.
Hinc eodem adludens supra Tom. 2. lib. 1. ad Vxorem cap.
3. Ceterum, inquit, nusquam ita nuptias permittrir,
vt non potius ad suum exemplum nos eniti malit.

Felicem illum qui Pauli similis exstiterit. Eandem
Apostoli Pauli castrationem à nuptiis, iterum in-
culcat infra cap. 8. quum de ceteris à Petro Apostolis, in-
ter quos Paulus, loquens dicit: Ceteros quum mari-
tos non inuenio; aut spadones intelligam necesse
est, aut continentes. Vbi etiam negat vxores fuisse,
de quibus Paulus 1. Cor. 9. Numquid habemus pote-
statem mulierem circumducendi? Valeat itaque E-
rasmus, qui Adnotat. noui Testamenti in priorem illum
Apostoli locum, coniugatum fuisse Paulum ex ipsis ver-
bis: Volo omnes manere sicut me ipsum, calumniosè
colligit; contendens debere ibi verti: Volo enim; non
volo autem; vt ad præcedentia referatur, quæ de con-
iugatis locutus est Apostolus. Verum præterquam quod
nonnunquam pro dè accipitur, sicuti econtrariò,
certè B. Hieron. lib. 1. aduers. Iouin. disertis verbis legit,
& interpretatur: Volo autem, &c. ad verbum serè
imitatus tres dictos locos Auctoris; adferens ad idem in-
stitutum continentia, etiam illud quod 1. Cor. 7. sequitur
apud Apostolum: Dico autem inuuptis & viduis; Bo-
num est sic permanserint vt ego. Quæ ipsa duo loca ad-
legat Epist. 22. ad Eustochium de custod. Virginit. contra eos
(quos audiendos negat) qui Paulum vxorem habuisse con-
fingunt; & posterius illud etiam similiter explicat Epist.
sæpè dicta ad Ageruchiam. Eodem verò modo legitur huic
Apostoli locum, & de continentia interpretantur B. Cy-
prian. lib. 3. Testim. ad Quir. cap. 32. B. Ambros. in Com-
ment. B. August. lib. de Oper. Monach. cap. 4. qui etiam
Apostolum Paulum non fuisse coniugatum ex eodem loco
probat lib. 1. De adult. coniug. ad Pollent. cap. 4. Sicut etiam
Graecorum Chrystostomi aliorumque in hunc Apostoli lo-
cum commentary. Illud verò: de ceteris à Petro Apo-
stolis aut spadonibus, aut continentibus, atque
adedò etiam B. Paulo, transcripsit bis lib. 1. adu. Iouin. B.
Hieron. Solus Clemens Alexandr. Strom. lib. 3. non solum
Petro, sed & Philippo Apostolo (hallucinatus in appel-
latione eadem Philippi diaconi, cuius 4. filiarum Prophe-
tidum Act. Apost. fit mentio cap. 21.) vxorem tribuit;
immò & Paulo, adlegans quandam eius Epistolam, in
qua suam commemorat coniugem; quod plerique referri
volunt ad illud Philipp. 4. σὺ ὄψεαι γυναῖκα, pro quo no-
ster interpres rectius: germane compar; ego verò potius ad
dicta verba 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem,
& mulierem circumducendi. Verum non est tanta eius
auctoritas (quippè cuius opera censentur Apocrypha à Ge-
lasio Papa) vt non potius aliis Patribus sit habenda fides,

qui

qui vtrumque illam locum aliter interpretantur; & no-
minatim B. Chrystost. aliisque Græcis, qui scribunt nihil ta-
le ex priori loco ad Philippenses posse conuinci, & potissi-
mum Theophylacto, qui acriter pugnat, ne Paulo tribuatur
vxor. De posteriori 1. Cor. 9. quomodo intelligatur ab Au-
thore & B. Hier. aliisque Patribus, vide supra lib. præced.
cap. 8. num. 42. Restat B. Ignatius, qui Epistola ad Phila-
delphenses, B. Paulum inter coniugatos collocat; sed adno-
tauit vir nō vulgaris eruditionis & auctoritatis Richar-
dus Maleus Anglus, vidisse se Oxonia eiusdem Auctoris
exemplar vetustissim. in quo nulla fiat Pauli mentio.

14. Nihil enim bono contrarium nisi malum,
&c.] Paulo latius hic tractat quod præced. lib. adigit ca.
3. ex quorum vtroque ipsa penè verba transcripsit B. Hier-
on. lib. 1. adu. Iouin. quæ quomodo intelligi possint, vt non
dammetur prima nuptia, ostendit Apol. ad Pammachium.
Supplemus autem mox ex Anglico cod. quomodo in
matrimonio quis suo placeat.

15. Denique quum dicit: Melius est nubere,
quàm vri, &c.] Etiam istud ipsidem penè verbis prosequi-
tur supra dict. ca. 3. lib. præced. de Exhort. cast. & post Au-
thorem B. Hieron. Vtroque loco iam citato. Sine autem le-
gas cum cod. Angl. MS. Ceterum si per mali compa-
rationem, siue cum aliis: collationem, non refert. Ve-
rum ex eo supplemus; fit ergo iam non melius, &c. Si
tamen discedas à comparatione mali vtriusque.

16. Sed & Ioannes, &c.] Ista ex Epist. Ioan. 2. &
3. scripturas alibi non habet Auctor, in quarum posteriori
vertit ad verbum: castificat se, sicut & ipse castus est,
quod Græcè est ἁγιάζει ἑαυτὸν, & ἁγνός. Illud verò
Leuitic. 11. supra etiam adduxit lib. præced. cap. 10. sed hic
rursus peculiariter citatur illud Ecclesiæ 3. Tempus
omni rei, in quo etiam illum B. Hieron. Epist. de Monog.
sequitur, adferens ipsa verba: Tempus amplexandi &
tempus longè fieri ab amplexibus. Atqui de Proverbiali
formula: supremam fibulam imponere, videantur
nostra Prolegomena.

17. annis circiter centum sexaginta inde produ-
ctis, &c.] Inde, id est, sicut antè præmisit: post Aposto-
los. Inducitur autem hic etiam Tertulliani, quæ Librum
huic scripsit, quantum colligit ex lib. 1. adu. Marc. cap. 15.
Vittinus, anno xv. Seueri Cæsaris; verum de ea latius
in vita eius. Atqui paulopost supplemus ex Anglico MS.
cod. vnica nuptias competisse.

18. In hoc quoque Paracletum agnoscere de-
bes aduocatum, &c.] Adludat ad significationem vo-
cis παρακλητός, quæ aduocatum significat; sed ridicu-
la est adplicatio Auctoris.

CAP. IIII.

19. Secedat nunc mentio, &c.] Titulum huic capi-
ti imposuimus: De antiquitate Monogamiæ in Ada-
mo & Eva. Vbi repetit eadem quæ lib. præced. cap. 5. etiam
quæ de Lamech adiunguntur duabus maritato; & si-
militer B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin.

20. ipse census generis humani, &c.] Vt hinc cō-
firmatur nostra sententia, cuius supra memin. lib. 1. adu.
Marc. cap. 21. num. 149. quod Auctori census serè capia-
tur pro origine primæ. nam quod hic census, loco iam di-
cto originem dixit, & similiter initio cap. sequi. Eodem
modo accipitur etiam infra cap. 5. quum dicitur: initium
quod tibi & in Adam censetur, & ita census no-
ster transferunt in Christum; item: an idipsum de-
beas huic quoque censui secundo; denique in Chri-
sto nouans censum. Rursum c. 6. Non enim passius
tibi census est in illo, & cap. 8. in Christi censu.

Suppleimus autem paulopost: Alioquin si Deus vo-
luisset, esse & potuissent, ex 3. Patic. MS.

21. in fratricidio dedicatum, &c.] Verbo: dedica-
re (inquit Rhenan.) libenter vititur; & post hunc Cypria-
nus Martyr & B. Hieron. Ita lib. de Resurr. carn. cap. 10.
De materia potius subiacente volunt ab illo vni-
uersitatem dedicatam; & paulopost in hoc ipso de Mo-
nogamia libro: In imaginem Domini dedicatus est.
Castigamus verò hic ex Anglico codice: duabus marita-
tus, pro: maritus.

22. semel defensæ, &c.] Id est, vindicatæ, eadem
phrasi qua supra Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 18. vertit in
Deuteron. Mihi defensam, quod alij vindictam. Vult
enim, quod iniquitates quæ diluuium prouocau-
erunt, semel (vbi iterum: semel accipitur pro semel dum-
taxat) vindicatæ sint, at duo matrimonia Lamech
septuagies septies.

23. Sed & reformatio secundi generis humani,
&c.] Hæc amplius habet quam supra Auctor de Mo-
nogamia Noe & filiorum eius, ac de binis animalibus
masculo & femina inductis in arcam, Gen. 6.
& 7. Quæ tamè ipsa transcripsit B. Hieron. in Epist. suam
ad Ageruchiam de Monog. Atqui nouam periodum di-
stinximus iuxta omnes Bibliorum aditiones: De anima-
libus volatilibus, &c. Vsurpatur autem hic mæchia,
pro adulterio, sicuti adnotauit Rhenanus.

CAP. V.

24. Hæc quantum ad primordiotum testimo-
nium, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod ad
initium omnia reciprocanda sunt. Quæ materia huic
libro peculiaris est, repetitur tamen penè ab verbis tota à
B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin.

25. Ideoque quos Deus ab initio coniūxit, &c.]
Sic restitimus huic locum ex Anglico MS. cod. pro eo
quod erat: quod Dominus, quantumuis Euangelista
Matth. 19. ca. habeat: quod, tum quia hic sequitur: duos,
tum quia illud legit etiam infra cap. 9. Vbi de repudio
latius; & verò apud aditiones omnes: Deus, legitur, non
Dominus.

26. Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios:
Deum, &c.] De hoc loco Ephes. 1. vide Adnotat. nostras
supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 17. num. 261. Sine au-
tem legas cum Anglico cod. MS. super terras, siue: ter-
ram cum aliis, perinde est.

27. Sic & duas Græciæ litteras, &c. sibi induit
Dominus, &c.] Eleganter dictum (inquit Rhenan.) Sic
Tacitus: Etiam aduersus nos hostilia induerat; item: Ma-
gnum animum induisse. Et de Agrippina Germanici Cæ-
saris vxore: Munia ducis per eos dies induerat. Tertullia-
nus in Apologetico cap. 35. Honestæ res est, sollempni-
tate publica exigente induere domui tuæ habitum
aliciuius noui lupanaris. Hic loci autem ad verbū pe-
nè descripsit B. Isidorus tacito Auctoris nomine, more suo,
Etymol. lib. 1. cap. 3. Aliam verò expositionem habet Epi-
phan. in Ancorato, qui inde geminam Christi naturam
colligit, & Origen. Tom. 1. in Ioannem, vbi de vtriusque
litteræ significatione latissimè. Verum non est probanda il-
la hereticorum Marci & Colarbasii, qui (vel ipso Au-
thore teste supra sæpè lib. de Præscr. adu. hæret. cap. 50. h. ar.
15.) nouam hæresin ex Græcorum Alphabeto dicto-
rum verborum occasione composuerunt.

28. Et aded in Christo omnia reuocantur, &c.]
Exempla qua hic adfert, de reitu ad præputiationem
seu integritatem carnis à circumcissione, de liberta-
teborum, de repudij cohibitione, de homine in

paradisum reuocato; non conuincunt matrimonij ta- lem indiuiduitatem, quæ plures interdicit nuptiis. Et verò etiã hic Auctorem imitatur B. Hieron. lib. 1. adu. Iouinian. Castigamus autem ex tribus MS. Vatic. cod. in- de dimittit est. pro: demissus; non enim in celo, sed in terra paradisum existere, supra ex Tertulliano ostendimus Tom. 4. ad Fragmenta lib. de Paradiso in Adnot. nostris. Ex istisdem supplemus: in Adam cenetur, & in Noë recenetur; nam & sequitur: in ambobus.

29. quod etiam primus Adam ante exsilium, &c.] Hinc apparet in eo quod præmittitur: Christus in- nuptus in totum, ac uti in nuptum pro: Virgine & spadone, sicuti mox loquitur. Nam nuptus fuit in para- diso Adam, sed opera nuptiarum non legitur adimplesse; quod, ni fallor, etiam alicubi supra habet Auctor. Hinc & B. Hieron. distans verbis lib. 1. adu. Iouin. & Epist. ad Eu- stoch. de Custod. Virgin. in paradiso virgines permansisse scribit Adam & Euam, eiectos de paradiso copulatos ef- se. in eo verò, quod ratione Ecclesie, Christum Mono- gamum vocat, imitatur etiam B. Hieron. Epist. de Mo- nog. Lepedita. Legimus verò ex 3. MS. Vatic. cod. etiam se- cundo loco: occurrit, ubi prius erat: Monogamus in- currit.

C A P. VI.

30. Sed adhuc nobis quæramus, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod Abraham, Dauidi, ac Salomoni Digamis; opponantur Monogami Isaac, Ioseph, Aaron, & Moyses. In quo partim etiam imitatur Au- ctorem B. Hieron. ubi supra, & partim lib. 1. adu. Iouin. Supplemus autem paulopost: Etiam Abraham te filiū exhibe.

31. Passiuus tibi census, &c.] Passiuum censum (inquit Rhenan.) vocat censum infinitum, vagum, libe- rum & licentem siue licentiosum. Sic in præcedentibus li- bris dixit: passiuum nomen Dei, passiuum conui- ctum, passiuos discipulos, & passiuam licentiam. Hoc vocabulo D. quoque Hieron. viuit, & Iulius Firmi- cus lib. 5. Mathæos: In oculorum tamen illecebris oculo- rum passiuus cupiditatibus incurrens Tamesi in aditione Firmici vulgata scriptum est possiuus, pro: passiuus.

32. Si enim ex fide filij deputamur Abraham, &c.] Similiter habet supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. 3. ubi ex- plicat Apostoli verba, hic clarius citata; in quibus vertit: nempe, quod Græcè est ἐξ ἐγώ, & alij vertunt: ergo. Le- gens etiam sicut Græci & B. Hieron. in Comment. Co- gnoscitis, pro eo quod alij: Cognoscite. Supplemus au- tem: deputatum est ei in iustitiam.

33. Aut si posteriorem, &c.] Rectè sic castigauit hunc locum Rhenanus; nam etiam B. Hieron. si (inquit) imitatur Abraham vxorum numerum, imitemur & cir- cumcisionem; neque enim in parte sectandus, in parte repu- diandus est. Castigamus verò ex Anglico MS. cod. neces- sariò: Digamus cum circumcissione esse orsus est, pro: à circumcissione; præcessit enim cap. 16. Digamia Abraham per ancillæ concubinatum, circumcissio- nem ipsius, cuius cap. 17. fit mentio, sed penè eodem tem- pore vitrumque contigit. Supplemus etiam ex 3. Vatic. MS. cod. Proinde et si digamiam iam tibi intuleris.

34. Si ex libera es ad Isaac pertinens, hic certè, &c.] Sic emendauimus ex vno MS. cod. Vatic. pro: perti- nens. Similiter autem B. Hieron. Porro Isaac vnus Rebecca vir, digamia suggillat lasciuiam. Repetit id ipsum de Isaac infra cap. 11. & 16.

35. alicuius Dauid, &c.] Etiam istud transcripsit B. Hieron. eodem lib. & Epist. de Monog. Sic autem dixit

hic: alicuius Dauid (inquit Rhenan.) & mox: alicuius Salomonis, & paulo antè: nostri alicuius Auctoris, & lib. de Carne Christi: in Lazaro aliquo, item: in ali- quo Zacharia, rursum: aliqui Lucanus, hic māv: (se- cundum aliquem Epicurum, item ad finem: Sed Her- mogenum aliquem, & mox: Nec Ioannes aliqui Christi spado.

36. Salomonis etiam vxoribus diuitis, &c.] Nec istud reituit, citās ex 3. Reg. 11. quod 700. habuerit vxo- res, & 300. concubinas, & alias innumerabiles.

37. habes & Ioseph vniugum, &c.] Sicut sic legas, siue cum 3. Vatic. MS. cod. Monogamum, non refert; quia autem addit: & hoc nomine patre meliorem, Iacob intelligit, qui sicut habetur Gen. 29. & 30. præter duas vxores etiam duas ancillas habuit, vnde & quadri- gamus à B. Hieron. appellatur, quum Ioseph vnam duxisset vxorem duxisset legatur, Gen. 41.

38. Habes Moylen Dei de proximo arbitrum, &c.] Propriè (inquit Rhenan.) & eleganter hic vsus est arbitri vocabulo. Arbitr enim interdum obseruatorem significat. Linius: Per deos sacerdos arbitros & testes. Cy- prianus Martyr ad Donatum: A cne eloquium nostrum ar- biter prophanus impediatur. Tertullianus in Apologeti- co, ca. 7. Quum semper etiam impij initiationes ar- ceant prophanos, & arbitris careant, & lib. de Pal- lio, cap. 2. Quā Iordanis amnis finium arbiter, vasti- tas ingens. Quibus adde similem locum infra cap. 8. Ta- les arbitros infans Dominus expertus; quo loco ad- ducit Rhenan. etiam illud ex Apolog. quia nec vereba- tur arbitros extraneos. De vnica autem vxore Moyli, Videre est Exod. 2. De Aaron verò, Exod. 6.

39. Secundus quoque Moyses populi secundi, &c.] Rectè idem adnotauit hic Iesum Naue intelligi, quippe qui & secūdi populi, priore populo profusus mor- tuo præter ipsum & Caleb, dux existit, & in quo pri- mō nomen Domini (Iesus nempe) dedicatum est. Atqui quem Auctor videtur Monogamum sacre, B. Hieron. lib. 1. adu. Iouin. virginem fuisse significat in hac verba: Ostende mihi (inquit) Iesum Naue vel vxorem ha- buisse, vel filios; & si potueris monstrare, victum me esse fatebor; ubi pulcherrimè omnia illius facta ad mysticum sensum interpretatur. Atqui ibi: qui imaginem no- stram, & c. adnotat Rhenanus esse figuram Græcam, ac si dicat: secundum imaginem.

C A P. VII.

40. Post vetera exēpla, &c.] Titulus huic capiti impo- sumus. Quod alia sit ratio veteris & nouæ Legis, & tamen de sacerdotum & filij sacerdotis Monoga- mia id ipsum definiunt. Vbi iterum imitatur Aucto- rem B. Hier. & hic quadam repetuntur supra adducta li- de Exhort. cast. c. 6. n. 32. & c. 7. n. 37. Est autē planè Ter- tullianica phrasis (vbi etiam adnotauit Rhenan.) de om- ni paratura nostra retractemus, item vox: concessa- rint; & non multopost: decurrere habebat.

41. vt quis fratris sui vxorem, &c.] Tractat hic la- tē hanc scripturam Deuter. 25. quam patris adigit supra Tom. 3. lib. adu. Marc. ca. 34. nu. 547. Supplemus autem ex Anglico MS. cod. ex eis esse quæ euacuata sunt Legis.

42. Tertio; quoniam spadones & steriles igno- miniosi habebantur, &c.] Quos hic ignominiosos mox maledictos dixit. Istud verò ipsum clarius expres- sit B. Hieron. Epist. 2. 2. ad Eustoch. de Custod. virgin. Alia fuit in veteri lege sœlicitas. Ibi dicitur beatus, qui habet se- men in Sion, & domesticos in Hierusalem, & Maledicta sterilis

sterilis quæ non pariebat. Vnde autem id postremum ver- que sumptis, inquit at diligens Lector: saltem colligi potest ex præcedenti Iſai. 31. scriptura à contrario sensu. Est iterum verò vox Tertullianica: præuentu, pro: præuentione.

43. postuma soboles supparabatur, &c.] Eodem modo loco iam citato Auctor: Fratri eius suppararetur semen defuncti. Supparandi enim verbum (inquit Rhenan.) non est infrequens in Tertulliani scriptis. Ita lib. de Cultu seminarum, cap. 7. Ne exuiuis alieni capitis forsitan immundi, forsitan nocentis & gehēnæ de- stinati, sancto & Christiano capiti supparet. Libro aduers. Valentianum, cap. 4. Quantū lupe femina formam quotidie supparare sollemne est; significat enim sufficere, substituerēque. Inde supparaturæ vocabulu- lum, lib. de Resurrect. carnis ca. 6. 1. Neque generis sup- paratura grauis erit membris.

44. & desuit via acerba à patribus manduca- ra, &c.] Sicut iterum citato Auctor. Reposuimus, pro eo quod hac in numerum pluralem mutauerat Rhenan. ex MS. 4. cod. eo quod etiam Hier. 31. & Ezech. 18. singulari numero le- gatur: Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filio- rum obstruerunt; sicuti etiam supra citauit Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. 15.

45. & spadones non tantum ignominia carue- runt, &c.] Istud sic dilatauit vbi supra B. Hieron. Nunc eunuchos dicitur: (Iſai. 56.) Ne te lignum arbitreris ari- dum; habes locum pro filiis & filiabus in caelestibus sempiternum.

46. in Domino habet nubere, id est, non ethnico, &c.] De hac huius loci expositione (quam repetit infra cap. 11. & supra lib. 5. adu. Marc. cap. 7.) vide latè tracta- tum ab Auctore lib. 2. ad vxorem cap. 1. num. 1. & 2. Vbi etiam citantur aliquot scripturæ veteris Testamenti ex B. Cypriano. de adempto coniugio Allophylorem. Mi- rum autem ab illis non citari veterem legem Iudic. 34. ad quam haud dubie adludit Auctor, ubi legitur: Non acci- pias vxores de filiabus alienigenarum filius tuus, ne traducant eos post Deos alienos. Quod ipsum repetitur Deuter. 7. Propter quod Salomon reprobus est à Deo, 3. Reg. 11. & laudatus Esdras, qui tales nuptias filiorum Israël semel se- parauit. 1. Esdr. 10. Fratrem autem accipit pro Christiano.

47. Quicumque sumperit fratris vxorem, &c.] In hac scriptura Leuitici 20. mirum est quod legatur ab Auctore: turpitudine dumtaxat, quum legatur iuxta e- ditiones tam LXX. quam Hebraeam & Chaldaicam: tur- pitudinem fratris sui reuelauit, & hodie LXX. plurali numero legant: absque liberis morientur; quare & hic ita legimus, pro: morietur.

48. quum ad Epistolam ipsius venerimus, &c.] Intelligit caput infra cap. 11. ubi Apostoli prædicta verba cui vult nubat, tantum in Domino, latius tractat.

49. Filiam quoque sacerdotis, &c.] Clarius B. Hieron. sacerdotialis vidua in domo inbetur sedere patris sui, nec secundum nosse matrimonium, sed Auctor sequi- tur verba scripturæ Leuit. 22.

50. sacerdotes nos Deo patri fecit, &c.] De intel- lectu verò huius loci & verborum quæ sequuntur simi- lium, vide lib. præced. cap. 7. num. 39.

51. Super omnem (inquit) animam defunctam, &c.] Comparat etiam in hoc legem Euangelij cum Moysi lege, quod sepelire patrem suum prohibeatur sacerdos ma- gnus, Leuit. 21. quare etiam apud Auctorem subintelligi debet quod pauloprius de Iesu dictum est, summus sa- cerdos seu magnus; nam alioqui sacerdotibus aliis lice- bat intrare super animam patris, matris, fratris & sororis

virginis, vbi habetur initio eiusdem capitis. Hinc etiam B. Hieron. de magno sacerdote id ipsum citat Epist. 25. ad Pau- lam, de Obiit Blesilla.

C A P. VIII.

52. Nunc ad legem propriè nostram, &c.] In- scriptionem huic capiti fecimus: De noua Legis Mo- nogamia in Zacharia, Simeone, Anna vidua, ac Petro Apostolo, & continentia Ioannis Baptiste, matris Christi vniuiræ, ac ceterorum Apostolorū. In quo & potissimum de Petro aliisque Apostolis, ad verbum ferè Auctorem imitatur B. Hieron. lib. 1. adu. Iouinian. Supplemus verò ex 4. MS. cod. id est, ad Euā- gelium. De Proverbio autem: quasi in limine occurre- re, vide nostra Prolegomena.

53. alia integra in Ioanne antecurfore, &c.] Cō- tinentiam inde probat B. Hieron. quod quum (sicut ha- betur Luc. 1.) venerit in spiritu & virtute Helix, etiā virgo sit, vtpote qui non solum in spiritu eius venerit, sed etiam in castitate; quale quid & Auctor indicat sub hu- ius capitis finem. Falsum inde probatur, quod legatur san- ctificatus ex vtero matris suæ.

54. initiaret, &c.] Quum prius dixit: baptizare Christum, hic effert: initiare corpus eius; Metaphora sumpta ab ethnico, qui sicut legitur supra Tom. 3. lib. de Baptis. cap. 5. sacris quibusdam per lauacrum initia- bantur, Iſidis alicuius, aut Mithræ; vbi de eo in Ad- not. nostris num. 29. & 30. & lib. de Prescript. cap. 40. num. 240. & 241. ad illa verba: Tinguat & ipse (dia- bolus nempe) quosdam vtique credentes & fideles suos; expiationem delictorum de lauacro repro- mittit, & sic adhuc initiat Mithræ.

55. Semel nuptura post partum, &c.] Gelenius substituerat, vt cum orthodoxi consentire videretur Au- ctor: ob partum; verum, quum illud legant tres MS. Vati- tic. cod. iterum reposuimus, quātumuis erroneum, itē quod eundem errorem de nuptiis B. Mariae post partum habeat supra Tom. 2. lib. de Felandis virginibus, cap. 6. num. 48. & Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 23. num. 174. tum quod eundem illi impingat B. Hieron. lib. adu. Heluidium, qui eum pro se citauerat. At respondet: De Tertulliano nihil amplius dico, quam Ecclesie hominem non fuisse. Verum de hoc latius inter ipsius paradoxa, in nostris Prolegome- nis. Atqui dispungeretur, formula (inquit Rhenanus) loquendi Tertulliano frequentissima. Sic libro de Resurr. carnis, cap. 14. Causa iudicij per tot substantias dis- pungenda, per quot & functa est.

56. Vir iustus & cautus, &c.] Necessariò sic hunc lo- cum restitimus ex 3. Vatic. MS. pro eo quod substitutum fuerat à sciolo quodam: castus, quod de castitate hic agat Auctor; verum vox Græca Luc. 2. δὴλας, sicut propriè cau- tum significat, deriuata ab δὴλας βέβαιος, quod cauere si- gnificat, castum verò nequaquam; sufficit Apostolo ad- dicere ad suum institutum: & vtique non digamus. Legimus ex istisdem: vel ne indignius mox Christus à fœmina prædicaretur, & c. pro: dignius; vtpote quum hoc velit Auctor, quod vir iustus primus Christum agnouerit, ne indignum videretur, si primū à fœmi- na prædicaretur.

57. Petrum solum inuenio maritum; per focrū, &c.] Hunc locum citatum & tractatum habes supra num. 13.

58. per Ecclesiam quæ super illum ædificata, &c.] De hoc aliquid adnotauimus supra sepedito lib. de Prescript. adu. heret. cap. 22. num. 134. sed latius infra lib. de Pndicia, cap. 21. Rectè autem Gelenius restituit: col-

locatura, vixit qui de Ecclesia loquatur, pro eo quod Rhenan. collaturus, sen. collocaturus.

59. Nec enim si penes Græcos, &c.] Et hunc locum etiam sup. lib. ostendimus num. 42. imitatio veteres in expositione huius scripturæ 1. Cor. 9. Quod verò adicit: esse proprium vocabulum vxorum; hoc vult: apud Græcos præter vocabulum γυνή, quod commune est mulieribus & vxoribus, reperiri voces vxoribus proprias; cuiusmodi sunt, γαμέτης (nam γαμέτης maritum significat) & γαμέτης, πρεβγαίτης.

60. quod in sequentibus facit, &c.] Intelligit cap. 11. vbi de matrimonio disputatur, quum dicitur: Omnis viri caput Christus est, &c.

61. obire, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) exequi. Sic lib. de Eug. in perfec. cap. 1. Quo facilius de obitu eius cōstare possit. Et alibi: ob eundem grauitatis.

62. Quum puerorum dicit esse regnum celorum, &c.] Videtur mihi his verbis adludere ad illud Math. 18. Vbi puerum stans in medio discipulorum, facit eum maiorem in regno celorum; & sequentibus: quum confortes illis facit alios post nuptias pueros, ad Math. 19. Istorum enim est regnum celorum: quod protulit, postquam de nuptiis fecit mentionem. Si alij scriptura alia occurrit, per me licet vi ad marginem adnotet.

63. auis non tantum innocuæ, verum & pudicæ, &c.] Quod Plinius lib. 10. cap. 34. omnibus columbis, sicut etiam hic Auctor, B. Hieron. turribus solis videtur adscribere, ut nempè si parem perdidit, numquam alteri iungatur. Quod respexisse videtur etiam Salomon Cantic. 6. quum dixit: Vna est columba mea.

64. vt adulterum ostendat numerosum maritum, &c.] Istud ad hæresin pertinet Montani; quo fit etiam vt detorqueat verba Christi ad Samaritanum Joan. 4. ad secundas nuptias, quum tamen ille loquatur de eo qui adharebat illi, non in nuptiis, sed in fornicatione, sicuti B. August. & Græci Commentarij interpretantur; B. Hieron. quum simile quid dixisset li. 1. adu. Iouin. postea Apolog. ad Pammach. sic interpretatur, vt non referatur ad secundas, immò & secundas nuptias, sed ad prostiutam.

65. Totiens enim voluit celebrare eas, &c.] Similiter quidem istud ad Monogamiam confirmationem adducit B. Hieron. sed eo instituto, vti virginis nuptiis præferat, non vt secundas nuptias damnet, quem admodum repetit dicta Apologia.

C A P. IX.

66. Sed hæ argumentationes, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod pro Monogamia faciant sententiæ Christi in retractatu repudij. Vbi in hoc hæresin Montani sequitur, quod illa verba Math. 19. & qui dimissam duxerit, adulterium committit, interpretatur; non solum de repudio olim Iudeis permissio per Christum interdicto, sed & illo quod per mortem alterius coniugium committitur, sicuti supra paucis adigimus Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 34. & inter Paradoxa in Prolegomenis; indicatur aliquot locos Patrum, qui longè aliter locum Christi de repudio interpretantur.

67. quia ab initio, &c.] Vix superflua hæc, omissa, quæ alioqui minus congruam orationem redderet, supplementus: quia ab initio non fuit sic, ex Anglico MS. cod. maximè quum sic legatur Math. 19. & supra quoque c. 5. insuper loco iam citato.

68. Igitur, si quos Deus coniunxit, &c.] Argumentum quod pro dicto errore suo adfert Auctor, à contrario sensu, non concludere sciunt Dialectici.

69. Non & nubere legitime potest repudiata?

&c.] Necessariò sic legitimus cum interrogationis nota sub finem periodi, pro: Nam, accipientes: Non, more Tertulliano, pro: Nonne. Alioquin enim sibi bis Auctor contradiceret. Primum, si diceret legitime posse nubere repudiata; deinde, si vellet, propriè dumtaxat à Christo ibi accipi adulterium, pro: crimine in matrimonio, quum immediate subiungat iuxta sensum verborum Christi hic citatorum clarissimum: vt in totum, siue per nuptias, siue vulgo alterius viri admissio, adulterium pronuntietur à Deo; & paulo post clarius: nobis est repudietur, ne nubere quidem licebit; quod pertinet etiam illud infra cap. 11. quia repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum præceptum. Quæ verba adnotati digna, ad excusationem Auctoris, cui ab Erasmo impingitur, quasi ille permissum à Christo diuortium dixerit, tam à conubio, quam à cōubernio; ad id citante verba Auctoris dicti lib. 4. adu. Marc. cap. 34. Ita si conditionaliter prohibuit dimittere vxorem, non iam totum prohibuit; & quod non prohibuit in totum, permisit. Neque enim aliud vult Auctor quàm non prohiberi omne diuortium, sed dumtaxat illud, quo dimittebantur vxores vt alias ducerent, atque adeò permitti tale diuortium, quod fornicationis gratia factum dirimatur à cōubernio, non à conubio; nam manente (inquit ibidem) matrimonio nubere, adulterium est. De eodem aliquid adigimus supra Tom. 2. lib. 2. ad vxorem, num. 4.

70. non capit elogium adulterij, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) nomen siue titulum & infamiam adulterij. Hoc vocabulo libenter vitur Tertullianus; vt in Apolog. cap. 2. Vt de nostris elogijs loquar.

71. Matrimonium est, &c.] Conuenit hæc matrimonij definitio ad ea tempora, quibus adulti, nonnumquam etiam coniugati, admittentur ad baptismum, per quem, aut fortassis etiam aliam quampiam extera crimina, illa coniunctio signabatur, id est, obsignabatur (nam alibi supra eadem significatione accipitur) & confirmabatur. Atque hoc est quod scribit B. Ambros. in Comment. Epist. 1. ad Cor. 7. Si ambo crediderint, per cognitionem Dei confirmatur coniugium.

72. Adulterium est, quum quoquo modo, &c.] De eo quod fornicationem omnem Auctor adulterium nuncupet, vide supra dicto loco num. 542. Atqui paulo post sic legitimus, & ex Anglico codice supplementus: Tam repudio matrimonium dirimente quàm morte, non tenebitur ei cui per quod tenebatur abruptum est? Cui ergo tenebitur? Nihil Deo interest, &c.

73. vt apud Romanos, &c.] Seruius Sulpitius (inquit Rhenan.) in libro quem composuit de Potibus, tum primum cautiones rei vxoriae necessarias esse visus scripsit, quum sp. Carbilus, cui Ruga cognomen tum fuit, vir nobilis, cum vxore diuortium fecit, quia liberi ex ea, corporis vitio non gignerentur, Anno Urbis condite quingentesimo vigesimo tertio, M. Attilio, P. Valerio Coss. Ex Aulo Gellio. Septimius noster in Apologetico, cap. 6. Vbi est (inquit) illa felicitas matrimoniorum, de moribus vtique prosperata, qua per annos ferme sexcentos ab Urbe condita nulla repudium domus scriptum: Quo fit vt etiam hic legi malim: circa annum sexcentimum, aut post annum quingentesimum, factus est enim error in numeris, sed quia post annum sexcentimum legunt etiam MS. cod. nolui immutare.

C A P. X.

74. Video iam hinc ad Apostolum nos prouocari, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod viro defuncto

defuncto diuortiu potius videatur quàm separatio, atque adeò non posse alteri nubere. Sed etiam hoc ad Montani somnia pertinet. Supplementus autem sic hunc locum ex Vatic. MS. non multo post: ex Lege Dei, non ex hominis offensa.

75. A quo repudium non audit, &c.] Refert hoc Rhenanus ad Inreconsultorum Repudij formulas: Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito. Idem adnotat accipi animi licentiam, pro: potestatem.

76. quæ non habet, imaginario fructu repræsentat, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) Imaginem talium rerum animo obiciens. Sic L. Florus Anaristicum vocat imaginarium & scencium regem. Inuictus quoque (inquit) non à veris regibus, sed ab illo imaginatio & scencio rege superatus est. Accipitur autem hic iterum: repræsentat, pro: præsentia reddit. Pro eo verò quod legebatur: Ergo hoc magis ei iuncta est, legitimus cum 3. cod. Angl. MS. vincita; nam adludit ad Apostoli locum 1. Cor. 7. quum tractat ex professo cap. sequenti.

77. Enimuerò & pro anima eius orat, &c.] Similes locos habes lib. præced. de Exhor. cast. cap. 11. num. 56. Eodem pertinet etiam illud sub huius cap. finem: Et orabis pro maritis tuis. Legimus autem iterum ex 4. MS. Enimuerò, pro eo quod erat in vno dumtaxat; & ex 3. Vatic. MS. orat, ad postulat, & offerat: pro: orat, ad postulat, & offerat; quæ Rhenan. subtraherat ex coniectura.

78. Aut numquid nihil erimus post mortem, &c.] De hoc vide supra Tom. 3. lib. de Resurrect. carn. cap. 1. num. 4.

79. agniture tam nosmetipsos quàm & nostros, &c.] Locos similes videre est apud B. Cyprian. Epist. 56. ad Thibaritan. num. 33. & lib. de Mortal. num. 48. Legimus verò omisso: si, superfluo iuxta Anglicum MS. cod. substantia, non conscientia, reformabimur.

80. licet mercès varia, &c.] Etiam hic locus facit pro: mercede operum; item quod sequitur: vno denario eiusdem mercedis operati, id est, vitæ æternæ. Legimus autem ex MS. Anglico, sulo Tertulliano: in qua magis non separabit, &c. quàm in ista minore, &c. pro: qui. Sive verò legas cum 3. MS. Vatic. et si ad alterutrum sermo est, sive cum alijs: ad alterum, non refert.

81. vbi etiam cogitatus, &c. adulterium antè perficit ex concupiscentia, &c.] Adludit ad illud Math. 5. Qui viderit, &c. sed non rectè interpretari id eum de matrimonio, supra adnotauimus lib. præced. cap. 9. num. 47. Pertinet adeò etiam ad Montani hæresin quod addit: in quo si & alius habitabit, hoc erit crimen.

82. & matrimonium, ex voluntate, &c.] Istud confirmat communem Patrum & Iureconsultorum sententiam, quod etiam sine congressu carnis matrimonium faciat voluntas, siue consensus; quo adeò etiam approbatur B. Virginius & Ioseph matrimonium apud B. August. lib. 1. de Nupt. & concupisc. cap. 11. Et disertis verbis etiam illud adfirmat B. Chrysost. hom. 32. Oper. imperf. & B. Ambros. lib. de Iustit. virgin. cap. 16. Verum inde non sequitur, quod iam præmisit Auctor.

C A P. XI.

83. Vt igitur in Domino nubas secundum legem & Apostolum, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De Apostoli loco, quo mortuo viro permittit mulieri nubere in Domino. Castigauimus autem ex Angl. cod. MS. in Domino, pro: in Deo; & supplementus: secundum legem & Apostolum, quia adludit

ad scripturas vtriusque Testamenti, sicuti supra cap. 7. quibus prohibetur ethnici matrimonium.

84. id matrimonium postulans, &c. ab Episcopo, &c. à Presbyteris & Diaconis, &c. à Viduis, &c.] Istud ad veteres matrimonij initio Ecclesia visitatus ceremonias pertinet; & adnotati dignum quod sequitur: & coniungent vos in Ecclesia. Quem admodum etià illud supra Tom. 2. lib. 2. ad vxorem cap. 11. eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, & pater ratò habet; vbi vide adnotationes nostras num. 60. & 61. Atqui huc adludere videtur, nec satis priorem illam consuetudinem probare B. Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum in hæc verba: Predicator penitentiæ nuptias conciliat: qui Apostolum legit dicentem: Superest & qui vxores habent, sic sint quasi non habeant, cur virginem cogit vt nubat. Qui de Monogamia sacerdos est, quare viduam hortatur vt sit digama?

85. quomodo buccellas, &c.] Auctor ad vxorem lib. 2. cap. 5. (inquit Rhenanus) dixit: Non sciet maritus quid fecerit ante omnem cibum gustes? Et si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur. De illis buccellis loquitur, vt conicio, quas domum ferendas ab Ecclesie ministris accipiebant. Vbi vide Adnotat. nostras num. 36. & 37. item lib. de Orat. num. 1.

86. alienis iam Dotalibus scriptum, &c.] Ita (inquit idem) Auctor eodem lib. 2. ad vxorem, cap. 9. An idè sit inuestis Dotalibus, cui Deus censum suum credidit? Do talia autem bona dicebantur, quæ aut dotis loco, aut supra dotem dabantur fœminis iam nubentibus à suis nouis maritis.

87. Mulier vincita est, &c.] Profusus sic iterum restitimus ex Angl. MS. cod. pro: iuncta est. Præterquam enim quod non multo post illud ab Auctore legitur, Græcè est δέδωκεν, pro quo vertitur: alligata est, à B. Hieron. non solum in Vulgata versione Latina, sed etiam Epist. sepedita de Monogam. & lib. 1. aduers. Iouin. & Apolog. ad Pammach. Quis interim vna cum Auctore omittit vocem: lege, quæ tamen hodie & Græcè & Syriacè, & in omnibus exemplaribus Latinis legitur. Legit etiam, sicuti Auctor, B. Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 62. Mulier vincita est quam diu viuuit vir eius, & B. Basil. lib. de Virgin. Quo fit vt priori loco iam citato apud B. Hier. existimem superfluum esse vocem: viro, quippe quam alibi non legit. Supplementus autem mox ex 3. Vatic. cod. MS. omne obnoxium est numero, quomodo etià legebat Rhenan. in Adnot. suis, & edit. 1.

88. Si enim secundas nuptias permittit, &c.] Magis placet hæc Angl. cod. lectio, quam quæ erat: remittit, maximè quæ edit. 1. ad marg. inueniatur tertia lectio: admittit. Atqui rationes quibus hic vitur, quamquam non conuincant, latius tractatas habes, partim supra, partim infra. Vtpotè de verbis Apostoli, qui omnia ad initium recolligi in Christo adfirmat, cap. 5. & de Isaac, cap. 6. itè de toto Ordine Ecclesie de Monogamis disposito, cap. sequ. denique de tempore in collecto, lib. præced. cap. 6. Sive autem legas: tyro cinium nouæ, & quum maximè orientis, cum exc. siue: quàm maximè, cum 3. Vatic. MS. cod. non refert.

89. propter fornicationes, &c.] Ad verbum trāstulit quod Græcè est: ἀπὸ τῶν πορνείων; in quo etiam Auctorem imitatus est B. Hieron. li. 3. adu. Iouin. ter quater ve. Quare censio etiam sic legi debere apud illum Epist. 14. ad Celaniam, & Apolog. ad Pammach. pro eo quod habetur: fornicationem. Quod postertus tamen legit B.

Cyprian.lib.3.Tertim.ad Quirin.cap.32. & vertit etiam Syrus Interpres; qui legisse videntur cum nostro Fulgato Interprete, dicitur & πρὸς τὸν αὐτὸν. Supplementum autem paulo post ex Angl. cod. MS. in ethnicis matrimoniis non putabant post fidem sibi perseverandum.

90. Bonum esse homini si sic permaneat, &c.] Subintelligitur: respondit, aut quid simile. Atqui pervenit sensum Apostoli, dum illud: sic, interpretatur, utique quomodo à fide fuerit inuentus; quia vel ipso teste, aliam questionem hic diluit. Quam enim antea quæssissent de repudio ethnicorum matrimoniorum. Quærebant (inquit) & de Virginibus consilium; quod etiam B. Hieron. sepedito loco sic effert: Maritorum & Continentium disputatione præmissa, tandem ad virgines venit. Qui adeo rectius illud: sic, interpretatur: in Virginitate sicut & hoc, in eo quod præcedit: Existimo enim domum hoc esse; nec aliter ceteri Patres; nominatim Auctor Tractatus de Nativitate Domini, sub sinem, inter Opera B. Cypriani, & B. Augustini. lib. de Sancta Virginit. cap. 14. alique tam Græci quam Latini in Apostolum Commentatores.

91. Si autem acceperis uxorem, non deliquisti, &c.] Similiter etiam hic hallucinatur, dum subiicit: Quia ante fidem, &c. Solum autem eodem modo quo præcedit, quod aliam hic tractet materiam. Pro quo facit illud B. August. dist. lib. cap. 16. tractantis id quod sequitur: Ego autem vobis parco. Alioquin pressuram carnis habebit eiusmodi. Hoc modo exhortatur ad virginitatem continentiamque perpetuam, ut aliquantulum à nuptiis deterretur.

92. præ angustiis temporum, &c.] Nam (inquit Rhenan.) angustia temporum Ultimorum, recusant sarcinas matrimonij, putant liberos & similia. De impedimentis in hunc sensum, diximus iam bis in libris præcedentibus.

93. Quin potius, de Domino habendam sollicitudinem, promendo, &c.] Sic omnino restitimus, ubi erat: promerendo; neque enim illud scripturae Apostolum promeruit, sed deprompsit; omisso quoque &c. intermedio, legimus: quàm de marito; ita reuocat, &c.

94. Sic ergo in eodem ipso capitulo, quo definit: Vnumquemque, &c. adiciens: Mulier vincita est, &c.] Etiam hic sibi Auctor contradicit; nam illud: vnumquemque in sua vocatione debere manere, vel B. Hieron. interprete, ad Maritos & continentes pertinet; quod intermedium est, ad Virgines; istud vero: Mulier vincita est, &c. ad Viduas; quibus eis concedat secundas nuptias, digamiam tamen Monogamiae subicit. Quare neque recta est consequentia, qua Auctor concludit, etiam hic Apostolum loqui de viro à fide primo. Neque vero id convincitur ex illo: tantum in Domino, quia hoc quasi per parenthesin ab Apostolo adiicitur.

95. licet nec hoc Psychici curent, &c.] Pertinet hoc ad calumnias contra Orthodoxos, quos Psychicos, id est, animales vocat; qui tamen non mirum, si nihil adhuc certi definierint de matrimonio cum gentilibus, quum nihil ea de re ad id tempus usque ab Ecclesia definitum fuerit; usque adeo ut etiam B. August. adhuc suo tempore dubitasse videatur; confessus tamen B. Cyprianum illicitum agnovisse, nempe sicut supra dictum est, uti latius adnotavimus ad eius lib. de lapsis, num. 21.

96. Sciamus planè non sic esse in Græco authentico, &c.] Quomodo iudicet Auctor, olim 1. Cor. 7. lectum fuisse: Si dormit vir eius, pro eo quod hodie & sua iam ætate plerique, Si dormierit, non possum illa

coniectura assequi, nisi Græcè legerit: ἐάν δὲ κοιμηθῆ, pro eo quod hodie dumtaxat: ἐάν κοιμηθῆ; ut proinde: duarum syllabarum euerfio intelligatur de ommissis δὲ & ἔξ duabus syllabis. Quod quandoquidem voluisse videtur Auctor; propterea expungenda est particula; autem, & dumtaxat legendum: Si dormierit; nam neque hodie illud Latine legitur. Vt sit, certe B. Cyprian. Hieron. August. Ambrosius supra citatis locis, & Syrus Interpres, vertunt omnes: dormierit, & id significat qua legitur vox in exemplaribus omnibus Græcis κοιμηθῆ. Legimus vero ex Anglico cod. MS. Quam vis accipe, pro: quævis, ut: Quam accipitur, pro: vitam; quia prius locutus est de duabus mulieribus, una quæ iam in fide virum amiserit, altera cuius ante fidem morietur maritus.

97. Seruus vocatus est, &c.] Non posse hæc ad litteram intelligi sicut Auctor interpretatur, tanquam de quibus in noua & recenti vocatione consulebant Corinthiis, sed esse parabola nuptiarum & in nuptiarum; deducit B. Hieron. lib. 1. adu. Iovin. inter ceteras rationes, vel eo quod non possit intelligi, quomodo qui semel amputatum habet præputium, possit si velit demum illud adducere.

C A P. XII.

98. Audiet subtilissimam econtrariò argumentationem, &c.] Caput hoc inscriptum: De eiusdem Apostoli præcepto, quo Clerum Monogamie iugo adstrinxerat. De quo quum late etiam supra tractauerit lib. præced. cap. 7. sicut etiam de eo quomodo laicos sacerdotem appellet, vide ibidem Adnotat. nostras num. 39. Hic hoc dicemus, quod conuersio illa sumptæ orationis quam inculcat, nihil concludat. Legimus autem phrasin Tertullianicam ex Angl. MS. cod. An ordo aliqui, pro: aliquis; qui legit etiam: & inflammamur in Clerum; sed placet: inflammur, quia præcedit: extollimur.

99. & pares sumus, &c.] Sic adiciones omnes Gallica, & MS. 3. Pat. pro quo edito Basil. ex castigatione Gelenij partes; Harrisius vero coniecit legendum: impares. Verum eo quod præcedit: deponimus infulas, magis prima lectio conuenit.

100. sua fronte proponi, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) non coactè, & in vnam partem torquendo, sed liberè & apertè. Sapit Proverbum. Atqui etiam hoc ad calumnia contra Orthodoxos pertinet: Omnia licent Episcopis, & quod addit de Vthinensi & de Digamij qui præstebant; quum Digamia ab initio Apostolicis etiam Canonibus sit interdicta Episcopis.

101. Sicut ille vester Vthinensis, &c.] Vthina (inquit idem) oppidum est Africa, colonia Romanorum. Non agnoscebat autem, ut videtur, notam Montani Prophetiam Vthinensis Ecclesia. Notat Episcopum de illicita Venere, quum dicit: nec Scantiniam timuit. P. Scantinius legem tulit, qua pederasti graui supplicio afficiuntur. Supplementum autem mox: recede & à reliquis titulis disciplinæ.

102. irreprehensibilis, &c.] In verbis huius scripturae 1. Tim. 3. (non vero Tit. 1.) cum Interprete Latino Fulgato vertit: sobrius, quod Græcè σωφρονης, & iuxta B. Hieron. ubi supra, vigilantem potius significat; bene moratum, quod B. Ambrosius in Comment. & B. Hieron. pudicum, Vulgatus Interpres prudentem, ubi Græcè est σπουδης; ornatum Græcè κόσμιον, sicuti omnes transferunt, nempe vita & moribus, ut B. Hieron. interpretatur; hospitem cum Fulg. Interp. φιλόξενον, vel Hieronymus interprete in peregrinos; docibilem, id est, appositum

appositum ad docendum, ad verbum ex Græco ἀποδεικτικόν, pro quo B. Hieronymus & Vulgatus Interpres: Doctorem, non vino deditum, Græcè τὸ ποίνον, non pugnam, Græcè πλινκίον, pro quo B. Hieronymus & adit. Fulg. percussorem; non pecunie amantem denique, Græcè ἀφιλάργυρον, pro quo idem, non cupidum; sed domum regentem, Græcè τοιοῦτον, quod relictus vertit Fulgatus. Interpres: domus sua bene præpositum, & B. Hieron. domum suam bene regentem; filiorum curantem disciplinam, Græcè τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταχῆ, pro quo ille bene: filios habentem subditos, & sicuti in compendium redigit: ab extraneis bonam famam sectantem.

C A P. XIII.

103. Sed & Timotheus scribens, &c.] Titulum huius capiti impostum: De aliis Apostoli locis. Hic vero: &c. accipitur pro: etiam, siue rursum; nam & præcedentia erant ex eadem Epistola.

104. vult iuenculas nubere, &c.] Locum hunc Auctor ad institutum suum detorquet, ut dixi adsequi quis possit quid velit. Varia est etiam veterum expositio; inter quas maxime placet illa Epiphany contra Montanistas, ut prior loco quum dicit: Iuniores viduas deuitas, &c. loquatur de iis que promissæ, & promissis non stans, iudicium habentes, eo quod primam fidem irritam fecerint; postea vero illis verbis volo ergo iuenculas viduas nubere, de iis, quibus per infirmitatem ad alteras transire nuptias permittit. Que (inquit) iudicium non habent; si enim iudicium habere deberent, quomodo dixisset: Nubant, & domum administrant? Tradiderunt enim Apostoli Dei sanctæ Dei Ecclesiæ peccatum esse, post Virginitatem constitutam ad nuptias conuerti. Vbi habes & approbatas à Paulo, quæ (vbi etiam loquitur Auctor) in viduitate inueniæ, & professæ eam, perseverabant; & peccatis nubere alias iuenculas viduas. Si tamen quis malit de iisdem viduis professis loqui Apostolum, sicuti interpretari videtur Auctor, & B. August. iisdem penè verbis lib. de Bon. Viduis. cap. 10. dicens: quamquam damnationem habeant eiusmodi viduitatem professæ, nuptias tamen eis permitti; intelligendus est Apostolus & hi Patres, de voto dumtaxat priuato non sollemnij. Qualem locum etiam reperire est apud B. Cyprianum Epist. 62. ad Pompon. de Virginit. Vbi latè de Viduarum & Virginitum voto utroque, num. 9. & de voto sollemnij, siue consecratione virginum & viduarum (quæ plus includit quam professio simplex) supra Tom. 2. lib. de Virginitatibus veland. num. 1. Atqui pro eo quod à Rhenano explicatur affectatæ, hoc est, ad tempus pro viduitatis & continentia affectu prædita, coniecit legendum Dn. Harrisius: adfectatæ; quomodo nos etiam castigandum duximus. Bene autem habet, quod etiam Rhenanus in huius viduis professionem viduitatis agnoscat.

105. Quæ autem sub viro est mulier, &c.] In hac scriptura Rom. 7. ad verbum expressit ex Græco: viuenti viro vincita est, præterquam quod non addat: Legi, hoc loco; tamen cum exemplaribus aliis mox leges: euacuata est à lege viri; ubi etiam proprie transfertur vox Græca ἡγήνηται, sicuti etiam paulo post eandem vertit: euacuatum sumus. Etiam ad sensum vertit tropum Hebraicū: si iuncta fuerit alteri viro. Atqui etiam hæc verba, quantumvis clara, obscuro sensu detorquet Auctor. Porro differt ab aliis in verbis sequentibus, quod legat: mortificamini, pro: mortificati estis; Quum enim eramus, professus; efficiebantur passiue, pro eo quod alij actiue: operabatur, & quod legat: ad seruendum Deo, quam postremam

Docem alij non habent. Juxta Græcā verò exemplaria vertit: uti fructum feramus Deo, & in quo tenebamur, ut referatur ad legem, non ad mortem. Denique iuxta tam Græcā quam Latina exemplaria ex Anglico cod. MS. supplementum: Itaque (inquit) fratres mei, & castigamus: à lege mortis, pro: mortui.

106. adulterij te præiudicat, &c.] Præiudicare (inquit Rhe.) cū Genituro. Sic Iulius dixit iudicatum pecuniæ. Centurionem (inquit) nobilem in militaribus factis, iudicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro occurrit.

C A P. XIII.

107. Nunc si & absolute, &c.] Inscriptionem huius capiti dedimus: Quod etiam si absolute Apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere, pro conditione temporum id gessisset. In quo interim ipse Apostolum calumniari videtur, quum veteres omnes tam Latinorum quam Græcorum commentarij, disertis verbis doceant, locis prædictis, 1. Cor. 7. 1. Tim. 5. & Rom. 7. Apostolum permittere secundas nuptias, idque simpliciter; & non pro conditione temporum; quo fit, ut & ipsi, & B. Hieron. quantumvis Monogamie amicus, secundas, immo & tertias & quartas admittere se scribant sua quique ætate. De iisdem reperire est Patrum locos complures; verum quod hodie id maxime controuersum sit, etiam inter hereticos nostros, non opus est distius immorari. Sine autem legas cum Anglico codice: Sed ita res exigebat, siue cum aliis: exigebant, non refert.

108. ille qui Galatas in lege volentes agere castigat, &c.] Maxime videtur ad illud Gal. 4. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse. Indistinctus autem Parenthesi, ad clariorem sensum periodi (aliud est enim indulgere, aliud iubere.)

109. Et hic itaque reddemus supplementum sensus istius, &c.] Propterea dicit: Et hic, quod supra latius de repudio tractauerit toto cap. 9.

110. Cur non & Paracletus obstitulerit, quod Paulus indultit, &c.] Nimiam hic facultatem suo Paracletico Montano arrogat Auctor. Siue autem legas mox: quod super dicitur, cum 3. MS. Pat. cod. siue cū aliis: super dicitur, non refert. Castigamus vero ex iisdem: si Deo & Christo dignum fuit, pro: Sed. In reliquis pulchra sunt castigatio plurimum locorum hic facta per Rhenanum.

111. Denique apud seculum, &c.] De repudijs concordie nomine apud seculum, etiam in se permittit, vide in Digestis Titulum de Diuorij; de Monogamia vero pudicitia nomine, infra cap. 17. Castigamus vero paulo post: que tunc sustinere non poterant, ex Pat. MS. 3. cod. pro: sustineri, quia ad iudicium ad illud Ioan. 16. supra citatum ca. 1. Sed nondum potestis portare ea; maxime quum iisdem verbis id ipsum repetat.

112. Nam &: Qui potest capere, capiat, &c.] Pulchre explicat paulo post illud: posse, quum subdit: si non potes, quia non vis, posse enim te si velis, ostendit, quia tuo arbitrio utrumque proposuit. Eodem modo B. Hier. li. 1. adu. Iovin. Qui voluerit (inquit) qui potuerit. Nec aliter B. Chrysost. in cap. 7. Ioan. ad illud: Propterea non potuerunt credere; B. Gregor. Nazianz. lib. 4. Theolog. Origenes Tractatu 7. in Matth. & omnibus his detestator Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromat. Valeant itaque nostra tempestatis Aristarchi, qui ex hoc loco Matth. 19. perperam colligunt: impossibilem esse quibusdam continentiam, atque adeo non recte sacris ordinibus adnexam esse ab Ecclesiâ; quum volentibus, Deo opitulante, non modo possibile, sed & facile sit. Quod pertinet illud B. Augustini. lib. de Adult. coniug. 2. cap. 29. Leuis erit continentia sat-

cina, si Christi erit; Christi erit, si fides aderit, quae im-

trahit a iubente Deo quod iusserit.

C A P. XV.

113. Que igitur hic duritia, &c.] Caput hoc in-

114. Notat Apostolus eos, qui in totum nubere

115. excusari capit, &c.] Et hic (inquit Rhen.)

116. à communicatione depellunt, &c.] Et sic cõ-

C A P. XVI.

117. Rideo autem, quum infirmitas, &c.] Titu-

118. Hermogenem aliquem, &c.] Aduersus (in-

119. Vnde & animam esse præsumens, &c.] Nem-

pe ex Materia Deo coeterna; quare aditici recte: spiritum

120. iam nec Pſychicus, &c.] Et iterum calumnia-

121. exhibitionis causa, &c.] Exhibitionem (in-

122. etiam coruorum educatorem, &c.] Sic casti-

123. Legibus Iulii, &c.] Papiam Poppeam (inquit

Non placet Viridilio lex Iulia.

124. solidum non posse capere, &c.] Hoc est (inquit

125. & infantes pipiantes, &c.] In illum (inquit Rhen-

C A P. XVII.

126. Habebant planè, Christo quod adlegent,

127. Nec Iudith filia Merari, &c.] Quum Iudith

dicatur filia Merari, lib. Iudith cap. 8. Vel hinc patet ha-

128. Fuerunt & quæ pro viris mori mallent, &c.]

129. Fortunæ muliebri, &c.] Hoc sic descripsit B.

130. Matri Matutæ, &c.] De hoc sic Onidius Fast.

Leucothoe Graiis Matuta vocabere nostris.

131. Pontifex Maximus & Flaminica nubunt se-

cap. 7. num. 48. Regem seculi Pontificem Maximum

132. Etiam bouis illius Ægyptij antistites, &c.]

ARGUMENTVM LIBRI DE FUGA IN PERSE-

VÆSITVS Tertullianus à Fabio, fugiendum necne sit in persecu-

A diabolo verò minimè (quamquam per diabolum, eiusque mini-

Et verò à Deo fieri persecutionem, scripturis probat.

Proinde, si à Deo euenit (quod tamen necessariò non sequitur) fugiendum in

Neque valere excusationem, ne peream si negauero.

Fugientibus etiam non suffragari (contra quam reliqui Patres sentiunt) præ-

Quo factum ut Apostoli præceptum fugiendi non restaurauerint; qui maximè

Exemplo esse Ionæ fugam, quòd euadere non potuerit.

Saltem Prepositos Ecclesiæ plebe stante; in persecutione fugere non oportere.

Neque enim id posse probari ex scripturis illis: Omni petenti te da, &c. Fa-

Denique, si colligere & Dominica sollempnia celebrare interdum non liceat, de nocte fieri posse.

Ceterum quum initio suae fidei Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 13. num. 88. fugam in persecutione non improbet, sed primum libris de Corona militis, & de Virginitate velandis, patet eodem penè tempore conscriptos hos tres libros; hunc verò peculiariter contra Ecclesiam scriptum esse testantur B. Hieron. & Nicephorus, locis supra citatis Praefatiuncula nostra in Tomum hunc Quintum. Antidoti loco erunt illa Auctoris loco iam citato verba: Carnis patientia in persecutionibus denique praerantur. Si fuga vrgeat, incommoda fugae caro militat. Si & carcer praerueniat, &c. Itè B. Cypriani secessus, in quo toto biennio xxix. scripsit Epistolas, cuius haec sunt verba Epist. 56. ad Thibarit. Et si fugientem, in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuasit, fames aut sitis aut frigus adflixerit, vel per maria praecipiti navigatione properantem tempestas ac procella submerferit. Spectat militem suum Christus ubicunque pugnantem, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti praemium reddit, quod daturum se in persecutione promissit. Nec minor est martyri gloria, non publice & inter multos perisse, quum pereundi causa sit propter Christum perire. Item lib. de lapsis: Secundus ad gloriam gradus est, tanta secessione substractum Domino reservari. Et postea: Relinquenda erat patria, &c. quum latiss. prosequatur hanc materiam ex scripturis, Lectorem remittimus. Item B. Athanasij fuga, eiusque pro eadem Apologia; denique B. Augustin. Epist. 180. ad Honoratum; & quibus ad quasdam Auctoris rationes respondimus suis quibusque locis. Atqui hunc Librum viderunt MS. Trithemius & Politianus; in lucem edidit primus Rhenanus prius cum Scholiis, deinde & Adnotationibus ex Paterniacensi, Hirsaugiensi, & Gorziensi codicibus. Nos verò denuò castigauimus ad Vatic. 3. MS. cod. & ex quibusdam coniecturis Dominorum Latinij & Harrisij; nouisque Argumento & Adnotationibus auimus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS

TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI DE FUGA IN PERSECUTIONE

ad Fabium Liber.

CAP. I.



VASISTR proxime, Fabi frater, fugiendum necne sit in persecutione, quod nescio quid annuntiaretur. Ibidem ego oblocutus aliquid pro loco ac tempore, & quarundam personarum importunitate, semitratatam materiam abstuli tecum, plenius eam de stylo nunc renuntiaturus, utpote quam ei tua consultatio commendarat, & conditio temporum suo iam nomine iniunxerat. Quanto enim frequentiores imminet persecutiones, tanto examinatio procuranda est, quomodo eas excipere fides debeat. Procuranda autem examinatio penes vos, si forte Paracletum non recipiendo deductorem omnis veritatis, merito adhuc etiam aliis quaestionibus obnixi estis. Igitur consultationi tuae ordinem quoque induimus, animaduertentes ante determinari oportere de statu ipsius persecutionis, utrum à Deo obuenciat, an à diabolo, quò facilius de obitu eius constare possit. Omnis enim rei inspectio, auctore cognito planior. Satis est quidem praescribere, Nihil fieri sine Dei voluntate. Sed non statim hac sententia ceteris retractauerimus. Locum dabimus, ne à praesenti articulo auocemur. Si qui responderit: Ergo & malum à Deo, & delictum à Deo; nihil iam in diabolo, nihil etiam in nobis ipsis. De persecutione nunc quaeritur. Circa hanc interim dixerim, Nihil fieri sine Dei voluntate,

te, respiciens eam in primis dignam Deo esse, & (vt ita dixerim) necessariam ad probationem scilicet seruatorum eius, siue reprobationem. Quis est enim exitus persecutionis, quis effectus alius, nisi probatio & reprobatio fidei, qua suos utique Dominus examinavit? Hoc Domini iudicium est persecutio, per quam quis aut probatus aut reprobatus iudicatur. Porro iudicium soli Deo competit. Hæc pala illa, quæ & nunc dominicam aream purgat, Ecclesiam scilicet, confusum aceruum fidelium euentilans, & discernens frumentum martyrum, & paleas negatorum. Hæc enim, scalæ quas somniat Iacob, aliis ascensum in superiora, aliis descensum ad inferiora demonstrantes. Sic & agonem intelligi capit persecutionem. A quo certamen edicitur, nisi à quo corona & præmia proponuntur. Legis editum agonis istius in Apocalypsi, quibus præmiis ad victoriam inuitet, vel maximè illos qui propriè vicerint in persecutione, vineedo luctati, reuera non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritalia nequitia. Ita agnosces ad eundem agonem etiam pertinere certaminis arbitrium, qui inuitat ad præmium. Totum quod agitur in persecutione, gloria Dei est probantis & reprobantis, imponentis & deponentis. Quod autem ad gloriam Dei pertinet, utique ex voluntate illius euencit. Sed quando Deus magis creditur, nisi cum magis timetur, nisi in tempore persecutionis? Ecclesia in attonito est. Tunc & fides in expeditione sollicitior, & disciplinatio in Ieiuniis, & Stationibus, & Orationibus, & Humilitate, in alterutra Diligentia, & Dilectione, in Sanctitate, & Sobrietate. Non enim vacatur nisi Timori & Spei. Aded & ex hoc ipso ostenditur nobis, non posse diabolo deputari eam, quæ meliores efficit Dei seruos. Si, quod iniquitas à Deo non est, sed à diabolo, persecutio autem ex iniquitate consistit (quid enim iniquius quam veri Dei antistites omnes sectatores veritatis, nocentissimorum more tractari?) idè videtur persecutio à diabolo euencire, à quo iniquitas agitur, ex qua constat persecutio: scire debemus quatenus nec persecutio est sine iniquitate diaboli, nec probatio fidei sine persecutione, propter probationem fidei necessariam iniquitatem, non patrociniū præstare persecutioni, sed ministerium, præcedere enim Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ est ratio persecutionis; sequi autem diaboli iniquitatem ad instrumentum probationis; quæ ratio est probationis. Nam & aliàs in quantum iustitiæ iniquitas æmula est, intantum materia est ad testimonia eius, cuius est æmula; vt sic iustitia in iniquitate perficiatur, quomodo virtus in infirmitate perficitur. Nam infirma mundi electa sunt à Deo, vt confundantur fortia: & stulta eius, vt confundatur sapientia. Ita & iniquitas adhibetur, vt iustitiæ probetur confundens iniquitatem. Igitur quod ministerium non est arbitrij, sed seruitij. Arbitrij enim Domini persecutio, propter fidei probationem: ministerium autem iniquitas diaboli, propter probationis instructionem: ita eam per diabolum si forte, non à diabolo euencire credimus. Nihil satanæ in seruos Dei viuilibet, nisi permiserit Dominus, vt aut ipsum destruat per fidem electorum in tentatione victicem; aut homines eius fuisse traducat, qui defecerint ad illum. Habes exemplum Iob, cui diabolus nullam potuit incutere tentationem, nisi à Deo accepisset potestatem, nec in substantiam quidem eius, nisi Dominus, Ecce, dixisset, omnia quæ sunt ei, in manu tua do, in ipsum autem ne extenderis manum. Denique nec extendit, nisi postea quam & hoc postulanti Dominus: Ecce, dixisset, trado tibi illum, tantum animam eius custodi. Sic & in Apostolos facultatem tentationis postulauit, non habens eam nisi ex permisso. Siquidem Dominus in Euangelio ad Petrum: Ecce, inquit, postulaui satanas vti cerneret vos velut frumentum: verum ego rogavi pro te, ne deficeret fides tua: id est, ne tantum diabolo permitteretur, vt fides periclitaretur. Quo ostenditur, vtrumque apud Deum esse, & concussionem fidei, & protectionem, cum vtrumque ab eo petitur, coeussio à diabolo, protectio à filio. Et vtrique cum filius Dei protectionem fidei habet in sua potestate, quam à patre postulat; à quo omnem accipit potestatem in cœlis & in terris, quale est vt concussionem fidei diabolus in manu sua habeat. Sed in legitima Oratione cum dicimus ad patrem: Ne nos inducas in tentationem (quæ autem maior tentatio quam persecutio?) ab eo illam profitemur accidere, à quo veniam eius deprecamur. Hoc est enim quod sequitur: Sed erue nos à maligno, id est, ne nos induxeris in tentationem, permittendo nos maligno. Tunc enim eruiamur diaboli manibus, cum illi non tradimur in tentationem. Nec in porcorum gregem diaboli legio habuit potestatem, nisi eam de Deo impetrasset, tantum abest vt in oves Dei habeat. Possim dicere porcorum quoque setas tunc numeratas apud Deum fuisse; nedum capillos sanctorum. Habere videtur diabolus propriam iam potestatem, si forte in eos qui ad Deum non pertinent, semel in stillam si-

Isai. 40. tula, & in puluerem areæ, & in saluam Nationibus deputatis à Deo, ac per hoc diabolo D
 expositis in vacuam quodammodo possessionem. Ceterum in domesticos Dei nihil illi
 licet ex propria potestate; quia quando liceat, id est, ex quibus causis, exempla in scripturis
 signata demonstrant. Aut enim ex causa probationis conceditur ei ius tentationis
 prouocato vel prouocanti, vt in superioribus. Aut ex causa reprobationis traditur ei pec-
1. Reg. 16. cator quasi carnifici in pœnam, vt Saul: & abcessit, inquit, spiritus Domini à Saule, ²⁷ &
 concutiebat eum spiritus nequam à Domino, & suffocabat eum. Aut ex causa cohibiti-
1. Cor. 12. nis, ²⁸ vt Apostolus refert datum sibi sudem angelum satanæ vt colaphizetur: (Nec hanc
 speciem permitti diabolo in sanctos humiliandos per carnis vexationem) simul vt & vir-
2. Tim. 1. tus tolerantia scilicet in infirmitate perfici possit. nam & ipse Apostolus ²⁹ Phigellum &
 Hermogenem tradidit satanæ vt emendantur, ne blasphemēt. Vides iam & à seruis Dei
 facilius diabolus accipere potestatem, tanto abest vt eam ex proprietate possideat.
 III. [³⁰ Cùm ergo & hæc exempla magis in persecutionibus eueniant, siquidem magis tunc
 probamur vel reprobamur, & magis tunc humiliamur vel emendamur, ab eo permittatur
 vel imperetur necesse est, ³¹ catholicè fieri hæc, à quo & ex parte, scilicet ab illo qui dicit,
Isai. 45. Ego sum qui facio pacem, & condo mala, id est, bellum. Hoc est enim contrarium paci.
 Nostræ autem paci quod est bellum, quàm persecutio? Si persecutionis vel maximè exitus
 aut vitam auferunt, aut mortē, aut plagam, aut sanationem: habes auctorem eiusdem: E-
Deuter. 32. go percutiam, & sanabo: ego viuificabo, & mortificabo. ³² Vram, inquit, illos sicut vritur
Zach. 23. argentum; & probabo, inquit, illos sic vt probatur aurum. Cùm enim exurimur persecu-
Ephes. 6. tionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Hæc erunt ignea iacula diaboli, per quæ
 fidei vstio & conflatio administratur ex Dei tamen voluntate. De isto quis dubitare pos-
 sit ignoro, nisi planè friuola & frigida fides, deprehendens eos qui timidè ³³ conue-
 niunt in Ecclesiam. Dicitis enim, quoniam inconditè conuenimus, simul conuenimus,
 & complures concurrimus in Ecclesiam, querimur à Nationibus, & timemus ne turben-
 tur Nationes. An non scitis quòd Deus omnium sit dominus? Et si velit Deus, tunc
 persecutionem patieris; si verò noluerit, filebunt Nationes. Credas vtique: si tamē in eum
 Deum credis, sine cuius voluntate nec passer vnus assis cadit in terram. Nos autem puto
 multis passeribus ³⁴ antistamus. [³⁵ Igitur si constat à quo persecutio eueniat, ³⁶ possumus
 iam consultationem tuā inducere, & determinare ex hoc ipso prætractatu, Fugendum in
 persecutione non esse. Si enim persecutio à Deo euenit, nullo modo fugiendū erit, quod
 à Deo euenit. Sicut duplex ratio dependit, quia neque debeat deuitari, neque euadi possit
 quod à Deo euenit. Non debet deuitari, quia bonum. Necesse est enim bonum esse om-
Matth. 10. ne quod Deo visum est. ³⁷ Et nunquid ideo in Genesi sic positum est: Et vidit Deus quia
 bonum est, non quòd ignoraret bonum esse nisi vidisset, sed vt hoc sono portenderet bon-
 um esse quod Deo visum est? Multa quidem sunt quæ à Deo eueniant, & alicuius malo
 eueniant. Immo bonum est ideo, quia à Deo euenit, vt diuinum & rationale. ³⁸ Quid enim
 diuinum non rationale, non bonum? Quid bonum non diuinum? Si autem sensui cuius-
 que videretur, nō sensus hominis præiudicat statui, sed status sensui. Satus enim vnus cuius-
 que certum quid est, & dat sensui legem, ita sentienti statum si est. Si autem statu quidem
 bonum quod à Deo venit (nihil enim à Deo non bonum, quia diuinum, quia rationale)
 sensui verò malum videtur: erit status in tuto, sensus in vitio. Statu optima res Pudicitia &
 Veritas, & Iustitia, quæ à multorum sensu displicent. Nunquid ideo status sensui addici-
 tur? Ita & persecutio statu bona est, quia diuina & rationalis dispositio; sensui eorum verò
 quorum malo venit displicet. Vides etiam illud malū rationem apud Deum habere, cùm
 quis in persecutione evertitur de salute, sicut & illud bonum ratione contingere, cùm
 quis ex persecutione proficit in salute: nisi si irrationaliter quis aut perit apud Dominum,
 aut saluus est: is non poterit persecutionem malum dicere, quæ etiam in malis parte bon-
 um est, dum ratione administratur. Ita si bonum persecutio quoquo modo, quia de
 statu constat, meritò definimus quod bonum est vitari non oportere: quia delictum sit
 quod bonum est recusare, eo amplius quod Deo visum est: iam verò nec posse vitari,
 quia à Deo euenit, cuius voluntas non poterit euadi. Igitur qui putant fugiendum, aut
 malum exprobrant Deo, si persecutionem vt malum fugiunt, bonum enim nemo deui-
 tat: aut fortiores se Deo existimant, qui putant se euadere posse, si Deus tale aliquid
 voluerit euenire. [³⁹ Sed: Quod meum est, inquit, fugio, ne peream si negaero. Il-
 lius est, si voluerit etiam fugientem me reducere in medium. Hoc mihi prius responde,
 certus

A certus es te negaturum si non fugeris an incertus? Si enim certus, iam negasti: quia præ-
 sumendo te negaturum, id despondidisti de quo præsumpsisti, & vanè iam fugis ne ne-
 ges, qui si negaturus es, iam negasti. Si verò incertus es, cur non ex æqualitate incerti me-
 tus inter vtrumque euentum, etiam confiteri te posse præsumis, & saluum magis fieri quo-
 minus fugias? sicut negaturum te præsumis, vt fugias. Iam nunc aut in nobis est vtrum-
 que, aut totum in Deo. Si in nobis est confiteri aut negare, cur non id præsumimus quod
 est melius, id est, confessuros nos? nisi si vis confiteri, pati non vis. Nolle autem confiteri,
 negare est. Si verò in Deo totum est, cur non totum relinquimus arbitrio eius? agnoscentes
 virtutem & potestatem, quòd possit nos sicut fugientes educere in medium, ⁴⁰ ita &
 nō fugientes, immò & in medio populo conuersantes obubraret. Quale est, vt ad fugiē-
 dum, Deo honorem reddas, qui possit te etiam fugientem producere in medium: ad cō-
 testandum autem inhonores illum, desperans potentiam protectionis ab illo? Quare non
 magis ex hac parte constantia & fiducia in Deum, dicis, Ego quod meum est facio, non
 discedo. Deus si voluerit, ipse me proteget. Hoc potius nostrum est, stare sub Dei arbi-
 trio, quàm fugere sub nostro. ⁴¹ Rutilius sanctissimus martyr, quum totiens fugisset per-
 secutionem de loco in locum, etiam periculum (vt putabat) nummis redemisset, post to-
 tam securitatem quam sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus & Præsidi oblatu, tor-
 mentis dissipatus, credo pro fugæ castigatione, dehinc ignibus datus, passionem quam
 vitarat, misericordia Dei retulit. Quid aliud voluit Dominus nobis demonstrare hoc do-
 cumento quàm fugiendum non esse, quia nihil fuga proficit si Deus nolit? [⁴² Immo, in-
Matth. 10. quit, quia præceptum adimpleuit, fugiens de ciuitate in ciuitatem. Sic enim voluit quidam,
 sed & ipse fugitiuus argumentari, & qui proinde nolunt intelligere sensum Domini
 illius pronuntiationis, vt eam ad velamentum timiditatis suæ vtantur, cùm & personas
 suas habuerit & tempora & causas: ⁴³ Cùm cœperint, inquit, persequi vos, fugite de ciui-
 tate in ciuitatem. Hoc in persona propriè Apostolorum, & in tempora, & in causas eorum
 pertinere defendimus, ⁴⁴ sicut præcedentes & subsequentes sensus probabunt, qui non
 nisi in Apostolos competunt: In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritano-
ibidem. rû ne introieritis, sed ite potius ad oues perditas domus Israël. Nobis autē & via natio-
 num patet, in qua & inuenti sumus, & vsque in finem incedimus: & nulla ciuitas excepta
 est, quo per totum orbem prædicamus: sed nec cura nobis Israël inuncta est extra ordi-
 nem, nisi quā & omnibus gentibus prædicare debemus. Etiam si apprehendatur, non in
ibidem. cōcilia eorum perducemur, nec in synagogis illorum flagellabimur, sed Romanis vtique
 potestatis & tribunalibus obiciemur. Sic igitur & fugæ præceptum, Apostolorum cō-
 ditio considerabat, quoniam primò prædicandum erat ad oues perditas domus Israël. Vt
 ergo perciperetur prædicatio, apud quos priores eam perfici oportebat, vt panem antè
Matth. 23. filij quàm canes fumerent; ideo illis fugere tunc ad tempus præcepit, non propter eluden-
Matth. 10. dum periculum proprio nomine persecutionis (atquin persecutiones eos passuros ⁴⁵ præ-
ibidem. dicabatur, & tolerandas docebat) sed propter profectum annuntiationis, ⁴⁶ ne statim op-
 C pressis, Euangelij quoque disseminatio perimeretur. Neque enim quasi tacitè in aliquam
 ciuitatem transfugiendum erat, sed quasi vbique annuntiatoris, & ex hoc vbique perse-
 cutiones subituris, donec replerent doctrinam suam. ⁴⁷ Denique: Non consummabitis, *ibidem.*
 inquit, ciuitates Israël. Ad eò intra terminos Iudææ præceptum fugæ continebatur. No-
 bis autem nulla Iudææ præfinitio competit prædicationis, in omnem iam carnem effuso
 spiritu sancto. Itaque Paulus & Apostoli ipsi, memores præcepti dominici, contestantur
 illud apud Israël, quem iam doctrina sua impleuerant, ⁴⁸ Vobis oportuit in primis sermo-
Act. 13. nem Dei tradi. Sed quoniam repulistis eum, nec dignos vos æterna vita existimastis, ecce
 conuertimus nos ad Nationes. Atque exinde conuersi & ipsi sicut antecessores institue-
 rant, & in viam Nationum abierunt, & in ciuitates Samaritarum introierunt, vt in totam
psal. 18. scilicet terram exiret sonus eorum, & in terminos orbis voces eorum. Si ergo cessauit ex-
 ceptio viæ Nationum, & in ciuitates Samaritarum, cur non cessauerit & fugæ præce-
 ptum pariter emissum? denique ex quo saturato Israël Apostoli in Nationes transferunt,
 & fugerunt de ciuitate in ciuitatem, nec pati dubitauerunt. ⁴⁹ Atquin & Paulus, qui se per-
Act. 9. murum cōcesserat expediti de persecutione, quā ad hoc tempus erat præcepti, idem iam
Act. 21. in clausula officij, & in consummatione præcepti discipulis magnoperè deprecātibz, ne
 se Hierosolyma committeret passurus illic quæ Agabus prophetauerat, sollicitudini eo-
 rum non subscripsit, sed econtrariò, Quid, inquit, facitis lacrymantes & conturbantes
 EEE iij

cor meum? Ego enim non modò vincula pati optauerim, sed etiam mori Hierosolymis pro nomine Domini mei Iesu Christi. Atque ita omnes aierunt, Fiat voluntas Domini. Quæ erat voluntas Domini? utique non fugiendi iam persecutionem. Ceterum poterat & priorem Domini voluntatem proposuisse, qua fugere mandauerat, qui illum persecutionem vitasse maluerant. Igitur cum etiam sub Apostolis ipsis tēporale fuerit fugæ præceptum, sicut & reliquorum præscriptorum, non potest apud nos perseverare quod apud doctores nostros concessit, etsi non propriè ad illos fuisset emissum: Aut si perseverare illud Dominus voluit, deliquerunt Apostoli, qui non vsque in finem fugere curauerunt. [10 Videamus nunc an & cetera Domini edicta congruant perpetuo fugæ præcepto. Primò quidem si à Deo persecutio est; quale est ut idem fugiendam eam mandet, qui & infert? quam si euadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem suam alia voluntate præuaricari videretur. Aut pati enim nos voluit persecutionem, aut fugere. Si fugere, quomodo pati? si pati, quomodo fugere? Iam verò quantainæqualitas sententiarum iubētis fugere, & inuitantis ad passionem contrariam fugæ? Qui confessus fuerit in me, & ego confitebor in illo coram patre meo. Quomodo confitebitur fugiens, quomodo fugiet confitens? Qui me confusus fuerit, & ego confundar cum coram patre. Si deuito passionem, confundo confessionem. Felices qui persecutionem passi fuerint causa nominis mei. Infelices ergo, qui fugiēdo ex præcepto non erunt passi. Qui sustinuerit in finem, iste saluabitur. Quid ergo me iubens fugere, vis in finem sustinere? Tanta diuersitas sententiarum si non congruit diuinæ grauitati, apparet ex his quoque præceptum fugæ suam tunc habuisse rationem quam ostendimus. Sed infirmitatem, inquit, quorundam prospiciēs Dominus, pro sua humanitate nihilominus & portum fugæ demonstrauit. Non enim idoneus erat etiam sine fuga tam turpi & indigno & seruili præsidio saluos facere in persecutione, quos sciret infirmos. Atquin non fouet, sed recusat semper infirmos, primùm docens non fugiendos esse persecutores, sed potius non timēdos. Nolite timere eos qui corpus occidere possunt, animæ autem nihil valent facere. Sed timete eum qui & corpus & animam perdere potest in gehennam. Atque exinde que timidus præfinit? Qui pluris fecerit animam suam quàm me, non est me dignus. Et qui non tollit crucem suam, & sequitur me, non potest esse meus discipulus. Postremò in Apocalypsi non fugam timidus offert, sed inter ceteros reprobos particulam in stagno sulphuris & ignis, quod est mors secunda. [11 Refugit & ipse vim interdum, sed eadem ratione qua Apostolis fugere præceperat, donec scilicet doctrinam suam impleteret, qua consummata non dico stetit; sed nec auxilium à patre angelorum exercituum desiderauit, increpito etiam Petri gladio. [12 Professus quidem & ipse est: animam anxiam vsque ad mortem, & carnem infirmam, ut tibi ostenderet primò in se vtramque substantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animæ & imbecillitatis carnis, ne aliam, vt quidam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretareris. Dehinc vt demonstratis conditionibus earum, scires illas nihil valere per semetipsas sine spiritu. Et idèd præponit, Spiritus pròptus, vt vtramque conditionem substantiæ vtriusque respiciens intelligas in te esse etiam fortitudinem spiritus, quo modo & infirmitatem carnis: ac iam hinc scias quid vnde facias, & quid cui subicias, infirmum scilicet forti: ne, vt nunc facis, de carnis quidem infirmitate cauearis, de spiritu autem firmitate dissimules. Postulauit & ipse à patre, si fieri posset, transiret ab illo calix passionis. Postula & tu, sed stans vt ille, sed postulans tantùm, sed subiungens & reliqua: Verùm nõ quod ego volo, sed quod tu. Fugiens autem quomodo hoc postulabis, ipse tibi præstans calicis translationem, nec quod pater vult faciens, sed quod tu? [13 Omnia Apostoli secundum Deum utique docuerunt, omnia euangelizare voluerunt. Vbi illos ostendis præceptum fugiendi de ciuitate in ciuitatem restaurasse? quia nec potuissent tale quid constituere tam contrarium exemplis suis, vt fugam mandarent, qui quum maximè de vinculis vel insulis, quibus ob confessionem non ob fugam nominis continebantur, ad Ecclesias scribebant. Infirmos sustinere iubet Paulus. utique enim non fugientes. Quomodo enim sustinebantur absentes? Non patientia dicit sustinendos, sicut per infirmitatem fidei suæ offenderint? Sic & pusillanimes consolari, non tamen in fugam mitti. Sed cum admonet: Ne locum Malo demus, non fugæ suggerit consilium, sed iracundiæ docet temperamentum. Et si redimendum tempus dicit, quia dies nequam sunt, non per fugam, sed per sapientiam conuersationis, lucrarum nos vult commeatum. Ceterum qui lucere nos iubet velut filios lucis, non iubet fuga abscondi

Matth. 10.

VII. Ibidem.

Ibidem.

Mar. 8.

Matth. 5.

Matth. 10.

Ibidem.

Ibidem.

Luc. 14.

Apoc. 21.

VIII. Luc. 4.

Matth. 2.

12. & 14.

Ioan. 7. 8.

Ioan. 11.

Matth. 26.

Ibidem.

Ibidem.

IX.

1. Thess. 5.

Rom. 14.

1. Thess. 5.

Ephes. 4.

Ephes. 5.

Ibidem.

E

F

vt

vt filios tenebrarum. Stare immobiles præcipit, utique nec fuga mobiles: & accinctos, in fugam an in occursum Euangelij? arma quoque demonstrat, quæ fugituris non essent necessaria, inter quæ & clypeum, quo possitis tela diaboli extinguere, resistentes sine dubio, & excipientes omnem vim illius. Proinde & Ioannes pro fratribus quoque animas ponendas docet, nedum pro Domino. Hoc à fugientibus non potest adimpleri. Denique memor Apocalypsis sue, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet & ipse, timorem reiiciendum. Timor, inquit, non est in dilectione. Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor supplicamētum habet; utique ignem stagni. Qui autem timet, nõ est perfectus, in dilectione Dei scilicet. Porro quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis timebit, nisi qui nõ amauit? Spiritum verò si consulas, quid magis sermone illo spiritus probat? Namque omnes penè ad martyrium exhortatur, non ad fugam, vt & illius commemoratur: Publicaris, inquit, bonum tibi est. Qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Domino. Ne confundaris, iustitia te producit in medium. Quid confundaris, laudem ferens: Potestas fit, cum conspiceris ab hominibus. Sic & alibi, Nolite in lectulis, nec in aboribus, & febris mollibus optare exire, sed in martyriis, vt glorificetur qui est passus pro vobis. [14 Sed omissis quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententiæ sibi adhibent,

vt & rursus forsitan fugiat. Et quando vincet, qui quum fugerit, victus est? Bonum militem Christo imperatori suo præstat, qui tam plenè ab Apostolo armatus, tuba persecutionis audita, diem deserit persecutionis. Respondebo & ego de seculo aliquid,

Moriatur quoquo modo, aut victus, aut victor. Nam etsi negando ceciderit, cum tormentis tamen præliatus. Malo miserandum quàm erubescendum. Pulchrior est miles in pugna prælio amissus, quàm in fuga saluus. Times hominem, Christiane, quem timeri oportet ab angelis; siquidem angelos iudicaturus es: quem timeri oportet à dæmoniis; siquidem & in dæmonas accepisti potestatem: quem timeri oportet ab vniuerso mundo; siquidem & in te mundus iudicatur. Christum indutus es, siquidem in Christum tinctus es. Qui fugis diabolus, depreciaisti Christum qui in te est. Fugitiuum cum diabolo te reddidisti. Sed Dominum fugiens, exprobras omnibus fugitiuis suis vanitatem consilij. Fugerat & quidam animosus Prophetes Dominum, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi & à Deo transfretaret, sed illum non dico in mari & in terra, verum in vtero etiam bestię inuenio, in quo nec mori per triduum potuit, nec vel sic Deum euadere. Quanto meliùs, qui siue iniquus Deum timens non fugit eum, sed potius contemnit, confidens scilicet de tutela Domini, siue Deum reformidat, quanto magis sub oculis eius astitit, dicens: Dominus est, potens est: omnia illius sunt: vbi fuero, in manu eius sum: faciat quod vult, non discedo: & si perire me volet, ipse me perdat, dum me ego seruo illi. Malo inuidiam ei facere per voluntatem ipsius pereūdo, quàm bilem, per meam euadendo. Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, etiam minoris loci, vt maioris fieri possit, si quem gradum ex persecutionis tolerantia ascenderit. Sed quum ipsi autores, id est, ipsi Diaconi, Presbyteri, & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit, qua ratione dictum, Fugite de ciuitate in ciuitatem? Itaque cum duces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum suadere?

Certè quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit: vt Moyses non Domino ad huc Christo reuelato, etiam in se figurato ait: Si perdis hunc populum, inquit, & me pariter cum eo disperde. Ceterum Christo confirmante figuras suas; malus pastor est, qui viso lupo fugit, & pecora diripienda derelinquit: proiicietur de villa pastor huiusmodi, detinebuntur illi missionis suæ mercedes suæ in compensatione; immò & de priore peculio eius exigetur detrimenti dominici restitutio. Etenim qui habet, dabitur ei: ab eo autem qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Sic Zacharias comminatur: Exurge romphæa in pastores, & euellite oues, & superducam manum meam in pastores. In quos & Ezechiel, & Hieremias iisdem minis perorant, quòd non raturum de pecoribus improbè vescantur pascētes potius semetipsos, verum & dispersum gregem faciant, & in prædam esse omnibus bestiis agri, dum non est pastor illis. Quod nunquam magis fit, quàm quum in persecutione destituitur Ecclesia à Clero. Si & spiritum quis agnouerit, audiet & fugitiuos denotantem. Porro si eos qui regi præfunt,

vt filios tenebrarum. Stare immobiles præcipit, utique nec fuga mobiles: & accinctos, in fugam an in occursum Euangelij? arma quoque demonstrat, quæ fugituris non essent necessaria, inter quæ & clypeum, quo possitis tela diaboli extinguere, resistentes sine dubio, & excipientes omnem vim illius. Proinde & Ioannes pro fratribus quoque animas ponendas docet, nedum pro Domino. Hoc à fugientibus non potest adimpleri. Denique memor Apocalypsis sue, in qua timidorum exitum audierat, de suo sensu admonet & ipse, timorem reiiciendum. Timor, inquit, non est in dilectione. Sed enim perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor supplicamētum habet; utique ignem stagni. Qui autem timet, nõ est perfectus, in dilectione Dei scilicet. Porro quis fugiet persecutionem, nisi qui timebit? Quis timebit, nisi qui nõ amauit? Spiritum verò si consulas, quid magis sermone illo spiritus probat? Namque omnes penè ad martyrium exhortatur, non ad fugam, vt & illius commemoratur: Publicaris, inquit, bonum tibi est. Qui enim non publicatur in hominibus, publicatur in Domino. Ne confundaris, iustitia te producit in medium. Quid confundaris, laudem ferens: Potestas fit, cum conspiceris ab hominibus. Sic & alibi, Nolite in lectulis, nec in aboribus, & febris mollibus optare exire, sed in martyriis, vt glorificetur qui est passus pro vobis. Sed omissis quidam diuinis exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententiæ sibi adhibent,

Ephes. 6.

1. Ioan. 3.

Apoc. 21.

1. Ioan. 4.

Apoc. 21.

1. Ioan. 4.

X.

Ephes. 6.

1. Cor. 6.

1. Cor. 10.

1. Cor. 6.

Gal. 6.

1. Ionæ 1.

XI.

Joan. 10.

Exod. 32.

Ioan. 10.

Matth. 20.

Luc. 8.

Zach. 13.

Ezech. 34.

Jerem. 23.



fugere, quum lupi irruunt, nec decet, immò nec licet, (qui enim talem pastorem malum pronuntiavit, utique damnauit: omne autem quod damnatur, illicitum factum est sine dubio) idèd præpositos Ecclesiæ in persecutione fugere non oportebit. Ceterum si grex fugere deberet, non deberet præpositus gregis stare, sine causa staturus ad turelam gregis, quam grex non desideraret ex licentia fugæ scilicet. [85 Quòd pertinet ad frater ad tuum problema, habes sententiæ nostræ responsionem & exhortationem. Porro qui quærit, An persecutio fugienda sit, sequentem quoque iam prospiciat necesse est: an si fugienda non est, redimenda certè sit. Vtrò igitur & de hoc tibi suggeram, definiens persecutionem, quam constat non esse fugendam, proinde nec redimendam. 86 Pretium interest. Ceterum sicut fuga redemptio gratuita est, ita redemptio nummaria fuga est. Certè & huius timiditatis consilium est. Quod times, redimis, ergo fugis. Pedibus steteristi, curristi nummis. Hoc ipsum quod steteristi ex redemptione, fugisti. Vt autem redimas hominem tuum nummis, quem sanguine suo redemit Christus, quàm indignum Deo & dispositionis eius, qui filio suo non pepercit pro te, ut fieret maledictum pro nobis, quia maledictus qui pependit in ligno; qui tanquam ouis ad victimam ductus est, & tanquam agnus ante tondentem, sic non aperuit os: sed posuit dorsum suum in flagella, maxillas autem in palmas, & faciem non auertit à sputaminibus, & inter iniquos deputatus est, & traditus est in mortem, mortem autem crucis. Totum hoc, ut nos à peccatis lucraretur. Sol cessit diem emptionis nostræ. E

Rom. 8.
Gal. 3.
Isai. 53.

Philipp. 2.
Psal. 23.

1. Cor. 6.

Ephes. 6.

1. Cor. 6.

Act. 8.

Matth. 5.

Matth. 6.

Act. 4.

2. Tim. 1.

Act. 4.

Act. 18.

Act. 6.

Act. 7.

Act. 24.

Act. 21.

87 Apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in caelis; subleuata sunt portæ sempiternæ, ut introiret rex gloriæ, Dominus virtutum, hominem de terris, immò ab inferis, mercatus in caelos. Quis est nunc qui aduersus illum reluctatur, immò depreciat; & mercedem eius tam 88 magno comparatam preciosissimo scilicet sanguine, commaculat? Iam ergo melius fugere quàm fieri viliores, si non tanto sibi constabit homo, quanti constitit Domino. Et Dominus quidem illum redemit, ab angelis munditènentibus potestatibus, à spiritalibus nequitia, à tenebris huius æui, à iudicio æterno, à morte perpetua. 89 Tu autem pro eo pacisceris cum Delatore, vel Milite, vel furunculo aliquo præside, sub tunica & sinu (quod aiunt) ut furtiuo, quem coram toto mundo Christus emit, immò & manumisit. Hunc ergo liberum pretio aestimabis, & pretio possidebis, nisi eodem; quanto (ut diximus) Domino constitit, sanguine suo scilicet? Ut quid ergo de homine Christum redimis in homine in quo Christus est? 90 Non aliter & Simon facere tentauit, quum pecuniam Apostolis obtulit pro spiritu Christi. Audiet ergo & iste qui se redimens, Christi spiritum redemit: Pecunia tua tecum sit in interitum: quoniam gratiam Dei pretio consequendam putasti. Quis tamen abnegatorem spernat? Quid enim dicit ille 91 Concussor? Da mihi pecuniam. Certè ne eum tradat: siquidem non aliud vendit, quàm quod præstaturus est præmio tuo. Cùm das, utique ne tradaris voluisti. 92 Non traditus autem, traduci habebas? ergo dum nolendo tradi non vis traduci, nolendo negasti, quod te esse traduci noluisti. Immò inquis, dū nolo traduci quod sum, cōfessus id esse quod nolo traduci: id est, Christianum. Potes itaque te martyrem vindicare, constanter ostendisse Christum. Redimēs, non ostendi? Apud vnum si fortè confessus es, ergo & apud plures nolendo cōfiteri, negasti. Ipsa salus iudicabit hominem excidisse, dū euadit. Excidit ergo qui maluit euasisse. Negatio est etiam martyrij recusatio. Christianus pecunia saluus est: & in hoc nummos habet ne patiat, dū aduersus Deū erit diues. At enim Christus sanguine fuit diues pro illo. Fœlices itaque pauperes, quia illorum est, inquit, regnum caelorum, qui animam solam in confiscatō habent. Si non possumus Deo seruire & Mamonæ, possumus & à Deo redimi & à Mammona? Quis enim magis seruiet Mammonæ quàm quem Mamonas redemit? Postremò quo exemplo uteris in redemptionem traditionis? Apostoli tractantes, persecutionibus agitati, quando se pecunia liberauerunt? quæ illis utique non deerat, ex prædiorum pretiis ad pedes eorum depositis, certè multis locupletibus credētibus viris ac 2. Tim. 1. fœminis, qui his etiam refrigeria subministrabāt. 93 Quando a Onesiphorus, aut b Aquila, aut c Stephanus, hoc modo eis in persecutione succurrerūt? 94 Paulus d quidem cūm Fœlix Præfex pecunias accepturum se pro eo à discipulis sperasset, de quo & ipse in secreto tractauit cum ipso, neque ipse pro se, neque discipuli pro eo numerauerūt. Illi utique discipuli; qui flentes quòd Hierosolymam tendere perseueraret, & persecutiones prædicatas illic non præcaueret, postremò inquit, Fiat voluntas Dei. Quæ ista voluntas? utique

A utique ut pateretur pro nomine Domini, non ut redimeretur. Oportet enim quomodo Christus animam suam posuit pro nobis, ita fieri pro eo & à nobis: nec tantum pro ipso, immò etiam pro fratribus propter ipsum. Quod Ioannes docēs, non & pro fratribus numerandum, sed moriendum potius pronuntiauit. Nihil interest, si quem Christianum redimere non debeas aut emere. Et ad eò voluntas Dei sic est, Ab apice regnorum & imperiorum, utique à Deo disposito statu; in cuius manu cor regis, tanta cotidie æratio au- gendo prospiciuntur remedia censuum, vectigalium, collationum, stipendiorum, nec vnquam vsque adhuc ex Christianis tale aliquid prospectum est, 95 sub aliquam redemptionem capitis 96 & sectæ redigendis, cūm tantæ multitudinis nemini ignotæ fructus ingens meti posset. Sanguine empti, sanguine numerati, nullum nummum pro capite debemus: 97 quia caput nostrum Christus est. Non decet Christum pecunia constare. Quomodo & martyria fieri possent in gloriam Domini, si tributo licentiam sectæ compensarem? Itaque qui eam præmio paciscitur, dispositioni diuinæ aduersatur. Cūm igitur nihil nobis Cæsar indixerit in hunc modum stipendiaria sectæ, sed nec indici vnquam tale quid possit, 98 Antichristo iam instante, & in sanguinem nō in pecunias hiantem Christianum, quomodo mihi proponere potest scripturam esse, 99 Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari? Miles me, vel Delator, vel Inimicus concutit, nihil Cæsari exigens, immò contrā faciens, cūm Christianum legibus humanis reum, mercede dimittit. Alius est denarius quē Cæsari debeo, qui ad eum pertinet, de quo tunc agebatur, tributarius, à tributariis scilicet, non à liberis debitus. Aut quomodo reddam quæ sunt Dei Deo, utique proinde imaginem & monetam ipsius, inscriptam nomine eius: id est, hominem Christianum? Quid autem Deo debeo sicut denarium Cæsari, nisi sanguinem quem pro me filius fudit ipsius? Quòd si Deo quidem hominem & sanguinem meum debeo, nunc verò in eo sum tempore, ut quod Deo debeo exoptuler, utique fraudem Deo facio, id agens ne quod debeo soluā. Benè obseruauit præceptum, Cæsari reddens quæ sunt Cæsaris, Deo verò quæ sunt Dei abnegans. [100 Sed & omni petenti me dabo in causa eleemosynæ, 100 non in concussura. Petenti inquit. Porro qui incutit, non petit. Qui comminatur si non acceperit, non postulat, sed extorquet. Non eleemosynam expectat, qui non miserandus, sed timendus venit. Dabo igitur misericordiæ non timiditatis meæ nomine, vbi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mihi reddit: non vbi amplius se benefactum præstitisse credit, & prædā suam aspiciens dicit: De reatu irascor & inimicum. Sed inimicitia & alios habent titulos. Non tamen dixit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem: nam huic quanto magis, carbones acerbato super caput, si non me redemero? Proinde, inquit, qui tibi tunicam sustulerit, vel etiam pallium concede. Ad eum pertinet, qui rem, non qui fidem meam eripere quæserit. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam reposcam. Omnium iam nunc Dominicarum suæ sunt & causæ & regulæ termini, non infinitum, nec ad omnia spectant. Atque ad eò, omni petenti dari iubet; ipse signum petentibus non dat. Alioquin si omnibus passim petentibus dandum putas, tu mihi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum aut gladium mortem desideranti daturus. Facite autem vobis amicos de Mammona, quomodo intelligendum sit, parabola præmissa te doceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commissam sibi rationem Domini cūm malè administrasset, deberet de Mammonæ hominibus, quòd nos eramus, amicos sibi potius prospicere, quàm inimicos: & releuare nos à debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis id dominica ratione conferrent: ut cūm cœpisset ab his deficere gratia, ad nostram fidem refugientes reciperentur in tabernacula æterna. Quamuis nunc puta aliam interpretationem parabolæ & sententiæ istius, dum scias verisimile non esse ut Concussores nostri in amicitiam redacti per Mammonam, recipiant tunc nos in tabernacula æterna. Sed quid non timiditas persuadebit, quasi & fugere scriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique est, si vnus aut alius ita eruitur. 101 Massaliter totæ Ecclesiæ tributum sibi irrogauerunt. Nescio dolendum an erubescendum sit, cūm 102 in matricibus 103 Beneficiorum 104 & Curiosorum, 105 inter tabernarios, 106 & Ianios, 107 & fures balnearū, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. 108 Hanc Episcopatu formam Apostoli prouidentius condiderunt, ut regno suo securi frui possent sub obtentu procurandi. Scilicet enim talem pacē Christus ad patrem regrediens mandauit à militibus 109 per Saturnalia redimendam. [110 Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo Dominica solēnia celebrabimus? Utique quo-

Matth. 2. 1. modo & Apostoli, fide, non pecunia tui; quæ fides si montem transferre potest, multo magis Militem. Esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & à populo eris tutus, si ¹ Officia militaria redemeris. Vna ergo tibi & Fides, & Sapietia, ad tutelâ opus est: quibus non adhibitis, & redemptionem tuam potes perdere: adhibitis tunc redemptionem desiderare. Postremò si colligere interdum non potes, ² habes nocte luce Christi luminosi aduersus eâ. Non potes discurrere per singulos, sit tibi & in tribus Ecclesia. Melius est turbas tuas aliquando non videas, quàm ³ addicas. Scrua Christo virginem sponsam. Nemo quæstû de ea faciat. Hæc tibi frater dura forsitan & intolerabilia videtur. Sed recita Deum dixisse, Qui capit, capiat: id est, qui non capit, discedat. Non potest qui pati timet, eius esse qui passus est. At qui pati nō timet, iste perfectus erit in dilectione, vtrique Dei. Perfecta enim dilectio foras mittit timorē. Et idēd multi vocati, paucī electi. Non quæritur; qui latâ viam sequi paratus sit, sed qui angustam. Et ⁴ idēd Paracletus necessarius deducit or omnium veritatum, exhortator omnium tolerantiarum: Quem qui receperunt, neque fugere persecutionem, neque redimere nouerunt, habentes ipsū qui pro nobis erit, sicut locuturus in interrogatione, ita iuuaturus in passione.

Matth. 19.
1. Ioan. 4.
Matth. 2. 2.
Matth. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE FUGA IN PERSECVTIONE.

I. **D**E FUGA IN PERSECVTIONE, &c.] *B. Hieron. Nicephorus, Trithemius, Politianus, & 3. Vatic. MS. cod. legunt constant: DE PERSECVTIONE. Verum quod (vbi initio libri habetur) tractatur Fugiendum necne in persecutione; maioris explicationis gratia retinimus lectionem illam excusorum Rhenani codicum, nescio an etiam MS. eiusdem, maxime quod potius titulus ille conueniret Scorpiaco aduersus Gnosticos supra, Tom. 3.*
2. AD FABIVM. *Istud adiecit ob verba illa etiam initio libri: Fabi frater, de quo quis fuerit, frustra quæreretur, quum eius temporis vixidum esset historia; verum ex eo quod cap. 11. Sed quum ipsi auctores, id est, ipsi Diaconi, & Presbyteri, & Episcopi fugiūt, quomodo laicus intelligere poterit, & c. incidit mihi suspicio, fuisse Presbyterum Fabium, vti eum fratrem nuncupet communi Christianorum nomine, sicuti alibi, vel quod dixerit suscepisset eundem Ordinem sacrum.*

CAP. I.

3. Quæstis proximè, Fabi frater, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod persecutio Dei fiat voluntate.*
4. quod nescio quid adnuntiaretur, &c.] *Nempè, de persecutione in Africa iam cepta, qua an prima fuerit, an secunda, in Vita Auctoris latius.*
5. oblocutus, &c.] *Hoc est (inquit Rhenan.) in contrariam partem locutus, aduersus fugam.*
6. plenius eam de stylo nunc renūtiaturus, &c.] *Id est, desiniturus & demonstraturus, significatione eadem qua supra dixit, Tom. 3. lib. de Carne Christi: Renuntiatio eius (nempè carnis Christi) dabit legem nostræ resurrectioni. Vbi vide Adnot. nostras num. 7. & lib. de Anima cap. 15. num. 199. vbi eadem significatione accipitur: renuntiare.*
7. Paracletum non recipiendo, &c.] *Paracletum (vel Rhenano teste) Montani commentitium intelligit; cui iterum adplicat illud Ioan. 16. deductorem omnis veritatis.*
8. de obitu eius, &c.] *Id est, de officio persecutionis.*

Legimus autē prosum: Satis est quidem præscribere, more Tertulliano, pro: perscribere. Siqui verò (inquit Rhenan.) pro: Siqui.
9. Si qui responderit: Ergo & malum à Deo, & delictum à Deo, &c.] *Quod hic non tractat; eo quod sicut subiicit, De persecutione nunc quæritur; impugnavit latè eam hæresin lib. 2. adu. Marc. cap. 5. 6. 8. 9. 10. & 11. & cap. sequenti apertè dicit: iniquitas à Deo non est.*
10. ad probationem scilicet ferorū Dei, &c.] *Rectè sic Rhenanus restituit pro: ad probationem; nam & sequitur: probatio & reprobatio fidei, ac: per quâ quis probatus aut reprobatus iudicatur, & c. Totum quod agitur in persecutione, gloria Dei est probantis & reprobantis. Item cap. 2. propter probationem fidei, bis, ac: præcedere Dei voluntatem circa fidei probationem, quæ est ratio persecutionis, ac: vt iustitia probetur, & c. Aut enim ex causa probationis conceditur ei (nempè Diabolo) ius tentationis; denique cap. 3. Vram (inquit) illos sicut vritur argentum, & probabo illos sicut probatur aurum. Quum enim exurimur persecutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore. Quid? Quod etiam corona (inquit hoc ipso cap. 1.) & præmiū proponuntur, & c. Agonotheta inuitat ad præmiū. Quæ omnia huc adduximus contra eorum paradoxon, qui scribere non verentur: Pænas Martyrum supplicia esse peccatorum. Legendum autem conuici Dn. Harvrisus: Hoc omne iudicium persecutio est, pro eo quod erat: Hoc nomen; verum nos castigauimus: Hoc Domini iudicium, quia legitur cap. sequenti: Arbitrium enim Domini persecutio.
11. Hæc pala illa, &c.] *Rectè Rhenan. interpretatur palam, instrumentum rusticum. Adludit enim ad illud Matth. 3. iuxta similem B. Cypriani versionem: Quia veniet Dominus ferens palam in manus sua, & mundabit aream suam; de quo latius ad eius Epist. 51. ad Confessores, num. 8.*
12. frumentum martyrum, &c.] *Sic rectè restituit Rhenan. pro: maturum. Comparantur enim martyres frumento, palcis negatores, qui martyribus opponitur.*
13. Hæc*

13. Hæc enim, scalæ quas somniat Jacob, &c.] *Sic legitur ex 3. MS. Vatic. cod. pro: Hæc nam Hæc (subintelligitur persecutio; qui est legat: somniavit, retinimus: somniat, quod istud legitur etiam supra Tom. 3. lib. 3. aduers. Marc. cap. 11.*
14. Sic & agonem, &c.] *Adludit ad illud 1. Cor. 9. Omnis qui in agone contendit, sicuti etiam paulopost, dum Agonotheta mentionem facit, qui inuitat ad præmiū. Nec aliter supra Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 3. vbi vide Adnot. nostras num. 42. & 43.*
15. intelligi capit, &c.] *Et hic est (inquit Rhenan.) capit, pro eo quod Græcis est ἐπιλέγειται, hoc est, persecutio potest intelligi quod sit agone, sive: probabile est esse agonem. Sic lib. de Habitu muliebris, cap. 2. Sed hæc non capit æstimare, & multis aliis in locis cum præcedentibus, tum sequentibus.*
16. Legis edictum agonis istius in Apocalypsi, &c.] *Adludit ad præmia, quibus ad victoriam inuitat Angelus Episcopus 7. Ecclesiarum, Apoc. 2. & 3. De quibus omnibus latius Auctor supra Tom. 3. li. adu. Gnosticos ca. 12. vbi vide Adnotat. nostras num. 93. & 94.*
17. in expeditione, &c.] *Apertè (inquit Rhenan.) vritur hoc vocabulo; nam expeditio militarem adparatum significat.*
18. in ieiuniis & stationibus, &c.] *Sic ex MS. 3. Vatic. cod. pro in stationibus, eo quod hic, & infra li. de Ieiuniis adu. Psechicos, datur voce stationū, pro stati. Ieiuniorum diebus, sicuti etiā supra adnotauimus T. 2. lib. de Orat. c. 14. nu. 58. Quare hallucinatur Rhen. ad alios quosdā locos Auctoris, & nominatim supra li. de Monogamia, & de Exhort. cap. 9. vbi aliter accipit stationes pro continentibus Ecclesiasticis, Metaphora à militibus accepta.*
19. in alterutra diligentia, &c.] *Hoc est (inquit idēd Rhen.) mutua diligentia mariti in vxore, & vxoris in mariti, aut alioqui proximi in proximum per officia caritatis.*
CAP. II.
20. Si, quod iniquitas à Deo non est, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Quod à diabolo non sit, sed per diabolum fiat persecutio permittu Dei. Est autem illud Tertullianicum: veri Dei Antistes, ac mox cum Genitino: iustitiæ amula, ac: cuius est amula, pro: contraria. Pulchrè autem restituit caput istud Rhenanus. Nos præterea ex 3. Vatic. MS. cod. castigauimus: omnis sectatores veritatis, pro: omnes & c. supplemus: vt sic iustitia in iniquitate perficiatur.*
21. vt confundatur sapientia, &c.] *sic castigauimus ex 2. Vatic. MS. pro: confundantur; eo quod alibi legere soleat: vt confundat sapientiam; sicuti adnotauimus supra Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 4. num. 39. Est autem Tertullianicum illud: si fortè.*
22. aut homines eius fuisse traducat, &c.] *similiter infra cap. 12. Non traditus autem traduci habebas. Ergo dum nolendo tradi, non vis traduci: nolendo negasti, quod te esse traduci noluisti. Accipitur autem vtrouque traduci pro: publicari; aliter quàm aliis quibusdam locis, de quibus supra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 33. num. 191.*
23. Habes exemplum Iob, &c.] *Citat verba Job. 1. & 2. iuxta LXX.*
24. Ecce, inquit, postulat Satanæ vti cerneret vos, &c.] *Iterum sic legitur ex 3. MS. Vatic. cod. pro eo quod substituerat non rectè Rhen. vt discerneret; cerneret enim pro: cernere; quod vox Græca σὺνιδέει, Luc. 22. significat, etiam Plinio vstratum est lib. 18. cap. 11.*
25. Sed in legitima oratione, &c.] *sic appellat O-*

ratione Dominicâ, vti etiâ ad marginem adnotauit Rhenanus. Est autē phrasin Tertullianica: veniam eius, hoc est, liberationem à persecutione. Quod autē hic vertit: Sed erue nos à maligno, supra li. de Orat. c. 8. translulit: sed erue nos à malo; quorum hoc magis generale est, quum illud de solo diabolo, quem malignum vocat, intelligatur.
26. Nec in porcorum gregē Diaboli legio, &c.] *Adludit ad illud Marc. 5. vbi spiritu immundo eiecto in gregē porcorū, scribitur Legio illi nomen fuisse. Phrasin vero illam: Possim dicere, adnotat Rhen. etiam vstratum supra T. 2. li. 1. ad Vxorē, c. 3. Supplemus autē ex 3. Vatic. MS. propriam iam potestatem. Aiqui rectè Rhen. vt in superioribus, interpretatur de Iob & Apostolis.*
27. & concutiebatur eum spiritus domini, &c.] *Mirum est quod bis transferat Græcam vocem ἐπιπνευ, primum illis verbis, deinde istis: & suffocabat eum, quamquam interim vtrumque significet.*
28. vt Apostolus refert, datum sibi sudem angelum Satanæ vt colaphizetur, &c.] *Sudem, id est, patiti præcuius, quod Græcè est σὺδολο, magis proprie quàm alij: stimulum. Legimus autē hic: vt colaphizetur, non obstante lectione Vatic. cod. colaphizaretur, vt & lib. de Pudicit. cap. 13. quia magis correspondet ei quod Græcè & Latine hodie legitur: vt me colaphizet. Aiqui quod hic interpretatur sudē, carnis vexationē, ibi exponit: per dolore autem auriculæ vel capitis, quò respicere videtur B. Hier. Comment. ad Galat. B. Cyprianus eundem locum tractans li. de Mortal. partim videtur referre ad carnis & corporis graui a tormenta, partim ad infirmitatē & imbecillitatē; Auctor verò Tract. de ratione circumcisæ inter eiusdem opera, ad concupiscentia adfectionem. Eligat Lector quod volet. Porro parentesi inclusimus: Nec hanc speciem permitti diabolo, in (sic enim iterum lego tum MS. 3. Vatic. & Paris. edit. pro: ni) sanctos humilian-dos per carnis vexationem. Subaudiens cum Rhenano exempla in scripturis designata demonstrant.*
29. Phigellum & Hermogenem, &c.] *Etiam hic castigo: Phigellum pro Phigelum, sicuti supra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. hæret. cap. 3. num. 19.*
CAP. III.
30. Quum ergo & hæc exempla, &c.] *Titulum huic capiti imposuimus: Quod ex scripturis probetur: Persecutionem à Deo fieri.*
31. catholicè fieri hæc, &c.] *Græcè interpretè Rhenano dixit, pro in vniuersum, sive vniuersaliter. Siquidē: catholicè, & c. ex parte, opponitur inter se. Similiter dixit libro mox citato c. 26. quum catholicè in mediū proferebant, vbi nu. 156. in Adnot. nostris de hoc nomine latius. Sicuti de illo Jfai. 45. Ego sum qui facio pacem & condō mala, lib. 2. adu. Marc. cap. 14.*
32. vram, inquit, illos sicut vritur argentū, &c.] *Castigauimus etiam huic locum Zachar. 23. transponentes: argentum, & c. aurum, cuius causam vide supra lib. adu. Gnost. cap. 7. num. 49.*
33. conueniunt in Ecclesiam, &c.] *Sic mox: quoniā inconditè conuenimus, simul conuenimus, & cōplures concutimus in Ecclesiam; & infra cap. 12. Sed quomodo colligemus, quomodo Domino sollempnia celebrabimus. Omnia enim hæc synonyma esse docuimus supra T. 2. lib. de Orat. num. 1. inter Missa ceterimonias. De Ecclesiis verò tum temporis edificatis, in quibus fiebant conuentus, vide lib. de Idolol. cap. 7. num. 29. Accipitur autem nouè: patieritis, pro: patiemini.*
34. antistamus, &c.] *Sic (inquit Rhenan.) exprimit illud quod apud Mattheum vulgò legitur: Nōne vos*

magis pluris estis illis? quod Græcè est, ἕχ ὑμῶν μᾶλλον...

CAP. IIII.

35. Igitur si constat, &c. Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod si à Deo eueniat persecutio, fugiendum non esse.

36. possumus iam consultationem tuam inducere, &c. Inducitur (inquit Rhenanus) proprie, quod deletur. Hic consultationem inducere est tollere dubium consultationis.

37. Et numquid idèd in Genesi, &c. Iisdem penè verbis eandem scripturam explicauit supra Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. cap. 4.

38. Quid enim diuinum non rationale? &c. Diuina omnia (inquit Rhenan.) rationalia esse, multis locis inculcat, ut lib. adu. ad arc. & in aliis item libris. Sic lib. de Penitent. cap. 1. Quippè res Dei ratio, quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinauit, nihil non ratione tractari intelligique voluit.

CAP. V.

39. Sed: Quod meum est, inquit, fugio, &c. Caput hoc inscripsimus: Non valere exultationem: ne peream si negaero. Verùm in hoc fallitur, quia longè aliter B. Cyprian. Epist. 83. ad Clerum & plebem: Vos autem, inquit, fratres carissimi, pro disciplina, quam de mandatis Dominicis à me semper accepistis, &c. ne quisquam vltro se gentilibus offerat. Causam verò reddidit: Nam quum corona de Dei dignatione descendat, nec possit accipi nisi fuerit hora sumendi; quisquis in Christo manens interim credit, non fidem denegat, sed tempus expectat. Qui autem quum non secederet cecidit, negaturus remansit. Eodem pertinet quod dixit in Actis passionis B. Cyp. Sed nec ipsi se offerunt, quum hoc scriptura sacra prohibeat. Supplemus autem ex MS. 3. Vatic. Certus es te negaturum, &c. Reliqua egregie recognouit Rhenanus; præterquam quod ibi noua periodo sit opus: Si verò incertus es.

40. ita & non fugientes, &c. obumbrare, &c. Eleganter dictum, ac si dicat, sub umbra sua abscondere. Legimus verò mox, ex coniectura Latinij: Quare non magis, pro: Quanto magis.

41. Rutilius sanctiss. martyr, &c. suspicor esse eundem, qui in Martyrologiis alicubi vocatur Rutilus, passus cum aliis duobus, sed de die fallit Index; aut certe intelligendus ille Rutilus, qui celebratur à Petro de Natalibus 12. Cal. Martij, qui ab aliis vocatur Lucius, passus in Africa cum Siluano & Maximo. Atqui, contra id exemplum, quod periculum, vt putabat, nummis reddemisset, latè Auctor infra cap. 12. Certè alioqui insigne fuit istud B. Rutilij martij.

CAP. VI.

42. Immo, inquit, &c. Titulum huic capiti impo-

sumus: De præcepto Christi: Fugite de ciuitate in ciuitatem. Est autem phrasîs Tertullianica: eam vtantur.

43. Quum cœperint, inquit, persequi vos, fugite de ciuitate in ciuitatem, &c. Paraphrasticè hæc citat Auctor, quum non solum ex Græcis & Syriacis exemplaribus verterint Latini Interpretes: Quum autem persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam; sed etiam B. Athanasius & August. locis sub calcem Argumenti citatis; qui constanter istud præceptum Domini (quod agnoscit etiam Auctor) non temporale secundum personas, tempora & causas, sed perpetuum esse volunt; sicut etiam B. Cyp. lib. de lapsis, saltem in aliis quàm præfatis Ecclesiæ, de quibus quid sentiant, infra à latius ca. 11.

44. sicut præcedentes & subsequentes sensus probabunt, &c. Prorsus istud ita suppleuimus; eo quod illud: In viam nationum ne ieritis, præcedat, & subsequatur (Matth. 10.) Denique: non consummabitis ciuitates Israël. Quorum prius, etsi ad Apostolos solos pertinere videatur, tamen multa quæ sunt intermedia vsque ad præceptum fugæ generalia sunt ad Christianos omnes, & nominatim illud: Et ad præfides & ad Reges ducemini; quò respicit quasi à seipso conuictus Auctor, quum subiicit: Sed Romanis potestatibus & tribunalibus obiciemur. Proinde castigamus etiam: Sic igitur, &c. pro: Si, & nouam periodum ibi incipimus: Vt ergo perciperetur, &c.

45. prædicabat, &c. Prædicare (inquit Rhenan.) pro prædicere; vt & in superioribus libris.

46. ne statim oppressis, &c. Sive sic legas secundum excusam Babilensè & Lugdunensè exemplaria sive: statim, iuxta 1. edit. & MS. 3. Vatic. cod. non refert; quare illam lectionem non immutauimus. Si istud legatur, oportebit cū Rhenano interpretari: statim, id est, ob statim, hoc est, si persistissent, nec fugissent. Statim enim opponit fugæ. Sic infra, cap. 11. sine causa staturus ad tutelam gregis.

47. Denique: Non consummabitis, inquit, ciuitates Israël, &c. Istud citat truncatum Auctor, omittens illud quod sequitur Matth. 10. post præceptum fugæ: donec veniat filius hominis. Quem locum quum variè interpretentur Petres, vii inde ostendant non sequi quod hic sensit Auctor, quod intra terminos Iudææ præceptum fugæ continebatur; præ omnibus placet illa B. August. expositio lib. 2. contra Epist. Gaud. cap. 12. Dominum hac sententia promississe, vsque ad finem seculi non defutura loca, quò confugiant in persecutione prædicatores verbi Dei.

48. vobis oportuit, &c. In hac scriptura Act. 13. differt à vulgata editione, quòd vertat: Sermonem Dei tradi, pro eo quod alij loqui; & conuertimus nos, vbi illi conuertimur. Similiter etiam Variat B. Cyprian. lib. 1. Testim. aduers. Iud. cap. 2. 1. quum legitur: iudicati, & conuertimus nos.

49. Atquin & Paulus, &c. Sic legimus ex 3. Vatic. MS. cod. pro: Quin. Rectè autem Rhenanus illud: quise per murum concesserat expediri de persecutione, explicat, qui passus fuerat sibi consuli, extricareque se de persecutione per murum, sicut legitur Act. 9. Quod ipsum exemplum pro se citauit B. Athanasius Apologia de sua fuga supracitata; qui quasi ex proposito opinionem contrariam oppugnans: Quo animo, inquit, ista de sanctis leguntur? aut quem ibi prætextum sua temeritas reperire poterunt? Si enim illis timiditatem exprobrant, ferunt; si contra Dei voluntatem (vbi digito videtur notare rationes Auctoris hic sequentes, & supra, cap. 4.) prorsus scripturæ

sacras calumniantur. Quod verò hic sequitur, inuenitur Act. 21. Rectè autem Rhenan. subscipit, interpretatur consensit, addens, vocula: concessit, Auctorem etiam in præcedentibus libris usum esse.

CAP. VII.

50. Videamus nunc, an & cetera Domini edita, &c. Inscriptionem huic capiti fecimus: De præceptis quibus inuitat Dominus ad passionem.

51. Qui confessus fuerit in me, & ego cõfitebor in illo, &c. Istud sic restituumus, pro: Qui confessus fuerit me, & illum, eo quòd sic vbiq; alibi legit Auctor, de quo vide supra Tom. 3. lib. aduers. Gnostic. cap. 9. num. 62.

52. Qui me confusus fuerit, & ego confundar cum, &c. Eadem ratione sic legimus pro: mei, & cius; Græcè est (vbi & Rhenan. adnotauit) ὁ ἐὼν ἐμοὶ ἢ τοῦ ὄντος. Vide supra Adnotat. nostras lib. de Carne Christi cap. 5. num. 47. & dicto loco aduers. Gnostic. num. 64. Legimus autem iterum ex 3. MS. Vatic. Atquin non fouet, & c. pro: Atqui. Et deinceps supplemus, sicuti solet Auctor citare Matth. 10. qui & corpus & animam perdere potest, &c.

53. Qui pluris fecerit animam suam, quàm me, &c. Sicuti alibi supra, & hic, paraphrasticè magis quàm ad verbum citat hunc Luc. 14. locum.

54. Postremò in Apocalypsi, &c. Ista scriptura Apoc. 21. timidus adiungit Apostolus Ioannes, incredulos & execratos; quare de illis constat eum loqui; qui præ timore Christum execrantur, & idolis sacrificant; atque adèd non de illis qui præ timore fugam cepissent iuxta Christi præceptum.

CAP. VIII.

55. Refugit & ipse vim interdum, &c. Caput hoc inscripsimus: De fuga Christi, quàm B. Cyprian. B. Athanas. & B. August. constanter urgent, vt voluerit exemplo suo fugam fidelibus omnibus prescribere in persecutione; paratis interim, si adprehens fuerint, & hora eorum venerit, pro Christo pati. Quæ enim, inquit Athanas. humanius de Salvatore scripta sunt; ita par est ad communiem hominum genus referri; nam & ille nostrum corpus gestauit, & humanam imbecillitatem ostendit. Qui adlegat fugam Christi variam, nempe in Ægyptum & Nazareth, Matth. 2. item post curatam manum avidam, Matth. 12. & post Ioannis Baptiste Martyrium, Matth. 14. denique postquam dixisset: Antequàm Abraham fieret, ego sum, Ioan. 8. & post resurrectionem Lazari, Ioan. 11. Atqui præterea refugit Christus in Nazareth, Luc. 4. quum transiens per medium illorum ibat, & Ioan. 7. quum quererent eum Iudæi interficere.

56. angelorum exercituum, &c. Rectè Rhenan. interpretatur exercituum qui ex angelis constarent; ad ludens ad 12. legiones angelorum, quas dicebat Christus Petro se posse rogare Patrem, Matth. 26. vbi etiam habetur quod addit: de increpito Petri gladio.

57. Professus quidem & ipse est: animam anxiam vsque ad mortem, &c. Quantumuis ad suam opinionem detorqueat istud Auctor, tamen Patres multi scribunt, propterea pati voluisse Christum hanc anxietatem vsque ad mortem, dixisseque, caro infirma est, sed: spiritus promptus; vii facilius nos eius exemplo eam cū patientia sustineamus persecutionis tempore; etiam hinc sicut Auctor, humanam naturam in Christo probantes.

58. vt quidam nunc induxerunt, &c. Respicit, non ad Marcionitas, qui veram carnem in Christo negabant, sed ad Appellitanos, qui aliam carnem (sicuti supra patet

Tom. 3. lib. de carne Christi, cap. 6.) Christo inducebant ex syderibus. Quicumque autem Christum hominem negabant, etiam aliam animam adtribuebant, eò quòd puritatem dicerent; si eo modo intelligatur quod de alia carne dicit; etiam ad Marcionitas referri poterit. Certè animam habuisse Christum, vel ex præcedentibus verbis manifestum sit.

59. Postulauit & ipse à Patre, &c. Etiam istud interpretantur Patres à Christo postulatum, vt nobis vitio non daretur in persecutionibus oratio similis.

CAP. IX.

60. Omnia Apostoli secundum Deum, &c. Titulum huic capiti imposuimus: De Apostolis, an fugiendi præceptum obseruauerint. Ad cuius negatiuam partem probandam, adfert omnes eas scripturas, quæ ad constantiam adhortantur Martyrij: Verum omnibus iis scripturis satisfacimus, si promptum semper animam retinentes, etiam in fuga aut post reditum adprehens Christum confiteamur. Et verò de Apostolis sic scribit B. Athanas. Sed quid mirum & hic ignorant, discipulos ob metum Iudæorum latebras & recessus quaesuisse, & Paulum Damasci (quod etiam supra cap. preced. Auctor adduxit) in sperta & manibus demissum esse, dum à gentis præfeto quæreretur: Et sub finem libri: Siquis est qui in hoc culpam consistere putet, audeat etiam magnum Apostolum Petrum incurrere, quod inclusus & custoditus militari manu, secutus sit Angelum (Act. 12.) & post egressionem e carcere & liberationem non redierit ad vincula sua. Quid? quod Maneti adscribat errorem, quem hic Auctor videtur ueri, quum subdit: Crimini det Manes ille Arianus, quòd Paulus de muro demissus, & ita elapsus, non mutauit consilium. Atqui multa hic etiam bene castigauit Rhenanus.

61. qui quum maximè de vinculis vel infulis, &c. ad Ecclesias scribebant, &c. Epistola ab Apostolo Paulo in vinculis Romanis conscripta fuerunt, ad Galatas, iuxta Græca exemplaria, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses secundum Græcos codices, & ad Timotheum secunda. Similiter Ioannis Apocalypsis in insula Pathmo.

62. Infirmos sustinere iubet Apostolus, &c. Sive sic legas cum exc. sive cum MS. 3. Vatic. sustineri, non refert. Atqui proprie transtulit ex Græco ἀντιπαρῶδες, 1. Thess. 5. vbi alij transferunt: suscipite, & B. Ambros. Paraphrasticè: infirmis optulamini.

63. Non patientia dicit sustinendos, sicuti per infirmitatem fidei sue offenderint? &c. Sic ex 3. Vatic. MS. cod. pro: An; vt Non etià hic capiatur more Tertulliano, pro: Nonne. Adludere autè videtur ad illud Rom. 14. Infirmi autem in fide suscipite, & Rom. 15. Debemus autem imbecillitates infirmiorum sustinere. Illud verò: pusillanimes consolari, citat iterum ex 1. Thess. 3.

64. Sed quum admonet: Ne locum Malo demus, &c. Tam familiaris fuit Auctori vsurpatio Mali, pro: diabolo, vt illud etiam vertere maluerit Ephef. 4. vbi Græcè est τῷ διαβόλῳ, & ex Syriaco: criminatori; quamquam interim transtulerit supra Tom. 3. lib. de Resur. carn. cap. 45. ne dederitis locum diabolo.

65. Lucretari nos vult commeatum, &c. Commeatum dare (inquit Rhen.) Festus ait, tempus est dare quo iri rediriq; possit. Dabatur militibus ab Imperatore commeatus, hoc est, discedendi facultas, & intra præscriptum tempus redeundi. Hinc Tertullianus sæpè cõmeatum accipit, pro tempore, quo in hoc mundo degimus, vt hic, & in libro quem scripsit aduersus Praxean, cap. 1.

Si voluerit, inquit, dominus in isto commeatu; si quo minus die suo colligentur omnes adulteræ fuges. Item pro quolibet tempore, ut li. de Penitentia, c. 6. Certi enim, inquit, indubitata veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum faciunt sibi delinquendi, quam eruditionem non delinquendi. Hic certe per illa verba explicat, quid sit Apostolo redimere tempus, Ephes. 5.

66. Ceterum qui lucere nos iubet, &c.] Prorsus sic castigauimus pro fugere; & supplemus vocem: lucis ex vestigiis 3. MS. Vanc. cod. ad quod proximè accedebat Rhenan. coniciens legendum: fulgere; nam adludit ad illud Ephes. 5. paulo ante verba præcedentia: vt filij lucis ambulat. Quod sequitur Ephes. 6. alicubi supra traſtauimus.

67. Proinde & Ioannes, &c.] Ex eo quod etiam hic eidem Ioanni adſcribit illud 1. Ioan. 3. Debemus & pro fratribus animas ponere; ac illud 1. Ioan. 4. Timor non est in dilectione, &c. cui adſcribit Apocalypſin, verbis hic & in calce cap. 7. supra citatis; iterum confirmatur Catholicorum sententia, qui Apostolum Ioanem Apocalypſis faciunt Auctorem.

68. quia timor supplicamentum habet, &c.] Accipit (inquit Rhenan.) supplicamentum pro supplicio sue cruciati, quod Græcè est, ὁ φόβος νόλασιν ἐχει. Alibi pœnam tranſtulit, sicut alij Interpretes Latini.

69. vt & illius commemoremur, &c.] Commemorati (inquit idem) deponentaliter & actiue, hoc est: vt & illius mentionem faciamus. Hoc verbum etiam alibi vsurpat.

70. Publicaris, inquit, bonum tibi est, &c.] Verba sunt (inquit idem) Paracleti (quem iam spiritum nuncupauit) Montanici Prophetæ, quam Ecclesia Romana merito damnauit. Quod autem hic est publicari, apud Tertullianum ante & post, est traduci. Qui enim non publicatur in hominibus, sicut propter modestiam Christianam. Quum conspiceretis ab hominibus, hoc est, traduci Tertulliano. Atqui ego existimo publicari potius accipi hoc loco, pro publice venum exponi, nostrum Reuandum secuti, qui lib. Var. cap. 18. similes phrasas adfert ex Suetonio Claudio, & Lampridio in Alexandro.

C A P. X.

71. Sed omnis quidam diuinis exhortationibus, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De exemplis fugæ quibusdam.

72. Qui fugiebat, rufus præliabitur, &c.] Demosthenes (inquit Rhenan.) olim fugiens ex prælio illo Chersonesi, in quo succubuerant Athenienses aduersus Philip-pum Macedonum regem pugnantes, sædam eam fugam ob abiectum clypeum exprobrantibus, solius est hoc versiculo respondere: Α νηε ὁ φεύγων ἡγή πολὺν μάχης ἔπει. Que ipsa verba Græca suspicor olim ab ipso Auctore hic adscripta fuisse, ex eo quod præmittat Græcum vericulum. Adnotat autem Rhenan ibi: Bonum militem, &c. Ironiam esse. Alioqui poterat per interrogationem scribi hæc periculus.

73. qui tam plenè ab Apostolo armatus, &c.] Adludit ad illud Ephes. 6. Induite vos πνευματικῶν, de qua alicubi supra aliquid adnotauimus.

74. Vique ad eone mori miserum est? &c.] Desumum videtur istud ex 1. lib. Tuscul. Ciceronis.

75. Fugerat & quidam animosus Prophetes, &c.] Calumniatur Auctor, dum istud comparat cum su-

ga in persecutione; ille enim non homines persecutores, sed Deum fugiebat. Vbi ex 3. Vanc. MS. cod. restitui: sed illi, &c. inuenio, pro: inuenit. Omitto cum iisdem vocem: seruus, superfluum ibi: Quanto melius, qui, &c.

76. sed potius contemnit, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) parui facit iram eius, & pœnam meritam contemnit. Non deterretur, inquam, quo minus maneat. Nec enim tanti facit illam, vt velit fugere. Nam iuxta sententiam Poëte ethnici:

Leniter ex merito quidquid patiæ, ferèdum est: Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Qui etiam rectè explicat: inuidiam ei facere, Deum in inuidiam adducere; & addit, ibi, quàm bilem subintelligi: ei facere.

C A P. XI.

77. Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, &c.] Caput hoc inscriptissimus: Quod saltem duces Ecclesiæ fugere non oportet, nisi grege fugiente, aut præpositum non desiderante. Quamquam enim initio huius capituli in genere loquatur, tamen suam indicat sententiam hæc clausula: Ceterum si grex fugere deberet, non debet præpositus gregis stare; sine causa staturus ad tutelam gregis, quam grex non desideraret, ex licentia fugæ scilicet. Atque hoc ipsum est quod B. August. scribit Epistola sæpè dicta ad Honoratum: Tunc de locis in quibus sumus premente persecutione fugiendum esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit cui ministretur, aut potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus non est eadem causa fugiendi. Prioris exemplum adferens paulo ante de sanctis Episcopis, qui de Hispania, plebibus prius partim fuga dilapsis, partim obsidione consumptis, partim captiuitate dispersis, profugerant. Alterius, Apostolum qui in spolia submissus est, quum propriè ipse querebatur, alius vique necessitatem similem non habentibus; & B. Athanasium Alexandrinum Episcopum, quum eum specialiter comprehendere Constantius cuperet Imperator, nequaquam à ceteris ministris deserta plebe Catholica, que apud Alexandriam commanebat. Quibus licet adire secessum B. Cypriani toto biennio, de quo in vita ipsius latius. Quum autem plebs (inquit idem) manet, & ministri fugiunt, & ministerium subtrahitur; quid erit nisi mercenariorum illa fuga dam-nabilis, quibus non est cura de omnibus, &c. qua compendij gratia pretermittimus. Hoc vnum adiciemus, quod in super adiciat: Vbi disceptatio esset qui ministrorum remaneant & qui fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesia; si aliter non potuerit determinari, sorte legendos esse, qui fugiant, & qui maneat.

78. Sed quum ipsi Autores, &c.] Siue legas Actores cum 1. edit. & 3. MS. Vanc. suo cum excusis ex codice Gorziensi Autores, non refert. Si enim legatur: Actores, intelligendi administratores; sicuti supra accepisse Tertull. Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. cap. 29. adnotatum est num. 478. Si verò Autores, interpretandi qui auctoritatem habent, non aliter atque dixit supra Tom. 2. lib. de Corona militis cap. 2. obseruationem autoratam, id est, auctoritate communitam, sicuti ibi adnotauimus num. 23. qua significatione dixit Linius lib. 1. De reuerentia vt quum populus legem iussisset, id sic ratum esset, si Patres Autores fierent. & alibi: Maiores nostri ne priuatam quidem rem agere formidant sine Autore voluerunt. Certe eosdem mox duces

nuncupat Auctor & sub finem capituli: præpositos.

79. Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, &c.] Non valere argumentationem Magdenburgensium Centuriatorum: Non facit mentionem Subdiaconorum Tertullianus, ergo ea etate nondum erant in Ecclesia; supra ostendimus lib. de Præscript. adu. har. sæpè citato cap. 41. num. 269. variis Concilijs Patrumque testimonijs. Quibus adicio, tacite hic Subdiaconorum mentionem fieri, quum tria hæc Christianorum genera commemorantur. Ad Subdiaconos enim aliisque minores ministros pertinere illud quod hic præmittitur: Hoc sentire & facere omnem seruum Dei oportet, etiam minoris loci, vt maioris fieri possit; si quem gradum ex (sic enim legitur prorsus, pro: in) persecutionis tolerantia ascenderit. Ad Laicos, quod mox subiicit: quomodo laicus intelligere poterit? Ad Ecclesiæ verò præpositos: Diaconi, Presbyteri, & Episcopi. Neque enim in Ecclesia vquam Subdiaconi aliquam auctoritatem habuerunt, sed tres dumtaxat Ordines iam dicti. Quod de Presbyteris & Episcopis notius est, quàm vt probatione sit opus; de Diaconis verò, quanta eorum, maxime in Romana Ecclesia, auctoritas semper fuerit, patet ex B. Cypriani in secessu Epistolis ad Clerum seu Romanum seu Carthaginiensem 4. 5. 6. 8. 10. 13. 14. 15. 18. 23. & 24. 28. 29. 32. 33. 34. 35. 36. & 37. Epistolis Cleri Romani ad B. Cyprian. 30. & 31. Quorum ille omnes inscribuntur: Presbyteris & Diaconibus, hæc verò scripte sunt per Presbyteros & Diacones. Eandem distinctionem videre est in Canonibus Apostolorum, qui vbi de Iurisdictione agunt Ecclesiastica, aut ad eam pertinentibus, faciunt mentionem Episcoporum, Presbyterorum ac Diaconorum; vbi verò de disciplina Cleri (exempli gratia, Can. 43.) etiam Subdiaconorum, Lectorum & Cantorum; quibus eadem distinctione seruata, aliorum Conciliorum Canones Ostiarios adnumerant Cantorum loco, & Exorcistas ac Acolythos, de quibus vide Adnot. nostras ad B. Cyprian. Epist. 55. num. 1. Quidam quod solent ad maiorem gradum ascendere ex persecutionis tolerantia; plus satis idem B. Cyprianus indicat, dum Epist. 24. fecisse se scribit Hypodiam Conſeſſorem; & Epist. 33. Aurelium Lectorem se ordinasse, bis, confessum, bis confessionis sue victoria gloriosum; item Epist. 34. Celerinum etiam Lectorem, qui ad sui temporis prælium primus & inter Christi milites antesignanus vincendi ceteris viam fecerat; denique Epist. 35. Presbyterum se ordinasse Numidicum, qui hortatu suo copiosum numerum lapidibus & flammis necatum ante se miserat, ipse semiusulatus, lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus.

80. ad gradum in acie figendum, &c.] De hæc Trouerbiali formula vide nostra Prolegomena.

81. Certè quidem bonus pastor animam pro pecoribus ponit, &c.] Rursus hic, & paulo post bis: pecora, propriè vsurpat Auctor, adludens ad cap. 10. Ioan. pro: ovis. Citat autem paraphrasticè magis quàm ad verbum illud Exod. 32. Si perdis, &c. de qua scriptura vide supra Adnotat. nostras Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. cap. 26. num. 181. Sicuti de illo paulo post Luc. 8. Qui habet, dabitur ei, &c. lib. 4. aduers. Marc. cap. 19. num. 271.

82. detinebuntur illi missionis suæ, &c.] Adludit (inquit Rhenan.) ad missionem illam Evangelicè patrisfamilias, de qua legitur Matth. 20. cap. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit

eos in vineam suam. Missionem igitur accipit pro opere nauata.

83. Exurge romphæa in pastores, &c.] Nonnihil hic dissentit Auctor in scriptura hac Zachar. 13. ab editione LXX. hodierna, omisis etiam aliquot verbis, que tamen inueniuntur apud B. Iustinum Martyrem lib. adu. Tryphonem; verum castigauimus: & superducam nannum meam in pastores, sicuti Græcè & Hebræicè legitur, pro eo quod erat: agnum meum, nullo sensu, maxime quum etiam Chaldæus paraphrastes: potentiam verbat. Est autem vel ipso Rhenano teste, vox Tertullianica: perorant.

84. Si & Spiritum quis agnouerit, &c.] Spiritum seu Paracleti Montanici verba quedam adfert, vnde manifestum est à Montano hunc errorem desumptum esse.

C A P. XII.

85. Quod pertineat Frater, &c.] Titulum huic capituli impostum: Quod persecutio pretio redimenda non sit. In quo quamproximè accedit ad Libellaticos, quos commemorat lib. de Lapsis, & alibi non semel, B. Cyprianus; vtpotè quum sicuti legitur Epist. 52. ad Antonian. Libelli quos Iudicibus offerebant, ne sacrificarent, inter cetera hæc habeant: Christianum me esse, sacrificare mihi non licere, ad aram diaboli me venire non posse; dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Quos adèd non minus quàm Lapsos à communionè exclusos fuisse, patet tum ex dicta Epist. & lib. de Lap. tum ex Epist. 25. & 31. Vbi Auctorem in quibusdam imitatur. Verum in hoc fallitur Auctor, quod fugam redemptioni comparat.

86. Pretium interest, &c.] Quasi dicat (inquit Rhenan.) pretium facit discrimen; qui etiam adnotat gratuitum dici pretio carens; similem locum adferens ex lib. de Hab. muliebri: & per gratuitum vsum amatores contumeliosi viderentur. Legimus autem ex Vanc. 3. MS. vt autem redimas hominem tuum nummis, pro: tu, eod quod paulo post sequatur: Tu autem pro eo pacifceris. Est autem phrasis Tertullianica: digna Deo & dispositionis eius; vtpotè qui dignum modò cum Dativo, modò cum Genitiuo construat.

87. Apud inferos emancipatio nostra est, &c.] Vanc. 3. MS. cod. remancipatio. sed etiam hoc præterquam quod non placet obscurum est, sicuti etiam illud: & stipulatio nostra in cælis. Hoc vult, quod à Christo ab inferis emancipati sumus, & stipulationem cælorum acceperimus. Id est enim quod subditur de Christo Domino virtutum, quod hominè ab inferis mercatus sit in cælos. Pertinet adèd etiam hic locus ad confirmationem articuli Symboli Apostolorum: Descendit ad inferos, de quo supra latius lib. de Præscript. aduers. her. cap. 13. num. 86. Atqui sunt voces Jurconsultorum: emancipatio, & stipulatio.

88. magno comparatam, &c.] Hinc confirmatur nostra lectio supra lib. 5. adu. Marc. ca. 7. num. 106. Empti enim estis magno, siue: pretio magno, 1. Cor. 6. Hoc verò differt in scriptura sequenti Ephes. 6. quod transferrat: spiritalia nequitia; tenebras huius æui, pro eo quod dicto lib. cap. 18. num. 289. spiritalia nequitia tenebratum istatum.

89. Tu autem pro eo pacifceris, &c.] Similiter dixit sub finem huius capituli: Miles me, vel Delator, vel Inimicus concutit. Hic verò etiam peculiari vti-tur phrasi Jurconsultorum, qua improbat eos qui de cri-

mine paciscuntur cū delatore vel milite, vel furunculo aliquo præfide, furtivo, sub tunica & sinu, quod aiunt. De quo Proverbio vide nostra Prolegomena.

90. Non aliter & Simon facere tentavit, &c.] De Simone Mago agit, iuxta quod Act. 8. historia narratur. Fuit autem ad confirmationem professionis spiritus sancti etiam ex filio, quod spiritum sanctum docet, spiritum Christi. In eo quod sequitur siue legas cum 3. MS. Vatic. Quis tamen obnegatorem spernat? siue cum exc. abnegatorem, perinde est; ubi addit Rhenanus Ironiam esse.

91. Concussor, &c.] Apud Lucam (inquit Rhen.) c. 3. ad milites dicit Iohannes Baptistæ: unde &c. dicitur, id est: neminem concutiatis. Hinc concussor dicitur, & concussio. In Apologetico, cap. 7. Tot hostes eius, quot extranei, & quidem proprii ex æmulatione Iudei, ex concussione milites.

92. Non traditus autem traduci habebas, &c.] Non, inquit idem, pro: Nonne, quæsitivè. Traduci, hoc est, exponi omnium hominum oculis, id quod prophetia Montani vocat publicari, ut diximus ante; qui etiam adnotat ibi: Redimens non ostendi? similiter: non, accipi. Obiectio est enim, inquit, numerantis concussori pecuniam. Redimens scilicet me; non pro nonne ostendi? scilicet me esse Christianum. Nam aliqui me non redemissent. Et verò hic vox est Iureconsultorum: in conficato habere. Atqui in eo quod sequitur, Apostoli tractantes, subaudi: verbum Dei. Est verò Tertullianica phrasis, refrigeria subministrabant.

93. Quando Onesiphorus, &c.] Enumerat inter eos qui Apostolis necessaria ministrabant; Onesiphorū, cuius mentio 2. Timoth. 1. & 4. Aquilam, de quo Act. 18. Rom. 16. 1. Cor. 16. & 2. Timoth. 4. & Stephanum, cuius historia Act. 6. & 7. nisi quis malis legere: Stephanus; quod nunquam Stephanus Paulo legitur id officii præstitisse, at Stephana, de qua legitur 1. Cor. 1. & 16.

94. Paulus quidem, &c.] Etiam hoc desumptum ex variis locis. De Felice, Act. 24. de discipulis, Act. 21. Rursus verò adnotat Rhenanus prædicatas accipi pro: prædictas ab Agabo, qui in sequentibus castigandis bonam operam navavit.

95. Sub aliquam redemptionem capitis, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) ut pro singulis capitibus siue hominibus aliquid numeretur. Unde mox; nullum nummum pro capite debemus.

96. & sectæ, &c.] Secta, inquit idem, non sonat in malam partem apud vetustissimos. Ita lib. de Pallio: At ego iam me illi etiam diuinæ sectæ ad disciplinæ commercium confero; in Apolog. ca. 21. Hunc ædidimus & sectæ & nominis censum cum suo Auctore, ut de compluribus aliis locis taceam B. Cypri. Mart. lib. 4. Epist. 5. nunc 34. In eiusmodi, inquit, confessoribus gloriatur, quorum secta & conversatio sic proficit ad præconium gloriæ, ut magistrum ceteris præbeat disciplinam. Idem in Prefatione ad Quirinum. Ad religiosam, inquit, sectæ nostræ disciplinam pertinentia. Qui etiam adnotat: licentiam sectæ accipi in bonam partem, pro: permissu. Similiter autem dixit paulopost: stipendiariæ sectæ.

97. Antichristo iam instantè, &c.] Haud aliter Iudas opus suum in Hebdomada Danielis usque ad decimum seueri annum producens, aduentum Antichristi eo tempore prædixisse videtur. Refert B. Hier. in Catal. Script. & Niceph. lib. 5. cap. 35. In quo (inquit ibidem B. Hier.) error arguitur; sed hoc ideo scripsit, quia magnitudo persecutionis præsentem mundi minabatur occasum.

98. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c.] si: militer interpretatur illud Matth. 22. supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15.

CAP. XIII.

99. Sed & omni petenti me dabo, &c.] Inscriptio nem huic capiti fecimus. De locis scripturæ: Omni petenti te da, &c. Facite vobis amicos de Mammona, Luc. 6. & 16. Quorum illud tractavit etiam supra lib. 4. adu. Marc. cap. 16. hoc verò ibidem cap. 33.

100. non in concussura, &c.] Concussura (inquit Rhen.) pro concussione. Hic subauditur Ablatiuus causa. quin etiam ibi: omnium iam nunc Dominicarum, subaudit: sententiarum. De Proverbialibus autem formulis: vinum febricitanti, ac venenum aut gladium mortem desideranti dare, vide nostra Prolegomena. Malim verò legere paulopost: scriptura permittat, cum 1. edit. ad marg. sed reuimus: scriptum, eò quod hoc legant MS. 3. Vatic. cod.

101. Massaliter, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) simul & pro omnibus, non sigillatim pro hoc aut illo. Sic lib. 4. adu. Marc. cap. 18. Redactam scilicet, inquit, in dominum, ut in massalem suam summam; item lib. aduers. Valentinian. cap. 16. atque ita massaliter solidata.

102. in maticibus, &c.] Matrices, inquit idem, appellat libellos, in quibus Cæsareo fisco penitentes descripti continebantur. Habebant & nomina militum inscripta matrices, siue matriculæ, per diminutionem. Cassiodorus Variarum lib. 11. Et ideo Catellum, inquit, quem matriculæ series fecit accedere, nostra auctoritas quoque actuum scripni curam præcepit obtinere. Unde Matriculati & immatriculati dicitur, qui inscripti sunt.

103. Beneficiarium, &c.] Beneficiarij, inquit idem, Imperiales ministri. Liber, cui titulus Notitia Orientalis & Occidentis, indicat Primsicrinium beneficiarium fuisse sub Comite rerum priuatarum. A quibus beneficiis siue muneribus, qualia sunt quæ vulgò Feuda vocant, quibus honestabantur per liberalitatem Cæsarem, dicitur Beneficiarij. Et intelligas inter eos titulos beneficiarium tributi vni fuisse à Christianis exigendi.

104. & Curioforum, &c.] Erant, inquit idem, Curiosi, qui in comitatu Præsidum admissa per prouincias renuntiabant. Magister Officiorum habebat sub se Curiosum cursus publici presentis vni, & Curiosos per omnes prouincias, quemadmodum docet Notitia Orientalis & Occidentis, quam modò citauimus. Exstat titulus de Curiosis & Stationariis lib. 12. Cod. Est etiam similis Tit. x. lib. 12. Theodosiani.

105. inter Tabernarios, &c.] Tabernarij, idem adnotat, sunt popinones & caupones, hoc est, qui dapes, & Vina, aut qui alias res in tabernis vendunt. De Capitulariis Horreariorum & Tabernariorum mentionem facit Cassiodorus Var. lib. 10.

106. & Ianios, &c.] Exemplar, inquit idem, Hirsaugiense habebat Ianios, quæ res me mouit, ut supponerem: Ianios; at in Gorziensi Ianicos legitur, quasi voluerit Ianicos appellatos fortassis à Iano illo fori Romani, hoc est, circumforaneos; venditores videlicet & propolas. MS. 3. Vatic. etiam legunt: Ianicos.

107. & fures balnearum, &c.] His, adnotat idem, grauiorem penam infligendam Auctores sunt Iurecōsulti. Et eius rei causam adfert Aristoteles in Problematis.

108. Hanc Episcopatu formam, &c.] Ironiam esse idem scribit, quod subindicatur eo quod sequitur: Scilicet enim, quod Ironiam habet cum amaritudine coniunctam.

109. per Saturnalia, &c.] Saturnaliorum, inquit idem,

idem, nomine muneris intelligit, qualia in Saturnalibus vltro citroque solebant à Romanis misitari. Vide plura de iisdem supra Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 10. num. 64. & cap. 14. num. 101.

CAP. XIII.

110. Sed quomodo colligemus, &c.] Caput hoc inscriptissimum: Quod si interdiu Dominica sollempnia non celebramus, nocte id fieri licere. Colligere autem (inquit Rhenanus) vocabant congregare populum in aliquam Basilicam. Unde collecta pro precatione, qua populus cum sacerdote orabat, nunc pro hac re, nunc pro alia. Quidam etiam Collectam facere dicunt sic congregare plebem. Synonymum verò est illi: dominica sollemp-

nia celebrare, sicuti etiam supra adnotauimus cap. 3. num. 33.

111. Officia militaria, &c.] Officiales (inquit Rhenan.) & ministros publicos intelligit.

112. habes noctem luce Christi luminosi aduersus eam, &c.] Sensus est (inquit idem) Habes noctem in luce Christi, qui luminosus & illustris est aduersus eam noctem.

113. addicas, &c.] Rem (adnotat idem) venalem addicitori venditor, quum illi eam adiudicat.

114. & ideo Paracletus, &c.] Paracletum (vel eodem adnotante) illum Montani fictitium nimis magnifice prædicat, nec hic tantum.

ARGVMENTVM LIBRI DE IEIUNIIS ADVERSVS PSYCHICOS, PER IACOBVM PAMELIVM.

DISPVTATVR VS Tertullianus de Ieiuniis, imprimis argumētum libri indicat, sese argui (quamquam non satis verè) quòd ieiunia propria custodirēt, & Stationes plerumque in vesperam producerent, & Xerophagias obseruaret.

Hac occasione eas rationes adfert, quæ videtur concludere, aut indifferēter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio, aut non ieiunandum.

In contrarium, ieiunij auctoritatem à primordio probat per legem non gustandi de arbore agnitionis, quam quum per gulam transgressus Adam sit, debere rursus expiari ieiunio illud primordiale delictum.

Nec obstare permissionem ciborum à Deo in primordio permissam, quòd pro temporibus omnia modularetur, permittens omnia, ut demeret quadam.

At in Lege, ademptum victum quorumdam immūdorū, quòd facilius aliquādo homo ieiunia toleraret.

Naturam quoque & scripturam enuntiare; ante cibum & potum diuinis tractādīs esse nos aptiores, vel Moyſi & Helie exemplo.

Etiam ad alia exempla procedit veteris Testamenti, filiorum Israël sub Samuēle, Ezechie, ciuitatis Ninie, Achab, Annæ matris Samuēlis, Danielis.

Item noui Testamenti, Annæ Prophetidīs, Christi ipsius, Centurionis Cornelij & Apostoli Pauli.

Xerophagiarum item & vini abstinentiæ antiquissimam religionem ostendit; exemplis Danielis & fratru eius, Helie, Davidis, Samuēlis, Aaronis, & Apostoli Pauli, ac Timothei.

Denique & stationum, id est, statorum ieiuniorum in vesperam usque productionem, probari exemplis Moyſi, Iesu Naue, Saulis, & Danielis.

Quum itaque quedam ex dictis officiis à Deo homini imperata sint, quadam ab homine per votum Deo expuncta, non noua esse.

Et verò, delicta ieiunij elimari, scientiam Xerophagias extorqueri, bella propria stationibus discuti, & ad martyrium esse aptiorem victus tolerantiam.

Porro ad supradictas cap. 2. rationes respondens, arbitrio cuiusuis non relinquēda ieiunia probat, ex eo quòd Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia adsolent, maxime ubi etiam per Græcias Concilia ex vniuersis Ecclesiis aguntur.

Deinde Galathis interdictas obseruationes dierum, mensum & annorū, de Iudaicis

intelligi, nō Christianis; ut potē qui Pascha celebramus annuo circulo in mēse primo; 50. inde diebus in omni exultatione decurrimus; stationibus quartam & sextam Sabbati & ieiuniis Parasceuen dicamus.

XV. Eundem Apostolum, quum prädicit quosdam qui iubeant cibis abstinere, prædicant hereticos id præcepturos ad dispicienda opera Creatoris Marcionem, Tatianum, & similes. Esaiam quoque ieiunium potius confirmare quàm auferre.

XVI. Atqui quum Deo displiceat incontinentia gula, ieiunium ab eo adprobari, immò & in foēle præcipi. Denique etiā ethnicos in sacris Idolorum omnē τὰ πλεονεκτήματα agnoscere.

XVII. Illis itaque qui ieiunia recusant, Deum vèrem esse, Esau venatori comparari, qui primatus suos vendidit; & ferè comitari adpendices gula lasciuia atque luxuriam.

Ceterum etsi in hoc contra Ecclesiam scriptus sit hic liber, quod Orthodoxis Psychici nomine calumniose adplicato, propria quædam Montani ieiunia defendens illis falso imponat, quasi ieiunia oderint; multum tamē pro Ecclesia facit, quod aduersum huius ætatis hereticos auctoritatem ieiuniorum Ecclesiasticorum tueatur, & egregiè respondeat ad plerasque, quas illi etiamnum pro se citant, scripturas. Quo fit uti argumentum dilatauerimus: & ad conuincendos Magdenburgenses Centuriatores, qui ieiunia originem à Montanistis habuisse calumniantur, suis quibusque locis similes aliorum Patrum expositiones maximè Antecessorum Tertulliani paucis adtigerimus; & præterea B. Hieron. qui lib. 2. aduers. Iouinianum, ieiuniorum hostem, ad verbum ferè Auctorem in hoc libro imitatus est. Atqui Tertulliano, præterquam quod adscribat locis supra citatis B. Hieron. & Nicephorus, id cōvincit citatio libri de Monogamia initio huius opusculi; itē illud libri de Pudicitia c. 1. Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, ubi ad hunc librum haud dubiè adludit. Viderunt autē iam olim MS. Trithemius & Politianus; prælo primus tradidit Dn. I. Gagnæus cum scholiis breuibus ad marginem; deinde ad Britanicum codicem recognouit Gelenius. Nos verò nunc iterum eundem castigauimus ex Anglico Ioannis Clemētis Exemplari MS. & contexturis aliquot Dominorum Latinij & Harrisij, & Argumentum ac Adnotationes recēns adiecimus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS

TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI, DE IEIUNIIS ADVERSUS
Psychicos Liber.

CAP. I.



IRARE Psychicos istos, si sola luxuria tenerentur qua sæpius nubunt, si non etiam ingluuie ducerentur qua ieiunia oderunt; monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cum duo hæc tam vnita atque concreta sint, ut si disungi omninò potuissent, ipsi prius ventri pudenda non adhærerent. Specta corpus & vna regio est, denique pro dispositione membrorum ordo vitiorum, prior venter & statim cetera saginæ substructa lasciuia est, per edacitatem salacitas transit. Agnosco igitur animale fidem studio carnis qua tota constat, tam multiuorantiæ quàm multinubentia promam, ut meritò spiritalem disciplinam pro substantia æmulam in hac quoque specie cōtinentiæ accuset, proinde gula frenos induentem per nullas interdum vel seras vel aridas escas, quemadmodum & libidini per vnica nuptias, piget iam cum talibus congregari, pudet &

A det & iam de eis altercari quorum nec defensio verecunda est. Quomodo enim protegam castitatem & sobrietatem sine taxatione aduersariorum? quinam isti sint semel nominabo, exteriores & interiores botuli Psychicorum. Hi Paracletō controuersiam faciunt, propter hoc nouæ Prophetiæ recusantur, non quòd alium Deum prædicent Montanus & Priscilla & Maximilla, nec quòd Iesum Christum soluant, nec quòd aliquam fidei aut spei regulam euertant, sed quòd planè doceat sæpius ieiunare quàm nubere. De modo quidem nubendi iam edidimus Monogamiæ defensionem, nunc de castigatione victus secundæ, vel magis primæ continentia pugna est. Arguunt nos quòd ieiunia propria custodiamus, quòd stationes plerumque in vesperam producamus, quòd etiam xerophagias obseruemus, siccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus vel potemus, lauacri quoque abstinentiam congruentem arido victui, nouitatem igitur obiectant de cuius illicito præscribitur, aut hæresin iudicandam, si humana præsumptio est, aut pseudopphetiam pronuntiamdam, si spiritalis indictio est, dum quaqua ex parte anathema audiamus qui aliter adnuntiamus. Nam quod ad ieiunia pertineat, certos dies à Deo constitutos opponunt, ut cum in Leuitico præcipit Dominus Mosi decimam mensis septimi diem placationis, Sancta, inquit, erit vobis dies, & vexabitis animas vestras, & omnis anima quæ vexata non fuerit in illa die, exterminabitur de populo suo. Certè in Euangelio illos dies ieiuniis determinatos putant, in quibus ablatus est sponfus: & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorū abolitis legalibus & propheticis verustatibus. Vbi volunt enim, agnoscunt quid sapiat, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, non ex imperio nouæ disciplinae, pro temporibus & causis vniuscuiusque. Sic & Apostolos obseruasse, nullum aliud imponentes iugum certorum & in commune omnibus obeundorum ieiuniorum: proinde nec stationum, quæ & ipsæ suos quidem dies habeant quartæ feriæ & sextæ: passiuè tamen currant, neque sub lege præcepti, neque ultra supremam diei, quando & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo quod Actis refertur. Xerophagias verò nouum affectati officij nomen, & proximum ethnicæ superstitioni, quales casti moniæ Apim, Isidem, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, cum fides libera in Christo ne Iudaicæ quidem legi abstinentiam quorundam ciborum debeat; semel in totum macellum ab Apostolo admissa, detestatore eorum, qui sicut nubere prohibeant, ita iubeant cibis abstinere à Deo conditis: & ideò nos esse iam tunc prænotatos in nouissimis temporibus abscedentes à fide, intendentes spiritibus, mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum, iniustam habentes conscientiam. Quibus oro te ignibus? credo quibus nuptias sæpè deducimus, & cœnas quotidie coquimus. Sic & cum Galatis nos quoque percuti aiunt obseruatores dierum & mensium & annorum, Iaculantur interea & Esaiam pronuntiasse: Non tale ieiunium Dominus elegit, id est, non abstinentiam cibi, sed opera iustitiæ quæ subtextit: & ipsum Dominum in Euangelio ad omnem circa victus scrupulositatem compendio respondiisse, non his communicari hominem quæ in os inferantur, sed quæ ex ore proferantur, cum & ipse manducaret & biberet vsque in notationem: Ecce homo vorator & potator. sic & Apostolum docere quòd esca nos Deo non commendat, neque abundantes si edamus, neque deficientes si non edamus. His & eiusmodi sensibus eò iam subtiliter tendunt, ut vnusquisque prior ventri possit superuacua, nec ad eò necessaria existimare sublatis vel diminuti vel demorati cibi officia, præponente scilicet iustitiæ & innocentie opera. Et scimus quales sint carnalium commodorum suasorie, quàm facile dicatur, opus est de totis præcordiis credam, diligam Deum & proximum mihi. In his enim duobus præceptis tota Lex pendet & Prophete, non in pulmonum & intestinorum meorum inanitate. Itaque nos hoc prius affirmare debemus, quod occultè subruì periclitatur, quantum valeat apud Deum inanitas ista: & ante omnia vnde ratio ipsa processerit hoc modo promerendi Deum: tunc enim agnosceretur obseruationis necessitas, cum eluxerit rationis auctoritas à primordio recensende. Acceperat Adam à Deo legem non gustandi de arbore agnitionis boni & mali, moriturus si gustasset, verum & ipse tunc in psychicum reuersus post ecstasin spiritalem; in qua magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam prophetauerat, nec iam capiens quæ erant spiritus, facilius ventri quàm Deo cessit, pabulo potius quàm præcepto annuit, salutem gula vendidit. Manducauit denique & periit.

saluus alioquin si vni arbusculæ ieiunare maluisset : vt iam hinc animalis fides semen suū D
 recognoscat, exinde deducens carnalium appetitionem & spiritualium recusationem.
 Tenco igitur à primordio homicidam gulam, tormentis atque suppliciis inedia punien-
 dam, etiam si Deus nulla ieiunia præcepisset : ostendens tamen vnde sit occisus Adam,
 mihi reliquerat intelligenda remedia offensæ, qui offensam demonstrat : vltro cibū qui-
 bus modis quibusque temporibus potuisset, pro veneno deputarem, & antidotū famem
 fumerem, per quam purgarem²⁶ mortis à primordio causam, in me quoque cū ipso gene-
 re transductam, certus hoc Deum velle cuius contrarium noluit, fatisque confidens pla-
 cituram illi continentię curam, à quo damnatam comperissem incontinentię culpam.
 Porro cū & ipse ieiunium mandet,²⁷ & animam conquassatam propriè vtique cibi an-
 gustiis sacrificium appeller, quis iam dubitabit omnium ergo victus macerationum hanc
 fuisse rationem, qua rursus interdicto cibo & obseruato præcepto primordiale iam deli-
 ctum expiaretur, vt homo per eandem materiam causæ satis Deo faciat per quam offen-
 derat, id est, per cibi interdictionem : atque ita salutem æmulo modo redaccenderet inedia,
 sicut extinxerat sagina, pro vnico illicito plura licita contemnens. [²⁸ Hæc ratio
 seruabatur apud prouidentiam Dei pro temporibus omnia modulantis, ne quis ex diuerso
 ad deiiciendam propositionem nostram : cur ergo, dicat, non statim Deus aliquam
 victus constituit castigationem, quinimò & auxit permissionem. Nam in primordio qui-
 dem herbidum solummodò & arboreum homini pabulum addixerat :²⁹ Ecce dedi vobis
 omne fœnum fementium seminans semen quod est super terram, & omne lignum
 quod habet in semetipso fructum seminis fementiui, vobis erit in escam. Postea verò ad
 Noë enumerata subiectione omnium bestiarum terræ, & volatiliū cœli, & mouen-
 tium in terra, & piscium maris,³⁰ & omnis viuētis, Erunt, inquit, vobis in escam : ve-
 lut holera fœni dedi vobis vniuersa. Verùm carnem in sanguine animæ suæ non edetis :
 nam & hoc ipso quòd eam solam carnem esui eximit, cuius anima non per sanguinem ef-
 funditur, omnis reliquæ carnis vsus concessisse manifestum est. Ad hæc respondemus,
 non competisse onerari hominem aliqua adhuc abstinentię lege ; qui cū maximè tam
 leuem interdictionem vnus scilicet pomi tolerare non potuit : remissum itaque illum li-
 bertate ipsa corroborandum. Æquè post diluuium in reformatione generis humani sus-
 fecisse vnā interim legem à sanguine abstinenti permissio vsu ceterorum. Iam enim iu-
 dicium Dominus ostenderat per diluuium ; adhuc etiam comminatus fuerat per exqui-
 sitionem sanguinis de manu fratris & de manu bestię. Omnis itaque iustitiam iudicij præ-
 ministrans, materiam libertatis emisit, per veniam supparans disciplinam, permittens
 omnia, vt demeret quædam, plus exacturus si plus commisisset, abstinentiam imperatu-
 rus, cū indulgentiam præmisisset, quo magis, vt diximus, primordiale delictum expi-
 aretur maioris abstinentię operatione in maioris licentiæ occasione. [³¹ Denique
 vbi iam & familiaris populus allegi Deo cœpit, & restitutio hominis imbui potuit, tunc
 leges disciplinæque omnes impositæ etiam quæ decerperent victum, ademptis quibus-
 dam veluti immundis, quo facilius aliquando ieiunia toleraret homo, perpetua in qui-
 busdam abstinentia vsus.³² Nam & primus populus primi hominis resculpserat crimen,
 pronior ventri quàm Deo deprehensus, cū, de duritia Ægyptiæ seruitutis valida ma-
 nu Dei & sublimi brachio ereptus (Dominus eius visus est) terræ lacte & melle mananti
 destinatus, statim autem solitudinis incopiosè circumspectu scandalizatus, saturitatis Æ-
 gyptiæ detrimenta suspirans, in Moysen & Aaron mussitauit: Vtinam obiissemus percuf-
 si à Domino in terra Ægypti, quando super ollas carnum sedebamus, & panes in pleni-
 tudinem comedebamus. Quoniam eduxisti nos in hæc deserta ad interficiendam syna-
 gogam istam fame.³³ Eadem ventris prælatione deploraturus erat eosdem duces suos &
 Dei arbitros, quos desiderio carnis & recordatu Ægyptiarum copiarum exacerbabat:
 Quis nos vescet carne? venerunt in mentē nobis pisces quos in Ægypto edebamus gra-
 tis, & cucumeres & pepones & porri & cepe & allia. At nunc anima nostra arida, nihil
 nisi manna vident oculi nostri. Ita & illis Xerophagiæ panes angelici displicebant, allium
 potius & cepe quàm cœlum fragrare malebant. Et idèd tam ingratis gratiora & esculen-
 tiora quæque detracta sunt, puniendę simul gulæ & exercendæ continentię causa : vt il-
 la damnaretur, ista erudiretur. [³⁴ Nunc si temerè rationes castigati à Deo victus, & cas-
 tigan di propter Deum à nobis, ad primordiorum experimenta reuocauimus, conscien-
 tiam communem consulamus, ipsa natura enunciabit, quales nos ante pabulum & po-
 tum

psal. 50.

1111.

Gen. 1.

Gen. 9.

Gen. 1. & 3.

Gen. 9.

Gen. 8.

Gen. 9.

v.

Leuit. 23.

Exodi. 14.

Exodi. 3.

Exod. 16.

Exod. 16.

Num. 11.

v. i.

A tum in virgine adhuc salua exhibere consuerit rebus dumtaxat sensus agendis quo diui-
 na tractantur, si multo pollentioris mentis, si multo viuacioris cordis, quàm cūm to-
 tum illud domicilium interioris hominis, escis stipatum, vinis inundatum, decoquen-
 dis iam stercorebus æstuans, ³⁵ præmeditatorium efficitur latrinarum, in quo planè nihil
 tam in proximo superfit quàm ad lasciuiam sapere. Manducauit populus & bibit, & sur-
 rexerunt ludere. Intellige sanctæ scripturæ verecundiam, lusum nisi impudicum non de-
 notasset. Ceterum quotusquisque meminerit religionis, occupatis memoriæ locis, impe-
 ditus sapientiæ membris, nemo ita vt decet, ita vt par est, ita vt vile est, recordabitur
 Dei in eo tempore, quo ipsum sibi hominem excidere solemne est. Omnem disciplinam
 victus aut occidit aut vulnerat. Mentior si non Dominus ipse obliuionem sui exprobrans
 Israël, causam plenitudini reputat. Incrassatus est dilectus & pinguefactus & dilatatus
 est, & dereliquit Deum qui fecit eum, & abscessit à Domino salutarificatore suo. Denique
 in eodem Deuteronomio eandem causam præcaueri iubens: Ne, inquit, cūm mandu-
 caueris & biberis & domos optimas ædificaueris, ouibus & bubus tuis multiplicatis, &
 argento & auro, extollatur cor tuum, & obliuiscaris Domini Dei tui. Præposuit corru-
 ptelæ diuitiarum edacitatis enormitatem, cui ipsæ diuitiæ procurant. Per illas scilicet,
 incrasatum erat cor populi, ne oculis videret, & auribus audiret, & corde coniceret adi-
 pibus obstructo, quas nominatim esui abstulit, dedocens hominem saginæ studere.
 B ³⁶ Ceterum cui cor euectum potius inueniebatur quàm impinguatam; quadraginta die-
 bus toridèdque noctibus supra humanę naturæ facultatem ieiunium perennauit spirita-
 li fide virtutem subministrante: & vidit oculis Dei gloriam, & audiuit auribus Dei vo-
 cem, & corde coniecit Dei legem, iam tunc docentis; non in solo pane viuere homi-
 nem, sed in omni verbo Dei: cūm quidem nec ipsum Moysen Deo pastum inediãque
 eius nomine saginatam constanter contemplari valeret pinguior populus. Meritò igitur
 etiam in carne se Dominus ei ostendit collegæ ieiuniorum suorum, ³⁷ non minus & He-
 liæ. Nam & Helias hoc primum quod famem fuerat imprecatus, satis iam se ieiuniis vo-
 uerat. Viuit, inquit, Dominus, cui adhisto in conspectu eius, si erit ros istis annis & im-
 ber. Dehinc minantem Iezabel fugiens post vnicum pabulum & potum quem ab angelo
 expergefactus inuenerat, & ipse quadraginta diebus & noctibus vacuo ventre arido ore
 peruenit in montem Choreb, vbi cūm in spelunca deuertisset, quàm familiari congressu
 Dei exceptus est. Quid tu Helia hæc? multo amicior ista vox, quàm, Adam vbi es? illa e-
 nim pasto homini minabatur, ista ieiuno blandiebatur. Tanta est circumscripti victus
 prærogatiua, vt Deum præster homini contubernalem, parem re vera pari. ³⁸ Si enim
 Deus æternus non esurier, vt testatur per Esaiam, hoc erit tempus quo homo Deo adæ-
 quetur, cū sine pabulo viuut. [³⁹ Processimus itaque iam ad exempla, vt reuoluamus
 vtilitatis efficacia potestates istius officij, quod etiam iratum Deum homini reconciliat,
 Deliquerat Israël; in aquatione apud Maspha congregatus à Samuèle, ita statim delictū
 ieiunio diluit, ⁴⁰ vt periculū prælij simul fugerit. Quū maximè Samuel offerebat holocau-
 stum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam quàm abstinentia populi. Et
 allophyli prælio admouebant, ibidem Dominus intonuit voce magna super allophylos,
 & confusi sunt, & corruerunt in conspectu Israël: & processerunt viri Israël ex Maspha,
 & persecuti sunt allophylos, & vsque Berchor cæciderunt pastos im pasti, armatos iner-
 mes. Hæ erunt vires ieiunantium Deo, cœlum pro eiufmodi militat: habes formam præ-
 fidij etiam spiritualibus bellis necessariam. ⁴¹ Proinde cūm rex Assyriorum Sennacherib
 compluribus iã ciuitatibus captis Israël per Rapsacen blasphemias & minas intentaret,
 nihil aliud illum à proposito in Æthiopia auertit, dehinc centum & octoginta milia de
 exercitu eius per angelum absumpsit, quàm Ezechiæ regis humiliatio. Siquidem duri-
 tia hostis annuntiata, vestem scidit, saccum induit, eodèdque habitu seniores sacerdo-
 tum ad Deum per Esaiam adire iussit, vtique ieiunio preces prosequente, neque enim ci-
 bi tempus in periculo, nec saturitatis cultus in sacco, semper inedia mœroris sequela est,
 sicut lætitia accessio saginæ. Per hanc mœroris sequelam & inediã, etiam ciuitas illa
 peccatrix Ninive de exitio prædicato liberatur. Satis enim pœnitentia scelerum com-
 mendauerit Deo ieiunium triduo functa, etiam pecudibus enectis, quibus iratus Deus
 non erat. Sodoma quoque & Gomorra euasissent si ieiunassent. ⁴² Hoc remedium agno-
 scit & Achab, cūm illi post transgressionem & idololatriam & necem Nabuthæ propter
 vincam interempti à Iezabel exprobrasset Helias: qualiter occidisti, & hereditatem pos-

Exod. 32.

Deuter. 32.

Deuter. 8.

Isai. 6.

Exod. 24.

Math. 4.

Exod. 34.

Math. 17.

3. Reg. 17.

3. Reg. 19.

Gen. 3.

v. i.

1. Reg. 7.

4. Reg. 18.

19.

1. Ion. 3.

Gen. 19.

3. Reg. 21.

sedisti, in loco, quo sanguinem Nabuthæ canes delinixerant, tuum quoque delingent: D
 destituit semetipsum, & faccum carni suæ imposuit, & ieiunauit, & dormiuit in sacco. &
 tunc sermo Domini ad Heliam: Vidisti ut reueritus sit Achab à facie mea: pro eo quod
 reueritus est, non superducam læsuram in diebus ipsius, sed in diebus filij eius superdu-
 cam eam, qui non erat ieiunaturus. Ita ieiunium in Deum reuerentiæ opus est, per quod
 Anna quoque ambiens vxor Helcanæ retrò sterilis impetrauit facile à Deo inanem cibo
 ventrem filio implere, & quidem Propheta. sed non modò naturæ mutationem, aut pe-
 riculorum auersionem, aut delictorum obliterationem, verumetiam sacramentorum
 agnitionem, ieiunia de Deo merebuntur. ⁴³ Aspice Danielis exemplum, circa somnium
 regis Babylonis omnes turbantur sophistæ, negant vtrò de præstantia humana posse co-
 gnosci. Solus Daniel Deo fidens, & sciens quid ad demerendam Dei gratiam faceret,
 spatium tridui postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commenda-
 tis, & ordinem & significationem somnij per omnia instruitur, tyranni sophistis parcitur,
 Deus glorificatur, Daniel honoratur. Non minorem Dei gratia & postea quoque rela-
 turus anno primo regis Darij, cum ex recogitatu prædicatorum temporum ab Hieremia
 dedit faciem suam Deo in ieiuniis & sacco & cinere. Nam & angelus missus ad eum, hæc
 statim professus est causam diuinæ dignationis. Veni, inquit, demonstrare tibi ⁴⁴ quate-
 nus miserabilis es, ieiunando scilicet. si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribi-
 lis, ⁴⁵ ubi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium angelus procurauit. [⁴⁶ Reddimus
 & cetera, ad noua enim nunc documenta properamus. In limine Euangelij Anna Pro-
 phetis filia Phanuelis, quæ infantem Dominum & agnouit, & multa super eo prædica-
 uit expectantibus redemptionem Israël, post egregium titulum veteris & vniuersæ vi-
 duitatis ieiuniorum quoque testimonio augetur, ostendens in quibus officiis assideri Ec-
 clesiæ debeat, & à nullis magis intelligi Christum quàm semel nuptis, & sæpè ieiunis. Ip-
 se mox Dominus baptisma suum, & in suo omnium, ieiuniis dedicauit, habens efficere
 panes ex lapidibus, etiam Iordanem vino fortasse manare, si ita vorator & potator fuis-
 set. Immò nouum hominem in veteris suggillationem virtute fastidiendi cibi initiabat,
 vt eum diabolo rursus per escam tentare quærenti fortiorem fame tota ostetaret. ⁴⁷ Præ-
 stituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transigedis. Cur enim iuste quod salutare? Do-
 cuit etiam aduersus diriora dæmonia ieiuniis præliandum. Quid enim mirum, si eadem
 operatione spiritus iniquus educitur qua sanctus inducitur? Denique vt in Centurionem
 Cornelium, necdum tinctum dignatio spiritus sancti cum charismate insuper Prophe-
 tiæ festinasset, ieiunia eius legimus exaudita. Puto autem & Apostolus in secunda Co-
 rinthiorum inter labores suos & pericula & incommoda post famem ac sitim ⁴⁸ ieiunia
 quoque plurima enumerat. [⁴⁹ Principalis hæc species in castigatione victus, potest iam
 de inferioribus quoque abstinentiæ operationibus præiudicare, vt & ipsis pro modo vti-
 libus aut necessariis. Nam exceptio eduliorum quorundam ⁵⁰ portionale ieiunium est.
⁵¹ Inspiciamus igitur & xerophagiarum nouitatem aut vanitatem, si non & in his tam
 antiquissimæ quàm efficacissimæ religionis operatio est. Redeo ad Danielelem & fratres
 eius leguminum pabulum & aquæ potum ⁵² ferculis & œnophoris regis præferentes, at-
 que exinde formosiores, ne qui de specie quoque corpusculi metuat, ceterum spiritu in-
 super cultos. Dedit enim Deus adulescentulis scientiam & intelligentiam in omni litte-
 ratura, & Danieli in omni verbo, & in somniis, & in omni sophia, qua hoc ipsum quo-
 que speret, quibus modis de Deo impetraretur agnitio sacramentorum. ⁵³ Anno deni-
 que tertio Cysi regis Persarum cum in recogitatum incidisset visionis, aliam formam hu-
 miliatiõis prospexit. In illis, inquit, diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdoma-
 das, panem suauem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vnctus non
 sum, donec consummarentur tres hebdomades, quibus transactis angelus emissus est ta-
 liter alloquens: Daniel, homo es miserabilis, ne timueris, quoniam ex die prima qua de-
 disti animam tuam recogitatu & humiliatiõni coram Deo, exauditum est verbum
 tuum, & ego introiui verbo tuo. Ita xerophagiarum miseratio & humiliatio metum ex-
 pellunt, & aures Dei aduertunt, & occultorum compotes faciunt. Reuertor etiam ad
 Heliam, cum corui illum pane & carne saturare cõsuescent; cur postmodum ⁵⁴ apud Ber-
 sabee Iudææ excitato ei de somno quidam ille angelus sine dubio panem solum & aquam
 obtulit? defecerant corui qui eum liberalius pascerent, an difficile angelo fuerat aliquem
 alicundè de cõuiuio regis ministrum cum instructissimo ferculo raptum ad Heliam trās-
 fer-

A ferresicut Daniel in lacum leonum esurienti prandium metentium exhibitum est, sed *Dan. 14.*
 constitui oportebat exemplum docens in tempore pressuræ, & persecutionis, & cuius-
 cunque circumstantiæ, xerophagis esse viuendum. Tali victu Dauid exomologesin suam *Psalm. 107.*
 expressit, cinerem quidem edens velut panem, id est, panem velut cinerem aridum &
 fordidum, potum verò fetu miscens, utique pro vino. Habet enim & abstinentia vini
 suos titulos, quæ & Samuëlem Deo vouerat, & Aaronem consecratur. ⁵⁵ Nam de Samuële *1. Reg. 1.*
 mater: Et vinum, inquit & ebriamen non bibit: talis enim & ipsa Deum orabat. Et
 Dominus ad Aaron, Vinum & siceram non bibetis, ⁵⁶ tu & filij tui post te, si quando in- *Leuit. 10.*
 grediemini tabernaculum, vel ascendetis ad altare, & non moriemini. Ad eò morientur
 qui non sobrij in Ecclesia ministrauerint. Sic & Israël proximo exprobrat: Et potum da- *Amos 2.*
 batis sanctificatis meis vinum. Et hæc autem strictura potus xerophagiæ portio est, quan-
 quam ubi abstinentia vini aut à Deo exigitur, ⁵⁷ aut ab homine vouetur, illic intelliga-
 tur etiam pabuli pressura formam præstruens potui. Qualis enim esus, talis & potus: ve-
 rissimile non est, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis sobrius & cibus ebrius. An
 autem & Apostolus xerophagias norit, qui maiora celebrauerat, sitim & famem & mul- *2. Cor. 11.*
 ta ieiunia; qui ebrietates & comessationes recusauerat; vel de discipulo Timotheo argu- *Rom. 13.*
 menti satis est: quem propter stomachum & assiduas imbecillitates modico vino mo- *1. Tim. 5.*
 nens vt, quo ille non ex institutione, sed ex deuotione abstinebat, ceterum stomacho
 magis consuetudo prodesset, hoc ipso abstinentiam vini dignam Deo suavit, quam ex ne-
 cessitate dissuasit. [⁵⁸ Equè stationes nostras vt indignas, quasdam verò & in serum *C. A. P. 3.*
 constitutas, nouitatis nomine inculant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum ef-
 se dicentes, ⁵⁹ & non vltra nonam detinendum, de suo scilicet more. Sed quòd pertineat
 at interdictionis quætionem, semel pro omnibus causis respondebo. Nunc ad proprium
 huius speciei articulum de modo temporis dico, de ipsis prius exposulandum, vnde
 hanc formam nona ditimendis stationibus præscribit. ⁶⁰ Si, quia Petrus & qui cum eo, *Act. 3.*
 ad horam nonam orationis templum introgressi leguntur, quis mihi probabit illos ea die
 statione functos, vt horam nonam ad clausulam & expunctionem stationis interpretetur.
 Atqui facilius inuenias Petrum hora sexta capiendi cibi causa prius in superiora ad oran- *Act. 10.*
 dum ascendisse, quo magis sexta diei finiri officio huic possit, quæ illud absolutura post
 orationem videbatur. Porro cum ⁶¹ in eodem commentario Luca, & tertia hora oratio- *Act. 2.*
 nis demonstratur, sub qua spiritu sancto initiati pro ebriis habebantur, & sexta qua Petrus *Act. 10.*
 ascendit in superiora, & nona qua templum sunt introgressi, cur non intelligamus salua *Act. 3.*
 planè indifferentia semper & vbique & omni tempore orandum: tamen tres istas horas,
 vt insigniores in rebus humanis quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ
 publicè resonant, ita & solenniores fuisse in orationibus diuinis: quod etiam sua- *Dan. 6.*
 det Danielis quoque argumentum ter die orantis, utiq; per aliquarum horarum exceptio-
 nem, non aliarum autem quàm insigniorum exinde Apostolicarum, tertiæ, sextæ, nonæ.
 Hinc itaque & Petrum dicam ex vetere potius vsu nonam obseruasse, tertio orantem su- *Act. 3.*
 C preme orationis munere. Hæc autem propter illos, qui se putant ex forma Petri agere,
 quam ignorant, non quasi respuamus nonam, cui & ⁶² quarta sabbati, & sexta plurimum
 fungimur: sed quia ⁶³ eorum quæ ex traditione obseruantur, tanto magis dignam rationem
 afferre debemus, quato carènt scripturæ auctoritate, donec aliquo cœlesti charismate, aut
 confirmetur, aut corrigantur. ⁶⁴ Et si qua, inquit, ignoratis, Dominus vobis reuelabit. Ita *Philipp. 3.*
 que seposito confirmatore omnium istorum Paraceto duce vniuersæ veritatis, an dignior
 apud nos ratio afferatur in nonam obseruandi require, vt etiam Petro ea ratio deputanda *Act. 3.*
 sit, si statione tunc functus est. Venit enim de exitu Domini, quem etsi semper commemo-
 rari oportet sine differentia horarum, impressiùs tamen cum eis secundum ipsum sta-
 tionis vocabulum addiscimus. ⁶⁵ Nam & milites nunquam immemores sacramenti, ma-
 gis stationibus parent. Itaque in eam vsque horam celebranda pressura est, in qua à sexta
 contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc & nos reuertamur *Matt. 27.*
 ad iocunditatem, cum & mundus recepit claritatem. Hoc si magis ad religionem sapiet
 Christianam, dum magis Christi gloriam celebrat, possum æquè seræ stationis ex eodem
 rei ordine statum figere, vt ieiunemus ad serum; expectantes tempus Dominicæ sepul-
 turæ, cum Ioseph postulatam detulit corpus & condidit. Inde & irreligiosum est antè fa- *ibidem.*
 mulorum carnem refrigerare quàm domini. Sed hoc ex argumentationum prouocatione
 commiserim, coniecturas coniecturis & tamen puto fidelioribus reperciens. Videat

Exodi 17. mus an aliquid tale nobis de vetustatibus quoque patrocinetur. In Exodo habitus ille D
 10f. 10. Moyfi aduersus Amalech orationibus præliantis vsque in occasum perseveras, nonne statio fuit terra? Ictum Naue debellantem Amorrhæos prandisse illa die existimamus, " qua ipsi, elementis stationem imperavit: stetit sol in Gabaon, & luna in Aialon: stetit sol & luna in statione, donec ultus est populus de inimicis suis, & stetit sol medio caelo, & non accedebat in occasum, & in finem diei vnus. Non fuit dies talis retrò & in nouissimo, vtique tam prolixus, vt, inquit, exaudiret Deus hominem, parem scilicet solis, instantem tandiu in officio, stationem etiam seral longiorem. Certè Saul & ipse in prælio constitutus manifestè munus istud indixit, Maledictus homo qui ederit panem ad vesperam vsque dum vlciscar de inimico meo; & non gustauit totus populus eius, " & tota terra non prandeat. Tantam autem Deus præstitit auctoritatem edicto stationis illius, vt Ionathan filius Saulis, quanquam ignarus ieiunationis in serum definitæ gustum mellis admiserat, & forte mox de delicto sit traductus, & vix per precem populi periculo exemptus: gulæ enim licet simplicis reus fuerat. " Sed & Daniel, anno primo regis Darij, cum ieiunus in sacco & cinere exomologesin Deo ageret, Et adhuc, inquit, loquente me in oratione, ecce vir quem videram in somnis initio, velociter volans appropinquauit mihi quasi hora vespertini sacrificij. Hæc erit statio sera, quæ ad vesperam ieiunans pinguiorem orationem Deo immolat. [" Omnia autem ista credo ignota eis qui ad nostra turbantur, aut sola forsitan lectione, non etiam intentione comperta, secundum maiorem vim impetitorum apud gloriosissimam scilicet multitudinem Psychicorum. Propterea per singulas direximus species ieiunationum, xerophagiarum, stationum, vt dum recensemus secundum vtriusque Testamenti paraturam, quantum proficiant recusati vel recisi vel retardati pabuli officia, eos retundamus qui hæc velut vacantia infirmant. Item dum pariter ostendimus, quo semper in ordine fuerint religionis, eos reuincamus qui hæc vt noua accusant: nec nouum enim quod semper, nec vacuum quod vtile. Sed & illud in medio est, quædam ex his officiis à Deo homini imperata legem constituisse, quædam ab homine Deo oblata votum expunxisse: tamen & " votum, cum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit per auctoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit. " Itaque & hinc in alia specie altercatio diuersæ partis obducitur, cum dicunt, aut pseudoprophecia est, si spiritalis vox solennia ista constituit, aut hæresis si humana præsumptio adinuenit. Eam enim formam reprehendentes qua & vetera decurrerunt, & ex ea retorquentes quæ & aduersarij veterum aduersus illa poterunt retractare, aut & illa reculare, debebunt exertè ista suscipere necessariè, maxime cum & ista à quocunque institutore sunt siue spiritali, siue tantum fideli, eidem Deo currant cui & vetera, indubitata enim & hæresis & pseudoprophecia diuinitatis diuersitate iudicabuntur apud nos omnes vnici Dei creatoris & Christi eius antistites, adeoque indifferenter hanc partem defendo, illis offerens in quo velint gradum figere. Spiritus diaboli est, dicis ô Psychice, & quomodo Dei nostri officia indicit? nec alij offerenda quam Deo nostro? Aut contende diabolus cum Deo facere nostro, aut Satanas Paracletus habeatur. Sed hominem Antichristum adfirmas; " hoc enim vocantur hæretici F nomine penes Ioannem. Et quomodo quisquis ille est in Christo nostro, hæc erga Dominum nostrum officia disposuit, cum & Antichristi erga Deum aduersum nostrum processerint Christum? Quo itaque putas laterum confirmatum apud nos spiritum, cum imperat, an cum probat quæ Deus noster & imperavit semper & probauit? Sed rursus palos terminales figitis Deo, sicut de gratia, ita de disciplina, sicut de charismatibus, ita & de soleunibus, vt proinde officia cessauerint, quemadmodum & beneficia eius, atque ita negetis vsque adhuc eum munia imponere, quia & hinc Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem: superest vt totum auferatis quantum in vobis tam otiosum. [" Iam enim & in ista specie ditati saturati que regnatis, non delicta inculcantes quæ ieiuniis elimentur, nec reuelationum scientiæ indigentes quæ xerophagiis extorqueantur, nec bella propria mentes quæ stationibus discutiantur. " Vt ab Ioanne Paracletus obmutuisset, ipsi nobis Prophetæ in hanc maxime causam extitissent: iam non dico ad exorandam Dei iram, nec ad impetrandam tutelam eius aut gratiam, sed ad præmuniendam per nosmetipsos nouissimorum temporum conditionem, " indicentes omnem ταπεινωφρονον, cum carcer edificendus, & fames ac sitis exercendæ, & tam inedia quam anxij victus tolerantia vsurpanda sit, vt in carcerem talis introeat Christianus, qualis inde pro

A de prodisset, non poenam illic passurus, sed disciplinam, nec seculi tormenta, sed sua officia, eoque fidentior processurus ad certamen è custodia abusus nihil habens carnis, sic vt nec habeant tormenta materiam, cum sola & arida sit cute loricatedus, & contra vngulas corneus, præmissis iam sanguinis succo tanquam animæ impedimentis, properante iam & ipsa quæ iam sepè ieiunans mortem de proximo norit. Planè vestrum est in carceribus popinas exhibere martyribus incertis, ne consuetudinem quærant, ne tædeat vitæ, ne noua abstinentiæ disciplina scandalizentur, quam nec ille " Præstinus vester non Christianus martyr attigerat; quem & facultate cultodiæ liberæ aliquandiu factum omnibus balneis quasi baptismate melioribus, & omnibus luxuriæ secessibus quasi Ecclesiæ secretioribus, & omnibus vitæ istius illecebris quasi æternæ dignioribus, hoc puto oblegatum ne mori vellet, postremo ipso tribunalis die luce summa condito mero tanquam antidoto præmedicatum, ita eneruastis; vt paucis vngulis titillatus, hoc enim ebrietas sentiebat, quem Dominum confiteretur, interroganti Præsidi respondere non potuerit amplius. atque ita de hoc iam extortus, cum singultus & ructus solos haberet, in ipsa negatione digessit. idè sobrietatis disciplinam qui prædicant pseudopropheciæ, idè hæretici qui obseruant. Quid ergo cessatis Paracletum, quem in Montano negatis, in Apitio credere? [" Præscribitis constituta esse solennia huic fidei scripturis vel traditione maiorum, nihilque obseruationis amplius adiiciendum ob illicitum inuouationis. stante in isto gradu si potestis. Ecce enim conuenio vos & " præter Pascha ieiunantes, citra illos dies, quibus ablatus est sponus, & stationum semieiunia interponentes, & vos interdum pane & aqua vicitantes vt cuique visum est: denique respondetis hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Mouistis igitur gradum excedendo traditionem, cum quæ non sint constituta obitis. Quale est autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei non das? plus humanæ licet voluntati quam diuinæ potestati? Ego me seculo non Deo liberum memini: sic meum est vltro officium facere Domino, sic indicere illius est: non tantum obsequi ei debeo, sed & adulari: illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo præsto. " Bene autem, quod & Episcopi vniuersæ plebi mandari ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, vt vestra capturæ est, sed interdum & ex aliqua sollicitudinis Ecclesiasticæ causa. Itaque si & ex hominis edicto, & in vnum omnes ταπεινωφρονον agitatis, quomodo in nobis ipsam quoque vnitatem ieiunationum & xerophagiarum & stationum denotatis? nisi fortè in senatus consulta & in principum mandata coitionibus opposita delinquimus. Spiritus sanctus quum in quibus vellet terris, & per quos vellet prædicaret, ex prouidentia imminentium, siue Ecclesiasticarum tentationum, siue mundialium plagarum, quæ Paracletus, id est, aduocatus, ad exorandum iudicem, huiusmodi officiorum remedia mandabat, putà nunc ad exercendam sobrietatis & abstinentiæ disciplinam: hunc qui recipimus, necessariò etiam quæ tunc constituit obseruamus. Aspice ad Iudaicos fastos, & inuenies nihil nouum, si quæ patribus sunt præcepta, omnis deinceps posteritas hæreditaria religione custodit. " Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex vniuersis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum fide auspicante congregari vndique ad Christum. Vide quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum; hoc tu psallere nõ facile nõ-
 B si, nisi quo tempore cum compluribus cœnas. " Conuentus autem illi stationibus prius & ieiunationibus operati; dolere cum dolentibus, & ita demum congaudere gaudentibus norunt. Si & ista solennia, quibus tunc præsens patrocinator est sermo, nos quoque in diuersis prouinciis fungimur in spiritu inuicem representati, lex est sacramenti. [" Ho-
 C rum igitur tempora obseruantes & dies & menses & annos; Galaticamur planè, si Iudaicarum ceremoniarum, si legalium solennitatum obseruantes sumus: illas enim Apostolus dedocet, compescēs veteris Testamenti in Christo sepulti perseverantiam, & noui sistēs. " Quod si noua conditio in Christo, sepulti perseverant, iam noua & solennia esse debent. aut si omnem in totum deuotionē temporū & dierum & mensium & annorum erasit
 Apostolus, " cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? " cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? " cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & " ieiuniis Parascœu? quanquam vos etiam sabbatum, si quando continuatis, nunquam nisi in Pascha ieiunandum secundum rationem alibi redditam. " nobis certè omnis dies etiā vulgata cōsecratione celebratur. Nec ergo apud Apostolum diffe-
 GGG ij

rentiæ ratio, distinguentem noua & vetera. Sed & hinc inæqualitas vestra ridebitur, cum vetustatum formam nobis exprobratis, in qua causam nouitatis accusatis. [Reprobat etiam illos qui iubebant cibis abstinere, sed de prouidentia spiritus sanctus, prædamnans iam hæreticos perpetuam abstinentiam præcepturos ad destruenda & despicienda opera creatoris: quales inueniam apud Marcionem, apud Tatianum, apud Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, non apud Paracletum. Quantula est enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet sabbatis & dominicis offerimus Deo, abstinentes ab eis quæ non reiecit, sed differimus. Atquin ad Romanos scribens, vos nunc compungit retractatores huius officij, Ne propter pabulum solueritis, inquit, opus Dei, quod opus? de quo ait, Bonum est carnem non edere, & vinum non potare. Nam qui in istis seruit, placabilis & propitiabilis Deo nostro est. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam autem infirmus olera vescitur, qui manducat ne nullificet non manducantem. Tu quis es qui alienum seruum iudicas? Et qui manducat, & qui non manducat, Deo agit gratias. Cum autem humano arbitrio veteret controuersiam fieri, quanto magis diuino. Ita sciebat quosdam castigatores & interdictores victus incusare, qui ex fastidio, non qui ex officio abstinerent: probare verò qui in honorem, non qui in conuitium creatoris. Et si clauis macelli tibi tradidit, permittens cæui omnia ad constituendum idolothytorum exceptionem, non tam in macello regnum Dei inclusit. Nec enim, inquit, esus aut potus est Dei regnum; & Esca nos Deo non commendat: non ut de arida dictum putes, sed potius de vncta & accurata. Siquidem subiciens, nec si manducauerimus abundabimus, nec si non manducauerimus deficiemus: tibi magis insonat qui abundare te existimas si edas, & deficere si non edas, & idcirco ista detrectas. Dominum quoque quàm indignè ad tuam libidinem interpretaris passim manducantem & bibentem, sed puto quòd etiam ieiunari; qui beatos non saturatos, sed esuriètes & sitientes pronuntiarit, qui escam profitebatur non quam discipuli existimarent, sed paterni operis perfectionem; docēs operari escam quæ permanet in vitam æternam; in ordinaria etiam oratione panem mandans postulandū, non & Attalicas. Sic & Esaias non negauit Deum elegisse ieiuniū, sed quale non elegerit enumerauit. In diebus enim, inquit, ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestræ, & omnes subiectos vobis succutitis, aut ad conuitia & lites ieiunatis & cæditis pugnis, non tale ieiuniū ego elegi, sed quale subiecit, & subiiciendo non abstulit, sed confirmauit. Nam & si mauult opera iustitiæ, non tamen sine sacrificio; quod est anima conflictata ieiuniis, ille certè Deus, cui nec populus incontinens gulæ placuit, nec sacerdos nec Prophetes. Manent adhuc monumenta concupiscentiæ, vbi sepultus est populus carnis auidissimus vsque ad choleram ortygotra cruditando. Eliditur pro templi foribus senior Heli, filij eius in acie ruunt, nurus expirat in partu: hanc enim meruerat à Deo plagam domus impudens sacrificiorum carnalium defraudatrix. Sameas homo Dei cum exitum prophetasset idololatriæ introducitur à rege Hieroboam, post manum eius regis arefactam & statim restitutam, post altare diffusum, ob hæc signa & satisfactiōne inuitatus à rege planè excusauit. Prohibitus enim à Deo fuerat, illic cibum in rotum attingere; sed ab alio mox sene mentito Prophetiam temerè passus, secundum verbum Dei ibidem factum super mensam, non est in paternis sepultus; leonis enim in via occursum prostratus, & apud exteros conditus, pœnam deserti ieiunij luit. Hæc erunt exempla & populo & Episcopis, etiam spiritualibus, si quam incontinentiam gulæ admiserint. Sed nec apud inferos admonitio cessauit, vbi in diuite quidem conuiuia cruciantur, in paupere verò ieiunia recreantur, habentia præceptores Moysen & Prophetas. nam & Iohel exclamauit, Sancite ieiunium, & prædicatè curationem; prospiciens iam & tunc & alios Apostolos & Prophetas sancituros ieiunium, & prædicaturos officia curantia Deum: vnde & qui in idolis comendis, & in hac re ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur. Sed & omnem ethnicum agnoscunt, cum stupet cælum & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retrò auertunt, precem indigent, hostiam instaurant. Apud quosdam verò colonias præterea annuo ritu faccis velati, & cinere conspersi idolis suis inuidiam supplicem obiciunt, balnea & tabernacula in nonam vsque cluduntur. Vnus in publico ignis apud aras, aquæ nec in lancibus, Ninuiticum credo iustitium. Iudaicum certè ieiunium vbiq; celebratur, cum omnis templis per omne litus quocunq; in aperto aliquando iam precem ad cælum mittunt: & licet cultu

A cultu & ornatu mæroris munus infament, tamen fidem abstinentiæ affectant, & stellæ auctoritatem demorantis suspirant. Sed benè quòd in nostris xerophagiis blasphemias ingerens, Casto Isidis & Cybeles eas adæquas; admitto testimonialem comparationem. Hinc diuina constabit, quam diabolus diuinorum æmulator imitatur. Ex veritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur, hinc tu eo irreligiosior, quanto ethnicus paratior. Ille denique Deo idolo gulam suam macat, tu Deo non vis. Deus enim tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, & sanctus spiritus nidor, & condimenta charismata, & ructus Prophetia vetus est. Veri si velimus dicere, tu qui tantum gulæ indulges, & meritò te priorè iactitas, semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum, ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimæ disciplinæ tuæ venis, ita spiritu deficiis: si tibi lenticulam defruto inrufatam obtulero, statim totos primatus tuos vendes: apud te agape in caccabis feruet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet. Sed maior his est agape, quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt, appendices scilicet gulæ lasciuia atque luxuria est. Quam societatem & Apostolus sciens, cum præmississet non in ebrietatibus nec in comessationibus, adiunxit, nec in cubilibus & libidinibus, ad elogium gulæ tuæ pertinet, quòd duplex apud te præfidentibus honor binis partibus deputatur; cum Apostolus duplicem honorem dederit, vt & fratribus & præpositis. Quis sanctior inter vos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior, meritò homines solius animæ & carnis spiritualia reculas. talibus si placerent Prophetæ, mei non erant. Cur ergo non constanter prædicatis: manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Sicuti nos non dubitamus exercetè mandare, ieiunemus fratres & sorores, ne fortè cras moriamur. Palam disciplinas nostras vindicemus, nos certi sumus; eos qui in carne sunt, Deo placere non posse, non vtique substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis; neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram, facilius si fortè per angustam salutis ianuam introibit caro exilior, citius resuscitabitur caro leuior, diutius in sepultura durabit caro aridior. Saginentur pugiles & pyctæ Olympici: illis ambitio corporis competit quibus & vires necessaria, & ramen illi quoque xerophagiis inualefcunt: sed nostra alia robora alizque vires, sicut & alia certamina; quibus non est luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi potestates, aduersus spiritualia malitiæ, aduersus hæc non carne & sanguine, sed fide & spiritu robusto oportet assistere. Ceterum saginatio Christianus vrsis & leonibus fortè, quàm Deo erit necessarius, nisi quòd & aduersus bestias maciem exercere debeat.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE IEIUNIIS.

DE IEIUNIIS.] Ita legendum huius libri titulum, pro eo qui erat: DE IEIUNIO; patet, non modo ex B. Hieron. & Nicephoro, sed ipso Auctore, qui penè toto hoc libro Ieiunia plurali vsurpat numero. Deinde non in hoc consistebat Montani, atque adeo eius affecta Tertulliani hæresis, quòd ieiunio dicerentur, sed quòd duas Xerophagiarum hebdomadas (sicuti infra Auctor cap. 15.) sine tres (B. Hieronymo teste, de erroribus Montani, Epistola ad Marcellam) Quadragesimas obseruarent, de quo infra latius.

2. ADVERSUS PSYCHICOS, &c.] Non solum toto hoc libro, vbi ex professo aduersus Psychicos agere se proficitur, sed & alibi frequenter hæc Orthodoxorum appellatio Auctori vsitata est, postquam Montano sanere cepit. Sic dixit Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 22. de quo inter nos & Psychicos quæstio est, & lib. adu. Præxan. ca. 1. & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc res gesta est, exinde silentium. Et

nos quidem postea agnitio Paracleti atque defensio diuinxit à Psychicis. Item supra li. de Monogamia cap. 1. hæretici nuptias auferunt, Psychici ingerunt; ac neque licentia defendenda, quia Psychica, & Psychicis non recipientibus spiritum, item cap. 11. Hæc Psychici volunt, ac licet nec hoc Psychici curent; denique cap. 16. iam nec Psychicus, quia non de adflatu Dei Psychicus. Infra quoque lib. de Pudicitia cap. 1. Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, & cap. 6. si volunt Psychici, & cap. 10. Sed hoc volunt Psychici, item cap. 16. iam & Psychicis vniuersis, denique cap. 21. ad Ecclesiam, & quidem tuam Psychice. Ita enim cum Gelenio vbiq; legimus, & partim cum MS. 3. Vatican. cod. tum hoc libro frequentissimè, tum alibi, pro eo quod Rhenan. Physicis vbiq; substituerat ex Gorziensi codice, quum tamen fateatur Paterniacensem illud legisse. Adnotat quidem ille eundem sensum, siue Psychicos, legas, id est, naturam sequentes corruptam, quæ castitatem, ieiunium, tormen-

ei fugit & abhorret; siue Psychicos, id est, animales, iuxta illud 1. Cor. 2. ψυχικός δὲ ἀνθρώπος ὁ δέχεται τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, id est, animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei; ubi animalis Apostolo appellatur, qui animi sui affectus sequitur. Verum illam esse veram lectionem Auctoris patet, tum ex lib. de Monog. cap. 1. ubi Psychicis opponit: Spirituales, tum ex eo quod hic mox sequitur cap. 1. Agnosco igitur animale fidem, &c. illi opponens: Spiritalem disciplinam. Pro quo etiam facit quod supra Tom. 3. lib. adu. Valent. cap. 17. & 18. ubi inter tria quae commemorat, ex eorum sententia substantiarum genera orta ex Achimoth, constituit ψυχικόν, id est: Animale, & rursum cap. 25. & 29. ψυχικόν inter quatuor hominum genera, denique & Christum ψυχικόν, cap. 27. imitatus ibi per omnia B. Irenaeum lib. 1. cap. 1. sicut eosdem etiam sequitur Epiphanius in Valentianis. Porro ad intellectum Auctoris facit quod praeterea recte adnotavit Rhenan. ad lib. aduers. Praxeum in haec verba: Non possum autem diuinare quos inuocat hoc vocabulo, nisi forte Orthodoxos nolentes commentitiam Montani Propphetiam recipere. Enimvero constat Montanum in sua confecta Prophecia damnaſſe secundas nuptias (sic corrigimus quod minus ille dixit) exegisse plures Quadragesimas, exegisse martyria, prohibuisse fugam in persecutione. Quorum primum quum concedit Apostolus 1. Cor. 7. altera vero duo nusquam praecipita sunt, tertium non interdichum legatur vel a Christo, vel ab Apostolis; merito falsum Montani dogma damnauit Ecclesia. At Tertullianus, nimio studio castitatis, abstinentiae & martyrij, nouam illam Propheciam complexus est, nec iam ab Ecclesia damnata detestatus, quae res illi merito odium conuulsiuit. Vnde Propheciam Montanicam respuentes Psychicos, id est, animales vocat, ac si carnales dicat, tanquam nouum spiritum Paraclitum Montanicis agnoscentes Spirituales fuerint, sicut.

C A P. I.

3. Mirarer Psychicos istos, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De libri huius argumento. Supplementum vero vocem: istos, ex cod. Anglico MS.
 4. Specta corpus & vna regio est, &c.] Istud ad verbum (ubi ante me adnotauit Latinus) transcripsit B. Hieronymus Comment. in cap. 1. Epist. ad Titum. Quod vero lib. 1. aduers. Iouin. B. Hieronym. citat illud Comiti: Sine Cere & Baccho friget Venus; pertinet ad id quod hic praemittitur: monstrum haberetur libido sine gula. Sunt autem voces Tertullianicae: multiuorantia, &: multinubentia, ac aemulam, pro: contrariam.
 5. gula frenos induentem, &c.] Sic legitur ex coniectura Dn. Harrisii, pro: imbuentem, qui adlegat simile illud infra lib. de Prudicis. cap. vlt. vt quisque ex confessione vincula induit; & quod magis ad insistentium facit, ex lib. 2. adu. Marc. illud, cap. 18. Consilium exercenda continentiae intellige, & frenos impositos illi gulae agnosce. Supplementum vero ex Anglico MS. cod. pudet & iam.
 6. botuli, &c.] De his citat Latinus Gellium lib. 16. cap. 7. Festo botulus genus est farcininis, propter connexionem, a bolis sic appellatum. Quam significationem indicat Auctor supra Apolog. cap. 9. quum dicit; botulos etiam cruore distentos adhaerentis.
 7. Hi Paraclero, &c.] De quo Paraclero loquitur, indicat verbis sequentibus, quibus frustra excusare nititur Montanum & Priscillam & Maximillam; quae

opugnauit, & ipsum quoque illorum Paraclerum supra Tom. 3. lib. de Praescript. aduers. haeret. cap. 52. haeret. 21. num. 327. Certè ibidem etiam videre est, quod alium Deum & alium Christum praedicauerint Montanista, qui iuxta Elchinem dicebantur (vtpote qui dicerent ipsum Christum esse Patrem & Filium) quod iis omnibus adscribit B. Hieron. Epist. 54. ad Marcell. de Montani erroribus. Atqui, quum ibidem recte scribat eos in fidei regula errare; falsum est etiam quod hic addit Auctor: quod nec aliquam fidei aut spei regulam eueriant, vtpote quum vel ipse Auctor Trinitatem personarum latissime prosequatur ex regula fidei, lib. aduers. Praxeum.

8. De modo quidem nubendi, &c.] Haud dubie adludit ad librum praecedentem, qui continet M O N O G A M I A E D E F E N S I O N E M.

9. Arguunt nos quod ieiunia propria custodiamus, &c.] In hoc quidem verum dicit, quod arguerentur Montanista de propriis ieiuniis, vtpote duabus aut tribus Quadragesimis, sicuti infra latius cap. 15. Verum calumniatur, dum initio huius cap. dixit: Orthodoxos odisse ieiunia, & cap. sequ. quod sit indifferenter ieiunadū ex arbitrio. Atqui ad haec ieiunia pertinet quod praemissit: per nullas interdum escas, & quod cap. sequ. legitur: sublatis cibi.

10. Quod stationes plerumque in vesperam producamus, &c.] Quod stationes Auctori sunt certorum dierum vel temporum stata ieiunia, supra late ostendimus Tom. 2. lib. de Oratione cap. 14. n. 58. maxime ex Etrebano, & adtigimus lib. de Anima ca. 48. n. 548. Id ipsum confirmatur ex infra scriptis Auctoris verbis. Primum cap. 2. quum dicit: proinde nec stationum, quae & ipsa suos quidem dies habeant quartae & sextae ferie, ac cap. 10. quis mihi probabit, illos ea die statione functos, &c. & maxime cap. 14. quum stationes indichas à ieiuniis voluntariis distinguens dicit: cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & ieiuniis Paraclerum? Atqui etiam calumniari Auctorem Orthodoxos, dum sese ab illis argui dicit, quod in vesperam stationes producant: infra ostendimus dicto cap. 10. Huc vero pertinet quod praemissit: seras escas, & quod infra cap. sequ. legitur: demorati cibi.

11. quod etiam Xerophagias obseruemus, &c.] Quid per Xerophagias intelligat, significat his verbis sequentibus: siccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus, vel potemus. Sic enim etiam castigauit Latinus, pro: nec quid. Et recte Εὐροφάγειν enim est cibus crudioribus, vti, & eadem significatione Εὐροφάγειν vsurpatur ab Epiphanio in Epist. cathol. & Apost. fidei. Atqui etiam in isto calumniam Orthodoxis impingere Auctorem infra probabimus, ubi de his ex professo tractat cap. 9. Huc vero pertinet quod praemissum est: aridas escas, & quod postea cap. sequ. legitur: diminuti cibi.

12. lauacri quoque abstinentiam, &c.] Etiam in hoc calumniatur Orthodoxos, quasi illi balnearum abstinentiam tempore penitentie improbarint, atque adeo & in Quadragesima, quum ipse Auctor adhuc Orthodoxos supra Tom. 2. cap. 9. lib. de Penitentie, inter Actus Exomologeseos enumeret: sacco & cineri incubate, corpus fordibus obscurare, vsque adeo vti B. Cyprian. lib. de laps. dicere non sit veritus; Hoc crimini eius & malis deerat, vt ad balneas pergeret.

13. dum quaqua ex parte anathema audiamus, &c.]

&c.] Sic legitur ex Angl. cod. MS. pro: quaque. Atqui vides etiam hinc, vsuatum fuisse in primitiua Ecclesia Anathema in haereticos, iuxta illud Apostoli Tit. 3. Haereticum post vnam correptionem deuota, de quo vide supra Adnotationes nostras lib. de Praescript. aduers. haer. cap. 16. num. 103. & latius librum nostrum, quem propediem Deo fauente in lucem edemus, De non admitendis duabus Religionibus in vna Repub. Praeterea hinc mihi colligere video, quod etiam ipse Tertullianus, quum haec adferret, anathema adierit; de quo in Vita eius latius.

C A P. II.

14. Nam quod ad ieiunia pertineat, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De obiectionibus aduersus ieiunia; quae ipse quum sint eadem quae nobis haereticis etiam hodierni obiciunt, ipsarum solutio, quam habet Auctor infra hoc eodem libro, etiam contra ipsos faciet; maxime quum easdem penè omnes à Iouiniano haeretico sibi obiectas B. Hieron. uident penè verbis, quibus Auctor, dissoluat, sicuti suis quibusque locis adnotabimus.

15. vt quum in Leuitico, &c.] Non ad verbum, sed omisit aliquot verbis locus iste (Leuit. 23. potius quam 16.) citatur, tum ab Auctore, tum à B. Hieron. sed alio fine; hic enim citat ad confirmationem ieiunij; Auctor autem adfert ex persona Orthodoxorum, qui inde colligebant certos dies ieiuniorum à Deo constitutos, & proinde etiam certos ab Ecclesia, non à priuatis quibusque, consueti debere; tum quod nihil haberet quod responderet Auctor, tacite & ex proposito infra non adiegit.

16. Certè in Euangelio, &c.] Infra latius cap. 13. De diebus ieiunij determinatis, in quibus ablatum est sponsum (quorum sit mentio Matth. 9.) vtpote 40. diebus ante celebrationem passionis Domini, atque adeo vna Quadragesima, quam obseruauit ab initio Ecclesia. Atqui B. Hieron. teste alicubi, ipsi Montanista etiam suam secundam Quadragesimam, quam seruabant post Pentecosten, nempe iam ablato in caelos sponso, eodem hoc dicto probabant. Sed sic sequeretur, omnem diem ieiunare oportere circa id tempus, quo Christus in caelum ascendit. Proinde iuxta Tropologiam interpretatur idem B. Hieron. ac si dicat: ubi propter peccata à nobis discesserit sponsum, tunc indicandum ieiunium.

17. Itaque de cetero indifferenter ieiunandum ex arbitrio, &c.] De hoc etiam latius infra cap. 13. sicut de stationibus quartae & sextae feriae, cap. 14. Accipitur vero iterum: passiuè, pro: communiter, passim, & sicut addit: sine praecipito. Porro & de ieiuniis ultra supremam diei, & vsque ad horam nonam, vide cap. 10. & de Xerophagijs, cap. 9.

18. quales castimoniarum, &c.] Infra de hoc erit disputandi locus cap. 16. ubi agit de Calto Isis & Cybeles. Hic vero peculiariter etiam Apim commemorat, cuius ibi non est mentio.

19. semel in totum macellum ab Apostolo admissa, &c.] Adludit ad illud Apostoli 1. Cor. 10. Omne quod in macello venit, manducate. Ad quod respondet Auctor infra cap. 15.

20. detestatore eorum, &c.] De iis qui iubent cibis abstinere: 1. Tim. 4. pulcre respondet infra cap. 15. Et sic dumtaxat dicimus omitti quaedam ab Auctore, & immutari, dum legit: intendentes spiritibus, mundi seductoribus, doctrinis mendaciloquorum, pro eo quod Graecè & Latine hodie non habetur: mundi, legitur: doctrinis demoniorum (sicut etiam ipse Au-

tor supra lib. de Praescript. cap. 7.) in hypocrisis mendaciloquorum. Rectius autem alij Graecam vocem κερκυτρηλασμένον vertunt cauteriatam, quam Auctor inuultam, dumtaxat.

21. Sic & cum Galatis, &c.] Ad istud pulcre respondet infra cap. 14. sicut etiam cap. 15. ad id quod hic adfertur Isai. 58. & ad id quod satis calumniose de Christo citatur, voratore & potatore, Matth. 11. Neque enim ego puto ab aliquo id argumentum aduersus ieiunia prolatum fuisse.

22. non his communicari hominem quae in os inferantur, &c.] Prorsus sic lego ex MS. Angl. cod. nam eodem modo dicit illud Marc. 7. Auctor supra Tom. 2. lib. de Patient. cap. 8. sicuti ibi adtigimus num. 59. Ad quem locum in hac verba Rhenan. Quod apud Matthaeo cap. 15. legitur non semel: κοινῶν ἐν ἄνθρώποις, Tertullianus vertit: communicat, quemadmodum etiam B. Augustinus legit. Est autem κοινῶν, commune facere. Et quis Indici, quod impurum est, id ipsi commune vocant, factum est vt κοινῶν, siue communicare, sit illis: coinquinare, ceu vetus Euangeliorum editio habet in quibusdam exemplaribus, praecipue nostris. Erasmus vertit: impurum reddere. Rectè Marci 7. vertit etiam noster Latinus Interpres: communicare. Responso autem ad hanc obiectionem est facilis, quod cibi non communicant hominem, sed mala cogitationes & superbia eorum, qui diuini aut Ecclesiae de Ieiunio praecipis obedire recusant. Ad illud vero quod adfert 1. Cor. 8. habes Auctoris solutionem infra cap. 15.

23. sublatis, vel diminuti, vel demorati cibi officia, &c.] Prorsus sic legitur, pro: dilatis, quia sublatis cibi ad ieiunia pertinent, diminuti ad Xerophagias, demorati, id est, detardati, ad stationes continuatas in vesperam; nam haud aliter dicit Plautus Rud.

Quid sacerdoti meae dicam, hic demoratum tandiu.

Legimus autem ex Angl. MS. cod. diligam Deum & proximum mihi, quia alicubi Auctor frequenter dicit: Diliges proximum tibi.

C A P. III.

24. Itaque nos hoc prius adfirmate debemus, &c.] Caput hoc inscripsimus: De ieiuniorum auctoritate à primordio. In quo auctorem ad verbum penè imitatur B. Hieron. lib. 2. aduers. Iouin. non semel citato.

25. Acceperat Adam, &c.] Latius tractat de hac lege primordiali Auctor supra Tom. 1. lib. aduers. Iud. c. 2. dicens in ea omnia praecipita diuina recognosci. Eodem pertinet quod habet Irenaeus lib. 5. aduers. haer. cap. 23. de Adam & eius muliere. Simul enim cum esca & mortem adseruauerant, quoniam inobedientes manducabant.

26. mortis à primordio causam, in me quoque cum ipso genere transductam; &c.] Pulchra peccati originalis circumscriptio; quod mox & c. sequ. vocat primordiale delictum, sicuti etiam libro iam citato.

27. & animam conuassatam, &c.] Adludit ad illud Psal. 50. etiam supra lib. adu. Iud. cap. 5. paraphrasticè citatum: Cor contribulatum hostia est Dei; praeterquam quod hic conuassationem illam proprie fieri cibi angustia addat, pro quo hodie Latinus Interpres: sacrificium Deo spiritibus contribulatum.

C A P. IIII.

28. Haec ratio seruabatur apud prouidentiam Dei, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod omnes cibos post diluuium Deus permiserit, vt quosdam G G G iij

postea demeret. In quo etiam imitatus B. Hieron. quod Auctor adfert de cibis immundis vetitis ex cap. sequ. etiam ante diluuium locum existimat habuisse, eo quod immundorum animalium Gen. 6. fiat mentio, per quam mentem ex parte ieiunium dedicatum scribit. Legimus autem prorsus phrasi Tertullianica ex Angl. MS. cod. pro temporibus omnia modulantis, ubi erat: moderantis.

29. Ecce dedi vobis omne fœnum sementium feminans semē, &c.] Sic expressit quod Græcè est apud LXX. Gen. 1. ἀπόριμον ἀειριον ἀειριμα, ὕρπαις σementium, pro seminferum.

30. & omnis viuētis, &c.] Necessaria erat hac castigatio ex cod. Angl. MS. pro: omnis serpentis, quia Græcè est Gen 9. καὶ πᾶσι ὄφιδων ὄφτι ζῶν. Mirum est autem quod addat: suæ, quod nullæ editiones Bibliorum habent. Suppleuimus verò ex eodem: eam solâ carnem esui eximit, ac mox legimus: Æquè post diluuium, pro: Atque; quo loco vel vnica ea lex à sanguine abstinenti, etiam pro ieiunio citatur. Est verò Tertullianica phrasi: supparans disciplinam.

C A P. V.

31. Denique ubi iam & familiaris populus, &c.] Inscriptionem capiti huic fecimus: De abstinentia immundorum animalium Lege veteri Leuitici 20. præscripta, & gratioribus cibis detractis. In quo etiam Auctorem imitatur ubi supra B. Hieron. sed Latini infra Nouatianus lib. de Cibis Iudæicis, ubi singillatim de singulis immundis animalibus quid abstinentiæ significauerint deducit, à ieiunio corporali ad ieiunia libera transtulit.

32. Nam & primus populus, &c.] Primus appellatur populus Iudæicus ad distinctionem secundi populi Gentium. Hic verò videtur prorsus superfluum illud, quod adeo parentibus inclisimus, (Dominus eius, seu potius: eis vilis est) neque aliqui sensus constat, neque habet B. Hieron. illius vestigium aliquod. Legimus autem in Angl. MS. cod. detrimenta suspirans, pro: detrimento, & quoniam eduxisti nos, pro: quomodo, quia Græcè est ἔτι, Exod. 16.

33. Eadem ventris prælatione, &c.] In hac scriptura Num. 11. transtulit: Quis nos velcet carne? pro: cibabit. Paraphrasticè etiam transtulit: nihil nisi manna vident oculi nostri, quomodo & B. Hieron. quum legitur hodie apud LXX. nihil præterquam oculi nostri in manna.

C A P. VI.

34. Nunc si temerè, &c.] Caput hoc inscripsimus Naturam & Scripturam enuntiare, ante pabulum & potum nos esse diuinis tractandis aptiores. Vbi eleganter: virginem saluam dixit, id est, nullo cibo corruptam ac ieiunam. Siue verò legas: exastuans cum Angl. MS. cod. siue astuans cum exc. perinde est.

35. præmeditatorum, &c.] Hoc etiam imitatus B. Hieron. Quale, inquit, ieiunium est, aut quali refectio post ieiunium, pridianis epulis distenditur, & guttur nostrum meditatorum, seu potius: præmeditatorum efficitur latrinarum; qui etiam adlegat scripturas hic citatas Exod. 32. ac Deut. 32 & 8. item Isai. 6. excepto quod ibi etiam legi debeat: Deum, quod Græcè sit θεον, & quod Auctor sua vitatur phrasi saluificatore, pro: saluari, ac quod ille rectè addat: & recalcitrauit. Est verò etiam phrasi Tertullianica: cui ipse diuitiæ procurant.

36. Ceterum cui cor enectum, &c.] Sic ex cod. Angl. MS. pro: cunctum; quod minimè huic loco qua-

drat, quum opponitur: impinguatum; ubi accipiatur: enectum, pro inedia quadraginta dierum coniectum; omissa voce: qui superflua, quæ sensum obscurabat, significare autem vult, quod Moyses ieiunus vidit gloriam Dei, & c. quum ipsum Moysen, id est, ubi beatus Hieron. vultum eius Dei sabulatione cornuti, constanter contemplari non valeret pinguior populus.

37. non minus & Helix, &c.] Apparitione hanc Moysi & Helix, quibus se Dominus ostendit, Matth. 17. quomodo ieiunium utriusque 40. dierum, etiam B. Hieron. adlegat, & verò B. Irenæus lib. 5. cap. 21. cum simili Christi ieiunio. Est verò & hic vox Tertullianica: perennare, vel Latino adnotante. Certè B. Hieron. etiam illa duo comparat: Quid hinc Helix? &: Adam ubi es?

38. Si enim Deus æternus, non esuriat, ut testatur per Isaiam, &c.] Quum etiam alicubi supra istud Isaiæ adscribat Auctor, querat locum Lector diligenter.

C A P. VII.

39. Processimus itaque iam ad exempla, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De aliis exemplis ieiuniorum in Lege veteri. Quæ ipsa adfert etiam B. Hieron. ut cum Auctore ostendat, tum quod ieiunium iratum Deum reconciliet, 1. Reg. 7. 4. Reg. 18. ac 19. Ion. 3. 3. Reg. 21. tum quod sterilitatem depellat, 1. Reg. 1. denique & Sacramentorum agnitionem mereatur, Dan. 1. 2. 10 & à morte præteruet, Dan. 1. 4. Quæ omnia etiam apud alios Patres, nominatim B. Chrysostr. Ambros. & Augustinum tam sæpè repetuntur, ut pluribus non sit opus.

40. ut periculum prælii simul fugerit, &c.] Sic istud castigauimus ex coniectura Elarrisi, pro: fuderit. Eiusdè scriptura reliqua latinè obscura sunt, maxime quæ etiam B. Hieron. mentionem nullam faciat delicti apud Maspha (sic legimus eum LXX. pro eo quod erat: Masphat) Prima enim facie Auctor videtur ad peccatum impuasse effusionem aquæ, quam: aquationem vocat, quæ facta est super terram in conspectu Domini, eo quod sequatur: Percussimus Domino. Verum id magis videtur pertinere ad delicta præcedentia idololatriæ, ut potè quum populus à Samuele vocatus ante illam congregationem Deos alienos abstulerit. Quare omissa voce: sed, sic hunc locum distinguere maluimus: Deliquerat Israël; in aquatione apud Maspha congregatus à Samuele, ita statim delictum ieiunio diluit, ut periculum prælii simul fugerit. Quum maxime Samuel offerrebat holocaustum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam, quam abstinentia populi. Et Allophyli prælio admouebant, ibidem (sic enim legitur cum MS. Angl. cod. Pat. & Gagno, pro: Ibi demum) Dominus, intonuit voce magna, & c. Legentes præterea: Bethor, iuxta vestigia lectionis Gagno, pro: Bethor, eo quod Græcè sit βεθὴρ.

41. Proinde, quum Rex Assyriorum, &c.] Paucissimè verbis & ad huc paucioribus B. Hieron. vniuersam comprehendit historiam 4. Reg. 8. & 19. sicut etiam conuersionem Ninive, ad des Sodomam quoque & Gomorram euaturas fuisse, si ieiunassent, quod ipsum quoque transcripsit B. Hieron.

42. Hoc remedium agnoscit & Achab, &c.] In hac scriptura 3. Reg. 21. addit: Qualiter, quod nullæ habent editiones; duabus vocibus exprimens more suo: hæreditatè possedisti, quod Græcè est ἐκληρονομήσας. Legit etiam ordine inuerso: destituit semetipsum, pro eo quod aly: ambulauit demisso capite. Videtur etiam reueritus accipere, pro compuncto, quod proprie vox Græca signi-

significat, & lacutam more suo, vertit γένειαν, quam aly, ipse quoque aliquando (teste Latino) malitiam. Quod sequitur, de suo addit, ac si dicat: ut potè qui non erat ieiunaturus. Atqui sicut omnes aly iuxta Angl. cod. MS. transposuimus: in loco, quo.

43. Apice Danielis exemplum, &c.] Mirum est hoc, quod quum nullæ editiones Dan. 2. neque ipse B. Hier. illum tempus adscribant, Auctor dicat: spatium tri-dui postulat; qui etiam ex præsupposito addit: tyranni Sophistis parcutur, eo quod pro illis legatur intercessisse Daniel.

44. quatenus miserabilis es, &c.] Haud aliter B. Hieron. Deinde scriptum est, quod Daniel tribus hebdomadibus (pro quo Auctor supra lib. de Anima cap. 48. trium hebdomadum statione) ieiunauerit, panem suum non comederit, caro & vinum non intrauerit os eius, oleo unctus non sit, & venerit ad eum Angelus dicens: Daniel, homo misericabilis es. Vbi mirum est verti ab utroque: ὁ ἀνεψὶ πεινυμένων, quod aly: desideriorum vertunt, Dan 9. & 10. immò & Auctor ipse supra Tom. 1. lib. aduers. Iud. cap. 8. Quid? quod in comment. ab eodem B. Hieron. contrariò sensu, vir desideriorum, expliciter, amabilis & Dei amore dignus, quem admodum Salomon appellatus est Idida, sive vir desideriorum, quod pro desiderio suo Dei secreta audire meruerit. Et tamen germanam hanc esse Auctoris lectionem patet ex eo quod sequitur: Si Deo miserabilis, leonibus in lacu fuerat horribilis; quod ipsum repetit etiam B. Hieron. Fortassis per Metaphoram sic locutus est, eo quod auxilium alicuius desiderat, sicut hi implorabat Propheta adimpleri 70. captiuitatis annos, miserabilis sit, id est, miseratione dignus.

45. ubi quidem illi sex diebus ieiunanti prandium Angelus procurauit, &c.] Quod hic de sex diebus dicit, sic expressit B. Hieron. talem dicophorum inedia promeruit hebdomadis; eo quod septimo die prandium Danieli ab Abacuc adlatum sit, sicut legitur Dan. 1. 4. De cuius capitis auctoritate, vide nostras Adnot. ad B. Cypr. lib. de Orat. Dominum. 59.

C A P. VIII.

46. Redditus & cetera, &c.] Inscriptionem capiti huic fecimus: De nouæ Legis ieiuniorum documentis, ut potè An nę Prophetidis, Christi, Centurionis Cornelij, & Apostoli Pauli.

47. Præstituit exinde ieiuniis legem sine tristitia transigendis, &c.] Adhuc ad illud Mat. 6. Quis autem ieiunatis, nolite fieri tristes.

48. ieiunia quoque plurima enumerat, &c.] Nō aliter B. Hieron. crebra ieiunia. Valeant itaque Erasimus & Clarus, qui transferre maluerunt 1. Cor. 11. in ieiuniis sæpè, eo quod legatur hodie: πέντακς, quum ex illis pateat olim lectum πέντακς. Videtur autem Auctor vertisse incommoda, pro eo quod Interpres Vulgatus: erumnam, Græcè μόχθον.

C A P. IX.

49. Principalis hæc species in castigatione victus, &c.] Caput hoc inscripsimus: De Xerophagiario & abstinentiæ vini exemplis. Nempè Danielis cum fratribus suis, Helix, Davidis, Samuëlis, Aaronis, Apostoli Pauli, & Timothei; quorum etiam B. Hieron. quadam recenset.

50. portionale ieiunium, &c.] Cui opponatur portionale, supra dixit Tom. 2. lib. de Virgini. Veland. c. 4. speciale generali prius est, & portionale omne subiectum est generali, speciali quoque generale

prius est, &c. & portionale vniuersali. Ita verò dicitur exceptio eduliorum quorundam.

51. Inspiciamus igitur & Xerophagiario no-uitatem, &c.] Sicuti supra promissimus num. 11. etiam istud esse calumniam in Orthodoxos ostendemus; ex eo quod non solum ex scripturis hic citatis, sed etiam Patribus antiquioribus constat Xerophagiario vstitas fuisse ab ipsis Apostolorum temporibus. Imprimis autem occurrit primorum illorum Asceticorum Alexandrinorum, quos Philo describit, abstinentia, postissimum circa Festum salutaris Domini passionis, qui Euseb. teste hist. Eccl. lib. 2. cap. 16. illis diebus vinum omnino non gustabant, immò nec carnibus, nec aliquo genere cibariorum, quod sit sanguinis particeps, vescabantur, quibus aqua sola potio erat, quique sale & hyssopo pro obsonio & pane vivebantur. Quibus adde præceptum Apostolicum B. Clem. Rom. libro 5. Constit. Apost. cap. 19. qui diebus ieiuniorum solo pane, sale, & oleo vti concedit, & abstinentiam docet à carnibus & vino, id ipsum multis scripturis comprobans eiusdem lib. cap. 21. Et verò eius rei præxin idem in B. Petro recenset Recogn. lib. 7. Confirmatur id ipsum Can. Apost. 51. ubi abstinentia à vino & carnibus improbat, nisi continentie causa. In Gallis id ipsum vstitum fuisse iam atate B. Irenæi testatur Martyres Lugdun. apud eundem Euseb. lib. 5. cap. 1. in hæc verba: Multum erratis ò viri, putantes humanis visceribus vesci eos, qui ne mortuorum quidem animalium carnibus vtuntur. Quid? quod ipse Tertullianus supra Tom. 2. lib. de Cultu fœmin. cap. 9. ante omnem hæresim scripto, agnoscit quorundam consuetudinem: qui abstinentes à vino, & animalibus exultantes, humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolabant. Eodem pertinet quod ipse lib. de Penit. cap. 9. inter Actus Exomologeseos ponat: pastum & potum pura nosse, quod de panis & aquæ vsu intelligi manifestum est. Aliis Patrum testimonij, qui Tertulliano recentiores sunt, proximitatis euitande gratia supersedeo, quum sole meridiano sit clarus, semper in Quadragesima & aliis ieiuniorum ab Ecclesijs præscriptorum diebus, abstinentiam fuisse obseruatam à carnibus.

52. ferculis & cœnophoris Regis, &c.] Cœnophoron pro vasculo vinario etiam Ciceroni vstitum lib. 1. de Finibus. Legimus ex Anglico MS. cod. ne qui de specie quoque corpusculi metuat, pro: ne quis. In hoc verò differt Auctor etiam à LXX. qui hodie existant, quod addat: & in omni sophia.

53. Anno denique tertio Cyri Regis Persarum, &c.] Sicut supra cap. 7. sic etiam hic vertit Auctor: homo es miserabilis; idque aut pro illo quod utrobique aly legitur: vir desideriorum, aut iuxta quadam dumtaxat exemplaria, quæ illud interpretantur ibi: Daniel ne timueris.

54. apud Bersabee Iudææ, &c.] Sic omnino legitur iuxta editiones omnes 3. Reg. 19. pro: Bersabee.

55. Nam de Samuële mater: Et vinum, inquit, & ebriamen non biberet, &c.] Haud multo aliter B. Hieron. Samson, inquit, & Samuel, vinum & scieram non bibunt, erant enim filij repromissionis, & per abstinentiam ieiuniumque concepti; haud dubiè de Samuele Auctorem imitatus, nulla consideratione habita an in scripturis necne legatur. Citat Latinus in eandem sententiam B. Basil. hom. 31. Et verò prima facie existimabam legendum hic similiter: quæ Samsonem & Samuelem Deo vouerat; atque adeo etià: Nam & de Samsonem mater, sed nec de hoc mater, at Deus matri, inquit,

Ind. 13. Et nunc caue ne bibas Vinum & siceram, &c. quia, &c. paries filium, quoniam Nazareus Deo erit puer ab utero. Ex quo enim Nazareus futurus praedicitur, reliquum sequitur; utpote quum Num. 6. Lex Nazarei (sive sanctificati, uti mox vertit testimonium Amos 2.) abstinentiam vini praecipiebat. Fortassis de Samuele id dicit Auctor, non solum mater, eo quod 1. Reg. 1. legitur: vouisse Samuelem Deo, sed insuper dixisse: Ferrum non ascendet super caput eius; ex quo proinde collegerit Samuelem quoque Nazareum futurum, quippe de quo id ipsum legitur Num. 6. Maximè quum de seipsa illa dixerit: Vinum & quod inebriare potest (Græcè μεθυσμα, pro quo tria voce Auctor: ebriamen) non bibi.

56. tu & filij tui post te, &c.] Sic necessariò emendauimus, pro: filius tuus; nam praeterquam quod plures habuerit filios Aaron, & B. Hieron. hunc locum transcribens: Aaron, inquit, & ceteri sacerdotes; & insuper omnes editiones illud legunt Leuit. 10. Veritè autem Auctor: post te, quod est Græcè ὑπὸ σοῦ, pro eo quod Latinus LXX. interpret: tecum; quod interim solitum apud illos legitur, quemadmodum & illud: vel ascenderis ad altare. Mirum est illud, quod non habeat Auctor: tabernaculum testimonij, quod legunt omnes editiones.

57. aut ab homine vouetur, &c.] De voto, quod & ibi & hic agnoscit Auctor, vide latius infra cap. 11. num. 70.

C A P. X.

58. Equè stationes nostras, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De stationum (sive statorum ieiuniorum) nō modò ad nonam, sed ad vesperam vsque, exemplis. Nempè Exod. 17. Jos. 10. 1. Reg. 14. & Dan. 9. Quæ ipsa etiam B. Hieron. commemorat. Aliqui de stationum vocabulo late tractauimus supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. VI. num. 58.

59. & non vltra nonam detinendum, de suo scilicet more, &c.] Quod hunc morem Orthodoxis adscribat, etiam calumnia non caret. Nam veterem Ecclesiam ritum ad vesperam vsque stationes, id est, ieiunia certa ieiunandi, comprobant imprimis illud Euseb. loco supra citato de Ascetis illis Alexandrinis ex Philone: Cibum aut potationem ante solis occasum nemo illorum capit; & Clem. Rom. Constit. Apostol. lib. 5. cap. 20. Deinde ipse Auctor ante omnem heresin, eam consuetudinem agnoscit supra Tom. 1. Apolog. cap. 39. dum cenam, quam Agapen vocabant, sub noctem celebratam indicat, & partim Tom. 2. lib. de Orat. cap. VI. dicit tradit: accepto corpore Domini non solum stationem; satis per hoc indicans non solum solere sub nonam, sed vesperi primum. Eodem pertinet illud B. Hieron. Epist. ad Eustoch. de Virginitate seruanda: Pentecoste cæna mutantur in prandia. Si quis recentiora Auctore testimonia desideret, legat B. Ambros. serm. 33. B. August. serm. 56. de tempore, B. Basil. hom. 1. de Laudibus ieiunij. B. Chrysost. hom. 10. in Genesim. At verò ieiunij in horam nonam dumtaxat, meminervnt B. Basil. ad Amphil. cap. 73. Epiphani. in Epitome fidei, & Leo Papa 1. Epist. 65. & 3. Iique Auctore multò posteriores. Quid? quod paulopost Auctor fateatur, quarta & sexta sabbati vsque ad horam nonam ieiunari dumtaxat.

60. Si, quia Petrus, &c.] Eleganter Auctor horam Nonam, Sextam, & Tertiam, quarum sit mentio Act. 3. 10. ac 12. nihil facere contra ieiunia in vesperum, sed dumtaxat significari, istas tres horas solemniores fuisse in Orationibus diuinis, vel argumento Danielis ter in die (Dan. 4.) orantis. Quis easdem celebrat

B. Cyprian. lib. de Orat. Domin. allegati isdem scripturis, addens quoque matutinam & vespertinam; ubi adnotauimus num. 74. inde ortam horarum Cononiarum institutionem, qua hodie, & iam inde ab ætate BB. Damasi, Ambrosij, & Hieronymi in Ecclesia observantur. Legimus autem ex MS. Angl. cod. quis mihi probabit, probat. Deinceps: finiri accipitur pro: prescribi & desiniri, uti etiam ante me adnotauit Latinus; qua postrema voce hoc ipso capite videtur, dum dicit: ieiunationis in serum definitæ.

61. in eodem Commentario Luca, &c.] De Auctoritate Libri Actorum Apostolorum, & quod Luca sit Commentarius, vide supra Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 2. num. 21. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. vti que per aliquarum horarum exceptionem; pro: aliarum.

62. quarta Sabbati & sexta, &c.] De stationibus sive ieiuniis quartæ & sextæ Sabbati, vide infra c. 14. 63. eorum quæ ex traditione observantur, &c.] De Traditionibus quæ carent scriptura, auctoritate, vide supra Tom. 2. lib. de Corona milit. c. 3. num. 27.

64. Et si qua, inquit, ignoratis, &c.] Paraphrastica hæc est Auctoris translatio, pro eo quod alij Philipp. 3. legunt: siquid aliter sapitis. Eodem verò modo interpretatur etiam B. Hilarius lib. 11. de Trinitate. Legens cum Auctore: reuelabit, sicuti etiam num. Græcè est, ἀποκαλύψει. Aliqui more suo: exitum Domini, pro morte Christi accipit.

65. Nam & milites numquam immemores sacramenti, magis stationibus parent, &c.] De Sacramento militari vide supra Tom. 3. lib. de Prescript. aduers. har. cap. 20. num. 126. & cap. 40. num. 239. Stationum verò nomen sumptum à stationibus militum, etiam supra scripsit Auctor Tom. 2. lib. de Orat. cap. VI. Si statio, inquit, de militari exemplo nomen accipit (nam & milites Dei sumus) vti que nulla letitia siue iustitia obueniens castris, stationes militum rescinderet. Legimus autem iuxta Gagnam & Latini: Sed hoc ex argumentationum, &c. pro: vt hæc; quo loco iterum sunt voces Tertullianicæ: refrigerare, & committere.

66. qua ipse elementis stationē imperauit, &c.] Sic ex MS. Angl. cod. pro: impetrauit, maximè quod consentiat B. Hieron. & quod Jos. sic legitur: Et dixit Iesus: Sol contra Gabaon steterit, & Luna contra valles Ealon (pro quo Auctor: Aialon.) Et steterit Sol & Luna in statione, donec vltus est populus inimicos eorum (pro quo Auctor: de inimicis suis) & stetit sol medio cælo. Proinde etiam conformiter Græco textui, castigauimus à Latinis admoniti: & non accedebat in occasum, & in finem diei vnus. Non fuit dies talis retrò & in nouissimo, pro eo quod erat contrario sensu: Vt autem accedebat. Græcè enim est: ἐπὸς ποροπέδου. Est verò rursus phrasis Tertullianica: parem solis; sed videtur id quod sequitur, mendo non carere: instatē tam diu in officio, stationem etiam fera longiorem; quod sic expressit B. Hieron. & in eadē plus quam vnus diei Victorij exercitus protelauit.

67. & tota terra non prandebat, &c.] Addimus & hic negandi particulam: non, & eandem adiciendam censemus apud B. Hieron. eo quod sensu longè diuerso legitur 1. Reg. 14. & tota terra venit in saltem, &c. & ex ore eorum sivebat mel, & non fuit conuertens manum in os suum.

68. sed & Daniel, &c.] Variat hic nonnihil in hac scri-

scriptura Dan. 9. Auctor, quippe qui quod supra Tom. 1. lib. aduers. Iudæos cap. 8. Veritè in visione, hic: in somnis; & quod ibi: tetigit me, hic: adpropinquauit mihi.

C A P. XI.

69. Omnia autem ista, &c.] Inscriptionem capiti huic fecimus: Quod quum quædam ditorum officiorum imperata sint, alia per votum expuncta; noua non sint. Sunt autem Tertullianica: paraturam, & eos retundamus qui hæc velut vacantia infirmant, ac: eos reuincamus, &: Sed & illud in medio est, item: expunxiffe.

70. votum, quum à Deo acceptatum est, legem in posterum facit, &c.] Egregius locus, qua ratione votum legem faciat; nempè postquam iam Deo factum, atque adeò à Deo acceptatum est. Id est enim quod legitur Ecclesiastus 5. Multò melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. Et verò etiam Deo grata esse vota, sic tradit Auctor: exinde enim faciendum mandauit, qui factum comprobauit. Valeant itaque nostræ tempestatis Potorum mastiges. Contra quos de Poto continentia Virorum vide supra Tom. 2. Adnot. notas ad lib. de Cultu semini. cap. 9. num. 51. & de Virginitate voti, lib. de Velandis virgin. num. 1. De votis ieiuniorum, quorum hic meminit, quis dubitet eandem esse rationem?

71. Itaque & hinc, &c.] Pertinent quæ sequuntur ad defensionem hereses Montanistarum, sed quæ nihil concludunt. Sunt autem rursus Tertullianica: altercatio diuersæ partis obducitur; decurterunt, retrahere pro tractare, exerte (sic enim legitur ex MS. Angl. cod. pro: exerta) denique: gradum figere, de quo inter Proverbia in Prolegomenis.

72. hoc enim vocantur hæretici nomine, &c.] Sicut hic, sic etiam supra, Tom. 3. lib. 3. aduers. Marc. c. 8. hæreticos Antichristos vocati 1. Ioan. 2. adnotauit Auctor. Nos verò nonam periodū ibi facimus: Et quomodo, &c. vsque: Quo itaque, cum interrogationis notula; quam etiam in illius periodi sine adiecimus, maiore intellectu gratia; quamquam perobscurum adhuc maneat illud: erga Deum aduersum nostrum, vbi conuincimus: aduersum ex diuersa lectione ad marginem adnotata, pro: erga, in textum irrepresses; sed tamen nihil immutare volumus. Illud autem: Quo, &c. laterum, idem significat, ac si dicat: ex quo latere, vt sit proverbialis formula; de qua, & altera: palos terminales figere, vide nostra Prolegomena. Supplemus autem: ita & de sollempnibus.

C A P. XII.

73. Iam enim & in ista specie dotali, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quod multum fructus dicta officia Ieiuniorum adferant. Vtpote quibus elimentur delicta, reuelationum scientia extorqueatur, & bella propria discutiatur. Quæ omnia etiam Ieiuniis adtribuit B. Basil. libro de Ieiunio, Ambros. lib. de Hel. & Ieiunio. B. Chrysost. Variis homiliis de Ieiunio, B. August. lib. de Vilit. ieiun. B. Hieron. denique frequentissimè.

74. Vt ab Ioane Paracletus obmutuisset, &c.] Refertur ad illud quod præcessit cap. precedenti: Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. Loquitur autem rursus de suo Paracletio Montano, sicuti etiam in calce huius capitis.

75. indicentes omnem ταπεινοφρόνησιν, &c.] Similiter cap. proximo: Itaque si & ex hominis edi-

cto, & in vnum omnes ταπεινοφρόνησιν agitis, & cap. 17. sed & omnem ταπεινοφρόνησιν ethnici agnoscunt. Accipi autem videtur ab Auctore, pro humilitatione per ieiunium; à qua non abhorret ex propria eius Vocis translatione animi demissio. Eleganter verò dixit: arida cuteloricatus, & cōtra vngulas corneus.

76. Pristinus vester, &c.] Loquitur de Pristino quodam, qui in martyrii defecerat; quod minus mirandum, quum nuncupet eum: non Christianum, id est, adhuc Catechumenum; id ipsum satis indicans per id quod subiungit: aliquandiu factum (seu factum, quod reposui cum Latinis) omnibus balneis quasi baptifmate melioribus; immò etiam luxuriæ eum accuset; quo fit, vt pauloprius non displiceat lectio Gagnei: martyribus incæstis, quamquam retinuerim: incertis. At prorsus castigamus ex eodem Angl. MS. cod. atque ita de hoc iam extortus, pro: extortus. De Apicio verò vide lib. de Pallio cap. 5. num. 110.

C A P. XIII.

77. Præscribitis constituta esse solemnia, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod etiam præter Quadragesimam Episcopi ieiunia mandare adsolent, maximè tempore Conciliorum, quæ certis in locis ex vniuersis Ecclesiis aguntur.

78. præter Pascha ieiunantes, &c.] Adludit ad ieiunia Ecclesie præter (id est, extra) Pascha, seu Quadragesimam; & inter cetera ad quatuor tempora, quæ sub Calixto (quemadmodum in Vita Auctoris latius) hoc penè tempore, quo liber hic conscripuit, instituta sunt: Scilicet ieiunia appellas quartæ & sextæ Sabbati, vtpote in quibus ad horam nonam ieiunia soluntur. De panis & aquæ vsu supra habes Asceticorum seu monachorū primorum exemplum, num. 51. De Proverbio autem: Mouistis gradum, vide nostra Prolegomena.

79. Bene autem, quod & Episcopi, &c.] Istud pertinet ad Episcoporum in Ecclesia regendi facultatem, quam vbique videt B. Cyprian. qui eorum adserit Ecclesie gubernandæ diuinam potestatem. Atque ad calumniam illud pertinet: non dico de industria stipiū conferendarum, sicut & illud, quod hominis edictum appellet. Et rursus de Paracletio suo Montano loquitur paulopost.

80. Aguntur præcepta per Græcias illas, &c.] Sive legas: præterea ex MS. Angl. cod. & Gagneo, sive cum Gelemio præcepta; non refert. Et verò pulchrè Concilia describit sive Generalia, sive Provincialia, tum per Græcias, tum per diuersas (vbi mox sequitur) Africæ prouincias; vtpote quæ tradit agi certis in locis, ex vniuersis Ecclesiis; per quæ & altiora quæque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Atque adeò facit hic locus magnoperè pro Conciliorum auctoritate. Quam confirmare solemus imprimis scripturis isdem quibus Ecclesie auctoritatē, Matth. 28. ac Luc. 21. item illa Matth. 18. Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Deinde pro eodem facit, quod in Apostolorum Concilio Hierosolymitano Act. 15. dixeris verbis Iacobus in hac verba rescripserit: Visum est spiritui sancto & nobis. Quod ipsum tantifacit B. Iren. lib. 3. cap. 12. vt ex illius Synodi verbis vnicum Deum probet aduersus Marcionem. Siquis verò primas post Christum Synodos nosse desideret ad tempora vsque Tertulliani; inueniet imprimis Apostolorū Hierosolymis celebratas, Act. 1. in electione Matthei, Act. 2. in Pentecoste, Act. 6. in electione 7. Diaconorum, Act. 15.

iam citatam, denique & illam de qua Gal. 2. quum Petrus in Apostolatum est ordinatus Circumcisionis, Paulus vero inter Gentes. Quibus adde Concilium, in quo Apostolorum Canones & Constitutiones Apostolicæ, postea à B. Clemente Romano recensite, sunt editæ. Item illud in quo electus fuit in Episcopio Hierosolymorum Iacobus frater Domini, iuxta quod scribit Clemens Alexandrinus 6. Hypotyposon, citatus ab Euseb. lib. 2. cap. 1. Deinde habes Act. 13. Antiochenam, ubi segregati sunt à se mutuo BB. Paulus & Barnabas, ac Ephesiam, ad quam Paulus vocavit omnes Presbyteros & Episcopos Ephesiorum ac quantum apparet, totius Asiæ, Act. 20. Videtur hic adnoscenda Corinthiaca, in qua (iuxta quod B. August. adserit Epist. ad Casulanum) iuxta promissum suum, quo dixerat 1. Cor. 11. Cetera quum venero disponam, de ritu Eucharistiæ multa statuit Paulus. Quum autem Can. 37. Apostol. statuatur, ut de religionis dogmatibus & Ecclesiasticorum controversiis singulis annis bis conuentus Episcoporum habeantur, non dubium quin in singulis pronuntia iam inde frequentes Synodi sint celebratæ, quarum statuta Romana, iam olim missa per Damasum Papam ad Aurelium Carthaginiensem Episcopum, ex Epistola eiusdem constat, quam suis Conciliorum Canonibus præfixit B. Isidorus Hispanensis, qui dicit se nullum predecessorum suorum à B. Petro prætermisisse, de quoribus statutis aliquid non miserit. An adndat ad Decretales Epistolæ Romanorum Pontificum, quæ plerumque in Conciliis Romanis scriptæ sunt, etsi nobis ita videatur, Lectori tamen liberum relinquitur iudicium; eundem remittentes ad libros Francisci Turriani, quos pro earum auctoritate conscripsit. Præteriri tamen à me non possunt Concilia Romana sub Clemente (quod citat Anacl. Ep. 1.) Alexandro 1. Sixto 1. & Telesphoro; quippe qui eorundem suis in Decretalibus meminere. Certe sub Victore de Paschatis die penè infinita enumerat Euseb. hist. lib. 5. cap. 20. seu 22. p̄stque eum Nicephor. lib. 4. cap. 30. & nominatum Romanum præfide Victore, ac Galliarum sub Ireneo, in Occidente; item Casarea Palestina, Ponti per Orosianum, & Corinthiæ sine Achaicæ, quibus addere licet Alexandrinum, cuius ipse Victor meminuit Decret. 1. & Asiæ illud, in quo Nicephor. lib. 4. cap. 61. scribit etiam Assanos (qui suis in Synodis contrarium definerant) Victori Papæ cessisse, & idem Decretum publicasse. Atque hæc mihi videntur Concilia, quæ hic Auctor per Græcias acta commemorat. Facit præterea Eusebius eiusdem libro cap. 23. mentionem, & post eum Nicephorus, (ex Apollinaris libro 1. aduers. Montanum) Asiæ plurimorum conuentuum, in quibus Montanus, cum suis affectis communionem depulsus fuit. Verum de his, aliisque quæ ipsius ætate contigerunt, paulo latius in Vita Auctoris.

81. Conuentus autem illi stationibus prius & ieiunationibus operati, &c.] Indicat optimam primitiua Ecclēsie in Synodi consuetudinem, quæ ieiunia solebant præmittere; cuius rei exemplum habes imprimis Act. 13. in Concilio Apostolorum Antiocheno.

C A P. XIII.

82. Horum igitur tempora obseruantes, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Apostolum ad Galatas obseruationem temporum & dierum & mensium improbantem, loqui de Iudaicis ceremoniis. Quod ipsum latius deduxit Auctor supra Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 4. num. 49. & paucis antea lib. 4. c. 3. num. 24. quibus locis etiam nos hac de re aliquid adnotauimus. Non aliter etiam interpretatur B. August. Comment. in Epist. ad Galat. quamquam ipse non tam ad ieiunia

quàm dies festos Iudeorum referat; neque etiam inuenietur aliquis Veterum Catholicorum, qui ad ieiunia Ecclēsiastica id detorqueat; quare valeat heretici bodierini. Atqui eleganter dixit: Galaticamur, pro: Galatas imitamur.

83. Quod si noua conditio in Christo, sepulti, &c.] Adndat ad duas scripturas, alteram 2. Cor. 5. si qua ergo noua conditio (id est, creatura, more Tertulliano) in Christo; alteram qua dicitur: sepulti sumus cum Christo, Rom. 6. At quod hinc vult defendere noua sua Montanistarum ieiunia, sibi ipsi contradicit, qui adhuc Orthodoxus nouitatem & doctrinarum & ceremoniarum vbi que repudiat, & maxime Tom. 3. lib. de Præscript. aduers. heret.

84. cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? &c.] De Paschæ celebratione mense primo, consentiunt omnes. Verum quando incipiat mensis primus, dissentit à Iudeis Ecclēsia; sicut & in eo quod die Dominico celebret, non quacumque die euenit Luna 14. primi mensis. Hinc imprimis Apostolorum Can. 8. statuitur, ne ante verum æquinoctium celebretur; ad quod adndare videtur Epiph. her. 70. Audianorum; qui, mentione facta constitutionis Apostolorum, rationem reddidit, cur post æquinoctium seruari debeat, quod aliqui contingeret nobis duo eodem anno Paschata celebrare. Eodem pertinet illud S. Victoris Epist. Decret. 1. Quartadecima luna primi mensis, usque ad vicissimam primam eiusdem mensis, Domini Pascha celebretur. quod ipsum etiam Eleuthero Papæ adscribit Beda lib. de Temporibus. Clarius adhuc Concilium Nicenum (sicut citatur à Theophilo Alexandrino lib. de Pascha) definit initio primi mensis fieri, qualiscumque luna, ab octauo Idus Martij, usque in diē Nonarum Aprilis, dierum 18. spatio, nata fuerit. Cuius constitutionis præterea meminerunt Epist. Synodalis ad Alexandrum, & Theodor. lib. 1. ca. 9. Rufin. lib. 1. c. 6. Constantini Imperatoris Epistola apud Euseb. lib. 3. cap. 1. Item Contil. Antioch. cap. 1. & B. Ambros. Epist. 83. Qui insuper, postquam dicit eundem illum mensis esse, quem nouorum Iudæi appellant, & Aegyptij primam; addit: Incipere primum mensis, non secundum vulgarem usum, sed secundum consuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies est 12. Kal. Aprilis, & finiri 11. kal. Maij, inde intra hos 31. dies Pascha celebrari. Atqui omnes supra scripti, & insuper B. Ignatius Epist. ad Magnes. Pius Papa 1. Epist. 1. Decret. citans Hermem in libro Pastoris, & Concilia supracitata num. 80. Theophilus Casarea Palestina Episcopus Epistola sua Synodica, Constantinus Imperator Epist. simili apud Eusebium, B. August. Epist. 119. ad Ianuarium, Beda lib. de Temporibus, & B. Isidorus lib. 1. de Offic. Ecclē. cap. 31. & lib. 6. Etymol. cap. 17. non alia quàm Dominica die posse Pascha Dominice celebrari, diuersis testantur verbis. Sicuti etiam, aduersus Blasium & alios Quartadecimanos seu Tessarescedatitas ipse Auctor, aliique hæresibus scriptores, supracitati à nobis Tom. 3. lib. de Præscript. aduers. her. cap. 53. her. 22. num. 329. de quibus etiam aliquid tractauimus in Vita Auctoris. Ad quod, Nicena Synodus dicit, inquirendam à 12. Kal. Aprilis usque ad 18. Kal. Maias Lunam decimam quartam, & celebrandam Pascha Dominica sequenti.

85. cur quinquaginta exinde diebus, &c.] De hoc vide supra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 3. num. 38.

86. cur stationibus quartam & sextam Sabbati dicamus, &c.] Stationes (Herabano teste, lib. 2. cap. 18. de Instit. Cleric.) appellat quartæ & sextæ ferie ieiunia,

nia, quod statuta essent illis diebus ieiunia, non item die Parasceues, sicuti num. sequenti, quæ erant voluntaria. At qui præterea, eius diei ieiuniorum meminerant B. Ignatius Epist. ad Philipp. & Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum, Socrates quoque histor. Ecclē. lib. 7. cap. 21. de Theodotio iuniore. In quibus tamen ad nonam usque dumtaxat ieiunatum fuisse, Auctor supra cap. 10. his verbis indicat: Quasi respuamus nonam, cui & quarta Sabbati & sexta plurimum fungimur. Citat etiam suo lib. 2. Decretal. & post eum Gratianus ex Apollinario, siue Apollonio, causam vtriusque huius ieiunii; quia quarta feria Iudas traditionem Domini excoquit, & sexta feria saluator crucifixus est. Hinc etiam hodie seruatur, quod dumtaxat post vespas soluat ieiunium in quadagesima; & in reliquis ieiuniis ad hanc nonam. Eandem obseruationem adlegat etiam B. Hieron. in Epist. ad Gal. & B. August. Epist. Hinc dicta ad Casulanum, eoque citat Amalarius lib. 4. de Ecclē. offic. cap. 37. Eodem pertinet quod B. Ambros. in Epist. ad Rom. dicit: Sunt quidam, qui feria quarta carnem non edendam statuerunt, sunt qui Sabbati; ubi etiam sextæ ferie meminit; item quod citatur de Consecr. dist. 3. cap. De esu, ex Leone 4. ubi dicitur: Veri ieiunium esse traditionem, ut quarta & sexta feria ab esu carnis fiat ieiunatio. Videtur autem exoleuisse ea consuetudo ieiunandi feria quarta, & postmodum sola carnis abstinencia; sicuti hodie feria sexta & Sabbato; quando facta est, de qua mox latius, generalis Sabbati ieiunandi constitutio.

87. ieiuniis parasceuen, &c.] Nouè hic Auctor Sabbatum, parasceuen nuncupat, vixit quæ sit parasceue Dominica, sicuti olim feria sexta apud Iudeos fuit parasceue ante Sabbatum. Quam adò appellationem feria sexta adtribuit Auctor etiam supra, lib. 4. aduers. Marc. cap. 12. & B. Ignatius, Clemens Alexandr. Euseb. Hieron. & August. locis nō præced. citatis. At qui rectè dicatam diei ieiunii (talibus nempe, quæ pro voluntate cuiusque seruantur) parasceue seu Sabbatum, sicuti subiungit. Quia de Ieiunio Sabbati variam fuisse obseruationem, constat ex B. Hieron. Epist. 28. ad Lucinium, & B. August. Epist. quadam ad B. Hieron. & Epist. 118. ad Casulanum. Ex quibus constat Romæ & in multis vicinis ac remotioribus Ecclēsiis etiam Sabbato ieiunatum fuisse; in Ecclēsiis verò Orientis non item, immò neque Mediolani, neque in Africa, saltem ex præcepto Ecclēsiæ, nisi semel in anno pridie Paschæ. Id est enim quod addit Auctor: quamquam vos etiam Sabbatum, si quando continuatis, numquam nisi in Pascha ieiunandum, &c. Hinc illud B. Ambros. apud B. August. Quando hic sum, non ieiuno Sabbato; quando Roma sum, ieiuno; & non absimiliter B. Hieron. Vnaquaqueque pronincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges Apostolicas interpretetur. At qui non multo post B. Innocent. Epist. ad Decentium cap. 4. præcipit ieiunij Sabbatum, dicens: Si feria sexta (videtur itaque tunc non amplius obseruata feria quarta) propter Passionem Domini ieiunamus; Sabbathum prætermitti non debere, eo quod d'biduo illo Apostoli in mare fuerint, & occultati propter metum Iudeorum. Quare & Amalarius lib. 4. de Ecclē. offic. cap. 37. dicit, ex ordine Romano diem Sabbati haberi in obseruatione; ut B. Isidorus lib. 2. de diuin. offic. cap. 42. ac Herabanus noster lib. 2. de Instit. cler. cap. 23. inter legitimæ ieiunia computant (Innocentium citantes) ea quæ sunt feria sexta & Sabbati. Ex quo tempore in hunc usque diem, saltem Occidentalis

Ecclēsia, carnis abstinenciam etià diebus Sabbati obseruat. 88. nobis certè omnis dies etiam vulgata consecratione celebratur, &c.] Videtur hic adndare ad eorum consuetudinem (maximè Græcorum) qui diebus ieiuniorum sacra, saltem mane, non celebrabant; eo quod dicerent: stationem (siue ieiunium) solui accepto corpore Christi; contra quos agit supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. vlt. Atque ad eundem lib. nū. 1. citauimus hunc locum, ad confirmationem consecrationis corporis Domini in Missæ sacrificio.

C A P. XV.

89. Reprobatur etiam illos, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De aliis Apostoli & Ista locis, & imprimis de verbis illius 1. Tim. 4. Quæ ipsis penè Auctoris verbis sic interpretatur B. Hieron. lib. 2. adu. Iovin. Reprobatur quidè Apostolus eos qui iubebant (sic etià hic castigamus, pro iubebant) cibis abstinere, &c. sed Marcionem designat & Tatianum & ceteros hæreticos, qui abstinenciam in diem perpetuam, ad destruenda & contemnenda & abominanda opera creatoris. Nos autem & creaturam omnem laudamus Dei, & abstinenciam luxurie, Ieiunia preferimus saturitati. Nec aliter eum locum interpretantur Patres B. Chrysost. alique Græci, & Ambros. in Comm. & B. August. lib. 3. aduers. Faustum, ac Epiph. her. 66. nempe de iisdem Marcionis, Encratis, iè Manichæis, qui eandem hæresin profitebantur. Parrò de Marcionis dicta hæresis, alicubi supra tractauimus, de Tatiano Encratarum principe, qui & nuptias & cibos damnauerit tamquam mala. Vide Ireneum & alios Auctores supra à nobis citatos, ad sepeditum lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 52. her. 20. num. 326. Quem autem intelligat: Iouem hodiernum de Pythagora hæreticum, consulat Auctores historicos diligens Lector. Pythagoram certè prohibuisse animalium esum, supra patet lib. de Anima, non vno loco.

90. duas in anno hebdomadas Xerophagiarij, &c.] Quum ad hunc locum haud dubiè adndat B. Hier. Epist. 54. ad Marcel. adu. Montanum, ubi tres Quadagesimas illi adscribit; ego malui se legere: tres, pro: duas, nisi Epiph. (quæcum memini) duarum dumtaxat Quadagesimarum Montani mentionem faceret; maxime quum B. Hieronymus sic scripsisset, testetur iam olim B. Amalarius lib. 4. de Ecclē. offic. cap. 37. Et verò hebdomadas videtur accipere, non pro septem diebus, sed pro septem hebdomadibus; vixit quum paulò antè B. Telesphorus Papa statuisset, per clericos omnes (erat autem Presbyter Tertullianus) septem hebdomadas plenas ante Pascha à carne ieiunari. Vbi quum ille subiicit: quia sancta discretia debet esse vita clericorum à laicorum conversatione, ita & in ieiunio debet fieri discretio, satis indicat, non primum se Quadagesima ieiunij (sicuti calumniatur quidam) instituisse. Certe præter Constit. Apost. Clementis, de illa sic B. Ignatius Epist. ad Philip. Quadagesimam verò noluit pro nihilo habere; imitationem enim continet Dominicæ conversationis. Vbi adndat ad 40. dies ieiunij Christi Domini, cuius etiam exemplum antea in Moyse & Helia notiora sunt, quàm ut pluribus sit opus. Vnde verisimè dicto loco B. Hieron. Nos (inquit) vnam Quadagesimam, secundum Traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus; illi (Mōtaniste nempe) tres in anno faciunt Quadagesimas, quasi tres passus sint saluatores. Item B. Epiph. in Synonem de fidei Apost. veritate, agens de ipsorum institutis: Tessaradecasten etiam (inquit) ante

septem hebdomadas (sic enim haud dubie legendum, pro: dies) sancti Pasche simili modo observare solet Ecclesia, in ieiuniis perseverans; non omnino autem in Dominicis, ne in ipsa quide Tessaradecaste. Valeant itaque, qui Quadragesimale ieiunium nituntur conuelleres, quum etiam BB. Ambrosius, August. & Chrysof. alicubi, non modo ad Apostolorum, sed Christi institutionem referant. Atqui, quod hebdomadas Xerophagiarum, nuncupet Auctor, hinc est; quod carnibus (immo & vino olim) abstineamus in Quadragesima.

91. exceptis scilicet Sabbatis & Dominicis, &c.] Loquitur de consuetudine adhuc in Africa usitata, qua Sabbatis etiam in Quadragesima non erat indictum seu statutum ieiunium, praeterquam Romae; verum postea non modo per Innocentium Papam Epist. Supplicata num. 87. sed praecipuum est ieiunium Sabbatis etiam in Concilio Aegathensi cap. 12. sicuti citatur cap. Placuit, de Consecr. dist. 3.

92. Atquin ad Romanos scribens, &c.] Hunc Apostoli locum Rom. 14. iisdem penè verbis paulo clarius interpretatur B. Hieron. lib. 2. aduers. Ioum. quod si loquitur ad Romanos: Is qui manducat, non manducatem non spernat; & qui non manducat, manducantem non indiget; pro quo Auctor: ne nullificet (sic enim legitur stylo Tertulliano, ex Angl. cod. pro: vilificet) non inter ieiunia & saturitatem aequalia merita dispensat, sed contra eos loquitur, qui in Christum credentes adhuc Iudaei habitant, &c. Ex quo etiam confirmatur nostra lectio ex eodem cod. MS. olera vescitur, pro: olere. Atqui profusus inuerso ordine, citantur hic verba Apostoli. Castigamus verò ex coniectura Dn. Harrisij, & nostra praecedenti: vetet controuersiam, pro: vitet.

93. Et si clauas macelli tibi tradidit, &c.] Etiam istud sic expressit B. Hieron. Nec mirum si omne quod in macello videtur, Apostolus emi iubeat & comedat; quum, idololatrias adhuc in templis idolorum idololatria vescensibus, pro summa abstinentia fuerit, cibi tantum abstinere Gentilium. Pulchre verò etiam respondet Auctor ad alias scripturas, Rom. 14. & 1. Cor. 10. Atqui ex coniectura rursus Harrisij emendauimus: abundabimus, pro: abundauimus, quod sic Graecè sit & Latine.

94. Dominum quoque quam indignè, &c.] Haud aliter B. Hieron. illud autem quod proponere aduersarius ausus est: Dominum voratorem & potatorem vini à Pharisaeis appellatum, existimo quod nobiscum faciat. Iste est Dominus, ut arbitraris, vorator, qui quadragesima diebus Christianorum ieiunium sanctificauit; Qui beatos appellat esurientes & sitientes, Qui escam habere se dicit, non quam discipuli suspicabantur, sed quae in perpetuum non periret, &c. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. ieiunaret, pro: ieiunauit, quia sequitur: pronuntiari. De Atallicis autem diuitiis quae in prouerbum abierunt, vide nostra Prolegomena.

95. Sic & Isaias non negauit, &c.] Similiter B. Hieron. Porro si per Isaiam loquitur Deus, quod non tale ieiunium elegerit, dicens: In diebus ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestrae (vnde & hic sic lego, pro: voluptates, Graecè θελήματα, maxime quum sic etià legat B. Cyprian. lib. 3. Testim. cap. 1.) & subiectos percutitis (pro quo hic: succurritis) &c. non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, quale elegerit, docet: Frange esurienti, &c. Non igitur ieiunium reprobauit, sed quale vellet, ostendit.

96. Nam etsi mauult opera iustitiae, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod Deo gulae incontinentia displiceat, atque aded ieiunia placeant. In quo etiam isdem scripturis citatis, Auctorem imitatur B. Hieron. praeter illas ad quas hic adludit in initio Psal. 50. de anima conflictata, & Isai. 28. Vbi increpatur ebrietas, & populus & sacerdos & Propheta; item illa 1. Reg. 4. de Heli & filiis; & exemplum diuitis ac pauperis, Luc. 16.

97. Manent adhuc, &c.] Quum B. Hieron. iisdem penè verbis dicat, apud sepulchra cōcupiscentiae crastus populus ortygomertiam scribitur ad choleram vsque eruclasse, videtur mihi debere legi apud Auctorem eruclando, pro: cruditando; sed nolui quid immutare, quòd adhuc magis distaret lectio Gagnei: conditando.

98. Sed ab alio mox sene mentito Prophetiam, &c.] Hanc historiam 3. Reg. 13. sed paucioribus verbis adlegat B. Hieron. ubi tamen non additur nomen hominis Dei, quod hic peculiariter habet Auctor: Samceas, sicuti neque in Bibliorum editione aliqua. Mallemus autè legere: post altare diffusum, cum Harrisio, quam: diffusum; sed nihil mutauimus, eo quòd legatur apud 1. Reg. non solum scissum altare, sed etiam effusa pinguedo de altari. Satisfactioem verò accipit Auctor pro: munere quod offerebat Rex. Atqui legitur quidem MS. cod. Angl. mentito Prophetiam, sed malimus: Prophetiam. Erat enim Prophetes, sed mentitus est Prophetiam, quum dixit Angelum sibi locutum; proinde etiam retinimus paulo ante: eius regis, pro eo quod illi: eiusdem.

99. & Episcopis etiam spiritualibus, &c.] Videatur eò tunc excreuisse haeresis Montani, ut etiam Episcopii infelicit fuerint; quos aded spirituales vocans, opponit Psychicis, sed de hoc in vita Auctoris latius.

100. Sancite ieiunium, & praedicate curationem, &c.] Sancite, vocem Tertullianicam eiusdem significationis legitur ex MS. Angl. cod. pro: Sanctificate, maxime quum sequatur: sanctituros ieiunium, Item: & praedicate curationem, pro: orationem, tum quòd illud legatur iuxta 1. Reg. 1. & 2. & apud B. Cyprian. lib. 2. Testim. cap. 19. ac B. Hieron. tum quòd hic sequatur: & praedicatos officia curantia Deum. Quòd quidem sic expressit B. Hieron. ut monstraretur sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum, nec aliter in comment. eius loci. Verum aliam fuisse Auctoris mentem; nempe ut curationem accipiat hic, non pro remediatione, sed pro cultu Dei, atque aded curantia Deum, pro: colentia; patet ex eo quòd sequitur: Vnde & qui in idolis comedis, & in hac re ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur. Non quidem quod curationis vocem Latinis ea significatione usitatum inuenire licuerit, sed quòd vox Graeca illic à LXX. usurpata: θεογονία Platonis in Eutyphrone, pro cultu Dei sumta sit, sicuti ante me adnotauit in hunc Prophetiae locum Leo de Castro, qui eandè aded de cultu Dei Christi interpretatur, adnotans, pro hac interpretatione etiam facere vocem Hebraea Halerech, quae tam regnum Dei significat, atque sollempnitatem. Quo fit, ut retinuerimus hic: curantia Deum, quòd alioqui absurdum prima facie videbatur.

101. quum stupet coelum & aere annus, &c.] Alicubi supra similem phrasin reperire est, apud Auctorem, sicuti etiam de nudipedalibus & purpuris, & falsibus aliquid supra adnotauimus, precem verò indigitare

digitare dixit eadem phrasin qua Macrobius, Virgines Vestales Apollinem indigitare: Apollo medicæ, Apollo pæan, ac si dicas, digito ostendere, vel indigitare, vnde & Indigitamenta, libri Pontificales, qui Deorum nomina & festa continebant. De aliis aliarum coloniarum ceremoniis, videt diligens Lectur Auctores qui de Deis gentium scripserunt.

102. Niniuiticum credo iustitium, &c.] MS. Angl. codex: Niniuiticam iustitiam; sed illud magis placet, eo quòd comparat Niniuiticum iustitium; id est, cessationem ab omni cibi & potus genere, cum ethnicis, qui, vni dixit: annuo ritu faccis velantur, & cinere conspargiantur.

103. Iudaicum certè ieiunium vbique celebratur, &c.] Hinc confirmatur quòd dixit supra Tom. 1. Apolog. cap. 21. de Iudaeis: dispersi, palabundi, & cæli ac soli sui extorres, vagantur per orbem. Adludit verò & B. Hieron. ad illud: stellæ auctoritatem demorantis suspirant, quum dixit: Petrus Apostolus, non exspectans stellam more Iudaico.

104. Casto Ifidis & Cybeles eas adæquas, &c.] Sic rectè primus huic locum restituit Gelenius, pro: Sacco Ifidis, sine: sacro, sicuti rectius in quibusdam codicibus legebatur, maxime quum respondeat hic Auctor ad illud c. 2. supra: quales castimonie Apim, Ifidè, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant, vixit quum Cybelem matrem Deum, nuncupatam nemo ignoret. Verum quid Castum significet: varij varia coniecerunt. Dn. Ludouicus Carris I. C. ex verbis Festi de Casto Cereris hanc lectionem confirmauit, & post eum Facobus Reynardus Brugensis Castu interpretatur pro te casta; nec aliter Guiliel. Canterus, utrumque citans Nouar. Lect. lib. 2. cap. 11. Perim ipsam vocis significationem videtur nobis propius adigisse Iosephus Scaliger, Colect. in Varronè de Ling. Latina ad pag. 87. ubi probat Castum Peterei Ritu dixerit; tum ex Festi verbis iam citatis, tum ex Nonio, qui Varronis illud adfert Reg. hum. libro 1. Nostro ritu faciunda ciuilius, quam Graeco castu; & historico quodam in Colect. Suida, apud quem est eodem significatu: & ceteris; ex Varro ne rursus citans illud: religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos; non aliter atque Graecè ἀστυλας, expiationem

vocamus, & ἀστυλας, expiare, siue purè facere. Quare etiam apud B. Hier. (vel nondum visis Nonii lectionibus Canteri) constabit ex hoc loco quem imitatur, legi debere; & in oblatione Iouiani: De ciborum plurium abstinentia, quasi nō & supersticio gentilium Castum matris Deum obferret & Ifidis, & in responsione ad illum: Quomodo autem Virginitati vera, non prauidicat imitatio virginum diaboli, ita nec veris Ieiuniis, Castum Ifidis & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abstinentia; maxime quum apud illos panis sagina carniū compensatur. Idque pro eo quòd legebatur: Cofsum, & Coforum, corruptiss. sicuti iam olim adnotauerat Calim Rhodiginus, sed nec ipse mentem horū Auctorum satis adsecutus. Nos hinc aliud nō adiciamus, quam ex verbis illis 2. Cap. Auctoris iam citatis, confirmari hanc castorum ex Graeco interpretatione, quòd castimonias vocat, & quae tales quae purificet (id est, expient) nō quidem aqua, sed certorum ieiuniorum exceptione. Atqui malimus legere cū Gagneo: & ructus propheta vetus est, quam cum Gelenio: & ructus propheta. Vetus es.

105. Vera si velimus dicere, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Contra illos qui ieiunia contemnunt. Retinemus autem: Vera si velimus dicere, cum Gelenio, antea deerat: Vera.

106. semper agnosco sapere Esau venatorem, &c.] Adludit ad id quòd scribitur Gen. 25. de primatibus veditis Iacob ab Esau venatore, ubi eleganter dixit Auctor, lenticulam defruto inrufatā, ac si dicat, pulmentum illud defruto, id est, vino cocto ad medietatem, & quo rubro inrufatum, id est, rufum siue rubrum factum. De agapè, quam hic in malam partem accipit, diximus supra Apolog. ca. 39. Pollucibilis verò, id est, lauior; ea significatione qua pollucibilis cera vocatur à Macrobio. Legimus autem mox: disciplinae nostras, pro: vestras, ex cod. Angl. MS.

107. Saginentur pugiles, &c.] De hoc vide Adnotat. nostras in B. Cypri. Epist. 2. nu. 23. Castigamus autem: Ceterum saginator Christianus, pro: saginator, ex Angl. MS. cod.

ARGUMENTVM LIBRI DE PVDICITIA, PER IACOBVM PAMELIVM.

PV D I C I T I A amore Tertullianus in haeresin lapsus, libro hoc errorem Montani persecutus de non recipiendis penitentibus, saltem mæchis & fornicatoribus, laude Pudicitiae praemissa, id ipsum huius libri argumentum paucis indicat, (falsus, se retrò, nempe quum librum de Penitentia scriberet, alterius fuisse sententiam) maxime quum calmen criminū teneat mæchia & fornicatio. Atque imprimis scripturis scripturas opponēs, inde colligere nititur, delicta quaedam esse remissibilia, alia irremissibilia.

Non tamen propterea negligendam proorsus delictorum quorundam penitentiam. Iam verò postquam docuit, mæchia & fornicationis nomine se comprehendere omnia libidinum delicta.

Mæchiam idololatriæ & homicidio comparari, ex scripturis ostendit.

f.
II.
III.
III.
V.

- VI. *Et si verò in veteri Testamento exsint exempla venia pro mæchis, inueniri etiam iudicij, & aliam esse noui Testamenti rationem.*
- VII. *Deinceps latè disputat de parabola ouis & dragmæ perditæ.*
- VIII. IX. *Item de duorum filiorum parabola.*
- X. *Penitentiam enim etiam ethnicis competere.*
- XI. *Exinde & facta Domini peccatoribus edita describit.*
- XII. *Certè ab Apostolis cum idololatria & homicidio fornicationem interdici.*
- XIII. XIV. *Porro & veniam fornicatori Corinthio ab Apostolo concessam examinat.*
- XV. XVI. *Adferens tam secundæ quàm prioris ad Corinthios Epistola locos aduersus fornicatores.*
- XVII. *Item & similes aliarum Apostoli Pauli Epistolarum sententias.*
- XVIII. *Etiam tales, tum illius, tum veteris Testamenti, qua communionem Ecclesiasticam mæchis adimunt.*
- XIX. *Similes quoque locos, ex Joannis Apostoli & Apocalypsi, & Epistola.*
- XX. *Ex Epistola deinde ad Hebræos olim (sententia ipsius) Barnabæ titulo, & Leuitico, quasdam scripturas adfert, quamquam frustra pro suo instituto.*
- XXI. *Atqui, non negans Apostolis competisse potestatem remittendi peccata, & proinde etiam Ecclesiæ; id suæ Ecclesiæ spirituali frustra adrogat.*
- XXII. *Denique agit contra veniam criminum & pacem, quam Martyres quidam mæchis donabant, negatoribus negabant.*
- Ceterum præterquam quod Librum hunc etiam contra Ecclesiam scriptum adferunt B. Hieronymus & Nicephorus locis supra non semel citatis, certè eodem titulo eundem citat ille, & argumentum libri his verbis indicat Epist. 146. ad Damasum de duobus filiis: Vehementer (inquit) admiror TERTULLIANVM in eo libro, quem DE PVDICITIA ADVERSVS POENITENTIAM scripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire, &c. & paulo post: Ille autem qui iuxta insanas & blasphemias fæminas suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipere penitentes, frustra argumentatus est. Eodè pertinet quod habet B. Pacianus Barcilonensis Episcopus Tract. aduers. Nouat. quum dicit: TERTULLIANVS post hæresin vester est; nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua, & ea ipsa quam Catholicus edidit, audies confitentem, posse Ecclesiam peccata dimittere. Atque hoc ipsum est, quod Auctor huius libri cap. 1. sub mediū dicit: Erit igitur & hic aduersus Psychicos titulus, aduersus mæchæ quoque sententiæ retro penes illos societatem. Vbi quum librum supra editū Tom. 2. DE POENITENTIA haud dubiè tres hi respiciat, constat germanū esse utrumque Tertulliani fætum; sicuti etiā ex eo quod utrumque imitetur B. Cyprianus Epist. 52. ad Anton. ac lib. de Laps. De bono Pudicitia, & ad Nonatianum. Legerunt eundem iam olim MS. Trithemius & Politianus. Edidit in lucem primus Gagnæus, deinde ex Britannico codice emendauit Gelenius. Nos nunc denique recognitiū ad MS. Anglicum Dn. Ioannis Clemētis exemplar, & ex coniecturis quibusdā Dominorū Latinij & Harrisij; nouis Argumento ac Adnotationibus; quibus inter cetera ex B. Paciano multas rationes, quæ contra penitentiam adfert, dissoluimus; adornauimus.*

Q. SEPT.

A Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI, DE PVDICITIA LIBER.



PVDICITIA flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præiudiciū omnis bonæ mētis; quāquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua; tamē aliquatenus in sæculo morabitur, si natura præstruxerit, si disciplina persuaferit, si censura compresserit. Siquidē omne animi bonū, aut nascitur, aut eruditur, aut cogitur. Sed vt malamagis vincit, quod vltimorum temporū ratio est; bonā iam nec nasci licet, ita corrupta sunt femina; nec erudiri, ita deserta sunt studia; nec cogi, ita exarmata sunt iura. Denique de qua incipimus, eousque iam exoleuit, vt non eius ratio, sed moderatio libidinum Pudicitia credatur, isque satis castus habeatur, qui non nimis castus fuerit. Sed viderit sæculi pudicitia cum sæculo ipso, cum suo ingenio si nascebatur, cū suo studio si erudiebatur, cum suo seruitio si cogebatur; nisi quoddam infelicior etiam si stetit vt instructuosa, quæ non apud Deum egisset. Malo nullum bonū, quàm vanū. Quid prodest esse, quod esse non prodest: nostrorum bonorū status iam mergitur, Christianæ pudicitia ratio cōcutitur, quæ omnia de cælo trahit, & naturam per lauacrū regenerationis, & disciplinam per instrumentum prædicationis, & censuram per iudicia ex vtroque Testamēto, & cōacta cōstantius ex metu & voto æterni ignis & regni. Aduersus hanc nonne dissimulare potuissim? Audio etiam edictum esse propositū, & quidem peremptorium; Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum dicit: Ego & mæchicæ & fornicationis delicta penitentiæ functis dimitto. O edictū cui adscribi nō poterit bonū factū. Et vbi proponitur liberalitas ista? Ibidē opinor in ipsis libidinū ianuis, sub ipsis libidinū titulis. Illic eiusmodi penitentiæ promulgata est, vbi delinquentia ipsa versabitur. Illic legēda est venia, quod cū spe eius intrabitur. Sed hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronūtiatur, & virgo est. Absit absit à sponsa Christi tale præconiū. Illa quæ vera est, quæ pudica, quæ sancta, carui, quia carebit etiā aurū macula. Non habet quibus hoc repromittat. Et si habuerit, nō repromittit: quoniā & terrenū Dei templū citius spelūca latronum appellari potuit à Domino, quàm mæchorum & fornicatorū. Erit igitur & hic ADVERSUS PSYCHICOS titulus, aduersus mæchæ quoque sententiæ retro penes illos societate, quo magis hoc mihi in noram leuitatis obiecent. Nunquā societatis repudiū delicti præiudiciū est, quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando veritas cum paucis ametur. At enim me nō magis dedecorabit inutilis leuitas, quàm ornarit nocens. Non suffundor errore quo caruisse delector, quia meliorem me & pudiciorem recognosco. Nemo proficiēs erubescit. Habet & in Christo scientia ætates suas; per quas deuolutus est & Apostolus. Quum paruulus, inquit, essem, tāquam paruulus loquebar, tamquam paruulus sapiebam. At vbi vir sum factus, ea quæ paruuli fuerant euacuauit. Aded deuertit à sententiis pristinis, nec idcirco deliquit, quod æmulator factus est non paternarum traditionum, sed Christianarum; optans etiam vt præcederentur, qui circumcisionem detinendam suadebant. Atque vtinam & isti, qui meram & veram integritatem carnis obruncant, amputantes nō summam superficiem, sed intimam effigiem pudoris ipsius, quum mæchis & fornicatoribus veniam pollicentur aduersus principalem Christiani nominis disciplinam, quam ipsum quoque seculum vsque aded testatur, vt si quando eam in fæminis nostris inquinamētis potius carnis quàm tormentis puniri contendat, id volens eripere quod vitæ anteponit. Sed iam hæc gloria extinguitur, & quidem per eos, quos tanto constantius oportuerat eiusmodi maculis nullam subscribere veniam, quando propterea quotiens voluit nubār, ne mæchicæ & fornicationi succidere cogatur: quoniā melius est nubere quàm vri. Nimirum propter continentiam incontinentia necessaria est, incendium ignibus extinguetur. Cur ergo & crimina postmodum indulgēt penitentiæ nomine, quorum remedia præstituant multinubentia iure? Nam & remedia vacabunt cū crimina indulgentur, & crimina manebunt si remedia vacabunt. Ita que vtroque de sollicitudine & negligētia ludunt, præcauēdo vanissimè quibus parcūt: & parcēdo ineptissimè quibus præcauēt: cū

HHH iii

aut præcauendum non sit, ubi parcitur: aut parcendum non sit, ubi præcauetur. Præcauent enim quasi nolint admitti tale quid; ¹² indulgent autem, quasi velint admitti: quando si admitti nolint, non debeant indulgere: si indulgere velint, non debeant præcauere. ¹³ Nec enim mœchia & fornicatio de modicis & de mediis delictis deputantur, ut utrunque competat, & sollicitudo quæ præcauet, & securitas quæ indulget. Sed cum ea sint quæ culmen criminum teneant, non capiunt & indulgeri quasi modica, & præcaueri quasi maxima. Nobis autem maxima aut summa sic quoque præcauentur, dum nec secundas quidem post fidem nuptias permittitur nosse, ¹⁴ nuptialibus & dotalibus si fortè tabulis à mœchiæ & fornicationis opere diuersas. Sed ideò durissimè nos infamantes Paraclerum disciplinæ enormitate digamos foris sistimus, eundem limitem liminis mœchis quoque & fornicatoribus figimus, ieiunas pacis lacrymas profufuris, nec amplius ab Ecclesia quàm publicationem dedecoris relaturis. [¹⁵ Ceterùm Deus, inquit, ¹⁶ bonus & optimus; & ¹⁷ misericors & miserator & misericordiæ plurimus; ¹⁸ quæ omni sacrificio anteponit; ¹⁹ non tanti ducens peccatoris mortem, quàm poenitentiam; ²⁰ saluator omnium hominum & maximè fidelium. Itaque & filios ²¹ Dei misericordes & pacificos esse oportet; ²² donates ²³ inuicem sicut & Christus donauit nobis, non ²⁴ iudicantes, ne iudicemur. ²⁵ Domino ²⁶ enim suo stat quis vel cadit, tu quis es, ut seruum iudices alienum? Dimitte, ²⁷ & dimittetur tibi. Talia & tanta sparsilia eorum, quibus & Deo adulantur & sibi lenocinantur, effœminantia magis quàm vigorantia disciplinam, quantis & nos & contrariis possumus repercutere, quæ & Dei seueritatè intentent, & nostram constantiã prouocet. Quia ²⁸ etsi bonus natura Deus; ²⁹ tamè & iustus. Ex causa enim, sicut ³⁰ sanare nouit, ita & cadere; ³¹ faciens ³² pacem, sed & condens mala; ³³ poenitentiam malens; ³⁴ sed ³⁵ & Hieremiæ mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. Quoniam si ieiunauerint, inquit, non exaudiam obsecrationem eorum. Et rursus: Et ³⁶ tu ne adoraueris pro populo, & ne postulaueris pro his in prece & oratione, quoniam non exaudiam in tempore quo inuocauerint me, in tempore afflictionis suæ. Et adhuc ³⁷ supra idè ³⁸ misericordiæ prælator quàm sacrificij: Et ³⁹ tu ne adoraueris pro populo isto, & ne postulaueris misericordiã consequi eos. Et ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam utique misericordiam postulantem, utique ex poenitentia flentes & ieiunantes, & afflictationem suam offerentes Deo. Deus enim zelotes; ⁴⁰ & qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitati eius. Et qui licet patiens, tamen per Esaiam comminetur patientiæ finem: ⁴¹ Tacui, nunquid & semper tacebo & sustinebo? Qui cui velut parturiens, exurgam, & atescere faciam. ⁴² Ignis enim procedet ante faciem ipsius, & exuret inimicos eius; non solum corpus, verum & animas occidens in gehennam. Ceterùm iudicantibus quomodo Dominus comminetur, ipse demonstrat. Quo enim iudicio iudicaueritis, ⁴³ iudicabitur de vobis. Ita non prohibuit iudicare, sed docuit. vnde & Apostolus iudicat, & quidem in causa fornicationis, dedendum eiusmodi hominem satanæ in interitum carnis; in crepans etiam quòd fratres non apud sanctos iudicarentur. Adiciens enim, inquit: Vt quid mihi eos qui foris sunt iudicare? Dimittis autem ut dimittatur tibi à Deo, ⁴⁴ delicta mundantur quæ quis in fratrem non Deum admiserit. Debitoribus denique dimissuros nos in oratione profitemur, sed non decet vltra de auctoritate scripturarum eiusmodi finem contentiosum, alterno ductu in diuersa distendere, ut hæc restringere frenos disciplinæ, illa laxare videatur, quasi incertæ poenitentię subsidium, illa prosternere per lenitatem, hæc negare per austeritatem. Porro & auctoritas scripturæ in suis terminis stabit sine alterutra oppositione, & poenitentię subsidium suis conditionibus determinatur sine passiva concessione, & ipsæ prius causæ eius distinguuntur sine confusa propositione. Causas poenitentię delicta cõdicimus. Hæc diuidimus in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia irremissibilia. Secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia expungit, aut pœna: venia, ex castigatione: pœna, ex damnatione. de ista differentia iam & quasdam præmissimus altercationes scripturarum, hinc retinentium, hinc dimittentium delicta. Sed & Ioannes docebit: ⁴⁵ Si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulatbit & dabitur vita ei: quia non ad mortem delinquit, hoc erit remissibile. Est delictum ad mortem: non pro illo dico ut quis postulet, hoc erit irremissibile. Ita ubi est postulationis, illic etiã remissionis. Vbi nec postulationis, ibi æquè nec remissionis. Secundum hanc differentiam delictorum poenitentię quoque cõditio discriminatur. Alia erit, quæ veniã cõsequi possit, in delicto scilicet remissibili. Alia, quæ con-

I I.

a Mat. 19.

b Joel. 2.

c Osee 6.

d Eccl. 33.

e 1 Tim. 4.

f Luc. 6.

g Eph. 4.

h Matth. 7.

i Rom. 14.

k Matth. 7.

l Psal. 7.

m Deut. 32.

n Isa. 45.

o Osee 6.

p Hier. 14.

q Ibid. 11.

r Osee 6.

s Hier. 7.

Exod. 20.

Gal. 6.

Isai. 42.

Psal. 96.

Matth. 10.

Matth. 7.

1. Cor. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 5.

Matth. 6.

1. Reg. 2.

Matth. 6.

1. Joan. 5.

A cõsequi nullo modo possit, in delicto scilicet irremissibili. Et superest specialiter de mœchiæ & fornicationis statu examinare, in quam delictorum partè debeant redigi. [¹ Sed prius decimam intercedentem ex diuerso responsionem ad eam poenitentię speciem, quam cum maximè desinimus venia carere. Si enim, inquit, aliqua poenitentia caret venia, iam nec in totum agenda tibi est. Nihil enim agendum est frustra. Porro frustra agatur poenitentia, si caret venia. Omnis autem poenitentia agenda est: Ergo omnis veniam consequatur, ne frustra agatur; quia non erit agenda si frustra agatur. Porro frustra agitur, si venia carebit. Merito ita opponunt, quoniam huius quoque poenitentię fructu, id est, veniam, in sua potestate vsurpauerunt. Quantum enim ad illos, à quibus pacem humanam consequitur: quantum autem ad nos ² qui solum Dominum meminimus delicta ³ concedere, & vtique mortalia, non frustra agatur. Ad Dominum enim remissa, & illi exinde prostrata, hoc ipso magis operabitur veniam, ⁴ quòd eam à solo Deo exorat, quòd delicto suo humanam pacem sufficere non credit, quòd Ecclesiæ mauult erubescere quàm communicare. Adstitit enim pro foribus eius, & de notæ suæ exemplo ceteros admonet: & lacrymas fratrum sibi quoque aduocat, & redit plúsque negotiata, compassionem scilicet quàm communicationem. Et si pacem hic non metit, apud Dominum seminat. Nec amittit, sed præparat fructum: Non vacabit ab emolumento, si non vacauerit ab officio. Ita nec poenitentia huiusmodi vana, nec disciplina eiusmodi dura est. Deum ambæ honorant, illa nihil sibi blandiendo facilius impetrabit, ista nihil sibi adsumendo plenius adiuuabit. [⁵ Possumus igitur demandata poenitentię distinctione ad ipsorum iam delictorum regredi censum, an ea sint quæ veniam ab omnibus consequi possint. In primis quòd mœchiam & fornicationem nominamus, vsus expostulat. Habet & fides quorundam nominum familiaritatè, ita in omni opusculo vsus custodimus. ⁶ Ceterùm & si adulteriũ & si stuprum dixerò, vnum erit contaminatæ carnis elogium. Nec enim interest nuptiam alienam, an viduam quis incurset, dum non suam fœminam. Sicut nec locis refert, in cubiculis, an in turribus pudicitia trucidetur: Omne homicidium extra syluam latrocinium est. Ita & vbicumque, vel in quamcũque semetipsum adulterat & stuprat, qui aliter quàm nuptiis vitur. ⁷ Ideò penes nos occultæ quoque coniunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professæ iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde confertæ obtentu matrimonij crimen eludant. ⁸ Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora & in sexus vltra iura naturæ, non modò limine, verum omni Ecclesiæ tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed monstra. [⁹ Ergo mœchia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quãti æstimanda sit sceleris prima lex Dei præstò est. Siquidem ¹⁰ post interdictam alienorum Deorum superstitionem, ipsorumque idolorum fabricationem: post cõmendatam sabbati venerationem, post imperatam in parentes secundã à Deo religionem: nullũ aliud in talibus titulis firmandis monendisque; subtruxit præceptum, quàm, Non mœchaberis. Post spiritalem enim castitatè sanctitatèque, corporalis sequebatur integritas. Et hanc itaque munivit, hostem statim eius prohibendo mœchiam. Quale delictum iam intellege, cuius cohibitionem post idololatriã ordinauit. Nihil secundum longinquat à primo. Nihil tã proximum primo, quàm secundum. Quod sit ex primo, aliud quodammodo primũ est. Itaque mœchia ad finem idololatriæ. ¹¹ Nam & idololatria mœchiæ nomine & fornicationis sæpè populo exprobrata, etiam sorte cõiungetur illi, sicut & serie: etiam dãnatione cohærebit illi, sicut & dispositione. ¹² Eo amplius, præmittens: Non mœchaberis; adiungit: Non occides. Onerauit itaque mœchiam, quam homicidio anteponit. In prima vbique fronte sanctissimæ legis, in primis titulis cœlestis edicti, principalium utique delictorum proseriptione signatam. De loco modum, de ordine statum, de cõfinio meritum cuiusque dignoscas. Est & mali dignitas, quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. Pompam quãdam atque suggestum aspicio mœchiæ, hinc ducatum idololatriæ antecedentis, hinc comitatum homicidij insequentis. Inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna cõsedit, & per medium eorum, quasi vacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. Quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam, à cohærentium corpore diueller, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, ut solam eam secernat ad poenitentię fructum: Nonne hinc idololatria, inde homicidium, detinebunt: & si qua vox fuerit, reclamabunt. Noster hic cõneus est, nostra compago. Ab idololatria metamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adulamur, cõcorporauit nos scriptura diui-

I I I.

Mat. 7.

I I I.

V.

Exod. 20.

Exod. 34.

Exod. 20.

na litteræ ipsæ glutina nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis potest. Ego quidem idololatria D
 sapissimè mœchia occasionem subministro. ³⁵ Sciunt luci mei & mei montes, & viua
 aquæ, ipsaque in vrbibus templa, quantum euertere pudicitia procuremus. Ego quoque
 homicidium nonnumquam mœchia elaboro. ³⁶ Ut tragœdias omittam, ³⁷ sciunt hodie
 venenarij, sciunt magi, quòd pellicatus vlciscar, quòd rivalitates defendam, quòd custo-
 des, quòd delatores, quòd confcios auferam. Sciunt etiam obstetrices, quòd adultericon-
 ceptus trucidentur. Etiam apud Christianos non est mœchia sine nobis: ibidem sunt ido-
 lolatria, vbi immundi spiritus res est. Ibidem est & homicidium, vbi homo quum iniqui-
 natur, occiditur. Igitur aut nec illis aut etiam nobis pœnitentiæ subsidia conuenient. Aut
 detinemus eam, aut sequimur. Hæc ipsi rei loquuntur. Si res voce deficiunt, adfuit idolo-
 latres, adfuit homicida, in medio eorum adfuit & mœchus. Pariter de pœnitentiæ offi-
 cio sedent in sacco, & cinere in horrescunt, eodem flatu gemiscunt, eisdem precibus am-
 biunt, eisdem genibus exorant, eandem inuocant matrem. Quid agis mollissima & huma-
 nissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis: Beati enim pacifici. Aut si non om-
 nibus, nostra esse. ³⁸ Idololatrem quidem & homicidam semel damnas, mœchum verò
 de medio excipis: idololatram successorum, homicidam antecessorem, vtriusque collegam.
 V I. Personæ acceptatio est, miserabiles pœnitentiæ reliquisti. ³⁹ Planè si ostendas de qui-
 bus patrociniis explorum, præceptorumque cœlestium, soli mœchia, & in ea fornicati-
 onis quoque ianuam pœnitentiæ expandas. Ad hanc iam lineam dimicabit nostra con-
 gressio. Præscribam tamè tibi formam necesse est, ne ad vetera manum emittas, ne in ter-
 ga respicias. Vetera enim tranferunt secundum Esaiam, & nouata est iam nouatio secun-
 dum Hieremiam; & oblici posteriorum in priora porrigimus secundum Apostolum; &
 Lex & Propheta vsque ad Ioannem secundum Dominum. Nam & si cum maxime à lege
 cepimus demonstrando mœchiam, meritò ab eo statu legis, quem Christus non dissol-
 uit, sed impleuit. Onera enim legis vsque ad Ioannem, non remedia: operum iuga reiecta
 sunt, non disciplinarum, libertas in Christo non fecit innocentiæ iniuriam. Manet lex tota
 pietatis, sanctitatis, humanitatis, veritatis, castitatis, iustitiæ, misericordiæ, beneuolentiæ,
 pudicitia. In qua lege, beatus vir qui meditabitur die ac nocte. De qua idem Dauid rur-
 sus: ⁴⁰ Lex Domini inuituperabilis, conuertens animas, iura Domini directa, oblectantia
 corda, præceptum Domini longè lucens, inluminans oculos. ⁴¹ Sic & Apostolus: Itaque
 lex quidem sancta est, & præceptum sanctum & optimum, vti que. Non mœchaberis. Sed
 & supra: Legem ergo euacuamus per fidem? Absit, sed legem sistimus, scilicet in his quæ &
 nunc nouo Testamento interdicta etiam cumulatiore præcepto prohibentur. Pro, Non
 mœchaberis, Qui viderit ad concupiscentiam, iam mœchatus est in corde suo: & pro,
 Non occides, ⁴² Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit gehennæ. Quare an salua sit lex nõ
 mœchandi, cui accessit, nec concupiscendi. Ceterum si qua vobis exempla in sinum plaudent,
 non opponentur huic quam defendimus disciplina. Frustrà enim lex supra structa F
 est, origines quoque delictorum, id est, concupiscentias & voluntates, non minus quam
 facta condemnans, si idè hodie concederetur mœchia venia, quia & aliqua concessa est.
 Cui emolumento hodie pleniore disciplina coercetur, nisi vt maiore forsitan lenocinio
 tuo indulgeatur. Dabis ergo & idololatram & omni apostatam veniam, ⁴³ quia & populum
 ipsum totiens reum istorum, totiens inuenimus retrò restitutum. Communicabis & ho-
 micidam; quia & Nabothæ sanguinem Achab deprecatione deleuit; & Dauid Vriæ cædè
 cum causa eius mœchia confessione purgavit. ⁴⁴ Iam & incesta donabis; propter Loth, &
 fornicationes cum incesto; propter Iudam, & tuptes de prostitutione nuptias; propter
 Oseæ, & non tantum frequentatas, verum & semel plures, propter patres nostros: Vtique
 enim dignum est peræquari nunc quoque gratiam circa omnia retrò indulta, si de pristi-
 no aliquo exemplo venia mœchia vindicatur. Habemus quidem & nos eiusdem verustatis
 19. Gen. 9. & 19. exempla pro sententia nostra, non modò nõ iniqui, verum etiam repræsentati iudi-
 cij fornicationis. ⁴⁶ Et vti que sufficit tantum numerum xxiiij. milium populi fornicantis
 in filias Moab vna plaga ruisse, sed malo in gloriam Christi à Christo deducere discipli-
 nam. ⁴⁷ Habuerint pristina tempora omnis impudicitia, si volunt Psychici, etiam potesta-
 tem. Luserit ante Christum caro, immò perierit antequam à Domino suo requisita est:
 nondum erat digna dono salutis, nondum apta officio sanctitatis. Adhuc in Adam deputa-
 batur cum suo vitio, facilè quod speciosum viderat concupiscens, & ad inferiora respi-
 ciens, & de ficulneis foliis pruriginem retinens. Inhærebat vsquequaque libidinis virus, &
 lactæ

Math. 5.

V I.

Esa. 43.

Hier. 4.

Philipp. 3.

Math. 11.

Psal. 1.

Psal. 18.

Rom. 7.

Exod. 20.

Rom. 7.

Math. 5.

Judic. 3.

Ieru.

3. Reg. 21.

2. Reg. 12.

Gen. 19.

Gen. 28.

Oseæ.

Gen. 16.

29. 30.

Gen. 9.

19.

Num. 25.

Gen. 3.

A lactæ fortes non habentes idoneæ, quod nec ipsæ adhuc aquæ lauerant. ⁴⁸ At vbi sermo
 Dei descendit in carnem ne nuptiis quidem resignatam; & sermo caro factus est, ne nu-
 ptiis quidem resignanda, quæ ad lignum non incontinentia, sed tolerantia accederet, quæ non dulce aliquid, sed amarum aliquid inde gustaret, quæ nõ ad inferos, sed ad cœ-
 lum pertinere, quæ non lasciuia frondibus, sed sanctimoniam floribus præingeretur,
⁴⁹ quæ mundicias suas aquis traderet, exinde caro quæcunque in Christo reliquas sordes
 pristinas soluit, alia iam res est, noua emergit iam non ex feminis limo, non ex concu-
 piscentiæ fumo, sed ex aqua pura & spiritu mundo. Quid itaque illam de pristino excu-
 sias? Non ^a corpus Christi; non ^b membra Christi; non ^c templum Dei vocabatur, cum ve-
 niam mœchia consequbatur. Itaque si exinde quo statum vertit, & ^d in Christum tin-
 cta induit Christum; & magno ^e redempta est, sanguine scilicet Domini & agni, tenes
 aliquod exemplum, siue præceptum, siue formam, siue sententiam indultæ siue indul-
 gendæ fornicationis atque mœchia: habes etiam temporis à nobis definitionem, ex quo
 deputetur ætas quæstionis. [⁵⁰ A parabolis licebit incipias, vbi est ovis perdita à Do-
 mino requisita, & humeris eius reuecta. ⁵¹ Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si
 vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrumne Christiano, an ethnico pec-
 catori de restitutione conliniet. Præscribimus enim ex naturæ disciplina, ex lege auris
 & linguæ, ex mentis sanitate ea semper responderi, quæ prouocantur, id est, ad ea quæ
 prouocant. Prouocabit, vt opinor; quòd Pharisei publicanos & peccatores ethnicos
 admittentem Dominum, & cum illis de victu communicantem indignati murrabant.
 Ad hoc Dominus pecudis perditæ restitutionem cui alij configurasse credendum est,
 quàm ethnico perditò de quo agebatur, non de Christiano, qui adhuc nemo, aut quale
 est, vt Dominus quasi cauillator responsionis, ommissa specie præsentem quam reper-
 cere deberet, de futura labore? ⁵² Sed ovis propriè Christianus, & grex Domini Ec-
 clesie populus, & pastor bonus Christus, & idè Christianus in oue intelligendus, qui
 ab Ecclesiæ grege errauerit. Ergo nihil ad Phariseorum murritionem respondisse vis
 Dominum, sed ad tuam præsumptionem. Et tamen ita eam vindicare debebis, vt ne-
 ges in ethnico competere, quæ in Christianum existimas conuenire. Dic mihi, nõne
 omne hominum genus vnus Dei grex est? Nõne vniuersarum gentium idem Deus
 & Dominus & pastor est? Quis magis perit à Deo quàm ethnicus quandiu errat? Quis
 magis requiritur à Deo quàm ethnicus, quando reuocatur à Christo? denique antecedit
 hic ordo in ethnicis. Siquidem non aliter Christiani ex ethnicis fiunt, nisi prius per-
 diti, & à Deo requisiti, & à Christo reportati. Ita etiam hunc ordinem seruati oportet,
 vt in eos tale aliquid interpretemur in quibus prius est. At tu opinor hoc velis, vt ouem
 non de grege perditam faceret, sed de arca vel de armario. Sic etiam ethnicorum reliquum
 numerum istum ait, non idè Christianos esse offendit cum Iudæis agens, & illos cum
 maxime obtundens, quòd indignantur spei ethnicorum: Sed vt exprimeret aduer-
 sus liuorem Phariseorum suam gratiam & beneuolentiam etiam circa vnum ethnicum,
 præposuit vnus peccatoris salutem ex pœnitentia, quàm illorum ex iustitia. Aut nun-
 quid non iusti Iudæi, & quibus pœnitentia opus non esset, habentes gubernacula disci-
 plinae & timoris instrumenta Legem & Prophetas? Posuit igitur illos in parabola, & si
 non quales erant, sed quales esse debuerant, quò magis suffunderentur, aliis & non sibi
 pœnitentiam audientes necessariam. ⁵³ Proinde drachmæ parabolam vt ex eadem ma-
 teria prouocata, æquè in ethnicum interpretamur, etiam in domo amissam quasi in Ec-
 clesia, etiam ad lucernæ lumen repertam quasi ad Dei verbum. Atquin totus hic mundus
 vna omniū domus est, in quo magis ethnico gratia Dei inlucet qui in tenebris inuenitur,
 quàm Christiano qui iam in Dei luce est. Denique & oui & drachmæ vnus error adscri-
 bitur. Nam si iam in Christianum peccatorem defingerentur, post fidem perditam & ite-
 rata amissio eorum & restitutio notaretur. Decedam nunc paulisper de gradu isto, quò
 magis eum etiam decedendo cõmendem, cum sic quoque obduxero diuersæ partis præ-
 sumptionem: ⁵⁴ Conديو Christianum iam peccatorem in parabola vtraque portendi,
 non tamen idè eum adfirmandum qui de facinore mœchia & fornicationis restitui per
 pœnitentiam possit. Licet enim perisse dicatur, erit & de perditionis genere retractare,
 quia & ovis non moriendo, sed errando: & drachma non intereundo, sed latitando pe-
 rierit. Ita licet dici perisse quod saluū est. Perit igitur & fidelis elapsus ⁵⁵ in spectaculū qua-
 drignarij furoris, & gladiatorij cruoris, & scenicæ fœditatis, xyfticæ vanitatis, in lusus,

Ioan. 1.

a 1. Cor. 12.

b 1. Cor. 6.

c 2. Cor. 6.

d Gal. 3.

e 1. Cor. 6.

v i i.

Luc. 15.

Ibidem.

Ioan. 10.

Luc. 19.

Ibidem.

in conuiuia secularis solennitatis, in officium, in ministerium alienæ idololatriæ aliquas **D** artes adhibuit curiositatis, in uerbum ancipitis negotiationis impegit, ob tale quid extra gregem datus est, ⁵⁶ vel & ipse forte ira, tumore, æmulatione, quod denique sæpè fit de dignatione castigationis abruptit, debet requiri atque reuocari. Quod potest recuperari, non perit, nisi foris perseuerauerit. Benè interpretaberis parabolam, uiuentem adhuc reuocans peccatorem. Mœchum uerò & fornicatorem, quis non mortuum statim admissio pronuntiauit? Quo ore mortuum restitues in gregem ex parabolæ eius auctoritate, quæ non mortuum pecus reuocat? Denique si meministi Prophetarum, cum pastores increpantur, puto Ezechielis est vox: ⁵⁷ Pastores ecce lac deuoratis, & lanis uestimini, quod forte est, occidistis, quod infirmum est, non curastis, quod comminutum est, non ligastis, quod expulsus est, non conuertistis, quod periit, nõ requisistis. Nunquid & de mortuo exprobrat, quod non & illud in gregem rescire curauerint? Planè ingerit, quòd perire oues fecerint, & à bestiis agri comedi. Neque possunt nec perire in mortem, nec comedi si relinquuntur, non ut perditæ in mortem & comestæ resumantur. Iuxta drachmæ quoque exemplum etiam intra domum Dei Ecclesiam licet esse aliquam delicta pro ipsius drachmæ modulo ac pondere mediocria, quæ ibidem delitescētia, mox ibidem & reperia, statim ibidem cum gaudio emendationis transigantur. ⁵⁸ Mœchiæ uerò & fornicationis non drachma, sed talentum, quibus exquirendis non lucernæ spiculo lumine, sed totius solis læcea opus est. Simul apparuit, statim homo de Ecclesia expellitur, nec illic manet, nec gaudium confert repertrici Ecclesiæ, sed luctum. Nec congratulationem aduocant vicinarum, sed contristationem proximarum fraternitatum. Commissa itaque etiam hac nostra cum illorum interpretatione, eo magis in ethnicū spectabunt & ouis & drachmæ argumenta, quāto nec in eius delicti Christianum competere possunt, propter quod in Christianum de diuersa parte coguntur. ⁵⁹ Sed enim plerosque interpretes parabolarum idem exitus decipit, què in uestibus purpura oculandis sæpissimè euenire est, quum putaueris rectè conciliasse temperamenta colorum, & credideris comparationes eorum inter se amasse, erudito mox utroque corpore, & luminibus expressis, errorem omnem traducta diuersitas euomer. Eadem itaque caligine circa filiorum quoque duorum parabolam quibusdam ad præsens concolorantibus figuris, à uero lumine exorbitant eius comparationis, quam parabolæ materia prætexit. ⁶⁰ Duos enim populos in duobus filiis collocant, Iudaicum maiorem, Christianū minorem. Nec enim possunt exinde Christianum peccatorem in filio minore disponere ueniam consecuturum, nisi in maiore Iudaicum expresserint. Porro si Iudaicum ostendero deficere à comparatione filij maioris, consequenter utique nec Christianus admittetur ad configurationem filij minoris, ⁶¹ Licet enim filius audiat & Iudæus, & maior quia prior in adoptione, licet & Christiano reconciliationem Dei patris inuideat, quod vel maximè diuersa pars carpit, ⁶² sed non erit Iudæi dictum ad patrem: Ecce quot annis tibi seruius, & præceptum tuum nunquam præterui. Quando enim non transgressor legis Iudæus, aure audiens, & non audiens? ⁶³ odio habens traducem in portis, & aspernamento sermonem sanctum? Sic nec patris ad Iudæum erit vox, Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Iudæi enim apostatæ filij pronuntiantur, generati quidem & in altum elati, sed qui non computauerint Dominum, & qui dereliquerint Dominum, & in iram prouocauerint sanctum Israëlis. Omnia planè Iudæo concessa dicemus, cui etiam conditio gratior quæque de gula erepta est, nedū ipsa terra paternæ promissionis. Atque adeò non minus hodie Iudæus quàm minor filius prodata substantia Dei in aliena regione medicat, seruiens usque adhuc principibus eius, id est, seculi huius. Quarant igitur alium Christiani suum fratrem, Iudæum enim parabola non recipit. ⁶⁴ Multò aptius Christianum maiori & Iudæum minori filio adæquassent secundum fidei comparationem, si ordo utriusque populi ab utero Rebecæ designatus permitteret demutationem, nisi quòd & clausula refragaretur. Christianū enim de restitutione Iudæi gaudere & non dolere conueniet: siquidem tota spes nostra cum reliqua Israëlis expectatione coniuncta est. Ita & si quædam facient, sed aliis contra sapientibus interimitur exemplorum peræquatio. Quanquam etsi omnia ad speculum respondere possint, vnum sit præcipuum periculū interpretationum, ne aliorum temperetur felicitas comparationum, quàm quo parabolæ cuiusque materia mandauit. Meminimus enim & histriones cum allegoricos gestus adcommodant canticis alia longè à præsentibus ⁶⁵ & fabula & scena & persona, & tamen congruentissimè exprimentes. Sed uiderit ingenium extraordinarium. Nihil enim ad Andromacham. ⁶⁶ Sic & hæretici easdem parabolæ quòd uolunt tribuunt, nõ quòd debent aptissimè excludunt. Quare aptissimè? quoniam à primordio secundum occasiones parabolarum, ipsas materias confinxerunt doctrinarum. Vacuit scilicet illis solutis à regula ueritatis ea conquirere atque cõponere, quorum parabolæ uidentur. ⁶⁷ Nos autem quia non ex parabolis materias commetamur, sed ex materiis parabolæ interpretamur, nec ualde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quæque caueamus: quare centum oues, & **I X.** quid utique decem drachmæ, ⁶⁸ & quæ illæ scopæ. necesse erat, qui unius peccatoris salutem gratissimam Deo uolebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret, de quo vnum quidem perisse describeret, necesse erat ut habitus requirentis drachmam in domo, tam scoparum quàm lucernæ adminiculo adcommodaretur. Huiusmodi enim curiositates & suspecta faciunt quædam & coactarum expositionum subtilitate plerunque deducunt à ueritate. Sunt autem quæ & simpliciter posita sunt ad struendam & disponendam & texendam parabolam, ut illuc perdantur, cui exemplū procuratur. Et duo utique filij illuc spectabunt, quòd & drachma & ouis. ⁶⁹ Quibus enim cohærent, eandem habent causam, eandem utique mustrationem Pharisæorum erga commercium Domini ethnicorum. aut si quis dubitat ethnicos fuisse publicanos ⁷⁰ apud Iudæam usurpatam iā pridem Pompeij manu ⁷¹ atque Luculli, ⁷² legat Deuteronomium: Non erit uectigal pendens ex filiis Israëli. Nec tam execrabile esset nomen publicanorum apud Dominum, nisi extraneum uendentium ipsius cœli & terræ & maris trāsitus. Peccatores autem cum ad **Luc. 15.** iungit publicanis, non statim Iudæos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. Sed vnum genus ethnicorum alios ex officio peccatores, id est, publicanos, alios ex natura, id est, non publicanos pariter ponendo distinxit. ⁷³ Ceterum nec denotaretur cum Iudæis communicans uictum, sed cū ethnicis, quorum mensa Iudaica disciplina depellit. Nunc de filio **Ibidem.** prodigo id prius considerandum est quòd uilius. Non enim admittetur exemplorum adæquatio, licet in agna congruentissima, si fuerit saluti nocētissima. Totum autem statum salutis in tenore disciplinæ cõstitutum subuerti uidemus ea interpretatione, quæ ex diuerso affectatur. ⁷⁴ Nam si Christianus est qui acceptam à Deo patre substantiam (utiq; baptismatis, utique spiritus sancti, & exinde spei æternæ) longè euagatus à patre prodigit ethnicè uiuens, si exutus bonis mētis etiam principi seculi, (cui alij quàm diabolus?) seruitium suum tradidit, & ab eo porcis alendis immūdis scilicet spiritibus curandis præpositus, resipuit ad patrem reuertitur, nõ mœchi & fornicarij, sed idololatæ, & blasphemij, & negatores, & omne apostatarum genus hac parabola patri satisfacient, & elisa est uerissimè hoc magis modo tota substantia sacramenti. Quis enim timebit prodigere, quòd habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuò conseruare, quòd non perpetuò poterit amittere? securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur & apostata uestè priorem, indumentum spiritus sancti, & anulum denuò signaculū lauacri, & rursus illi mactabitur Christus, & recumbet eo in thoro, ⁷⁵ de quo indignè uestiti à tortoribus solent tolli **Math. 22.** & abiici in tenebras, nedum spoliati. Plus est igitur, si nec expedit in Christianum conuenire ordinem filij prodigi. Quòd si nec in Iudæum integrè filij imago cõcurrit, ad propositum Domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat Dominus utique, ut quòd **Luc. 15.** perierat, saluum faceret, medicus languentibus magis quàm sanis necessarius. Hoc & in parabolis figurabat, & in sententiis prædicabat. Quis perit hominum, quis labat de ualitudine, nisi qui Deum nescit? Quis saluus ac sanus, nisi qui Deū nouit? Has duas species **Math. 9.** de genere fraternas hæc quoque signabit parabola. ⁷⁶ Vide an habeat ethnicus substantiam in Deo patre census & sapientiæ & naturalis agnitionis in Deum, per quam & Apostolus notat in sapientia Dei non cognouisse mundum per sapientiam Deum, quam utique **1. Cor. 1.** que à Deo acceperat. Hanc itaque prodegit longè à Domino moribus factus inter errores **Luc. 15.** & illecebras & libidines seculi, ubi fame ueritatis cõpulsus tradidit se principi huius æui. Ille eum præfecit porcis (ut familiare id dæmonum pecus pasceret) ubi nec illi compos esset uitalis esca, simulque alios uideret in opere diuino abundantes pane cœlesti. Recordatur patris Dei, satisfacto redit, uestem pristinam recipit, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. Anulum quoque accepit tūc primum, ⁷⁷ quo fidei pactione interrogatus obsignat, atque ita exinde ⁷⁸ opimitate Dominici corporis uescitur, Eucharistia scilicet. Hic erit prodigus filius, qui nūquam retrò frugi, qui statim prodigus, quòd non statim Christianus. Hunc & Pharisæi de seculo ad patris complexus reuertentem, in

A exprimentes. Sed uiderit ingenium extraordinarium. Nihil enim ad Andromacham. ⁶⁶ Sic & hæretici easdem parabolæ quòd uolunt tribuunt, nõ quòd debent aptissimè excludunt. Quare aptissimè? quoniam à primordio secundum occasiones parabolarum, ipsas materias confinxerunt doctrinarum. Vacuit scilicet illis solutis à regula ueritatis ea conquirere atque cõponere, quorum parabolæ uidentur. ⁶⁷ Nos autem quia non ex parabolis materias commetamur, sed ex materiis parabolæ interpretamur, nec ualde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quæque caueamus: quare centum oues, & **I X.** quid utique decem drachmæ, ⁶⁸ & quæ illæ scopæ. necesse erat, qui unius peccatoris salutem gratissimam Deo uolebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret, de quo vnum quidem perisse describeret, necesse erat ut habitus requirentis drachmam in domo, tam scoparum quàm lucernæ adminiculo adcommodaretur. Huiusmodi enim curiositates & suspecta faciunt quædam & coactarum expositionum subtilitate plerunque deducunt à ueritate. Sunt autem quæ & simpliciter posita sunt ad struendam & disponendam & texendam parabolam, ut illuc perdantur, cui exemplū procuratur. Et duo utique filij illuc spectabunt, quòd & drachma & ouis. ⁶⁹ Quibus enim cohærent, eandem habent causam, eandem utique mustrationem Pharisæorum erga commercium Domini ethnicorum. aut si quis dubitat ethnicos fuisse publicanos ⁷⁰ apud Iudæam usurpatam iā pridem Pompeij manu ⁷¹ atque Luculli, ⁷² legat Deuteronomium: Non erit uectigal pendens ex filiis Israëli. Nec tam execrabile esset nomen publicanorum apud Dominum, nisi extraneum uendentium ipsius cœli & terræ & maris trāsitus. Peccatores autem cum ad **Luc. 15.** iungit publicanis, non statim Iudæos ostendit, etsi aliqui fuisse potuerunt. Sed vnum genus ethnicorum alios ex officio peccatores, id est, publicanos, alios ex natura, id est, non publicanos pariter ponendo distinxit. ⁷³ Ceterum nec denotaretur cum Iudæis communicans uictum, sed cū ethnicis, quorum mensa Iudaica disciplina depellit. Nunc de filio **Ibidem.** prodigo id prius considerandum est quòd uilius. Non enim admittetur exemplorum adæquatio, licet in agna congruentissima, si fuerit saluti nocētissima. Totum autem statum salutis in tenore disciplinæ cõstitutum subuerti uidemus ea interpretatione, quæ ex diuerso affectatur. ⁷⁴ Nam si Christianus est qui acceptam à Deo patre substantiam (utiq; baptismatis, utique spiritus sancti, & exinde spei æternæ) longè euagatus à patre prodigit ethnicè uiuens, si exutus bonis mētis etiam principi seculi, (cui alij quàm diabolus?) seruitium suum tradidit, & ab eo porcis alendis immūdis scilicet spiritibus curandis præpositus, resipuit ad patrem reuertitur, nõ mœchi & fornicarij, sed idololatæ, & blasphemij, & negatores, & omne apostatarum genus hac parabola patri satisfacient, & elisa est uerissimè hoc magis modo tota substantia sacramenti. Quis enim timebit prodigere, quòd habebit postea recuperare? Quis curabit perpetuò conseruare, quòd non perpetuò poterit amittere? securitas delicti etiam libido est eius. Recuperabit igitur & apostata uestè priorem, indumentum spiritus sancti, & anulum denuò signaculū lauacri, & rursus illi mactabitur Christus, & recumbet eo in thoro, ⁷⁵ de quo indignè uestiti à tortoribus solent tolli **Math. 22.** & abiici in tenebras, nedum spoliati. Plus est igitur, si nec expedit in Christianum conuenire ordinem filij prodigi. Quòd si nec in Iudæum integrè filij imago cõcurrit, ad propositum Domini simpliciter interpretatio gubernabitur. Venerat Dominus utique, ut quòd **Luc. 15.** perierat, saluum faceret, medicus languentibus magis quàm sanis necessarius. Hoc & in parabolis figurabat, & in sententiis prædicabat. Quis perit hominum, quis labat de ualitudine, nisi qui Deum nescit? Quis saluus ac sanus, nisi qui Deū nouit? Has duas species **Math. 9.** de genere fraternas hæc quoque signabit parabola. ⁷⁶ Vide an habeat ethnicus substantiam in Deo patre census & sapientiæ & naturalis agnitionis in Deum, per quam & Apostolus notat in sapientia Dei non cognouisse mundum per sapientiam Deum, quam utique **1. Cor. 1.** que à Deo acceperat. Hanc itaque prodegit longè à Domino moribus factus inter errores **Luc. 15.** & illecebras & libidines seculi, ubi fame ueritatis cõpulsus tradidit se principi huius æui. Ille eum præfecit porcis (ut familiare id dæmonum pecus pasceret) ubi nec illi compos esset uitalis esca, simulque alios uideret in opere diuino abundantes pane cœlesti. Recordatur patris Dei, satisfacto redit, uestem pristinam recipit, statum scilicet eum quem Adam transgressus amiserat. Anulum quoque accepit tūc primum, ⁷⁷ quo fidei pactione interrogatus obsignat, atque ita exinde ⁷⁸ opimitate Dominici corporis uescitur, Eucharistia scilicet. Hic erit prodigus filius, qui nūquam retrò frugi, qui statim prodigus, quòd non statim Christianus. Hunc & Pharisæi de seculo ad patris complexus reuertentem, in

publicanis & peccatoribus mœrebat. Et idè ad hoc solum maioris fratris accommodatus est liuor, non quia innocentes & Deo obsequentes Iudæi, sed quia inuidentes nationibus salutem, planè quos semper apud patrem esse oportuerat. Et utique Iudæus ad primam statim vocationem Christiani gemit, nō ad secundam restitutionem. Illa enim etiam ethnicis relucet, hæc verò quæ in Ecclesiis agitur, ne Iudæis quidem nota est. Puto me & materiæ parabolatum, & congruentiæ rerum, & tutelæ disciplinarum accommodatiores interpretaciones reddidisse.⁷⁹ Ceterum si in hoc gestit diuersa pars ouem & drachmam, & filij luxuriam Christiano peccatori configurare, vt mœchiam & fornicationem pœnitentia donent, aut & cetera delicta pariter capitalia concedi oportebit, aut paria quoque eorum mœchiam & fornicationem inconcessibilia seruari. Sed plus est quòd nihil aliud argumentari licet citra id de quo agebatur. Denique si aliorum parabolat transducere liceret, ad martyrium potius dirigeremus spem illarum, quod solum omni substantia producta restituere filium poterit, & drachmam inter omnia licet in stercore repertam cum gaudio prædicabit, & ouem per aspera quæque & abrupta fugitiam humeris ipsius Domini in gregē referet. Sed malumus in scripturis minus si fortè sapere quàm cōtrā. Proinde sensum Domini custodire debemus atque præceptum.⁸⁰ Non est leuior transgressio in interpretatione, quàm in conuersatione. [⁸¹ Excusso igitur iugo in ethnicum differendi parabolat istas, & semel dispecta vel recepta necessitate non aliter interpretandi, quàm materia propositi est, contendunt iam nec competere ethnicis pœnitentiæ denunciacionem, quorum delicta obnoxia ei non sunt, ignoratiæ scilicet imputanda, quam sola natura ream Deo faciat. Porrò nec remedia sapere, quibus pericula ipsa non sapiant: illic autem pœnitentiæ constare rationem, vbi conscientia & voluntate delinquitur, vbi & culpa sapiat & gratia, illum lugere, illum volutari qui sciat, & quid amiserit, & quid sit recuperaturus, si pœnitentiam Deo immolarit, utique eam magis filiis offerenti quàm extraneis.

⁸² Non ergo & Ionas idcirco ethnicis Niniuitis non putabat pœnitentiam necessariam, cum cauillaretur in prædicationis officio, an potius misericordiam Dei providens etiã in extraneos profusam, quasi destrutturam præconium verebatur. Atque adèd propter ciuitatem profanam nondum Dei compotem adhuc ignorantia delinquentem penè perit prophetes, nisi quòd exemplum passus est dominicæ passionis ethnicos quoque pœnitentes redempturæ. Benè quòd & Ioannes Domini vias sternens, non minus militantibus & publicanis quàm filiis Abraham, pœnitentiæ erat præco. Ipse Dominus Sidoniis & Tyriis præsumpsit pœnitentiam, si virtutum documenta vidissent. Atquin ego illam naturalibus magis peccatoribus cōpetere contendam, quàm volutariis. Magis enim merebitur fructum eius qui nōdum eo usus est, quàm qui iam & abusus est, magisque sapiet remedia prima quàm exoleta. Nimirum Dominus ingratis benignus magis quàm ignaris, & citius reprobatis misericors, quàm nondum probatis, vt non magis irascatur contumeliis clementiæ suæ quàm blandiatur, & non libentiùs extraneis eam impertiat quàm in filiis perdidit, cum gentes sic adoptauerit, dum Iudæi de patientia ludunt.⁸³ Sed hoc volunt Pſychici vt Deus iustus iudex, eius peccatoris pœnitentiam malit quàm mortem, qui mortem pœnitentia maluit. Quod si ita est, peccado promeremur. Age tu funambule pudicitia & castitatis & omnis circa sexum sanctitatis, qui tenuissimum filum disciplina eiusmodi veri auia pendente vestigio ingrederis, carnem spiritu librans, animam fide moderans, oculum metu temperans. Quid itaque in gradu rotus es? perge sanè si potueris, si volueris, dum tam securus & quasi in solido es. Nam si qua te carnis vacillatio, animi auocatio, oculi euagatio de tenore decusserit, Deus bonus est. Suis non ethnicis sinum subijcit, secunda te pœnitentiā excipiet, eris iterum de mœcho Christianus. Hæc tu mihi benignissime Dei interpret. Sed cederem tibi,⁸⁴ si scriptura pastoris, quæ sola mœchos amat, diuino instrumento meruisset incidi, si non ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum inter apocrypha & falsa iudicaretur, adultera & ipsa & inde patrona forniciorum. A qua & alijs initiaris, cui ille si fortè patrociniabitur pastor quæ in calice depingis,⁸⁵ (prostitutorum & ipsum) Christiani sacramenti, meritò & ebrietatis idolum & mœchiæ asylum post calicem subsecuturæ, de quo nihil libentiùs bibas, quàm ouem pœnitentiæ secundæ. At ego eius pastoris scripturam haurio qui non potest frangi. Hanc mihi statim Ioannes offert cum pœnitentiæ lauacro & officio dicentem: ⁸⁶ Facite dignos pœnitentiæ fructus, & ne dixeritis, patrem habemus Abraham, ne scilicet rursus blandimenta delinquentiæ de patrum resumere gratia. Potest enim Deus de lapidibus istis filios suscitare Abra-

A Abraham. Sic & nos sequitur, vt eos qui hæcenus delinquant facientes dignum pœnitentiæ fructum. Quid enim ex pœnitentia maturefcit, quàm emendationis effectus? Sed & si venia potius est pœnitentiæ fructus, hanc quoque conſultere non licet sine cessatione delicti. Ita cessatio delicti radix est veniæ, vt venia sit pœnitentiæ fructus. [⁸⁷ Exinde quod ad Euangelium pertinet, parabolatum quidem discussa iam quæstio est. Si verò & factis aliquid tale pro peccatoribus edidit Dominus, vt cum peccatrici fornicariæ etiam corporis sui contactum permittit lauantem lacrymis pedes eius & crinibus detergenti,⁸⁸ & vnguento sepulturam ipsius inauguranti, vt cum⁸⁹ Samaritanæ sexto iam matrimonio, nō mœchæ, sed prostitutiæ, etiam quod nemini facile, quis esset ostendit, nihil ex hoc aduersariis confertur, etsi iam Christianis veniam delictorum præstitisset.⁹⁰ Nunc enim dicimus, soli Domino hoc licet, hodie potestas indulgentiæ eius operetur. At illa tamen tempora quibus in terris egit, hoc definimus nihil aduersum nos præiudicare, si peccatoribus etiam Iudæis venia conferebatur.⁹¹ Christiana enim disciplina à nouatione Testamenti, & vt præmisimus, à redemptione carnis, id est, Domini passione censetur. Nemo perfectus ante repertum ordinem fidei, nemo Christianus ante Christum cælo resumptus, nemo sanctus ante spiritum sanctum de cælo repræsentatum ipsius disciplinæ determinatorum. [⁹² Itaque isti qui alium Paraclitum in Apostolis & per Apostolos receperunt, quem nec in Prophetis proprius agnitus, iam nec in Apostolis possident, age nūc⁹³ vel de Apostolico instrumento doceant maculas carnis post baptismum respectu pœnitentiæ dilui posse, nos in Apostolis quoque veteris legis formam salutamus, circa mœchiæ quæta sit demonstratio, ne fortè lenior existimetur in nouitate disciplinarum, quàm in veritate. Cum primum innotuit Euangelium, & vetera concussit, vt de legis retinendæ nec statu disceptaretur, primam hanc regulam de auctoritate spiritus sancti Apostoli emittunt ad eos qui iam ex nationibus allegi cœperant. Visum est, inquit, spiritui sancto & nobis, nullum amplius vobis adicere pondus, quàm eorum à quibus necesse est abstineri, & à sacrificiis, & à fornicationibus, & sanguine. A quibus obseruando rectè agitis, vctante vos spiritu sancto. Sufficit & hæc seruatum esse mœchiæ & fornicationi locum honoris sui inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim sanguinis multò magis humani intelligemus. Porrò qualia videri voluit Apostoli crimina, quæ sola in obseruatione de lege pristina excerpunt, quæ sola necessariò abstinenda præscribunt. Non quòd alia permittant, sed quòd hæc sola præponant utique non remissibilia, qui ethnicorum causa cetera legis onera remissibilia fecerunt.⁹⁴ Cur ergo ceruicem nostram à tanto iugo excusant, nisi vt illis compendia ista disciplinæ semper imponant? Cur tot vincula indulgent, nisi vt perpetuò ad necessaria constringant? Soluerunt à pluribus, vt nocentioribus obseruandis obligaremur. Compensatione res acta est, lucrati sumus multa, vt aliqua præstemus. Compensatione autem reuocabilis non est, iisdemque reuocabitur, iteratione mœchiæ utique & sanguinis & idololatriæ. Tota enim iam lex sumetur, si veniæ conditio soluetur.⁹⁵ Sed non leuiter nobis compactus est spiritus sanctus, etiam vltro pactus, quo magis honorandus. Sponsionem eius nemo dissoluet, nisi ingratis. Iam nec recipiet quæ dimisit: nec dimittet quæ retinuit. Nouissimi Testamenti semper indemutabilis status est, & utique recitatio decreti, consiliūque illud cum seculo definit. Satis denegauit veniam eorum, quorum custodiam elegit, vindicauit quæ non proinde concessit.⁹⁷ Hinc est quòd neque idololatriæ, neque sanguini pax ab Ecclesiis redidit. De qua finitione sua Apostolos excidisse, puto, non licet credere: aut si credere quidam possunt, debent probare. [⁹⁸ Nouimus planè & hæc suspensiones eorum. Reuera enim suspicantur Apostolum Paulum in secunda ad Corinthios eidem fornicatori veniam dedisse, quem in prima dedendum satanæ in interitum carnis pronuntiarit, impium patris de matrimonio hæredem, quasiue ipsum postea stylum verterit scribès: ⁹⁹ Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ne vos onerem omnes. Satis est talis increpatio quæ à multis fit. Vti è contrario magis vos donare & aduocare, ne fortè abundantiore tristitia deuoretur eiusmodi. Propter quod oro vos, constituatis in eum dilectionem. In hoc enim & scripsi, vt cognoscam probationem vestram, quòd in omnibus obauditis mihi. Si cui autem donaueritis, & ego. Nam & ego si quid donauit, donauit in persona Christi, ne fraudemur à satana, quoniam non ignoramus iniectiones eius. Quid hæc de fornicatore, quid de paterni thori contaminatore? Quid de Christiano¹⁰⁰ ethnicorum impudetiã supergresso intelligitur? Cum proinde utique speciali ve-

nia absoluisse, quem speciali ira dānasset. Obscurius miseretur, quā indignatur. Apertior est in austeritate, quā in lenitate. Atquin facilius ira quā indulgentia obliqua est. Magis tristiora cunctantur, quā lætiora. De modica scilicet indulgentia agebatur, quæ si fortè nunc æstimaretur, quando maxima quæque non solcant etiam sine prædicatione donari, tanto abest sine significatione. Et tu quidem pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens, conciliatum & concineratum cum dedecore & horrore compositum prosternens in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacrymas suadentem, omnium vestigia lambentem, omnium genua detinentem, inque eum hominis exitum quantis potest misericordiæ inlecebris, bonus pastor¹⁰¹ & benedictus Papa concionaris, & in parabola ouis capras tuas quaris, tua ouis ne rursus de grege exiliat, quasi non exinde iam liceat, quod nec semel licuit, ceteras etiam metu complens cum maximè indulgens: Apostolus verò sceleratam libidinem fornicationis incesto onustam tam proiectè ignouisset, ut nec hunc saltem habitum legatum pœnitentiæ, quem ab ipso didicisse deberes, ab eo exegerit, nihil de postero sit comminatus, nihil de cetero allocutus? Quinimodò & vltra obsecrat, constituerent in eum dilectionem, quasi satisfaciens, non quasi ignoscens.¹⁰² Et tamen dilectionem audio, non communicationem. Quod & ad Thessalonicenses: ¹⁰³ Si quis autem non obaudit sermoni nostro per epistolam, hunc notate, ne commisceamini illi ut reueretur, nō quasi inimicum deputantes, sed quasi fratrem obiurgantes. Adcō potuisset dicere & fornicatori dilectionem solummodò concessam, non & communicationem. Incesto verò nec dilectionem, quem scilicet auferri iussisset de medio ipforum, multo magis utique de animo. Sed verebatur ne fraudaretur à satana circa eius personæ amissionem, quem satanæ ipse proiecerat: aut ne abundantia mœroris deuoraretur, quem in interitū carnis addixerat. Hic iam carnis interitum in officium pœnitentiæ interpretatur, quod videatur ieiuniis & sordibus & incuria omni & dedita opera malæ tractationis carnem exterminando satis Deo facere: ut ex hoc argumententur fornicatorem, immò incestum illum non in perditionem satanæ ab Apostolo traditum, sed in emendationem, quasi postea veniam ob interitum, id est, conflictationem, carnis, consecuturum. igitur & consequutum. Planè idem Apostolus Hymenæum & Alexandrum satanæ tradidit, ¹⁰⁴ ut emendarentur non blasphemare, sicut Timotheo suo scribit: Sed & ipse datum sibi ait sudem, angelum satanæ à quo colaphizaretur ne se extolleret. Si & hoc tangunt ut traditos satanæ ab illo in emendationem, non in perditionem intelligamus, ¹⁰⁵ quid simile, blasphemia & incestum & anima ab his integra, immò non aliundè quā ex summa sanctitate, & ex omni innocentia elata, quæ in Apostolo colaphis si fortè cohibebatur, per dolorem, ut aiunt, auriculæ vel capitis. Incestum verò atque blasphemia totos homines in possessionem ipsi satanæ, non angelo eius tradidisse meruerunt. Et de hoc enim interest, immò & ad hoc plurimum refert, quod illos traditos ab Apostolo legimus satanæ; Apostolo verò angelum datum satanæ. Postremò cum deprecatur Dominum Paulus, quid audit? Satis habe gratiam meam, virtus enim in infirmitate perficitur. Hoc qui satanæ deduntur, audire non possunt. Hymenæi autem & Alexandri crimen si & in isto & in futuro quo irremissibile est, blasphemia scilicet, utique Apostolis non aduersus terminum Domini sub spe veniæ dedisset satanæ, iam à fide in blasphemiam merfos. Vnde & naufragos eos iuxta fidem pronuntiauit, non habentes iam solatium navis Ecclesiæ. Illis enim venia negatur, qui de fide in blasphemiam impegerunt. Ceterum ethnici & hæretici quotidie ex blasphemia emergunt. Sed & si dixit: Tradidi eos satanæ uti disciplinam acciperent non blasphemandi; de ¹⁰⁷ ceteris dixit, qui illis traditis satanæ, id est, extra Ecclesiam proiectis, erudiri haberent blasphemandum non esse. Sic igitur & incestum fornicatorem non in emendationem, sed in perditionem tradidit satanæ, ad quem iam super ethnicos delinquendo transferat, ut discerent fornicandum non esse. ¹⁰⁸ Denique in interitum, inquit, carnis, non in cruciatum, ipsam substantiam damnans per quam exciderat, quæ exinde iam perierat baptismate amisso, ut spiritus, inquit, saluus sit in die Domini. Et de hoc enim quærat si spiritus hominis ipse saluus erit. Ergo saluus erit spiritus tanto scelere pollutus, propter hoc perditam carne ut saluus sit in pœna. Ergo pœnam sine carne censet contraria interpretatio, si resurrectionem carnis amittimus. Superest igitur ut eum spiritum dixerit qui in Ecclesia censetur, saluum, id est, integrum præstandum in die Domini ab

A immunditiarum contagione, eiecto incesto fornicatore. Siquidem subiūgit: ¹⁰⁹ Non scitis quod modicum fermentum totam desipiat consperionem? Et tamen fornicatio incesta non erat modicum, sed grande fermentum. [¹¹⁰ Et his itaque discussis quæ intercesserant, regredior ad secundam Corinthiorum, ut probem illud quoque Apostoli dictum: ¹¹¹ Sufficiat eiusmodi homini increpatio ista quæ à multis, non in fornicatoris personam conuenire. Si enim dedendum satanæ pronūtiauerat in interitum carnis, utique damnerat eum magis, quā increpauerat. Alius ergo erat cui voluit sufficere increpationem. Siquidem fornicator non increpationem de sententia eius rerulerat, sed damnationem. Nam & hoc ipsum dispiciendum tibi offero, an fuerint in epistola prima & alij qui Apostolum contristauerint inconditè agentes, & contristati sint ab illo increpationē referentes iuxta sensum epistolæ secundæ, ex quibus in ea veniam aliquis potuerit adipisci. ¹¹² Anmaduertamus autem totam epistolam primam, ut ita dixerim, non atramento, sed felle conscriptam, tumentem, indignantem, dedignantem, comminantem, inuidiosam, & per singulas causas in quosdam quasi mancipēs earum figuratam. Sic enim exegerant schismata, & æmulationes, & dissensiones, & præsumptiones, & elationes, & contentiones, ut & inuidia onerarentur, & correptione reuiderentur, & superbia elimarentur, & austeritate detererentur. Et qualis inuidia humilitatis aculeus? ¹¹³ Deo gratias ago, quod neminem vestrum tinxerim, nisi Crispum & Gaium; ne qui dicat quod in nomine meo tinxerim. Nec enim iudicauī scire aliquid in vobis, quā Iesum Christum, & hunc crucifixum. ¹¹⁴ Et puto, nos Deus Apostolos nouissimos elegit velut bestiarios, quoniam spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis, & hominibus, & purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsēma. Et: Non sum liber, non sum Apostolus, nō Christū Iesum Dominum nostrum vidi. De quali contra supercilio pronūtiare compulsus est: ¹¹⁵ Mihi autem in modico est, ut à vobis interroger, aut ab humano die; neque enim conscius mihi sum. Et: Gloriam meam nemo inaniet. Non scitis quod angelos sumus iudicaturi? Ceterum libertas quā aperta obiurgationis, quā exerta acies machæræ spiritalis? ¹¹⁶ Iam ditati estis, iam saturati estis, iam regnatis. Et: Si quis se putat scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire. Nōne & tunc in faciem alicuius impingens? Quis enim, inquit, te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Quid gloriaris, quasi non acceperis? Nōne & illos in os cēdit? Quidam autem in conscientia vsque nūc quasi idolothytum edunt. Sic autem delinquentes percutiendo conscientias fratrum infirmas in Christum delinquent. Iam verò & nominatim: ¹¹⁷ Aut non habemus potestatem manducandi & bibendi, & mulieres circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas? Et: Si alij de potestate vestra consequuntur, non magis nos? ¹¹⁸ Quæ & illos singulari stylo figit: Propterea qui se putat stare, videat ne cadat. Et: Si quis contentiosus videretur nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Domini. Tali clausula maledictio detexta: Si quis non amat Dominum Iesum, sit anathema Maranatha: aliquem utique percussit. Sed illic magis stabo, vbi Apostolus magis feruet, vbi ipse fornicator alijs quoque negotium fecit. ¹¹⁹ Quasi nō sim vêturus ad vos, inflati sunt quidam. Veniam autem citius, si permiserit Dominus, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Et quid vultis veniam ad vos, in virga, an in spiritu lenitatis? Quid enim sub erat? Auditur in vobis in totum fornicatio, & talis fornicatio qualis nec in gentibus, ut vxorem patris sui quis habeat. Et vos inflati estis, & non luxistis potius, ut auferatur de medio vestrum qui tale facinus admisit? Pro quo lugerent? utique pro mortuo. Ad quem lugerent? utique ad Dominum. Quomodo auferatur de medio eorum? non utique ut extra Ecclesiam detur: hoc enim non à Deo postularetur quod erat in præsentis officio: sed ut per mortē hanc quoque communem & propriam carnis ipsius quæ iam cadauer, quod captiuum esset immunditia irrecuperabili tabiosum, plenius de Ecclesia deberet auferri. Et idē, quomodo interim potuit auferri, iudicauit dedendum eiusmodi satanæ in interitum carnis. Maledici enim eam sequebatur, quæ diabolo proiciebatur, ut sacramento benedictionis exautoraretur, nūquam in castra Ecclesiæ reuersura. ¹²¹ Videmus itaque hoc in loco diuisam Apostoli seueritatem in quēdam inflatum & in quēdam incestum: in alterum virga, in alterum sententia armatum. Virga, qua minabatur: sententia, quam exequabatur. Illam adhuc coruscantem, hanc statim fulminantem, quā increpabat, quæque damnabat. Certumque est exinde increpitum quidem sub intenta-

tione virgæ tremuisse, damnatum verò sub representatione pœnæ perisse: statim ille timens plagam abiit, ille luens pœnam. Cùm ad Corinthios eiusdem Apostoli litteræ iterat, venia sit planè, sed incertum cui, quia nec persona nec causa proscribitur. Res cū sensibus conferam. Si incestus opponitur, ibidem erit & inflatus. Sanè rei ratio fatis habetur, cùm inflatus increpitus est, incestus verò dānatus est. Inflato ignoscitur, sed increpito incesto non videtur ignotum vt damnato. Si ei ignoscebatur cui deuoratio ex mœre nimio timebatur, deuorari adhuc increpitus periclitabatur, deficiens ob comminationem, & mœrens ob increpationem: damnatus verò & culpa & sententia, iam deuoratus deputabatur, qui non mœrere haberet, sed pati quod ante passionem mœrere potuisset. Si idcirco ignoscebatur ne fraudaremur à satana, in eo vtique detrimentum præcauebatur quod nondū perisset: nihil de transacto præcauetur, sed de adhuc saluo. Damnatus autè & quidem in possessionem satanæ, iam tunc perierat Ecclesiæ, cùm tale facinus admiserat, nedum cùm & ab ipsa eieceratur. Quomodo vereretur fraudem pati eius, quem iam & ereptum amiserat, & damnatum habere non potuerat? Postremò quid iudicem indulgere conueniet, quod pronuntiatione deciderit? an quod interlocutione suspenderit? & vtique eum iudicem, qui non solet ea quæ destruxit, reedificare, ne transgressor habeatur. Age iam si non tot personas prima epistola contristasset, si neminem increpauisset, neminem terruisset, si solum incestum cæcidisset, si nullum in causam eius in pauorem misisset, inflatum consternasset, nōne melius suspicareris, & fidelis argumentareris aliquem potius longè alium apud Corinthios tunc in eadē causa fuisse, vt increpitus & teritus & mœre iam saucius, propterea permittentē modulo delicti veniam postea cepit, quàm vt eam incesto fornicatori interpretareris? Hoc enim legisse debueras, & si non epistola, sed in ipsa Apostoli secta à pudore clariùs quàm stylo eius impressum: ne scilicet Paulum¹ Apostolum Christi, doctorem nationum in fide & veritate, vas² electionis, Ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantæ leuitatis inficeres, vt aut damnauerit³ temerè, quem mox esset absoluturus; aut temerè absoluerit, quem non temerè damnasset, ob solam licet fornicationem simplicis impudiciæ; nedum ob incestas nuptias, & impiam luxuriam & libidinem parricidalem, quam nec nationibus comparauerat, ne consuetudini deputaretur, quam absens iudicarat, ne spatium reus lucraretur, quam aduocata etiam Domini virtute damnauerat, ne humana sententiā videretur. ⁴ Lusit igitur & de suo spiritu, & de Ecclesiæ angelo, & de virtute Domini, si quod de consilio eorum pronuntiauerat rescidit. [⁵ Si etiam sequentiā illius epistolæ ad intētionem Apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad obliterationem incesti, ne & hic suffundatur Apostolus posteriorum incongruentia sensuū. Quale est enim vt cū maximè incesto fornicatori postliminium largitus Ecclesiasticæ pacis statim ingesserit de aduersatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctorum, quasi nihil contrarium paulò antè decreuerit? Compara denique, an eius sit dicere, ⁶ Propterea habentes ministracionem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, qui non dedecoris tantum, sed & sceleris manifestum dedamnauerit. An eiusdem sit excusare aliquam impudiciā, ⁷ qui inter titulos laborum suorum, post angustias atque pressuras, post ieiunia & vigilias castimoniam quoque prædicari? An eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat: Quæ enim societas iustitiæ & iniquitati? quæ autem communicatio luci & tenebris? quæ consonantia Christo & Belial? aut quæ pars fidei cum infideli? aut quis consensus templo Dei & idolis? Nōne constanter audire debet, & quomodo discernis quæ supra incesti restitutione iunxisti? Illo enim concorporato rursus Ecclesiæ, & iustitia cum iniquitate sociatur, & tenebræ cum luce communicant, & Belial consonat Christo, & infidelis cum fidei sacramenta participat? Et viderint idola, ipse templi Dei vitiator in templum Dei conuenit. Nam & hic: Vos enim, inquit, estis templum Dei viui. dicit enim, quia inhabitabo in vobis, & inambulabo, & ero Deus illorum, & illi erunt mihi populus. Propter quod discedite de medio eorum, separamini, & immundum ne attigeritis. Hoc quoque euoluis, o Apostole, vt cū maximè ipse tanto immunditiarum gurgiti manum tradis, immò & adhuc super dicis: ⁸ Habentes igitur promissionē istam dilecti, emūdemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes castimoniam in Dei timore. Oro te, qui talia infigit mentibus nostris, reuocauerat aliquem fornicatorem in Ecclesiam? an ideò

A ideò scribit, ne tibi nunc reuocasse videatur? Hæc sicuti & præteritis præscribere, ita & sequentibus præiudicare debebunt. ⁹ In finem enim epistolæ dicens: Ne rursus cū venero, humiliet me Deus, & lugeam multos eorum qui antè deliquerunt, & pœnitentiā nō egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione & vilitate: Non vtique recipiendos constituit, si pœnitentiā inissent, quos in Ecclesia inuēturus erat, sed lugendos, & sine dubio eiciendos, vt pœnitentiā perderent. Et ceterum non competit eum de communicatione aliquid hic ostendisse; qui eam supra luci & tenebris, iustitiæ & iniquitati negarat. Sed ignorant Apostolum omnes isti, qui aliquid contra naturā atque propositum hominis ipsius, cōtra formam & regulam doctrinarum eius intelligūt, vt sanctitatis omnis etiam ex semetipso magistrum, impuritatis omnis execratorem & expiatorē & vbique talem, citiùs incesto quàm alicui humaniori reo Ecclesiā reddidisse præsumat. [¹⁰ Neesse est igitur vsque illis Apostolum ostendi, quem ego & in secunda Corinthiorum talem defendam, qualem in omnibus litteris noui. ¹¹ Qui & in prima primus omnium templum Dei dedicauit: Non scitis vos templum Dei esse, & in vobis Dominum habitare; qui & templo faciēdo, purificadōque editualem legem scripsit: Si quis templū Dei vitiauerit, vitiabit illum Deus. templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Age iā quis omninò vitiatum Deo redintegratur, id est, traditū satanæ in interitum carnis, cū idcirco substruxerit: Nemo seducat semetipsum, id est, nemo præsumat vitiatū Deo redintegrari denuò posse. Sicut rursus inter cetera, ¹² immò & ante cetera: Mœchos & fornicatores & molles & masculorum concubitores negans regnum Dei cōsecuturos, præmisit: Nec erraueritis, scilicet si putaueritis eos consecuturos. Quibus autem regnum adimitur, vtique nec vita permittitur quæ inest regno. Etiam ingerens: Sed hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri: quanto delicta ista ante lauacrū accepto facit, tanto post lauacrū irremissibilia cōstituit. ¹³ Siquidem denuò ablui non licet. Agnosce & in sequētibus Paulum colūnam immobilem disciplinarum: ¹⁴ Cibi ventri, & venter eibus, Deus & hunc & illos cōficit. Corpus autem non fornicationi, sed Deo. Faciamus enim hominem, ait Deus, ad imaginem & similitudinem nostram, & fecit hominem Deum, ad imaginem & similitudinē Dei fecit illum. Dominus corpori; & sermo enim caro factus est. Deus autem & Dominū suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. Propter corporis scilicet nexū cum illo. Et ideò: Nō scitis corpora vestra membra Christi? Quia & Christus Dei templum; ¹⁵ Euertite templū hoc, & ego illud in triduo resuscitabo. ¹⁶ Auferens membra Christi, faciam membra fornicariæ? Non scitis quòd qui agglutinatur fornicariæ, vnum corpus efficitur, erunt enim duo in vnam carnem. Qui autem agglutinatur Domino, vnus est spiritus. Fugite fornicationem. Si reuocabilem venia, quomodo fugiam mœchus denuò futurus? nihil profecero si eam fugero, vnum ero corpus, cui communicando agglutinabor. Omne delictū quod admiserit homo, extra corpus est, qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. Ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis inuaderes, vt in rem tuam non Domini delicturus, auferit tibi, & Christo, sicut disposuerat, adicit: Et non estis vestri. Statim opponens, empti enim estis pretio, sanguine scilicet Domini, glorificate & tollite Dominum in corpore vestro. Hoc qui præcipit, vide an ignouerit ei qui dedecorauerit Dominum, & qui deiecerit eum de corpore suo, & quidem per incestum. Si vis omnem noticiam Apostoli ebibere, vt intelligas quanta securi censuræ omnem sylvam libidinum cædat, & eradicet, & excaudicet, ne quidquam de reciduo fructicare permittat, aspice illum à iusta fruge naturæ, à matrimonij, dico poma animas ieiunare cupientem. ¹⁷ De quibus autem scribitis, Bonum est homini mulierem non contingere. Sed propter fornicationem vnusquisque uxorem suam habeat, vir uxori, & vxor viro debitum reddat. Huius boni sibilam quis illum nesciat inuitum relaxasse, vt fornicationi obuiam isset: quam si cui indulsit, vel indulget, vtique consilium remedij sui infregit: & tenebitur iam frenandis continentiaē coniugis, si fornicatio ob quam permittuntur, non timebitur. Non enim timebitur quæ ignosceretur. Et tamen ignouisse se profiteretur matrimonij vsū, non imperasse. Vult enim omnes sibi adherere. Si autem licita ignoscuntur, illicita qui sperant? Inuuptis quoque & viduis bonum esse dicit exemplo eius perseverare. Si verò deficient nubere, quia præest nubere quàm vri, quibus oro ignibus deterius est vri, concupiscentiæ, an pœnæ? Atquin si fornicatio habet veniam, non erit concupiscentia eius: Apostoli autem magis est pœnæ ignibus prouidere. Quòd si pœna est quæ vrit, ergo veniam non habet fornicatio.

Ibidem. catio, quam manet poena. Interea & diuortium prohibens, pro eo aut viduitatis perseue-
Matth. 5. rantiam, aut reconciliationem pacis dominico præcepto aduersus mœchiam procurat;
 quia: Qui dimiserit vxorem præter causam mœchiae, facit eam mœchari: & qui dimissam
 à viro ducit, mœchatur. Quanta remedia spiritus sanctus instaurat, ne id scilicet denuò
 admittatur, quod ignosci denuò nō vult. Iam si vsquequaque optimum dicit homini sic
 esse: iunctus es vxori, ne quæsieris solutionem, vt mœchiae locum non des. Solutus es ab
 vxore, ne quæsieris vxorem, vt opportunitatem tibi serues. Quòd & si duxeris vxorem, &
 si nupserit virgo, non peccat, pressuram tamen carnis habebunt huiusmodi. Et hinc par-
 cendo permittit. Ceterum tempus in collecto constituit, vt & qui habent vxores, sic sint
 tanquam non habentes. Præterit enim habitus huius mundi, iam scilicet non desideran-
 tis, Crescite & multiplicamini. Sic vult nos pater præter sollicitudinē degere, quia innu-
 pti de Domino curent, quomodo placeant Deo: nupri verò de mundo recogitent, quo-
 modo placeant coniugio. Sic melius facere pronuntiat virginis conseruatorum, quam e-
 rogatorum. Sic & illam beatiorum discernit, quæ amisso viro fidem ingressa amaerit oc-
 casionem viduitatis. Si hæc omnia continentiae consilia vt diuina commendat, puto, in-
 quit, & ego spiritum Dei habeo, quis iste est assertor audacissimus omnis impudicitiae,
 mœchorum & fornicatorum & incestorum planè fidelissimus aduocatus, quibus hono-
 randis suscepit hanc causam aduersus spiritum sanctum, vt falsum testimonium recitet de
 Apostolo eius. Nihil tale Paulus indult, qui totam carnis necessitatem de probis etiam
 titulis obliterare conatur. Indulget sanè non adulteria, sed nuptias. Parcit sanè matri-
 moniis, non stupris. Tentat ne naturæ quidem ignoscere, ne culpæ blandiatur: studet cõ-
 pescere benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. Hoc ei supererat, car-
 nem vel à sordibus purgare, à maculis enim non potest. ¹³⁷ Sed est hoc solenne peruer-
 sis & idiotis & hæreticis, iam & Pŷchicis vniuersis, alicuius capituli ancipitis occasione
 aduersus exercitum sententiarum instrumenti totius armari. [¹³⁸ Prouoca ad Apostoli-
 cam aciem cum, aspice epistolas eius, omnes pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate
 prætendunt, omnes in luxuriæ & lasciuiae & libidinis negotia iaculantur. Quid denique
 & Thessalonicensibus scribit? ¹³⁹ Aduocatio enim nostra non ex seductione, nec ex im-
 munditia. Et: Hæc est voluntas Dei sanctimonia vestra, abstinere vos à fornicatione, scire
 vnumquemque vas suum possidere in sanctimonia & honore, non in libidine concupi-
 scentiae, sicut nationes quæ Deum ignorant. Quid Galatæ legunt? Manifesta sunt opera
 carnis, quænam ista? ¹⁴⁰ Imprimis posuit fornicationem, immunditiam, lasciuiam, quæ
 prædico vobis sicut prædixi, quòd qui talia agunt, regnum Dei non sunt consecuturi hæ-
 reditate. Romani verò quid magis discunt quam non derelinquere Dominum post fidem?
¹⁴¹ Quid ergo dicemus? perseuerabimus in delinquentia, vt superet gratia? Absit. Qui mor-
 tui sumus delinquentiae, quomodo viuemus in ea adhuc? an ignoratis quòd qui tincti su-
 mus in Christo Iesu, in mortè eius sumus tincti? Consepulti ergo illi sumus per baptismum
 in mortè, vt sicut Christus resurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ incedamus. Si
 enim confati sumus simulacro mortis eius, sed & resurrectionis erimus, hoc sciètes quòd
 vetus homo noster confixus est illi. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quòd
 & conuiuemus cum illo, scientes quòd Christus suscitatus à mortuis, iam non moriatur,
 mors non iam dominetur eius. Quòd enim mortuus est delinquentiae, mortuus est se-
 mel. Quòd autem viuit, Deo viuit. Ita & reputate vosmetipsos mortuos quidem delin-
 quentiae, viuentes autem Deo per Christum Iesum. Igitur semel Christo mortuo, nemo
 potest post Christum mortuus delinquentiae, & maximè tantæ reuiuiscere. Aut si possit
 fornicatio & mœchia denuò admitti, poterit & Christus denuò mori. Instat autem Apo-
 stolus prohibens regnare delinquentiam in corpore nostro mortali, cuius infirmitatem
 carnis nouerat. Sicut enim exhibuistis membra vestra famula immunditiae & iniquitati
 ad iniquitatem, ita & nunc exhibete ea famula iustitiae in sanctimonia. ¹⁴² Nam, etsi
 habitare bonum in carne sua negauit, sed secundum legem litteræ in qua fuit: secun-
 dum autem legem spiritus, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. ¹⁴³ Lex e-
 nim, inquit, spiritus vitæ inanumisit te à lege delinquentiæ & mortis. Licet enim ex
 parte ex Iudaismo disputare videatur, sed in nos dirigit integritatem & plenitudinem
 disciplinarum, propter quos laborantes in lege per carnem miserit Deus filium suum in
 similitudinem carnis delinquentiæ, & propter delinquentiam damnauerit delinquen-
 tiam in carne, vt ius legis, inquit, impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed

A sed secundum spiritum incedimus. Qui enim secundum carnem incedunt, ea quæ carnis
 sunt sapiunt: & qui secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus. Sensum autem carnis mortè
 affirmavit esse. Dehinc & inimicitiam & in Deum, & eos qui sunt in carne, id est, in sensu
 carnis, Deo placere non posse. Et: Si secundum carnem viuitis, inquit, futurum est vt mo-
 riamini. Quid autem intelligimus carnis sensum & carnis vitam, nisi quodcunque pudet
 pronūtiare? Cetera enim carnis & Apostolus nominasset. Proinde & Ephesius pristina re-
 purans, de futuro monet. ¹⁴⁴ In quibus & nos conuersati, sumus, facientes concupiscen-
 tias & voluptates carnis. ¹⁴⁵ Notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, eo
 quòd se tradidissent in operationem immunditiæ omnis: Vos autem, inquit, non sic didi-
 cistis Christum. Et iterum sic dicit: qui furabatur, iam non furetur. Sed & qui mœcha-
 batur hætenus, non mœchetur; & qui fornicabatur hætenus, non fornicetur: adiecisset
 enim & hæc, si talibus veniam porrigere consuesset, vel porrigi omninò voluisset, qui nec
 verbo pollui volens: Omnis, inquit, sermo turpis non procedat ex ore vestro. Item: *Ibidem.*
¹⁴⁶ Fornicatio autem & immunditia omnis ne nominetur quidem inter vos, sicut decet
 sanctos (tanto abest vt excusetur) hoc scientes, quòd omnis fornicator aut immundus
 non habeat Dei regnum. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hoc venit ira Dei
 super filios incredulitatis. Quis seducit inanibus verbis, nisi qui concionatur remissibile
 esse mœchiam? non intuens etiam fundamenta eius ab Apostolo effossa; cum ebrietates
 & comestiones comescit, sicut & hinc: Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria. De-
 monstrat & Colossensibus, quæ membra mortificent super terram, fornicationem, im-
 munditiam, libidinem, concupiscentiam malam ¹⁴⁷ & turpiloquium. Concede iam tot
 ac talibus sententiis vnum illud quod tenes, pauca multis, dubia certis, obscura manife-
 stis adumbrantur. Etiam si pro certo Apostolus Corinthio illi fornicationem donasset,
 esset aliud quod semel contra institutum suum pro ratione temporis fecerat. Circūcidit
 Timotheum solum; & tamen abstulit circumcisionem. [¹⁴⁸ Sed hæc, inquit, ad inter-
 dictionem pertinebunt omnis impudicitiae, & additione omnis impudicitiae, saluo ra-
 men loco veniæ, quæ non statim denegatur, si delicta damnantur, quando veniæ tempus
 cum damnatione concurrat quam excludit. Sequebatur & hoc Pŷchicos sapere, & idè
 reseruauimus huic loco, quæ aperte ad communicationem Ecclesiasticam causis eiusmodi
 negandam etiam antiquitus cauta sunt. ¹⁴⁹ Nam & in Prouerbiis Salomon, quæ παροϊμίας
 dicimus, specialiter de mœcho nusquam expiabili. Mœchus autem, inquit, per indigen-
 tiam sensuum perditione animæ suæ acquirit, dolores & dehonestationes sustinet. Igno-
 minia autem eius non abolebitur in æuum. Plena enim zeli, indignatio viri non parcat in
 die iudicij. Hoc si de ethnico putaueris dictum, certe de fidelibus ¹⁵⁰ iam audisti per cas-
 sum: Excedite de medio eorum & separamini, & immundum ne tetigeritis. Habes statim
 in Psalmis, Beatum virum qui non abierit in consilio impiorum, nec in via peccatorum
 steterit, ¹⁵¹ & in cathedra pestilentiae non federit. Cuius & postea vox; Non sedi cum con-
 festu vanitatis, & cum iniquè agentibus non introibo (hoc de Ecclesia malè agentium)
 & cum impiis non sedebo. Et: Lauabo cum innocētibus manus meas, & altare tuum cir-
 cundabo Domine, vt solus plures. quoniam quidem: Cum sancto sanctus eris, & cum vi-
 ro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruersus eris. Et
 alibi: Peccatori autem dicit Dominus: Vt quid tu exponis iustificationes meas, & assumis
 testamentum meum per os tuum? Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris
 portionem tuam ponebas. Hinc igitur informatus & Apostolus: Scripsi, inquit, vobis in
 Epistola, non commisceri fornicatoribus, non vtique fornicatoribus huius mundi, & re-
 liqua. ceterum oportebat vos exire de mundo. nunc autem scribo vobis, si quis frater no-
 minatur in vobis fornicator, aut idololatre, (quid enim tam coniunctum?) aut fraudator
 (quid enim tam propinquum?) & cetera, cum talibus ne cibum quidem sumere, ¹⁵² nedum
 Eucharistiam medicam. Scilicet & fermentum modicum totam desipit conspersionem.
 Item ad Timotheum: ¹⁵³ Manus nemini citò imponas, neque communices delictis alie-
 nis. ¹⁵⁴ Item ad Ephes. Nolite ergo participes esse eorum. Fuistis enim aliquando tene-
 brae. Et adhuc pressius: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immò &
 reuincite ea. Quæ enim in occulto ab eis fiunt, turpe est edicere. Quid turpius impudici-
 tiis? ¹⁵⁵ Si autem & ab otiosè incedete fratre denuntiat subduci Thessalonicensibus, quāto
 magis & à fornicatore? Hæc enim consultata sunt Christi Ecclesiam diligentis, qui se pro
 ea tradidit ¹⁵⁶ vt eam sanctificet, emundās lauacro aquæ in verbo, vt sistat sibi Ecclesiam

gloriosam non habentem maculam aut rugam utique post lauacrum, sed sit sancta & sine op-
probrio, exinde scilicet sine ruga veritatis ut virgo, sine macula fornicationis ut sponsa,
sine probro vilitatis ut emundata. Quid si & hic respondere concipias, adimi quidem pec-
catoribus, vel maxime carne pollutis communicationem, sed ad praesens, restituendam
scilicet ex poenitentiae ambitu secundum illam clementiam Dei; quae mauult peccatoris
poenitentiam quam mortem. Hoc enim fundamentum opinionis vestrae vsquequaque
pulsandum est. Dicimus itaque, clementiae diuinae si ita esse competisset demonstratio-
nem sui etiam post si dem lapsis, ita Apostolus diceret, Nolite communicare operibus te-
nebrarum, nisi poenitentiam egerint: & Cum talibus ne cibum quidem sumere, nisi post-
eaquam caligas fratrum volutando deterferint. Et: Qui templum Dei vitiauerit, vitia-
bit illum Deus, nisi omnium focorum cineres in Ecclesia de capite suo excusserit. Debuerat
enim quae damnauerat proinde determinasse, quoniam vsque & sub conditione damna-
set, si temporali & conditionali, & non perpetua seueritate damnasset. Porro cum in om-
nibus Epistolis & post fidei tale prohibeat admitti, & admissum a communicatione detru-
dat, sine spe conditionis vllius aut temporis, nostrae magis sententiae adfuit, ¹⁵⁷ eam poe-
nitentiam ostendens Dominum malle, quae ante fidem, quae ante baptismum morte pecca-
toris potior habeatur, semel diluendi per Christi gratiam, semel pro peccatis nostris mor-
te functi. Nam hoc etiam in sua persona Apostolus statuit. Adfirmans enim Christum ad
hoc venisse, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ipse fuisset, ¹⁵⁸ quid adicit? Et
misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate. Ita clementia illa
Dei malentis poenitentiam peccatoris quam mortem, ad ignorantes adhuc & adhuc in-
credulos spectat, quorum causa liberandorum venerit Christus, non qui iam Deum no-
runt, & sacramentum didicerint fidei. Quod si clementia Dei ignorantibus adhuc & infi-
delibus competit, utique & poenitentia ad se clementiam inuitat, salua illa poenitentiae spe-
cie post fidem, ¹⁵⁹ quae aut leuioribus delictis veniam ab Episcopo consequi poterit, aut
maioribus & irremissibilibus a Deo solo. ¹⁶⁰ Sed quoniam vsque de Paulo, quando etiam
Ioannes nescio quid diuersae parti supplaudere videatur? quasi in Apocalypsi manifeste
fornicationi posuerit poenitentiae auxilium, ¹⁶¹ ubi ad angelum Thyatirenorum spiritus
mandat habere se aduersus eum, quod teneret mulierem Iezabel quae se Propheten dicit
& docet, atque seducit seruos meos ad fornicandum & edendum de idolothytis. Et lar-
gitus sum illi temporis spatium, ut poenitentiam iniret, nec vult eam inire nomine forni-
cationis. Ecce dabo eam in lectum, & moechos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi
poenitentiam egerint operum eius. Bene autem quod Apostolis & fidei & disciplinae regu-
lis conuenit. Siue enim ego, inquit, siue illi, sic praedicamus. Totius itaque sacramenti
interest, nihil credere ab Ioanne concessum, quod a Paulo sit denegatum. Hanc aequali-
tatem spiritus sancti qui obseruauerit, ab ipso deducetur in sensus eius. Haereticam enim
foeminam, quae quod didicerat a Nicolaitis, docere susceperat, in Ecclesiam latenter in-
troducebat, & merito ad poenitentiam vrgebat. ¹⁶² Cui enim dubium est haereticum in-
stitutione deceptum, cognito postmodum casu, & poenitentia expiato, & veniam conse-
qui, & in Ecclesiam redigi? Vnde & apud nos ut ethnico par, immo & super ethnicum haereticus
etiam per baptismum veritatis utroque homine purgatus admittitur. ¹⁶³ Aut si cer-
tus est mulierem illam post fidem viuam in haeresi postea expirasse, ut non quasi haereticae,
sed quasi fideli peccatrici, veniam ex poenitentia vindicet, sanè agat poenitentiam, sed in
fidem moechiae, non tamen & restitutionem consecutura. Haec enim erit poenitentia, quam
& nos debere quidem agnoscimus multo magis, sed de venia Deo referuamus. ¹⁶⁴ Deni-
que ea Apocalypsis in posterioribus propudiosos & fornicatores, sicut timidos & incre-
dulos & homicidas & veneficos & idololatrias, qui tale quid in fide fuerit, in stagnum ignis
sine vlla conditionali damnatione decreuit. Non enim de ethnicis videbitur sapere, cum
de fidelibus pronuntiauit: Qui vicerint, haereditate habebunt ista, & ero illis Deus, & illi
mihi in filios: Et ita subiunxerit: Timidis autem & incredulis & propudiosis & fornicato-
ribus & homicidis & veneficis & idololatriis particula in stagno ignis & sulphuris, quod
est mors secunda. Sic & rursus: Beati qui ex praecipis agunt, ut in lignum vitae habeant
potestatem, & in portas ad introeundum in sanctam ciuitatem. Canis veneficus, fornicator,
homicida foras, utique qui non ex praecipis agant. Illorum est enim foras dari qui in-
tus fuerunt. Ceterum, quid mihi eos qui foris sunt, iudicare praecesserat. ¹⁶⁵ De Epistola
quoque Ioannis carpunt statim. Dictum est: Sanguis filij eius emundat nos ab omni deli-
cto.

Acto. Semper ergo & omnifariam delinquemus, si semper & ab omni delicto emundat nos
ille: aut si non semper, non etiam post fidem, & si non ab omni delicto, non etiam a for-
nicatione. ¹⁶⁶ Vnde autem exorsus est? Lumen praedixerat Deum, & tenebras non esse in
illo, & mentiri nos si dicamus, nos communionem habere cum eo, & in tenebris incedamus.
Si vero, inquit, in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus; & san-
guis Iesu Christi Domini nostri emundat nos ab omni delicto. Ergo in lumine incedentes
delinquimus, & in lumine delinquentes emundabimur? Nullo pacto. Qui enim delinquit,
non in lumine est, sed in tenebris. Vnde & ostendit quomodo emundabimur a delicto, in
lumine incedentes, in quo delictum agi non potest, adeo sic emundari nos ait, non quae
delinquamus, sed quae non delinquamus: Incedentes enim in lumine, tenebris vero non
communicantes emundati agemus, non deposito, sed non admissio delicto. Haec est enim
vis Dominici sanguinis, ut quos iam delicto mundarit, & exinde in lumine constituerit,
¹⁶⁷ mundos exinde praestet, si in lumine incedere perseverauerint. Sed subiicit, inquit: Si
dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, & veritas non est in nobis.
Si confitemur delicta nostra, fidelis & iustus est ut dimittat ea nobis, & emundet nos ab
omni iniustitia. nunquid ab immunditia? Aut si ita est, ergo & ab idololatria. Sed aliud
in sensu est. Ecce enim & rursus: Si dicamus, ait, nos non deliquisse, mendacem facimus
illum, & sermo eius non est in nobis. ¹⁶⁸ Eo amplius: Filioli, haec scripsi vobis ne delin-
quatis. & si deliqueritis, aduocatum habemus apud Deum patrem Iesum Christum iustum,
& ipse placatio est pro delictis nostris. Secundum haec, inquit, & delinquetis nos & veniam
habere constabit. Quid ergo fiet, quum procedens aliud inuenio? Negat enim nos omni-
no delinquere, & in hoc plurimum tractat, ut nihil tale concedat, proponens semel a Christo
delicta delera, non habitura postea veniam, in qua nos sensus ad admonitionem castimoniae
demandat. ¹⁶⁹ Omnis, inquit, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia & ille
castus est. Omnis qui facit delictum, & iniquitatem facit: & delictum est iniquitas. Et sci-
tis quod ille manifestatus sit, ut auferat delicta, utique haec tenus admittenda. Siquidem
subiungit, Omnis qui manet in illo, non delinquit. Omnis qui delinquit, neque vidit,
neque cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut
& ille iustus est. Qui facit delictum, ex diabolo est, quoniam diabolus a primordio delin-
quit. In hoc enim manifestatus est filius Dei, ut soluat opera diaboli. Nam & soluit libe-
rans hominem per lauacrum; donato ei chirographo mortis. Et ideo omnis qui ex Deo
nascitur, non facit delictum, quia semen Dei manet in illo, & non potest delinquere, quia
ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. In quo? nisi illi non delin-
quendo, ex quo de Deo nati sunt: isti delinquendo, quia de diabolo sunt, proinde atque
si nunquam sint ex Deo nati. Quod si dicit: Qui non est iustus, ex Deo non est, qui non pu-
dicus, quomodo rursus ex Deo fiet, qui iam esse desit? Iuxta est igitur ut excidisse sibi di-
camus Ioannem in primore quidem Epistola negantem nos sine delicto esse; nunc vero
praescribentem non delinquere omnino. Et illic quidem aliquid de venia blandientem,
hic vero districte negantem filios Dei quicumque deliquerint. Sed absit. Nam nec ipsi ex-
cidimus a qua digressi sumus distinctione delictorum. Et hic enim illam Ioannes comen-
dauit, ¹⁷⁰ quod sunt quaedam delicta quotidianae incurSIONIS, quibus omnes simus obie-
cti. Cui enim non accedet, aut a irasci inique; & ultra b solis occasum; aut c manum im-
mittere; aut facile d maledicere, aut temere iurare, aut fidem pacti destruere, aut verecun-
dia, aut necessitate mentiri. in negotiis, in officiis, in quaestu, in victu, in visu, in auditu
quanta tentamus, ut si nulla sit venia istorum, nemini salus competat. Horum ergo erit ve-
nia per exoratorum patris Christum. ¹⁷¹ Sunt autem & contraria istis, ut grauiora & exi-
tiosa, quae veniam non capiant, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia, uti-
que & moechia & fornicatio; & si qua alia violatio templi Dei. Horum ultra exorator non
erit Christus; haec non admittet omnino qui natus ex Deo fuerit non futurus Dei filius,
si admiserit. Ita Ioanni ratio constabit diuersitatis, distinctionem delictorum disponenti,
cum delinquere filios Dei nunc adnuit, nunc abnuit. Prospiciebat enim clausulam littera-
rum suarum, & illi praestruerat hos sensus, dicturus in fine manifestius: ¹⁷² Si quis scit fra-
trem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, & dabit ei vitam Dominus, si quis
qui non ad mortem delinquit. Est enim delictum ad mortem. Non de eo dico ut quis pos-
tulet. ¹⁷³ Meminerat & ipse Hieremiam prohibitum a Deo deprecari pro populo morta-
lia delinquente. Omnis iniustitia delictum est, & est delictum ad mortem. Scimus autem

quoddam omnis qui ex Deo natus sit, non delinquit, scilicet delictum quod ad mortem est. **D** Ita nihil iam superest, quam aut neget mœchiam & fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec exorare permittitur. [174 Disciplina igitur Apostolorum propriè quidem instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis erga templum Dei antistitem, & ubique de Ecclesia eradicantem omne sacrilegiū pudicitiae sine ulla restitutionis mentione. Volo tamen ex redūdantia alicuius etiam comitis Apostolorum testimonium superducere, idoneum confirmandi de proximo iure disciplinam magistrorum. 175 Exstat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos: ad eō fati auctoritati viri, vt quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiæ tenore: Aut ego solus & Barnabas nō habemus hoc operādi potestatem: Et vtique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ 176 illo apocrypho pastore mœchorum. 177 Monens itaque discipulos; omnis omnibus initiis ad perfectionem magis tendere, nec rursus fundamenta pœnitentiæ iacere ab operibus mortuorum: Impossibile est enim, inquit, eos qui semel inluminati sunt, & donum cœleste gustauerunt & participauerunt spiritum sanctum, & verbum Dei dulce gustauerunt, occidente iam æuo cū exciderint, rursus reuocari in pœnitentiā, resigentes cruci in semetipsum filium Dei, & dedecorantes. Terra enim quæ bibit sapius deuenietem in se humorem, & peperit herbam aptam his propter quos & colitur, benedictionem Dei consequitur. Proferens autem spinas reproba & maledictioni proxima, cuius finis in exultationem. Hoc qui ab Apostolis didicit, & cum Apostolis docuit, 178 nunquam mœcho & fornicatori secundam pœnitentiā promissam ab Apostolis norat. Optimè enim legem interpretabatur, & figuras eius iam in ipsa veritate seruabat. Ad hanc denique speciem disciplinæ de leproso cautum fuit: 179 Si autem varietas effluerit in cutem, & totam cutem tegerit à capite vsque ad pedes per omnem conspectum, & sacerdos cū viderit, emundabit eum, quoniā conuertit in album, mundus est. Qua verò die visus fuerit in eiusmodi color viuus inquinatus est. Cōuersum enim hominem de pristino carnis habitu in cādorem fidei, quæ vitium & macula æstimatur in seculo, & totum nouatum mundum voluit intelligi, qui iam non sit varius, non sit de pristino & nouo aspersus. Si verò post abolitionem in vetustatem aliquid ex illa reuixerit, rursus in carne eius quod emortuum delicto habebatur, immūdum iudicari, nec expiari iam à sacerdote. Ita mœchia de pristino recidiua, & vnritatem noui coloris à quo fuerat exclusa commaculans, immundabile est vitium. 180 Item de domo: Si quæ maculæ & cauositates adnuntiatae in parietibus sacerdoti fuissent, priusquam introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda nō futura quæ domus essent. Dehinc introgressus sacerdos, si inuenisset cauositates viridicantes vel rubescentes, & aspectum earum humiliorem citra parietinam formam exiret ad ianuam, & scerneret domum illam septem diebus. Dehinc die septima regressus, si animaduertisset diffusum in parietibus tactum illū, imperaret extrahi eos lapides, in quibus lepra fuisset, & abiici extra ciuitatem in locum immundum, & sumi alios lapides politos & solitos, & reponi loco pristinatorum, & puluere alio inliniri domum. **F** portet enim cūm peruenitur ad summum sacerdotem patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, vt munda sit quæ remanet domus, caro & anima, & vbi introierit eam sermo Dei, & inuenit maculas ruboris & vitoris, extrahi statim & abiici foras sensus mortiferos & cruentos: (181 nam & Apocalypsis viridi equo mortem, russeo autem præliatorē imposuit) pròque illis politos & in compaginem aptos & firmos substrui lapides, quales in Abrahamæ sunt, vt ita homo habilis Deo sit. Quoddam si post recuperationem & reformationem rursus sacerdos animaduertit in eadem domo de pristinis causis aliquid & maculis, immundam eam pronuntiauit, & iussit deponi materias & lapides & omnem structuram eius, & abiici in locum immundum: hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma & introitum sacerdotū reformatus, denuò resumat scabra & maculas carnis, & abiicitur extra ciuitatem in locū immundum; deditus scilicet satanæ in carnis interitum, nec amplius readificatur in Ecclesia post ruinam. Sic & de famulæ concubitu, quæ homini esset reseruata, necdum redempta, necdum liberata. 182 Prospicietur, inquit, illi, & non morietur, quia nondum est manumissa cui seruabatur. Nondum enim caro à Christo manumissa, cui seruabatur, impunè contaminabatur, ita iam manumissa nō habet veniam. [183 Hæc si Apostoli magis norant, magis vtique curabant; sed & in hunc iam gradum decurrat, excernens inter doctrinam Apostolorum & potestatem. Disciplina hominē gubernat, potestas adsignat, seorsum

xx.

1. Cor. 9.

Heb. 6.

Heb. 6.

Leuit. 13.

Leuit. 14.

Apoc. 6.

Matth. 3.

Leuit. 14.

1. Cor. 5.

Leuit. 19.

xxi.

A seorsum quod potestas, spiritus autem Deus. Quid autem docebat non communicādam operibus tenebrarum? Obserua quod iuber. Quis autē poterat donare delicta? hoc solius ipius est. 184 Quis enim dimittit delicta, ni solus Deus: & vtique mortalia quæ in ipsum fuerint admitta, & in templum eius. Nam tibi quæ in te reatum habeant, etiam septuagies septies iuberis indulgere in persona Petri. Itaque si & ipsos beatos Apostolos tale aliquid indulgisse constaret, cuius veniā Deo non ab homine competeret, non ex disciplina, sed ex potestate fecisse. Nam & mortuos suscitauerunt, quod Deus solus: & debiles redintegraverunt, quod nemo nisi Christus: immò & plagas inflixerunt, quod noluit Christus. Nō enim decebat eum scire qui pati venerat. Percussus est Ananias & Elimas, Ananias morte, Elimas cæcitate, vt hoc ipso probaretur Christum & hæc facere potuisse. Sic & 13. Prophetæ cædem, & cum ea mœchiam pœnitentibus ignouerant, quia & seueritatis documenta fecerunt. 185 Exhibe igitur & nunc mihi Apostolice prophetica exēpla, & agnoscā diuinitatē, & vendica tibi delictorum eiusmodi remittendorum potestatem. quod si disciplinæ solius officia fortitus es, nec imperio præfidere, sed ministerio, quis aut quantus es indulgere? qui neque Prophetam, nec Apostolum exhibens, cares ea virtute cuius est indulgere. Sed habet, inquis, potestatem Ecclesia delicta donandi? hoc ego magis & agnosco & dispono, qui ipsum Paraclerum in Prophetis nouis habeo dicentem: Potest Ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne & alia delinquant. Quid si pseudopropheticus spiritus pronuntiauit? Atqui magis euer foris fuisset, & semetipsum de clemētia cōmendare, & ceteros ad delinquentiam temperare. Aut si & hoc secundum spiritum veritatis adfectare geituiuit: ergo spiritus veritatis potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurimum malo non vult. De tua nunc sententiā quæro vnde hoc ius Ecclesiæ vsurpes. Si quia dixerit Petro Dominus: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, tibi dedi clauas regni cœlestis; 186 vel: Quæcunque alligaueris vel solueris in terra, erunt alligata vel soluta in cœlis, idcirco præsumis & ad te deriuasse soluēdi & alligandi potestatem, id est, ad omnem Ecclesiam Petri propinquam: qualis es euerteris atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem: Super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam, 187 &: Dabo tibi clauas, non Ecclesiæ: Et quæcunque solueris vel alligaueris, non quæ soluerint vel alligauerint. Sic enim & exitus docet. In ipso Ecclesia extructa est, id est, per ipsum, ipse clauem imbuuit: vides quam: Viri Israelitæ, auribus mandate quæ dico: Iesum Nazarenum virum à Deo vobis destinatum, & reliqua. 188 Ipse denique primus in Christi baptismo reseruit aditum cœlestis regni, quo soluuntur alligata retrò delicta, & alligantur quæ nō fuerint soluta, secundum veram salutem, & Ananiam vinxit vinculo mortis, & debilem pedibus absoluit vitio valetudinis. 189 Sed & in illa disceptatione custodiendæ necne legis, primus omnium Petrus spiritu instinctus, & de nationum vocatione præfatus, Et nunc, inquit, cur tentastis Dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos, neque patres nostri sufferre valuerunt? Sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos sicut & illi. Hæc sententiā & soluit quæ omnia sunt legis, & alligauit quæ reseruata sunt. Ad eō nihil ad delicta fidelium capitalia potestas soluēdi & alligandi Petro emancipata. 190 Cui si præceperat Dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere, vtique nihil postea alligare, id est, retinere mandasset, nisi fortè ea quæ in Dominum, non in fratrem quis admiserit. Præiudicatur enim non dimittenda in Deum delicta, quum in homine admitta donantur. Quid nunc & ad Ecclesiam, & quidem tuam Psychice? Secundū enim Petri personam spiritalibus potestas ista cōueniet aut Apostolo aut Prophete. Nam & ipse Ecclesia propriè & principaliter ipse est spiritus, 191 in quo est trinitas vnus diuinitatis, pater & filius & spiritus sanctus. Illam Ecclesiam congregat quam Dominus in tribus posuit. Atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem cōspirauerint, Ecclesiæ ab auctore & consecratore censetur, & ideō Ecclesia quidem delicta donabit. Sed Ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesia numerus Episcoporum. Domini enim non famuli est ius & arbitrium, Dei ipius, non sacerdotis. [192 At tu iam & in martyras tuos effundis hanc potestatem, vt quisque ex cōfessione vincula induit adhuc mollia in nouo custodiæ nomine, statim ambiunt mœchi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrymæ circumstagnant maculati cuiusque, nec vlli magis aditum carceris redimunt, quam qui Ecclesiam perdiderunt. Violantur viri ac fœminæ in tenebris planè ex vsu libidinum notis, & pacem ab his quærunt qui de sua periclitantur. Alij ad me-

Ephes. 5.

Marc. 2.

Matth. 18.

Act. 5. &

Sic & 13.

Matth. 16.

Act. 2.

Act. 15.

Matth. 16.

Matth. 18.

xxi.

ralla confugiunt, & inde communicatores reuertuntur, vbi iam aliud martyriū necessarium est delictis post martyriū nouis. Quis enim in terris & in carne sine culpa, quis martyr seculi incola, denariis supplex, medico obnoxius & fœnerator? Puta nunc sub gladio iam capite librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leone concesso, puta in axe iam incendio adstricto, in ipsa dico securitate & possessione martyrij, quis permittit homini donare quæ Deo reseruanda sunt? à quo ea sine excusatione damnata sunt, quæ nec Apostoli, quod sciam martyres & ipsi donabilia iudicauerunt. Denique iam ad bestias depugnauerat Paulus Ephesius; cum interitum decernit in cæsto. Sufficiat martyri propria delicta purgasse. Ingrati vel superbi est in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus. Quis alienam mortem sua soluit, nisi solus Dei filius? Nam & in ipsa passione liberauit latronem. Ad hoc enim venerat, vt ipse à delicto purus & omnia sanctus pro peccatoribus obediret. Proinde qui illum æmularis donando delicta, si nil ipse deliquisti, planè patere pro me. Si verò peccator es, quomodo oleū faculæ tuæ sufficere & tibi & mihi poterit? Habeo etiam nunc quo probem Christum. Si propterea Christus in martyre est, vt in cæchos & fornicatores martyr absoluat; occulta cordis edicat, vt ira delicta concedat, & Christus est. Sic enim Dominus Iesus Christus potestatem suam ostendit: Quid cogitatis nequam in cordibus vestris? Quid enim facilius est dicere paralytico, Dimittitur tibi peccata; aut: Surge & ambula? Igitur vt sciatis filium hominis habere dimittendorum peccatorum in terris potestatem, tibi dico paralytice: Surge & ambula. Si Dominus tantum de potestate suæ probatione curauit, vt traduceret cogitatus, & ita imperaret sanitatem, ne non crederetur posse delicta dimittere; non licet mihi eandem potestatem in aliquo sine eisdem probationibus credere. Quum tamen mæchis & fornicatoribus à martyre exoptulas veniam, ipse confiteris eiusmodi crimina non nisi proprio martyrio diluenda, qui præsumis alieno. Quod si est, iam & martyrium aliud erit baptisma. Habeo enim, inquit, & aliud baptisma. Vnde & ex vulnere lateris Domini aqua & sanguis, vtriusque lauacri paratura manauit. Debeo ergo & primo lauacro alium liberare, si possum secundo; ingeramurque in sinum necesse est. Quæcumque auctoritas, quæcumque ratio mæcho & fornicatori pacem Ecclesiasticam reddit; eadem debet & homicidæ & idololatræ penitentibus subuenire; certè negatori, & vtique illi, quem in prælio confessionis tormētis colluctatum scruuita deiecit. Ceterum indignū Deo, & illius misericordia, qui penitentiam peccatoris morti præuertit; vt facilius in Ecclesiam redeant qui subando quàm qui dimicando ceciderunt. Vrget nos dicere indignitas contaminata potius corpora reuocabis, quàm cruentata. Quæ penitentia miserabilior, titillatam prosternens carnem, an verò laniatam? Quæ iustior venia in omnibus caussis; quam voluntarius, an quam inuitus peccator implorat? Nemo volēs, negare cōpellitur; nemo nolens, fornicatur. Nulla ad libidinem vis est, nisi ipsa, nefcit, quod libet cogi. Negationem porrò quanta compellūt ingenia carnificis & genera pœnarum? Quis magis negauit, qui Christum vexatus, an qui delectatus amisit? qui quum auerteret doluit, an qui quum amitteret lusi? Et tamē illæ cicatrices Christiano prælio insculptæ; & vtique inuidiosæ apud Christum, quia vicisse cupierunt; & sic quoque gloriosæ, quia nō vincendo cesserunt. In quas adhuc & diabolus ipse suspirat, cū sua infelicitate, sed casta; cum penitentia mœrente, sed non erubescēte ad Dominum de venia. Denuò dimittitur eis qui piaculariter negauerunt, folis illis caro infirma est. Atquin nulla tam fortis caro, quàm quæ spiritum elidit.

I. Cor. 15.
I. Cor. 5.
Luc. 23.
Psal. 104.
Math. 9.
Luc. 12.
Joan. 19.
Exec. 33.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE PVDICITIA.

1. DE PVDICITIA.] Verum hunc esse huius Libri titulum patet, tum ex superscriptis locis B. Hieronymi & Nicephori, tum etiam ex B. Cypriani libri titulo, in quo Auctorem hinc imitatur: De bono Pudicitia. Quem cur indiderit, quum propriè DE PVDICITIA non scribat, sed posuit: Aduersus Penitentiam, non satis constat fortassis vt esset plausibilior; certè

initium libri Pudicitiam sonat, & quidquid scribit toto libro aduersus mæchiam & fornicationem, pro Pudicitia facit.

C A P. I.

2. Pudicitia flos morum, &c.] Caput hoc inscriptum: De libri huius argumento. Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. lib. de bono Pudicitia: Pudicitia, inquit,

inquit, honor corporum, ornamentum morū, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, cœcordia caput. Atqui pro eo quod legitur paulopost: itque satis castus habeatur, qui non minus castus fuerit.

3. Sed viderit seculi pudicitia, &c.] De hac latè habes tractatum tum Tom. 2. lib. 1. ad Vxor. tum supra li. de Exhort. castit. & lib. de Monogamia.

4. Malo nullum bonum, quàm vanū, &c.] Vanum hic dicit, quod paulo ante: infructuosum. Facit Verò hoc, quod pudicitiam seculi bonum, vocet, contra eos qui omnia opera, infidelium peccata faciunt. Legimus verò mox iterum: nonne, cū Gagneo, pro: nuncne, quid illud Auctori magis sit vtilitatum.

5. Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum, &c.] Bene habet & adnotatu dignū, quod etiam iam in heresi constitutus & aduersus Ecclesiam scribens, Pontificem Romanum Episcopum Episcoporum nuncupat, & infra cap. 13. bonum pastorem & benedictum Papam, & cap. 21. Apostolicum, sicut etiam supra adnotauimus, de auctoritate agentes Summi Pontificis, Tom. 3. ad lib. de Præscript. aduers. her. c. 36. num. 213. de qua etiam ibidem n. 207. 208. & 212. item lib. 4. adu. Marc. cap. 5. num. 38. lib. aduers. Præxan cap. 1. num. 7. Denique Tom. 4. lib. 3. Carm. adu. Marc. cap. 9. num. 26. 27. 29. Et verò quod alibi prætermisum mirretur quis fortassis? nisi nihil hac de re præteratur, adiciemus, non solum Priuilegiū ornatam fuisse Romanam sedem à El. Constantino Imperatore, sed etiam sceptrum & diademate imperatorio, immò & Vrbe & diuisionibus Italie amplissimis, vti ex Edicto Donationis Constantini à B. Isidoro edito, constat, quod hodie existat in Tomis Conciliorum. Quod etiam authenticum esse (quamquam perperam multi in dubium vocent, etiam qui Catholici haberi volum) patet tum ex Concilio Romano sub Syluestro Papa, can. 1. ex Syn. 2. Nicæna generali VII. Vbi ad confirmationē Imaginum in Ecclesia primitiua vtilitatum, citantur ex Actis eiusdem Donationis Imagines SS. Petri & Pauli Constantino à Syluestro offensa, sicut etiam supra adnotauimus Tom. 1. Apolog. cap. 12. num. 184. Si enim pars Actorum citetur, etiam reliquorum eiusdem contentorum fides probatur. Eodem pertinent qua (ex eiusdem Actis haud dubie de prompta) tradunt, B. Gregor. Turon. hist. lib. 2. Beda in Chronicis ad annum mundi 4288. Adria. Papa epist. ad Constantinum & Irenen, Nicephor. lib. 7. cap. 33. & B. Thomas Summa sua part. 3. quæst. 67. arg. 4. de curata Lepra Constantini. Quæque de Baptismo eiusdem per B. Syluestrum Papam, scribunt præter prædictos, dictæ duæ Synodi; Damascus in Pontificali Liberyacta, cap. 6. Nicephor. lib. 7. cap. 35. & lib. 8. cap. 3. & 54. Marianus Scotus in Chronico, & B. Thomas loco iam citato; vtpotè que iisdem Actis continentur. De quo præterea citantur in libro eius argumenti ab illustriss. Cardin. Polo, Theophan. Nicæa Episcopus, Georgius Cedrenus, Io. Zonaras Tom. 3. & Theodorus Balsamon. Quid? quod Ammianus Marcel. lib. 27. iam temporibus Damasci, splendorem Romanorum Pontificum, eundem quem illa Acta, describat; & Laonicus Chalcondylas (liceat & schismaticum pro nobis producere) lib. 1. de Gest. Turc. disertis verbis Donationem iam dictam agnoscent: Romani, inquit, quum nati essent Imperium in orbe longè latiss. commiserunt Romano Pontifici Maximo; ipsi verò transferunt in Thraciam, Byzantium, que nunc Constantinopolis est, Thra-

cia Metropolim constituent. Insuper luo lib. 4. de Dign. & priuileg. Roman. Eccles. & part. 5. maioris operis de Primatu Ecclesie Romane cap. 49. Gratianus Dist. 46. cap. Constantinus, & 12. qu. 1. cap. Futuram, in Decreta sua dictum Edictum retulerunt, & dictus Balsamon in Phorij Nomocanonem Tit. 8. de Parochiis, id ipsum scholis suis inseruit: sicut etiam Vincentius Bellouacensis hist. sue, vocans Epistolam Constantini ad omnes Episcopos, lib. 13. cap. 54. 55. & 56. Citatur ab eodem Hugo Floriacensis in hac verba: Vrhem Romanam, inquit, cum palatio omni, quod Lateranense dicitur, concessit Apostolus Christi Petro & Paulo, & S. Papa Syluestro; quod ipsum inuenitur Antiquit. eiusdem lib. 5. cap. 4. iuxta quod apud me MS. existat. Et verò prorsus confirmatur dicta Donatio verbis Ludouici Pij. cap. Ego Ludouicus. Dist. 63. in Decretis Gratiani, vbi non ipse primus Pontifici Romano donat ciuitatem Romanam cum appenditiis, sed: sicut, inquit, à Prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate & ditone tenuistis & disposuistis. Quidquid itaque alij tradunt historici, de munificencia erga Romanam sedem Iustiniani, Theodorici Regis, Longobardorum, Pipini, Caroli Magni, Othonis, Radulphi Habspurgij, aliorumque Imperatorum; debet similiter intelligi, de restitutione Vrbs Romæ, Rauenenna, aliarumque Italia ciuitatum, per Apostatam Iulianum, Arrianos & Exarchos Reuennates, quantum apparet, occupatarum & ereptarum. Quare calumniantur, qui istud iactitant commentum esse Nicolai & Clementis Pontificum. Hac eo prolixius, vt sint pro antidoto aduersus B. Rhenan. in Argumento lib. de Pallio, & partim in cap. 1. lib. aduers. Præxan, vbi duntaxat Priuilegiarum à Constantino concessorum sit mentio. Ceterum de quo Pontifice hic loquatur, latius in Vita Auctoris.

6. Ego & mæchiae & fornicationis delicta penitentia functis dimitto, &c.] Rectè sic restituit hunc locum Gelenius, pro eo quod erat duntaxat: Ego mæchiae & fornicationis funes dimitto; nam correspondet Angl. cod. MS. Et verò, quum tantopere hoc edictum eleuet Auctor, mirum in modum hallucinari patet, vel ex Apostolo Ioanne Apocal. 2. Vbi de Iesabel, que docebat fornicari, ad Angelum Thyatiræ dicitur: Et dedi illi tempus vt penitentiam ageret, & non vult penitere à fornicatione sua. Ecce ego mittam eam in lectum, & qui mæchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi penitentiam ab operibus suis egerint. Quod ipse Auctor adhuc Catholicus expressit supra Tom. 2. lib. de Penitent. cap. 8. & post eum B. Pacianus Epist. 1. ad Sympron. Nouat. Stuprum Thyatirensis imputat, &c. & tamen omnes ad penitentiam commonet sub comminationibus quidem, non comminaretur autem non penitenti, si non ignosceret penitenti. Eodem pertinet quod B. Cyprian. Epist. iam dicta ad Antonian. postquam falsus est quosdam Episcopos (haud dubie etate Tertulliani) antecessores suos in Prouincia Carthaginiensi dandam pacem mæchis, non putasse, statim addit: Miror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsis penitentiam, aut penitentibus existiment veniam denegandam, & deinceps scripturis contrarium probat, ac nominatim scriptura Apocal. 2. iam citata. De qua interim latius infra cap. 19.

7. cui adscribi non poterit bonum factū, &c.] Hanc phrasim sic explicat Turnebus Aduersar. lib. 3. cap. 12. quod Veteres boni omnis causa bonum faciunt.

Etum presari solebant in Edictis, ex illo Plauti in Penulo.

Bonum factum est, edita ut seruetis mea.

8. Erit igitur & hic ADVERSVS PSYCHICOS titulus, &c.] Quum hic indicet adhuc alterius Tituli librum ADVERSVS PSYCHICOS a se editum, patet posterius scriptum hunc precedenti libro, ad quem hic haud dubie adludit.

9. aduersus meam quoque sententiam retto penes illos societatem, &c.] Adhuc similiter hic ad librum supra Tom. 2. DE POENITENTIA, vixit qui illic cum orthodoxis illam defenderit. Et vero recte sentiret in eo quod profectur, non esse leuitatis, errorem retrahere, si modo prius errasset, (quales exstant lib. 2. Retract. B. Augusti & liber Retract. Ven. Bedae Presbyteri in Acta Apostolorum) sed hoc notam leuitatis incurrit, quod veritatem errore mutauerit.

10. Quum paruulus, inquit, essem, tamquam paruulus loquebar, tamquam paruulus sapiebam, &c.] Sic suppleuimus locum hunc ex MS. Angl. cod. quia sic legitur 1. Cor. 13. Ex isdem etiam legimus: Ad eod deuerit, voce Tertullianica, pro: diuertit, & non paternarum traditionum, sed Christianarum, pro: Christianorum.

11. & quidem per eos, &c.] Hinc apparet tractare Auctorem hoc libro ex instituto de delictis mœchie & fornicationis proprie dictis, sicuti etiam infra c. 4. non vero de secundis nuptiis, quos illi ad poenitentiam excludi voluerit (vix quidam Auctori impingunt) vixit quum hic agat de Orthodoxis, quos vult propterea oportere mœchis nullam subscribere veniam, quoad propterea quoties volunt nubant, ne mœchiam & fornicationi succidere (vox Tertullianica) cogantur, nisi forte ex consequenti, quod lib. de Exhort. cast. & de Monogamia, secundum nuptias, adulteria, & supra perperam nuncupet, sicuti etiam in fine huius capituli. Supplemus vero ex Angl. MS. cod. Cur ergo & crimina.

12. indulgent autem, quasi velint admitti, &c.] Est istud vnum ex illis quae ex Tertull. sumpturunt Nouatiani, sicuti patet ex B. Paciano Epist. 2. ad Sympron. Nouatian. sed pulchre idem respondet: Deum nec peccare vult hominem semel, & tamen liberat a peccato, nec vique quum liberat, peccatum docet, &c. Aliud est de periculo liberari, aliud ad periculum cogi, &c. ne prolixiores sumus. Castigamus vero ex Angl. MS. cod. Praeuent enim, quasi nolint admitti tale quid, pro: admitti aliquid.

13. Nec enim mœchia & fornicatio de modicis & de mediis delictis, &c.] Modica & media delicta videtur intelligere, quae cap. sequi. Vocat: remissibilia, maxima, quae hic etiam crimina, ibi: irremissibilia, quorum de numero esse mœchiam & fornicationem latius deducit infra c. 5. Est autem iterum Tertullianicum: non capiunt & indulgeti.

14. nuptialibus & dotalibus si forte tabulis, &c.] De nuptialibus tabellis loquitur supra Tom. 2. lib. de Feland. virgin. cap. 12. num. 102. de dotalibus alibi; est vtraque phrasid fureconsultorum: Tertulliani vero si forte. Est autem, quantum apparet, periculus quae sequitur, mutila, quae sic suppleri posset: Sed ideo durissime tractant, infamantes paraclerum (Montanum nempe) disciplina enormitate; dum diganos foris sistimus, &c. sed nobis quid immutare circa subsidiuum MS. cod.

C A P. II.

15. Ceterum Deus, inquit, bonus, &c.] Titu-

lum huic capiti imposuimus: De scripturarum hinc inde testimoniis, quas conciliare nititur distinctione remissibilium & irremissibilium delictorum, sed aberrat in illo, quod quadam delicta faciat irremissibilia, quum Catholici Patres sentiant, nullum irremissibile, nisi in quo quis ad finem usque perseverauerit, sicuti infra patet num. 23.

16. donantes inuicem sicut & Christus donauit nobis, &c.] Legit nobis, sicuti hodie Graeci codices vniuersi, Vulgatus Latinus Interpres videtur legisse vniuersi. Et vero: donantes, Graece ἀλλήλοισιν, pro remittentes peccata, interpretantur etiam B. Ambrosius & Theophyl. sicuti etiam ipse Apostolus 2. Cor. 2. eadem voce in dicto significatur, vixit, ubi vertit: siquid donauit, sicuti infra cap. 13. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. Talia & tanta sparsilia eorum, pro: futilia. Est vero Tertullianicum: vigorantia disciplinam, & repercutere.

17. Sed & Hieremia mandans, &c.] Primū quod citat testimoniū, inuenitur Hier. 14. in quo castigamus ex Angl. MS. cod. Quoniam si inueniuntur pro: Quod; Graecum enim est: ἄλλοι. Alterum Hier. 11. citatur etiam B. Cypriano, li. de lapsis & li. de Exhort. mart. c. 4. ubi adeo adnotandum ad marg. Hier. 11. pro eo quod est 7. ex quo ac editionibus omnibus Bibliorū, item & Angl. cod. MS. castigamus: inuocauerint, pro: inuocauerit, ommissa quae sequatur particula: &, quum nemo eodem loco legit hactenus.

18. & qui naso non deridetur, &c.] Quod supra T. 3. li. 5. adu. Marc. c. 4. vertit Auctor Gal. 6. Deus non irridetur, hic magis proprie vocem Graecam μωκτικῶς & τῶν: naso deridetur. Emendamus autem ex Angl. MS. cod. adulantium scilicet bonitati eius, pro: bonitatem, quia praecedit pauloprius: Deo adulantur.

19. Tacui, numquid & semper tacebo, &c.] Eodem modo initium huius scripturae Isai. 42. vixit de iudicio Domini, interpretatur B. Cyprian. in fine lib. de Patientia, B. Augusti. tract. 33. in Joan. cap. 8. & in Psal. 82. Quorum nemo legit, neque etiam B. Cyril. in Comment. quod hodie habent LXX. a saeculo; qui quum legant: ἐκείνῳ, id est, interprete Cyrillo: expellam, admirari faciam, vel transferam; Auctor veritatis: exurgam, videtur legisse ἐκείνῳ. Atqui prorsus cum illis sic distinguimus: Quicui velut parturiens, exurgam.

20. Ignis enim procedet, &c.] Etiam hoc peculiare Auctori, pro eo quod alij praecedet, sed vicina sunt προπορεύουσαι, quod praecedere, & προπορεύω, quod procedere significat.

21. iudicabitur de vobis, &c.] Sic etiam vertit Matth. 7. alicubi B. Augusti. elegit quum alij ad Verbum: iudicabimini. Et vero facit contra Anabaptistas & alios quosdam, qui iudicium non admittunt, quod addit: Ita non prohibuit iudicare, sed docuit.

22. delicta mundantur, quae quis in fratrem non Deum admiserit, &c.] Videtur adludere ad illud 1. Reg. 2. Si delinquendo peccet vir in virum, orabunt pro eo Dominum. Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verum B. Cypri. hinc colligit lib. de Exhort. Mart. c. 4. non quidem non mundari delicta in Deum, sed non facile talibus ignosci. B. Pacianus vero Epist. ad Sympron. Nouatian. interpretatur peccare in Deum, de peccatis iis, in quibus perseveratur usque in finem. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. profitemur, ubi erat: profiteretur. Atqui de Proverbio: Funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere, vide nostra Prolegomena; item de illis: restringere frenos, & relaxare, sicuti

sicuti etiam de illo quod mox sequitur: in suis terminis stabit. Hic restituumus: videatur, quod habebat Gagnens, pro: videantur, quia haec & illa referuntur ad auctoritatem scripturarum variarum; alioquin legi deberet haec, & illa. Porro passiva concessio accipitur pro ea quae omnibus conceditur, phrasi Tertullianica: ad quam etiam pertinet: Venia expungit, Vel sicuti MS. Angl. cod. legit: dispungit, eodem enim penē significatus Auctor huius vocibus vixit.

23. Siquis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, &c.] Clarior est translatio illius: & dabitur vita ei, quia non ad mortem delinquit. B. Pacianus vero magis iuxta Graecum hodie exemplar, Exhort. ad Paenit. (qui potius est Tract. 3. aduersus Nouatianum) & dedit illi vitam Dominus, si quis deliquit peccatum non ad mortem. Atqui similiter B. Pacianus tum ibi, tum loco iam citato, istum locum dicit ad manentia peccata capitalia pertinere, non ad eos, qui aliquando peccauerint, & ceperint poenitere, antequam quisquam pro illis roget. Hinc B. Augusti. quod libro De sermone Domini in monte, interpretatus erat de certis quibusdam (sicuti hic Auctor) peccatis irremissibilibus, retractat lib. 2. Retract. limitando, si ad mortem usque quis in peccato perseverauerit; quomodo etiam interpretatur lib. de Corrupt. & grat. cap. 12. Atqui ibi: Ita ubi est postulationis, subintelligitur: locus.

C A P. III.

24. Sed prius decidam, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod proinde non sit negligenda quorundam peccatorum poenitentia. Hinc autem manifestum sit, quamquam Montanus omnem omnino veniam esse exclusit, sicuti patet ex B. Paciano Epist. ad Sympron. Nouatian. & B. Hieron. in Epist. Fabiola, & Epist. 16. ad Pammach. aduersus errorem Ioan. Hierosol. ad Marcell. de Montano, non illi per omnia consensisse Auctorem, sed solum illos Episcopos (de quibus supra num. 6.) qui putabant pacem mœchis non dandam. Verum rectius, adhuc Catholicis, supra Tom. 2. lib. de Paenit. cap. 3. & 4. Omnibus delictis veniam Deum scribit per poenitentiam spondidisse. Atqui paulopost: Quatum autem ad illos, &c. subintelligitur: frustra ageatur.

25. qui solum Domini meminimus delicta concedere, &c.] Adludit ad illud Marc. 7. Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus, & quod additur: ut sciatis quia etiam filius hominis habet potestatem dimittere peccata; Verum latius infra, ubi ex proposito istud Auctor tractat cap. 11. de eius loci vero intellectu.

26. quod eam a solo Deo exorat, &c.] Contra hoc, quod soli Deo, non Ecclesiae veniam peccatorum concedat, latius etiam infra cap. 21. Hic solum dicemus, quod videatur idem sensisse Auctor, quod de Nouatiano scribit B. Cypri. Epist. 52. ad Antonian. atque adeo possit ipsi responderi Verbis eiusdem: O frustranda fraternitatis irrisio, o miserrorum lamentantium caduca deceptio, o haeretica institutionis inefficax & vana traditio; hortari ad satisfactionis poenitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam; dicere fratri: plange & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto frequenter & largiter operare; sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris, quumque ad pacem pertinet, facies, sed nullam pacem, quam queris, accipies. Etenim praemittit hic actus publicos poenitentiae eosdem, quos supra lib. de Paenit. cap. 9. & tamen vult a solo Deo exorari veniam, non vero Ecclesiae communicare. Et vero valde incerta est Venia, & proinde (quatumuis id neget) poenitentia

tia vana, siquis a solo Deo veniam expectare debeat. Sicuti confirmatur hinc nostra castigatio supra T. 2. li. de Patientia. c. 12. haec exorat poenitentiam. Verum de Actibus poenitentiae publicae, quos hic habet, & rursum c. 5. sub finem, & c. 13. & 21. vide dist. lib. de Paenit. c. 9.

C A P. IIII.

27. Possumus igitur, demandata poenitentiae distinctione, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod mœchia nomine & fornicationis intelligatur omnia libidinum genera. Eodem autem modo B. Pacianus Exhort. ad paenit. citata nu. 23. fornicationis nomine comprehendit omnem prorsus libidinem, extra vxoriam thorum & complexus licitos euagantem. Nec aliter accipitur a B. Cypriano Testim. lib. 3. c. 63. hoc titulo: Graue delictum esse fornicationis. Prorsus autem legimus ex Angl. MS. cod. an ea sint, pro: haec, quia praecedit: delictorum.

28. Ceterum etiam adulterium & si stuprum dixero, &c.] De adulterio idipsum docuit supra libro de Monogamia, cap. 9. De stupro, libro de Exhort. cast. cap. 9. Quod ipsum frequenter usurpat, non modo pro mœchia, sed & pro fornicatione, sicuti alibi supra adnotauimus. Malim autem legere: Omne homicidium intra sylvam, pro: extra sed nobis in contextu quid immutare. Sive autem legatur: vel in quacumque, cum Gagn. & Angl. MS. cod. sive cum ex. & Gelenio quacumque, perinde est.

29. Ideo penes nos occultae quoque conjunctiones, &c.] Dum occultas conjunctiones interpretatur: non prius apud Ecclesiam professas mirum in modum confirmat Decretum Concilii Tridentini de irritis talibus conjunctionibus, eo quod de illis subiicit: iuxta mœchiam & fornicationem iudicari petulantur. Nec inde cōserta, obtentu matrimonij ctimē eludat. Verum de eo plura Tom. 2. lib. 2. ad vxor. cap. ult. num. 60. & 61.

30. Reliquas autem libidinum furias impias & in corpora, &c.] Sic suppleuimus ex Angl. MS. cod. Eleganter autem distinguit inter: limine Ecclesiae submouere, & toto tecto Ecclesiae submouere, ac si velit: fornicatores & adulteros admissos ad limē Ecclesiae, uti c. praeced. inter poenitentes (quamquam frustra, si veniam Ecclesiae dare non possit, ut perperam adseruit) at monstrosum illorum reos neque ibi admissos, sed prorsus exclusos fuisse. Et vero etiam hinc confirmatur vetustas Excommunicationis Ecclesiasticae, de qua supra Tom. 1. Apolog. cap. 39. num. 502. & alibi non semel; ad quam iterum adluditur infra cap. 7. illis verbis: ob tale quid extra gregem datus est, ac: de Ecclesia expellitur. Plura vide cap. 14. num. 119.

C A P. V.

31. Ergo mœchia, quod etiam fornicationis est res, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod mœchia cōparetur idololatriae & homicidio. Idipsum autem etiam probat Exhort. ad Paenit. B. Pacian. ex Decreto Apostolorum Act. 15. Abstinetis ab idololatria, sanguine & fornicatione; imitatus in hoc Auctorem infra cap. 12. ubi de eo loco latius. Non absimile est, quod B. Cyprian. crimina, id est, gratiora peccata enumerat li. de bono Patient. Adulterium, fraudem, & homicidium; quod illum ex Tertulliano sumpsisse supra adnotauimus Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 1. num. 3. quomodo etiam B. Hieron. Epist. 146. ad Damasum, de duobus filiis.

32. post interdicta alienorum Deorum superstitionem, ipsorumque idolorum fabricationem, &c.] Adnotatu dignū, quod ista duo coniungat, contra eos qui inde duo faciunt praeccepta Dealogi; maximè hodiernos haereticos, qui id faciunt, ut tanto magis odiosū faciūt imaginū usum in

Ecclesia, eas perperam idolis comparantes, sed de hoc for-
tassis se alias offeret scribendi occasio. Miri interim quod
omittat secundum præceptum: Non assumes nomen Do-
mini Dei tui in vanum: sed de illo latè tractauit dicto lib.
de Idololatria cap. 10. num. 71. Legimus autem ex M.S.
Angl. sicut alibi semper: intellege, more antiquorum;
nam ex B. Paciani M.S. codex ubique sic legit.

33. Nam & idololatria mœchiæ nomine &
fornicationis sæpè populo exprobrata, &c.] Locos
eiusmodi plurimos reperire est in Concordantiis Bibliorum
Georgij Bulloei Angli, in dictionibus Fornicator, Idolola-
tria, Fornicari, idololatrari, Mœchari, idololatrari: &
Mœchatus, idololatra. Quorum primum omnium ad margi-
nem adnotauimus Exod. 34. ubi dicitur: Fornicari faciit
in Deos suos.

34. Eo amplius, præmittens: Non mœchaberis;
adiungit: Nō occides, &c.] Mirū est & istud, nisi di-
cimus Auctori fuisse diuersa exemplaria, eo quod nō mo-
do editiones Bibliorum & Patres omnes præmittunt: Nō
occides; sed & ipse Auctor Tom. 1. lib. aduers. Iud. c. 2.
Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 3. & Tom. 3. lib. 2. adu. Marc.
cap. 17. Legimus verò ex dicto Angl. M.S. cod. in prima
vbique, pro: itaque, incipientes nouam periodum ibi:
De loco, &c. Sunt autem Terullianica: suggestum,
ac: Ab idololatria metamur, quod rectè Gelenius re-
stituit, pro: inuitamur.

35. Sciunt luci mei, &c.] De libidinum variis gene-
ribus in f. idololatriæ sacris, supra alicubi lauius Tom. 1. ad
lib. Apolog. Hic sufficit illud cap. 15. in templis adul-
teria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis
plerumque ædituorum & sacerdotum tabernacu-
lis, sub iisdem vitis & apicibus & purpuris, thure
flagrante, libidinem expungi.

36. vt tragœdias omittam, &c.] De his scibidè:
Dispicite Lætorum & Hostiliorum venustates,
vtrum Mimos an Deos vestros in iocis & strophis
rideatis, Mœchum Anubim, & Malculum Lunam,
&c. Sed & histriorum litteræ omnem fœditatem
eorum designant, &c. Cybele pastorem suspirat
fastidiosum, &c.

37. Sciunt hodie venenarij, &c.] Profrus sic legē-
dum, pro: venerarij; tum quod etiam dicit Apolog. c. 43.
coniunguntur: venenarij, magis tū quod sequitur: quod
pellicanus vlciscar, &c. sine autem paulopost leg. in: in-
gemiscunt cum M.S. Angl. cod. sine: gemiscunt cum
excussis, perinde est.

38. Idololatriam quidem & homicidam semel
damnas, &c.] Hic calumniatur Auctor in Orthodoxos,
tamquam si idololatriam & homicidam, ad pœni-
tentiam non admitterent, quum supra num. 31. adduxerim
ipsum Auctorem testimonium contrarium.

C A P. VI.

39. Planè si ostendas, &c.] Inscriptionem huic ca-
piti fecimus: Quod si in veteri Testamento inuenia-
tur venia mœchiæ cœcessa, etiam sint ibi exēpla
iudicij; in nouo verò magis vitadā. Supplemus ve-
rò ex M.S. Angl. cod. præceptorūque cœlestium. De
Prouerbio autem: ad hanc iam lineam dimicabit cō-
gressio nostra, vide nostra Prolegomena.

40. Lex Domini inuituperabilis, &c.] De hac
versione Psalmi 118. Auctoris, alicubi supra diximus, ubi
ex M.S. cod. castigauimus: conuertens animas, quod pro-
inde etiam hic scribitur; peculiare verò hic est. (ni fallor)
illud: longè lucens.

41. Sic & Apostolus, &c.] Hic etiam differt in eo,

quod verat: præceptum sanctum & optimum, pro
eo quod lib. 5. aduers. Marc. cap. 13. iustum & bonum.

42. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit ge-
hennæ, &c.] Neque hic ordinem Euangelistæ obseruat
Auctor, neque etiam alicubi supra, quum dixit: nec Fa-
tue quidè dicere sine iudicij periculo licet; nā apud
illum, iudicium dumtaxat, contrahatur Christus illi qui
Racha dixerit, at gehennā, qui Fatue. De prouerbio ve-
rò: in sinum plaudent, vide nostra Prolegomena. Aiqui
profrus supplemus: si idè hodie cōcedetur mœchiæ
venia, quia nunquā legitur cœcessa aliqua mœchia, sed
mœchia venia: sicut sequitur & de idololatra & ho-
micida. Est autè omnino & illud mēdosum, alioqui falsū:
nisi vt maiore forsitan lenocinio tuo indulgeatur.

43. quia & populum ipsum toties reum, &c.]
Patet istud maxime libro Iudicum c. 3. & deinceps. Vt
autem eludere nitatur Auctor, certè his ipsis videntur B.
Cypr. B. Pacianus, & B. Hieron. locis supra citatis, vii. Pœ-
nitentiam omnium peccatorum quāuis grauius con-
firmant aduersum Nouatianos; & ipse Auctor quoque
exemplis Achab, 3. Reg. 21. & Dauid, 2. Reg. 2. Tom. 3.
lib. 5. adu. Marc. c. 11.

44. Iam & incesta donabis propter Loth, &c.]
Hic rursus calumniatur Auctor, tamquam Orthodoxi
velint incesta excusare exemplo Loth; quum contra alle-
goricè exponere sint soliti, si qua peccata sanctis imputan-
tur; vii. incesta Loth B. Augusti. lib. 22. contra Iustinum
c. 41. & ibidem c. 83. fornicationes cum incesto Iu-
dæ, & c. 80. turpes Osee de prostitutione nuptias,
denique cap. 30. semel plures Abraham & Patrum no-
strorum nuptias.

45. exēpla, &c. representati iudicij fornicatio-
nis, &c.] Adludat haud dubiè ad diluuiū, Gen. 9. & So-
doma & Gomorthe conflagrationem, Gen. 19. Accipitur
autem etiā hic representati, pro: ad presentiam adducti.

46. Et vtique sufficit tantum numerum XXIII,
milium, &c.] De hoc vide supra Tom. 3. lib. adu. Gnostico-
s c. 3. num. 27. ex quo loco profrus hic castigamus: filias
Moab, pro: Madian.

47. Habuerint pristina tempora, &c.] Etia hic
Orthodoxos calumniatur; taquā omnis impudicitia
velint facere potestatem, Profrus verò obscurū, immò
mendosum est illud: & lactæ sortes non habentes ido-
neæ, cui tamen mederi non licuit.

48. At vbi sermo Dei, &c.] Elegans est Terullia-
nicum illud: carnem ne nuptiis quidem resignatam,
de B. Maria carne Virgine, quamquam nuptæ, & ne nu-
ptiis quidem resignanda, de carne Christi Virgine. Op-
ponit autem Christi facta, factū Eua.

49. quæ mūditiā suas aquis traderet, &c.] Hoc
idem est quod dixit supra alicubi lib. de Bapt. Christum
baptismo suo aquas sanctificasse, ubi etiā latè de ma-
teria baptismi aqua pura. Aiqui etiam hoc ad calumniā
pertinet quod sequitur: Non corpus Christi, &c. Di-
stinguimus verò cū Hieronimo: & magno redempta est,
sanguine scilicet Domini & agni, de quo loco 1. Cor. 6.
supra non semel.

C A P. VII.

50. A parabolis licebit incipias, &c.] Caput hoc
inscripsimus: De ouis & dragmæ perditæ restitutio-
ne. Quam historiam Luc. 15. quum supra lib. de Pœnit. cap.
8. nu. 50. & de Patientia cap. 12. adduxisset ad Pœniten-
tiæ confirmationem, & similiter interpretatus esset lib. 4.
aduers. Marc. cap. 32. tum adhuc Catholicus; hic nititur
detorque, à Christianis peccatoribus pœnitentibus ad
cibni-

ethnicos. Quod inter cetera desumpsisse hinc Nouatianos,
patet ex B. Paciani Epist. 2. vbi quod Epist. 1. citauerat pro
pœnitentiæ testimonium, plenius repetens, dicit eos do-
cuisse, ad humilem, id est, ethnicum populū pertinere.
Verum post multam disputationem rectè respondet, con-
trarium conuincit ex eo quod sequitur: sic erit gaudium
in caelo super vnum peccatorem pœnitentiam agentem,
quàm super 90. iustis, quibus non opus fuit pœnitentiā.
Nam si omnia, inquit, ad commonendos nos scripta sunt;
cui tandem populū ille peccator humilis comparabitur,
nisi populo pœnitenti? Nec aliter interpretantur B. Cy-
prian. Epist. 47. ad Cornel. & 51. ad Antonian. B. Hieron.
locis citatis, & B. Ambros. lib. 1. de pœnitentiā cap.
4. & B. August. Quæst. Euang. libro 2. cap. 33. &
ante hos omnes B. Dionys. Areop. Epist. 8. ad Demoph.
monach.

51. Proceadant ipse picturæ calicum vestro-
rum, &c.] Eodem pertinet quod infra dicitur cap. 10.
Cui ille si fortè patrociniabitur Pastor què in ca-
lice depingis, &c. de quo nihil libentius bibas,
quam ouem pœnitentiæ secundæ. Ad ego eius
Pastoris scripturam haurio, qui non potest fran-
gi. Vnde colligitur, tum temporis calices (quorum haud-
dubiè, vii. supra adnotauimus lib. de Orat. num. 1. vsus
in sacrificiis) non solum depingi solere figuris historia-
rum noui Testamenti vnde & confirmatur vsus Im-
aginum in Ecclesia, de quo supra Apologet. cap. 12. num.
184.) sed etiam vitreos fuisse, hoc est enim quod dicit, tra-
gi faciles. Atque hoc ipsum est quod citauit in nostris
Ecturgicus Latinorum de B. Zepherino eius etatis Rom-
ano Pontifice, ex Damaso, Valafrido, & Radulpho Tun-
grensi, quod ille statuum fecerit vt omnia vasa Ecclesiæ
essent vitrea. Adit da arinus Polonus: aut stamea. Ve-
rum tamen, non multò post etiam argentea & aurea va-
sa in vsu fuisse, patet ibidem ex passione B. Laurentij, a-
pud B. Ambros. Offic. lib. 2. cap. 18. qui passus est circi-
ter vno mense ante B. Cyprianum; item ex Opt. Mile-
uit. lib. 1. contra Armenian. & B. August. contra Cre-
sent. Grammat. lib. 3. cap. 29. Rursus autem pecu-
dis nomen vsurpat, pro: oue, idque non semel. Aiqui
castigamus ex M.S. cod. Angl. cui alij configurasse
credendum est; pro: quum figurasset, cui alij cre-
dendum est, maxime quum ad illum magis accedat Ga-
gnai lectio prior.

52. Sed ouis propriè Christianus, &c.] Istud sibi
obicienti ex persona Ecclesiæ, seipsum conuincit; nihil
enim habet quod respondeat quàm: Ergo nihil ad mussi-
tationem respondisse Dominum. Immo verò, qui
mussitatio esset non tam de publicanis quàm peccatoribus,
aptissima fuit responsio ouis restituta parabola. Adludi-
tur autem in hac obiectione ad illud Joan 10. Ego sum pa-
stor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus
suis, & sicut vnus grex, Græcè ποιῶν, pro quo
alij ouile transferunt; quæ omnia non nisi de Christianis
possunt intelligi. Legimus verò: & idè Christianus in
oue intelligendus, pro: non intelligendus; & sup-
plemus ex Angl. M.S. cod. nōnne omne hominum
genus vnus Dei grex est? Cui responderi potest, at non
Christi. Sine autem legas: & quibus pœnitentiā opus
non esset habentibus gubernacula cum M.S. Angl.
cod. siue cum exc. habentes, perinde est, quia præcedit:
iusti Iudæi.

53. Proinde dragmæ parabolam, &c.] Etiam hoc
adhuc orthodoxus citauit pro Pœnitentiā Christiani pec-
catoris Auctor, locis supra citatis num. 50. sicut & alij

Patres, quorum ibi fit mentio. Supplemus verò ex Angl.
M.S. cod. Equè in ethnicum interpretatur. Quare
perperam exponit: domum, totum mundum, quàm
ipse cum aliis Ecclesiam. Malim autem paulopost lege-
re: in Christianum peccatorem defigerentur, quum
defingerentur. Aiqui de Prouerbio: Decedam pau-
lisper de gradu isto, vide nostra Prolegomena, & Ter-
tullianicum est: obduxero diuersæ partis præsum-
ptionem.

54. Condico, &c.] Etiam hæc vox Terullianica,
ac si dicat; vñd vobiscum dico, Christianum iam pec-
catorem in vtraque parabola portendi, vipotè ve-
ritate victus. Verum aliud denud effugium querit, quod
loquatur de peccatoribus viuentibus, non mortuis; quales
adfirmat, sed non probat, esse mæchos & fornicatores. Sup-
plemus autem ex Angl. M.S. erit & de perditionis ge-
nere retrahere, & cum Dn. Latinio legimus: inter-
eundo, pro: interiendo.

55. in spectaculum, &c.] De quatuor his generibus
spectaculorum vide Tractatum nostrum supra Tom. 2.
ad lib. de Spectac. nu. 1. de artibus curiositatis in mi-
nisterium alienæ idololatriæ, lib. de Idolol. cap. 4. 5. 6.
7. 8. & 9. de ancipiti negotiatione, ibidem cap. 9. &
de verbo blasphemiar, quado quis iurat per idola,
cap. 20. ac 21. Mirum autem esset quod Auctor Vehem-
entia animi blasphemiam inter remissibilia peccata po-
neret, quum infra cap. 9. & rursus 13. inter irremissi-
bilia collocet; quare hic necessariò illud: aut blasphe-
miæ, prætermisimus.

56. vel & ipse fortè ira, tumore, &c.] Familiare
id est omnibus hæreticis; immò etiam ipse Terullianus vi-
detur abruptisse, aliqua simili animi adfectione, de quo
interim in vita eius lauius.

57. Pastores ecclesiæ deuoratis, &c.] In hac scri-
ptura Exech. 34. Variat à LXX. Auctor, & ipse quoque
B. Cyprian. non vno in loco, vertens: quod forte est, vbi
aly: crassum: non curastis, pro: non cōfortastis, & quod
expulsum est, non conuertistis, pro: & errans non re-
duxistis, quod tamè magis instituto Auctoris quadraret.
Fortassis legit priori loco τρωκὼν, pro: πωκῶν; reliqua pro
iisdem videtur habere.

58. Mœchiæ verò & fornicationis non dragma,
sed talentum, &c.] Etiam si talentum esset, non ani-
maduertit Auctor aliam parabolam Regis, qui dimisit
seruo suo decem milia talenta, Matth. 18. Elegans autem
metaphora, lumen lucernæ, spiculum, solis, lancea,
Quæ sequuntur, pertinent, non ad pœnitentē, peccatores,
sed eos qui non agunt pœnitentiā, nisi fortè de sua Mon-
taniſtarum loquatur Ecclesia.

C A P. VIII.

59. Sed enim plerisque interpretes, &c.] Titu-
lum huic capiti dedimus: De parabola duorum filio-
rum. In qua certè ipse potius Auctor in caligine à ve-
ro lumine exorbitat; atque adeò etiam illi magis (si-
cuti omnibus etiam hæreticis) competit elegans illa Me-
taphora, quàm Orthodoxis maxime quum ipse lib. supra-
dicto de Pœnit. cap. 8. num. 51. & lib. de Patient. cap. 12.
hanc Parabolam ad pœnitentiā cōfirmationem adduxerit;
sicut etiam B. Pacianus vtroque loco supra citato n. 50. B.
Ambros. lib. 1. de Pœnit. c. 3. & hu omnibus antiquior B.
Dionys. Areop. Epist. 8. ad Demophil. monach. B. Hieron.
quoque Epist. 46. ad Damasum eiusdem argumenti. Qui
quidem, sicuti Auctor (quomodo etiam B. August. Quæ-
st. Euang. lib. 1. c. 33.) filium minorem ethnicos, ma-
iorem Iudæos, interpretantur: sed. deinde ostendit
KKK iij

(contra quam Auctor) quomodo de isto generaliter peccatore Christianus posuit intelligi. Similiter interpretatur etiam Auctor Homilia de Patre & duobus filiis, inter opera B. Chryso. in Lucam; premitens: de ethnico & Iudeo commode non posse intelligi. Et Verò B. Hieronym. pro hac sententia facere scribit illud Patris ad seniores filios: Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & renixit, perierat & inuentus est; scribens illud correspondere cum eo quod de parabola præcedenti dixit: Hoc erit gaudium coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Atqui in expositione verborum totius parabola, satis cum Auctore omnes illi consentiunt. Porro sunt elegantissimæ phrasæ Tertullianicæ: in vestibus purpura oculandis, inter se amasse, ac: erudito corpore. De proverbiali Verò formula: in caligine à lumine exorbitare, vide nostra Prolegomena.

60. Duos enim populos in duobus filiis collocant, &c.] Nullum hactenus vidi Veterum, qui expresse duos filios, Iudaicum maiorem, Christianum minorem, interpretentur; quare non est quod eam defendamus sententiam, sed potius illam quæ iustos & peccatores intelligit.

61. Licet enim, &c.] Est istud Tertullianicum: Licet enim filius audiat & Iudæus, & maior, &c. ac si dicat: Licet filij nomen, & maioris, sibi tributum audiat Iudæus; nempe ab Apostolo Rom. 9. Vbi legitur: Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum; & deinde: maior serviet minori.

62. sed non erit Iudæi dictum ad Patrem: Ecce quot annis, &c.] Idipsum argumentum obiciebat B. Hieronymo Damasus. At B. Hier. in priori parte sue expositionis, negat id dictum de Iudæo populo, si de ethnico & Iudæis velimus intelligere; sed de ea iustitia, quam in lege sequentes, Dei iustitia non subiciebantur. Peculiare est autem Auctori: quot annis, pro eo quod alij omnes: tot.

63. odio habens traducem in portis, &c.] Adhuc videtur ad illud Isai. 29. Omnes autem arguentes in portis offensionem ponent (vbi est figura Græca tamquam dicat: aduersus omnes arguentes, &c.) & obliquauerunt: in iniquis iustum; pro quo hic multo aliter Auctor: & aspernamento sermonem sanctum. Sicuti & in eo quod sequitur Isai. 1. qui non computauerunt Dominum (seu Deum, quod malo, sicuti legit MS. Angl.) pro eo quod alibi semper: non cognouit; ac si dicat: non estimauerint pro Deo. Atqui castigamus ex coniectura Harrisij & nostra: Quærant igitur, pro: Quærant.

64. Multo aptius Christianum maiori, &c.] Neque hanc alicubi interpretationem apud aliquem Veterum reperi; atque adeo merito, eam non conuenire, Auctor significat. Ibi autem: siquidem tota spes nostra cum reliqua Israël expectatione coniuncta est, adludere videtur ad illud Rom. 11. Si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium; quanto magis plenitudo eorum? De Poterbio Verò: ad speculum respondere, vide nostra Prolegomena.

65. & fabula, & scena, & persona, &c.] De his latè supra Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 10. & 17. Rursum verò vide nostra Prolegomena de Proverbio: nihil ad Andromacham.

66. Sic & hæretici, &c.] Pulcrum est istud de præscripturarum expositione apud hæreticos solutos à regula veritatis, de quo latius supra Tom. 3. lib. de Præ-

script. adu. hæ. cap. 17. Est autem ibi ironia: aptissimè excludunt. Quare aptissimè: quoniam, &c. Sic enim prorsus distinguendus locus ille. Et verò excludunt (metaphorè sumpta à gallinis aut aubus, quæ pullos dicuntur excludere) accipiunt, pro emulcent, exponunt, interpretantur; sicuti etiam alicubi supra, ni fallor, Auctori visitatum est; cui magis familiare: Vacuit, pro: Vacauit. Atqui videtur mihi agere contra Marcum & Colorbassum hæreticos, qui Deum suum ex numeris consciebant, & inter cetera (Irenæo teste lib. 1. cap. 13.) ex dragma perditâ & oue, quod pertinet etiam illud sequi. quare centum oues, & quid utique decem dragmæ.

C A P. IX.

67. Nos autem, &c.] Quum eiusdem sit argumenti istud caput, nouo titulo non est opus. In eo à precedenti differt, quòd ibi aliorum, hic suam sententiam proferat; de qua quid sentiam, habes supra num. 59.

68. & quæ illæ scopæ, &c.] Confirmatur hinc, tamquam Verior lectio Luc. 15. de dragma perditâ: & euerit domum, pro altera euerit, Græcè etiam magis voci conformis: σκαῶν, quod significat: scopis purgare, maxime quum iterum repetat Auctor: tam scoparum. Est verò rursus Tertullianicum: cui exemplum procuratur.

69. Quibus enim cohærent, eandem habent causam, &c.] Hoc ipsum habet etiam B. Hieron. sed aliter (vbi num. 50. dictum est) ab eo explicatur ex utraque parabola, iam dragma & ouis, quam duo filij.

70. apud Iudæam vsurpatam iam pridè Pompeij manu, &c.] De Iudæa vsurpata Pompeij manu, vide Ioseph. lib. 14. Antiqu. cap. 8. & lib. 1. de bello Iudæico cap. 5. & Egeffip. de Excid. Hierosol. lib. 1. cap. 14. 15. 16. & 17. Vbi Pompeium Magnum appellat; eundem nempe, qui in Numismatis & Fastis Consularibus appellatur, C. N. POMPEIUS, C. N. F. SEXT. N. MAGNVS III. PROCOS. AN. Vrb. COND. DCXCII. quo anno Romæ triumphum egit per biduum, inter cetera de Syria, & Iudæa.

71. atque Luculli, &c.] Luculli etiam mentionem faciunt Ioseph. lib. 13. cap. vlt. & Egeffip. dict. lib. 1. cap. 13. narrantes de illo, quòd Tigranem Regem Armeniorum facta in Armenio irruptione, ab obsidione Ptolemaidis recedere coegerit, atque hinc est quòd inueniatur in Fastis TRIUMPHVS L. LICINII L. F. L. N. LVCVLLI PROCOS. EX PŌIO, Cappadocia, Armenia, de Regibus Mithridate & Tigrane. Qui quum eodem anno contigerit, quo Hierosolyma à Pompeio fuit occupata, nempe C. Antonio & M. Tullio Cicerone Cos. fortassis post victoriam iam dictam de Tigrane, unà cum aliis Romanis legionibus interfuerit ipse expeditioni Syriae & Iudææ, quamquam & Ioseph. & Egeffip. id Scandro potius tribuant.

72. legat Deuteronomium: Non erit vestigal pendens ex filiis Israël, &c.] Hinc scripturæ, quam adlegat Auctor, ut probet publicanos fuisse ethnicos, opponit B. Hieron. dicta Epist. ad Damasum: Matthæum (Matth. 9.) eumque qui in templo orabat, Luc. 18. & publicanos baptizatos baptismo Ioannis, Luc. 7. Quos ex circumcissione fuisse probat, quòd credibile non sit ethnicum templum ingressum, aut Dominicum cum ethnicis habuisse conuiuium, quum id maxime caueret, ne legem solvere videretur Quo loco ad mag. adnotatum est Deuter. 23. sed ibi non reperitur, nisi forte tale quid etiam olim lectum fuerit, vbi prohibetur non fœnerari. Verum de hoc vide nostra

nostra Prolegomena inter Paradoxa Auctoris.

73. Ceterum nec denotaretur, &c.] Etiam in hoc fallitur Auctor, quia denotatus fuit Dominus peccatricis tactu admittens, Luc. 7. quum etiam Iudæa esset, non ethnica. Atqui phrasæ est Tertullianica (de qua alicubi supra) licet in agina congruentiss. de qua inter Proverbia in Prolegomenis.

74. Nam si Christianus est, &c.] In hac periodo parentesi inclusimus (utique baptismatis, utique spiritus sancti, & exinde spei æternæ) item: (cui alij quàm diabo?) Castigauimus etiam ex Angl. MS. cod. respicit, pro: respicit, & fornicarij, pro: fornicatorij. Illud verò: tota substantia sacramenti, de baptismo intelligitur.

75. de quo indignè vestiti, à tortoribus solent tolli & abiici in tenebras, &c.] Emendauimus sic ex dicto Angl. MS. cod. pro eo quod erat corruptiss. auribus; nam Matth. 22. legitur de eo qui non habebat vestem nuptialem: Tunc dixit Rex tortoribus: tollite eum in tenebras exteriores. Legit enim etiam ibi Auctor, quod est Matth. 18. tortoribus, quum Mat. 22. solummodo legatur: ministris. Paulopost autem castigamus: nisi qui Deum nescit; nisi qui Deum nouit; pro eo quod erat Vtrobique: Dom inum.

76. Vide an habeat ethnicus, &c.] Præterquam quòd ethnico adplicat, quòd alij peccatori Christiano; pulcrè aliqui hanc parabolam explicat. Est verò Tertullianicum: satisfacto redit.

77. quo fidei pactiorem interrogatus obsignat, &c.] De hac vide supra Tom. 3. lib. de Bapt. inter Baptismi ceremonias, num. 1.

78. opimitate Dominici corporis vescitur, Eucharistia scilicet, &c.] Cum primis hoc loco probari veritatè Dominici corporis in Eucharistia, supra adnotauimus Tomo 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 40. nu. 662.

79. Ceterum si in hoc gestit, &c.] Veritate victus, confitetur etiam de peccatoribus & iustus posse hanc parabolam intelligi; sed ita, inquit, omnia delicta capitalia concedi, id est, penitentia remitti possint, quòd ipsum fatentur & tradunt Orthodoxi. Verum rursus ab ea declinat, quum per solum martyrium vult remissionem fieri.

80. Non est leuior transgressio in interpretatione, &c.] Competit hoc ipsum iterum in hæreticos, atque adeo ipsum Tertullianum, potius quàm in Catholicos.

C A P. X.

81. Excusso igitur iugo, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quòd etiam ethnicis competat penitentia denuntiatio; cuius contrariam sententiam Orthodoxis impingit. Veruntamen non sequitur, precedentem parabolam de ethnicorum penitentia debere intelligi, & totum id intelligendum de penitentia, prima salutis tabula, nempe Baptismo ipsos nam altera appellatur vel ab ipso Auctore supra lib. de Penitent. cap. 7. secunda tabula post naufragium, quam hic impugnat. Quare rectè etià B. Pacianus ostendit, quòd non solum in baptismo (ad quem errorem inclinari videtur etiam Auctor) peccata dimittuntur. In quo eundem imitatus est B. Ambros. lib. 1. de Penitent. cap. 7. De Proverbio autem: excusso iugo, vide nostra Prolegomena.

82. Non ergo & Ionas, &c.] Sic prorsus legimus, ut accipiatur pro: Nonne, more Tertulliani; qui illud semper vsurpat, verò quòd aut numquam: Num. Supplemus autem mox: ethnico quocumque penitentes redempturæ, ex Angl. cod. MS.

83. Sed hoc volunt Pŷychici, vt Deus iustus iudex, &c.] Sic omnino legimus, pro: iusti, quia supra cap. 2. dixit: Quia et si bonus naturâ Deus, tamen & iustus, adludens Vtrobique ad illud Psal. 7. Dominus iudex iustus. Sufficit verò contra Auctorem, qui hic detorqueat illud: penitentiam peccatoris malo quàm mortem, quòd ipsemet supra lib. de Peniten. cap. 4. eam citauerit de penitentia, quemadmodum etiam B. Pacianus, qui disertis verbis probat, eam scripturam ad Christianos pertinere non ad ethnico. Atqui de proverbiali formula: funambule pudicitia, vide nostra Prolegomena, sicuti de illa: tenuiss. filu pendente vestigio ingredi, ut potè quo artem funambuli describit, eam rectè appellans: disciplinâ veri auiam; item de illis: in gradu tortus es, &: quasi in solido es.

84. si scriptura pastoris, &c.] De hac quid sentiendum, vide supra Adnotat. nostras Tom. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 48. & ad Symbolum Rufini inter opera B. Cypriani, num. 158. Hoc ad intellectum huius loci pertinet, quòd operis eius tribus libris distincti liber secundus Pastor prænotatur, in quo angelus penitentia nuncius proponitur; ut potè quum (Origene teste lib. 10. in Epist. ad Roman. cap. 16.) Hermas illius operis Auctor post multa peccata ad penitentiam conuersus fuerit; quem Dorotheus in Synopsi scribit fuisse Philippopolis Episcopum. Certè, præterquam quòd Auctor supra irridere videtur, hic disertis verbis adfirmat: scripturam Pastoris ab omni Concilio Ecclesiarum inter apocrypha & falsa iudicari.

85. (prostitutorem & ipsum, &c.) Istud de Pastore Christo in calice depicto, parentesi inclusimus; vbi calumniatur, tamquam post calicem Dominicum ob speratam penitentia veniam, iterum Orthodoxi sacerdotes ad ebrietatem & machinam reuertentur. Quamquam interim etiam si de Laicis concesso vsu calicis velis illum loqui quispiam, nihil obstat hodierno vsui sub altera specie, ut potè quum supra ostenderit lib. de Orat. num. 1. semper etiam etate Tertulliani, vsum sub altera distinxerat specie obseruatum fuisse. Verum de eo latius in nostro eius Argumenti libello.

86. Facite dignos penitentia fructus, &c.] Etiam istud & sequentia dixerit Joannes Baptista, Matth. 3. ad nondum baptizatos non sequitur inde nullam post baptismum esse penitentiam; ut potè quum multis aliis scripturis B. Pacianus confirmet & ipse quoque Auctor supra sapientissimo libro de Penitentia; quemadmodum etiam B. Hieron. & Ambros. locis supra citatis.

C A P. XI.

87. Exinde quod ad Euangelium pertinet, &c.] Caput hoc inscripsimus: De factis Domini erga penitentes.

88. & vnguento sepulturam eius inauguranti, &c.] Vel hinc probatur eorum sententia, qui non dunt, sed vnicam Magdalenam faciunt; ut potè quum eidem peccatrici sceminæ lauanti lacrymis pedes Domini, & crinibus detergenti (quam etiam in penitentia exemplum adfert Auctor supra Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 18.) adtribuat; & vnguento sepulturam ipsius inauguranti; quòd contigisse ante passionem Domini, patet Matth. 26. Marc. 14. & Ioan. 11. quum dixit Dominus: Mittens enim hac vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit, &c. Atqui etiam istud adducit contra Nouatian. B. Pacianus Epist. 2. ad Sympron.

89. Samaritanæ sexto iam matrimonio, &c.] Antidotum huius habes supra in loco simili lib. de Mon-

gam. cap. 8. num. 64. quod nempè sextus ille non maritus fuerit, sed mœchus, & tamen illi Christum indulsisse non diffusetur hic Auctor.

90. Nunc enim dicimus: foli Domino hoc licet, &c.] Loqui rursus ex sententia Montani, supra adnotauimus ad locum similem cap. 3. num. 26. Verum, ad eandem ex parte Nouatianorum sibi factam obiectionem, respondet B. Pacianus Epist. 2. ad Sympron. Nouatian. Ceterum quod ego facio, non meo iure facio, sed Domini. Dei sumus adiutores (inquit) Dei edificatio estis, & iterum: Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit; ergo neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quare, siue baptizamus, siue ad penitentiam cogimus, seu veniam penitentibus relaxamus; Christo id Auctore tradimus. Tibi videndum, an Christus hoc possit, an Christus hoc fecerit. Hæc illi ille. Quia itaque Christum id fecisse ipse quoque Auctor confitetur, perpetram subiungit tempora illa quibus Christus in terris egit, nobis non præiudicare, maxime quum similem etiam locum habeas apud B. Ambrosij, de Penit. li. 1. cap. 7.

91. Christiana enim disciplina à nouatione Testamenti, & ut præmissimus, &c.] Quod adludat hic Auctor nescio, quum hoc libro nihil tale præmiserit, nisi forte ad scripta sua præcedentia. Nam Tom. 1. Apolog cap. 5. tradit tempore Tiberij (sub quo Christus passus est) nomen Christianum in orbem introiisse, & cap. 7. Censur istius disciplinæ à Tiberio est. Vbi eadem significatione accipi: censuram, pro origine, qua hic censetur; adnotauimus supra lib. 1. adu. Marc. ca. 21. num. 149. Atqui perpetram argumentari Auctorem: Christiana disciplina à passione Domini originem habet, ergo exempla Christi ante suam passionem non sunt imitanda: notius est quam ut refutatione indigeat.

CAP. XII.

92. Itaque isti qui alium Paracletum, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De interdicto fornicationis in Concilio Apostolorum, Act. 15. Atqui ad hæresin Montanistarum pertinet, quod hic subindicare videtur: Orthodoxos Paracletum in Apostolis & per Apostolos receptum, iam non possidere, quod in Prophetis (nempè Montano & insans suis faminis) proprius (id est, magis proprius, nam id iterum ex Gagneo legimus, pro: propriis) non agnouerint; quod quædam absurdum sit, ipse Auctor docuit supra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. heret. cap. 52. her. 21. num. 327.

93. vel de Apostolico instrumento doceant, &c.] Non sequitur: Ex Actis Apostolorum (quod Instrumentum Apostolorum nuncupat) non docetur: maculas carnis post baptismum resperfas penitentiæ dilui; ergo peccata post baptismum non delentur penitentiâ; quia alius scripturis plus satis comprobatur. Immo etiam Act. 8. Vbi ad Simonem Magum iam baptizatum, & post baptismum donum spiritus sancti volentem pecunia possidere, loquitur Petrus: Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua. Neque obstat, quod subiungit: si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui; Unde argumentabantur Nouatiani Petrum non confirmasse ut agerent penitentiam peccatum remitteret. Respondet B. Ambrosij, lib. 2. de Penitent. cap. 1. Considera de quo loquitur, hoc est, de Simone, qui non ex fide crederet, sed dolum ageraret. Ego autem (inquit) nec Petrum dubitasse credo, &c. Non enim ignorantia in verbo (nempè: si forte) exprimitur, sed in scripturis diuinitus frequens huiusmodi consuetudo aduertitur, quod simplex sit elocutio. Quod quum scripturis docuisset Hier.

26. & Ezech. 3. postea id ipsum comprobans etiam Christi verbis, Matth. 21. & Joan. 8. interseruit: Denique ipsi sapientes sæculi, quod Latine fortè dicitur, Græcè Τόχο, nõ ubique pro dubitatione posuerunt. Hæc paulo proximus, ob similem Auctoris phrasin frequentiss. qua: si forte, pro: fortè, ubique accipitur: sicuti exempli gratia cap. prox. quæ si forte nõc æstimaretur, & quæ in Apostolo colaphis si forte cohibebatur.

94. à sacrificiis, & à fornicatione, & sanguine, &c.] Eodem modo hanc scripturam ad idem institutum (ut ostendat esse capitalia & mortalia crimina: mœchiam, idololatriam, & homicidium) adfert B. Pacianus Exhort. ad Penitent. præterquam quod legat: ab idololatriis, & sanguine, & fornicatione, sicut hodie legitur Græcè & Latine. Verum postquam eadem supramodum exaggerauit, subiungit: Ergo (inquit aliqui) periuiri sumus? Vbi misericors Deus, qui mortem non inuenit, nec letatur in perditione viuorum? Respondet autem: Accipite remedium, &c. Qui nimium confidit, indignus est. Vos ergo appello, qui criminibus admissis penitentiam recuatis: qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri. Denique post aliquot paginas sic concludit. Per rogo vos Ecclesia fides, fratres, ne pudeat in hoc opere (ipsis verbis Tertulliani supra lib. de Penit. cap. 10. & 9.) nec pigeat opportuna quamprimum remedia inuadere, &c. ne prolixiores sumus. Atqui quod hic omittitur ab utroque (quia ad institutum non faciebat) & suffocatis; habes tractatum supra Apolog. cap. 9. num. 138. Pulcre autem subiicit Auctor, ad intellectum loci iam citati: Interdictum enim sanguinis, multò magis humani intelligemus.

95. Cur ergo ceruicem nostram à tanto iugo excusant, &c.] Quid si etiam hic legi debeat excusant, pro: excusant, sicuti supra adnotauimus legendum Tom. 2. lib. de Virg. Deland. cap. 7. num. 53. nolui tamen quid immutare. De Proverbio verò: ceruicem à iugo excutere, Vide nostra Prolegomena. Castigamus autè prorsus ex Anglic. MS. cod. ad necessarios, pro: necessaria; maxime quum illud etiam alibi Auctori sit usitatum non semel, & sequatur noncentioribus.

96. Sed non leuiter nobis compactus est spiritus sanctus, &c.] Adludit ad illud Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. hoc est enim quod sponsonem appellat, addens: Iam nec recipiet (id est, retinebit) quæ dimisit, nec dimittet quæ retinuit.

97. Hinc est, quod neque idololatriæ, neque sanguini pax ab Ecclesiis redditur, &c.] Supra ubi id ipsum habet sub finem cap. 5. num. 38. diximus, hoc calumniam esse; cui adde que iam diximus num. 94.

CAP. XIII.

98. Nouimus planè & hic, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus & sequenti, De facto Corinthij fornicatoris, ex Epist. 1. & 2. ad Corinthios. Quod ipsum tractatur à B. Paciano, tum Exhort. ad penit. tum Epist. 2. ad Sympron. & B. Ambrosij, lib. 1. de Penitentia cap. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. Qui disertis verbis eundem adferunt fuisse Corinthium fornicatorem, quem 1. Cor. 5. tradidit & Satanæ, & cui, 2. Cor. 2. donasse se scribit, quem admodum etiam B. Chrysost. alique Græci in Epist. 2. ad Corinth. & Auctor Comment. in Epist. Pauli inter opera B. Ambrosij, item B. August. lib. 3. contra Epistol. Parmen. cap. 1. Et verò (quod eodem redit) interitum carnis non modò B. Pacianus & Ambrosij, adflictionem carnis in officium penitentia interpretantur, sed etiam Origene-

Origenes hom. 24. in Ienit. & 12. in Ezechielem. Quare valeat solus Tertullianus cum suis Montanistis, ubique contrarium sentiens.

99. Si quis autem contristauit, &c.] In hac scriptura (præter illa qua paulo post adnotauimus) retinuit Græcam Eclipsim: Vti è contrario magis vos donare & aduocare (id est, consolari, voce Tertullianica) nempè de beatis. Legit dumtaxat: Nam & ego si quid donauit, donauit, quum alij plus legunt, legebatur etiam solummodo: in Christo, pro eo quod omnes supradicti & vulgari Interpres Latinus: in persona Christi; Verum istud substitutum ex MS. Angl. cod. quia & Græcè & Syriacè legitur. Consentit etiam vulgata Latine Versio, quod veritate fraudemur, cui conformiter ubi supra B. Ambrosij legit & interpretatur: circumueniamur, nec dissentit Versio Latina ex Syriaco: ne calumnia nos deferat, quamuis Græcè sit ΠΛΕΟΚΕΝΤΗΘΕΜΕΝ; pro quo B. Pacianus, B. August. ac Auctor Comm. Ambrosij, adscripti possideantur. Denique Veritatis iniectiones, quod Græcè est νόημοστος; pro quo plerique cogitationes, B. August. mentes, & B. Ambrosij, Veritas, quod magis cum Auctore conuenit. Nos verò in hoc commate, sicut Apostolus, castigamus ex eodem cod. MS. Angl. quoniam non ignoramus, pro: quod.

100. ethnicorum impudentiam supergresso, &c.] Sic ex variis lectionibus, eo quod apud Apostolum plurali numero legitur, 1. Cor. 5. qualis nec ingentibus, Vti ipse Auctor legit cap. sequ. idque ex coniectura Dn. Harrisij, & proinde etiam infra sub finem cap. super ethnicos delinquendo. Legimus item ex MS. cod. Anglic. Magis trifidiora cunctantur, pro: conctantur. Et ex coniectura Dn. Latinij: conciliatum, pro: conciliatum, ut vox sit à cibico deriuata, sicut à cinere, quæ sequitur, concineratum.

101. & benedictus Papa, &c.] Vides iam tum Papæ nomen in Ecclesia usitatum etiam Romanis Põisicibus; ad eundem enim sermonem haud dubie per Proposopœciam conuertit, de quo supra c. 1. Pontifex scilicet Maximus, Episcopus Episcoporum dicit. Atqui de nomine Papæ vide nostra Adnot. in B. Cyprian. ad Epistol. 3. num. 3. Et verò eidem adtribuit adhuc nomen benedicti, quamuis hæreticus, non secus atque fecit supra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. heret. cap. 30. num. 167.

102. Et tamen dilectionem audio, non communicationem, &c.] Etsi Apostolus, dicens: ut constitutis in eum dilectione, & communicationis expresse non meminerit; satis tamen ex eo colligitur, quod vox Græca ΚΟΙΝΩΣΙΑ ad iudices pertineat; quorum aded exhibere caritatem non aliud est quam donare, sicut mox sequitur: si cui autem donaueritis.

103. Si quis autem non obedit sermone nostro, per Epistolam hunc notare, &c.] Prorsus sic distinguendus hic locus 2. Thess. 3. iuxta emendationes Græcos & Latinos codices; maxime quum vertat Latinus ex Syriaco Interpres: si quis non obedit istis sermonibus qui epistola continentur, & B. August. loco citato. Qui magis proprie vertit: ut erubescat, & similiter noster interpres Latinus: confundatur, quem Auctori: reuereatur, sed est vox eadem significatione Auctori passim usurpata.

104. quem scilicet auferri iussisset de medio ipforum, &c.] Nõ rectè hoc soli incesto adplicat, quum sub finem capitis 1. Cor. 5. id habeatur, postquam in genere locutus est de pluribus fornicariis, auariis, idololatriis, &c. dein de auferri de medio apud Apostolum, non aliud est, quam tradi Satanæ, id est, sicut ipse Auctor non multò

post interpretatur: extra Ecclesiam proici.

105. ut emendarentur non blasphemare, &c.] Hoc ipsum mox transiit: uti disciplinam acciperent non blasphemandi, pro eo quod Græcè est 1. Tim. 1. ἵνα πῶσι δὲ εὐθεῶσι, pro quo Latinus Interpres: desinane non blasphemare; quod adludit altera eius translatio: ut erudiri haberent.

106. quid simile, blasphemia & incestum & anima ab his integra, &c.] Sic prorsus ex Angl. MS. cod. pro: blasphemiam, quia incestum semper neutro genere ab Auctore usurpatur, & sequitur: ac anima; quorum, blasphemia refertur ad scripturam, 1. Tim. 1. incestum, 1. Cor. 5. anima ab his integra, nempè Apostoli, 2. Cor. 12. Quam, quum elatam dicit, certè etiam Apostoli aut Orthodoxos id sentientes, calumniatur, ut potè, quum ibi non legatur elatus Apostolus in superbiam, sed dumtaxat sudentem angelum Satanæ sibi datum, ne se extolleret, sicut ipse præmittit. Sicuti etiam in hoc calumniatur, quod, quum ipse supra lib. de Fuga in persecut. cap. 2. & similiter alij Patres istud intellexerint de graui morbo aliquo, hic videlicet dumtaxat interpretatur: dolorem auriculæ aut capitis. Sicuti etiam dum insinuat Orthodoxos hinc colligere, quod etiam Apostolus Satanæ traditus fuerit, ut potè, quod nusquam reperiri quare & nõ malè subiungit: quum illi fuerint ab Apostolo traditi Satanæ, Apostolo angelum Satanæ datum.

107. de ceteris dixit, qui, &c. erudiri haberent blasphemandum non esse, &c.] Mirè detorquet hanc scripturam 1. Tim. 1. tanquam de alio dicti sit quam Hy-menæo & Alexandro; quod Patres de ipsis illis interpretantur, & nominatim Theodoretus in Comment.

108. Denique in interitum (inquit) carnis, non in cruciatum, &c.] Vides istud etiam detorqueat Auctor, certè vox Græca ὀλεθρον non modò stragem, siue interitum, sed etiam iacturam, & eadem significat, & vel Chrysost. Græcus de adflictione & punitione carnis interpretatur, non minus atque B. Pacianus & B. Ambrosij, quorum iste id comparat cum illis verbis Domini ad Satanam, Job 2. Ecce trado tibi eum, tantummodo animam eius custodi. Qui proinde etiam illud: ut spiritus salutis sit, (sicuti & alij Patres omnes) de ipso Corinthij spiritu interpretantur; non de spiritu Ecclesiæ, Vti detorquet Auctor.

109. Non scitis quod modicum fermentum rotam desipiat confersionem, &c.] Sic prorsus legendum pro: decipiat, ut desipiat accipiat more Tertulliano, pro: desipere faciat, id est, seporem immutet. nam & infra cap. 18. vertit Auctor: desipit. Et verò etiam hic fallitur Auctor, dum modicum fermentum ad fornicationem refert, quum potius de fornicatore intelligatur, qui modicum fermentum dicitur respectu totius Corinthiorum Ecclesiæ.

CAP. XIII.

110. Et his itaque discussis, &c.] Quum eiusdem sit argumenti caput istud, nouo titulo non est opus.

111. Sufficiat eiusmodi homini increpatio ista, &c.] Quum supra num. 108. ostenderimus interitum pro adflictione accipi, non subsistit argumentum Auctoris ex voce: increpationis, maxime quum vox Græca ἐπιτιμία proprie multam & pœnam significet; Unde & à B. August. loco citato cap. præced. correctio transfertur.

112. Animaduertamus autem totam Epistolam primam, &c.] Paucis totum argumentum Epistola prioris ad Corinth. explicat.

113. Deo gratias ago, &c.] In hac scriptura omittit

mco, iuxta Græcos & emendationes Latinos codices, i. Cor. 1. item ex Græco & βάρβαρος dicitur: in xerim. Legimus autem ex MS. Angl. cod. more Tertulliano: ne qui dicat: pro: ne quis. In eo verò quod sequitur 1. Cor. 2. omittit Pronomen me, sicut etiam B. Hilarius lib. 10. de Trinit. dicit quod Græcè non habeatur.

114. Et puto, nos Deus Apostolos nouissimos elegit, velut bestiariorum, &c.] Bestiarios, id est: ad bestias destinatos, eadem significatione qua supra Tom. 1. Apolog. cap. 9. dixit bestiarij, inquit. Quomodo videtur veterem vocem Græcam ἐπιδαυατίζω, 1. Cor. 4. (pro quo rectius vulgatus Interpret: morti destinatos) quod serè ad bestias condemnarentur Christiani, sicut patet eiusdem Apol. cap. vit. & alibi non semel ex populi clamore: Ad bestias, ad leonem. Legimus autem: Quoniã ex Angl. MS. cod. pro: quod.

115. Mihi autem in modico est, &c.] Hic differt ab alijs 1. Cor. 4. quod legat: in modico, pro eo quod alij: in minimo, ubi seruans Ablatiuum, quantumvis hodie Græcè sit: εἰς ἐλάχισον, & interroget, pro: diiudicet, iuxta æquiuocam significationem vocis Græcæ ἀνακριτῶν. Sicut etiam adfirmatiuè pronuntians illud 1. Cor. 9. Gloriam meam nemo inaniet, pro eo quod alij omnes: Bonum est enim mihi magis mori quàm ut gloriam meam quis euacuet. De Pronerbijs verò formula: exerta acies machæ: vide nostra Prolegomena.

116. Tam dicati estis, &c.] Transponit aliter Verba quàm habentur 1. Cor. 4. Bene autem habet, quod cum vulgato Interprete veritatè regnatis, quantumvis hodie Græcè sit: ἐσθλαίετε, & quod paulopostè veritè, sicut ille: Quis enim te discernit? ubi interim mirum est omitti ab Auctore illud intermedium: Si autem acceperis, sicut etiam quod in scriptura sequenti, 1. Cor. 8. non legat: idoli, & quod legat: in Christum delinquent, pro eo quod etiam ex Syriaco vertitur: delinquitis.

117. Aut non habemus potestatem, &c.] Quod hie: Aut non supra lib. de Monog. cap. 8. vertit: Non enim, ubi de hoc loco 1. Cor. 9. Latins. Nouè etiam dixit: de potestate vestra consequuntur: quod alij potestatis vestre participes sunt. Bene autem habet quod cum vulgato interprete Latino legat 1. Cor. 11. neque Ecclesia, quantumvis hodie Græcè sit: Ecclesiæ. Vbi mallems etiam cum omnibus alijs legere Dei, sed cum MS. cod. Angl. retinimus: Domini, ex quo, prorsus adiecimus ad scripturam 1. Cor. 16. Maranatha.

118. Quasi non sim venturus, &c.] Etiam hic consentit cum vulgato Interprete, quantumvis hodie 1. Cor. 4. Græcè legatur ἐρχομαι εἰς υἱὸν, & vertens mox: in virga. Differt in eo quod vertat: si permiserit Dominus, pro eo quod alij: si voluerit. Vnica verò voce trãstulit: luxistis, quod Græcè est ἐπεβήσατε, & paraphrastice εἰργον in malam partem, facinus. Atqui prorsus legimus omisso ve supersino: Quomodo auferatur.

119. extra Ecclesiam detur, &c.] V sitatum est Auctori extra Ecclesiam dari, & mox: de Ecclesia auferri, &: sacramento benedictionis (nèpe Eucharistia) exautorari, ac ab Ecclesia clerari, item cap. 20. de Ecclesia eradicali, & supra num 30. rursum alijs verbis, denique cap. preced. extra Ecclesiam proici, quod nos excommunicari dicimus. De quo vide Tom. 1. Apolog. cap. 39. num. 502. & 503. De varijs sacrificijs Eucharistia alijs appellationibus, Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. E contrario cap. sequenti, ab excommunicatione absoluerè, offert Auctori: postliminim largiri Ecclesiasticæ pacis, dedânare, recipere in communicationem, reuocare in

Ecclesiam, concorporare rursus Ecclesiæ.

120. per mortem hanc quoque communè, &c.] Interitum carnis 1. Cor. 5. hic interpretatur mortem communem, quale quid habet etiam B. August. loco supracitato: sed magis illi placere indicat omnium Patrum expositionem, de qua supra num. 108.

121. Videmus itaque, &c.] Hallucinatur hie etiam Auctor, dum dicit diuifam Apostoli seueritatem in quendam inflatum, & in quendam incestum, quum sit Apostolum diligenter inspicimus, plurali numero: inflatos appellans & 4. & 5. cap. de ipsa Corimbiorum multitudine loquatur, non aliquo particulari. Sunt verò Tertullianica: increpitum, &: reprobatione pœnæ, id est, presentis effectum. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. venia fit planè, pro: fit, &: rei ratio ex cõiectura nostra, pro: reatio. Item ex dicto MS. cod. incesto (pro, incestus) non videtur ignotum (id est, ut sic loquar, ignotum) vt damnato (pro, vel) nam precedit: Inflato ignoscitur. Denique qui non morere haberet, phrasi Tertullianica, pro: morere.

122. Paulum Apostolum Christi, &c.] Puleros adfert titulos B. Pauli ex scripturis desumptos, locis ad marginem adnotatis; vocans etiam vbiq; censorum (sive vti cap. 16. columnam) disciplinarum, quem quoque ei adaptat, eo quod disciplinam virgeat.

123. Lulit igitur & de suo spiritu, &c.] Adludit ad illud 1. Cor. 5. Congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini. Ad primum enim pertinere videtur quod hic addit: & de Ecclesiæ angelo, tamquam angelus aliquis presit congregationibus Ecclesiæ; nisi malis quis referre ad Episcopum Corimbiorum, eadem phrasi, qua ad septem Ecclesiarum angelos scribit B. Joannes Apostolus Apoc. 2. & 3.

CAP. XV.

124. Si etiam sequentia illius Epistolæ, &c.] Cap. pui hoc inscriptum: De alijs ex Epist. 2. ad Corinth. Apostoli locis aduersus fornicationem. Nihil interrim illi obstant quominus secunda Epistola Verba ad fornicatoris absolutionem referri possint; sed adnotandi contra quosdam hodiernos Atheos potius quàm hæreticos, qui fornicationem, quam simplicem vocamus, peccatum negant, contra quos adeo facit supra cap. 1. 4. 5. & 6. ubi omnia libidinum genera inter capitalia crimina recensentur, & maxime cap. 4. quum dicitur: Nec enim interest nuptiam alienam in viduam quis incurset, dum non suam sceminam. Quo fit vt etiam B. Pacianus Exhort. ad penitent. inter crimina ponat disertis verbis definiens: omnem prorsus libidinem, extra vxorium thorum & complexus licitos euagantem reatu mortis adstringi. Quod pertinet etiã B. Cyr. lib. 3. Testim. ca. 63. Titulum capituli: Graue delictum esse fornicationem.

125. Propterea habentes administrationes, &c.] In hac scriptura 2. Cor. 4. consensit cum vulgato Interprete, quod vertat: secundum quod, quantumvis Græcè sit ὑπερβύς, &: abdicamus, pro eo quod hodie legitur, ἀπεπέμυδα. At ex Græco vertit: non deficimus. Supplemus verò ex MS. Angl. cod. An eiusdem fit excusare, &c.

126. qui inter titulos laborum suorum, &c.] In hac scriptura 2. Cor. 6. non variat, nisi quod transponat: ieiunia & vigiliis. Neque etiam in sequenti, quando quisdem supplemus ex MS. cod. Angl. quis consensus templo Dei & idolis: ex quo etiam castigamus: & infidelis cum fidei, pro: infidelitas. In tertia similiter, nisi quod legat dumtaxat: Dicit enim, pro eo quod alij omnes: sicut di-

cut dixit Dem, &: quia inhabitabo in vobis, pro: in illis. De Pronerbio autem: manum tradis, vide nostra Prolegomena.

127. Habentes igitur promissionem istam dilecti, &c.] Ex admonitione Harrisij sic legimus, pro eo quod erat corruptiss. delicti; nam ex Græco & Syriaco sic vertunt omnes, 2. Cor. 7. & similiter: perficientes, pro: perficientes, denique in Dei timore, pro: in fidei.

128. In finem enim Epistolæ, &c.] In finem accipit, pro: sub finem; nam istud scribitur ab Apostolo in fine c. penult. 12. nèpe. In qua scriptura iuxta eiusdem coniecturam castigamus: & vilitate, pro: vtilitate, tum quod Græcè sit ἀεὶ καὶ εὐλογοῦν, pro quo Interpretis vulgatus: in impudicitia, tum quod eodem modo transferat infra cap. 18. sine probro vilitatis vt emundata.

CAP. XVI.

129. Necessè est igitur, &c.] Titulum similem huic capiti imposuimus: De similibus locis Apostoli ex 1. Epistola ad Corinthios.

130. Qui & in prima primus omnium templi Dei dedicauit, &c.] Istud phrasi sua propterea Auctor, quod non modò 1. Cor. 3. vnde huic locum citat, sed etiam 1. Cor. 6. & 2. Cor. 6. doceat fideles templum Dei esse. Adludens ad templorum dedicationem, sanctionem, id est, sanctificationem & purificationem; metaphorice etiam ædificalem Legem vsurpans, tamquam ab æditijs templi profectam. Sicut etiam supra, ex Harrisio castigamus: vitabit illum Deus, pro: vitauit, quia illud Græcè est, συριὰ, & in Latinis codicibus omnibus.

131. immò & ante cetera, &c.] Hoc est, antequàm iterum templi Dei, 1. Cor. 6. fiat mentio. In qua adeo scriptura nihil nisi voces transfumat, & que ad institutum non faciebant, omittit. Legens deinde: Sed hæc quidem fuistis, cum vulgato Interprete, quantumvis hodie Græcè sit τῆς ἡμετέρας, præterquam quod habet: Sed, pro eo quod alij omnes: Et, omittens quædam intermedia. Atqui est Tertullianicum: accepto facit.

132. Si quidem denuò ablui non licet, &c.] De Baptismo, quod iterari non possit, vide supra Tom. 3. lib. de Bapt. cap. 15.

133. Cibi ventri, &c.] Græcè ἐσθλαίετε.

134. Euerite templum hoc, &c.] Alicubi supra vertit: Diruite, & Interpretes ex Syriaco Latins: destruite, pro eo quod noster Interpretes & alij: Soluite. Quod vltimum magis competit voci Græcæ ἰσθλαίετε. Verùm illi magis respexisse videntur ad citationem eorumdem verborum Christi, Matth. 26. & 27. ὅτι ἡ ἐκκλησία οὐδεὶς ἑσθλαίετε.

135. Auferens membra Christi, &c.] In hie & sequentibus rursum 2. Cor. 16. verbis nihil differt, & proprie ex Græco quædam transfert, sicuti alicubi supra adnotauimus. Emendamus autem ex MS. Angl. cod. secundum vestigia etiã lectionis Græcæ: nihil profecero, pro: fecero; & qui fornicatur, pro: quæ, quia illud legunt omnes. Sive autem legat: de decorauerit Deum cum MS. Angl. sive: Dominum cum exc. non refert.

136. De quibus autem scribitis, &c.] Non semel supra hæc omnia que hic adfert 1. Cor. 7. adducta sunt ab Auctore, & à nobis si qua sit differentia, indicatum est. Atqui de Pronerbijs: securi omnem syluam cædere, eradicate, & excaudicare, ac fibulã relaxare, & frenare, vide nostra Prolegomena. Legimus autem sicut semper supra: fructificare, pro: fructificare. Perinde est autem sive legat mox: infregit cum MS. Angl. cod. & Gagno,

sue: infringit cum exc. Nouè interim hic transfert: Vult enim omnes sibi adherere, sive, vti Gagno: & quales esse, pro eo quod Apostolus: Volo omnes esse tamquàm me ipsum, quod alicubi habet Auctor. Itè phrasi sua: quia præest nubere quàm vri. Qualis est etiam: dominico præcepto, & c. procurat. Malim autem legere: Sic vult nos Paulus præter sollicitudinem degere, pro: Sic vult nos pater, quia Pauli Verba sunt: nõ Dei, qui nomine Patris solus solet honorari; sed quia istud MS. cod. habet, nolui immutare. Atqui in eo quod addit: fidem ingressã, (sicut supra patet libris de Exhort. cast. & de Monog.) non probans nuptias eius quæ vidua post fidei ingressum facta est, Montaniat; & submittatur Pontifici Romanum & Orthodoxos in eo quod subdit: quis iste est adfertor audacissimus, &c.

137. Sed est hoc sollempne peruersis & idiotis & hæreticis, &c.] De hoc, quod sollempne sit hæreticis, alicuius capituli incipit occasione (quod falsò Pfy-chicis etiam tribuit) aduersus exercitum sententiarũ instrumenti totius armari; vide supra latius Tomo 3. lib. de Præscript. adu. her. cap. 17. num. 105. & 106.

CAP. XVII.

138. Prouoca ad Apostolicam aciem, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De alijs Apostoli aduersus fornicationem locis. Qui quidem faciunt ad cõfirmandam grauitatem criminis illius: sed nihil obstant, quantumvis id virgeat Auctor, quo minus veniam Corimbio dare potuerit.

139. Aduocatio enim nostra, &c.] Hoc est consolatio: phrasi Tertullianica; quam transtulit 1. Thessal. 2. pro eo quod alij omnes: Exhortatio: eo quod vox παρακλησις vtrumque significet. Quam autem scripturam 1. Thessal. 4. mutilam citat supra Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 15. hic integram; nihil ab alijs varians.

140. Imprimis posuit fornicationem, immunditiam, lasciuiam, &c.] Triã dumtaxat eodem pertinentia etiam B. Hieronym. recenset Gal. 5. tertio loco collocans impudicitiam, sic etiam in Syriaco cod. alioqui Græcè & Latine hodie 4. recensentur, quorum primum μοιχεύει; sed mœchiam & fornicationem confundunt veteres. Sive autem legat: hæreditati cum Angl. MS. cod. sive: hæreditate, perinde est.

141. Quid ergo dicemus? perferuimus, &c.] Prorsus sic legimus iuxta aditiones omnes Rom. 6. Item ex lib. de Refurr. carn. cap. 47. supra Tom. 3. supplemus: in Christo Iesu, seu manũ, Christum Iesum; ac: Consepulti ergo illi sumus; & castigamus: Si enim consati sumus, pro eo quod perperam repetebatur: consepulti, ac omissa particula superflua vos, legimus: Ita & reputate vosmetipsos; denique supplemus paulopost: & iniquitati ad iniquitatem. Reliqua huius scripturæ magis cum Græcis hodiernis exemplaribus quàm cum Latinis conueniunt. Nos verò Latinum secuti, intermedium illud Tertulliani (omissa vocali: qui) sic legimus; nemo potest post Christum mortuus delinquentiæ, & maxime tantæ reuiuiscere, quãuis interim etiam hoc ad errorem eius pertinet, de venia peccatorum non concedenda post baptismum.

142. Nam, etsi habitare bonum, &c.] Peculiare est hoc Auctori, quod Legem litteræ, &: Legem spiritus appellet, quas Apostolus Rom. 7. Legem membrorum & legem mentis, & ipse supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. Legem peccati & Legem sensus, coniungens in super finem cap. 7. cum initio cap. 8.

143. Lex enim spiritus vitæ manumisit te, &c.]

Propria est & hac Auctoris lectio, pro me; quam habent alij codices Graeci & Latini, quam tamen reuimus, eo quod Syrus Interpres illi consentiat. Sed transponimus verba: propter quos laborantes in lege per carnem miserit Deus filium suum in similitudinem carnis delinquentia. Adhuc enim ad illud: Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem, sic enim legit supra Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 14. id ibidem pulcre explicans. Fertit deinceps Auctor διωχόμενος, ius, quod alij iustificationem seu iustitiam, & deinde φρόνημα, sensum, quod alij prudentiam, & Syrus interpres electionem; speculatiuiter legens intermedium illud: Qui enim secundum carnem incedunt, pro eo quod alij omnes sunt; paulo post vertens illud μέλητε ἀποθνῄσκετε, futurum est ut moriamini, quomodo etiam Syrus Interpres. Atqui ex MS. Angl. cod. castigamus: de hinc & inimicitiam in Deum, pro: Dominum, quia Graecè est ἐχθρὸς εἰς θεόν.

144. In quibus & nos conuersati sumus, &c.] In hac scriptura Ephes. 2. omittit omnes, forte quod ad institutum non saceret, quod tamen habet supracitato libro 5. adu. Marc. cap. 17. sed hic non adiecit, eo quod etiam Syrus Interpres non legit. Illud peculiare, quod legit paraphrasticis: concupiscentias & voluptates carnis, pro eo quod Graecè διυμνασάτω θελήματα, pro eo quod quidam Latini codices voluntates; alij, sicut & Syrus Interpres: voluntatem.

145. Notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, eo quod, &c.] Ex vestigijs Angl. MS. cod. sic legitur, omittentes vocem: gratia, intermedium plane superfluum, quod ea relicta sit ex varia lectione, qua ille legebat, quamquam corrupte: scilicet gratia nos, pro eo quod rectius Gagneus: Christianos. Quamquam interim perperam de iis qui se Christianos negassent, interpretetur illud Apostoli Ephes. 4. quod se tradidissent in operationem omnis immunditiae, quod ille de ethnicis dixit. Fertitur autem ab illo: omnis sermo turpis, Graecè σαρωδός, proprie quidem, sed quem in Euangelio etiam ipse malum vertit, dum de arbore mala sit mentio.

146. Fornicatio autem, &c.] Hic citans scripturam Ephes. 5. mirum est quod dumtaxat legit: non habeat Dei regnum, pro eo quod alij omnes: haereditatem in regno Christi & Dei; deinde quod legit: Propter hoc, pro eo quod ceteri: hac. Fertit verò: super filios incredulitatis, sicut etiam supra lib. 5. adu. Marc. cap. 17. tractans cap. 1. ad Ephes. vbi vide Adnotat. nostras num. 266.

147. & turpiloquium, &c.] Coniunxit praecedentibus hanc vocem translata ex voce Graeca αἰσχρολογία, quam multo post reperire est apud Apostolum Coloss. 3. eo quod intermedia ad institutum non facerent. Legimus autem cum Dn. Harrisio: esset aliud, pro: esse. Vbi denud perperam adfirmat: Veniam Corinthio concessam, si admittamus, id pro ratione temporis factum, sicut circumcisionem Timothei; nihil enim habent inter se commune.

CAP. XVIII.

148. Sed haec (inquit) ad interdictionem, &c.] Caput hoc inscripsimus: De locis scripturae, quibus cauetur communicationem Ecclesiasticam mœchis negandam. Verum tamen ipsemet Auctor nomine Orthodoxorum respondet: Adimi quidem carne pollutis communicationem, sed ad praesens, restituendâ ex poenitentiae ambitu. Nec valet argumentum Au-

thoris contrarium negatiuum: Apostolus non excepit poenitentiam, ergo non debet excipi, ut rectè B. Pacianus verbis infra citandis num. 153. Et verò paucissima, quas hic adlegat, scripturae ab Ecclesiastica communione separant. Atqui facit rursus hoc caput pro Excommunicationis Ecclesiasticae antiquitate, quam etiam hic variè circumloquitur, nempe: communicationem Ecclesiasticam negari, cum talibus ne cibum quidem sumere, nedum Eucharistiam, non communicare cum illis, subducere se ab illis, damnare, & à communicatione detrudere, item cap. 20. de Ecclesia eradica-re. Nouè autem dixit: quae cauta sunt, pro: quibus cauetur, quod legitur ex Gagneo & MS. Angl. cod. pro: sint.

149. Nam & in Proverbijs Salomon, quae προφομίας dicimus, &c.] De significatione vocum Proverbiorum & προφομίας, videat Lector initium Comment. Reuerendiss. Dn. Janssenij Gandauensis Episcopi in Proverbia Salomonis. Atqui ex castigatione Dn. Harrisij legitur prorsus: Ignominia autem eius non abolebitur in æuum (pro: in eum.) Plena enim zeli, indignatio viri non parcat (pro: parcat) in die iudicij, tum quod in postremo consentiat MS. Angl. cod. & exemplaria tam Hebraica & Chaldaica, quam Graeca & Latina, prius vero illud Graecè sit additum à LXX. Atqui etiam si ignominia non aboleatur in æuum, propterea non prohibetur poenitentia.

150. iam audisti per cassum: Excedite, &c.] Adhuc ad citationem horum verborum Apostoli 1. Cor. 5. supra factam cap. 15. ex quo castigamus conformiter Apostolo: & immundum ne tetigeritis, iuxta eundem MS. cod. pro: ne egeritis. Atqui illud: per cassum, omnino existimo accipi pro: incassum, id est: frustra; ac si dicat: iam frustra audisti, quia mea opinioni non adsentiris. Quum autem per Προποπείας aliquem adloquatur, prorsus etiam legendum: Habes statim, pro: habet.

151. & in cathedra pestilentiae non federit, &c.] Quod hic pestilentiam cum B. Cyprian. lib. de Pnit. Ecclesia, supra Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. 19. vertit Auctor: pestilentium, & Tom. 2. lib. de Spectac. cap. 3. pestium, & cap. 27. cathedram pestilentiarum. Varietas orta videtur ex Graeca voce λοιμὸν Psal. 1. plurali numero, quae & pestes significat, & pestilentes. Prorsus autem lego in eo quod sequitur ex Psal. 25. Non feci cum confessu vanitatis, pro: consensu, quia Graecè est μετὰ συνέσεως; & pro Synonymis habet Auctor concilium, & concessum, supra dicto cap. 3. lib. de Spectac. Atqui obscurum est illud, & quantum apparet, multum: ut solus plures. Quoniam quidem: Cum sancto sanctus, &c. Vbi quod vertit: peruersus eris, vertit supra lib. 5. adu. Marc. cap. 18. peruerteris, sicut alij. Porro his 3. scripturis, & ea quae sequitur ex Psal. 49. Vertatur quidem communicatio cum peccatoribus inique agnibus, peruersis, furibus & mœchis; sed talis qua quis illis cooperatur, in eorum nempe concilio, consensu, peruersitate, & portionem ponendo cum illis. Quare idem est ad illa respondendum cum Paciano, quod ad illud Apostoli 1. Cor. 5. Si quis frater nominatur, seu nominetur, in vobis fornicator, &c. esse additum ibi quod omisit Auctor: & sit, quod non sine causa positum ille adserit, ut indicet se de non poenitentibus loqui.

152. nedum Eucharistiam medicam, &c.] Etiam hic mendum erat, ortum, quantum apparet, ex eo quod sequitur 1. Cor. 5. Scilicet & fermentum modicum, &c. quod tamen neuiquam ad Eucharistiam detorqueri potest,

potest, sed ad Corinthium incestuosum, sicuti supra interpretatus est Auctor huius lib. c. 13. Videtur itaque aliquid aliud legi debere, alioqui nihil habebit emphasis comparatio cibi ad Eucharistiam, si addatur modicum. Quare restitimus medicam, id est, salutiferam.

153. Manus nemini citò imponas, &c.] Adhuc 1. Timoth. 5. respondet B. Pacianus: Docet idem Apostolus vel tardè, vel post poenitentiam non negandam.

154. Item ad Ephesios, &c.] Hic etiam sequitur magis Graeca quam Latina hodierna exemplaria, Ephes. 5. vsus voce sua: reuincite, pro: redarguite, & edicere, nam illud Gagnei malum, quam: dicere.

155. Si autem & ab otioso incedente, &c.] Sic vertit quod Graecè est ἀκόκτατος; pro eo quod inordinate magis proprie interpret Latinus, & ipso eodem loco 2. Thess. 3. paulo post: inquietè.

156. vti eam sanctificet, &c.] Peculiare est etiam hic Auctori quod legit: sanctificet, & mox: sicut, pro eo quod alij omnes: sanctificaret & exhiberet sine steteret, vti Syrus Interpres (qui etiam excepto Latino Interprete, non legit: vite) & quod: sine opprobrio, Graecè est ἀκαμίας, cui satis conformiter Syrus Interpres: sine uero. Atqui ex Angl. MS. codice locum mutilum sic supplemus: & sub conditione damnasset, si temporalis & conditionalis, & non perpetua seueritate damnasset.

157. eam poenitentiam ostendens Dominum malle, quae ante fidem, &c.] Paradoxon hoc Auctoris, Montanistarum & Nouatianorum pulcre & late refellit B. Pacianus.

158. quid adiecit? &c.] Debuisset potius dicere: Quid praemisse, sui ut solet oblitus; nam 1. Tim. 1. Praecedit: & misericordiam sum consecutus, quoniam (sic legitur ex Angl. MS. cod. pro: quod) ignorans feci in incredulitate, & sequitur: Christus venit ut peccatores saluos faceret.

159. quae aut leuioribus delictis veniam ab Episcopo consequi poterit, &c.] Saltem in hoc moderatus errabat Auctor quam Montanus, quod admitteret leuioribus delictis posse veniam consequi ab Episcopo; atque adeò id contra eos facit, qui à solo Deo veniam peccatam existimant, quod ipse irremissibilibus & maioribus tribuit, non aliter atque Nouatianus; sed pulcre id etiam refutat B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum sub finem.

CAP. XIX.

160. Sed quoniam vsque de Paulo, &c.] Titulum capiti huic imposuimus: De similibus locis B. Ioannis ex Apocalypsi eius & Epistola. Quos duos libros quum eidem tribuat Auctori, & apud omnes in confesso sit Epistolam 1. Ioan. quam hic citat (alibi etiam ex 2. eius Epist. aliquid adducens) esse Ioannis Euangelistae; sensisse etiam hinc patet, eiusdem Apostoli esse Apocalypsin; contra eos qui alteri cuiquam adscribere non ventur. Atqui de Prouerbijs formula: diuersae parti supplaudere, vide nostra Prolegomena.

161. vbi ad Angelum Thyatirenorum spiritus

mandat, &c.] In hac scriptura Apocal. 2. supplement ex Angl. MS. cod. quòd teneret mulierem Iezabel, & castigamus; temporis spatium, pro: tempore. Atqui quum videret se hac scriptura urgeri Auctorem, quandoquidem ipse eandem supra Tom. 2. lib. de Poenitent. & similes multos Apocal. 2. & 3. adduxisset pro poenitentia: Primum praetendit nihil credi debere ab Ioanne concessum, quod à Paulo sit denegatū; sed iam praecedentibus constat, ex Paulo nihil tale conueniri; deinde ad id confugit, quod haeretica fuerit, in eo etiam sibi ipsi contradicens, quod Tom. 3. lib. de Praescript. adu. haer. non semel inter grauissima crimina haeresin posuerit, & ipse quoque Paulus Gal. 4. illa hic inter venisibilia ponat; forsatis conscientia propria adtestante se iam in haeresin lapsam, tamen adhuc veniam sperare; verum de eo num. sequenti.

162. Cui enim dubium est, haeticum institutione deceptum, &c.] Est rectè haeticum institutione deceptum, cognitio postmodum casu, & poenitentia expiato, veniam consequi adferat, tamen adducit per baptismam veritatis purgatum admitti, atque adeò (sicuti etiam supra Tom. 3. lib. de Baptismo, & Tom. 4. inter fragmenta lib. Graeci de Baptismo, adnotauimus) sequebatur seorum errorem, qui haeticos ad Ecclesiam venientes baptizandos putabant; de quo in-ter Paradoxa ipsum in Prolegom. nostris latius.

163. Aut si certus est, &c.] Adhuc & tertiam explicationem qua se exercet; quod possit admitti quidem poenitentia mœchiae, sed tamen sine restitutione; agnoscens cum Nouatiano, deberi quidem poenitentiam, sed Deo referuari. Verum pulcre eam haeresin impugnat B. Cyprianus, sapientiè, Epistola 52. ad Antonianum.

164. Denique ea Apocalypsis, &c.] Adferet quidem scripturas Apocal. 21. & 22. quibus comminatur propudiosis & fornicatoribus stagnum ignis (sic enim castigamus ex MS. Angl. cod. secundum Gagnei lectionem, pro: illis) & fornicatores, foris sanctam ciuitatem constituit. Verum de his loqui manifestum, qui talibus peccatis immortui fuerint, sicuti vel ex eo patet quod adiecit: quod est mors secunda. Atqui emendamus etiam ex eodem MS. cod. Qui vicerint, haereditate habebunt ista, Graecè κληρονομήσει τῶν τῶν, pro: haereditatem habebunt istam, mallemus etiam legere singulari numero, sicut Apostolus Ioannes; sed plurali legit id MS. cod. Propudiosis etiam vertitur ab Auctore, quod Graecè est ἐσθλαυρῶν, pro quo vulgatus Interpres: execrandis; & caute praetermisit: peccatoribus, & mendacibus, eo quod non multo post iterum quadam peccata venisibilia agnoscat, & inter ea aut veterundia aut necessitate mentiri. Sicuti rursus in eo quod citat ex c. 2. omittit omnem qui amat & facit mendacium, quo loco MS. Angl. legit: Canes, venefici, & Gagneus: homicidæ, sicuti Apostolus, sed quum retineatur ab illis singulari numero: fornicator, nihil immutauimus.

165. De Epistola quoque Ioannis carpunt statim, &c.] Quum diuersimodè in Epistola sua priori Ioannes loquatur, initio negans nos sine delicto esse, & postea cap. 3. praescribens non delinquere omnino, conciliare cogitur Auctor prius illud de delictis quotidianae incurtionis, posterius de grauioribus & LLL

exitiosis; sed in eo errat, quod adit: quæ veniam non capiunt. *Legitur enim 1. Ioan. 1. non solummodo: Emundat nos ab omni delicto; sed quum præmississet: Si confitemur delicta nostra, fidelis est & iustus, ut dimittat ea nobis, quod de quotidianis intelligi videtur, addit: & emundet ab omni iniquitate; quod de grauioribus intelligi non dubium, atque adeo de immunditia, quantumuis id neget *Lutherus*.*

166. Vnde autem exorsus est? Lumen prædixerat Deum, &c.] *Penè medium citat caput 1. Epist. 1. Joannis, auspiciam ab illo: Quoniam Deus lumen est, nihil differens à vulgaribus codicibus. Castigatum autem paulopost: non quæ delinquamus, sed quæ non delinquamus, ex coniectura Latinij, pro: quasi, & quia, ob phrasin Tertullianicam.*

167. mundos exinde prætet, &c.] *Perperam huic Auctori impingunt, quasi senserit: semel in baptismo emundatos, exinde non posse delinquere, id ipsum contra quod agit B. Hieronym. lib. 2. aduers. Iovinian. qui eam heresim adserbat. Nam non simpliciter id dicit, sed: si in lumine incedere perseuerauerint.*

168. Eò amplius: Filioli, hæc scripsi vobis, &c.] *In hoc differt Auctor ab Apostolo 1. Ioan. 2. quod legat: scripsi, pro: scribo; item: & si deliqueritis, pro: & si quis peccauerit.*

169. Omnis, inquit, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia & ille castus est, &c.] *Sicuti alibi supra, ita & hic transtulit proprie voces Græcos, 1. Ioan. 2. ἀγιώζει, & ἀγιὸς ἔσθι, pro eo quod alij paraphrastice vertunt: sanctificat, & sanctus est. Legimus autem iuxta Apostolum: Omnis qui manet in eo, non delinquit, pro: delinquit, quod habebat Gagnæus, & delinquet, quod substituerat Gelenius, & mox: quoniam Diabolus, &c. ex MS. Anglico ead. pro: quod. Plus verò habet Auctor: Omnis qui facit iustitiam, quum apud alios desideretur: Omnis, sicut etiam: Et ideo, quod cetera editiones non habent, sed dumtaxat: Omnis qui ex Deo nascitur, seu natus est. Transtulit etiam paucioribus: Qui non est iustus, ex Deo non est, cum vulgato Interprete, pro eo quod ex Græco quidam: Omnis non faciens iustitiam. Atqui: in primore Epistola, idem est ac si dicas: in priori Epistola parte; cui similem habes phrasin supra lib. 5. aduers. Marc. cap. 10. Interim legimus ex Gagnæo: negantem nos sine delicto esse, pro eo quod Lugdun. editio malè: negante.*

170. Quòd sint quædam delicta quotidianæ incurfionis, &c.] *Mirum est quòd inter quotidiana delicta enumeret: irasci iniquè, ubi adludit ad illud Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, & ultra solis occasum, iuxta illud Ephes. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram; item: manum immittere, quod videtur accipi pro percutere, quod tamen prohibetur Isai. 58. facile etiam maledicere, & remerè iurare, quæ prohibentur Matth. 5. Multò que magis mirandum de illo: fidem pacti destruere. De postremo: aut verecundia aut necessitate mentiri, consentit cum reliquis Patribus.*

171. Sunt autem & contraria istis, &c.] *Inter grauiora & exitiosa, & (vix mox loquitur) mortalia, rectius collocantur ab illo: homicidium, idolo-*

latria, fraus, negatio, blasphemia, mæchia, fornicatio, & si qua alia violatio templi Dei, ubi rursum adludit ad Apost. 1. Cor. 3.

172. Siquis scit fratrem suum, &c.] *De isto 1. Ioan. 5. supra tractauimus, & ex Paciano respondimus num. 23. Legit verò singulari numero: peccati non ad mortem, cum Vulgato Interprete Latino, quum Græcè sit pluralis.*

173. Meminerat & ipse Hieremiam prohibitum à Deo deprecari, &c.] *Ad istud Hier. 7. & 14. etiam, ni fallor, supra citatum, vel saltem similem locum Ezech. 4. sic respondet idem Pacianus eadem Epist. 2. ad Sympron. Notatianum. Etenim quis liberare possit inuitum? quis pro non penitentibus impetrare?*

CAP. XX.

174. Disciplina igitur Apostolorum, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus: De locis Hebr. 6. & Leuit. 13. & 14.*

175. Exstat enim & Barnabæ titulus ad Hebræos, &c.] *Ad hunc locum haud dubiè adludit B. Hieronym. Catal. Script. Eccles. in Paulo Apostolo: Epistola, inquit, quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur propter styli sermonisque distantiam, sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucae Evangelistæ iuxta quosdam, vel Clementis Romanae postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. De Barnabæ autem peculiare id est Auctori: De Luca non Auctore, sed translate Clemente Alexandr. lib. Hypotyposon; De Clemente Romano, qui ex Hebræo in Græcum sermonem transtulit, Eusebius sententiam protulit magis verisimilem, Eccles. hist. lib. 4. cap. 38. Nam tanquam Pauli Apostoli meminisse Epistolæ ad Hebræos eandem Clementem Epist. ad Corinth. ibidem Euseb. tradidit. Paulo etiam adscribitur à Clemente Alexandr. loco citato apud Euseb. lib. 6. c. 11. Origene in Psal. 7. ac Chrysostr. & reliqui Græcorum Commentarij, ut omittam BB. Ambrosium, Hieronymum, & August. Certè eandem Pauli agnoscit & Rufinus in Symbol. inter Opera B. Cypriani, & alij Patres, quando xiiij. meminerunt Epistolarum Pauli. Forùm etsi Auctor Barnabæ adscribat, tamen pro authentica scriptura habere se indicat, & apud Ecclesiæ receptiorem pronuntiat; hinc factum, ut supra etiam citauerit Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. c. 6. 9. & 10. iuxta quod ibidem adnotauimus num. 47. & pro tali citatum fuisse à Patribus omnibus tam Græcis quam Latinis colligere poterit Lector ex Operum vniuscuiusque Scripturarum Indicibus, & nominatim B. Cypriani nostri, præter eos quos mox recensebimus. Etiam pro tali agnouerunt Concilia Nicenum, Carthag. 3. aliisque supra non semel citata, dum Canonem scripturarum recensent. Plura si quis desideret, recurat ad Sixtum Senensem Biblioth. Sanctæ lib. 7. c. 8. Certè Philastrius inter hereses Anonymas eas recenset, quæ aut Pauli Apostoli, aut Canonice scripturam negant.*

176. illo Apocrypho Pastore mæchorum, &c.] *De hoc vide supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 12. num. 48.*

177. Monens itaque discipulos, &c.] *In hac scriptura Heb. 6. multum differt ab editionibus hodiernis tam Græcis quam Latinis, legens: omittis omnibus ini-*

tiis

tiis, pro eo quod illa: intermittentes inijt Christi sermonem; fundamenta pœnitentiæ, plurali numero ab operibus mortuorum, pro: mortuis, & occidente iam æuo, pro: virtutesque futuri seculi. Nos verò ex Anglico MS. cod. intermedium quod desiderabatur, sic suppleuimus: & donum cœlestè gustauerunt, & participauerunt spiritum sanctum, & verbum Dei dulcè (Græcè ἁλδὼν, pro quo alij magis propriè: pulcrum) gustauerunt.

178. numquam mæcho & fornicatori secundam pœnitentiam, &c.] *Quem Auctor perperam de pœnitentia secunda interpretatur locum, iam citatum Hebr. 6. alij veteres de iteratione baptismi intelligunt, & nominatim B. Ambr. lib. 2. de Pœnit. c. 2. & in Comment. Philastrii har. 89. Epiph. har. 59. Quò etiam accedit Chrysostr. cum aliis Græcis eius affectis, dum eodem modo interpretatur illud Hebr. 10. Postquam accepimus veritatis agnitionem, non relinquuntur hostia pro peccatis; quemadmodum etiam ubi supra Philastrius. Et certè pro hac sententia faciunt phrasin Latina, eos qui semel illuminati sunt, & rursum renouari; & Græca quoque voces φαστιδιόθεντας ἀνακαθίζειν, quas usurpare solent veteres de baptisatis. Legimus autem omnino, ut constet oratio: & figuras eius iam in ipsa veritate seruabat, pro: seruabant, quia præcedit: interpretabatur.*

179. Si autem varietas effluerit in cutem, &c.] *Multum etiam hic differt à lectione LXX. Auctor Leuit. 13. vertens: Si varietas effluerit, pro: Si flores effluerit lepra; quod habet etiam Origene, cuius interpres B. Hieron. elegantius & clarius vertit, quod & Græcè & apud Auctorem obscurum est: Quum ergo omnem cutem corpus obtexerit, tunc mundum cum salubrem ad contagione pronuntiat, eo quod conuertit in album. Qui etiam Auctori in hoc consentit, quod legat: color viuis, pro eo quod hodie χρῶς ζῶν legitur, quod alij corpus sine carnem, vertunt, vsque adeò ut legisse videantur χρῶσις, quod colorem significat. Suppleuimus autem: mundum voluit intellegi ex MS. Angl. cod. Qui etiam legit: Si verò post abolitionem, pro: abolitionem, sed nihil immutauimus. Atqui calumniatur Auctor, dum interpretatur istud: immundum iudicari, nec expiari à sacerdote; nam id quidem verum est, quamdum color viuis apparuerit, sed postea si iterum in album conuersus fuerit, addit: quod mundabit cum sacerdote.*

180. Item de domo: Si quæ maculæ, &c.] *In hoc Leuit. 14. consentit cum LXX. & eius Latino Interprete, à quo etiam tactus vertitur: ἡ ἐκδή, pro, lepra; quo modo secundo loco quum veritas Auctor ad maiorem intellectum, expunximus ibi repetitam vocem tactus superfluam. Legit autem MS. cod. Angl. ex terminari, pro: extrahi; sed quia etiam ille mox legit: extrahi, hoc retinimus etiam priori loco. Atqui quod mox Auctor, illud: Si post reformationem domus iterum aliquid de maculis apparuerit, debere deponi structuram domus interpretatur, tanquam si secunda non restaret venia; Iſychius presbyter, non de peccatoribus, sed de hæreticis interpretatur; multò rectius.*

181. nam & Apocalypſis viridi equo mortem, &c.] *Viridis vertitur ab Auctore, quod Græcè est χλωρός, Apoc. 6. à vulgato verò Interprete: pallidus, sed vtrumque vox Græca significat; quo factum ut ille pau-*

lopōst verterit: scenum viride; russeus verò more Tertulliano accipitur pro: rubens. Ibi autem quales in Abrahâ sunt, subintelligitur filios; adludit enim ad illud Matth. 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahâ.

182. Prospicietur, inquit, illi, & non morietur, &c.] *Etiam hic differt Auctor ab omnibus, Leuit. 19. qui legunt plurali numero: morietur, neque addunt quod habet Auctor: cui seruabatur. Atqui neque hic rectè concludit Auctor: post manumissionem non haberi veniam adulterij, eo quod illa famula reseruat, id est, desponsata erat alteri viro; quod non incurreretur, si manumissa tantum esset, & sic nihil ad institutum Auctoris. Et verò intellectum mysticum vide apud Iſychium.*

CAP. XXI.

183. Hæc si Apostoli magis norant, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Quòd habeat quidem Ecclesia potestatem remittendi mæchia & fornicationis, sed videatur non expedire, ne & alia delinquant. Eam enim (quantumuis prima facie contrarium sentire videatur) esse suam sententiam, his ipsis verbis paulopost indicat, & rursum istis: Ergo spiritus veritatis (quem forsitan adscribit suo Montano) potest quidem indulgere fornicatoribus veniam, sed cum plurimum malo non vult. In hoc interim errat, quòd sua Ecclesiæ Montanica soli eam potestatem vindicat, non verò Catholica, cui præerat Apostolicus Pontifex. Et ideo, inquit, Ecclesiæ peccata donabit, sed Ecclesiæ spiritus per spiritalem hominem, non Ecclesiæ numerus Episcoporum, & quod iterum Deo, non sacerdoti, sicut Donatianus eam potestatem reseruat, contra quos, sicut non semel diximus, pulchrè disputat B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonian. Atqui de Proserbio alibi non semel vsitato: & in hunc iam gradum decurrat, vide nostra Prolegomena; excernere verò usurpat pro: discernere.*

184. Quis enim dimittit delicta nisi solus Deus, &c.] *Imprimis non Christi, sed Phariseorum hæc fuit affirmatio, Marc. 2. & Luc. 5. deinde sibi etiam tanquam homini communicatam eam potestatem Christus adserit, quum addit: Et autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata; & verò ipse eandem potestatem Apostolis communicauit, Mat. 18. & maxime Ioan. 20. Accipite, inquit, spiritum sanctum; quorum remisistis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ veritate Auctor conuictus, etsi eam scripturam ex proposito omittat, quia sibi contrariam, tamen negare non potest ipsos beatos Apostolos tale aliquid indulgisse (sic enim lego ex Anglico cod. ut subintelligatur: constet, pro eo quod erat: ipsis beatis Apostolis, & c. indulgisset) sed deprecat, dum adicit: non ex disciplina, sed ex potestate fecisse; quum tamen, vti præmissimus, sua Ecclesiæ Montanistica eam potestatem concessam fateatur. Legimus autem ex eodem MS. cod. ut hoc ipsi probaretur, pro: hoc ipsum probaret.*

185. Exhibe igitur & nunc mihi Apostolicæ, &c.] *Quum haud dubiè de Romano Pontifice loquatur, vel hinc Ecclesiæ Romane confirmat auctoritatem, quòd eius caput Apostolicum vocet, ut potè Apostolorum successorem, sicuti ipse apertius supra Tomo*

4. lib. 4. Carminum adu. Marc. c. 8. Remansit autem ea appellatio in hederam diem.

186. vel: Quaecumque alligaueris vel solueris in terra, &c.] Sic prorsus legendum, pro eo quod erat: alligaueris vel solueris, patet ex eo quod sequitur: &c. Quaecumque solueris vel alligaueris, non: Quae soluerint vel alligauerint. Atqui maior fides habenda Auctori, quum adhuc Catholicus esset, quam nunc haeretico, & contra Ecclesiam ex proposito maxime hoc capite scribenti. Proinde Antidoti loco sufficienti loci Auctoris, quibus non semel, super Petrum (non modò: In ipso, id est, per ipsum, sicut hic calumniatur) exstructam Ecclesiam fateatur, nempe Tom. 3. lib. de Praescript. adu. haeret. c. 22. n. 134. & lib. 4. adu. Marc. abscubi, & vel quum in haeresim lapsus esset, hoc ipso Tomo lib. de Monog. c. 8. n. 8. Similes autem Patrum locos habes adnotatos à nobis ad Epist. 55. B. Cypri. ad Cornelium, n. 35. Et verbò non personaliter B. Petro diuaxat id dicitur, sed deriuatum quoque in eius successores, atque adeo Ecclesiam Romanam, ibidem videre est ex Patribus, n. 90. Quibus adde B. Pacianum Epist. 2. ad Sympron.

187. & : Dabo tibi clauces, non Ecclesiae, &c.] Etiam hic Antidoti loco sufficere, quòd nòdum haereticus Auctor Scorpiaco aduersus Gnosticos c. 10. Nam, inquit, si & adhuc clauis putas caelum, memento clauces eius hinc Dominum Petro, & per eum Ecclesiae reliquisse.

188. Ipse denique primus in Christi baptismo referauit aditum caelestis regni, quo soluitur, &c.] Similem interpretationem peruersam Nouatianorum, qua etiam de remissione delictorum in baptismo, non verò per penitentiam, interpretabantur illud Matth. 18. Amen dico vobis, quaecumque alligaueris super terram, &c. & quaecumque solueris, &c. de Catechumenu, non de fidelibus, latè & pulchè refutat loco sapim citato B. Pacianus, deducens, istud ipsum Christi ad Petrum, non posse de salis genibus intelligi. Neque enim Ecclesiam Christus non baptizans gentes vocat. Deinde: Quid soluo, inquit, gentibus quod non est ligatum? nam si reputatum non est, nec ligatum. Quid alligo, quod nullo iure constringo? gentilis liber est legi. At in baptizatum utraque conuenire. Soluitur enim, inquit, venia, quia peccato tenebatur; ligatur anathemate, quia solutus fuerat si de, & per gratiam liberatus.

189. Sed & in illa disceptatione, &c.] Absurdissima est etiam ista interpretatio ex Act. 15. c. quasi ibi soluerit (iuxta promissum Christi) Petrus, quae omnia sunt legis, & alligauerit quae reserua sunt. Nam loquitur discretis verbis Christus: de remissione peccatorum; & verò ante editum illius Concilij Hierosolymitani, peccatum non fuit legis quadam obseruare.

190. Cui si praeceperat Dominus, &c.] Etiam ad hanc obiectionem Nouatianorum ex Tertulliano ibide respondet B. Pacianus. Illud, inquit (nempe: Si in te peccauerit frater tuus, &c.) vni iussit; hoc (nempe: Quaecumque solueris in terra) pluribus relaxauit; illud ipse soluit in quem admittitur, hoc verò Ecclesia; illud sine sacerdote, & fratribus: hoc ab omnibus impetratur. Quaecumque solueris (inquit) omnino nihil excipit. Quaecumque (inquit) vel magna vel modica.

191. in quo est Trinitas vnus diuinitatis, &c.] Ex eo quod sequitur: Illam Ecclesiam congregat quam Dominus in tribus posuit, & proinde non

Ecclesia numerus Episcoporum, aliisque locis supra non semel, ubi dicit: Etiam in tribus esse Ecclesiam, videor mihi colligere: etiam eò demencia venisse Antidoti, ut trium nomine, in quibus consistit Ecclesia, intellexerit Montanum, Priscam & Maximillam. Verum de hoc latius in vita Auctoris.

CAP. XXII.

192. At tu iam & in martyras tuos effundis hanc potestatem, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De venia mœchiae quam sibi martyres quidam vsurpabant. In quo Auctorem partim imitatur B. Cypri. agens contra lapsos, qui ad Martyres passim recurrabant, & Confessores importuna deprecatione corrumpabant, ut sine discrimine vel examine prauiò, singulorum pax daretur seu relaxatio à satisfactione per Episcopos vel Presbyteros imposta, sicut patet ex Epistolis in secessu eius scriptis ad Clerum, ad Martyras, & ad Plebem n. 10. 11. & 12. Qui interim non praedit Martyribus eam potestatem, pacem lapsi dandi; sed monet ut petentium desideria ponderent, merita quoque singulorum & delictorum genera cogitent, sicut latius tractauimus Adnotat. nostris in dictam Epist. II. num. 3. 4. 6. & 10. Et verò formulam etiam quandam Libellorum, quibus Martyres pacem dabant, habes in vita nostra B. Cypriani, ex Epist. 17. Luciam Martyr, Confessorum omnium nomine. Quid? quod dicta Epist. II. his verbis: considerantes quae & qualia in praeteritum Antecessores vestri Martyres conceperint, addidere videatur ad tempora Tertulliani. Nam ipse Tertullianus supra Tom. 2. lib. ad Martyras c. 1. Pax, inquit, vestra bellum est illi, nempe dialolo. Quam pacem quidem in Ecclesia non habentes, à Martyribus in carcere exorare consueuerunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere & fouere & custodire debetis, ut si forte & aliis praestare possitis; ubi vide & Adnot. nostras num. 12. Quae ad eò Antidoti loco esse possunt, aduersus ea quae nunc in haeresi constituta nimis impudenter in Martyras effundit. Atqui transponimus paulopost: quis permittit homini donare, quae Deo referenda sunt? Ad quod ipsum argumentum respondimus c. praecedenti, n. 184.

193. Sufficiat Martyri propria delicta purgasse, &c.] Aut loquitur de Martyribus qui suo Martyrio baptizabantur, aut intelligit de omnimoda purgatione delictorum, quam solis Martyribus tum ipse non semel supra, tum B. Cyprianus Epist. 52. ad Antonian. adscribit, ita ut nihil restet post hanc vitam purgandum. Legimus autem ex M.S. Angel. cod. phrafi Tertullianica: & omnia sanctus, pro: omnino.

194. Quod si est, iam & Martyrium aliud erit baptisma, &c.] Non vult hic negare quod supra Tom. 3. lib. de Baptis. aduenit: esse baptismum quandam sanguinis sine Martyri; & hic iisdem scripturis confirmat (de quo ibi latius Adnot. nostris, c. 16. num. 110. III. & 112.) sed hoc indicat, quòd illud soli prosi Martyri, non verò aliis. Nam & hic subiicit: Debeo ergo & primo lauacro liberare, si possum secundo. Atqui obscurum est illud: ingeramúsque in sinum (vel, sicuti legebat Gagnaus: in finem) necesse est, & quantum apparet, corruptum.

195. certè

195. certè negatori, &c.] Vel hinc patet verissimè esse quod supra citauimus ex B. Cypri. Epist. II. sollicitè & caute prius ponderasse actum & opera, & merita singulorum negatorum Martyrum, apud suos Antecessores,

priusquam pacem lapsis concederent, utpotè quum hic Auctor videatur indicare, quòd vix Negatoribus concesserint. In eo hallucinatus, quòd leuius faciat peccatum Negatoris, peccato mœchia & fornicationu.

ARGVMENTVM LIBRI DE TRINITATE, PER IACOBVM PAMELIVM.

DE TRINITATE disputaturus NOVATIANVS Presbyter Romanus I. sub sancto Fabiano Papa, quantum adparet, adhuc Catholicus: Imprimis ex regula fidei (quod Symbolum vocamus) proponit, ut primò credamus IN DEVM PATREM ET DOMINVM OMNIPOTENTEM, REVRVM OMNIVM PERFECTISSIMVM CONDITOREM.

Super quae omnia ipse continens omnia, immensus, aeternus, immortalis, mente hominis maior, ut ipse est sermone inexplicabilis, sublimitate omni sublimior. II.

Deinde Deum esse conditorem omnium, dominum, & parentem, scripturis probat. III. Bonum quoque, semper sui similem, immutabilem, vnum & solum, infinitum; cuius nec nomen proprium possit edici, & incorruptibilem. IIII.

Cuius si iracundias legitimas & indignationes quasdam, & odia descripta teneamus; V. non tamen haec intelligi ad humanorum exempla vitiorum.

Et licet scriptura ad humanam formam faciem diuinam saepe conuertat; non tamen VI. intra haec nostri corporis lineamenta modum diuinæ maiestatis includi.

Spiritus quoque quum Deus dicitur, caritas & lux; non satis Deum illis appellationibus explicari. VII.

Hunc ergo Deum nouisse & venerari Ecclesiam, cui testimonium reddit tam invisibilem, quàm visibilem, & semper, & tota natura, quem scriptura celebrant. VIII.

Porrò eandem Regulã veritatis docere nos: credere post Patrem etiam IN FILIUM IX. DEI IESVM CHRISTVM DOMINVM DEVM NOSTRVM; eundem in veteri Testamento repromissum, & in nouo exhibitum.

Neque commentitium & fictum Christum haereticorum Testamenti veteris auctoritatem respicientium, qui & nuptiarum coniunctionem oderunt (nempe Marcionitarum) neque in phantasmate, sed in veritate; neque illum qui aetheream carnem, ut alij volunt haeretici (nempe Apelletiani) adsumpserit; sed veram carnis soliditatem.

Et verò non hominem tantum Christum, sed & Deum; sicuti hominis filium, ita & XI. Dei filium.

Deum enim, veteris Testamenti scripturarum auctoritate probari. XII.

Tum etiam noui Testamenti scripturis. XIII. XIII.

Immo etiam illis, quibus Christus angelus appellatur. XV.

Eandem diuinam maiestatem in Christo alijs iterum scripturis confirmari. XVI. XVII.

Atqui, quum firmum sit genus probationis, quod etiã ab aduersarijs veritatis sumitur; vel ab ijs Christum Deum adfirmari (quos supra c. 12. Sabellianos nuncupat) qui Christum Deum patrem faciebant. Sicuti & illos, qui ita Christi manifestã amplexati sunt diuinitatem, ut illum sine carne fuisse dixerint.

Illos autem errorem suum inde sumpsisse, quòd nihil arbitraretur interesse inter filium XIX. LLL iij

Dei, & filium hominis; ob scripturam malè intellectam.

XX.

Neque inde sequi, quia Christus mortuus, etiam Deum mortuum accipi; quia nō tantummodo Deum, sed & hominem Christum scriptura proponit.

XXI.

Aduersus autem Sabellianos scripturis probat alium esse filium, alium Patrem.

XXII.

Pulcrè respondens ad illud: Ego & Pater unum sumus, quod illi pro se intendebant.

XXIII.

Rursum ex verbis Christi sequentibus Deum illum comprobans.

XXIII.

Item ex Moysè in principio sacrarum litterarum.

XXV.

Inde etiam, quod Abrahæ visus legatur Deus, quod de Patre nequeat intelligi, quem nemo vidit umquam, sed de filio in angeli imagine.

XXVI.

Quod etiam Iacob apparuerit Deus angelus, Dei filius nempè.

XXVII.

Pro Sabellianis etiam nihil facere illud: Qui videt me, videt & Patrem.

XXVIII.

XXIX.

Deinceps fidei auctoritatem admonere nos, post Patrem & filiū, credere etiam IN SPIRITUM SANCTUM, quod etiam scripturis confirmat.

XXX.

Denique quantumuis dicti hæretici erroris sui originè inde rapuerint, quod animaduertent scriptum: unus Deus, etsi Christum Deum & Patrem Deum dicamus, non magis tamen duos Deos scripturā proponere, quàm duos Dominos, aut duos magistros.

XXXI.

Sed Dei filium Deum, ex Deo Patre ab aeterno natum, qui semper in Patre fuerit, secundam personam esse à Patre, qui nihil agat sine Patris arbitrio; eundem & Dominum & angelum magni Dei consilij; in quem Patris diuinitas per substantiæ communionem sit tradita.

Ceterum, quum scripisset Rufinus Apolog. pro Origene, hæreticos quosdam qui in Spiritum sanctum blasphemant, TERTULLIANI LIBELLUM DE TRINITATE, reprehensibiliter quantum ad veritatem fidei nostræ pertinet scriptum, in S. CYPRIANI Epistolarum corpus inseruisse, & quamplurimos codices de talibus conscribentes, per totam Constantinopolim distrabi pretio viliori fecisse, ut exiguitate pretij homines adlecti, ignotos & latentes dolos facilius compararent, quo per hoc cōmētum hæretici, perfidia suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent: B. Hieronymus Apologia aduersus Rufinum, nec TERTULLIANI librum esse adserit, nec CYPRIANI; sed NOVATIANI, cuius & inscribitur titulo, & Auctoris styli proprietates demonstrat. Quod confirmatur ab eodem his verbis Catal. Script. Eccles. Scripsit NOVATIANVS DE TRINITATE GRANDE VOLVMEN, quasi ἐπιτομὴν OPERIS TERTULLIANI, quod plerique nescientes, CYPRIANI existimant. Eodem pertinet, etiā illud superiori loco B. Hieron. CYPRIANI ἡερετικῶν ἡερεσεῶν librum. Hunc autem eundem esse illum, cuius Rufinus & B. Hierō. meminere, tum ex illo patet infra cap. 7. Omnis enim Spiritus creatura est, & quod cap. 24. iuxta aditionem Gelenij ex MS. Britannico codice, cui & Anglicus codex Ioannis Clementis consentit, vocetur Paracletus minor Christo, tum quod cap. 29. ubi de Spiritu sancto agit, eundem neutiquam Deum aut nuncupet aut probet, sicuti Patrem & filium iam antea latè Deum comprobauerat; quod denique cap. 30. ubi deducit unum Deum esse Patrem & filium, nullam Spiritu sancti faciat mentionem. Quo factū, ut & à B. Hieron. hæreseos liber appelletur, & à Rufino scribatur: πνευματομαχῶν Macedonianæ partis hæreticos, hunc B. Cypriano adscripsisse, uti perfidia suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent. Non propterea tamen in hoc opere illum prætermisimus, quod hæretici sit, & quaedam in illo hæresin sapiant; quia (præterquam quod scriptus sit ante schisma eius & hæresin, sicuti Annotat. nostris numer. 1. latius) reliqua

liqua magnoperè faciunt ad confirmandam personarū Trinitatem in vna Deitate contra hodiernos Trinitarios. Et (vel ipso huius libri Auctore teste infra cap. 18.) firmissimum est probationis genus, quod etiam ab aduersario sumitur; vt veritas etiam ab ipsis inimicis veritatis probetur. Ut vt sit TERTULLIANI non esse, patet; tum ex eo quod cap. 6. Auctor neget in Deo corporea lineamenta, quem Tertullianus non semel corporeum agnoscere videtur; tum quod cap. 12. Sabellianorum meminit, quum multo post Tertullianum exortus sit Sabellius. Atqui Librum hunc, quem Trithemius vidisse non videtur; & MS. habuit Politianus & primus in lucem edidit Ioan. Gagnaus, deinde castigauit ex Britannico MS. cod. Gelenius; nos denique multis in locis recognouimus ad Anglicum MS. exemplar Dn. Joan. Clementis, & quibusdam ex coniecturis Dn. Latinij, nouo quoque Argumento & Adnotationibus aliquot illustrauimus.

NOVATIANI ROMANAE

VRBIS PRESBYTERI, DE TRINITATE

LIBER.



REGVLA¹ exigit veritatis, vt primò omnium credamus in Deū pa-
 trem & Dominum omnipotentem, id est, rerum omnium perfectissi-
 mum cōditōrē,² qui cœlum alta sublimitate suspēderit, terram de-
 iecta mole solidauerit, maria soluto liquore diffuderit, & hæc om-
 nia propriis & condignis instrumentis & ornata & plena digesserit.
 Nam & in solidamento cœli luciferos solis ortus excitauit, lunę cā-
 dentem globum ad solatium noctis³ mensurnis incrementis orbis
 impleuit, astrorum etiam radios variis fulgorib⁴ micantis lucis ac-
 cēdit; & hæc omnia legitimis meatibus circumire totū mūdi ambi-
 tū voluit, humano generi dies, mēses, annos, ligna, tempora, vtilitatēque factura. In terris
 quoque altissimos mōtes in verticē sustulit, valles in ima deiecit, cāpos equaliter strauit,
 animalium greges ad varias hominum seruitutes vtiliter instituit. Sylvarū quoque robora hu-
 manis v⁵ sibi profutura solidauit, fruges in cibū elicuit, fōtiū ora referauit, & lapsuris flumi-
 nibus infudit. Post quæ⁶ ne non etiam ipsis quoque, deliciis procurasset oculorū, variis florū
 coloribus ad voluptatem spectantium cuncta vestiuit. In ipso quoque mari, quamuis esset &
 magnitudine & vtilitate mirabile, multimoda animalia, nunc mediocris, nunc vasti corporis
 finxit, ingenium artificis de institutionis varietate testantia. Quibus non contentus,
 ne fortè fremitus & cursus aquarum cum dispendio possessoris humani alienum occupa-
 ret elementum, fines litoribus inclusit: quò cum fremens fluctus & ex alto sinu spumans
 vnda venisset, rursus in se rediret, nec terminos concessos excederet, seruans iura præ-
 scripta: vt diuinas leges tantò magis homo custodiret, quātò illas etiā elemēta seruassent.
 Post quæ hominem quoque mundo præposuit, & quidem ad imaginē Dei factū: cui men-
 tem & rationem indidit, & prudentiam⁷, vt Deum posset imitari: cuius etsi corporis ter-
 rena primordia, cœlestis tamen & diuini halitus inspirata substantia:⁸ Quæ cum omnia
 in seruitutem illi dedisset, solum liberum esse voluit. Et ne in periculum caderet rursus
 soluta libertas, mandatum posuit, quo tamen non inesse malum in fructu arboris dicere-
 tur, sed futurum, si fortè ex voluntate hominis de contemptu datæ legis præmoneretur.
 Nam & liber esse debuerat, ne incongruenter Dei imago seruiret: & lex addenda, ne v⁹
 que ad contemptum dantis libertas effrenatè prorumperet: vt & præmia cōdigna & me-
 rita pœnarum consequenter exciperet, suū iam habens illud, quod motu mentis in alteru-
 tram partem agitare voluisset.¹⁰ Ex quo mortalitas, inuidia vtique in ipsum redit, qui cum
 illam de obedientia posset euadere, in eandem incurrit, dum ex consilio peruerso, Deus
 esse festinat, cuius tamen pœnam, nihilominus indulgenter temperauit, dum non tam

LLL iij

ipse quàm labores eius maledicuntur super terra. Nam & quod requiritur, non ex ignorantia venit, sed spem hominis futuræ in Christo, & inuentionis & salutis ostendit: & quòd ne de ligno arboris vitæ contingat arceretur, nõ de inuidiâ maligno liuore descendit, sed ne viuens in æternum, nisi peccata Christus antè donasset, circumferret secum in pœnam sui semper immortale delictum. Quâquam etiam superioribus, id est, super ipsum quoque solidamentum partibus, quæ non sunt hodie nostris contemplabiles oculis, angelos prius instituerit, spirituales virtutes digesserit, thronos, potestatesque præfecerit, & alia multa cœlorum immensa spatia, & sacramentorum infinita opera cõdiderit, vt immensus hic licet mûdus penè nouissimum magis Dei corporaliû rerum appareat opus esse, quàm solum. Nâque quæ infra terram iacent, neque ipsa sunt digestis & ordinatis potestatibus vacua.¹⁰ Locus enim est, quòd piorum animæ impiorumque ducuntur, futuri iudicij præiudicia sentientes: vt operum ipsius in omnibus partibus redundantes magnitudines nõ intra mundi huius, capacissimos licet, vt diximus, sinus conclusas videremus, sed etiam intra ipsius mundi & profunda & altitudines cogitare possemus, & sic cõsiderata operû magnitudine, tantæ molis dignè mirari possemus artificem. [Super quæ omnia ipse continens cuncta, nihil extra se vacuum deserens, nulli Deo superiori (vt quidam putant) locum reliquit: quando quidem ipse vniuersa sinu perfectæ magnitudinis & potestatis incluserit, intentus semper operi suo, & vadens per omnia, & mouès cuncta, & viuificans vniuersa, & conspiciens tota, & in concordiam elementorum omnium discordantes materias sic connectens, vt ex disparibus elementis ita sit vnus mûdus ista coagmentata cõspiratione solidatus, vt nulla vi dissolui possit, nisi quum illum solus ipse qui fecit, ad maiora alia præstanda nobis, solui iusserit. Hunc enim legimus omnia continere: & idcò nihil extra ipsum esse potuisse, quippè quum originem omnino non habeat, consequenter nec exitum sentiat: nisi fortè quod absit, aliquando esse cœperit nec super omnia sit, sed dum post aliquid esse cœperit, intra id sit quod ante ipsum fuerit, minor inuentus potestate, dum posterior denotatur etiâ ipso tempore. Ob hanc ergo causam semper immensus, quia nihil illo maius est: semper æternus, quia nihil illo antiquius. Id enim quod sine origine est, præcedi à nullo potest, dum nõ habet tempus. Idcò immortalis nõ deficiens in consummationis exitu. Et quoniã sine lege est quicquid sine origine est, modum temporis excludit, dum se debitorem nemini sentit.¹¹ De hoc ergo ac de eis quæ sunt ipsius, & in eo sunt, nec mens hominis quæ sint, quãta sint, & qualia sint, dignè concipere potest, nec eloquentia sermonis humani æquabilem maiestati eius virtutè sermonis expromit. Ad cogitandam enim & ad eloquendam illius maiestatem, & eloquentia omnis meritò muta est, & mens omnis exigua est: maior est enim mente ipsa, nec cogitari possit quantus sit: ne si potuerit cogitari, mente humana minor sit, qua concipi possit. Maior est quoque omni sermone, nec edici possit: ne si potuerit edici, humano sermone minor sit, quo quum edicitur, & circumiri & colligi possit. Quidquid enim de illo cogitatum fuerit, minus ipso erit: & quidquid enuntiatum fuerit, minus illo comparatum circum ipsum erit. Sentire enim illum taciti aliquatenus possumus, vt autem ipse est, sermone explicare non possumus. Siue enim illum dixeris lucem, creaturam ipsius magis quàm ipsum dixeris, ipsum non expresseris: siue illum dixeris virtutem, potentiam ipsius magis quàm ipsum dixeris, & depromperis: siue dixeris maiestatem, honorem ipsius magis quàm illum ipsum descriperis. Et quid per singula quæque percurrès longum facio? semel totum explicabo. Quidquid omnino de illo retuleris, rem aliquam ipsius magis & virtutem quàm ipsum explicaueris. Quid enim de eo condignè aut dicas, aut sentias, qui omnibus & sermonib⁹ & sensibus maior est? Nisi quod vno modo, & hoc ipsum quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intelligere licet, quid sit Deus, mente capiemus: si cogitauerimus id illum esse, quod quale, & quantum sit non possit intelligi, ne in ipsam quidè cogitationem possit venire. Nam si ad solis aspectum oculorum nostrorum acies hebescit, ne orbem ipsum obtutus inspiciat obuiorû sibi superatus fulgore radiorum: hoc idem mentis acies patitur in cogitatione omni de Deo, & quanto ad cõsiderandum Deum plus intenditur, tantò magis ipsa cogitationis suæ luce cæcatur. Quid enim de eo (vt iterum repetam) condignè dicas, qui est sublimitate omni sublimior, & altitudine omni altior, & profundo omni profundior, & omni luce lucidior, & omni claritate clarior, omni splendore splendidior, omni robore robustior, omni virtute virtitior, omni pulchritudine pulchrior, veritate omni verior, & fortitudine omni fortior, & ma-

A iestate omni maior, & omni potentia potentior, & omnibus diuitiis ditior, omni prudentia prudentior, & omni benignitate benignior, omni bonitate melior, omni iustitia iustior, omni clementia clementior. Minora enim sint necesse est omnium genera virtutum, eo ipso qui virtutum omnium & Deus & parens est: vt verè dici possit, id Deus esse, quod cuiusmodi est cui comparari nihil potest. Super omne est enim quod dici potest. Mens est enim quædam gignens & complens omnia, quæ sine vilo, aut initio, aut termino temporis causas rerum naturaliter nexas ad vtilitatem omnium summa & perfecta ratione moderetur. [Hunc igitur agnoscimus & scimus Deum conditorem rerum omnium: Deo¹¹¹. minimum, propter potestatem: parentem, propter institutionem: hunc inquam¹² qui dixit, & facta sunt omnia: præcepit, & processerunt vniuersa. De quo scriptum est, ^b Omnia a Psal. 140. in sapientia fecisti. De quo Moyses: ^c Deus in cœlo sursum & in terra deorsum; ¹⁰ qui scilicet b Psal. 103. cundum Esaiam^d mensus est cœlum palmo, terram pugillo; ^e qui aspicit terram, & facit c Deut. 4. eam tremere; qui continet gyrum terræ, & eos qui habitant in ipso quasi locustas; ^f qui expendit montes in pondere, & memora in statera, id est, certo diuinæ dispositionis examine: ac ne facilè in ruinam procuberet magnitudo inæqualiter iacens, si non paribus fuisset liberata ponderibus, onus hoc moderanter terrenæ molis æquauit. Qui dicit per Prophetam: Ego Deus, & non est præter me. Qui per eundem Prophetam refert: Quoniam maiestatem meam non dabo alteri, vt omnes cum suis figmentis Ethnicos excludat & hæreticos, probans Deum non esse qui manu artificis factus sit, nec eum qui ingenio hæretici fictus sit. Non est enim Deus, cui vt sit quærendus est artifex. Quique adhuc adiecit per Prophetam, Cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum: qualem mihi ædificabitis domum, aut quis locus requiei meæ? vt ostendat quoniam multò magis illum templum non capit, quum mundus non capit: & hæc non ad sui iactantiam, sed ad nostri scientiam refert. Neque enim ipse à nobis desiderat magnitudinis gloriam, sed nobis vult religiosam, quâ pater, conferre sapientiam. Quique præterea ferinos nostros animos, & de agresti immanitate tumidos, & abruptos ad lenitatem trahere volens, dicit: ¹⁸ Et super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & tremulam mentem verba mea? vt Deum aliquatenus quantus sit possit agnoscere, dum illum per spiritum collatum discit timere. Qui similiter adhuc magis in notitiam nostri volens peruenire, ad culturam sui nostros excitans animos, aiebat: Ego sum Dominus qui feci lucem & creavi tenebras, vt vicissitudinum istarum, quibus noctes dièsque moderantur, non naturam nescio quam putemus artificem; sed Deum agnosceremus potiùs (quod erat verius) conditorem. Quem quoniam obtutus oculorum videre non possumus, de operum magnitudine, & virtute, & maiestate condiscimus. Inuisibilia enim ipsius (inquit Apostolus Paulus) ¹⁹ à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt animus humanus ex manifestis occulta condiscens, de operum magnitudine quæ videret mentis oculis, artificis magnitudinem cogitaret: de quo idem Apostolus: Regi autem seculorum immortalì, inuisibili, soli Deo honor & gloria. Euasit enim oculorum contemplationem, qui cogitationis vicit magnitudinem. Quoniam, inquit, ex ipso, & per ipsam, & in ipso sunt omnia. Nam & imperio eius omnia, vt ex ipso sint, & verbo eius digesta, vt per ipsum sint: & in iudicium eius recidunt vniuersa, vt dum in ipso expectant libertatem, corruptione deposita in ipsum videantur esse reuocata. [Quem solum meritò bonum pronuntiat Dominus: cuius bonitatis totus testis est mundus: quem non instituit, nisi bonus fuisset. Nam si omnia bona valde, consequenter ac meritò & quæ instituta sunt bona, bonum institutorem probauerunt: & quæ à bono institutore sunt, aliud quàm bona esse non possunt, ex quo omne malum facebat à Deo: Nec enim potest fieri vt sit initiator, aut artifex vllius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat, & parentis & iudicis: maximè cum omnis mali operis vindex sit & iudex; quoniam & non aliunde occurrit homini malum, nisi à bono Deo recessisset. Hoc autem ipsum in homine denotatur: non quia necesse fuit, sed quia ipse sic voluit. vnde manifestè & quid malum esset apparuit, & ne inuidia in Deo esse videretur, à quo malum ortum esset, eluxit. Hic ergo semper sui est similis, nec se vnquam in aliquas formas vertit aut mutat: ne per immutationem etiam mortalis esse videatur. Immutatio enim conuersionis, potior cuiusdam comprehenditur mortis. Idcò nec adiectio in illo vnquam vllius aut partis, aut honoris accedit: ne quid vnquam perfecto defuisse videatur: nec detrimentum in eo aliquod agitur, ne gradus mortalitatis receptus esse videatur: sed

quod est, id semper est, & qui est, semper ipse est, & qualis est, semper talis est. Nam & incrementa originem monstrant, & detrimenta mortem atque interitum probant: Et ideo **Malach. 3.** ego (ait) sum Deus, & non sum mutatus: statum suum tenens semper, dum id quod natum non est, conuerti non potest. Hoc enim in ipso quidquid illud potest quod est, Deus semper sit necesse est, ut semper sit Deus, seruans sese virtutibus suis: Et ideo dicit, Ego sum qui sum. Quod enim est, ideo hoc habet nomen, quoniam eandem semper sui obtinet qualitatem. Immutatio enim tollit illud nomen quod est: quidquid enim aliquando vertitur, mortale ostenditur hoc ipso quod conuertitur. Desinit enim esse, quod fuerat, & incipit consequenter esse quod non erat: idcirco & meritò in Deo manet semper status suus, dum sine detrimento commutationis semper sui & similis & æqualis est. Quod enim natum non est, nec mutari potest: ea enim sola in conuersionem veniunt quæcunque sunt vel quæcunque gignantur, dum quæ aliquando non fuerant, discunt esse nascendo, atque ideo nascendo conuerti. At enim, illa quæ nec natiuitatem habent, nec artificem, excluderunt à se demutationem, dum in qua conuersionis causa est, non habent originem: ideo & vnus pronuntiatu est, dum parem non habet. Deus enim, quidquid esse potest quod Deus est, summum sit necesse est. Summum autem quidquid est, ita demum summum esse oportet, dum extra comparem est. Et ideo solū & vnum sit necesse est, cui conferri nihil potest, dum parem non habet. Quoniam nec duo infinita esse possunt, ut rerum dicit ipsa natura. Infinitum est autem, quidquid nec originem habet omnino, nec finem. Excludit enim alterius initium, quidquid occupauerit totum. Quoniam si non omne id quod est, quidquid est continet, dum intra id inuenitur quo continetur, minus inuentum eo quo continetur, Deus esse deserit, in alterius potestatem redactus, cuius magnitudine quæ minor fuerit inclusus: & ideo quod continuit Deus potius esse iam cœperit. Ex quo effectum est, ut nec nomen Dei proprium possit edici, quoniam non possit nec concipi. Id enim nomine continetur, quidquid etiam ex naturæ suæ conditione comprehenditur. Nomen enim significantia est eius rei quæ comprehendere potuit ex nomine. At quando id de quo agitur, tale est, ut condignè nec ipsis intellectibus colligatur: quomodo appellationis dignè vocabulo pronuntiabitur? Quod dum extra intellectum est, etiam supra appellationis significantiam sit necesse est: ut meritò quando nomen suum Deus ex quibusdam rationibus & occasionibus adiicit & præfert, non tam legitimam proprietatem appellationis sciamus esse depromptam, quàm significantiam quandam constitutam, ad quam dum homines decurrunt, Dei misericordiam per ipsam impetrare posse videantur. Est ergo & immortalis & incorruptibilis, nec detrimenta sentiens omnino, nec finē. Nam & quia incorruptibilis, ideo & immortalis, & quia immortalis, utique & incorruptibilis: utroque inuicem sibi & in se connexionem mutua perplexa, & ad statum æternitatis vicaria concatenatione producta: & immortalitate de incorruptione descendente, & incorruptione de immortalitate veniente. [Cuius etiam si²² iracundias²³ & b indignationes quasdam descriptas tenemus,²⁴ & c odia relata cognoscimus: non tamen hæc intelligimus ad humanorum relata esse exempla vitiorum. Hæc enim omnia etsi hominē **v.** possunt corrumpere, diuinam vim non possunt omnino vitare. Passiones enim istæ in hominibus meritò esse dicuntur, in Deo non meritò iudicabuntur. Corrupti enim per hæc homo potest, quia corrupti potest. Corrupti per hæc Deus non potest, quia nec corrupti potest. Habent igitur ista vim suam quam exerceant, sed ubi præcedit passibilis materia, non ubi præcedit impassibilis substantia. Nam & quod irascitur Deus, non ex vitio eius venit, sed ad remedium nostri illud facit. Indulgens est enim, etiam tunc cum minatur: dum per hæc homines ad recta reuocantur. nam quibus ad honestam vitam deest ratio, metus est necessarius, ut qui rationem reliquerunt, vel terrore moueantur. Et ideo omnes istæ vel iracundiæ Dei vel odia, vel quæcunque sunt huiusmodi, dum ad medicinam nostram proferuntur (ut res docet) ex consilio, non ex vitio venerunt. Nec ex fragilitate descendunt, propter quod etiam ad corrupendum Deum valere non possunt. Materiarum enim in nobis ex quibus sumus diuersitas, ad iracundiæ consuevit corruptentem nos excitare discordiam, quæ in Deo vel ex natura, vel ex vitio non potest esse: dum non utique ex coagmentis corporalibus intelligitur esse constructus. Est enim simplex & sine vlla corporea concretionem, quidquid illud est totus, quod se solus scit esse, quando quidem spiritus sit dictus. Et ideo hæc quæ in hominibus vitiosa sunt & corruptentia, dum ex corporis ipsius & materiæ corruptibilitate nascuntur, in Deo corruptibilitatis

a Gen. 18.
b Deut. 29.
c Eccl. 9.

litis vim exercere non possunt: quandoquidem, ut diximus, non ex vitio, sed ratione venerunt. [Et licet scriptura cœlestis ad humanam formam faciem diuinam sapere cōuerat, dum dicit, Oculi Domini super iustos: ²⁵ Aut dum odoratus est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiae: Aut dum traditur Moyse tabulæ scriptæ digito Dei: Aut dum populus filiorum Israël de terra Ægypti manu valida & brachio excelso liberatur: Aut dum dicit, Os enim Domini locutum est hæc: Aut dum terra scabellum pedum Dei esse perhibetur: Aut dum dicit, Inclina aurem tuam & audi: sed nos qui dicimus, quia lex spiritus talis est, non intra hæc nostri corporis lineamenta modum, aut figuram diuinæ maiestatis includimus, sed suis illam interminatæ magnitudinis (ut ita dixerim) campis sine vllō fine diffundimus. Scriptum est enim: Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad inferos, ades: ²⁷ & si assumpsero alas meas, & abiero trans mare, ibi manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me. Rationem enim diuinæ scripturæ de temperamento dispositionis cognoscimus. Parabolis enim adhuc secundum fidei tempus de Deo Prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat, sed quomodo populus capere poterat. Ut igitur hæc sic de Deo dicantur, non Deo, sed populo potius imputetur. Sic & tabernaculum erigere populo permittitur, nec tamen Deus intra tabernaculum clusus continetur; sic & templum extruitur, nec tamen Deus intra templi angustias omnino sepitur. Non igitur mediocris est Deus, sed populi mediocris est sensus: nec angustus Deus, sed rationis populi angustus est intellectus habitus. Denique in Euangelio: Veniet hora, Dominus aiebat, quum neque in monte isto, neque in Hierusalem adorabitis patrem. Et **B** causas reddidit, dicens: Spiritus est Deus, & eos ergo qui adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. Efficaciæ igitur ibi diuinæ per membra monstrantur: non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cum oculi describuntur, quod omnia videat, exprimitur. ²⁸ Et quando auris, quod omnia audiat, proponitur. Et cum digitus, significantiæ quædam voluntatis aperitur. Et cum nares, precum quasi odorum perceptio ostenditur. Et cum manus, quod creaturæ sit omnis auctor probatur. Et quando brachiū, quod nulla natura contra robur ipsius repugnare possit, edicitur. Et quando pedes, quod impleat omnia, nec sit quicquam ubi non sit Deus, explicatur. Neque enim sunt ei aut membra, aut membrorum officia necessaria, ad cuius solum etiam tacitum arbitrium & seruiunt & adsunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui lux est? Aut cur quærat pedes, qui vbique est? Aut cur ingredi velit, cum non sit quod extra se progredi possit? Aut cur manus expetatur, cuius ad omnia instituenda artifex est, & silens voluntas? Nec auribus eget, qui etiam tacitas nouit voluntates. ²⁹ Aut propter quam causam linguam quærat, cui cogitare iussisse est? ³⁰ Necessaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo: quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus impleisset: Deo autem non necessaria, cuius voluntatem non tantum sine aliqua molitione opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum voluntate procedunt. Ceterum ipse totus oculus, quia totus videt: & totus auris, quia totus audit: & totus manus, quia totus operatur: & totus pes, quia totus vbique est. Idem enim quidquid illud est, totus æqualis est, & totus vbique est. Non enim habet in se diuersitatem sui quidquid est simplex. Ea enim demum in diuersitatem membrorum recidunt, quæ veniunt ex natiuitate in dissolutionem. Sed hæc quæ concreta non sunt, sentire non possunt. Quod enim immortale est quidquid est, illud ipsum vnum & simplex & semper est. Et ideo quia vnum est, dissolui non potest, quoniam quidquid est illud ipsum extra ius dissolutionis positum, legibus est mortis solutum. [Sed illud quod dicit Dominus Spiritum Deum, puto ego sic locutum Christum de patre, ut adhuc aliquid plus intelligi velit quàm spiritum Deum. Hominibus enim licet in Euangelio suo intelligendi incrementa facientibus disputet, sed tamen & ipse sic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo possunt adhuc audire vel capere: licet ut diximus in agnitionem Dei religiosa iam facere incrementa nitatur. Inuenimus enim scriptum esse, quod Deus caritas dictus sit, ³¹ nec ex hoc tamen Dei substantia caritas expressa est: Et quod lux dictus est, nec tamen in hoc substantia Dei est, sed totum hoc de Deo dictum est quantum dici potest, ut meritò & quando spiritus dictus est, non omne id quod est dictus sit, sed ut dum mens hominum intelligendo utique ad ipsum proficit spiritum, conuersa iam ipsa in spiritu aliud quid amplius per spiritum conicere Deum esse possit. Id enim quod est, secundum id quod est, nec humano sermone edici, nec humanis auribus percipi, nec humanis sensibus colligi potest. Nam si, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum, nec ocu-

1. Cor. 2.

lus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis, aut mens ipsa percepit: qualis & quantus est ille ipse qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura defecit. Denique si acceperis spiritum substantiam Dei, creaturam feceris Deum. ³³ Omnis enim spiritus creatura est. Erit ergo iam factus Deus. Quomodo & si secundum Moysen ignem acceperis Deum, creaturam illum esse dicendo institutum expresseris, non institutorem docueris. Sed hæc figurantur potius, quam ita sunt. Nam & in veteri Testamento idem Deus ignis dicitur, ut peccatori populo metus incutiat, dum iudex ostenditur: Et in nouo Testamento spiritus esse profertur, ut refector & creator in delictis suis mortuorum per hanc bonitatem conlatæ credentibus indulgentiæ comprobetur. [³⁴ Hunc ergo, ommissis hæreticorum fabulis atque figmentis, Deum nouit & veneratur Ecclesia, cui testimonium reddit tam inuisibilem quam etiam visibilem, & semper, & tota natura. Quem angeli adorant, astra mirantur, maria benedicunt, terræ verentur, inferna quæque suscipiunt. Quæ mens omnis humana sentit, etiamsi non exprimit, cuius imperio omnia commouentur, fontes scaturiunt, amnes labuntur, fluctus adsurgunt, foetus suos cuncta parturiunt, venti spirare coguntur, imbres veniunt, maria commouentur, fecunditates suas cuncta ybique diffundunt: qui peculiarem protoplastis æternæ vitæ mundum quendam paradysum in Oriente constituit, arborem vitæ plantauit, scientiæ boni & mali similiter alteram arborem conlocavit. Mandatum dedit, sententiam contra delictum statuit. Noe iustissimum de diluuij periculis pro merito innocentis fideique seruauit. Enoch transiit, in amicitia societatem Abraham adlegit, ³⁵ Isaac protexit, Iacob auxit, Moysen ducem populo præfecit, ingemiscentes filios Israël è iugo seruitutis eripuit, legem scripsit: patrum sobolem in terram repromissionis induxit. Prophetas spiritu instruxit, & per hos omnes filium suum Christum repromisit, & quando daturum se sponderat, misit. Per quem nobis in notitiam venire voluit: & in nos indulgentiæ suæ sinus largos profudit, egenis & abiectis locupletem spiritum conferendo. Et quia vltro & largus & bonus est: ne totus hic orbis auersus gratiæ eius fluminibus arefceret, Apostolos institutores generis nostri in totum orbem mitti per filium suum voluit: ut conditio generis humani agnosceret institutorem: & si sequi maluisset, haberet quem pro Deo in suis iam postulationibus, patrem diceret. Cuius prouidentia non tantummodò singillatim per homines cucurrit aut currit, sed etiam per ipsas vrbes & ciuitates; quarum exitus Prophetarum vocibus cecinit, immò etiam per ipsum totum orbem. Cuius propter incredulitatem exitus, plagas, deminutiones pœnasque descripsit: & ne quis non etiam ad minima quæque Dei putaret istam in fatigabilem prouidentiam peruenire, Ex duobus, inquit Dominus, passeribus vnus non cadet sine patris voluntate, sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Cuius etiam cura & prouidentia Israëlitarum non fuit nec vestes cõsumi, nec vilissima in pedibus calcamenta deteri, sed nec ipsorum postremum adolescentium captiua sarabara comburi, nec immeritò: nam si hic omnia complexus est omnia continens, omnia autem & totum ex singulis constant, pertinet consequenter eius ad vsque singula quæque cura, cuius ad totum quicquid est, peruenit prouidentia. ³⁶ Hinc est quòd & desuper Cherubim sedet, id est, præest super operum suorum varietatem; subiectis throno eius animalibus præceteris principatum tenentibus; cuncta desuper crystallo contegente, id est, cœlo omnia operiente. ³⁷ Quod in firmamentum de aquarum fluente materia fuerat Deo iubente solidatum, ut glacies robusta aquarum terram pridem contegentium diuidens medietatem, dorso quodam pondera aquæ superioris corroboratis de gelu viribus sustineret. ³⁸ Nam & rotæ subiacent, tempora scilicet, quibus omnia semper mundi membra voluntur, talibus pedibus adiectis, quibus non in perpetuum stant ista, sed transeunt. Sed & per omnes ortus stellata sunt oculis. Dei enim opera peruigili obtutu contemplanda sunt, in quorum sinu carbonum medius est ignis, siue quoniam ³⁹ ad igneum diem iudicij mundus iste festinat: siue quoniam omnia opera Dei ignea, nec sunt tenebrosa, sed vigent: siue etiam ne, quia ex terrenis ista fuerant orta principiis, naturaliter de originis suæ rigore torperent, addita est omnibus interioris spiritus calida natura, quæ frigidis concreta corporibus ad vsuram vitæ æqualia omnibus libramenta monstraret. Hic est igitur currus secundum Dauid Dei. ⁴⁰ Currus enim, inquit, Dei decies millies multiplicatus, id est, innumerus, infinitus, immensus. Sub iugo enim naturalis legis omnibus data, alia quasi frenis reuocata retrahuntur, alia quasi effusis habenis excitata impelluntur. Mundum enim istum, currum Dei, cum omnibus & ipsi angeli ducunt & astra, quorum varios licet meatus, certis

Atis tamen legibus vincos inspicimus ad metas definiti sibi temporis ducere: ut meritò nobis quoque cum Apostolo, & artificem & opera mirantibus exclamare iam libeat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, & reliqua. [⁴¹ Eadem regula veritatis docet nos, credere post patrem etiam in filium Dei Christum Iesum Dominum Deum nostrum, sed Dei filiū, huius Dei qui & vnus & solus est, conditor scilicet rerum omnium, ut iam & superius expressum est. Hunc enim Iesum Christum iterum dicā huius Dei filium, & in veteri Testamento legimus esse repromissum, & in nouo Testamento animaduertimus exhibitum, omnium sacramentorum vmbras & figuras de præsentia corporatæ veritatis implentem. ⁴² Hunc enim Abraham filium, ⁴³ hunc Dauid, hunc non minus & vetera prædicta & Euāgelia testatur. Hunc ipsa Genesis, quum dicit, Tibi dabo & semini tuo. Hunc, quādo iustatum ostendit hominem cum Iacob, hunc, quādo dicit, Non deficiet princeps de Iuda, neque dux de femoribus eius, ⁴⁴ donec veniat is, cui repromissum est, & ipse erit expectatio gentium. Hunc Moyses, quum dicit, ⁴⁵ Prouide alium quem mittas. Hunc idem, quādo testatur, Propheta ten vobis, dicendo, suscitabit Deus ex fratribus vestris: eū quasi me audite. Hunc, quādo dicit, Videbitis vitam vestram pendentem nocte ac die, & non credetis ei. Hunc Esaias, ⁴⁶ Prodiert virga de radice Iesse, & flos de radice ascendet. Hunc eundem, quādo dicit, Ecce virgo concipiet & pariet filium. Hunc, quādo sanitates ab eo futuras collocat, dicens, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet claudus ut ceruus, & diserta erit lingua mutorum. Hunc, quādo patientiæ virtutes exprimit, dicens, Non audietur in plateis vox eius, arundinem quassatam non conterer, & linum fumigans non extinguet. Hunc, quādo eius Euangelia descripsit, Et disponam vobis testamentum æternum sancta Dauid fidelia. Hunc, quādo gētes in ipsum credituras prophetat, Ecce posui eum in principem & præcipientem gentibus. Gentes quæ te nō nouerunt, inuocabunt te, & populi qui te nesciunt, ad te confugient. Hunc eundem, quādo ad passionem eius exclamat dicens, Sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, ⁴⁷ sic non aperuit os suum in humilitate. Hunc, quādo flagrorum eius idus plagasque descripsit, Liore eius nos sanati sumus: aut humilitatem, Et vidimus eū, & non erat ei species, neque honor, homo in plaga & sciens ferre infirmitatē. Aut quòd populus non erat crediturus, Tota die expandi manus meas ad populum non credentē. Aut quòd resurrecturus à mortuis, Et erit in illa die radix Iesse, & qui surget imperare gētibus; in eum gētes sperabunt, & erit requies eius honor. Aut cū tēpus resurrectionis, Quasi diluculo paratum inueniemus eum. Aut quòd sessurus ad dexteram patris, Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Aut quum possessor omnium collocatur, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut quòd iudex omnium ostenditur, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuā filio regis. Nec hoc in loco plura persequar, quæ adnuntiata de Christo omnibus hæreticis, sed & ipsis veritatem tenentibus magis nota sunt. [⁴⁸ Sed illud admoneo, non alterum in Euangelio Christum expectandum fuisse, quàm hunc à creatore veteris Testamenti litteris antè promissum, maximè quum & quæ de ipso prædicta sunt, impleta sint, & quæ impleta sunt, antè prædicta sint. Ut meritò hæreticorum istorum Testamenti veteris auctoritatem respicientium nescio cui commentitio & ex fabulis anilibus ficto Christo atque fucato possim verè & constanter dicere: Quis es? unde es? à quo missus es? quare nunc venire voluisti? quare talis? vel quā venire potuisti? vel quare non ad tuos abiisti? nisi quòd probasti tuos non habere, dum ad alienos venis. Quid tibi cum mundo creatoris? quid tibi cum homine conditoris? quid tibi cum figmento corporis, cui eripis spem resurrectionis? quid ad alienum venis famulum? alienum sollicitare desideras filium? quid me à Domino eripere conaris? quid me in patrem blasphemare atque impium esse compellis? aut quid sum à te in resurrectione consecuturus, qui me ipsum non recipio, dum corpus amittor? Si saluare vis, fecisses hominem cui salutem dares. Si à delicto eripere cupis, antè mihi ne delinquerem contulisses. Quod autem tecum suffragium circūfers Legis? Quod habes testimonium Prophetiæ vocis? aut quid mihi possum de te solidum repromittere, quum te videam in phantasmate, & non in soliditate venisse? Quid ergo tibi cum figura corporis, si corpus odisti? immò reuinceris corporis quod odisti, circumferre substantiam, cuius suscipere voluisti etiam figuram? Odisse enim debueras cor-

poris imitationem, si oderas veritatem, Quoniam si alter es, aliter venire debueras, ne dicereris filius creatoris, si vel imaginem habuisses carnis & corporis. Certè si oderas natiuitatè, quia creatoris oderas nuptiarum cõiunctionem, recusare debueras etiam imitationè hominis, qui per nuptias nascitur creatoris. Neque igitur eum hæreticorū agnoscimus Christum, qui in imagine (vt dicitur) fuit, & non in veritate; nihil verum eorum quæ gessit, fecerit, si ipse phantasma & non veritas fuit; neque eum qui nihil in se nostri corporis gessit, dum ex Maria nihil accepit, ne non nobis venerit, dum non in nostra substantia visus apparuit. Neque illum qui ætheream siue sydereum, vt alij voluerūt hæretici, voluit carnem, ne nullam in illo nostro intelligamus salutem, si non etiam nostri corporis cognoscamus soliditatem; nec vllum omninò alterum, qui quoduis aliud ex figmento hæreticorum gesserit corpus fabularū. Omnes enim istos & natiuitas Domini, & mors ipsa confutat. Nam & verbum (inquit Ioannes) caro factum est, & habitauit in nobis. Vt meritò corpus nostrum in illo fuerit, quoniam quidem nostram carnem sermo suscepit. Et sanguis idcirco de manibus ac pedibus, atque ipso latere demanauit, vt nostri confors corporis probaretur, dum occasus nostri legibus moritur. Qui dum in eadè substantia corporis in qua moritur, resuscitatus, ipsius corporis vulneribus cõprobat, etiã resurrectionis nostræ leges in sua carne monstrauit, qui corpus quod ex nobis habuit, in sua resurrectione restituit. Lex enim resurrectionis ponitur, dum Christus ad exemplum ceterorum in substantia corporis suscitatur. Quoniam cum caro & sanguis nõ obtinere regnum Dei scribitur, non carnis substantia dånata est, quæ diuinis manibus ne periret, extructa est, sed sola carnis culpa meritò reprehensa est, quæ voluntaria hominis temeritate cõtra legis diuinæ iurã grassata est. Quia in baptisate & in mortis dissolutione sublata caro ad salutè reuertitur: dum ad statum innocentie deposita criminis mortalitate reuocatur. Verum ne ex hoc quòd Dominum nostrum Iesum Christum Dei creatoris filium in substantia veri corporis exhibitum adserimus, aliis hæreticis hoc in loco hominem tantum & solum defendentibus, atque idèd hominem illum nudum & solitarium probare cupientibus, aut manus dedisse, aut loquendi materiam commodasse videamur: non sic de substantia corporis ipsius exprimimus, vt solum tantum hominè illum esse dicamus: sed vt diuinitate sermonis in ipsa concretionem permixta, etiam Deum illum secundum scripturas esse teneamus. Est enim periculū grande, saluatorem generis humani, totius Dominum & principem mundi; cui à suo patre omnia tradita sunt, & cuncta concessa; per quem instituta sunt vniuersa, creata sunt tota, digesta sunt cuncta, æuorū omnium & temporum regem, angelorum omnium principem, ante què nihil præter patrem, hominem tantummodò dicere, & auctoritatem illi diuinam in his abnegare. Hæc enim cõtumelia hæreticorum ad ipsum quoque Deum patrè redundabit, si Deus pater filii Deū generare nõ potuit. Sed enim veritati cæcitas hæreticorū nulla præscribet. Nec quoniam in Christo aliquid tenent, aliquid non tenent, alterū vident, alterū non vident, eripietur nobis illud quod nõ videt, per illud quod vident. Quasi hominis enim in illo fragilitates cõsiderant, quasi Dei virtutes nõ cõputant, infirmitates carnis recolūt, potestates diuinitatis excludunt. Quando si probatio hæc ex infirmitatibus Christi illuc proficit, vt homo ex infirmitatibus cõprobetur, probatio diuinitatis in illo collecta ex virtutibus illuc proficiet, vt etiã Deus ex operibus adseratur. Si enim passiones ostendunt in illo humanã fragilitatem, eor opera nõ adserant in illo diuinã potestatem: ne si hoc non profecerit, vt Deus ex virtutibus adseratur, nec passiones proficiant, vt etiam homo ex ipsis esse monstratur. Quæcūque enim lex in alterutro fuerit posita, in altero inuenietur esse suspecta. Periculū enim erit nec hominè illum ex passionibus ostèdi, si non potuerit etiã Deus ex virtutibus adprobari. non est ergo in vnam partem inclinandum, & ab alia parte fugiendū, quoniã nec tenebit perfectã veritatem, quisquis aliquã veritatis excluderit portionè. Tam enim scriptura etiam Deū adnuntiat Christum, quàm etiam hominem ipsum adnuntiat Deum: tam hominem descripsit Iesum Christum, quàm etiam Deū quoque descripsit Christum Dominum. Quoniã nec Dei tantum illum filium esse proponit, sed & hominis, nec hominis tantum dicit, sed & Dei referre cõsuevit: vt dum ex vtroque est, vtrunque sit, ne si alterū tantum sit, alterum esse non possit. Vt enim præscripsit ipsa natura hominè credendū esse qui ex homine sit, ita eadem natura præscribit & Deum credendū esse qui ex Deo sit: ne si non & Deus fuerit, cum ex Deo sit, iam nec homo sit, licet ex homine fuerit, & in alterutro vtrumque periclitetur, dum alterum altero fidem perdidisse conuincitur. Qui legunt

A gunt ergo hominis filium hominem Christum Iesum, legant huc eundem & Deum & Dei filium nuncupatum. Nam quomodo, est quã homo ex Abraham, sic est etiam quã Deus, ante ipsum Abraham. Et quomodo, quã homo, filius Dauid, ita Dominus Dauid quã Deus nuncupatus est. Et quomodo quã homo, sub lege factus est, ita quã Deus Sabbati Dominus expressus est. Et quomodo quã homo sententiã patitur, sic omne, quã Deus, de viuis & mortuis iudicium habere reperitur. Et quomodo post mūdum quã homo nascitur, sic ante mundum quã Deus, fuisse perhibetur. Et quomodo ex semine Dauid quã homo genitus est, sic ita per ipsum quã Deum mundus dicitur institutus. Et quomodo quã homo post multos, sic quã Deus ante omnes. Et quomodo ceteris quã homo inferior, sic omnibus quã Deus maior. Et quomodo in cœlum quã homo ascendit, sic inde quã Deus ante descendit. Et quomodo ad patrem quã homo vadit, sic obediens patri quã filius inde descensus est. Ita si mediocritates in illo adprobant humanam fragilitatem, maiestates in illo adfirmant diuinam potestatem. Periculum est enim, cum vtrunque legis, non vtrunque, sed alterum credidisse. Ex quo quoniam vtrūque in Christo legitur, vtrūque creditur: vt fides ita demū vera sit, si & perfecta fuerit. Nam si ex duobus altero in fide cessante, vnum & quidem id quod est minus, ad credendum fuerit assumptū, perturbata regula veritatis temeritas ista non salutem cõtulerit, sed in vicem salutis, de iactura fidei periculum mortis grande conflauerit. Cur ergo dubitemus dicere, quod scriptura non dubitat exprimere? cur hæsitabit fidei veritas, in quo scripturæ nunquam hæsitauit auctoritas? Ecce enim Osee Prophetes ait ex persona patris: *Iam non saluabo eos in arcu, neque in equis, neque in equitibus, sed saluabo eos in Domino Deo ipsorū.* Si Deus saluare se dicit in Deo, non autem saluat nisi in Christo. Deus: cur ergo homo dubitet Christum Deum dicere, quem Deum à patre animaduertit positum per scripturas esse? immò si nõ saluat nisi in Deo pater Deus, saluari non poterit à Deo patre quisquam, nisi cõfessus fuerit Christum Deum, in quo se & per quem se repromittit pater salutem daturū: vt meritò quisquis illum agnoscit esse Deum, salutè inueniat in Deo Christo: quisquis nõ recognoscit esse Deum, salutem perdidit, quam alibi nisi in Christo Deo inuenire non poterit. Quomodo enim Esaias, Ecce virgo cõcipiet, & pariet filiū, & vocabitis nomē eius Emmanuel: quod interpretatū est nobiscū Deus: sic Christus ipse dicit: Ecce ego vobiscū sum vsque ad consummationem seculi: est ergo nobiscum Deus, immò multò magis etiã in nobis est. Nobiscum est Christus, est ergo cuius nomē est, nobiscum Deus, quia & nobiscum est. Aut nunquid nõ est nobiscum? quomodo ergo dicit se nobiscum esse? est ergo nobiscum. Sed quoniam nobiscum est, Emmanuel, id est, nobiscum Deus dictus est. Deus ergo quia nobiscum est, nobiscum Deus dictus est. Idèd Prophetes: *Conualescite manus dissolutæ, & genua debilia consolamini, pusillanimes sensu conualescite, nolite timere, Ecce Deus noster iudicium retribuet, ipse veniet & saluabit nos: tunc aperietur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc saliet claudus sicut ceruus, & diserta erit lingua mutorū.* Si in aduentu Dei dicit Prophetes hæc futura signa quæ facta sunt, aut Dei filiū agnoscant Christum, in cuius aduētū & à quo hæc sanitarum signa facta sunt, aut diuinitatis Christi veritate superati, in alteram hæresim ruētes, Christum dum filium Dei & Deum confiteri nolunt, patrem illum esse confitebuntur. Vocibus enim Prophetarum inclusi, iam Christum Deū negare non possunt. Quid ergo respondent, cum in aduētū Dei hæc signa futura dicuntur quæ in aduentu Christi gesta sunt, Christum qualiter accipiūt Deum (Deum enim iam negare non possunt) quã patrem? aut quã filium? Si quã filium, cur Dei filium Deum negant? Si quã patrem, cur eos non sequuntur qui eiusmodi blasphemias tenere vidētur? Nisi quoniam nobis in hoc aduersus illos de veritate certamine hoc interim sufficit, vt quocumque genere conuicti Christum confiteantur & Deum, quem etiam Deum negare voluerunt. Per Abacuc Prophetam ait: *Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte opaco & condenso. Quem volunt isti ab Africo venire? si venisse aiunt omnipotentem Deum patrem, ergo de loco Deus pater venit, ex quo etiam loco clauditur, & intra sedis alicuius angustias cõtinetur, & iã per istos, vt diximus, Sabelliana hæresis, sacrilega corporatur. Siquidem Christus nõ filius, sed pater creditur, & nouo more dū ab istis destriçtè homo nudus adseritur, per eos rursus Christus pater Deus omnipotens comprobatur. At si in Bethleem, cuius metaturæ regio ad meridianã respicit plagã cœli, Christus nascitur, qui per scripturas & Deus dicitur: meritò Deus hic ab Africo venire describitur, quia à Bethleem venturus esse præuidebatur. Eligant ergo ex duobus*

quid velint, hunc qui ab Africo venit, filium esse an patrem: Deus enim dicitur ab Africo venturus. Si filium, quid dubitant Christum & Deum dicere, Deum enim scriptura dicit esse venturum. Si patrem, quid dubitant cum Sabellij temeritate misceri, qui Christum patrem dicit: nisi quoniam siue illum patrem, siue filium dixerint, ab hæresi sua inuiti licet desciscant necesse est, qui Christum hominem tantummodò solè dicere, dum illum rebus ipsis coacti Deum incipiunt promere, siue dum illum patrem, siue dum illum filium voluerint nuncupare. [66] Ac si & Ioannes natiuitatem Christi describens, Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus claritatem eius, claritatē tanquam vnigeniti à patre, plenus gratia & veritate. Nam & vocatur nomen eius verbū Dei, nec immeritò. Eructauit, inquit, cor meum verbum bonum, quod verbum regis nomine consequenter appellat inferendo, Dico ego opera mea regi. Per ipsum enim omnia facta sunt opera, & sine ipso factum est nihil. [67] Siue enim, inquit Apostolus, throni, siue dominationes, siue virtutes, siue potestates, visibilia & inuisibilia, omnia per ipsum constant. Verbum autem hoc illud est, quod in sua venit, & sui cum non receperunt. Mūdus enim per ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit. Verbum autem hoc erat in principio apud Deum, & Deus erat verbum. Quis igitur dubitet, cum in extrema parte dicitur, verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Christum cuius est natiuitas, & quia caro factus est, esse hominem, & quia verbum Dei, Deum incunstanter edicere esse: præfertim cum animaduertat scripturam Euangelicam, vtrunque istam substantiam in vnam

XIII.
Joan. 1.

Psal. 44.
Joan. 1.
Coloss. 1.

Joan. 1.
Ibidem.

Psal. 18.

Joan. 3.

Joan. 17.
Psal. 18.
Joan. 3.

Joan. 1.

Psal. 7.
Matth. 9.
Marc. 2.
Joan. 3.
Joan. 10.

Joan. 20.
Rom. 9.

Gal. 1.

Joan. 1.

Coloss. 1.

XIII.

natuuitatis Christi fœderasse concordiam? Hic est enim qui sicut spūs egreditur de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius, [68] & vsque ad summum regressio eius. Quoniam vsque ad summum, nec quisquam in cœlum ascendit, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlis. Repetens hoc ipsum dicit: Pater clarifica me eo honore, quo fui apud te antequam mundus esset. Ac si de cœlo descendit verbum hoc tanquam sponsum ad carnem, vt per carnis adsumptionem filius hominis illuc posset ascendere, vnde Dei filius verbum descenderat: meritò dum per cōnexionem mutuum & caro verbum Dei gerit, & filius Dei fragilitatem carnis adsumit, cū sponfa carne conscendens, illuc vnde sine carne descēderat, recipit iam claritatem illam, quam dum ante mundi institutionem habuisse ostēditur, Deus manifestissimè comprobatur. Et nihilominus dum mundus ipse post illum institutus refertur, per ipsum creatus esse reperitur, quo ipso diuinitatis in ipso per quem factus est mūdus, & claritas & auctoritas comprobetur. Quòd si, cum nullius sit nisi Dei, cordis nosse secreta, Christus secreta cōspicit cordis: quòd si, cum nullius sit nisi Dei, peccata dimittere, idem Christus peccata dimittit: quòd si, cum nullius sit hominis de cœlo venire, de cœlo veniendo descendit: quòd si, cum nullius hominis hæc vox esse possit, Ego & pater vnum sumus, hæc vocē de cōsciētia diuinitatis Christus solus edicit: quòd si postremò, omnibus diuinitatis Christi probationibus & rebus in structus Apostolus Thomas respōdēs Christo, Dominus meus & Deus meus dicit: quòd si & Apostolus Paulus, Quorum, inquit, patres & ex quibus Christus secūdū carnē, qui est super omnia Deus benedictus in secula, in suis litteris scribit: quòd si, idē se [69] Apostolū non ab hominibus, aut per hominē, sed per Iesum Christū, constitutum esse depromit: quòd si idem Euangelium non se ab hominibus didicisse, aut per hominē, sed per Iesum Christum accepisse cōcedit, meritò Deus est Christus. Itaque hoc in loco ex duobus alterum cōstare debet. Cum enim manifestū sit omnia esse facta per Christum: aut ante omnia est, quoniam omnia per ipsum, & meritò & Deus est: aut quia homo est, post omnia est, & meritò per ipsum nihil factū est. Sed nihil per ipsum factū esse non possumus dicere, cum animaduertamus omnia per ipsum facta esse, scriptum: nō ergo post omnia est, id est non homo tantum est, qui post omnia est, sed & Deus, [70] quoniam Deus ante omnia est. Ante omnia est enim, quia per ipsum omnia, ne si homo tantum, nihil per ipsum: aut si omnia per ipsum, nō homo tantum: quoniam si homo tantum, nō omnia per ipsum, immò nihil per ipsum. Quid ergo respondent, nihil per ipsum, vt homo sit tantum? quomodo ergo omnia per ipsum? ergo nō homo tantummodò est, sed & Deus. Siquidem omnia sunt per ipsum: vt meritò intelligere debeamus nec hominem esse Christum tantummodò, qui est post omnia, sed & Deum, cum per ipsum facta sint omnia. Quomodo enim aut hominem tantummodò dicas, cum illum etiam in carne cōspicias, nisi quoniam si virtute animaduertitur, vtrunque meritò credatur? [71] Et tamen adhuc dubitat hæreticus Christum dicere esse Deum, quem Deū tot & rebus animaduertit & vocibus adpro-

A adprobatum. Si homo tantummodò Christus; quomodo veniens in hunc mūdum in sua venit, cum homo nullum fecerit mundum? Si homo tantummodò Christus; quomodo mundus per ipsum factus esse refertur, cum non per hominem mūdus, sed post mundum homo institutus referatur? Si homo tantummodò Christus; quomodo non ex semine tantum David Christus; sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis? Nam etsi protoplastus non ex semine, sed tamen protoplastus non est ex verbi & carnis coniunctione concretus. Non est enim verbum caro factum, & habitauit in nobis. Si homo tantummodò Christus; quomodo qui de cœlo venit, quæ vidit & audit testificatur, cum constet hominem de cœlo, quia ibi nasci non possit, venire non posse? Si homo tantummodò Christus; quomodo visibilia & inuisibilia, throni, virtutes & dominationes per ipsum, & in ipso creata esse referuntur cum virtutes cœlestes per hominem fieri non potuerint, quæ ante hominem ipsum esse debuerint? Si homo tantummodò Christus; [72] quomodo adest vbi que inuocatus, cum hæc hominis natura nō sit, sed Dei, vt adesse omni loco possit? Si homo tantummodò Christus; cur homo in orationibus mediator inuocatur, cum inuocatio hominis ad præstandam salutem inefficax iudicetur? Si homo tantummodò Christus; cur spes in illum ponitur, cum spes in homine maledicta referatur? Si homo tantummodò Christus; cur non licet Christum sine exitio animæ negari, cum in hominem commissum delictum referatur posse dimitti? Si homo tantummodò Christus; quomodo Ioānes Baptista testatur, & dicit, [73] qui post me venit, ante me factus est, quia prior me fuit? cum si homo tantummodò Christus, post Ioannem natus, ante Ioannē esse nō possit, nisi quoniam illum quæ Deus est, antè præcessit. Si homo tantummodò Christus; quomodo quæ pater facit, & filius facit similiter, quum homo cœlestibus operibus Dei similia opera facere non possit? Si homo tantummodò Christus; quomodo sicut pater in se vitam habet, ita dedit filio vitam habere in semetipso, cum exemplo patris Dei, homo in se vitam habere nō possit, cum non in æternitate sit gloriosus, sed in materia mortalitatis effectus? Si homo tantummodò Christus; quomodo refert, [74] Ego sum panis vitæ æternæ qui de cœlo descendi: cum neque panis vitæ homo esse possit ipse mortalis, nec de cœlo descenderit nulla in cœlo constituta materia fragilitatis? Si homo tantummodò Christus; quomodo dicit, quia patrem Deum nemo vidit vnquam: nisi qui est à Deo, hic vidit Deum? Quoniam si homo tantummodò Christus, Deum videre non potuit, quia Deum nemo hominū vidit: Si autem dum ex Deo est, Deum vidit, plus se quam hominem, dū Deum vidit, intelligi voluit. Si homo tantummodò Christus; cur dicit, Quid si videritis filiū hominis ascendentem illuc vbi antè erat: ascendit autem in cœlum? ibi ergo fuit, dum illuc redit vbi prius fuit. [75] Ex quo manus ponere, figuram & formam futuram passionis ostendens. Nemo igitur Christum sicut angelum non dubitat dicere; ita etiam Deum hæsitet pronuntiare, cum hunc eundem & puerorum horum benedictionem per sacramentum passionis digestum in figura manuum, & [76] Deum & angelum intelligat inuocatum fuisse. [76] Ac si aliquis hæreticus pertinaciter oblectans aduersus veritatem, voluerit in his omnibus exemplis propriè angelum aut intelligere, aut intelligendum esse cōcederit, in hoc quoque viribus veritatis frāgatur necesse est. [77] Nā si omnibus cœlestibus, terrenis & infernis Christo subditis, etiam ipsi angeli cum omnibus ceteris quæcunque subiecta sunt Christo, dicuntur Dijiure & Deus Christus. Et si quiuis angelus subditus Christo Deus potest dici, & hoc si dicitur, & sine blasphemia proferetur, multò magis vtique & hoc ipsi Dei filio Christo cōpetere potest, vt Deus pronuntietur. Si enim qui subiectus Christo angelus, Deus promitur, multò magis & cōstātius Christus, [78] cui sūt omnes angeli subiecti, Deus esse dicetur. Nec enim naturæ cōgruit, vt quæ minoribus cōcessa sunt maioribus denegetur. Ita si angelus Christo minor est, angelus autem Deus dicitur, magis consequēter Christus, Deus esse dicitur; qui non vno, sed omnibus angelis, & maior & melior inuenitur. [79] Ac si stetit Deus in synagoga Deorum, in medio autem Deus Deos discernit, in synagoga autem aliquotiens Christus stetit, Christus ergo in synagoga Deus stetit, diiudicans scilicet Deos, quibus dicit: Vsquequò personas hominum accipitis; accusans scilicet consequenter homines synagogæ, non exercentes iusta iudicia. Porro si illi qui reprehenduntur atque culpantur, propter aliquam tamen causam hoc nomen adipisci sine blasphemia videntur vt Diji nuncupentur: multò magis vtique hic Deus habebitur, qui non tantum Deus Deorum stetit dicitur, sed etiam Deos discernens & diiudicans ex eadem lectionis auctoritate aperitur. Ac si illi, qui tanquam vnus de principibus ca-

dunt, Dij tamē nuncupātur, multò magis Deus esse dicitur, qui non tantum tanquam vnus ex principibus non cadit, sed ipsum quoque malitiæ & auctorem & principem vincit. Quæ autem malum ratio est, vt cum legant hoc etiam Moyſi nomen datum, dum dicitur: Deum te posui Pharaoni: Christo negetur, qui non Pharaoni Deus, sed vniuersæ creaturæ & Dominus & Deus constitutus esse reperitur. & in illo quidem hoc nomen temperatè datum, in hoc profusè: in illo ad mensurā, in hoc supra omnem omninò mensuram. Non enim ad mensuram, inquit, dat filio pater: pater enim, inquit, diligit filium. In illo ad tempus, in hoc sine tempore. diuini enim nominis potestatem & super omnia & in omne tempus accepit. Quòd si qui vnus hominis accepit potestatem in hac exiguitate huius datæ potestatis, nomen tamen istud Dei incunctanter cōsequitur, quantò magis qui in ipsum quoque Moyſen habet potestatem, nominis istius auctoritatem consecutus esse credetur? [Et poteram quidem omnium scripturarum cœlestium euentilare tractatus, & ingētem circa istam speciem Christi diuinitatis, vt ita dixerim, syluam commouere: nisi quoniam non tam mihi contra hanc hæresim propositum est dicere, quam breuiter circa personam Christi, regulam veritatis aperire. Quamuis tamen ad alia festinem, illud non arbitror prætermittendum, quod in Euangelio Dominus ad significantiam suæ maiestatis expressit dicendo: Soluite templum hoc, & ego in triduo suscitabo illud. Aut quando alio in loco & alia parte pronuntiat: Potestatem habeo animam meam ponendi, & rursus recipere eam: hoc enim mandatum accepi à patre. Quis est enim qui dicit, animam suam se posse ponere, aut animam suam posse se rursus recuperare, quia hoc mandatum acceperit à patre? Aut quis dicit, destructum corporis sui templum resuscitare rursus & reedificare se posse, nisi quoniam sermo ille, qui ex patre, qui apud patrem per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, imitator paternorum operum atque virtutum; imago inuisibilis Dei; qui descendit de cœlo, qui quæ vidit & audiuit testificatus est; qui non venit vt faceret suam voluntatem, sed potius vt faciat patris voluntatem, à quo missus ad hoc ipsum fuerat, vt magni consilij angelus factus arcanorum cœlestium nobis iura refereret; quique verbum caro factus habitauit in nobis, ex nobis hic Christus non homo tantum, quia hominis filius: sed etiam Deus, quia Dei filius comprobatur. Quòd si & primogenitus omnis creaturæ ab Apostolo dictus sit Christus, quomodo omnis creaturæ primogenitus esse potuit, nisi quoniam secundum diuinitatem ante omnem creaturam ex patre Deo sermo processit: Quod nisi ita hæretici acceperint, Christum hominem primogenitum omnis creaturæ monstrare cogentur, quod facere non poterunt. Aut igitur ante omnem creaturam, vt primogenitus sit omni creaturæ, & non homo est tantum, quia homo post omnem creaturam est. Aut homo tantum est, & est post omnem creaturam: Et quomodo primogenitus est omnis creaturæ, nisi quoniam dum verbum illud quod est ante omnem creaturam, & idè primogenitus omnis creaturæ, caro fit & habitat in nobis, hoc est, adsumit hunc hominem qui est post omnem creaturam, & sic cum illo & in illo habitat in nobis; vt neque homo Christo subtrahatur, neque diuinitas negetur? Nam si tantummodò ante omnem creaturam est, homo in illo subtractus est. Si autem tantummodò homo est, diuinitas quæ ante omnem creaturam est, intercepta est: vtrunque ergo in Christo confederatum est, & vtrunque coniunctum est, & vtrunque connexum est. Et meritò dum est in illo aliquid quod superat creaturam, pignerata in illo diuinitatis & humilitatis videtur esse concordia. Propter quam causam, qui mediator Dei & hominū effectus exprimitur, in se Deum & hominē sociasse reperitur. Ac si idem Apostolus de Christo refert, vt exutus carnem potestates de honestauit, palam triumphatis illis in semetipso: non utique otiosè exutum carne proposuit, nisi quoniam & resurrectionem rursus indutū voluit intelligi. Quis est ergo iste exutus & rursus indutus: requirant hæretici, nos enim sermonē Dei scimus indutū carnis substantiam, eundemque rursus exutum eadem corporis materia, quam rursus in resurrectione suscepit, & quasi indumentū resumpsit. Sed enim neque exutus, neque indutus hominē Christus fuisset, si homo tantum fuisset. Nemo enim vnquā seipso aut spoliatur, aut induitur. Sit enim necesse est aliud, quicquid aliudè aut spoliatur aut induitur, Ex quo meritò sermo Dei fuit, qui exutus est carnē, & in resurrectione rursus indutus. Exutus autē, quoniam & in natiuitate fuerat indutus. itaq; in Christo Deus est qui induitur, atque etiā exutus sit oportet; propterea is qui induitur, pariter & exuatur necesse est. Induitur autē & exuitur homo quasi quadā cōtexti corporis tunica. Ac propterea cōsequēter sermo fuit,

vt

A vt diximus, Dei, qui modò indutus modò exutus esse reperitur: hoc enim etiam in benedictionibus antè prædixit: Lauabit stolam suam in vino, & in sanguine vultus amictum suum. Si stola in Christo caro est, & amictū ipsum corpus est, requiratur quisquis est ille cuius corpus amictum est, & stola caro. Nobis enim manifestum est carnem stolā & corpus amictum verbi fuisse, quique sanguine, id est, vino, lauit substantiam corporis & materiam carnis abluēs, ex parte suscepti hominis passione. Ex quo siquidem lauatur, homo est: quia amictū quod lauatur, caro est. Qui autē lauat, verbum Dei est, qui vt lauaret amictum, amictū susceptor effectus est. Meritò ex ea substantia, quæ recepta est, vt lauaretur, homo exprimitur: sicut ex verbi auctoritate qui lauit, Deus esse monstratur. [Cur autem licet ad aliam partem disputandi festinare videamur, illum prætereamus apud Apostolum locum: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs, in similitudine hominum factus, & habitu inuētus vt homo, humiliavit se obediēs factus vique ad mortē, mortē autē crucis: propterea & Deus illū superexaltauit, & dedit illi nomē quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū & infernōrū, & omnis lingua cōfiteatur, quoniam Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Qui cum in forma Dei esset, inquit. Si homo tantummodò Christus in imagine Dei, non in forma Dei relatus fuisset, hominem enim scimus ad imaginem, non ad formam Dei factum. Quis ergo est iste, qui in forma Dei, vt diximus, factus est: angelus? sed nec in angelis formam Dei legimus, nisi quoniam hic præcipuus atque generosus præ omnibus Dei filius verbum Dei; imitator omnium paternorum operum, dum & ipse operatur sicut & pater eius, forma (vt expressimus) est Dei patris. Et meritò in forma pronuntiatus est Dei; dū & ipse super omnia, & omnis creaturæ diuinam obtinens potestatem, & Deus est exemplo patris: hoc ipsum tamen à patre proprio consecutus, vt omnium & Deus esset, & Dominus esset, & Deus ad formam Dei patris ex ipso genitus atque prolatus. Hic ergo quamuis esset in forma Dei, non est rapinam arbitratus æqualem se Deo esse. Quāuis enim se ex Deo patre Deum esse meminisset, nunquam se Deo patri aut comparauit aut cōtulit, memor se esse ex suo patre, & hoc ipsum quod est, habere se quia pater dedisset. In de denique & ante carnis assumptionem, sed & post assumptionem corporis, post ipsam præterea resurrectionem, omnem patri in omnibus rebus obedientiam præstitit pariter ac præstat. Ex quo probatur, nunquam arbitratum illum esse rapinam quandam diuinitatem, vt æquaret se patri Deo: quinimodò cōtrā, omni ipsius imperio & voluntati obediens atque subiectus etiam vt formam serui suscipere contentus fuit, hoc est, hominem illum fieri & substantiam carnis & corporis, quam ex paternorum & secundum hominem delictorum feruitute venientem nascendo suscepit. Quo tempore se etiam exinaniuit, dum humanam conditionis fragilitatem suscipere non recusauit. Quoniam si homo tantummodò natus fuisset, per hoc exinanius non esset: homo enim nascens augetur, non exinanius. Nam dum incipit esse quod cum non esset, habere non potuit, vt diximus, non exinanius, sed potius augetur atque ditatur. Ac si Christus exinanius in eo quod nascitur, formā serui accipiendo, quomodo homo tantummodò est: de quo verius dictum fuisset locupletatū illum esse tunc quum nasceretur, nō exinanius, nisi quoniam auctoritas diuini verbi ad suscipiendum hominem interim conuiescens, nec se suis viribus exercens, deiicit se ad tempus atque deponit, dum hominem fert quem suscepit, Exinanius se, dum ad iniurias contumeliāsque descendit, dū audit infanda, experitur indigna: cuius tamen humilitatis adest statim egregius fructus. Accepit enim nomen quod est super omne nomen, quod utique non aliud intelligimus esse quā nomen Dei. Nam quum Dei sit solius esse super omnia, consequens est, vt nomen illud sit super omnia, quod est eius qui super omnia est Dei. Est ergo nomen illud quod super omne nomen est: quod nomen est eius vtrique consequenter, qui quum in forma Dei fuisset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse. Neque enim si non & Deus esset Christus, omne se in nomine eius genu flecteret, cœlestium, & terrestriū, & infernorum; nec visibilia aut inuisibilia, aut rerum omnium omnis creatura hominū esset subiecta siue substrata, quæ se ante hominem esse meminisset. Ex quo & dum in forma Dei esse Christus dicitur, & dum in natiuitatem secundum carnem se exinanius monstratur, & dum id accepisse nomen à patre quod sit super omne nomē exprimitur, & dum in nomine eius omne genu cœlestium, terrenorum, & infernorum se flectere & curuare monstratur: & hoc ipsum in gloriā Dei patris succur-

MMM iiij

rere asseritur, consequenter non ex illo tantum homo est, quia obediens patri factus est v. l. D que ad mortem, mortem autem crucis: sed ex his etiam rebus superioribus diuinitatem Christi sonantibus, Dominus Christus Iesus & Deus, quod hæretici noluit esse, monstratur. **XVII.** ¹ Hoc in loco licebit mihi argumenta etiam ex aliorum hæreticorum parte conquirere. Firmum est genus probationis, quod etiam ab aduersario sumitur, ut veritas etiam ab ipsis inimicis veritatis probetur. Nam vsque adeo hunc manifestum est in scripturis esse Deum tradi, ² ut plerique hæreticorum diuinitatis ipsius magnitudine & veritate commoti, ultra modum extendentes honores eius, ausi sint non filium, sed ipsum Deum patrem promere vel putare. Quod etsi contra scripturarum veritatem est, tamē diuinitatis Christi argumentum grande atque præcipuum est: qui vsque adeo Deus, sed quā filius Dei natus ex Deo, ut plerique illum (ut diximus) hæretici ita Deum acceperint, ut non filium, sed patrem pronuntiandum putarent. Estimēt ergo an hic sit Deus, cuius auctoritas tantum mouit quosdam, ut putarent illum (ut diximus superius) iam ipsum patrem Deum: effrenatiū & effusius in Christo diuinitatē cōfiteri, ad hoc illos manifesta Christi diuinitate cogente, ut quem filium legerent, quia Deum animaduertent, patrem putarent. ³ Alij quoque hæretici vsque adeo Christi manifestam amplexati sunt diuinitatem, ut dixerint illum fuisse sine carne, & totum illi susceptum detraxerint hominem, ne decoquerent in illo diuini nominis potestatem, si humanam illi sociassent, ut arbitrabatur, natiuitatem: quod tamen nos non probamus, sed argumentum afferimus vsque adeo Christum esse Deum, ut quidam illum subtracto homine tantummodò putarint Deum, quidam autem ipsum crediderint patrem Deum, quum ratio & tēperamentū scripturarum cœlestium, Christum ostendant Deum, sed quā filium Dei, & assumpto à Deo etiam filio hominis credendum & hominem. Quoniam si ad hominem veniebat, ut mediator Dei & hominum esse deberet, oportuit illum cum eo esse, & verbum carnem fieri; ⁴ ut in semetipso concordiam consuleret terrenorum pariter atque cœlestium, dum vtriusque partis in se connectens pignora, & Deum homini, & hominē Deo copularet: ut meritò filius Dei per assumptionē carnis filius hominis, & filius hominis per receptionem Dei verbi filius Dei effici possit. Hoc altissimum atque reconditum sacramētum ad salutem generis humani ante secula destinatum, in Domino Iesu Christo Deo & homine inuenitur impleri, quo conditio generis humani ad fructum æternæ salutis posset adduci. **XIX.** ⁵ Sed erroris istius hæreticorum inde, ut opinor, nata materia est, quia inter filium Dei & filium hominis nihil arbitrantur interesse, ne facta distinctione, & homo & Deus Iesus Christus facile comprobetur. Eundem enim atque ipsum, id est, hominem filium hominis, etiam filium Dei volunt videri, ut homo & caro & fragilis illa substantia eadem atque ipsa filius Dei esse dicatur. Ex quo dū distinctio, filij hominis & filij Dei nulla discernitur, sed ipse filius hominis Dei filius vindicatur, homo tantummodò Christus idem atque filius Dei asseratur. Per quod nituntur excludere, Verbum caro factum est, & Habitauit in nobis, & vocabitis nomē eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Proponunt enim atque illa prætendunt, quæ in Euāgelio Lucæ relata sunt, ex quibus asserere conantur non quod est, sed tantum illud quod volunt esse: Spiritus sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Si ergo, inquit, angelus Dei dicit ad Mariā, quod ex te nascetur sanctum, ex Maria est substantia carnis & corporis. Hanc autem substantiam, id est, sanctum, hoc quod ex illa genitum est, filium Dei esse proposuit. Homo, inquit, ipse; & illa caro corporis, illud quod sanctum est dictū, ipsum est filius Dei. Ut & cum dicit scriptura sanctum, Christum filium hominis hominem intelligamus, & cum filiū Dei proponit, non hominē, sed Deum percipere debeamus. Sed enim scriptura diuina hæreticorum & fraudes & furta facile conuincit & detegit. Si enim sic esset tantummodò, Spiritus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, fortasse alio esset nobis genere aduersus illos reluctandum, & alia nobis essent argumenta quærenda, & arma sumenda, quibus illorum & insidias & præstigias vinceremus. Cum autem ipsa scriptura cœlesti abundans plenitudine, sese hæreticorum istorum calumniis exuat, facile ipso quod scriptū est nitimur, & errores istos sine vlla dubitatione superamus. Nō enim dixit, ut iā expressimus, propterea quod ex te nascetur sanctum, sed adiecit Cōiunctionem. Ait enim: propterea & quod ex te nascetur sanctum, ut illud ostenderet, non principaliter hoc sanctum quod ex illa nascitur, id est, istā carnis corporis

XVII.

1. Tim. 2.
Ioan. 1.
Ephes. 2.

XIX.

Ioan. 1.
Matth. 1.

Luc. 1.

A risque substantiam, filium Dei esse, sed consequenter, & in secundo loco principaliter autem filiū Dei esse verbum Dei incarnatum per illum spiritum de quo angelus refert: Spiritus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hic est enim legitimus Dei filius qui ex ipso Deo est, qui dum sanctum istud assumit, & sibi filium hominis annectit, & illū ad se rapit atque transducit, cōnexionē suā & permixtionē sociatā præstat, & filiū illum Dei facit, quod ille naturaliter non fuit: ut principalitas nominis istius filius Dei in spiritu sit Domini qui descēdit & venit, ut sequela nominis istius in filio Dei & hominis sit, & meritò consequenter hic filius Dei factus sit, dum non principaliter filius Dei est: atque idē dispositionem istam angelus videns, & ordinem istum sacramenti expediens, non sic cuncta cōfundēs, ut nullum vestigium distinctionis collocarit, distinctionem posuit dicēdo, propterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ne si distributionem istā cum libramētis suis non dispensasset, sed in confuso permixtam reliquisset, verē occasionem hæreticis contulisset, ut hominis filium quā homo est, eundē & Dei & hominis filium pronuntiare deberent. Nunc autem particularim exponens tam magni sacramēti ordinem atque rationem, euidenter expressit, ut diceret, & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei: probans quoniam filius Dei descendit. Qui dum filium hominis in se suscepit, consequenter illum filium Dei fecit, quoniam illum filius sibi Dei sociavit, & iūxit. Ut dum filius hominis adhæret in natiuitatem filio Dei, ipsa permixtionē cōgeneratum & mutuatum teneret, quod ex natura propria possidere non posset. Ac sic facta est angeli voce, quod nolunt hæretici, inter filium Dei hominisque cum sua tamē sociatione distinctio, virgēdo illos uti Christum hominis filium hominem intelligāt quoque Dei filium, & hominem Dei filium, id est, Dei verbum (sicut scriptum est) Deum accipiāt: atque idē Christum Iesum Dominum ex vtroque cōnexusum (ut ita dixerim) ex vtroque cōtextum atque concretum, & in eadem vtriusque substantiæ cōcordia mutui ad inuicem fœderis consubulatione sociatum, hominem & Deum, scripturæ hoc ipsum dicentis veritate cognoscant. ⁶ Ergo, inquit, si Christus nō homo est tantum, sed & Deus, Christum autem refert scriptura mortuū pro nobis & resuscitatum, iam docet nos scriptura credere Deum mortuum. Aut si Deus non moritur, Christus autem mortuus refertur, non erit Christus Deus, quoniam Deus non potest accipi mortuus. Si vnquam intelligerent aut intellexissent quod legunt, nunquam tam periculose omninō loquerentur. ⁷ Sed erroris semper est abrupta dementia, & non est nouum si vsque ad periculosa descendunt, qui fidem legitimam reliquerūt. Si enim scriptura proponeret Christum tantummodò Deum, & nulla in illo fragilitatis humanæ sociatio esset permixta, meritò illorum hic aliquid valuisse sermo cōtortus. Si Christus Deus, Christus autē mortuus, ergo mortuus est Deus. Sed cum non tantummodò illum, ut ostendimus iam frequēter, Deum, sed & hominem scriptura constituat, cōsequens est, quod immortale est, incorruptum mansisse teneatur. **C** Quis enim nō intelligat, quod impassibilis sit diuinitas, passibilis verò sit humana fragilitas? Cum ergo tā ex eo quod Deus est, quā etiam ex illo quod homo est Christus, intelligatur esse permixtus & esse sociatus, Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis, quis nō sine vllō magistro atque interprete ex sese facile cognoscat, nō illud in Christo mortuum esse quod Deus est, sed illud in illo mortuū esse quod homo est? Quid enim si diuinitas in Christo non moritur, sed carnis solius substantia extinguitur? quando & in ceteris hominibus, qui nō sunt caro tantummodò, sed caro & anima; caro quidem sola incursum interitus mortisque patitur, extra leges autem interitus & mortis anima incorrupta cernatur: hoc enim & ipse Dominus hortans nos ad martyrium & ad cōtemptū omnis humanæ potestatis, aiebat: Ne timueritis eos qui corpus occidūt, animam autem occidere non possunt. Quod si anima immortalis occidi aut interfici non potest in quouis alio, licet corpus & caro sola possit interfici, quantò magis utique verbum Dei & Deus in Christo interfici omninō non potuit, cum caro sola & corpus occisum sit? Si enim hanc habet generositatē immortalitatis anima in quouis homine, ut non possit interfici, multò magis hanc habet potestatem generositas verbi Dei, ut non possit occidi. Nam si potestas hominum ad interficiendam sacram Dei potestatem, & si crudelitas humana ad interficiendam animam deficit, multò magis ad Dei verbum interficiendum deficere debet. Nā cum ipsa anima, quæ per Dei verbum facta est, ab hominibus nō occiditur, multò magis utique verbum Dei periri non posse credetur. Et si plus non potest hominū cruenta sauitia aduersus homines, quā ut tantummodò corpus occidat, quantò magis utique in

X.X.
Matth. 27.
28.

Ioan. 1.

Matth. 10.

Christo non valebit, quàm vt idem tantummodò corpus occidat: vt dū per hæc colligi-
 tur, non nisi hominem in Christo interfectum, appareat, ad mortalitatem sermonem in
 loco non esse deductum. Nam si Abraham & Isaac & Iacob, quos homines tatummodò
 constat fuisse, manifestum est viuere (omnes enim, inquit, illi viuunt Deo, nec mors in il-
 lis animam perimit, quæ corpora ipsa dissoluit; ius enim suum exercere potuit in corpora,
 in animas exercere non valuit: aliud enim in illis mortale, & ided mortuum, aliud in illis
 immortale, & ided intelligitur non extinctum: ob quam causam viuere Deo, pronūtiati,
 & dicti sunt) multò magis vtique mors in Christo aduersum solam materiam corporis po-
 tuit valere, aduersus diuinitatem sermonis non potuit se exercere. Frangitur enim pote-
 stas mortis, vbi intercedit auctoritas immortalitatis. [94 Sed ex hac occasione, quia Chri-
 stus non homo tantum, sed & Deus, diuinarum litterarum sacris auctoritatibus approba-
 tur, alij hæretici erumpentes statum in Christo religionis cōcutere machinātur, hoc ipso
 patrem Deum volentes ostendere Christum esse, dum non homo tantum asseritur, sed &
 Deus promitur. Sic enim inquit, si vnus esse Deus promitur, Christus autem Deus, er-
 go, inquit, si pater, & Christus est vnus Deus: Christus pater dicitur. In quo errare pro-
 bantur Christum non noscentes, sed sonum nominis approbantes: nolunt enim illum se-
 cundam esse personam post patrem, sed ipsum patrem. Quibus quia facilè responderetur,
 pauca dicentur. Quis enim non secundam filij post patrem agnoscat esse personam, cum
 legat dictum à patre consequenter ad filium, Faciamus hominem ad imaginem & simili-
 tudinem nostram, & post hæc relatum, Et fecit Deus hominē, ad imaginem Dei fecit il-
 lum? Aut cum inter manus teneat: Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrā ignē,
 & sulphur à Domino de cælo. Aut cum ad Christum, Filius meus es tu, ego hodie genui
 te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuā terminos ter-
 ræ. Aut cum etiam ille desideratus scriba ait: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris
 meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Aut cum Esaiæ prophetias
 explicās, inuenit positum sic: Hæc dicit Dominus Christo meo Domino. Aut cum legit,
 Non descendi de cælo vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.
 Aut dum inuenit positum: Quoniam qui me misit, maior me est. Aut cum cōsiderat scri-
 ptum, Eo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Aut
 quando habet eum ceteris cōlocutum, Sed in lege vestra scriptum est, quia duorum tes-
 timonium verū est, ego de me testificor, & testificatus est de me qui me misit pater. Aut
 quando vox de cælo redditur, Et honorificauit, & honorificabo. Aut quando à Petro re-
 sponderetur & dicitur, Tu es filius Dei viui. Aut quando ab ipso Domino sacramentū hu-
 ius reuelationis approbatur, & dicitur, Beatus es Simon Bariona, quoniam hoc tibi non
 reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est. Aut quando ab ipso Christo ex-
 primitur, Pater clarifica me eo honore quo fui apud te antequam mūdus fieret. Aut cum
 ab eodem dicitur, Pater sciebam quia semper me audis, verum propter circūstantes dixi,
 vt credant quia tu me misisti. Aut cum definitio regulæ ab ipso Christo collocatur, & di-
 citur, Hæc est autem vita æterna, vt sciāt te vnum & verum Deum, & quem misisti Iesum
 Christum, ego te honorificauit super terram, opus perfecti quod dedisti mihi. Aut cum
 item ab eodem asseritur, & dicitur, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Aut cum sedere
 ad dexterā patris, & à Prophetis & ab Apostolis approbatur. Et satis longum facio, si eni-
 sus fuerō omnes omninò ad hanc partem voces congregare, quādoquidem non tam ve-
 teris quàm etiam noui Testamenti scriptura diuina vbi que ostēdat, illū ex patre natū, per
 quæ facta sunt omnia, & sine quo factū est nihil, qui obedierit sēper patri, & obediat, sē-
 per habentē rerū omniū potestatem, sed quā traditā, sed quā cōcessam, sed quā à patre pro-
 prio sibi indultam. Quid enim tam euidentē potest esse, hunc non patrē esse, sed filiū, quàm
 quod obediēs patri Deo proponitur, nē si pater esse credatur, alteri iam Deo patri Chri-
 stus subiectus esse dicatur? [97 Sed quia frequenter intendunt illum nobis locum quo di-
 ctū sit, Ego & pater vnū sumus, & in hoc illos æquē facile vincemus. Si enim erat, vt here-
 tici putāt, pater Christus, oportuit dicere, ego & pater, vnus sum. At cum ego dicit, dein-
 de patrē infert dicendo, ego & pater, proprietatē personæ suæ, id est, filij, à paterna aucto-
 ritate discernit atque distinguit, non tantummodò de sono nominis, sed etiam de ordine
 dispositæ potestatis. Qui potuisset dicere, ego pater, si patrem se esse meminisset. Et quia
 dixit vnum, intelligant hæretici quia non dixit vnus. [98 Vnum enim neutraliter positum,
 societatis concordiam, non vnitatem personæ sonat. Vnum enim non vnus esse dicitur,
 quoniam

A quoniam nec ad numerū refertur, sed ad societate alterius expromitur. Denique adiicit
 dicens, sumus, non sum, vt ostēderet per hoc quod dixit, sumus, & pater, duas esse perso-
 nas. Vnum autem quod ait, ad concordiam, & eandem sententiā, & ad ipsam charitatis
 societatem pertinet, vt meritò vnum sit pater & filius per concordiam, & per amorem, &
 per dilectionem. Et quoniam ex patre est, quicquid illud est, filius est, manēte tamen di-
 stinctione, vt non sit pater ille qui filius, quia nec filius ille qui pater est. Nec enim, sumus,
 addidisset, si vnum se & solitarium patrem, filium factum esse meminisset. Denique nouit
 hanc concordie vnitatem & Apostolus Paulus, cum personarum tamē distinctione. Nā
 cum ad Corinthios scriberet, Ego, inquit, plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incremen-
 tum dedit. Itaque neque qui plantat, est quicquam, neque qui rigat, sed qui incremen-
 tum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. Quis autem non intelligat al-
 terum esse Apollo, alterum Paulum, non eundem atque ipsum Apollo pariter & Paulū.
 Denique & diuersa vniuscuiusque sunt officia prolata: alter enim qui plātat, & alter qui
 rigat. hos tamen duos, non quod vnus sit, sed quod vnum sint, proposuit Apostolus Pau-
 lus, vt alter quidem sit Apollo, alter verò Paulus, quantum ad personarum distinctio-
 nem pertinet, vnum ambo sint. Nam quando duorum vna sententia est, veritas vna est,
 fides vna est, vna atque eadem religio est, vnus etiam Dei timor est, vnum sunt etiā duo
 sint, ipsum sunt dum ipsum sapiunt. Etenim quos personæ ratio inuicem diuidit, eos-
 dem rursus inuicem religionis ratio conducit. Et quamuis idem atque ipsi non sint, dum
 idem sentiunt, ipsum sunt, & quum duo sint, vnum sunt, habentes in fide societatem, etiā
 si gerant in personis diuersitatem. Denique, quum ad has voces Domini imperitia fuisset
 Iudaica commota, & temerè adusque saxa succēsa, ita vt discurrerent, & dicerent, Nō te
 lapidamus propter bonum opus, sed propter blasphemiam, & quia tu cum homo sis, facis
 te Deum, distinctionem posuit Dominus in ratione reddenda, quomodo se Deum aut
 dixisset, aut intelligi veller: Quem pater sanctificauit, inquit, & misit in hunc mundū, vos
 dicitis quia blasphematis, quia dixi, filius Dei sum: etiam hic patrem habere se dixit. Filius
 est, ergo non pater: patrem enim cōfessus se fuisset, si patrem se esse meminisset: & sancti-
 ficatum se à suo patre esse proponit. [99 Dum ergo accipit sanctificationem à patre, minor
 patre est: minor autem patre consequenter est, sed filius, pater enim si fuisset, sanctificatio-
 nem dedisset, non accepisset. & nunc autem profitēdo se accepisse sanctificationem à pa-
 tre, hoc ipso, quo patre se minore, accipiēdo ab ipso sanctificationem probat, filium se
 esse, non patrem monstrauit. Missum præterea se esse dicit, vt per hanc obedientiam qua
 venit Dominus Christus missus, non pater, sed filius probetur, qui misisset vtique si pater
 fuisset. Missus autem non fuit pater, ne pater subditus alteri Deo dum mittitur, probare-
 tur. Et tamen post hæc adiicit, quod omnem omninò ambiguitatem dissolueret, & totā
 cōtrouersiam erroris extingueret, ait enim in vltima parte sermonis: Vos dicitis quia bla-
 sphematis, quia dixi, filius Dei sum. Ergo si euidenter filium Dominus se non patrem esse
 testatur, magnæ temeritatis & ingētis est furoris exemplum, contra ipsius Christi Domi-
 ni testimonium cōtrouersiam diuinitatis & religionis agitare, & Christum Iesum patrē
 esse dicere, quum animaduertat illum non patrem se, sed filium comprobasse. [100 Quod
 si de cælo missus à patre est, nō vtique homo tantum est: homo enim, vt diximus, de cælo
 venire nō potuit. Non igitur ibi antè homo fuit, sed illuc ascēdit vbi nō fuit. Descēdit au-
 tē Dei verbū quod ibi fuit. Verbū in quā Dei, & Deus per quæ facta sūt omnia, & sine quo
 factū est nihil. Non igitur homo inde sic de cælis venit, sed Dei sermo, id est, Deus, inde
 descēdit. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: [101 Etsi ego de me testificor, verū est
 testimonium meum: quia scio vnde venerim, & quod eā, vos ignoratis vnde venerim, aut
 quod eam, vos secundum carnem iudicatis. Ecce & hic illuc se dicit rediturum vnde se tes-
 tificatur antè venisse, missum scilicet de cælo. Descendit ergo vnde venit, quo modo il-
 luc vadit vnde descendit. Ex quo si homo tantummodò Christus esset, nō inde venisset:
 atque ided nec illuc abiret, quoniam non inde venisset. Veniendo autē inde vnde homo
 venire non potest, Deum se ostendit venisse. Sed enim huius ipsius descensionis ignari,
 & imperiti Iudæi, hæredes sibi hæreticos istos reddiderunt, quibus dicitur: Vos ignoratis
 vnde veniam, & quod eam, vos secundum carnem iudicatis. Tam isti quàm Iudæi carna-
 lem solam esse Christi natiuitatē tenētes, nihil aliud Christum esse quàm hominem cre-
 diderunt, non considerantes illud, quoniam cum de cælo homo non potuerit venire, vt
 meritò illuc posset redire, Deū esse qui inde descenderit, vnde homo venire nō potuerit.

ibidem.

Si homo tantummodò Christus, quomodo dicit: Vos ex inferioribus estis, ego de sursum sum: vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Ideò autem si omnis homo ex hoc mundo est, & ideò in hoc mundo est Christus, an homo tantummodò est? Absit. Sed considera quod ait, Ego non sum de hoc mundo. Nunquid ergo mentitur, cum ex hoc mundo sit, si homo tantummodò sit? Aut si non mentitur, non est ex hoc mundo. Nò ergo homo tantummodò est, quia ex hoc mundo nò est. Sed ne lateret quis esset, expressit unde esset: Ego, inquit, de sursum sum, hoc est, de cœlo, unde homo venire non potest; non enim in cœlo factus est. Deus est ergo qui de sursum est, & idcirco de hoc mundo nò est: quamquam etiam quodammodò ex hoc mundo est, unde nò Deus tantum est Christus, sed & homo. Ut meritò quomodo non est ex hoc mundo, secundum verbi diuinitatem, ita ex hoc mundo sit secundum suscepti corporis fragilitatem: homo est enim cum Deo iunctus, & Deus cum homine copulatus. ¹⁰² Sed idcirco nunc hic Christus in vnam partem solius diuinitatis incubuit, quoniam cœcitas Iudaica solam in Christo partem carnis aspexit, & inde in præsentis loco silètio præterita corporis fragilitate quæ de mûdo est, de sua sola diuinitate locutus est, quæ de mundo non est: vt in quantum illi inclinauerat, vt hominem illum tantummodò crederent, in tantum illos Christus posset ad diuinitatem suam considerandam trahere, vt se Deum crederent, volens illorum incredulitatem circa diuinitatem suam omiſſa interim commemoratione fortis humanæ solius diuinitatis oppositione superare. Si homo tantummodò Christus, quomodo dicit, ¹⁰³ Ego ex Deo prodi, & veni, cum constet hominem à Deo factum esse, non ex Deo processisse: ex Deo autem homo quomodo non processit, sic Dei verbum processit, de quo dictum est: Eructauit cor meum verbum bonum. Quod quoniam ex Deo est, meritò & apud Deum est.

*Ioan. 1.6.**Psal. 44.**Ioan. 1.**Ioan. 8.*

Quòdque quia non otiose prolatum est, meritò omnia facit. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed enim hoc verbum, per quod facta sunt omnia. Et Deus, inquit, erat verbum. Deus ergo processit ex Deo, dū qui processit sermo Deus est, qui processit ex Deo. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: Siquis verbum meū seruauerit, mortem non videbit in æternum. Mortem in æternum non videre, quid aliud quam immortalitas est? Immortalitas autem diuinitati socia est, quia & diuinitas immortalis est, & immortalitas diuinitatis fructus est. Sed enim omnis homo mortalis est, immortalitas autem ex mortali non potest esse. Ergo ex Christo homine mortali, immortalitas non potest nasci. Sed qui verbum custodierit, inquit, meum, mortem non videbit in æternum. Ergo verbum Christi præstat immortalitatem, & per immortalitatem præstat diuinitatem. Quòd si non potest exhibere vt immortalitatem alterum faciat ipse mortalis, hoc autem Christi verbum exhibet, pariter & præstat immortalitatem: non vtique homo tantum est, qui præstat immortalitatem; quam, si tantummodò homo esset, præstare non posset: præstare autem diuinitatem per immortalitatem, Deum se probat diuinitatem porrigendo: quam nisi Deus esset, præstare non posset. Si homo tantummodò Christus, quomodo inquit, ¹⁰⁴ Ante Abraham ego sum. Nemo enim hominem ante eum potest esse, ex quo ipse est, nec potest fieri vt quicquam prius fuerit ante illum ex quo ipsam originem sumpsit. Sed enim Christus cum ex Abraham sit, ante Abraham esse se dicit. Aut mentitur igitur, & fallit, si ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit. Aut non fallit, si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit. Quod nisi fuisset, cõsequenter cum ex Abraham fuisset, ante Abraham esse non posset. Si homo tantummodò Christus, quomodo ait: Et ego agnoscam eas, & sequuntur me meæ, & ego vitam æternam do illis, & nunquam peribunt in perpetuum. Sed enim cum omnis homo mortalitatis sit legibus alligatus, & idcirco in perpetuum se ipse seruare non posset, multò magis in perpetuum alterum seruare nò poterit. At in perpetuum se Christus repromittit salutem daturum. Quam si non dat, mendax est: si dat, Deus est. Sed non fallit, dat enim quod repromittit. Deus est ergo, qui salutem perpetuam porrigit, quam homo qui seipsum seruare non potest, alteri præstare non poterit. ¹⁰⁵ Si homo tantummodò Christus, quid est quod ait: Ego & pater vnum sumus? Quomodo enim ego & pater vnum sumus, si non & Deus est, & filius, qui idcirco vnum potest dici, dum ex ipso est, & dum filius eius est, & dum ex ipso nascitur, dum ex ipso processisse reperitur, per quod & Deus est? Quod cum inuidiosum Iudæi putassent, & blasphemum credidissent, eo quòd se ostenderat his sermonibus Christum esse Deum, ac propterea ad lapides concurrissent, & saxorum ictus iniicere gestissent, exemplo & testimonio scripturarum aduersarios suos fortiter refutauit. Si illos,

*ibidem.**ibidem. 10.**ibidem.**ibidem.*

inquit,

A Si illos, inquit, dixit Deos ad quos verba facta sunt, & nò potest solui scriptura, Quæ pater sanctificauit, & misit in hunc mundum, vos dicitis quia blasphemias, quia dixi, filius Dei sum ego: quibus vocibus neque se negauit Deum, quiniamò Deum se esse firmavit. Nã quia sine dubitatione Dei esse dicuntur ad quos verba facta sunt, multò magis hic Deus qui melior illis omnibus inuenitur. Et nihilominus calūniosam blasphemiam dispositione legitima cõgruenter refutauit: Deum enim se sic intelligi vult, vt filium Dei, & nò ipsum patrem vellet intelligi. Missum enim se esse dixit, & multa opera se ex patre ostendisse monstrauit, ex quo non patrem se, sed filium esse intelligi voluit: & in vltima parte defensionis, filij non patris fecit mentionem dicendo, Vos dicitis quia blasphemias, quia dixi, filius Dei sum. Ita quod ad crimen blasphemias pertinet, filium se non patrem dicit. quòd autem ad diuinitatem spectet ipse, ego & pater vnum sumus dicendo, filium se esse & Deum probauit. Deus est ergo: Deus autem sic, vt filius sit, non pater. [Si homo tantummodò Christus, quomodo ipse dicit: Et omnis qui videt & credit in me, non morietur in æternum? Sed enim qui in hominem solitarium credit & nudum, maledictus dicitur: Hic autem qui credit in Christum, non maledictus, sed in æternum non moriturus refertur. Ex quo si aut homo est tantum, vt hæretici volunt, quomodo quisquis in eum credit, non morietur in æternum, quum maledictus esse teneatur qui confidit in homine? aut si non maledictus, sed potius ad æternæ vitæ consecutionem, vt legitur, destinatus, non homo tantummodò Christus, sed & Deus, in quem qui credit, & maledictionis periculum deponit, & ad fructum iustitiæ accedit. Si homo tantummodò Christus, quomodo Pa- ¹⁰⁶ ractum dicit de suo esse sumpturum quæ nuntiaturus sit? neque enim Paracletus ab homine quicquam accipit, sed homini scientiam Paracletus porrigit: nec futura ab homine Paracletus dicit, sed de futuris hominem Paracletus instruit. Ergo aut non accepit Paracletus à Christo homine quod nuntiet, quoniam Paracletus homo nihil poterit dare à quo ipse homo debet accipere, & fallit in præsentis loco Christus, & decipit: quum Paracletum à se homine accepturum quæ nuntiet dicit, aut non nos fallit, sicut nec fallit, & accepit Paracletus à Christo quæ nuntiet. ¹⁰⁶ Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, maior ergo iam Paracletus Christus est: quoniam nec Paracletus à Christo acciperet, nisi minor Christo esset. minor autem Christo Paracletus, Christum etiam Deum esse hoc ipso probat, à quo accepit quæ nuntiat, vt testimonium Christi diuinitatis grande sit, dum minor Christo Paracletus repertus, ab illo sumit quæ ceteris tradit. Quandoquidè si homo tantummodò Christus, à Paracletus Christus acciperet quæ diceret, nò à Christo Paracletus acciperet quæ nuntiaret. Si homo tantummodò Christus, quare credendi nobis talem regulam posuit, quò diceret, Hæc est autè vita æterna, vt sciat te vnum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum? Si nolisset se etiã Deum intelligi, cur addidit, & quem misisti, Iesum Christum, nisi quoniam & Deum accipi voluit: quoniam si se Deum nollet intelligi, addidisset, & quem misisti hominem Iesum Christum: nunc autem neque addidit, nec se hominem nobis tantummodò Christus tradidit, sed Deo iunxit, vt & Deum per hanc coniunctionem, sicut est, intelligi vellet. Est ergo credendum secundum præscriptam regulam, in Dominum vnum verum Deum, & in eum quæ misit; Iesum Christum consequenter, qui se nequaquam patri, vt diximus, iunxisset, nisi Deum quoque intelligi vellet; separasset enim ab eo, si Deum intelligi se nolisset: inter homines enim tantummodò se collocasset, si hominem se esse tantummodò sciret, nec cum Deo iunxisset; si se nò & Deum nosset: nunc & de homine tacet, quoniam hominem illum nemo dubitat, & Deo se iungit merito, vt credituris diuinitatis suæ formulam poneret. Si homo tantummodò Christus, quomodo dicit: Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te priusquam mundus esset? Si ante quam mundus esset, gloriam habuit apud Deum, & claritatè tenuit apud patrem, ante mundum fuit: nec enim habuisset gloriam, nisi ipse prius fuisset, qui gloriam posset tenere. Nemo enim habere aliquid poterit, nisi antè ipse fuerit qui aliquid tenet. Sed enim Christus habet gloriam ante mundi institutionem, ergo ante institutionem mundi fuit. Nisi enim ante institutionem mundi esset, ante mundi institutionem gloriam habere non posset, quum ipse non esset. Sed enim homo gloriam ante mundi institutionem habere non potuit, qui post mundum fuit: Christus autem habuit, ante mundum igitur fuit: non igitur homo tantummodò fuit, qui ante mundum fuit. Deus est igitur, quoniam ante mundum fuit, & gloriam ante mundum tenuit. ¹⁰⁷ Nec prædestinatio ista dicatur, quoniam nec posita est: aut addant hoc qui hoc putant: sed vae est adiciendum.

*ibidem.**xxiii.**Ioan. 6.**Ioan. 6.**Lege cano.**Ioan. 17.**ibidem. 17.*

NNN

tidus quomodo & detrahentibus positum, non potest ergo dici quod non potest ad-
 iici. Sublata ergo prædestinatione quæ non est posita, in substantia fuit Christus ante
 mundi institutionem. Verbum est enim per quod facta sunt omnia, & sine quo fac-
 tum est nihil. Quoniam & si in prædestinatione dicitur gloriosus, & ante mundi insti-
 tutionem fuisse prædestinationem, ordo seruetur, & ante hunc erit multus numerus
 hominum in gloriam destinatus. Minor enim per istam destinationem Christus ceteris
 intelligitur, quibus posterior denotatur. nam si hæc gloria in prædestinatione
 fuit, prædestinationem istam in gloriam nouissimus Christus accepit: antè enim præ-
 destinatus Adam esse cerneretur, & Abel, & Enoch, & Noë, & Abraham, & reliqui ce-
 teri. Nam cum apud Deum, & personarum & rerum omnium ordo digestus sit, ante
 hanc prædestinationem Christi in gloria multi prædestinati fuisse dicentur. Et hoc
 pacto minor ceteris hominibus Christus esse deprehenditur; qui melior & maior, &
 antiquior ipsis quoque angelis inuenitur. Aut hæc igitur omnia tollantur, ut Christo
 diuinitas non auferatur: aut si hæc tolli non possunt, Christo ab hæreticis diuinitas
 propria reddatur. [108 Quid si Moyses hanc eandem regulam veritatis exsequitur, &
 hoc in principio suarum nobis tradidit litterarum, quò discamus omnia creata & con-
 dita esse per Dei filium, hoc est, per Dei verbum: id enim dicit quod Ioannes, quod
 ceteri, immò & Ioannes & ceteri ab hoc intelliguntur accepisse quod dicant. Si enim
 Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Prophetes au-
 tem refert: Dico ego opera mea regi: Moyses autem introducit præcipientem Deum
 ut lux fiat, in primis cælum firmetur, aquæ congregentur, arida ostendatur, fructus se-
 cundum semina prouocetur, animalia producantur, luminaria in cælo atque astra po-
 nantur: non alium ostendit tunc adfuisse Deo, cui præciperentur hæc opera ut fie-
 rent, nisi eum per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Ac si hic ver-
 bum Dei est, nam eructauit cor meum verbum bonum, ostendit in principio verbum
 fuisse, & verbum hoc apud patrem fuisse, Deum præterea verbum fuisse. Omnia per
 ipsum facta esse: sed enim hoc verbum caro factum est, & habitauit in nobis,
 Christus scilicet filius Dei, quem dum & postmodum secundum carnem hominem ac-
 cipimus, & ante mundi institutionem Dei verbum & Deum videmus, meritò secun-
 dum institutionem veteris & noui Testamenti, & Deum & hominem Christum Ie-
 sum, & credimus & tenemus. Quid si idem Moyses introducit dicentem Deum: Facia-
 mus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Et infra: Et fecit Deus homi-
 nem, ad imaginem Dei fecit illum, masculinum & feminam fecit eos? Si ut iam docui-
 mus, Dei filius est, per quem facta sunt omnia; utique Dei filius est, per quem etiam
 homo institutus est, propter quem facta sunt omnia. Sed enim Deo præcipiente ut ho-
 mo fiat, Deus refertur esse qui hominem facit: facit autem hominem Dei filius, verbum
 scilicet Dei per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Hoc autem verbum
 caro factum est, & habitauit in nobis, ergo Christus est Deus. Per Christum igitur ho-
 mo factus est, ut per Dei filium. Sed Deus hominem ad imaginem Dei fecit, Deus est
 ergo qui fecit hominem ad imaginem Dei, Deus ergo Christus est: ut meritò nec veteris
 Testamenti circa personam Christi vacillet auctoritas, dum noui Testamenti mani-
 festatione fulcitur: nec noui Testamenti intercepta sit potestas, dum radicibus veteris
 Testamenti eiusdem nititur veritas. Ex quo, qui Christum Dei filium & hominis tan-
 tummodò præsumunt hominem, non & Deum, contra Testamentum & vetus & no-
 uum faciunt, dum & veteris & noui Testamenti auctoritatem veritatemque corrup-
 punt. [109 Quid si idem Moyses vbiq; introducit Deum patrem immensum atque sine
 fine, non qui loco cludatur, sed qui omnem locum cludat: nec eum qui in loco sit, sed
 potius in quo omnis locus sit: omnia continentem & cuncta complexum, ut meritò
 nec descendat, nec ascendat, quoniam ipse omnia & continet & implet: & tamen ni-
 hilominus introducit Deum descendentem ad turrem quam ædificabant filij homi-
 num considerare quærentem, & dicentem: Venite, & mox, descendamus & confun-
 damus illic ipsorum linguas, ut non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Quem
 volunt hic Deum descendisse ad turrem illam, & homines tunc illos visitare quæren-
 tem? Deum patrem? Ergo iam loco clauditur. Et quomodo omnia ipse complecti-
 tur? Aut nunquid angelum cum angelis dicit descendentem, & dicentem: Venite, &
 mox, descendamus & confundamus illic ipsorum linguas? Sed enim in Deuterono-
 mio

A mio animaduertimus retulisse Deum hæc, Deumque dixisse vbi ponitur; Cum disse-
 minaret filios Adam, statuit fines gentium iuxta numerum angelorum Dei. Neque
 ergo pater descendit ut res indicat, neque angelus ista præcepit ut res probat. Super-
 est ergo, ut ille descenderit, de quo Apostolus Paulus: Qui descendit, ipse est qui a-
 scendit super omnes cælos, ut impleret omnia, hoc est; Dei filius Dei verbum. Ver-
 bum autem Dei caro factum est, & habitauit in nobis, hic erit Christus: Deus ergo
 pronuntiabitur Christus. [110 Ecce idem Moyses refert alio in loco; quòd Abrahæ visus
 sit Deus. Atquin idem Moyses audit à Deo, quòd nemo hominum Deum videat, & viuat.
 Si videri non potest Deus, quomodo visus est Deus? Aut si visus est; quomodo videri
 non potest? Nam & Ioannes: Deum nemo (inquit) vidit vnquam. Et Apostolus Pau-
 lus: Quem vidit hominum nemo, nec videre potest. Sed non utique scriptura menti-
 tur; Ergo verè visus est Deus. Ex quo intelligi potest, quòd non pater visus sit; qui
 nunquam visus est, sed filius, qui & descendere solitus est, & videri quia descenderit.
 Imago est enim inuisibilis Dei, ut mediocritas & fragilitas conditionis humanæ; Deum
 patrem videre aliquando iam tunc adfuerat in imagine Dei, hoc est, in filio Dei.
 Gradatim enim & per incrementa fragilitas humana nutriri debuit, per imaginem ad
 istam gloriam, ut Deum patrem videre posset aliquando. Periculosa sunt enim quæ
 magna sunt, si repentina sunt. Nam etiam lux Solis subita post tenebras, splendore ni-
 mio insuetis oculis non ostendet diem, sed potius faciet cæcitate. Quod ne in dan-
 num humanorum contingat oculorum, paulatim disruptis & dissipatis tenebris, ortus
 B luminaris istius mediocribus incrementis fallenter adfurgens oculos hominum sensim
 adfuefacit ad totum orbem suum ferendum per incrementa radiorum. Sic ergo & Chri-
 stus, id est, imago Dei, & filius Dei ab hominibus inspicitur, quâ poterat videri. Et ideo
 fragilitas & mediocritas fortis humanæ per ipsum alitur, producitur, educatur, ut a-
 liquando Deum quoque ipsum patrem adfuerat filium conspiciere, possit ut est videre,
 ne maiestatis ipsius repentino & intolerabili fulgore percussa intercipi possit, ut Deum
 patrem, quem semper optauit, videre non possit. Ex quo filius est hic qui videtur, Dei
 autem filius Dei verbum est: Dei autem verbum caro factum est, & habitauit in nobis,
 hic autem Christus est. Quæ malum ratio est ut dubitetur Deus dici; qui tot modis
 Deus intelligitur adprobari. [111 Ac, si & Agar ancillam Sarra de domo eiectam pariter
 & fugatam angelus conuenit apud fontem aquæ in via Sur, fugæ causas interrogat atque
 accipit, & post hæc humilitatis consilia porrigit, spem præterea illi materni nominis
 facit, quòdque ex utero eius multum semen esset futurum spondet atque promittit, &
 quòd Hismael ex illa nasci haberet, & cum ceteris aperit locum habitationis ipsius, a-
 ctumque describit; Hunc autem angelum, & Dominum scriptura proponit & Deum:
 nam nec benedictionem seminis promississet, nisi angelus & Deus fuisset. Quærant quid
 in præsentī loco hæretici tractent, Pater fuit iste qui ab Agar visus est an non? quia Deus
 positus est. sed absit Deum patrem angelum dicere: ne alteri subditus sit, cuius angelus
 fuerit. sed angelum dicent fuisse. Quomodo ergo Deus erit, si angelus fuit: quum non sit
 hoc nomen angelis vnquam concessum: nisi quoniam ex utroque latere nos veritas, in
 istam concludit sententiam, quia intelligere debeamus Dei filium fuisse, qui quoniam
 ex Deo est meritò Deus, quia Dei filius dictus sit: quoniam patri subditus & adnuntiator
 paternæ voluntatis est; magni consilij angelus pronuntiatu est. Ergo si hic locus ne-
 que personæ patris congruit, ne angelus dictus sit: neque personæ angeli, ne Deus
 pronuntiatu sit: personæ autem Christi conuenit ut & Deus sit, quia Dei filius est, &
 angelus sit, quoniam paternæ dispositionis adnuntiator est, intelligere debent contra
 scripturas se agere hæretici, qui Christum quum dicant se & angelum credere, nolint
 etiam illum Deum pronuntiare, quem in veteri Testamento ad visitationem generis
 humani legunt sæpè venisse. Adhuc adiecit Moyses, [112 Abrahæ visum Deum apud
 quercum Mambra, sedente ipso ad ostium tabernaculi sui meridie: Et nihilominus
 cum tres conspexisset viros, vnum ex illis Dominum nuncupasse: quorum cum pedes
 lauisset, cineritios panes cum butyro, & ipsius copia lactis offert, & ut hospites retenti
 vescerentur, hortatur. Post quæ & quòd pater futurus esset, audit: & quòd Sarra
 vxor eius paritura ex ipso filium esset, ediscit: & de exitu Sodomitarum, quæ mere-
 bantur pati, recognoscit: & quòd propter elamore Sodomorum Deus descendisset,
 NNN ij

addiscit. Quo in loco si patrem volunt videri tunc fuisse cum angelis duobus hospio receptum, patrem visibilem hæretici crediderunt. Si autem angelum, cum ex angelis tribus vnus Dominus nuncupatur, cur quod non solet, angelus Deus dicitur: nisi quoniam vt Deo patri inuisibilitas propria reddatur, & angelo propria mediocritas remittatur, non nisi Dei filius, qui & Deus est, Abrahæ visus & hospitio receptus esse credetur. Quod enim erat futurus, meditabatur in sacramento Abrahæ factus hospes apud Abrahæ filios futurus: cuius filiorum pedes ad probationem quod ipse esset, abluit: reddens in filiis ius hospitalitatis, quod aliquando illi fœnerauerat pater. Vnde & ne qua esset dubitatio quin iste Abrahæ hospes fuisset, in Sodomitarum exitu ponitur: *Gen. 19.* quoniam pluit Dominus super Sodomam, & Gomorram, ignem, & sulphur à Domino de cælo. Sic enim & Prophetes ex persona Dei: *Amos. 4.* Subuertit vos (inquit) sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram. Dominus ergo Sodomam subuertit, id est, Deus Sodomam subuertit, sed in subuersione Sodomorum Dominus pluit ignem à Domino. Hic autem Dominus visus est Abrahæ Deus: Deus autem hic hospes est Abrahæ, visus vtique quia tactus: sed cum pater quâ inuisibilis, nec tunc vtique visus sit, visus est, & hospitibus receptus, & acceptus est, qui solitus est tangi, & videri: hic autem filius Dei, Dominus à Domino pluit super Sodomam & Gomorram sulphur atque ignem. Hic autem Dei verbum est: verbum autem Dei caro factum est, & habitauit in nobis. Hic autem Christus est, non pater: igitur apud Abraham hospes, sed Christus fuit, nec tunc pater visus est, sed filius, visus autem est Christus. Merito igitur Abraham ex patre Deo, Deus sermo generatus est. *Gen. 21.* Adhuc, inquit, idem angelus & Deus eandem Agar fugatam de domo Abrahæ cum puero consolatur, & visitat. Nam cum illa in solitudine exposuisset infantem, quia aqua defecisset ex vtre, cumque puer ille clamasset, fletum & planctum leuasset, & audiuit (inquit scriptura) Deus vocem pueri de loco vbi erat. Cum Deum esse qui vocem infantis audiuit retulisset, adiecit: Et vocauit angelus Domini ipsam Agar de cælo, angelum referens esse quem Deum dixerat, & Dominum pronuncians esse quem angelum conlocarat, quique angelus & Deus adhuc ipsi Agar promittit maiora solatia, dicendo: Ne timueris, exaudiui enim vocem pueri de loco vbi erat. Surge, sume puerum, & tene: in gentem enim magnam faciam eum. Hic angelus, si angelus tantum est, cur hoc sibi vendicat vt dicat: In gentem enim magnam faciam eum: cum hoc vtique genus potentia Dei sit, angeli esse non possit. Ex quo etiam Deus confirmatur Deus esse qui hoc potest facere: quoniam vt hoc ipsum comprobetur, adiecitur per scripturam statim: Et aperuit Deus oculos eius, & vidit puteum aquæ viuæ, & abiit, & impleuit vtre de puteo, & dedit puero, & erat Deus cum puero. Si ergo hic Deus erat cum puero qui aperuit oculos Agar, vt videret puteum aquæ viuæ, & hauriret aquam propter vrgentem sitis necessitatem: hic autem Deus è cælo illam vocat angelus dictus: cum superius vocem audiens clamantis pueri Deus esset potius, non alius intelligitur quàm angelus esse pariter & Deus. quod cum patri competens & conueniens esse non possit, qui tantummodò Deus est: competens autem esse possit Christo, qui non tantummodò Deus, sed & angelus pronunciatu est, manifestè apparet, non patrem ibi tunc loquutū fuisse ad Agar, sed Christum potius cum Deus sit, cui etiam angeli competit nomen: quippè cum magni consilij angelus factus sit: angelus autem sit, dum exponit sinum patris, sicut Ioannes edicit. Si enim ipse Ioannes hunc eundem, qui sinum exponit patris, verbum dicit carnem factum esse, vt sinum patris posset exponere: merito Christus non solum homo est, sed & angelus, nec angelus tantum, sed & Deus per scripturas ostenditur, & à nobis hoc esse creditur, ne si non Christum tunc locutū ad Agar voluerimus accipere, aut angelum Deum faciamus, aut Deum patrem omnipotentem inter angelos computemus. *Gen. 21.* *xxv. 11.* Quid si & alio in loco similiter legimus Deum angelum positum? Nam cum apud vxores suas Liam atque Rachel Iacob de patris illarum iniquitate quere-
retur, & cum referret quod iam in terram propriam remeare & reuerti cuperet, somnij quoque sui interponebat auctoritatem, quo tempore refert sibi angelum Dei per somnium dixisse: Iacob, Iacob. Et ego, inquit, dixi: Quid est? Aspice, inquit, oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super oues & capras variatos albos, &

A & varios & cineritios & aspersos. Vidi enim quæcunque tibi Laban fecit. Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei, vbi vnixisti mihi illic stātem lapidē, & vouisti mihi illic votum: nunc ergo surge, & proficiscere de terra hac, & vade in terram natiuitatis tuæ, & ero tecum. Si angelus Dei loquitur hæc ad Iacob, atque ipse angelus infert, dicens: Ego sum Deus qui visus sum tibi in loco Dei: non tantummodò hunc angelum, sed & Deum positum sine vlla hæsitacione conspiciamus, quique sibi votum refert ab Iacob destinatum esse in loco Dei, & non dicit in loco meo. Est ergo locus Dei, est & hic Deus: sed enim ibi simpliciter est in loco Dei positum, neque enim dictum est in loco angeli & Dei, sed tantummodò Dei: hic autem qui ista promittit, Deus atque angelus esse perhibetur: vt merito distinctio sit inter eum qui tantummodò Deus dicitur, & inter eum qui nō Deus simpliciter, sed & angelus pronuntiat. Ex quo si nullius alterius angeli potest hic accipi tanta auctoritas, vt Deum quoque se esse fateatur, & votum sibi factum esse testetur, nisi tantummodò Christi, cui non quia angelo tantum, sed quia Deo votum voueri potest, manifestum est non patrem accipi posse, sed filium Deum & angelum. Hic autem si Christus est, sicuti est, vehementer periclitatur, qui aut hominem Christum aut angelum tantummodò dicit subtracta illi diuini nominis potestate, quam ex scripturarum cœlestium fide frequenter accepit, quæ illum & angelum frequenter & Deum dicunt. His omnibus etiam illud accedit, vt quomodo illum & angelum frequenter & Deū posuit scriptura diuina, sic illum & hominem ponat & Deum, exptimens eadem scriptura diuina quod erat futurus, & depingens iam tum in imagine quod habebat esse in substantiæ veritate. *Gen. 31.* Remansit enim, inquit, Iacob solus, & luctabatur homo cum eo vsque in mane: & vidit quoniam non potest aduersus eum, & tetigit latitudinem femoris Iacob, cum in eum luctaretur & ipse cum eo, & dixit ei: Dimitte me, ascendit enim lucifer. Et illè dixit: Non te dimittam, nisi me benedixeris. Et dixit: Quod est nomē tuum. Et ille dixit, Iacob: dixitque ei: Non vocabitur iam nunc nomē tuum Iacob, sed Israël erit nomen tuum: quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus potens es. Et adhuc adiecit: Et vocauit Iacob nomen loci illius, visio Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortusque est ei sol, mox trāsiuit visionem Dei, ipse verò claudicabat femore suo. Homo, inquit, luctabatur cū Iacob. Si homo solitarius, quis est iste? vnde est? quare cum Iacob contendit atque luctatur? quid intercesserat, quid factū fuerat? quæ ratio contentionis istius tantæ, tantique certaminis? quare præterea Iacob, qui ad tenendum hominem cum quo luctabatur, fortior inuenitur, & benedictionem ab eo quem detinebat postulat, quia iam lucifer oritur, idè postulasse reperitur, nisi quoniam præfigurabatur contentio hæc inter Christum, & filios Iacob futura, quæ in Euangelio dicitur perfecta: Contra hunc enim hominem conluctatus est populus Iacob, in qua conluctatione potentior populus est Iacob repertus, quippè cum aduersus Christum iniquitatis suæ victoriam sit consecutus, quo in tempore propter facinus quod admisit incesso fidei propriæ & salutis claudicare grauissimè incertus & lubricus cœpit: qui quamuis superior damnando Christum repertus, eget tamen ipsius misericordia, eget tamen ipsius benedictione. Sed enim hic homo qui cum Iacob luctatus est, non, inquit, vocabitur etiam nunc nomen tuum Iacob, sed Israël erit nomen tuum. *Math. 26.* *Gen. 32.* Ac si Israël est homo videns Deum, eleganter ostendebat Dominus quod non tantum homo esset, qui conluctabatur tunc cum Iacob, sed & Deus. Videbat vtique Deum Iacob cum quo conluctabatur, quamuis hominem ipsius in conluctatione retinetet. Et vt nulla adhuc posset esse dubitatio, interpretationem ipse posuit dicendo: Quia inualuisti cum Deo, & cum hominibus potens es. Ob quam causam hic idem Iacob intelligens iam vim sacramenti, & peruidens auctoritatem eius cum quo luctatus fuisset, nomen loci illius in quo conluctatus est, vocauit visionem Dei. Superstruxit præterea causas ad interpretationem Dei porrigendam. Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit autem Deum cum quo conluctatus est quasi cum homine, sed & hominem quidem quasi victor tenuit, benedictionem autem quasi à Deo vt inferior postulauit: ita cum Deo & cum homine conluctatus fuit, ac sic conluctatio hæc ibi quidem præfigurata est. In Euangelio autem inter Christum, & populum Iacob perfecta est: in qua quamuis populus superior inuentus sit, minor repertus est, dum nocens comprobatus est. Quis dubitabit Christum in quo
NNN iij

hæc conuersionis figura completa est, non hominem tantum, sed & Deum agnoscere, D
 quandoquidem hominem illum & Deum etiam figura ipsa conuersionis videatur com-
 probauit: Et tamen etiam post hæc æquè non cessat eadem scriptura diuina, angelum Deum
 dicere, Deum angelum pronuntiare. Nam cum Manassen atque Ephraim filios Ioseph be-
 nedicturus esset, hic ipse Iacob, transuersis super capita puerorum manibus conlocatis,
 Gen. 48. ¹²² Deus, inquit, qui pascit me à iuuentute mea usque in hunc diem, angelus qui liberauit
 me ex omnibus malis, benedicat pueros hos. Usque ad eundem angelum ponit
 quem Deum dixerat, ut singulariter in exitu sermonis sui posuerit personam de qua lo-
 quebatur dicendo, benedicat pueros hos. Si enim alterum angelum uoluisset intelligi,
 plurali numero duas personas complexus fuisset: nunc unius personæ singularem nume-
 rum in benedictione deposuit, ex quo eundem Deum atque angelum intelligi uoluit. Sed
 enim Deus pater accipi non potest: Deus autem, & angelus Christus accipi potest. Quem
 ut huius benedictionis auctorem etiam transuersas super pueros manus Iacob ponendo
 significauit, quasi pater illorum esset Christus. [¹²³ Adhuc adiciam illam quoque par-
 tem, in qua dum hæreticus quasi oculo quodam gaudet propriæ veritatis & luminis a-
 misso, totam cæcitatem sui agnoscat erroris. Identidem enim & frequenter opponit,
 quia dictum sit: Tanto tempore uobiscum sum, & non agnoscitis me: ¹²⁴ Philippe, qui vi-
 dit me, vidit & patrem. Sed quod non intelligit discat. Culpatur Philippus, & iure quidem
 meritoque, quia dixerit: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quando enim
 ex Christo aut audierat istud, aut didicerat quasi esset pater Christus, cum contra magis
 quod filius esset, non quia pater frequenter audisset, & sapè didicisset. Quod enim dixit Do-
 minus: Si me cognouistis, & patrem meum cognouistis, & amodò nostis illum, & uidistis
 illum, non sic dixerat ut se patrem uellet intelligi, sed quoniam qui penitus, & plenè, &
 cum tota fide, & tota religione accessit ad Dei filium, omnibus modis per ipsum filium, in
 quem sic credit, ad patrem peruenturus sit, eundemque uisurus. Nemo enim, inquit, po-
 test uenire ad patrem nisi per me. Et idè ad patrem Deum non tantum uenturus est, &
 cogniturus ipsum patrem, sed etiam sic tenere debet, atque ita animo ac mente præsu-
 mere, quasi iam nouerit patrem pariter & uiderit. Sæpè enim scriptura diuina quæ non-
 dum facta sunt, pro factis adnuntiat, quia sic futura sint: & quæ omnibus modis fieri ha-
 bent, non quasi futura sint prædicat, sed quasi facta sint narrat. Denique cum nondum
 temporibus Esaiæ Prophetæ Christus natus fuisset; ¹²⁵ quia puer, aiebat, natus est uobis,
 & cum nondum accessum esset ad Mariam; Et accessit ad Propheten dicebat, & cœcepit
 & peperit filium. Et cum nondum sinum patris Christus exposuisset, referebat: Et uocabitur
 nomen eius magni consilij angelus. Et cum nondum fuisset passus: Quasi ouis, pronuntia-
 bat, ad iugulationem adductus est. Et cum adhuc crux nusquam esset, aiebat: Tota die
 expandi manus meas ad populum non credentem. Et cum nondum iniuriôsè potatus fuisset:
 In siti, ait, mea potauerunt me aceto. Et cum spoliatus adhuc non fuisset, dicebat: Super
 uestem meam miserunt sortem, & dinumerauerunt ossa mea: effoderunt manus meas, & pedes.
 Prouidens enim scriptura diuina, pro factis dicit quæ futura scit, & pro perfectis dicit quæ
 futura habet, quæ sine dubitatione uerura sunt. Et idè Dominus in præsentis loco dice-
 bat: A modo nostis illum, & uidistis. Dicebat enim uisum iri ab eo patre, quisquis filium se-
 cutus fuisset, non quasi filius ipse esset pater uisus, sed quod præmiu cōsecutus esset, quis-
 quis illum sequi & discipulus eius esse uoluisset, ut uidere patrem posset; nam & imago est Dei
 patris: ut his etiã illud accedat: ¹²⁶ Quoniam sicut pater operatur, ita operatur & filius, &
 imitator est filius omnium operum paternorum, ut perinde habeat unusquisque quasi iam uide-
 rit patrem, dum eum uidet qui inuisibilem patrem, in omnibus operibus semper imitatur.
 Ceterum si ipse pater est Christus, quomodo confestim adicit & dicit, Qui credit in me,
 opera quæ ego facio & ipse faciet: & maiora his faciet, quia ego ad patrem uado. Et ad-
 huc subnectit: Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium ad-
 uocatum dabit uobis. Post quæ etiam illud subnectit: Si quis me diligit, sermonem meum
 custodiet: & pater meus diligit illum, & ad eum ueniet, & mansionem apud illum
 faciemus. Nec non etiam subdidit illud quoque, Aduocatus autem ille spiritus sanctus
 quem missurus est pater, ille uos docebit, & commemorabit omnia quæcunque dixerit.
 Præmittit adhuc istum locum, quo ostendat se esse filium, & merito subdidit & dicit: Si
 me diligeretis, gauderetis quia eo ad patrem: quia pater maior me est. Quid autem cum
 etiam

A etiã illa subnectit: ¹²⁷ Ego sum uitis uera, & pater meus agricola, omne sarmentum in me
 non adferens fructum tollit illud, & omne fructiferum purgat, ut fructum ampliorem fer-
 rat. Instat adhuc & adicit: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, manete in mea carita-
 te. Si mandata mea seruaueritis, manebitis in mea caritate; sicut ego patris mandata ser-
 uauit, & maneo in eius caritate. Adhuc ingerit, & dicit: Dixi autem uos amicos, quia om-
 nia quæ audiui à patre meo, nota uobis feci. Adgregat etiam hoc: Sed hæc omnia facient
 uobis propter nomen meum, quia ignorant eum qui me misit. Hæc ergo nunquam post
 illa euidenter illum non patrem, sed filium esse restantia Dominus subdidit, si aut patrem
 se esse meminisset, aut patrem se uellet intelligi: nisi quoniam ut illud exprimeret, perinde
 unumquemque iam habere debere, dum imaginem Dei patris per filium uidet, atque si
 uiderit patrem: quandoquidem unusquisque credens in filium exerceatur in imaginis cō-
 templatione, ut adufectus ad diuinitatem uidentem in imagine, proficere possit & cre-
 scere usque ad Dei patris omnipotentis perfectam cōtemplationem. Et quoniam qui hoc
 animo ac mente combiberit, & de omnibus sic futurum esse crediderit patrem quem ui-
 surus sit quasi iam quodammodo uiderit, & hic iam sic habeat, quasi teneat quod habitu-
 rum se pro certo sciat. Ceterum si ipse pater fuisset, quid quasi futurum præmium repro-
 mittebat quod iam præstiterat & dederat? Nam quoniam dicit: Beati mundo corde, quia
 ipsi Deum uidebunt, polliceri deprehenditur cōtemplationem & aspectum patris, ergo
 B nondum dederat: cur enim repromitteret, si iam dedisset? dederat enim si pater esset, uide-
 batur enim, & contingebatur. Quando autem dum contingitur ipse Christus, & uidetur,
 repromittit tamen, & dicit: quoniam qui mundo fuerit corde, Deum uidebit: hoc ipso
 probat patrem se non esse, qui tunc præsens cum uideretur, repromittebat quod patrem
 uisurus esset quisquis mundo corde fuisset. Erat ergo repromittens hæc, non pater, sed fi-
 lius: quia qui filius erat, quod uideri habebat, repromittebat, cuius repromissio superua-
 cua fuisset, nisi filius fuisset. cur enim repromittebat mundis corde ut uideret patrem, si iam
 tunc qui præsentis erant, patrem Christum uidebant? sed quia filius erat, non pater, meri-
 to & filius, quia imago Dei, tunc uidebatur: & pater quia inuisibilis, mundis corde ut ui-
 deretur repromittitur, & notatur. Hæc igitur satis sit etiam aduersus istum hæreticū di-
 ctasse pauca de multis. Campus enim, & quidè latus ac fufus aperietur plenius, hæreticū
 istum si agitare uoluerimus, quandoquidem duobus istis locis quibusdam effofis lumini-
 bus orbatus totus sit in doctrinæ suæ cæcitate superatus. [¹²⁸ Sed enim ordo rationis, &
 fidei auctoritas, digestis uocibus & litteris Domini admonet nos post hæc credere etiam
 in spiritum sanctum olim Ecclesiæ repromissum, sed statutis tēporum opportunitatibus
 redditum. Est enim per Ioëlem Prophetam repromissus, sed per Christum redditus. In no-
 uissimis, inquit, diebus effundā de spiritu meo super seruos, & ancillas meas. Dominus
 autem: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, ¹²⁹ erunt remissa: & quo-
 rum retinueritis, erunt retēta. Hunc autem spiritum sanctum, Dominus Christus modò
 C Paracletum appellat, modò spiritum ueritatis esse pronuntiat, qui non est in Euangelio
 nouus, sed nec nouè datus: nam hic ipse & in Prophetis populū accusauit, & in Aposto-
 lis aduocationem gentibus præstitit. Nam illi ut accusarentur merebantur, quia contem-
 pserant legem: & qui ex gentibus credunt ut patrocinio spiritus adiuuentur merentur, quia
 ad Euangelicam peruenire gestiunt legem. Differentia sanè in illo genera officiorū, quo-
 niam in temporibus differens ratio causarum. nec ex hoc tamen ipse diuersus qui hæc sic
 gerit, nec alter est dum sic agit; sed unus atque ipse est diuidens officia sua per tēpora, &
 rerum occasiones atque momenta. Denique Apostolus Paulus: Habentes, inquit, eun-
 dem spiritum sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, idè
 loquimur. Unus ergo & idem spiritus qui in Prophetis & Apostolis, nisi quoniam ibi ad
 momentum, hic semper. Ceterum ibi, non ut semper in illis inesset: hic, ut in illis semper
 maneret: & ibi medio ceter distributus, hic totus effusus: ibi parè datus, hic largè com-
 modatus, nec tamen ante resurrectionē Domini exhibitus, sed per resurrectionē Christi
 contributus. Rogabo enim, aiebat, patrem: & alium aduocatum dabit uobis, ut uobiscum
 sit in æternum, ¹³⁰ spiritum ueritatis. Et: Cum uenerit aduocatus ille quem ego missurus
 sum uobis à patre meo, spiritum ueritatis qui de patre meo procedit. Et: Si non abiero ego,
 aduocatus ille non ueniet ad uos: si autem ego abiero, remittam illum ad uos. Et: Cum ue-
 nerit spiritus ueritatis, ille uos diriget in omnem ueritatem. Et quoniam Dominus in cœ-
 los esset abiturus, Paracletum discipulis necessariò dabat, ne illos quodammodo pupillos
 NNN iij

quod minimè decebat relinqueret, & sine aduocato & quodam tutore desereret. Hic est **D** enim qui ipsorum animos mentesque firmavit, qui Euangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis inluminator rerum diuinarum fuit, quo confirmati pro nomine Domini nec carceres nec vincula timuerunt, quinimò ipsas seculi potestates, & tormenta calcauerunt, armati iam scilicet per ipsum atque firmati, habentes in se dona quæ hic idem spiritus Ecclesie Christi sponsæ quasi quædam ornamenta distribuit, & dirigit. Hic est enim qui Prophetas in Ecclesia constituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretionem spirituum porrigit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, quæque alia sunt charismatum dona componit, & digerit, & ideò Ecclesiam Domini vndique & in omnibus perfectam, & cõsummatam facit. Hic est qui in modum columbæ, posteaquam Dominus baptizatus est, super eum venit & mansit; ¹³¹ habitans in solo Christo plenus & totus, nec in aliqua mensura aut portione mutilatus, sed cum tota sua redundantia cumulatè distributus & missus, vt ex illo delibationem quandam gratiarum ceteri cõsequi possint totius sancti spiritus in Christo fonte remanente, vt ex illo donorum atque operum venæ ducerentur, spiritu sancto in Christo affluenter habitare. Hoc etenim iam prophetans Esaias aiebat: ¹³² Et requiescit, inquit, super eum spiritus sapietie & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus scientie & pietatis, & impleuit eum spiritus timoris Dei, hoc idem atque ipsum & alio in loco ex persona ipsius Domini: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizate pauperibus misit me. Similiter **E** Dauid: Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ à consortibus tuis. De hoc Apostolus Paulus: Qui enim spiritum Christi non habet, hic non est eius; &: Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Hic est qui operatur ex aquis secundam natiuitatem semen quoddam diuini generis, & consecrator celestis natiuitatis; pignus promissæ hæreditatis, & quasi chirographum quoddam æternæ salutis, qui nos Dei faciat templum, & nos eius efficiat domum; qui interpellat diuinas aures pro nobis gemitibus in eloquiis, aduocationis implens officia, & defensionis exhibens munera, inhabitator corporibus nostris datus, & sanctitatis effector: qui id agens in nobis ad æternitatem, & ad resurrectionem immortalitatis corpora nostra producat, dum illa in se aduacat cum celesti virtute misceri, & cū spiritus sancti diuina æternitate sociari. Eruduntur enim in illo, & per ipsum corpora nostra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipsius discunt se moderatè temperare. ¹³³ Hic est enim qui contra carnem desiderat, quia caro contra ipsum repugnat. Hic est qui inexplebiles cupiditates coercet, immoderatas libidines frangit, illicitos ardores extinguit, flagrantem impetum vincit, ebrietates reicit, auaritias repellit, luxuriosas comestationes fugit, caritates necit, affectiones constringit, sectas repellit, regulam veritatis expedit, hæreticos reuincit, improbos foras expuit, Euangelia custodit. De hoc item Apostolus: Non enim spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. De hoc exultat, ¹³⁴ & dicit: Puto autem quia & ego spiritum Dei habeo, de hoc dicit, Et spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est. De hoc refert: Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocritis mendacia loquentium, cauteriatam habentium conscientiam suam. In hoc spiritu positus nemo vnquam dicit anathema Iesum, nemo negauit Christum Dei filium, aut repudiavit creatorem Deum: nemo contra scripturas vlla sua verba depromit, nemo alia & sacrilega decreta constituit, nemo diuersa iura conscribit. ¹³⁵ In hunc quisquis blasphemauerit, remissionem non habet, nõ tantum in isto seculo, verum etiam nec in futuro. Hic in Apostolis Christo testimonium reddit, in martyribus constantem fidem religionis ostendit, in virginibus admirabilem continentiam signatæ caritatis includit, in ceteris incorrupta & incontaminata doctrinæ Dominicæ iura custodit, hæreticos destruit, peruersos corrigit, infideles arguit, simulatores ostendit, improbos quoque corrigit, Ecclesiam incorruptam & inuiolatam perpetuæ virginitatis & veritatis sanctitate custodit. [¹³⁶ Et hæc quidem de patre & de filio & de spiritu sancto breuiter sint nobis dicta, & strictim posita, & nõ longa disputatione porrecta. Latius enim potuerunt porrigi, & propensiore disputatione produci, quandoquidem ad testimonium, quod ita se habeat fides vera, totum & verum & nouum Testamentum possit adduci. Sed quia oblitantes aduersus veritatem semper hæretici sinceræ traditionis, & catholicæ fidei cõtrouersiam solent trahere, scandalizati in Christum, quod etiam Deus & per scripturas asseratur, & à nobis hoc esse credatur: meritò à nobis, vt omnis à fide nostra auferri possit hæretica

Aretica calumnia, de eo quod & Deus sit Christus, sic est disputandum, vt nõ impediatur scripturæ veritatem, sed nec nostram fidem, quæ vnus Deus & per scripturas promittitur, & à nobis tenetur & creditur. ¹³⁶ Tam enim illi qui Iesum Christum ipsum Deum patrem dicunt, quàm etiam illi qui hominem illum tantummodò esse voluerunt, erroris sui & perueritatis origines & causas inde rapuerunt: quia cum animaduertent scriptum esse; quod vnus sit Deus, non aliter putauerunt istam tenere se posse sententiam, nisi aut hominem tantum Christum, aut certè Deum patrem putarent esse credendum. Sic enim calumnias suas colligere cõsueverunt, vt errorem proprium approbare nitantur. Et quidem illi qui Iesum Christum patrem dicunt, ista prætendunt: Si vnus Deus, Christus autem Deus, pater est Christus, quia vnus Deus: si non pater sit Christus, dum & Deus filius Christus, duo Dij contra scripturas introducti esse videantur. Qui autem hominem tantummodò Christum esse contendunt, ex diuerso sic colligunt: Si alter pater, alter est filius: pater autem Deus, & Christus Deus: non ergo vnus Deus, sed duo Dij introducuntur pariter, pater & filius; ac si vnus Deus, cõsequenter homo Christus, vt meritò pater sit Deus vnus. ¹³⁷ Re vera quasi inter duos latrones crucifigitur Dominus, quomodo fixus aliquando est, & ita excipit hæreticorum istorum ex utroque latere sacrilega conuitia. Sed neque scripturæ sanctæ, neque nos causas illis perditionis & cæcitatibus afferimus, si qua in medio diuinarum literarum euidenter posita, aut videre nolunt, aut videre non possunt. nos enim & scimus & legimus & credimus & tenemus, vnum esse Deum, qui fecit cælum pariter ac terram, quoniam nec alterum nouimus, aut nosse (cum nullus sit) aliquando poterimus. ¹³⁸ Ego sum, inquit, Deus, & non est præter me iustus & saluus. Et alio in loco, Ego primus & nouissimus, & præter me non est Deus. Quis sicut ego, & quis mensus est palmo cælum, & terram pugillo? quis suspendit montes in potestate, & nemora in statera? Et Ezechias: Vt sciat omnes quia tu es Deus solus. Ipse præterea Dominus: Quid me interrogas de bono? vnus Deus bonus. Apostolus quoque Paulus, Qui solus, inquit, habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem: quem vidit hominum nemo, nec videre potest. Et alio in loco: Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Sed quomodo hoc tenemus & legimus & credimus, sic scripturarum celestium nullam partem præterire debemus: quippe cum etiam illa quæ in scripturis sunt posita Christi diuinitatis insignia, nullo modo debemus recusare, nec scripturarum auctoritatem corrupendo, integritatem fidei sanctæ corrumpisse teneamur. Et hoc ergo credamus siquidem fidelissimum, Dei filium Iesum Christum Dominum & Deum nostrum: quoniam in principio erat verbum, & verbum erat Deus, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum: & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & Dominus meus & Deus meus. & Quorū patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in secula. Quid ergo dicemus? Nūquid non & Christus Deus est? Quomodo ergo: Dominus meus, & Deus meus, Christo dictum est? Totum igitur hoc nisi cum propria veneratione, & legitima disputatione teneamus: meritò scandalum hæreticis præbuisse credemur: non utique ex scripturarum celestium vitio, quæ nunquam fallunt, ¹³⁹ sed humani erroris præsumptione, qua hæretici esse voluerunt. Et in primis illud retorquendum in istos, qui duorum nobis Deorum controuersiam facere præsumunt. Scriptum est quod negare nõ possunt: Quoniam vnus est Dominus. De Christo ergo quid sentiunt: Dominum esse, aut illum omnino non esse? sed Dominum illum omnino non dubitant. Ergo si vera est illorum ratiocinatio, iam duo sunt Domini. Quomodo igitur iam secundum scripturas, vnus est Dominus, & magister vnus Christus dictus? At enim legimus; quod magister sit etiã Apostolus Paulus. Nõ ergo iam vnus magister: duos enim magistros secundum ista colligimus. Quomodo igitur secundum scripturas, vnus magister Christus, vnus in scripturis bonus dictus est Deus, sed idem in scripturis bonus etiam Christus positus est. Non igitur si rectè colligunt, vnus bonus, sed etiam duo boni. Quomodo igitur secundum scripturarum fidem, vnus bonus esse refertur? Ac si nõ putant aliqua ratione officii posse ei quod vnus Dominus est, per illud quod est Dominus & Christus: neque ei quod vnus est magister, per illud quod est magister & Paulus: aut illi quod vnus est bonus, per illud quod bonus sit nuncupatus & Christus: eadem ratione intelligant, officii non posse ab illo quod vnus est Deus, ei quod Deus pronuntiat est & Christus. [¹⁴⁰ Est ergo Deus pater omnium institutor & creator, solus originem nesciens, inuisibilis, immensus, immortalis, æternus, vnus Deus, cuius neque magnitudini,

Jfa. 53.

10an. 1.
Coloss. 1.Psal. 103.
Rom. 1.
Psal. 103.
Jfa. 9.
Psal. 2.
10an. 1.
Coloss. 1.10an. 20.
Ibidem.
Jfa. 9.

neque maiestati, neque virtuti quicquam nõ dixerim præferri, sed nec comparari potest. D
Ex quo quando ipse voluit, sermo filius natus est, qui non in sono percussæ aëris, aut sono
coactæ de visceribus vocis accipitur, sed in substantia prolata à Deo virtutis agnoscitur:
147 cuius sacræ & diuinæ natiuitatis arcana nec Apostolus didicit, nec Prophetes conpe-
rit, nec angelus sciuit, nec creatura cognouit, filio soli nota sunt, qui patris secreta cognouit.
Hic ergo cum sit genitus à patre, semper est in patre. Semper autem sic dico, vt nõ in-
natum, sed natum probem. Sed qui ante omne tempus est, semper in patre fuisse dicen-
dus est. Nec enim tempus illi assignari potest, qui ante tempus est. Semper enim in patre,
ne pater nõ semper sit pater: 148 quia & pater illum etiam quadam ratione præcedit, quod
necesse est quodammodo prior sit quàm pater sit. Quoniam aliquo pacto antecedit necesse
est eum qui habet originem, ille qui originem nescit. Simul vt hic minor sit, dum in illo
esse se scit, habens originem quia nascitur, & per Patrem quodammodo, quamuis origi-
nem habet quàm nascitur, vicinus in natiuitate, dum ex eo patre qui originem solus nõ ha-
bet, nascitur. 149 Hic ergo quando pater voluit, processit ex patre: & qui in patre fuit, pro-
cessit ex patre: & qui in patre fuit, quia ex patre fuit, cum patre postmodum fuit, quia ex
patre processit: substantia scilicet illa diuina, cuius nomẽ est verbum, per quod facta sunt
omnia, & sine quo factum est nihil. Omnia enim post ipsum sunt, quia per ipsum sunt. &
merito ipse est ante omnia, quando per illũ facta sunt omnia, qui processit ex eo ex cuius
voluntate facta sunt omnia. Deus vtique procedens ex Deo secundam personam efficiens, E
sed non eripiens illud patri quod vnus est Deus. Si enim natus non fuisset innatus, cõpa-
ratus cum eo, qui esset innatus, æquatione in vtroque ostẽda duos faceret innatos. & idẽ
duos faceret Deos, si non genitus esset, collatus cum eo qui genitus non esset, & æquales
inuenti, duos Deos merito reddidissent non geniti, atque idẽ duos Christus reddidisset
Deos, si sine origine esset, vt pater inuentus, & ipse principium omnium vt pater, duo faci-
ens principia, duos ostendisset nobis consequenter & Deos. Aut si & ipse filius nõ esset,
sed pater generans de se alterum filium, merito collatus cum patre, & tantus de notatus
duos patres effecisset, & idẽ duos approbasset etiam Deos. Si inuisibilis fuisset cum inui-
sibili collatus par expressus, duos inuisibiles ostẽdidisset, & idẽ duos cõprobasset & Deos.
Si incomprehensibilis, si & cetera quæcũque sunt patris, merito, dicimus, duorum Deo-
rum, quam isti confingunt, controuersiam fuscitasset. Nunc autem quidquid est, nõ ex se
est, quia nec innatus est; sed ex patre est, quia genitus est: 149 siue dum verbum est, siue dum
virtus est, siue dum sapientia est, siue dum lux est, siue dum filius est, & quicquid horũ est
dum non aliunde est, quàm sicut diximus iam superius, ex patre, patri suo originem suam
debens, discordiam diuinitatis de numero duorum Deorum facere nõ potuit, qui ex illo
qui est vnus Deus, originem nascẽdo cõtraxit. Quo genere dum & vnigenitus est, & pri-
mogenitus ex illo est qui originem non habet; vnus est omnium rerum & principium &
caput. Idcirco vnus Deum asseruit, quem nõ sub vilo principio aut initio, sed initium po-
tius & principium rerum omnium comprobauit. Filium autem nihil ex arbitrio suo gerit, F
nec ex consilio suo facit, nec à se venit, sed imperiis paternis omnibus & præceptis obe-
dit, vt quamuis probet illum natiuitas filium, tamen morigera obediẽtia asserat illum pa-
ternæ voluntatis ex quo est ministrum: ita dum se patri in omnibus obtemperatẽm red-
dit, quamuis sit & Deus, vnus tamen Deum patrem de obedientia sua ostẽdit, ex quo &
originem traxit. & idẽ duos facere non potuit, quia nec duas origines fecit, qui ex eo qui
originem non habet, principium natiuitatis ante omne tempus accepit. Nam cum id sit
principium ceteris quod innatum est, (quod Deus solus pater est qui extra originem est,
ex quo hic est qui natus est) dum qui ex illo nascitur, merito ex eo venit, qui originẽ non
habet, principium probans illud esse ex quo ipse est, etiam si Deus est qui natus est: vnus
tamen Deum ostendit, quem hic qui natus est, esse sine origine comprobauit. Est ergo
Deus, sed in hoc ipsum genitus, vt esset Deus. Est & Dominus, sed in hoc ipsum natus ex
patre, vt esset Dominus. Est & angelus, sed ad annuntiandum magnum Dei consiliũ, ex
patre suo angelus destinatus. Cuius sic diuinitas traditur, vt non aut dissonantia aut inæ-
qualitate diuinitatis duos Deos reddidisse videatur. 149 Subiectis enim ei quã filio om-
nibus rebus à patre, dum ipse cõ his, quã illi subiecta sunt, patri suo subiicitur, patris qui-
dem sui filius probatur, ceterorum autem & Dominus & Deus esse reperitur. Ex quo dũ
huic qui est Deus, omnia substrata traduntur, & cuncta sibi subiecta filius accepta refert
patri, totam diuinitatis auctoritatem rursus patri remittit; vnus Deus ostenditur verus &
æternus

æternus pater, à quo solo hæc vis diuinitatis emissa, etiam in filium tradita & directa rur-
sum per substantiæ communionem ad patrem reuoluitur. Deus quidem ostenditur filius,
cui diuinitas tradita & porrecta conspicitur, & tamẽ nihilominus vnus Deus pater pro-
batur, dum gradatim reciproco meatu illa maiestas atque diuinitas ad patrem, qui dederat
eam, rursus ab illo ipso filio missa reuertitur & retorquetur: vt merito Deus pater omnium
Deus sit, & principium ipsius quoque filij sui quem Dominum genuit: filius autem cete-
rorum omnium Deus sit, quoniam omnibus illum Deus pater præposuit quem genuit:
ita mediator Dei & hominum Christus Iesus omnis creaturæ subiectam sibi habens à pa-
tre proprio potestatem quã Deus est, cum tota creatura subdita sibi concors patri suo
Deo inuentus, vnus & solus & verus Deum patrem suum, manente in illo quod
etiam auditus est, breuiter approbavit.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE TRINITATE.

I. NOUATIANI ROMANÆ VR-
BIS PRESBYTERI.] Quod non
Tertulliani, sed Nouatiani sit hic liber, ex
B. Hieron. & Rufino ad calcẽ Argumẽti com-
probauimus. Hic vero addimus: Romanæ vrbs Pres-
byteri, ex B. Hieron. in Catal. script. Eccl. quod videatur
ab illo conscriptus hic liber, priusquam in schisma & here-
sim incidere. Etsi enim (vt ibi diximus, & infra latius c.
29.) de Spiritu sancto male scripsisse constat forsas Deo
id permittente, quod sacramentum Chrismatum, cui Spiritus
sanctus peculiari suam infundit benedictione, non accepe-
rit, vt mox latius nemo tamen vquam aut illi aut No-
uatiani eius affectus, inter hæreses eorumdem, errorem de
Spiritu sancto adtribuit. Et vero, quod etiam in Spiritu san-
cti nomine baptizantur, constat: tum ex eo quod infra cap.
29. fidem in Spiritu sancto dixerit verbis profiteatur,
tum quod alioquin in Niceno Concilio 1. æque atque Paulia-
niste iusti fuissent rebaptizari. Maxime si consideres caus-
sarium differentiam, quam reddidit B. Innocentius Papa 1. Epist.
23. cap. 5. Paulianiste (inqui) in nomine Patris & Fi-
lij & Spiritu sancti minime baptizant; Nouatiani isdẽ
nomine tremendũ duntur: nec apud istos de Trinitate
potestatis diuina, hoc est, Patris, Filij, & Spiritu sancti,
questio aliquando commota. Quod ipsum etiam fatetur
B. Cyprian. Epist. 76. num. 25. Quare, quod antequam
quidquam certi definitum esset, non satis cautẽ ab eo scri-
ptum fuit, ne uerba τὸ ἕκαστον pro se rapuerunt. Scripsisse
præterea videtur ante hæresim sequentem librum DE CI-
BIS IYDAICIS, & qui ibidẽ citatur DE SAB-
BATO, ac DE CIRCUNCISIONE, forsas &
eos quos B. Hieron. in Catal. recenset, DE PASCHA,
& DE ORATIONE. Verum post hæresim scripti
videntur, quos idẽ illic recenset: DE SACERDO-
TE, DE INSTANTIA, & DE ATTALO. An
autem eiusdem sit liber: de Spectaculis Tom. 3. operum
B. Cypriani edimus; lib. sequenti Latius. Quamquam inter-
rim postea & in schisma & in hæresim lapsus fuisse non
negemus, immo vero satũ latẽ deduxerimus quidquid eo
pertinet in Vita nostra B. Cypriani, & Adnot. nostris in
eundem. Nempe, quod in lecto baptizatus fuerit, neque
postea sacramentum Chrismatum acceperit, quam causam
adlegat Eusebius, quod in hæresim lapsus sit, ad Epist.
72. num. 4. Quod, quam primum cum aliis Romana Ec-
clesia presbyteris subsignasset veniam lapsus sit, ad Epist.
72. num. 4. Quod, eandẽ pertinaciter negauerit, ad Epist. 52. ad Anton.

num. 17. & 83. idque à Nouato B. Cypriani presbytero
schismatico, postea & hæretico seductum. Quod eiusdẽ fa-
ctione adulterum & contrariũ caput contra S. Cornelium
legitimum Pontificem Romanum sese constituerit, vt con-
secratus à tribus Episcopis; Epist. 42. num. 2. & 6. Quod
deinceps suam hæresim & Romæ & alibi disseminauerit,
qua ad penitentiam quidẽ admitteret, sed à solo Deo;
non verò ab Ecclesia tribui posse contendebat; Epist. 52.
num. 83. Quod proinde, etiam si verum esset (quod quidẽ
scribunt) oculum illum fuisse sub Valeriano, quum extra
Ecclesiam fuerit, nihil prodesse potuisse Martyrium, Epist.
52. num. 50. Quod Nouatiani sectatores ad exemplum
eius Chrismate non vgerentur, atque adẽ redeuntibus
in Ecclesiam Chrismatum sacramentum adderetur; Epist.
72. num. 4. Quod etiam secũdas damnarint nuptias No-
uatiani; in Vita B. Cypriani. Quod denique se & hæresim
nuncuparint, quia immundis, id est, lapsis, non comuni-
cabant, Epist. 76. num. 5. Porro (vt ne quid hic omitta-
mus) scripserunt contra Nouatiani schisma, B. Cornelius
Epistolam ad Fabium apud Eusebium, & Epistolam tertiam
& quartam ad B. Cyprianum; ipse B. Cyprianus Episto-
las 41. 42. 43. 44. 47. 49. 51. ac libros de Trinitate Ecclē-
sia, & de Orat. Dominica, ac Dionys. Alexandr. Epi-
stolas ad ipsum Nouatianum, ad Confessores ab illo sedu-
ctos, & ad B. Cornelium; Aduersus eiusdẽ hæresim,
isdem B. Cyprianus Epist. 52. & lib. ad Nouatian. &
isdem Dionys. Epist. ad eundem. Celebrata quoque fuerunt
Concilia aduersus eius & schisma & hæresim, Romanis,
Africana aliquot, Antiochenum, & per Italiam &
alias prouincias, Eusebio teste locis in Vita B. Cypriani ci-
tatis. Quum verò perduraret adhuc ea hæresis, scripserunt
aduersus Nouatianos idem B. Dionysius Epistolam ad Fa-
bium Antiochenum, ad Laodicenses, ad Cononem, & ad
Armenios, titulo de Penitentia; Rhetorius item Augu-
stinensis Episcopus, B. Eusebius Emisenus, B. Pacianus
Barcolonensis Episcopus Epist. 2. ad Sympronianum, &
Tractatum alium, qui priori loco inter eius opuscula com-
memoratur; B. Ambrosius libros 2. de Penitentia; deni-
que B. Epiphanius, Philaster, B. Augustinus, Theodore-
tus, Damascenus, Euthymius, Honorius, B. Isidorus, Era-
banus, alique recentiores in Catalogis hæreticorum.

2. DE TRINITATE.] Præter Nouatianũ
DE TRINITATE scripserunt Tertullianus supra
Tom. 3. lib. adu. Praxean, & lib. quem iste imitatur, quem
desiderari putamus; Dionys. Alexandr. adu. Sabellium,

B. Athanasius adu. eundem, Orat. de eterna substantia Filij & Spiritus sancti in Deo patre; B. Hilarius Pictau. lib. 12. B. Gregor. Nyssenus Orat. 4. B. Chryso. hom. 5. de Visione Isai; B. August. lib. 15. Rufinus Tract. in Symbolum fidei, qui existat 3. Tomo Operum B. Cypriani; B. Eulgentius denique librum 7. num. Multa etiam eodem pertinent in Panoplia Orthodoxæ fidei B. Eulhymij. Ad quos compendij gratia Lectorem remittimus, nihil aliud penè toto hoc libro adnotaturi, quam discrepantias, si que inueniantur in scripturarum sacrarum citatione, subinde remittentes ad Librum supradictum Tertulliani aduersus Praxean.

CAP. I.

3. Regula exigit veritatis, &c.] Caput hoc inscripsimus: De verbis Symboli fidei, CREDO IN DEUM PATREM OMNIPOTENTEM, CONDITOREM CœLI ET TERRÆ; quippe quò elegantissimè id explicetur ex Genesi. Atqui de Symbolo Apostolorum, quod Regulam fidei seu veritatis nuncupat Auctor & hic, & infra cap. 9. ac cap. 29. fidei auctoritatem, vide supra Adnotat. nostras Tom. 3. lib. de Præscript. adu. heret. cap. 13.

4. qui cœlum alta sublimitate suspēderit, &c.] Hæc desumpta sunt ex cap. 1. Gen.

5. mensuris incrementis, &c.] Sic legimus ex MS. cod. Angl. pro: mensuris, quòd ea vox B. Cypriano etiam Asio ystata sit Epist. 18. num. 11. & 34. num. 23. Vbi vide Adnotat. nostras. Certè etiam sic legebat antea Gagnæus.

6. ne non etiam ipsis quoque deliciis procurasset oculorum, &c.] Est quidem hæc phrasis Tertullianica, quales supra frequenter adnotauimus, & infra alia quoque, vt exempli gratia: denotatur, edici, ac: vinitior, cap. 2. quâ pater, cap. 3. quâ minor, cap. 4. Item voces Tertullianicæ, exereus, confibularer, cap. 18. ac: confibulatione, cap. 19. Verùm inde non sequi hunc librum Tertulliani esse, vel ex eo patet, quòd Asii scriptores omnes etiam hoc posteriores, vt potè B. Cyprian. Minutius Felix, B. Pacianus, & Arnobius, similibus vii soleant. Quod semel adnotatum sufficit.

7. Quæ quum omnia in seruitutem illi dedisset, solum liberum esse voluit, &c.] Hæc ex cap. Gen. 2. desumpta sunt. Est autem hic etiam elegans locus sum de Libertate arbitrij in alterutram partem (de qua supra latius Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. cap. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. sum de præmiis condignis, de quibus Tom. 2. lib. de Patientia, cap. 13. num. 82.

8. Ex quo mortalitas, inuidia vtrique in ipsum redit; qui quum illum, &c.] Sic profus legimus partim ex Gagnæo. Et verò hæc ex 3. cap. Gen. descripta sunt. siue autem legas: super terram cum Gagnæo, siue cum Gelenio: terra, non refert.

9. Quamquam etiam, &c. angelos prius instituerit, &c.] Fuit non modò Nouatianus hæc sententia, sed etiam B. Hieron. in cap. 1. Epist. ad Titum, tum Græcorum omnium, quòd angeli prius (id est, ante omnem creaturam) instituti fuerint. Quam etiam B. August. recenset lib. 11. de Ciuitate Dei, cap. 5. 6. & 7. magis amplectendam censet eam sententiam, quòd iuxta Ecclesiastici cap. 18. creauerit omnia simul Deus, quam etiam sequitur lib. 12. de Ciuit. Dei cap. 15. & lib. 1. de Gen. ad litteram cap. 1. Quam etiam sequitur Magister Sententiarum, & post eum Doctores Scholastici, quæ etiam postremum definita est in Concil. Lateran. sub Innocentio 3. & in Decretales recepta, cap. Firmiter credimus. Tom. de summa

Trinit. & fide cathol. Legimus autem paulopost ex coniectura Latini; Namque quæ infra terram, &c.

10. Locus enim est, &c.] De hoc & Nouatianus & Tertulliani, aliorumque Patrum quorundam paradoxa, vide nostra Prolegomena.

CAP. II.

11. Super quæ omnia, &c.] Titulù huic capiti imposuimus: Quòd Deus sit continens omnia, imensus, æternus, immortalis, mente hominis maior, & sicuti ipse est sermone inexplicabilis, sublimitate omni sublimior.

12. nulli Deo superiori (vt quidam putant) locum reliquit, &c.] Adludit ad errorem Valentinianorum, qui supra Demiurgum, id est, Opificem Deum, constituebant Deum superiorem Bython, cum tricenario Æonum numero, sicuti videre est supra Tom. 3. & in Prolegomenis nostris ad lib. adu. Valen. & eiusdem lib. cap. 18. 19. ac 20.

13. De hoc ergo ac de eis quæ sunt ipsius, & in eo sunt, nec mens hominis, &c.] Adludit ad illud 1. Cor. 3. ex Isai. 64. cap. nec in cor hominis ascendit, &c. Castigauimus autem ex coniectura Latini: nec edici possit, pro: dici, & ex Angl. MS. cod. si potuerit cogitari, pro: poterit; & non multo post cum Gagnæo & Latino: hebetescit, pro: hebetescit. Legit quidem deinceps Angl. cod. MS. omni bonitate bonior, pro: melior; sed alibi hætenus eam vocem non reperi apud Asios; Letori interim relinquens liberum, quòd vult eligat.

CAP. III.

14. Hunc igitur agnoscimus, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quòd Deus sit conditor omnium, Dominus & pater, ex scripturis.

15. qui dixit, & facta sunt omnia, &c.] Istud Psal. 148. paraphrasticè citat.

16. Qui secundum Isaiam, &c.] Hic intermiscet verba Isai. 40. Verba Psal. 103. etiam illa inuerso citans ordine; per omnia conformis editioni LXX.

17. nec eum qui ingenio hæretici fictus sit, &c.] Adludit ad varias hæreses, quarum supra facta est mentio, Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæres. in Catalogo hæreticorum, qui alium Deum sibi hæretico fingebant ingenio; de quibus vide ibidem Adnot. nostras ac hæreses 25. post Euangelium, sicut etiam lib. adu. Hermogenem, de materia Deo, lib. adu. Valentin. de Deorum turbis, & lib. 1. adu. Marc. de duobus Diis.

18. Et super quæ requiescet spiritus meus, &c.] Hic variat Isai. 66. ab aliis editionibus omnibus, quæ habent: Super quem respiciam.

19. à creatura mundi, &c.] Tum hæc, tum in illo sempiterna quoque, consentit per omnia Vulgato Latino Interpreti; quòd illius auctoritatem confirmat, & sic etiam in aliis hic scripturis Noui Testamenti.

CAP. IIII.

20. Quem solum meritò bonum, &c.] Caput hoc inscripsimus: Bonum esse Deum, semper sui similem, immutabilem, vnum & solum, in finitum, cuius nec nomen proprium possit edici, & incorruptibile. Legimus autem: qui nomen sibi perfecti vindicat, ex MS. Angl. cod. pro: vendicat, & aliquantò post iuxta Gagnæum reposuimus: idcirco & meritò in Deo manet semper status suus, pro: maneat, & ex coniectura Latini: dum parem non habet, pro: habeat.

CAP. V.

21. Cuius etiam si, &c.] Titulum huic capiti imposuimus:

posuimus: De iracundiis & indignationibus & odiis Dei, quòd non sint intelligendæ ad humanorum exempla vitiorum. Et verò etiam hinc patet, Tertulliani hunc librum non esse; videtur enim potius diuersum sentire lib. de Testim. Animæ, cap. 2. quem admodum ibi diximus, & inter Paradoxa eius latius in nostris Prolegomenis.

22. iracundias legitimas, &c.] Iracundiarum Dei, siue iræ Dei, Græcè ὀργῆς, iuxta editiones omnes, in Veteri Testamento sit frequentissima mentio, nominatim Gen. 18. Exod. 4. Num. 11. item in Nouo Testamento apud Mattheum & Lucam, item in Epistolis ad Romanos, Coloss. Thess. 1. & Apocalypsi.

23. & indignationes, &c.] Indignationes Dei etiam iuxta LXX. referuntur Deuter. 29. aliisque locis, Vbi Græcè est ἠροφροσύνη, & multo pluribus iuxta editionem B. Hier. ex Hebræo, Vbi Interpres Latinus LXX. Græcam vocem θυμός, furorē vertere maluit.

24. & odia, &c.] Odia Dei relata cognoscuntur Ecclesiastici 9. cap. 14. Ecclesiastici 12. Isai. 9. & Malach. 1. Eodè pertinent scripturæ, quibus odisse Deo dicitur. Siue autem in calce huius capitis legas, quandoquidem cum exc. siue: quoniam quidem cum MS. Angl. cod. perinde est.

CAP. VI.

25. Et licet scriptura, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: De Dei oculis, naribus, digito, manu, ore, aure, pedibus, brachio, & lingua, ad humanam formam non intelligendis.

26. Aut dum odoratus est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiae, &c.] Postremum hoc verit, pro eo quod Græcè est: ὀσσεύσθης, pro eo quod alij: suauitatis. De Proverbio verò quòd paulopost habet Auctor: suis campis diffundere, vide nostra Prolegomena.

27. & si adsumpsero alas meas, & abiero trans mare, &c.] Hic dissentit Auctor ab omnibus Psalmorum editionibus, quæ legunt: si sumpsero pennas (pro quo ipse: alas) meas alluculas, & habitauero in extremis maris. Reposuimus autem mox quòd habebat Gagnæus: sed populo potius imputetur, pro eo quod Gelenius impulerunt.

28. Et quando auris, quòd omnia audiat, &c.] Sic profus legimus, pro: omnes, eo quòd precedat, quòd omnia videat. Siue autem legas cum Gagnæo: robor, siue cum exc. robor, non refert.

29. Aut propter quam causam linguam quarat, &c.] Vnicum reperire licuit locum scripturæ, Vbi lingua Dei commemoratur, nempe Isai. 30. Lingua eius quasi ignis deuorans, Vbi LXX. paraphrasticè transulerunt: ὀργῆ τῷ θυμῷ αὐτοῦ, id est, ira furoris eius. Hic verò pauloaliter linguâ Dei interpretatur iussum Dei.

CAP. VII.

30. Sed illud quod dicit, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd Deus nullis propriis appellationibus explicari possit. siue autem legas: puto ego cum exc. siue pitem, ex Angl. MS. cod. perinde est.

31. nec ex hoc tamen Dei substantia caritas expressa est, &c.] Dissentit ab Auctore B. August. lib. 15. de Trinit. cap. 17. eundem locum 1. Ioan. 4. explicans, quòd in illa summa simplicique natura substantiam ipsam scribat esse caritatem, & caritatem ipsam substantiam. Verum primi illi Auctores non tam exactè scripserunt in materia Trinitatis.

32. nec cor hominis, aut mēs ipsa percepit, &c.] Istud Paraphrasticè transulit Auctor, pro eo quòd est

1. Cor. 2. nec in cor hominis ascendit.

33. Omnis enim spiritus creatura est, &c.] Sicuti supra ad calcem argumenti adnotauimus, quia istud facere videbatur pro illis, πνευματικῶν hunc librum B. Cypriani nomine in lucem ediderit. Verum non mirum est errasse in hoc Nouatianum, qui (sicuti supra adnotauimus nu. 1.) Spiritum sanctum cum plenitudine sacramenti Chriftianis seu Confirmationis non acceperat, & proinde facilius in hæresim lapsus sit; neque verò aliquid ad huc de Trinitate in Ecclesia definitum fuerat. Aiqui sub calcem huius capitis castigamus ex coniectura Dn. Latini: refector & creator, pro: referor.

CAP. VIII.

34. Hunc ergo, omnis hæreticorum fabulis, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quòd hunc Deum, de quo prius egit, nouit & veneratur Ecclesia, quem scripturæ celebrant. Aiqui quum addit: omnis hæreticorum fabulis atque figmentis, adludit ad omnes hæreticos, qui Deum alium faciebant quàm Catholica nouit Ecclesia, quorum diuersas hæreses habes supra Tom. 3. in Catalogo hæreticorum sub finem libri de Præscript. adu. her. Nominatim etiâ similes hæreses resutatas habes supra libris aduersus Hermogenem, Valentinianos, Marcionem, & Praxean.

35. Isaac protexit, Iacob auxit, &c.] Adludit tii ad: protectionem, qua liberatus est ab immolatione per Angelum Isaac, Gen. 22. tum ad benedictionem, qua Iacob auxit tum multitudine liberorum, tum diuitiis, Gen. 29. & 30. Reliqua satis sunt perspicua præter illud: & quando daturus se sponso dederat, misit: ac si dicat: quo tempore daturus se sponso dederat. Accipitur autem etiam ab hoc Auctore paulopost conditio, pro: creatura, & non multopost bis exitus, pro: exitio. Aiqui legimus in intermedium lineis cum MS. Angl. cod. singillatim, pro: singillatim, more Veterum. Item: Israëlitarum non fuit nec vestes consumi, pro: sinit. Et supplemus: omnia continens.

36. Hinc est quòd & desuper Cherubim sedet, &c.] Sic omnino legendi, pro Cherubin. Adludit autem partim ad illud Psal. 98. qui seder super Cherubim, cui similes sunt loci 4. Reg. 19. Psal. 79. Isai. 37. & Dan. 3. partim etiam ad illud Apoc. 4. vbi recensentur: sub throno animalia quatuor præ cæteris principatum tenentia; cuncta desuper crystallo contingente, vt potè quum viderit ibi Apostolus mare vitreum simile crystallo.

37. Quod in firmamentū, &c.] Sic explicat illud Gen. 1. Et fecit Deus firmamentum, & dimisit Deus inter aquam quæ erat sub firmamento, & inter aquam quæ super firmamentum.

38. Nam & rotæ subiacent, tempora scilicet, &c.] Hic adludit ad rotas quarum sit mentio Ezech. 1. & deinceps vsque ad cap. 7. sed aliter rotas explicat, nempe: tempora, quàm vulgò solet.

39. ad igneum diem iudicij mūdus iste festinat, &c.] Igneum diem iudicij extremi, quo mundus igne conflabit, etiam iste Auctor insinare existimabat, adludens ad illud 2. Petri 3. igni reseruat in diem iudicij.

40. Currus enim, inquit, Dei decies millies multiplicatus, &c.] Prætermisimus vocem tantò intermedium, vt potè quæ non est Psal. 67. Vbi alij vertunt: decem milibus multiplex.

CAP. IX.

41. Eadem regula veritatis, &c.] Inscriptionem fecimus huic capiti: De fide IN FILIUM DEI

○○○

CHRISTVM IESVM DOMINVM DEVM
NOSTRVM in Veteri Testamento repromissum,
& in Nouo exhibitum, ex scripturis. Addit autem:
huius Dei filium, aduersus Marcionitas, qui Christum
faciunt aut alicuius Dei quam creatoris filium, contra quos
ait Tertullianus integro lib. 3. adu. Marc. supra Tom. 3.

42. Hunc enim Abraham filium, &c.] Vetera præ-
dicta, nominatum filium Abraham non testatur Chri-
stum, sed eo accedunt, dum Gen. 22. & alibi frequenter,
Christus semen Abraham nuncupatur, nam & explica-
tionis gratia subiungit illud Gen. 15. & 17. Tibi dabo &
femini tuo. Euagelia vero quum addit, addidit ad li-
brum Generationis Christi, ubi dicitur filij Abraham.

43. hunc David, &c.] Adludat illud Isai. 9. Su-
per solium David sedebit; quod sic interpretatur angelus
Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus sedem David pa-
tris sui.

44. donec veniat is cui repromissum est, &c.]
Hic variat etiam à LXX. qui legunt, εως δὲ ἔλθῃ τοῦ
ἐπαγγελίου, quod vertit Latinus Interpres: do-
nec veniant reposita ei.

45. Prouide alium quem mittas, &c.] Hinc vi-
detur olim non fuisse lectum apud LXX. δὲ ἄλλοθεν ἰδὲ ἐστὶν,
potentem, quod hodie huius verbis intericitur, neque etiam
est in Hebræo. Variat etiam Auctor, dicitur Deus. 28.
Videbitis vitam vestram pendentem nocte ac die,
& non crederis ei. Omitens etiam quod Isai. 7. interse-
runtur in vtero. Sive autē legas in scriptura Isai. 35. clau-
dus cum exc. sive clodus, vocem iam antiquatam, cum
MS. Angl. cod. non refert.

46. sic non aperuit os suum in humilitate, &c.]
Hic coniungitur Versus precedenti Isai. 53. in humilitate,
nisi quis malis adiici debere: &c. Illud autem pau-
lo post: Quasi diluculo paratum inuenimus eum,
reperiuntur Osee 6. iuxta LXX. Legimus vero: Dixit Do-
minus Domino meo, pro: Dicit; iuxta editiones Psal-
morum omnes, Psal. 109.

C A P. X.

47. Sed illud admeoneo, &c.] Caput hoc inscrip-
tum: Non esse commentitium Christum iuxta hæ-
reticorum fabulas. Qui autem hæreticæ auctoritatem
Veteris Testamenti respicerint, vide supradictum
Catalogum hæreticorum sub finem libri de Præscrip-
tis aduers. heret.

48. quia creatoris oderas nuptiarum coniu-
ctionem, &c.] Hic proprie agit aduersus Marcionem,
quippè quum eius hæresim oppugnet Tertullianus
non semel, & maxime supra sub finem lib. 1. aduers.
Marcionem.

49. qui in imagine fuit, nõ in veritate, &c.] Istud
pertinet ad hæresim Saturnini, Basilidii, & Gnostico-
rum, que (vbi legitur supra apud Tertullian. Tom. 3.
lib. de Carne Christi cap. 1.) putatiuam carnem Chri-
sti introduxit.

50. neque eum qui nihil in se nostri corporis
gessit, &c.] Istud ad Marcionis, qui (vbi ibidem legitur)
vt carnẽ Christi negaret, negauit etiam natiuita-
tem, & e contrario.

51. Neque illum qui æthereã siue syderea, &c.]
Istud ad Apellis, sicuti patet eiusdem lib. cap. 6.

52. nec vllum omnino alterum, &c.] Istud de-
nique ad Valentinianorum figmenta, de quibus ibidem
cap. 1. ac 6. ac sequentibus.

53. Quoniam quum caro & sanguis, &c.] La-

tissime eandem hanc scripturam, sicut hic Auctor, ex-
plicat Tertull. supra Tom. 3. lib. de Resurr. carn. cap. 49.
50. & 51.

C A P. XI.

54. Verum ne ex hoc, &c.] Caput hoc inscrip-
tum: Quod non tantum homo, sed & Deus sit
Christus, ex scripturis Noui Testamenti.

55. aliis hæreticis, &c.] Carpocratem intelligit, de
quo supra Tom. 3. lib. de Præscrip. adu. heret. c. 48. her. 9.
num. 311. ac Cerinthum, de quo ibi her. 10. num. 312. &
Hebionem, de quo ibidem her. 11. num. 313. Atqui de
Prouerbio manus dedisse, vide nostra Prolegomena.

56. diuinitate sermonis in ipsa cõcrecione per-
mixta, &c.] Rectè adnotauit Latinus debere istud intel-
ligi de permutatione vnionis, quam L. Leo Papa, serm. 3.
de Natiuit. pulcrè explicat. Nam infra Auctori cap. 14.
vocalur coniunctio verbi & carnis, cap. 16. adsum-
ptio hominis, ac Dei hominis cõcõderatio, con-
nexio, & sociatio; item cap. 9. Dei & filij hominis
adnexio. Quod pertinent ibidem similes phrasæ, dum dicit:
filium Dei filium hominis in se suscepisse ipsa per-
mixtione fœderatum, & Iesum Christum ex vtro-
que connexum, contextum, concretum, concor-
dia & cohabitatione sociatum. Qui omnes loci simi-
liter de vnitate persone, non substantiæ, commode debent
intelligi. Eodem etiam modo intelligendi similes Tertul-
liani loci supra Tom. 3. lib. adu. Præscian, quem admodum
inter Paradoxa eius inter Prolegomena nostra latius. Si-
cuti etiam de illo quod subditur: ante quem nihil præ-
ter patrem, nam Catholica fides credit: filium patri
coaternum. Atqui post aliquot lines legimus ex Angl.
cod. MS. ex ipsis, pro: ab, eo quod præcedat: ex virtuti-
bus.

57. Quoniam non tenebit perfectam verita-
tem, quisquis aliquam veritatis excluserit portio-
nem, &c.] Pulchra sententia, contra eos, qui dum ali-
quot Articulus fidei Catholica credere nolunt, tamen Ca-
tholica adhuc se veritatis adfiores conantur dicere. At-
qui scripturas complures, ad quas paulo post addidit, recens
ad marginem, sicuti vbiq; alibi, adnotauimus.

C A P. XII.

58. Cur ergo dubitemus dicere, &c.] Titulum
huic capiti imposuimus: Quod Deus Christus, ex
scripturis Veteris Testamenti, etiam id agnoscente
Sabellianica hæresi.

59. Iam non saluabo, &c.] Verba Osee 1. transponit
ad institutum suum magis accommodè; omittens etiam
intermedia illa iuxta editiones omnes: neque in gladio, ne-
que in bello. Iterum autem legimus cum Gagno: quis-
quis illum agnoscit esse Deum, & recognoscit
esse Deum, pro eo quod erat vtrouique: & Deum; ac
quam alibi nisi in Christo Deo inueniri, pro: quo-
niam, &c. eam inuenire. Rursum etiam Isai. 7. omit-
tit: in vtero.

60. & genua debilia consolamini, pusillanimes
sensu cõualescite.] Sic istud iuxta editiones omnes Isai.
36. distinximus. Et verò vel hinc patet librum hunc non
esse Tertulliani, qui vertit supra Tom. 3. lib. 4. aduers.
Marcionem cap. 10. Conualescite manus dimi-
sæ & genua dissoluta; quod semel de plerisque scri-
pturis insinuasse sufficiat. Ille autem in hoc hic differt,
quod legat Tomo 1. libro aduersus Iudæos; & mu-
torum

torum lingua soluetur, pro eo quod hic Auctor, &
supra cap. 9. & diferta erit lingua mutorum; pro quo
longè aliter hodie ex Græco apud LXX. & expedita erit
lingua mutorum aperta, vbi alterum adiectiuum su-
persuam esse videtur, nec olim lectum etiã Græcè, vsque-
adeo vt superflua sit vox ἀνεσπυε vñ, & quod verti-
tur: aperta. Et verò rectius ab aliis transferitur, lingua
blesorum, nam Græcè est: μολύδαλον. Castigamus ve-
rò ex MS. Angl. cod. Si in aduentu Dei, pro: Sin.

61. in alteram hæresim ruentes, &c. patrem il-
lum esse confitebuntur, &c.] Vocat mox hanc Sabel-
lianam hæresim, de qua cap. 18. latius, eandem autem
confutat Auctor infra cap. 21. & 22. Castigamus autem
necessario, & supplemus ex MS. Angl. cod. Christum
qualiter accipiunt Deum, pro: Dominum (Deum
enim iam negare non possunt) quã patrem? aut
quã filium? Si quã filium, cur Dei filium Deum
negant? Si quã patrem, cur, &c? Nisi, &c. Con-
sentit autem mecum Latinus legendo quater: quã, pro:
quasi.

62. Deus ab Africo veniet, & sanctus de mon-
te opaco & condense, &c.] Quum haud absimiliter
vertat B. Hier. Comment. in Abacuc cap. 3. (addens à solo
Theodotione versum: ab Austro) pro quo Auctor ab
Africo, quod ventus ille spirat ab Austro (quod Græcè le-
gitur ἀπὸ θελαδὸν) videtur à LXX. postum: ἐξ ὄψεος κα-
τασπυε καὶ δεσπυε, id est: de monte vmbroso & con-
dense, pro eo quod alij etiam hodie non rectè LXX. ἐξ
ὄψεος κατασπυε δεσπυε.

63. Sabelliana hæresis, &c.] Vel hinc, & ex eo
quod mox iterum sit mentio Sabellij (vide non potest
verisimiliter dici, quod ex margine in textum istud irre-
pperit) patet non esse hunc librum Tertulliani, vtpote qui
sub Antonino Caracalla (vbi in Vita eius latius) extre-
mam diem clausit, sed Nouatianus potius, cuius tem-
poribus sub Decio Imperatore Sabellius hæresim suam
capisse traditur, vel Eusebio teste hist. Eccles. lib. 7. cap. 5.
qui temporibus Dionysij Alexandrini Sabellianos in
luce prodidisse scribit Ptolemaidi Pentapolis, atque adeo
in Africa, contra quem, idem Dionysius librum scripse-
rit; in quo illi consentiunt Theodoretus heret. fab. lib. 2.
sub finem, & B. Hieronymus Catalogo Script. Eccles.
Qui omnes quomodo etiam Epiphani. August. Philastrius,
Damascenus, Isidorus, Erabianus & Honorius in Catalogis
hæreticorum hæresim illi impingunt eandem quam hic No-
uatianus, quod eundem facerent patrem & filium, immò
& spiritum sanctum, quem omisum hic miror; aduersus
quam hæresim infra late disputatur (vbi etiam paulo ante
diximus num. 61.) cap. 21. 22. & 28.

64. Bethleem, cuius metaturæ regio ad meri-
dianam respicit plagam cœli, &c.] Istud sic expressit
Ven. Beda Tom. 3. lib. de Locis sanctis cap. 16. Bethleem
sex milibus in Austrum ab Hierosolæm.

C A P. XIII.

65. Ac sic & Ioannes, &c.] Inscriptionem fecimus
huic capiti: Christum Deum esse, rursum ex Noui
Testamenti scripturis.

66. Sive enim, inquit Apostolus, throni, &c.]
Neque ordinem verborum Apostoli, Coloss. 1. Auctor
sequitur, & quod mirum est, legit: virtutes (quarum
Ephef. 1. solummodo sit mentio) pro eo quod editiones
omnes & Tertullianus quoque supra Tom. 3. lib. aduers.
Marc. cap. 19. principatus; idque non hic modo, sed

etiam capite sequenti.
67. & vsque ad summum regressio eius, &c.]
Paraphrasticòs sic vertit, pro eo quod alij omnes Psal. 18.
Et occurfus eius vsque ad summum eius, nec tamen aliena
est vox Græca κατὰ τὴν ἄνω, sicuti nec ab eo quod vertit
alibi supra Tertull. deuersio, & B. Cyprian. lib. 2. Te-
simon adu. Iud. cap. 19. decursio.

68. Apostolum non ab hominibus, aut per ho-
minem, &c.] Sic ex MS. Angl. cod. iterum supplemus,
iuxta quod legebat Gagnans, quia sic etiam Aposto-
lus Gal. 1. In eo vero quod sequitur ex eodem cap. & hic
ab aliis differt, quod vertat iterum: ab hominibus, vbi
alij: secundum hominem.

69. quoniam Deus ante omnia est, &c.] Hic
magis correspondet Græcis exemplaribus, quam vulgato
Interpreti Latino (cum quo alibi ferè consentit) aut Ter-
tull. loco iam citato, qui vertit: ante omnes. Illud etiam
infra legitur cap. 17.

C A P. XIII.

70. Et tamen adhuc dubitat hæreticus, &c.]
Capit hoc inscripsimus: Ex aliis etiam Noui Testa-
menti scripturis Christum Deum probari. Sive au-
tem legas: animaduertit cum exc. cod. sive: animadu-
terit iuxta Gagneum, perinde est.

71. quomodo adest vbiq; inuocatus, &c.]
Videtur adludere ad illud Rom. 10. Dimes in omnes qui
inuocant illum.

72. Qui post me venit, ante me factus est, &c.]
Vox Græca ἐργόμορος anceps est, tum ad hanc versio-
nem, tum ad illam vulgati Interpretis: qui post me ven-
turus est.

73. Ego sum panis vitæ æternæ, &c.] Paraphra-
sticòs sic vertit, pro eo quod editiones Græcæ, Latine,
& Syriacæ: Ego sum panis viuus, & B. Cyp. lib.
de Orat. Dominica: Ego sum panis vitæ, duntaxat.
Sicut etiam illud: quia patrem Deum nemo vidit
vinqum, pro quo alij duntaxat: Patrem.

C A P. XV.

74. Ex quo manus ponere, figuram & for-
mam futuram passionis ostendens, &c.] Titulum
huic capiti imposuimus: Quod Christus, quum an-
gelus licet improprie vocatur in scripturis, etiam
Deus appelletur. Est autem mutilum illud capitis
initium, quod tamen ad sequentia referri, ex eo patet
quod sequitur: per sacramentum passionis digestum
in figura manuum.

75. & Deum & angelum, &c.] Adludat, s-
cuti verbis iam adductis ad illud Gen. 48. Extendens
autem manus, & commutans manus; ita hic ad
illud ibidem: Deus cui placuerunt Patres mei, &c.
Angelus qui liberauit me ab omnibus malis, benedi-
cat pueros istos.

76. Ac si aliquis hæreticus, &c.] Sic legimus ex
MS. Angl. cod. pro: At si; quia & antea & postea illud
hoc libro Auctori vsitatum est. Intelligit autem hære-
ticos, tum Simonem Magum & Menandrum, qui se-
ipfos & summam virtutem (id est, archangelum) dicebant,
& apud Iudæos quasi passos esse; vbi supra patet Tom. 3.
lib. de Præscrip. adu. heret. cap. 46. her. 1. num. 301. ac
her. 2. num. 302. tum maxime Apellem, de quo ibidem
cap. 51. her. 19. num. 324.

77. Nam si, omnibus cœlestibus, &c. etiã ipsi
○○○ ij

angeli, &c. dicuntur Dij; iure & Deus Christus. Et si quis angelus, &c.] Sic prorsus legimus & supplementum, parum ex editione Gagnei priori. Quum autem alij non occurrant loci scripturae, quibus angeli dicuntur Dij; adnotauimus ad marginem Psal. 81. quod videatur illud paulopost citatum de angelis interpretari.

78. cui sunt omnes angeli subiecti, &c.] Hic adludit ad illud Hebr. 2. In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei, sicut mox ad illud Hebr. 1. Tanto melior angelis effectus.

79. Ac si stetit Deus in synagoga Deorum, &c.] In citatione verborum Psal. 81. differt in eo, quod legat: in medio autem Deus Deos discernit, ubi alij non habent: Deus; & ordine transposito: vsquequod personas (Graece πρὸς ὅσων) hominum accipitis, non exercentes iusta iudicia; pro eo quod illi: vsquequod iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

80. Deum te posui Pharaoni, &c.] Sic rectius vertit vocem Graecam φάραων, quam Latini hodie LXX. Interpres: Pharaonem.

C A P. XVI.

81. Et poteram quidem, &c.] Inscriptionem fecimus huic capiti: Diuinam maiestatem in Christo alij item scripturis probari. De Prouerbio autem: ingentē sylvam commouere, vide nostra Prolegomena. Sine autem paulopost legatur: quia Dei filius comprobatur, cum ex. sine comprobetur, non refert. Africana voce pignerata etiam alicubi supra vsus est Tertullianus.

82. vt exutus carnem potestates dehonestaui, &c.] Haud aliter B. Hilarius lib. 9. de Trinit. & B. August. lib. 16. aduers. Faustum cap. 29. & legunt hunc locum Coloss. 2. & explicant; quos adeo oportuit illud ἀπεκδυσάμενος accepisse reciprocē pro: exuens seipsum (ubi alij verum: exspoliatus) & adiecit carnem para-phrasticas. Quod vero Auctor ἐδεδείχθη τὸν ἀποκρυφῶς dehonestaui, eodem sensu Interpres Latinus: traduxit, ac B. Hilarius: ostentari esse fecit; B. August. exemplauit, ac si dicat Apostolus, spectandum proposuit; vtpote (sicut sequitur) palam triumphatis illis (ad verbum ex Graeco) in semetipso.

83. & in sanguine vuae, &c.] Sic supplementum ex MS. Angl. cod. locum Gen. 49. Legentes mox cum eodem: amictum ipsum corpus est, pro: amictus ipse; & paulopost: amicti susceptor, pro: amictus, quia etiam secundum exc. cod. legitur: cuius corpus amictum est, & amictum quod lauatur; neutro genere; ac si dicas cum Varrone, amictum, id est, circumiectum. Est autem locus ille obscurus, & quantum apparet mutilum, aut corruptum: quique sanguine, id est, vino, &c.

C A P. XVII.

84. Cur autem licet ad aliam partem, &c.] Caput hoc inscripsimus: Id ipsum comprobati ex loco Apostoli Philipp. 2. Atqui in scriptura: Qui quum in forma Dei esset, &c. quam late & pulcre explicat, non differt a vulgato Interprete, nisi in eo quod vertit: super exaltauit, ex Graeco ὑπερῷωσεν. Quod vero hic: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, secundum lectionem Latinorum; infra ex Graeco sub sinem cap. huius transiit: vt omne se in nomine eius genu flecteret. Secundum omnes autem editiones Apostoli supplementum ex Angl. MS. cod. & dedit illi nomen. Ex quo etiam paulopost castigamus: Si homo, pro: Sin.

85. post ipsam praeterca resurrectionem, &c.]

Obedientia Christi erga Patrem post resurrectionem, innotescit tum ex verbis illius Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, tum ex illis Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum; ac sicut misit me pater, & ego mitto vos. Legimus autem paulopost rursus phrasi Aethiopiae: Ac si, pro: At si, ex Angl. MS. cod.

C A P. XVIII.

86. Hoc in loco licebit mihi, &c.] Capiti huic titulum imposuimus: Christum Deum etiam ab haereticis agnolci. Ad quod pulcrum profertur sententiam: Firmum est genus probationis quod etiam ab aduersario sumitur, &c. Quod pertinet imprimis, quod B. Paulus ex ipsis eorum Poetis Atheniensis ad fidem conuertit, Act. 17. quem in hoc imitati sunt B. Iustinus Martyr, B. Anaxagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Minutius Felix, B. Cyprianus, Arnobius, & Lactantius libris suis aduersum Gentes, denique etiam Origenes aduersum Celsum, Eusebius lib. de Praepar. Euang. & B. August. lib. de Civitate Dei.

Et vero de haereticorum quoque Testimonis veritate probari posse, his verbis indicat Dionysius Alexandrinus apud Euseb. hist. Eccl. lib. 7. cap. 6. iuxta Versionem Rufini: Ego, inquit, & tractatus haereticorum lego, & traditiones eorum perscruto, etiam vsi videar ad horam verbis eorum pollui. Sed multum mihi cōserit hoc ipsum: quod ex ipsorum verbis arguere eos possum. Denique quum aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet me, ne haeretica lectione tāquam cœni alicuius scetore polluerer, visio mihi quaedam a Deo ostenditur, qua me confirmaret. Et sermo ad me factus est, haec mihi euidenter proloquens: Lege omnia quaecumque in manus tuas venerint, quia probare singula quaeque & discernere potes, quod quidem ab initio haec tibi causa credendi fuit. Quamplex sum Visionem, quia & Apostolica sententia concordabat dicens: Omnia legite, quae bona sunt tenete. Quibus verbis habes; tum occasione qua permitti possit alicui haereticorum libros legere, & proinde etiam ad fidei confirmationem citare; tum, quod solis illis id permittendum, qui norint singula quaeque probare & discernere, iuxta illud Apostoli 2. Thess. 4. iam citatum. Quum autem nemo sapiat in propria causa, recte a Pio Papa 1111. statutū est Catalogo librorum interdictorum iuxta Concilium Tridentinum: non cuius id permittendum, sed illis quibus sum Sedes Apostolica, ad quam pertinet de prudentia & discretione etiam Doctiss. virorum iudicium ferre, id speciali praerogatiua indulerit. Eodem vero pertinet illud B. Cyrilli Alexandr. Epist. 30. Illud dicendum est, non omnia quae haeretici dicunt, figmenta esse & reuocanda; nam multi ex illis ea consentiunt, quae & nos confitemur. Similes etiam sunt loci apud Origenem homil. 9. in Numeros (qui etiam hom. 16. in Lucam adlegat innumerabiles haereticos pro auctoritate Evangelij Lucae adu. Marcionem) & B. Hieron. Epist. 75. adu. Vigilant. & Epist. 152. ad Miner. & Alexandr. sub sinem. Legimus autem iterum cum Gagneo: in scripturis esse Deum tradi; & supplementum paulopost: Aestimant ergo an hic sit Deus, ex Angl. cod. MS.

87. vt plerique haereticorum, &c.] Ad Sabellianos adludit, contra quos infra agit cap. 21. 22. & 28. quū vero dicit: vt diximus superius, ad cap. 12. supra.

88. Alij quoque haeretici, &c.] Eos omnes intelligit: qui Christi natiuitatem negabāt, ne diuini nominis potestati derogarent, quales recensentur quatuor haereses

haereses initio libri Tertull. de Carne Christi, supra Tom. 3. vbi de iis latius.

89. vt in semetipso concordiam confabularet, &c.] Adludit ad illud Ephes. 2. qui fecit vtraque vnum; vt duos condat in semetipso in vno nouo homine faciens pacem. Et vero simili voce confabulationis vtrum etiam infra cap. sequi sub sinem.

C A P. XIX.

90. Sed erroris istius haereticorum, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod erroris sui materiam illi sumpserint, quia inter filij Dei & filium hominis nihil interesse putabant, ob scripturam Luc. 1. male intellectam. Supplementum autem mox: filium Dei esse proposuit, ex Angl. cod. MS.

91. sed adiecit Coniunctionem. Air enim: Propterea & quod ex te nascetur sanctum, &c.] Quod quidem contra dictos haereticos vrget Coniunctionem: & quam habent omnia exemplaria Luc. 1. (qua adeo addi debet vbi que supra, quando haec scriptura a Tertull. citatur) vt respondeat ad illud quod vrgebant: ex te, pater quantumvis omitti malis Erasmus illud iam olim ab ea aetate semper lectum fuisse. Supplementum vero ex Angl. cod. MS. non principaliter, & c. filium Dei esse, sed consequenter & in secundo loco; principaliter autem; & non multiplo: vt hominis filij, quā homo est, eundem & Dei & hominis filium; denique: id est, Dei verbum.

C A P. XX.

92. Ergo, inquit, si Christus, &c.] Caput hoc inscripsimus: Non tamen propterea Deū mortuum dicit. Quod ipsum tractauit etiam Tertull. supra Tom. 3. lib. aduers. Praxean cap. 29.

93. Sed erroris semper est abrupta dementia, &c.] Pulera sententia: quod qui fidem legitimam reliquerunt, vsque ad periculosa (de minori nempe errore in alterum maiorem) descendunt. Supplementum autem paulopost ex Angl. MS. cod. quando & in ceteris hominibus, qui non sunt caro tantummodo, fed caro & anima; caro quidem sola, &c.

C A P. XXI.

94. Sed ex hac occasione, &c.] Titulum capiti huic imposuimus: Aduersus Sabellianos, quod alius sit Pater, alius filius, ex scripturis. Quod ipsum tractatur a Tertulliano, saepitatum libro adu. Praxean (a quo virum suum hauserunt Sabelliani) potissimum cap. 4. 11. 12. & 21. ac sequentibus, ex iisdem quae hic citantur & alij compluribus scripturis.

95. Aut quum inter manus teneat: Pluit Dominus super Sodomam, &c.] Sic prorsus legimus ex MS. Angl. cod. pro: Deus, cum LXX. Gen. 19. & Tertulliano. De Prouerbio vero inter manus tenere, vide nostra Prolegomena. Supplementum vero ex eodem MS. cod. filium meus es tu, quia sic Psal. 2. legitur ab omnibus. Item mox: Aut quū etiam ille desideratus scriba ait: Dixit Dominus Domino meo; vbi iterum legimus: Dixit, pro: Dicit, quia Psal. 109. omnes, etiam Tertull. illud legunt. Iterum: inuenit positum sic: Haec dicit Dominus Christo meo Domino; tum quod sic legitur Isai. 45. etiam iuxta Tertull. tum quod, nisi sic legatur, ad institutum nihil faceret. Denique: Aut dum inuenit positum: Quoniam qui me misit, maior me est.

96. Eo ad Patrem meum & Patrem vestrum, &c.] Hic ab aliis omnibus & Tertulliano differt, (ex quo etiam conuincitur illius hunc librum non esse) quod legat: Eo, pro eo quod illi: Ascendo; sicut etiam in eo quod vertit: Et honorificauit & honorificabo. Denique quod legat: quoniam hoc tibi non reuelauit caro & sanguis.

C A P. XXII.

97. Sed quia frequenter, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Nihil pro illis facere: Ego & Pater vnum sumus. Quod ipsum tractatur a Tertull. dicto lib. aduers. Prax. cap. 24. Sine autem legas cum exc. At, &: discernit atque distinguit, siue cum Gagneo: discernit atque distinguit, non refert.

98. Vnum enim neutraliter positum, &c.] In hoc non satis circumspicit scribit, quod nullam essentia Patris & filij communionem adferat; vel in hoc Tertullian. imitatus, praeterquam quod adferat etiam exemplum ex Apostolo 1. Cor. 3. vnitati essentia veluti contrarium; in quo certe hallucinatum fuisse Auctorem non deoer dicere, quum postea Ecclesia in diuersis Conciliis diuersum definiuerit. Legimus autem cum Dn. Latino: Vnum autem quod ait, ad concordiam, &c. pertinet, pro: pertinere. Castigamus etiam post aliquot lineas: dum idem sentiunt, ipsum sunt, pro: ipsi, ex MS. Angl. cod.

99. Dum ergo accipit sanctificationem a Patre, minor Patre est, &c.] Debet etiam commode iste intelligi locus, vt illud: minor Patre, ad humanam referatur naturam. Supplementum vero mox: Et nunc autem profitendo se accepisse sanctificationem a Patre; hoc ipso, quo Patre se minorem, accipiendo ab ipso sanctificationem, probat; filium se esse, ex cod. Angl. MS.

C A P. XXIII.

100. Quod si de caelo missus, &c.] Caput hoc inscripsimus: Verbis aliis Christi, Deum ipsum probari. Atqui etiam ibi: vt diximus, adludit ad cap. 14. supra, vbi latius citauit locum Ioan. 3.

101. Et si ego de me testificor, &c.] Sic castigamus ex cod. MS. Angl. pro: Si, quia illud legitur secundum editiones omnes Ioan. 8. In qua scriptura variat ab aliis, legens: Vnde venerim & quod eam; vbi supplementum: vos ignoratis vnde venerim, aut quod eam vos secundum carnem iudicatis, quum mox id ipsum explicatur. Item in illo: vos ex inferioribus estis, ego de sursum sum, differt a vulgato Latino Interprete. Siue autem legas post aliquot lineas: vnde non Deus tantum est Christus, cum exc. siue cum MS. Angl. sit Christus, perinde est.

102. Sed idcirco nunc hic Christus in vnā partem, &c. incubuit, &c.] De hoc prouerbio vide nostra Prolegomena.

103. Ego ex Deo prodij & veni, &c.] Truncatim citat, retinens quod pro instituto faciebat, illud Ioan. 16. Ego a Deo exiui, exiui a patre, & veni in mundum. Supplementum autem: Quodque quia non otiose prolaturum est.

104. Ante Abraham ego sum, &c.] Hic etiam non integrè citat ex cap. 8. Ioan. sicut etiam illud Ioan. 10. nulla enim mentione facta, de quibus loquitur Christus: & ego agnoscam eas, &c. Differt vero ab aliis in illo Ioan. 10. ad quos verba facta sunt, quum illi legant: ad quos sermo Dei factus est.

C A P. XXIII.

105. Si homo tantummodo Christus, &c.] Titulum novum non addidimus, quia eiusdem est argumenti caput: sicut. Atque neque etiam ad verbum citat illud Christi ioh. 6. Et omnis qui videt & credit in me, non morietur in aeternum, quia ibi legitur: Et omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam aeternam: & postea: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum.

106. Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, &c.] Gagneus substituerat, vii ab heresi Pneumatomachum Auctorem adferret: Sed si à Christo accepit quæ nuntiet, non est homo tantummodo Christus, à quo accepit Paracletus Deus non minor; quoniam nec Paracletus à Christo acciperet, nisi Deus esset Christus; Christus ergo se Deum esse hoc ipso probat, quod ab eo accepit Paracletus quæ nuntiat; vt testimonium Christi diuinitatis grande sit, dum ab illo Paracletus sumit quæ ceteris tradit. Verum lectionem excusorum codicum, quam edidit Gelenius, habet etiam Anglicus codex; & nominatum propter hunc locum (vii in Argumento adnotatum) areticus vocatur hic liber à B. Hieronymo.

107. Nec prædestinatio ista dicatur, &c.] Non negat Christi prædestinationem, quum legatur Rom. 8. 1. Qui prædestinatus est filius Dei; sed dumtaxat vult ioh. 17. illud: Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te antequam mundus fieret, ad prædestinationem Christi proprie non referri; & vi de illa intelligatur, tamen aequè ex eo loco probari Christum Deum esse, non hominem tantum; quod eius prædestinatio præcedat prædestinationem Adam, Abel, Enoch, Noe, & Abraham, qui tamen ante hominem Christum censentur. Proinde rectius Anglicus MS. cod. minor enim per istam destinationem (seu potius prædestinationem) Christus ceteris intelligitur, quam ex. intelligitur. Ex eodem legimus: aut si hæc tolli non possunt, pro eo quod ex. aut si hæc in prædestinatione tantum dicuntur non possunt.

C A P. XXV.

108. Quid si Moyses hanc eandem regulam, &c.] Hinc capiti inscriptionem fecimus: Christum Deum probari, etiam ex initio Geneseos Moyfi, & Euangelij Ioannis. Castigamus autem ex Angl. MS. cod. quod discamus, pro: dicamus.

109. Quid si idem Moyses vbiq; introducit, &c.] Quum nullum peculiarem locum Pentateuchi citet, querat Lector curiosus, unde potissimum omnia hæc desumpta sint.

110. Venite, & mox descendamus, &c.] Hic iterum variat ab edit. LXX. Gen. 11. apud quem non reperitur: mox, neque illic. Sicut etiam in illo Deuter. 32. Quum disseminaret.

C A P. XXVI.

111. Ecce idem Moyses, &c.] Caput hoc inscripsimus: Christum Deum etiam inde probari, quod Abraham & Agar Deum visus legatur; nempe Gen. 18. iuxta LXX. vbi legitur apparuisse Deum Abraham ad quercum Mambre; de quo hic sub medium cap. latius, & de Agar, Gen. 16. & 21. cuius unam partem non multo post, & alteram sub finem cap. tractat. Supplemus autem post aliquot lineas ex Angl. MS. cod. qui tot modis Deus intelligitur ad probari.

112. Ac, si & Agar, &c.] Quum legat Gen. 16. in via Sur, quod hodie non habetur in edit. LXX. patet illum plus olim legisse. De Proverbiali verò formula: ex utroque latere nos veritas in istam concludit sententiam, vide nostra Prolegomena. Supplemus mox: quoniam Patri subditus & adiunctior paternæ voluntatis est, ac: Ergo si hic locus.

113. Abraham visum Deum apud quercum Mambre, &c.] In hac scriptura Gen. 18. prætermissit mentionem vituli quem fecit Abraham, & illi etiam vesendum apposuit.

114. Quoniam pluit Dominus, &c.] Sicuti supra cap. 21. & hic castigamus: Dominus; & paulopost: Dominus à Domino, pro: Deus, quod erat utrobique, tum quod illud ab omnibus legatur Gen. 19. tum quod mox subiungat: sed in subuersione Sodomorum Dominus pluit ignem à Domino. Hic autem Dominus, visus est Abraham Deus, nempe vi præmissum est Gen. 18.

115. Subverti vos, inquit, sicut subvertit Dominus Sodomam & Gomorram, &c.] Posteriori quidem huius scriptura pars inuenitur Jsa. 13. & Hieron. 50. apud quos legitur: Deus; sed integra hæc scriptura legitur Amos 4. Vbi quum iuxta LXX. legatur κρητος, id est, Dominus, id etiam hic legimus, pro: Deus, eo quod addat Auctor: Dominus ergo Sodomam subvertit, id est, Deus. Interim Hebraicæ vox est Τετρα-grammaton.

116. Adhuc, inquit (nempe Moyses) idem angelus & Deus, &c.] In hac scriptura variat etiam à LXX. quod legat ipsam Agar, & exaudiui enim vocem pueri, pro eo quod illi: Exaudiui enim Deus; & quod omittat: manum eius. Item in illo: & impleuit virem de puteo, & dedit puero.

117. dum exponit sinum patris, sicut Ioannes edicit, &c.] Hic bis variat ab Euangelista Ioanne, vtpote quum legatur ioh. 1. qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Legimus autem prorsus, vt sensus constet: Si enim ipse Ioannes, &c. pro: Sed, & supplemus: sed & angelus, ex MS. Angl. cod.

C A P. XXVII.

118. Quid si & alio in loco, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Quod etiam Iacob apparuerit Deus Dei filius.

119. Nam, quum apud uxores suas, &c.] Huius scriptura verba melius distinxit & vertit ex Græco: Vide hircos & arietes ascendentes super oves & capras variatos albos, & varios, & cineritios & adspersos, quam hodie vertit Latinus LXX. Interpret: super oves & capras subalbas & variatas & cineratas sparsas. Castigamus verò: vnxiisti, ex MS. Angl. cod. pro: crexisti.

120. Remansit enim, inquit, Iacob solus, &c.] In hac scriptura Gen. 32. omittitur hic illud: & emarcuit latitudo femoris eius; & vertitur ETI: iam nunc, pro eo quod Latinus LXX. Interpret: vltra, & εἰδος θεῶν, visio Dei, pro quo secundum illum: facies Dei, minus aptè.

121. Ac, si Israël est homo videns Deum, &c.] De hac interpretatione nominis Israël, vide alicubi supra Adnotationes nostras.

122. Deus, inquit, qui pascit me, &c.] supra, hanc scripturam, quomodo idem Deus & angelus Christus, tractauit latius Auctor cap. 15. Supplemus autem:

autem: benedicat pueros hos; quod non modo Gen. 48. sed etiam hic paulopost sic legitur.

C A P. XXVIII.

123. Adhuc adiciam illam quoque partem, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Pro Sabellianis nihil facere illud: Philippe, qui videt me, videt & Patrem, &c. Quod probat, partim ex eo quod scriptura diuina, quæ nondum facta sunt, pro factis adnuntiat; partim ex verbis sequentibus ioh. 14. vbi aperta est distinctio Patris & Filij. Quod postremum etiam videt Tertullian. dicto lib. aduers. Præcean cap. 24. & 25.

124. Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem, &c.] Etiam hunc colligitur Librum hunc non esse Tertull. vtpote qui supra dicto lib. aduers. Præcean cap. 20. 24. & 25. legitur videt, utrobique; illud interim etiã hodie habent Græci codices. vide ibidem Adnot. nostras n. 143. Vterque tamen consensit in illo: Si me cognouistis, & Patrem meum cognouistis, pro eo quod alij: cognouissetis utrobique.

125. Quia puer, aiebat, natus est vobis, &c.] In hoc differt Jsa. 9. ab omnibus alijs, quod legat; vobis, pro: nobis; & quod Isa. 9. Et accessit, vbi alij: accessi; omittens etiam: in vtero.

126. Quoniam sicut pater operatur, ita operatur & filius, &c.] Adludit, partim ad illud ioh. 6. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. partim ad illud ioh. 14. Pater autem manens in me, ipse facit opera, &c. quod inuenitur ioh. 14. sicuti etiam quæ deinceps citat, vbi legit solus: diligit, pro eo quod alij: diligit. Vterius bis: Aduocatum; Latine, quod ex Græco alij transferunt: Paracletum; sicuti etiam non semel cap. sequi.

127. Ego sum vitis vera, &c.] In hac scriptura ioh. 15. magis Græca sequitur quam Latina exemplaria, legens: tollit, purgat, ac: fructum ampliozem. Consequenter, iuxta Euangelistam ibidem ex MS. Angl. cod. sic supplemus: manet in mea caritate. Si madata mea seruaueritis, manebitis in mea caritate, sicut ego, &c. & rursum paulopost: proficere possit & crescere. Atque de Proverbialibus formulis: Campus latus & fufus aperietur, ac: effusus luminibus orbat, vide nostra Prolegomena.

C A P. XXIX.

128. Sed enim ordo rationis, &c.] Caput hoc inscripsimus: De fide IN SPIRITUM SANCTUM; quamquam interim non satis exactè, vtpote nondum re per consilia satis definita, hanc materiam tractat, vii latius admonimus in calce Argumenti.

129. erunt remissa, & quorum retinueritis, erunt retenta, &c.] Haud aliter B. Cyprianus vbiq; vertit: remittentur, & tenebuntur, de qua lectione vide Adnotationes nostras in Epist. eius 73. ad Inbaian. Legimus verò paulopost ex MS. Angl. cod. nec ex hoc tamen ipse diuersus, pro: diuiditur, quia sequitur: nec alter est, & vnus atque ipse est diuidens officia, vbi adludit ad illud 1. Cor. 12. vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult. Item non multo post: ibi parçè datus, hic largè commodatus, pro: dat, ac: commodat, quia præcedit: effusus, & sequitur: exhibitus.

130. spiritum veritatis, &c.] Sic prorsus castigauimus, pro: spiritus, ex Angl. MS. cod. illud enim legitur ioh. 14. Legit autem per emphasim: Quum venerit aduocatus ille, tum hic, tum in sequenti scriptura, ioh. 14. & vii: meo; quod tam Græcè quam Latine desideratur. Fbi autem: vos diriget in omnem veritatem, Græca potius quam Latina sequitur exemplaria, sicuti etiam quum iterum adludit ad Apostolum 1. Corinth. 12. legens: virtutes & sanitates, ac: discretionones spirituum, plurali numero.

131. habitans in solo Christo plenus & totus, &c.] Videtur sic interpretari (atque aded tacite innuere diuinitatem spiritus sancti) illud Coloss. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et est in illo repleti. Legimus autem & supplemus ex Angl. MS. cod. cumulatè distributus & missus, pro eo quod erat dumtaxat: cumulatè admissus. De Proverbiali verò formula: vt ex illo venæ ducerentur, vide nostra Prolegomena.

132. Et requiescit, inquit, super eum, &c. & impleuit eum, &c.] Peculiaris est etiam hæc Auctori lectio, pro eo quod editiones omnes Isa. 11. & Tertull. ac B. Cyprian. requiescet, ac: implebit, nisi forte mendium subit. Placet autem distinctio Auctoris in scriptura Jsa. 61. Euangelizare pauperibus misit me, pro eo quod perperam hodie apud LXX. Græcè & Latine misit me, sequentibus adnectitur, maxime quum illud Christus citauerit Luc. 4. Auctori etiam propria est versio Psal. 44. à confortibus tuis, pro eo quod alij omnes: pre, vertunt, sed ad vtrumque anceps est Vocula πρὸς.

133. Hic est enim qui contra carnem desiderat, &c.] Mira est interpretatio illius: spiritus concupiscit aduersus carnem, de spiritu sancto hominem inhabitante, quum alij malint referre ad spiritum hominis. Atque consentit cum Vulgato Latino Interprete, legens 1. Cor. 4. Et spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est, quantumvis hodie Græcè plurali legitur numero. Et contrariò Græci exemplaribus correspondet magis, 1. Tim. 4. vertens spiritibus seductoribus, idque non hic modo, sed etiam infra Epist. de Cibis Iudæis c. 5. Item & in eo quod vertat 1. Cor. 12. In hoc spiritu positus (quod illi peculiare est, pro: loquens) nemo vnquam dicit anathema Iesum, pro: Iesu, quamquam illud legant etiam quidam Latini codices.

134. In hunc quisquis blasphemauerit, &c.] Partim istud reperitur Marc. 3. nempe illud: blasphemauerit, partim Matth. 12. illud nempe: non tantum in isto sæculo, verum etiam nec in futuro.

C A P. XXX.

135. Et hæc quidem de Patre & Filio & Spiritu sancto, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: Nihil prædictis obtare fidem vnus Dei. Atque quum non semel hic vigeat duos Deos non dici, etiã Pater Deus, & filius Deus dicatur, nulla repetita mentione spiritus sancti, etiam hac de causa hunc librum pro se tamquam B. Cypriani citare solebant Pneumatomachi, verum non tam cautè scribebant veteres. Et verò quum idipsum argumentum tractetur supra Tom. 3. à Tertulliano lib. aduersus Præcean, cap. 13. & 18. etiam de spiritu sancto, & hinc patet, non esse hunc librum Tertulliani. Legimus autem mox ex MS. cod. Angl. O O O iij

qua vnus Deus & per scripturas promittitur, pro eo quod corrupte legatur: vnus Deus.

136. Tam enim illi, &c.] De duobus his generibus hereticorum, cap. 18. Paulopost autem legitur: Si vnus Deus, Christus autem Deus, &c. omisi superflua voce: Christus. Supplemus etiam ex Angl. MS. cod. Christum esse contendunt.

137. Ego sum, inquit, Deus, &c.] Hic differt, quod dicitur: & non est prater me iustus & saluans, pro eo quod Latinus Interpres LXX. Isai. 45. iustus & saluator. Deinde: & nemora in statera, quum legatur Græcè τὰς νύκτας, quod vertit ille Isai. 40. nubes; sed vtrumque vox Græca significat, & magis proprie quod habet Auctor. Item: vt sciant omnes, pro: vt sciant omnia regna terre, iuxta editiones omnes. 4. Reg. 18. ex Isai. 77.

138. sed humani erroris præsumptione, qua heretici esse voluerunt, &c.] Sic ex MS. cod. Angl. pro: quia. Adluit autem Auctor ad significationem vocis: heresis, quæ ab electione derivatur, atque adeo non nisi voluntate suscipitur, sicuti supra laus Tom. 3. lib. de Præscript. adu. heret. cap. 6. Supplemus verò ex MS. Angl. cod. paulopost: vnus in scripturis bonus dicitur esse Deus, & deinde legitur: Ac, si non putant, &c. pro: At, si.

CAP. XXXI.

139. Est ergo Deus pater, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Epilogus libri: De Deo Patre & filio. Vbi iterum nullam spiritus sancti mentionem facit, quod pro se rapiebant Eneum atomachi. Supplemus autem ex Gagneo: qui non in sono percussit aëris.

140. cuius factæ & diuinæ natiuitatis, &c.] Adluit ad illud Isai. 3. Generationem eius quis enarrabit? Quod de æterna natiuitate eodem prorsus modo, interpretantur B. Ambr. lib. 1. de Fide ad Graecian. cap. 5. B. Cyrillus in Isaiam, & B. August. Epist. 150. ad Elpidium.

141. quia & pater illum etiam quadam ratione præcedit, &c.] Sic legitur ex MS. Angl. cod. pro: quin; qui etiam omittit illa, quæ explanationis causa, ne Arrianis videatur fauere, addidit Gagneum, nempe: quadam ratione, quodammodo, &c.: aliquo patet; Verum malimus in contextu relinquere, vt nemo hinc errandi ansam sumat. Quamquam interim contra illos sufficiat illud quod præmittitur: Semper enim in patre, ne pater non semper sit pater, & quod haud procul à fine huius cap. habet: principium natiuitatis autem omne tempus accepit. Ex quo constat, quum dicit: patrem præcedere, priorem esse, & antecedere, id solum se intelligere, vt subiungit: quæ pater sit. Eodem modo itaque intelligendum quod iterum dicit: cum patre postmodum fuit, & quæ habet MS. cod. Angl. eadem de causa etiam à nobis prætermissa: & merito ipse est ante omnia, sed post patrem; ac: secundam personam efficiens post patrem, quæ filius. Atqui non potuimus non supplere ex MS. Angl. intermediam periodum antea desideratam post illud: ille qui originem nescit, nempe: Simul vt hic minor sit (quod etiam caute legendum)

dum in illo esse se scit, habens originem, quia nascitur, & per Patrem quodammodo, quamuis originem habet quæ nascitur, vicinus (vox corrupta) in natiuitate, dum ex eo patre qui originem solus non habet, nascitur.

142. Hic ergo quando pater voluit, processit ex Patre, &c.] Improprè hic processionem filio Dei tribuit, quam Patres posteriores ad distinctionem personarum soli Spiritui sancto. Legimus verò, & distinguimus paulopost ex eodem MS. Angl. cod. Si enim natus non fuisset, innatus comparatus cum eo qui esset innatus, æquatione in vtroque ostensa, &c. pro: ostensi, quod corruptissime legebatur. Supplentes paulopost ex eodem codice duos periodos & dimidiam, quæ desiderabamur post illud: & ideò duos adprobasset etiam Deos, omittentes illud: Christus autem non innatus est. Idque in hæc verba: Si inuisibilis fuisset, cum inuisibili collatus par expressus duos inuisibiles ostendisset; & ideò duos comprobasset & Deos. Si incomprehensibilis, si & cetera quæcumque sunt Patris; meritò, dicimus, duorum Deorum quam isti confingunt contouersiam suscitasset. Nunc autem quidquid est, non ex se est, quia necinnatus est; cui addendum ex excussis, sed ex patre est, quia genitus est.

143. Siue dum verbum est, &c.] Scripturas antiquiores, quibus dicitur Christus: verbum, virtus, sapientia, filius Dei, vnigenitus, & primogenitus, ad marginem adnotauimus. Castigamus autem & distinguimus ex Angl. cod. MS. Quo genere dū, &c. ex illo est qui (pro: quia) originem non habet; vnus est; & cum Gagneo supplemus: Idcirco vnus Deum adseruit (nempe scriptura) & ex MS. cod. Angl. initium potius & principium. Legentes iterum cum Gagneo: Filius autem nihil ex arbitrio suo gerit, pro eo quod substituerat Gelenius: Idem est denique quod nihil, &c. Est autem etiam hoc caute legendum, quod paternæ voluntatis ministrum vocet, quod solummodo verum est de Christo secundum humanam, non verò diuinam naturam. Atqui ex MS. cod. Angl. iterum supplemus parenthesi interiecta: Nam quum id sit principium ceteris quod innatum est, (quod Deus solus pater est qui extra originem est, ex quo hic est qui natus est) dum qui ex illo nascitur, &c. Item paulopost: Cuius sic diuinitas traditur, vt non aut dissonantia aut inæqualitate diuinitatis.

144. Subiectis enim ei quasi filio omnibus rebus à Patre, &c.] Adluit ad illud Apostoli Rom. 8. qui subiecit ei omnia. Et verò hic iterum supplemus post hæc verba ex MS. Angl. cod. dum ipse cum his quæ illi subiecta sunt, Patri suo subiicitur. Legentes maxime, &c. rursus Patri (pro: illi) remittit; (omittentes vocem: vnde, intermediam) vnus Deus ostenditur, verus & æternus pater. Supplentes paulopost: & principium ipsius quoque filij sui. Ceterum valde obscurum est, & quantum apparet, corruptum aut mutilum: manente in illo quod etiam auditus est, sicut etiam quod antea legebat Gagneus: manentem in se quod audiuit ab illo, sed sicuti alia multa, ita & hoc aliis castigandum relinquimus.

ARGV-

ARGVMENTVM EPISTOLÆ DE CIBIS IYDAICIS,
PER IACOBVM PAMELIYM.

NOVATIANSVS Presbyter Romanus (seu quisquis alius huius Epistolæ Auctor) in secessu suo, tempore persecutionis Deciana, variis fratrum literis prouocatus, aduersus Iudæos post superiores duas Epistolas DE CIRCVMCISIONE ET SABBATO, etiam hanc DE CIBIS IYDAICIS edidit.

Imprimis autem legem spiritalem esse tradit; & proinde quum cibus primus hominibus solus arborum fructus fuerit, et vsus carnis accesserit; legem postmodum subsecutam, quæ cibos discernens, quadam quasi munda concessit animalia, quadam interdixit quasi non manda, spiritualiter esse intelligendum. Præsertim quum pronuntiat a sint omnia valde bona, & etiam immunda animalia ad sobolem in Arca Noe reſeruata sunt, quæ alioqui possent auferri, si propter inquinamentum suum debuissent aboleri.

Non culpanda itaque immunda animalia, ne in auctorem culpa reuocetur; sed quædo irrationale animal ob aliquid reicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnari; in animalibus proinde mores humanos & actus & voluntates depingi.

His accessisse & aliã causam, cur multa à Iudæis ciborum genera tollerentur, ad cœrendam intemperantiam populi vni Deo seruituri.

Et verò fuerit tempus aliquod, quo istæ umbræ vel figuræ exercendæ; postquam finis Legis Christus superuenit, omnia iam dici ab Apostolo munda mundis; & cibum verum & sanctum esse, fidem rectam ac immaculatam conscientiam.

Sed non ex hoc, quia libertas ciborum concessa, luxuriam permissam esse, nec continentiam sublatam aut ieiunia. Hæc enim vel maxime decere fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei gratias, non diebus tantum, sed & noctibus.

Cauendum etiam esse, ne quis licentiam istam in tantum probet profusam, vt ad immolata idolis possit accedere.

Ceterum huius Epistolæ quedam verba cap. III. descripta sunt à Hrabanò nostro (de quibus ibi latius) Comment. in Leuiticum; verum neque MS. cod. Leodiensis, neque excusi ad marginem pro more illius adnotatum habent Auctoris, ex quo desumpsit nomen. TERTVLLIANI autem hanc Epistolam (quantumuis ei adscribatur in Catalogo Bibliothecæ Corbeiensis) nō esse, tum ex stylo & scripturis aliter translatis, satis constat; tum etiam quod secessus sui persecutionis tempore meminert, qualem Tertullianus ubique impugnat, & maxime Libro de Fuga in persecutione. B. CYPRIANO adscribendam aliquando existimauimus ob similem inscriptionem & initium cum libro illius de Spectaculis; sed in reliquis stylo illius non conuenire animaduertimus. NOVIANO itaque adscribere malimus; tū quod B. Hieron. Epist. 123. ad Damasum de 5. quæst. scribat, Latino sermone à Nouatiano editas quæstiunculas, De animalibus mundis & immundis; tum quod idem Catal. Script. Eccles. eius Interpres Sophronius, & post eos Honorius Augustudunensis ac Trithemius, inter eius scripta vnus DE CIBIS IYDAICIS recenseant. Quod etiam titulo EPISTOLÆ insignitum fuisse colligitur ex Epist. eiusdem B. Hieron. 21. ad Paulum Concordiensem, ubi opuscula illius Epistolæ nuncupat. Atqui hanc primus edidit Gagneus Theologus in editione sua Parisiensi, castigauit deinde Gelenius ad Britannicum codicem MS. Nos denique ex coniecturis quibusdam Dn. Latinij & nostris iterum recognouimus, et Argumentum ac Adnotationes recens adiecimus.

OOO V

NOVATIANI ROMANAE
ECCLESIAE PRESBYTERI, DE CIBIS
IUDAICIS EPISTOLA.

NOVATIANVS PLEBI IN EVANGELIO
PERSTANTI SALVTEM.

CAP. I.



TSI² mihi, fratres sanctissimi, exoptatissimus dies ille, & inter præcipuos beatosque referendus est, quo litteras vestras & scripta suscipio (quid enim me aliud nunc faciat liberiore?) tamen non minus egregium diem & inter eximios arbitror computandum, quo similes vobis adfectu debite caritatis remittens, & ego ad vos compari voto litteras scribo. Nihil enim me, fratres sanctissimi, tantis constructum vinculis tenet, nihil tantis curarum ac solitudinum stimulis excitat & exagitat, quam ne iacturam vobis quandam per absentiam meam putetis illatam, cui remedium conitor dare, dum elaboro vobis me præsentem frequentibus litteris exhibere. Quamquam ergo, & officium debitum, & cura suscepta, & ipsa ministerij imposita persona hanc à me litterarum scribendarum exposcant necessitatem; tamen vos illam plus exaggeratis, dum me ad scribendum frequentioribus litteris prouocatis, & pronum me licet, ad ista caritatis sollempnia magis impellit, dum sine cessatione in Evangelio vos perstare monstratis; ex quo efficitur, vt & ego vos litteris meis non tam instruam iam eruditos, quam incitem paratos. Nam qui sincerum Evangelium & exeretum ab omni peruersa labe doctrinae non tantum tenetis; verumetiam animolè docetis, magistrum hominem non queritis, qui rebus ipsis vos doctores esse monstratis. Currentes igitur vos exhortor, & vigilantes excito, & aduersus spiritalia nequitiae dimicantes alloquor; & ad brabium cursu vocationis in Christo redentes impello: vt tam hæreticorum sacrilegis calumniis, quam etiã Iudæorum otiosis fabulis calcatis & reiectis, traditionem solam Christi doctrinamque teneatis, vt condignè auctoritatem vobis eius nominis vindicare possitis. Quam verò sint peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ legis alieni, duabus epistolis superioribus, vt arbitror, plenè ostendis in quibus probatum est, prorsus ignorare illos, quæ sit vera circuncisio; & quid verum sabbatum, quorum adhuc magis ac magis cæcitas reuincitur in hac epistola, in qua aliquid de cibis ipsorum breuiter disseritur: hinc etenim se solos sanctos, & ceteros omnes æstimant inquinatos. Itaque in primis illud collocandum est, legem spiritalem esse: quam si spiritalem negant, vtique blasphemant: si deuitantes blasphemiam, spiritalem confitentur, spiritualiter legant. Diuina enim diuinè sunt recipienda, & sancta sanctè vtique asserenda. Ceterùm culpa grauis inuritur, si terrestris & humana sacris & spiritalibus litteris doctrina præstatur, quod vt ne fiat cauendum est. Caueri autem potest, si quæ à Deo præcepta sunt sic tractentur, ne auctoritatem eius imminuant assumpta, ne dum quædam impura & non munda dicuntur, institutio illorum infamem reddiderit institutorè. Videbitur enim reprobando quæ fecit opera propria damnaße, quæ quasi bona probauerat: & in vtroque inconstans, quod hæretici quidem volunt videri, denotabitur: dum aut quæ nõ erant munda benedixit, aut quæ benedixerat, quia & munda & bona, postea reprobauit quasi non bona: quippè quia nõ munda: cuius consequenter enormitas perpetua manebit & controuersa, si perseverat ista Iudaica doctrina, quæ omnibus viribus amputanda est, vt dum quid enormiter ab ipsis traditur, à nobis tollatur: & operum suorum competens dispositio & diuinæ legis congruens, & spiritalis illatio remittatur. Sed vt ab exordio rerum & vnde oportet incipiã, cibis primus hominibus solus arborum fuit foetus & fructus. Nam à pomis vsusum postea ad fruges contulit culpa, conditionem conscientia ipso situ corporis approbante. Nam & innocentia decerpturos alimenta ex arboribus, adhuc sibi benè conscios homines, ad superna subrexit: & commissum delictum ad conquirenda frumenta homines terræ soloque deiecit. Postea etiam vsus carnis accessit, diuina gratia humanis necessitatibus competentia ciborum genera prorsus opportunis temporibus portigentc. nam & teneros & rudes homines alere debebat mollior cibus, &

Ephes. 6.

Philip. 3.

11.

Rom. 7.

Gen. 1. 9.

Gen. 1.

Gen. 3.

Gen. 9.

A & non sine labore confectus, ad emendationem scilicet, ne iterum liberet delinquere, si innocentiam impositus labor non admoneret. Et quia iam non paradisus custodiendus, sed mundus totus fuerat excolendus, robustior cibus carnis offertur, vt ad emolumenta culturae plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Hæc omnia gratia (vt dixi) & dispositione diuina, ne aut minus redderetur robustior cibus, quo referri ad opera marcescerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppressi ferre non possent. Lex autem postmodum subsecuta cibos carnis cum discretionem disposuit: quædam enim ad vsus quasi munda contribuit & concessit animalia, quædam interdixit quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura. & mundorum quidem hanc formam dedit, vt quæ ruminatione ruminent, & vngulas findunt munda: immunda quæ neutrum horum vel alterum faciant. Sic in piscibus quoque eadè munda essent, quæ cooperta squamis & armata remigiis, at quæ contrahæc esse non munda. Alitum quoque discrimen induxit, quidque aut reprobum iudicaretur, aut mundum. Ita lex solertiam maximam faciendæ animalium separationis instituit, quæ in vnam benedictionis formam constitutio antiqua contraxit. Quid igitur dicemus? immundane ergo animalia? quid est enim aliud, non munda, quam quæ lex à ciborum vsibus separauit? Quid enim & illud quod iam diximus, ergo institutor non mundorum Deus, & culpa factorum in artificem redundabit, qui non munda produxit: quod vtique dicere extremæ summæque dementiae est, Deum accusare quasi instituerit immunda, & diuinæ maiestati crimen inferre, quasi fecerit reprobæ præsertim cum & pronuntiata sint valde bona, & quæ bona vt crescerent & multiplicarentur, benedictionem ab ipso Deo sint consecuta; insuper etiam in arca Noe præcepto creatoris ipsorum ad sobolem reseruata, vt & necessaria probarentur dum custodiuntur, & bona dum necessaria probarentur, licet ibi quoque crimen sit adiectum. Sed tamen vel tunc institutio istorum non mundorum funditus potuisset auferri, si propter inquinamentum suum debuisset aboleri. Quatenus ergo (vt Apostolo auctore monstrauimus) spiritalis lex ista spiritaliter recipienda est, vt legis ratio diuina & certa præstetur? Primò credendum est; quicquid est à Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum: neque culpandum, ne in auctorem culpa reuocetur. Deinde legem ad hoc filiis Israël datam, vt per illam proficerent & redirent ad mores bonos, quos cum à patribus accepissent in Ægypto, propter consuetudinem barbaræ gentis corruperant. Denique & decem sermones illi in tabulis nihil nouum docent, sed quod obliteratum fuerat, admonent: vt iustitia in illis ignium more, quasi ad flatu quodam legis sopita recalesceret: proficere autem poterant intellecto plus in hominibus vitia fugienda, quæ lex damnasset etiam in pecoribus. Nam quando irrationale animal ob aliquid reuincitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnatur. Et si in eo quod ex natura aliquid habet quasi inquinamentum notatur, plus culpabile, cum illud contra naturam in hominem conueritur. Ergo vt homines mundarentur, pecora culpata sunt, scilicet vt & homines, qui eadem vitia haberent, æquales pecoribus æstimarentur. Quo pacto factum est, vt nec animalia damnarentur ab institutore sui culpa, & homines in pecoribus eruditi ad immaculatam institutionis suæ possent redire naturam. Considerandum enim quomodo lex munda & non munda discernit: Munda, inquit, & ruminant & vngulam findunt, immunda neutrum faciunt, aut ex duobus vnum aliquid. Omnia ista vnus artifex fecit, qui fecit ipse benedixit. Institutionem igitur mundam, vtriusque conspicio, quia & qui instituit sanctus est, & quæ instituta sunt, culpam nõ habent, dñ hoc sunt quod facta sunt. crimen enim nunquam natura, sed voluntas peruersa excipere consuevit. Quid ergo est? in animalibus mores depinguntur humani & actus & voluntates, mundi si ruminent, id est, in ore semper habeant quasi cibum præcepta diuina, vngulam findunt, si firmo gradu innocentia, iustitia, omnisque virtutis vitæ itinera conficiant. Eorum enim quæ in duas vngulas pedem diuidunt, robustus semper incessus: dum lubricum partis alterius vngulae firmamento fulcitur, & in vestigij soliditate retinetur. Sic qui neutrum faciunt, immundi sunt: quorum nec in virtutibus firmus ingressus est, nec diuinorum præceptorum in ore vllius ruminationis teritur cibus. nam & qui alterum faciunt, nec ipsi mundi, dum sunt ex altero debiles, nec in vtroque perfecti. Hi autem sunt aut vtrumque facientes, vt fideles qui mundi: aut alterum, vt Iudæi & hæretici qui sunt inquinati: aut neutrum, vt ethnici qui sunt consequenter immundi. ita in animalibus per legem, quasi quoddam humanæ vitæ speculum constitutum est, in quo imagines sanctionum considerent, vt plus

Leui. 11. 9.

Deut. 14.

Ibidem.

Gen. 1.

Gen. 7.

111.

Rom. 7.

Gen. 1.

Exod. 20.

Leui. 11. 9.

Deut. 14.

vitiōsa quæque hominibus contra naturam commissa damnentur, dum etiam naturaliter in pecoribus constituta culpantur. Nam quod in piscibus squamis aspera pro mundis habentur: asperi, & hirsuti, & firmi, & graues mores hominum probantur. Quæ autem sine his sunt immunda: quia leues, & lubrici, & infidi, & effœminati mores improbantur. Quid enim vult sibi lex cum dicit, ¹⁰ Camelum non manducabitis, nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat eneruam & criminibus tortuosam. Aut cum suem cibo prohibet assumi, reprehendit utique cœnosam & luteam & gaudentem vitiorum fordibus vitam, bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem: aut cum leporem, accusat reformatos in fœminam viros. ¹¹ Quis autem mustelæ corpus cibum faciat? sed furta reprehendit. Quis lacertam? sed odit vitæ incertam varietatem. Quis stellionem? sed maculas execratur prædam de aliena morte quærentes. ¹² Aut quis coruum? sed versutas execratur voluntates. Passerem quoque cum interdicit, intemperantiam coarguit: quando noctuam, odit lucifugas veritatis: quando cygnum, cervicis altæ superbos: ¹³ quando charadriū, garrulam nimis linguæ intemperantiam: quando vesperilionem, quærentes tenebras noctis simul & erroris. Hæc ergo & his paria lex in animalibus execratur, quæ in illis quidem non criminosa, quia in hoc nata sunt, in homine culpata, quia contra naturam non ex institutione, sed ex errore quæsitæ sunt. ¹⁴ His igitur ita se habentibus accesserunt & aliæ causæ, quibus multa à Iudæis ciborum genera tollerentur: quod ut fieret, immunda multa sunt dicta: non ut illa damnarentur, sed ut isti coërcerentur seruituri vni Deo, quia ad hoc assumptos frugalitas decebat, & gulæ temperantia, quæ semper religioni deprenditur esse vicina, immò (ut ita dixerim) consanguinea potius atque cognata: sanctitati enim inimica luxuria est. Quomodo enim per illam parceretur religioni, cum non parceretur pudori? non recipit luxuria Dei timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatem temeritatem: effusus enim habentis sine more admotis sumptibus quasi pabulis crescit excedens patrimonium cum pudore, aut ut torrens aliquis è montium iugis cadens non tantum opposita transcendit, sed illa ipsa in aliorum ruinam secum rapit. Ad coërcendam ergo intemperantiam populi, remedia sunt ista quæsitæ, ut quantum luxuriæ demeretur, tantum bonis moribus adderetur. Nam quid aliud merebantur, quam ut ne omnibus escarum voluptatibus vterentur, qui diuinis manna epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes iurulentas inimicorum atque dominorum ante libertatem ponentes, digni sanè quos optata seruitus saginaret, quibus malè displicuerit & melior & liber cibus. ¹⁵ Fuerit ergo tempus aliquod antiquum, quo istæ vmbra vel figuræ exercendæ, ut abstinentium esset à cibis, quos institutio quidem commendauerat, sed lex interdixerat. Verum iam finis legis Christus superuenit, cuncta legis obscura referans, omnia quæ sacramentorum nebulis antiquitas texerat. Magister enim venit insignis, & doctor cœlestis, & institutor consummatæ veritatis, sub quo merito iam dicitur: Omnia munda mundis; inquinatis autem & infidelibus nihil mundum; sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Item alio loco: Quia omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum quod eum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Rursum alibi: Spiritus manifestè dicit, quòd in nouissimis diebus recedent quidam à fide, ¹⁶ attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis mendaciloquorum cauteriatâ habentium conscientiam suam, prohibentium nubere & abstinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt Deum. Adhuc in altera parte: ¹⁷ Omne quod in macello vanit, manducate, nihil requirentes. Ex quibus constat, omnia ista suis esse benedictionibus reddita iam lege finita: nec ad solennitates ciborum esse redeundum, quas & certa imperauerat causa, & iam sustulit libertas Evangelica manumissione reuocata. Clamat Apostolus, Non est regnum Dei potus & cibus, sed iustitia & pax & gaudium. Item alio loco: Esca ventri & venter escis, Deus autem & hunc & hanc euacuabit: corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori. Deus ventre non colitur, nec cibus; quos Dominus dicit perire, & in secessu naturali lege purgari. Nam qui per escas Dominum colit, propè est ut Dominum habeat ventrem suum. Cibus inquam verus & sanctus & mundus est, fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima: qui quis sic pascitur, Christo conuescitur, talis epulatur conuiuia est Dei, istæ sunt epulæ quæ angelos pascunt, istæ sunt mensæ quæ martyres faciunt. Hinc est vox illa legis, ¹⁸ Non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo quod

A quod proficiscitur ex ore Dei. Hinc illa Christi, Mea esca est, ut faciam voluntatem eius qui me misit, & ut consummem opus eius. Hinc: Quaritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis. Operamini autem non eam escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam æternam, quam filius hominis vobis dabit. hunc enim pater signauit Deus. Iustitia, inquam, & continentia & reliquis Deus virtutibus colitur. Nam & Zacharias refert, Si manducetis, inquit, aut bibatis, nõne vos manducatis aut bibitis: exprimens cibos aut potus, non ad Deum peruenire, sed ad hominem: nec enim carnis Deus est, ut carne placetur: nec in has voluptates attonitus, ut nostris gaudeat cibus. Deus sola gaudet fide nostra, sola innocentia, sola veritate, solis virtutibus nostris, quæ habitât non in ventre, sed in animo, quâsque nobis acquirat diuinus timor & cœlestis metus, non terrenus cibus. ¹⁹ Ex quibus congruenter infectatus est Apostolus superstitionibus angelorum seruientes, inflatos à sensu carnis suæ, caput Christum non tenentes, ex quo omne corpus per nexum concatenatum & fibula charitatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum, sed illa seruantes, ne tetigeritis, neque contrectaueritis, quæ imaginem quidem videantur habere religionis, dum corpori non parçitur: nullum tamen emolumentum omninò iustitiæ, dum ad elementa quibus per baptisimam mortui sumus, voluntaria seruitute reuocamur. ²⁰ Sed non ex hoc statim, quia libertas ciborum concessa, luxuria permissa est: nec quia liberalius nobiscum Euangelium gessit, continentiam sustulit. Non inquam ex hoc ventri procuratum est, sed ciborum forma monstrata est: ostensum est quid iuris esset, non quo in gurgitem cupiditatis iretur, sed quo legis ratio redderetur. Ceterum nihil ita temperantiam coërcuit quàm Euangelium: nec ita constrictas quisquam gulæ leges, quàm Christus; qui beatos legitur pronuntiasse, sed egenos, & felices esurientes atque sitientes; miseros diuites, quibus ad imperium ventris & gulæ seruientibus, voluptatum nunquam posset mater deficere, ne desinere seruitus posset; argumentum felicitatis putantes, concupiscere quantum possint, nisi quòd & sic minus possint quàm concupiscunt. ²¹ Nam & Lazarus in ipsa fame ipsisque vlceribus & canibus diuitis perferens, carnifices salutis ventrem & gulam coërcerat exemplis. Apostolus quoque: Habentes, dicendo, victum & vestitum, his contenti sumus; frugalitatis & continentia legem dabat; parum existimans profuturum esse quod scripserat, etiam exemplum se scriptorum suorum dabat, subiiciens non immeritò esse omnium malorum auaritiæ radicem. Sequitur enim præcurrentem luxuriam; quidquid hæc per vitia consumpserit, illa per scelera restituit, orbe criminum recurso, ut rursus luxuria eximat; quidquid auaritia congesterat. Nec tamen desunt inter ista, qui quum sibi nominis Christiani vocem induerint, exēpla præbeant intemperantiæ & magisteria: quorum vsque eò vitia venerunt, ut & ieiunij matutino tempore bibant, non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in vacuas & inanes adhuc venas infusa statim per somnum vina descenderint, minus enim qui bibunt, sapere videntur, si inter vina cibi permisceantur. Videas ergo tales, nouo genere adhuc ieiunos, & iam ebrios, non ad popinam currentes, sed popinam secum circumferentes, quorum quisque salutat, non osculum dat, sed propinat. Quid isti post cibum faciant, quod ebrius inuenit cibus? aut quales istos sol in occasu relinquit, quos iam marcidos vino oriens aspicit? sed quæ detestanda sunt, non sunt nobis exempla ducenda. Sumenda sunt enim ea sola, quibus animus noster melior reddatur. Et licet in Euangelio per omnia ciborum redditus nobis vsus sit, tamen intelligitur redditus, sed cum lege frugalitatis & continentia. Hæc enim vel maximè decent fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei quidem gratias, non diebus tantum, sed & ipsis noctibus; quod fieri non poterit, si somnum grauem, & molem pectori impositam mens cibo vinoque sopita non valuerit excurere. ²² Sed quod in vsum ciborum vel maximè custodiendum sit; cauendum est, ne quis licentiam istam putet in tantum profusam, ut & ad immolata simulacris possit accedere. Quantum enim ad creaturam Dei pertineat, omnis munda est, sed cum dæmoniis immolata fuerit, inquinata est tam diu, quâdiu simulacris offeratur; quod mox atque factum est, non est iam Dei, sed idoli; quæ dum in cibum sumitur, sumentem dæmonio nutrit, non Deo, conuiuam illum simulacro reddendo, non Christo, ut merito faciunt & Iudæi; quorum ciborum ratione perspecta, & consilio legis considerato, & Evangelicæ gratiæ beneficio cognito, & temperantiæ rigore seruato, & simulacris immolato-

rum inquinamento repulso, regulam veritatis per omnia custodientes, Deo gratias agere debemus, per Iesum Christum filium eius Dominum nostrum, cui laus & honor & claritas in secula seculorum. Amen.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN EPISTOLAM DE CIBIS IYDAICIS.

I. NOVATIANSVS, &c. [Quum Auctorem huius libri Tertullianum negemus, omnino oportuit illud substituere, pro eo quod erat: Tertullianus, maxime quum vltima syllaba in idem recidant; unde factum conicio, ut cum prae vetustate MS. codicis, priores dictionis litterae legi non possent, ex coniectura hoc scriptum fuerit. Est autem, sicut iam diximus satis, similis inscriptio libri B. Cypriani de Spectaculis: Cyprianus plebi in Euangelio stanti salutem; sed quum eadem aetate uterque scripserit, non mirandum, maxime in persecutione Deciana iam dicta, in qua quum multi lapsi inuenirentur, si hoc titulo ad Statum vti videntur ex proposito; quos adeo hic Auctor cap. 1. in Euangelio perferre congratulatur.

CAP. I.

1. Et si mihi, fratres sanctissimi, &c.] Caput hoc inscriptum: Epistolae argumentum, sicuti latius ex ipsis eius verbis in Argumento nostro videre est. Et verò quaedam etiam similia sunt initio dicti libri de Spectac. ad sensum quod adinet, sed stylo diuerso.

3. per absentiam meam, &c.] Hinc patet, sicuti ibidem adigimus, in secessu conscriptam hanc Epistolam; fortassis siquid diuinare licet, quum (vbi scribit Cornelius PP. Epist. ad Fab. Antioch. apud Eusebium lib. 5. hist. Eccles. 35.) in domo se conclusum occuleret metu persecutionis. Quod quum in illo tandem reprehenderetur à Diacono Romano, & rogaretur, ut egressus, quantum presbytero liceret, quantumque situm esset in eius potestate, fratres in periculo constitutos iuuaret; tantum abest ut illis obtemperaret, ut etià non sine stomacho discederet, se nolle amplius esse presbyterum adserens. Quo factum, ut Moyses beatus Martyr & illi & quinque alii presbyteris, qui vna cum illo se ab Ecclesia segregauissent, fidelium comunione interdixerit. Atque hoc ipsum est quod B. Pacianus de eo scribit Epist. 2. ad Sympron. Nam & ideo ab Ecclesia Christi recesserat, ne illum labor confessionis urgeret. Hanc itaque primam occasionem illi fuisse schismatis, deinde & haeresos, admonuisse sufficiat, sed quantum apparet, post scriptam hanc & similes Epistolas.

4. duabus Epistolis superioribus, &c.] De his latius post Adnotationes huius libri.

CAP. II.

5. Itaque imprimis illud collocandum est, &c.] Titulum huic capiti impositum: Legem spiritalem esse; & proinde spiritaliter eam intelligendam, quae discernit inter munda & immunda animalia. Pertinet autem ad phrasin Africanam libri praecedentis illud: denotabitur. Supplemus autem cum Latino: Nam à pomis vsusum postea ad fruges. Atqui multa est illa periodus: Nam & teneros & rudes homines alere debebat mollioribus cibis, ut desideretur

aliquid tale, ac si dicat: At protractiores non sine labore confectus. Legentes iterum cum Gagneo: quo referri ad opera marcescerent, pro eo quod Lugd. editio referre.

6. ut quae ruminantibus, &c.] Sic translulit tum hic, tum cap. sequ. quod Graece est apud LXX. Leuit. II. & Deut. 14. ἡ δὲ ἀνάγκη μὴ ἐπιβουλήσῃ, quod vertit Latinus illorum Interpres: & reducens ruminantionem. Quum autem addit: immunda quae neutrum horum vel alterum faciant; intelligit de ruminantibus, sed vngulas non fudentibus. Etiam paraphrasticos translulit ordine transposito illud: quae cooperta squamis & armata remigiis, pro eo quod duntaxat est Graece, Hebraice & Latine: quibus sunt alae (quae remigia vocat, eo quod illis tanquam remis vtiuntur ad volandum) & squamae; quod postremum duntaxat legit ca. sequ. Atqui supplemus cum Latino: Quid est enim aliud, non munda, quam quae Lex à ciborum vsibus separauit?

7. licet ibi quoque sit crimen adiectum, &c.] Nouè accipit crimen, ac si dicat: licet etiam ibi quadam animalia criminata sint, tamquam immunda, ut potè quum Gen. 7. inter munda & immunda distinguat animalia.

CAP. III.

8. Quatenus ergo, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod ut homines mundarentur, pecora culpata sint, & in animalibus mores depingantur humani, & actus, & voluntates. Multa autem huius capitis transcripsit Hieronymus noster in XII. cap. Deuter. ex quo proinde patet, tam olim in manibus Doctorum versatam fuisse hanc Epistolam. Imprimis verò illud: Primò credendum est, quidquid est à Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum. Legimus autem & supplemus cum Latino, omiſsa voce: quos, secundo loco superflua: quos quum à Patribus accepissent in Aegypto, propter consuetudinem, &c.

9. Quid ergo est? &c.] Etiam istud cum illo quod praecedit: Ergo ut homines mundarentur, &c. transcripsit Hieronymus, verbis tamen transpositis, ex quo tam ex eorum quam MS. castigamus: & voluntates, pro: voluptates, omiſsa voce quaedam, non satis apta. Vbi plus habet quam Auctor de vngulam diuidentibus, quia duo Testamenta Legis & Evangeliorum credentes, se firmo gressu innocentiae iustitiae, statuunt.

10. Camelum non manducabitis, &c.] Sic prorsus restituimus, pro: manducabis, quia illud legitur plurali numero Leuit. II. & Deuter. 14. Atqui etiam longè diuersam expositionem adfert vbi supra, ordine verborum Moysi probe seruato, Hieronymus: cameli, suis, & leporis.

11. Quis autem mustela, &c.] De mustela, lacerta,

ta, & talpa, quae immunda declarantur ex reptilibus, Leuit. 11. nihil adnotauit Hieronymus, quod mirum.

12. Aut quis coruum, &c.] De coruo, noctua, cygno, charadrio, & vespertione, vtrouque legitur, quod immunda indicata sint inter animi genera; at passeris nulla ibi mentio, neque etiam apud Hieronymum. Verum tamen in eo hallucinatus videtur Auctor, quod σεσθδὸν passerem verterit, quem alij omnes: struthionem, eo quod vtrumque vox Graeca significet, sed auem mundam fuisse existimatum passerem, vel inde patet, quod in sacrificiis offerri precipiantur passeris duo in emundatione Leprosi, Leuit. 13.

13. quando charadrium, &c.] Pro charadrium, hodie Graece est apud LXX. ἡ ἀνάγκη, non rectè; nam ἡ ἀνάγκη auicula est, de qua Proverbum legitur: charadrium imitans, ex numero Ioracium. Maxime quum idem Hieronymus lib. 7. cap. 6. de Rerum & Verborum significatione de vniuerso, etiam charadrium appellet, sic scribens: Ibi & porphyrio, & quem LXX. nominant pellicanus, & cygnus, & herodius, & charadrius, longo esse collo, trahereque cibum ex altitudine terrae atque aquarum, dicuntur.

CAP. IV.

14. His igitur ita se habentibus, &c.] Caput hoc inscriptum: Multa à Iudaeis ciborum genera sublata, ad coërcendam populi intemperantiam. De Proverbio autem: effusus habentis, vide nostra Prolegomena. Legimus verò prorsus cum Latino: ante libertatem ponentes, pro: post, quia praecedit: praeferre; & signaret, pro: signaret.

CAP. V.

15. Fuerit ergo tempus aliquod, &c.] Titulum huic capiti impositum: In noua Lege omnia esse munda mundis iuxta Apostolum, & cibum sanctum esse fidem rectam ac immaculatam conscientiam. Castigamus autem mox cum Latino: quae sacramentorum nebulis antiquitas texerat, pro: nobilis.

16. ad dentes spiritibus seductoribus, doctrinis daemoniorum, &c.] Vel hinc confirmatur eiusdem Auctoris esse Epistolam cum lib. de Trinitate praeced. cap. 29. quia etiam ibi sic legitur iuxta Graeca exemplaria I. Timoth. 4. praeterquam quod hic legit ad institutum plura quam ibi, vertens, quod mirum est: & his qui cognouerunt Deum, vbi alij omnes habent: veritatem.

17. Omne quod in macello venit, &c.] Differt à vulgato Latino Interprete, quod transferat I. Cor. 10. nihil requirentes, & B. Ambrosii, disquirentes, pro eo quod ille: interrogantes. Cum quo contrariò legit I. Cor. 6.

Esca ventri & venter escis, Deus autem & hunc & hanc, &c. Atqui iterum legimus cum Gagneo: quisquis sic pacitur, pro: paciscitur.

18. Non in pane tantum viuunt homo, &c.] Quum Graece sit Matth. 4. & Hebraice Deut. 8. viuunt, in illo iterum cum vulgato Interprete conuenit, differens ab omnibus, quod legit Joan. 6. sed quia manducastis de panibus meis.

19. Ex quibus congruenter insectatus est Apostolus superstitionibus angelorum seruientes, &c.] Etiam hinc constat neque Tertulliani esse hanc Epistolam, qui longe aliter vertit haec Verba Apostoli, Coloss. 2. supra Tom. 3. lib. de Resurrect. carn. cap. 23. & lib. 5. aduers. Marc. cap. 19. neque B. Cypriani, qui pro eo quod hic legitur: sed illa seruantes, legit: Pana sectamini, idque lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 11. Quamquam interim hic Auctor magis sensum exprimens quam Verba, neque cum vulgato Interprete Latino, neque cum Graecis exemplaribus aliisque consentiat.

CAP. VI.

20. Sed non ex hoc statim, &c.] Inscriptionem huic capiti fecimus: Ex eo quod ciborum luxuria permissa est, non tolli eorum continentiam, aut ieiunia. Locus autem est insignis aduersus hodiernos haereticos, qui ex scripturis cap. praeced. citatis nituntur conuellere ieiunia, & in iis quorundam ciborum abstinentiam.

21. Nam & Lazarus, &c.] Locus corruptus, cui sine ope MS. codicis mederi non licet, idque sine cum Gelenio legas: in ipsa fame, ipsique vberibus & canibus diuitis perferens; sine cum Gagneo: & carnibus diuitis praefrens. Legimus autem iterum cum Gagneo: quidquid haec (nempe luxuria) consumpsit, pro: contemserit, & cum Latino: ieiunij matutino tempore, pro: ieiunij matutini; denique cum eodem: si inter vina cibi permisceantur, pro: si intestina cum cibis permisceantur.

22. Non diebus tantum, sed & ipsis noctibus, &c.] Pertinet hoc ad ritum Ecclesiae antiquiss. de antelucanis cœtibus, de quibus supra latius Tom. 1. Apolog. ca. 39.

CAP. VII.

23. Sed, quod in vsu ciborum, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod cauendum ne quis licentiam ciborum etiam ad immolata idolis transferat. Ad ludis autem ad illud I. Cor. 8. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolo thytum manducant, & conscientia ipsorum quum sit infirma, inquinatur, & illud I. Cor. 10. Sed que immolant gentes, daemones immolant; nolo vos seruos fieri daemioniorum.

NOVATIANI ROMANAE
ECCLESIAE PRESBYTERI EPISTOLARVM
DE VERA CIRCVMCISIONE ET VERO
Sabbato Notulæ.

VAM verò sint (inquit Novatianus Epistola precedenti) peruersi Iudæi, & ab intellectu suæ Legis alieni; duabus EPISTOLIS superioribus, vt arbitror, plenè ostendi; in quibus probatum est, prorsus ignorare illos, quæ sit VERA CIRCVMCISIO, & quid VERVM SABBATVM.

ADNOTATIVNCVLA IACOBI PAMELII.

Inter scripta Novatiani à B. Hieron. & Sophronio eius Interprete Græco, Honorio item & Tribemio in Catalogis scriptorum Ecclesiasticorum, recensentur DE CIRCVMCISIONE & DE SABBATO. Meminit & idem Hieron. Epist. I. ad Damasum, Questionum NOVATIANI DE CIRCVMCISIONE. Ad titulum harum Epistolarum fuisse: DE VERA

CIRCVMCISIONE & DE VERO SABBATO, ex Verbis ipsius Novatiani iam præmissis plus satis constat. Et tamen librum illum, qui inter Opera existat B. Hieronymi DE VERA CIRCVMCISIONE, neque Tertulliani esse neque Novatiani, supra ostendimus Tomo quarto ad Notulas Questionum Tertull. de Circumcisione.

FINIS TOMI QVINCTI OPERVM
Q. SEPTIMI FLORENTIS. TERTVLLIANI
Presbyteri Carthaginensis, eique adscriptorum,
atque ad eò totius operis Tertullianici.

LOCI EX CONIECTVRA

LATINI LATINII VITERBIENSIS
VEL RESTITVTI, VEL ALITER LECTI
IN TERTVLLIANO POST EDITIONEM
Iacobi Pamelij Brugæ. Ann. M. D. LXXXIII.

DE PRÆSENTIVM CONCESSIONE.

LATINVS LATINIVS VITERBIENSIS
STVDIOSIS S.

LORVM exempla secutus, qui rei litteraria industria sua & laboribus bene consultum esse voluerunt; cum aliquot celeberrimorum scriptorum monumenta, tum maxime Tertulliani eo consilio perlegenda suscepisti, vt quantum diligentia studioq. possem, nonnullas maculas, quæ post Iacobi Pamelij, viri eruditissimi emendationes, explicationesq. reliquæ adhuc esse mihi videbantur, plurimosq. torquebant, abstergere conarer. Et quia scriptorum codicum præsidio carebam, id vnum mihi in primis cauendum esse statui, ne quid in re difficili, maximèq. lubrica, mihi temere sumerem: sed coniecturas tantum meas eruditis viris (quorum seculum nostrum fecundissimum merito prædicatur) considerandas, expendendâsq. proponerem. Quod meum consilium (ni fallor) modò æquus iudex, nemo reprehendet; cum ea, quæ mihi aliter commodiore vel sententia, vel numero legenda visa sunt, nisi prius doctorum virorum suffragio probata fuerint, recipi nullo modo postulem. Sunt tamen quedam ita felici coniectura restituta, vt planè sperem doctorum assensionem inuentura: quedam verò etiam tam necessaria ad Tertulliani sententiam absoluendam, vt ipsa; si suo iure admitti se postulent, facile id impetratura confidam. Feci ergo bona fide, quod potui. Super sunt tamen adhuc multæ, difficilèsq. salebræ, quæ eruditorum industriam, opemq. desiderant, atq. implorant: quibus aliquando sublatis, pristinus Tertulliano nitòr instauresur. Ad quam rem peragendam, si hisce meis propositis coniecturis eruditus viris aliquod calcæ additum sensero, consilij mei me, votiq. compotem vel cumulatè factum esse gaudebo; eòq. nomine me Deo maximas gratias agere debere palam profitebor. Inter meas autem coniecturas, si quæ hac nota P. C. signata erunt, scitote eas Petro Ciaconio Toletano, viro non vulgari eruditione, ac peracri iudicio prædito, acceptas esse referendas; ne quem merita sua laude fraudem; hominisq. mihi, dum vixit, coniunctissimi, post mortem etiam memoriam, vt gratus celebrare non desinam. Valete.

Romæ, Kal. Nouemb. M. D. LXXXIII.

| | | | |
|-----------------------|--------------|-----------------|--------------------------------------|
| Capitis nota | c. | P. C.) | Petri Ciaconij. |
| Notationis | n. | P. C. ex V. c.) | Petri Ciaconij ex Vaticano cod. |
| Lineæ | l. | V. c.) | Vaticanus codex. |
| Post notationem lineæ | p. n. l. | Ful. c.) | Fuluij Vrsini codex. |
| Ante nota lineæ | a. n. l. | Put. c.) | Puteani codex. |
| Paginæ numerus | pag. 235. | O.) | omnes qui vbiq. citati sunt codices. |
| Linea vltima cap. | l. vlt. c. | Frob.) | Codex Frobenij Basileæ ann. 1550. |
| Linea penultima | l. penult. | | |
| Linea vltima pag. | l. vlt. pag. | | |

PPP

Ex libro de Pallio, pag. 5.

Cap. 1. l. 3. habitus denotare. Pacis hæc, & anno-
na otia) P. C.
n. 17. frangere miniat) P. C. non probabam.
c. 2. n. 2. 1. de itanquillo pronũ, ut Virg. Æn. 5.
n. 2. 4. fluminum via obambulando.
n. 2. 7. & solum exaudiebat.) Id enim fertilita-
tis encomium. Ofec. 2. in fine.
n. 3. 2. 1. 1. cælum aduffit,) P. C.
n. 33. Nam & primitijs maiorem ambitum)
Sic maiorem partem dixit Cicero.
c. 3. pag. 7. l. 1. 1. audaciam egregiam nominis.
Inde l. 4. stupens, nec promouet,) P. C.
p. n. 53. l. 1. Sed quod iam & arbuta
p. n. 55. proinde se necat, exinanita iam stamine
n. 58. alio.) Locus obscurus & corruptus am-
plius expendendus.
c. 4. p. n. 60. l. 1. nec vestis tantum? Admodum Græci
n. 63. 7. estis: an non ita est?
Græcitatim depalari) Mica l. non gemi-
na.
n. 64. natura Deo debet.) ita postulante sen-
tentia.
n. 66. l. 3. monstrum, & quidem geminum,
n. 70. vnguentis offunderetur.) P. C.
n. 82. l. 1. 1. velut mollius ventilante serico restin-
xit.
p. n. 90. l. 1. fellas, queis in publico quoque do-
mestice, ac secreta vehebantur,
pag. 9. l. 1. Quanto tu magis arguas illud, quod
vires oculis.
c. 5. n. 97. (etiam si duplex quoq; Cratetis more)
nusquam vestiendo cõponitur; vno
circumiectu, licente quidem, nus-
quam inurbano,
p. n. 104. murænis mandendos) P. C.
Inde l. 1. scuitia delectatus teneræ bestie) Ter-
tulliani forte error.

Ex Apologerico, pag. 24.

c. 1. n. 17. deonerant semetipfos, mentis malæ.
c. 2. n. 2. 2. l. 3. Sed illud solum spectatur,
p. n. 27. l. 2. sic enim soletis dicere, homicida nega;
laniari iube.
p. n. 31. l. 1. foli quæstioni temperantur.) tormenta
scilicet.
p. n. 33. l. 7. Quæ malunt credi esse.
c. 3. p. n. 38. l. 1. Qui iuuenis quam lasciuus, quam ama-
sius,) v. c. Ful. Prf.
c. 7. n. 91. de pabulo crudæ,
p. n. 99. l. 1. prouocabunt; dum diuina seruat.)
animaduerso scilicet.
c. 8. p. n. 108. l. 1. Obseruandum itaque tibi,
c. 9. n. 146. cuius vbiq; satis facile) Seruat enim li-
bida quia semen est.
c. 11. pag. 48. l. 1. Quem ne enim integrũ negaueritis?
c. 13. n. 190. vt quisque dominum sanctiorem ex-
pertus est, & domesticam
c. 15. p. n. 233. l. 1. polluerent forsitan ea & ipsi,
c. 17. n. 257. sanitatem suam potitur,) aliter.
c. 18. n. 271. exerta monumenta reliquit.
c. 21. l. 2. profitentibus nobis quoque; fortasse
an hoc nomine

p. n. 305. ad declinandum deuiantes) Ita postea
reperi in cod. m. s. Ful. Prf.
c. 12. n. 354. l. 1. vt curasse credantur.
c. 23. n. 357. à templis deos æstimetis,
c. 24. n. 375. l. 1. dicere & audire?
c. 27. p. n. 426. l. 3. præter quam quod desperata
c. 30. n. 445. Si itaque
c. 31. p. n. 449. l. 3. Ita quæ nolumus experiri, ea dum præ-
camur
c. 35. n. 467. scholæ bestiariorum.) vel, bestiarium.
c. 38. n. 495. cum de ipsis rebus, de quibus exigun-
tur, præsumimus,
c. 40. n. 534. & si qua illic arborum poma oriatur,
v. c. c. o.
n. 542. lupanaribus operantibus,) ita m. s. s. &
Ful. & Puteani.
c. 41. p. n. 543. l. 3. An non illi iniquissimi, -- Christiano-
rum?
c. 45. n. 568. l. 1. de diuina lege vt antiquiore formam
mutuatus.
p. n. 568. l. 3. contemnere ex inuoluntate, vel ne-
cessitate
c. 47. n. 598. l. 1. quæ de similitudine fidem) sic Ful. c.
c. 48. p. n. 607. l. 6. quis in quam bestia reformari videat-
tur.) sic Ful. & Puteani codd.
p. n. 608. l. 2. eo quod omnino de iudicio Dei pati
debet,) Semel hic tantum habens excu-
si codd. m. s. s. vero & ipsi semel, sed post
n. 609. l. 2.
p. n. 610. l. 6. tantum corpus hoc mundo) sequitur
enim, imposuit
n. 611. l. 3. fructus consumuntur, & redeunt.
c. 50. initio. Ergo, inquit, cur querimini -- quod
pati vultis?
n. 619. sarmentitios & semaxios) vel, sema-
xarios
n. 622. rogo secundum matrimonium dedit,

Ex libro de Testimonio animæ, pag. 146.

c. 1. l. 2. receptissimi cuiusq; philof.) P. C.
p. n. 2. l. 4. & originum, & traditionum, & senten-
tiarum
p. n. 3. l. 1. non mentieris) P. C.
c. 2. pag. 147. l. 3. in maledictũ conuertis benedictionẽ)
nullum enim maledictum præcessit.
c. 3. n. 10. l. 1. esse? An ne quasi non & probemus, qui
ca -- exigimus?
n. 13. l. 1. vel quæcũque capit dominum secta,)
sapit) P. C.
c. 4. n. 18. tamen propter nomen solum vanitati
Inde l. 4. non vt de bono vitæ
p. n. 20. l. 3. Nam in conuiuio, quum quasi præsen-
tibus
Inde l. 1. propter quos lætius viuís.) P. C. lau-
tius. f.
Inde l. 1. qui nihil sentit. Quid, quum vt sen-
tientem maledicis, -- facis; terram gra-
uem -- tormentum? Æque
p. n. 22. l. 3. memoriae frequentandæ ita studet,)
P. C.
c. 5. n. 26. l. 1. In quorum olea ex oleastro) Ita sup-
plendus locus.

Ex libro ad Scapulam, pag. 152.

c. 4. n. 24. qui Thyfdri) ex Sallustio, Oppio, & alijs.

n. 40. l. 1. alio nomine quæritur?
n. 42. hostes publici, verum nec tot maiefta-
tis rei

Ex libro aduersus Iudæos, pag. 159.

c. 1. p. n. 1. l. 3. spectantibus, sibilorum nubilo) vel,
iurgiorũ) infr. ad. Marc. 1. c. 13. n. 82.
n. 3. l. 1. minor ætate temporum intelligitur)
cetera ex marg. irrefperunt.
c. 3. n. 10. l. 4. quæ temporalis erat, tributa est
c. 5. n. 21. Denique cum per Moysen lex sacer-
dotalis) cetera ex marg.
c. 7. n. 47. vel quisquis
c. 8. l. 5. quæ inuestigabimus in Daniele,
c. 9. n. 99. solum sonum nominis spectes, sed
p. n. 106. l. 3. titulauit despoliatos) sic infr. adu.
Marc. 3.
n. 111. peruolantia vtique Dei præcepta,) vt
infr. l. 3.
n. 112. l. 4. in tantum Christus erat, qui venit, in
quantum non fuit bellator,
c. 11. p. n. 140. l. 5. quasi viginti vini) Ita restituendus locus
ex m. s. s. & excuf. & lxx.
n. 143. sicut Moyses ante nuntiabat, dicens:)
cetera ex marg.
c. 13. n. 150. l. 1. possit nasci? Christus secundum Iu-
dæos
p. n. 173. l. 9. a fin. Ab illis enim cæpit infamia,) P. C. c.
& adu. Marc. 3.
l. 5. a fin. vel in cucumeratio) ex cod. loco adu.
Marc. 3.
c. 14. Discedite nunc ex abundantanti

Ex libro de Pœnitentia, pag. 193.

c. 1. l. penult. contra pœnitentiæ malorum) P. C.
c. 2. l. penult. delinquentium? cur malitiæ officium
c. 3. n. 13. l. 5. humana facti solum
p. n. 13. l. 7. legi superstruere demonstrat,
l. penult. cap. Quaquate conuerteris,
c. 4. n. 22. l. 6. Inuitat præmio salutis,) P. C.
c. 6. n. 34. l. 1. tantam nobis mercedem,
c. 9. l. vlt. pag. conscientia perferatur,) P. C.
c. 10. n. 60. l. 6. quin ipse hominem
c. 12. n. 73. ignis intrinsecus fetu.
p. n. 78. l. 1. meæ curæ?

Ex libro de Oratione, pag. 211.

c. 1. p. n. 3. l. 6. ratio qua promouit.) Locus manens &
corruptus vsq; ad. Do cuerat
c. 5. n. 21. l. 3. eam voto postulastemus,
c. 9. l. penult. accedentium iuxta desideriorum,
c. 14. p. n. 55. l. 3. nisi quum oratione) ne videatur præ-
positio.

Ex libro ad Martyras, pag. 223.

c. 2. p. n. 19. l. 1. Iudex expectatur, sed vos) P. C.
c. 3. n. 38. testudinem designando.) Linius lib.
44. Dion. l. 49. Xiphil. in Augusto. Po-
liacenus strat. 4. c. 11. in Alex. Maced.
n. 39. l. 1. De vmbra ad solem; de sole ad gelu,
p. n. 41. ad exercitationem virtutum,
c. 4. n. 56. Itaque nec cessit carnifici

Tanti vitrum, quanti
Ex libro de Patientia, pag. 233.

c. 1. l. 5. constantiam commendandi
c. 3. p. n. 14. l. 1. Tum de domino --- ab solute veniam
offensæ patientiæ) vt erat antea.
c. 4. n. 27. l. 3. de bono eius late retractet?
c. 5. l. penult. pag. hauferat, facit?
n. 36. l. 1. temperauit. Quod crimen) P. C.
p. n. 38. l. 3. erudiuit. Quid enim ita numero exi-
gente.
c. 6. p. n. 45. l. 1. Prohibita ira; restincti animi,
c. 7. n. 51. l. 1. Nam quid faciunt, quum
n. 54. in amittendo; & qui ipsam animam,)
ita videtur postulare sententia.
c. 8. n. 55. minorum delibatione lædemur?
p. n. 57. l. 1. à Domino vapulabit.) P. C. c.
c. 10. l. 2. gloria vbique vana, --- hoc quidem
loco quum maximè, quum alterius)
P. C. c.
n. 65. tamen iudicantis patientiam cauit,
c. 11. l. 3. operatio Mali. Multiplicia
n. 69. nulla necessitas patientiæ.
n. 70. medela patientiæ. Certemus
Inde l. 5. nos decet, dignatione
c. 12. Quod ad pacis) infr. l. 2. ne dicam
septies, vel septuagies
n. 77. nisi prius iam deleret,) vel, dolorem
P. C.
n. 78. cum disuncto matrimonio,) ob causam
fornicationis scilicet.
n. 80. l. 4. pœnitentiam iniuit.
p. n. 80. l. 4. nec sua requirit, sed offert sua,
l. 5. p. n. 80. Ceteroquin quid impatientiæ reli-
quisset,) quid, pro aliquid assertum.
c. 13. p. n. 84. l. 8. Domino, quum squalore
n. 85. procurat continentia carnis) P. C. vt
sit septimus casus.

Ex libro de Spectaculis, pag. 250.

c. 3. n. 18. quo ad cetera congruunt.
c. 7. l. vlti. sordide instructa, vel modice, locuples
& splendida est
c. 8. n. 67. Et vt de locis) P. C.
n. 70. l. 1. Idololatrias recognoscis?
n. 78. Murria quoque id olim fecit.) Plin. lib.
15. c. 29.
c. 9. n. 88. patriæ Iunoni
n. 93. terræ matri, vel veri.
c. 10. n. 98. à loci initio. Theatrum
c. 12. n. 118. quia ferarum voluptati non satis fie-
bat,) vt erat prius.
c. 15. n. 137. qualitates contrarijs conferamus.
c. 16. n. 145. furit, alicubi competit
c. 18. n. 156. vt plasticam Dei supergressa; sed pro-
pter
c. 20. n. 164. defensionem suadiludij cuiusdam) Co-
gitandum an hic, & de Corona mil. ita
legendum.
n. 166. & Apulias) Videtur Punicum vocabu-
lum; quasi, apulias, à pluuijs sua loca;
vnde Apulia forte Italia prouincia, quod
pluuijs fere crearet.
c. 21. p. n. 169. l. 1. etiam oris spectaculo.

c.23.n.183. callos pugnorum, & rudium fungos)
vt instrumentis tribuatur laesio.
c.27.p.n.196.l.4. quid te fixit in caelo
c.29.n.208. praesto sunt non pauca, sed multa

Ex libro de Idololatria, pag. 281.

c.1.l.4. opera recognosce) sic c.2.l.1.
c.4.n.15. omnem mundi censum,) P.C.
c.5.n.24.l.4. similitudinem fieri iussit. Si eundem
c.6.l.2. si nulla vox spiritus
c.8.l.3.4. remedijs iam vsitatis
c.10. de ludimagistris, & de ceteris
c.11.n.74. Quinquaginta tamen non frequentabit?
De grauioribus, si cetera) sic infra l.14.
c.11.n.81.l.3. Turarius? --- Turarius per tem-
pla transibit
c.13.p.n.96.l.2. contamines? si non) infra. Sin vero
& dissimulaueris
c.14.n.104. Ceterum de mundo exiretis---con-
uersionis immittit) P.C.
p.n.110.l.3. non dicam duos dies) suos, P.C.
c.15. At nunc lucent tabernae
p.n.112.l.4. personas quae apponuntur,
p.n.122. deprehenderat factum
c.16.n.128. Si nec in vocatu, nec
c.18.n.141. induantur praeterea
l. vlti. pag. ex forma Dominica) & infra l.1. pag.
289.) domicilij incertus.) P.C.
c.19.n.146.l.3. paratae interrogantur
c.20.n.157. Porro quid erit deieratio per eos
c.21.l.7. te adstringit.
l. vlti. pag. Quid aliud fecisset
pag. 290. l.3. & erit idololatria, professio timoris
tui.
c.23.n.166. Videntur recitari Montani verba, ita vt
alij litteris scribenda essent.
p.n.166.l.2. contendere potes, neque noluisse.
--- vtique voluisti, & haeres tam in
facto --- nec potes leuiore crimine
maius excludere.
Inde l.4. sonus? At enim Zacharias
c.24.l.3. a sine, secundum arcae typum --- in arcae
typo

Ex libro de habitu muliebri, pag. 303.

c.5.n.38. materiae cultus saecularis, id sint, ne-
cesse est,
p.n.42.l.3. Quid si de qualitate vsus gloria est
auto & argento? At quin
p.n.44.l.3. sine ferri & aetis operatio vigere no-
possunt
c.8.n.65. Ceterum si materiae ex Deo sunt, no-
stari & huiusmodi fructus: laet
in omnibus, quatur:
c.9.n.71.l.1. vt alia vitia ambitionis
p.n.71. Nam tanto --- quod concupiuit.)
asseris, non quaris, aut dubitat.

Ex libro de cultu foeminarum, pag. 311.

c.1.p.n.312.l.2. studijs, formam nitoris sui eadem
circumferentes)
p.n.71.l.3. propter vanitatem gentilium) Ibid.
deuicit affectum. Quota denique

n.8. vt neget appetitum?
c.2.p.n.11.l.6. Quid alteri concupiscentiam
Inde l.4. vt culpa vaces, ab iniuria non libera-
beris.) vt infra p.n.15.l.1. vel, propter
iniuriam
c.4.n.21.l.1. formam vero fidelis non spectat
c.5.p.n.24.l.5. effigie mentiri, quibus lingua non li-
cet.) P.C.
c.6.p.n.28.l.1. & salutaribus vsibus) P.C.
l. vlti. cap. in finem appropinquare deforme est.
Quid enim? tanta
c.8.p.n.40.l.1. obeunda grauitatis
c.9.n.53.l.1. fatis dotum uestrarum fructu. An ex-
cidistis de notitia sal. disc. Nos su-
mus
c.10.n.55. ex illis iam ferruminati corporis ci-
catricib.) sic Plin. 31. c.6. aquae ma-
rine ferruminant fracturas ossaq. con-
uulsa.
p.n.57.l.1. ex ea libido possidenda
c. vlti. p.n.82.l.1. Stemus expeditur

Ex libro I. ad Vxorem, pag. 322.

c.5.p.n.32.l.5. vt non satis habeamus
c.6.n.36. quum plerumq. gentilium) & infra l.1.
Quod quia difficile videtur
p.n.43.l.1. Nam manentibus interim viris) vel
annuentibus.
c.7.p.n.45.l.1. Quare facultatem continentiae quan-
tum possumus diligamus: quum pri-
mum obu. imbibamus:
c.8.p.n.51.l.3. suscepit tueri pater omnium. Vide
Esal. 145.

Ex libro II. pag. 331.

c.1.p.n.5.l.1. Quoniam vero difficile est,
c.2.p.n.16.l.6. alter in ijs perseverare iubeatur?) In-
de l.8. sanctificare eam non possint,
cum non sint deprehensi.
c.5.p.n.37.l.2. sustinent quidem,) P.C.
c.7.p.n.47. Hoc signi erit: quod solis petitorib.)
p.n.53. per Apostolum eius denuntiatum.
Quam huius amentiae causam de-
finiam,
p.n.58.l.5. Nonnulla se libertis, & seruis suis
conferunt,
c.9.n.63. alterutro docentes, alterutro hortan-
tes.

Ex libro de Corona militis, pag. 340.

c.1.l.4. seruire posse praesumpserant.
p.n.6.l.1. Negavit ille, quod ceteris, sibi licere.
n.11. releuari auspiciatus.) Vat. c. P.C.
c. n.13. Et nunc rufatus sanguinis sui spe, cal-
ceatus de Euangelij paratura, succin-
ctus de acutiore verbo Dei, --- &
de martyrij candida melius coro-
natus.
c.2.n.23. suo nomini vindicandam
c.7.p.n.62.l.3. Deum naturae proxime
n.66.l.1. certe enim caecos fuisse
c.11.n.145. familiarissima est aduocatio necessi-
tatis

vt &

c.13.n.182.l.1. vt & corona consignes,
n.186. in sacramenti tinctione eierata.
c.14.n.193. manus inferat Idololatria,

Ex libro de Virginibus velandis, pag. 355.

c.5.p.n.39.l.5. Ita mulier natura nomen est vxoris;
& vxor condicione
c.6.p.n.48.l.7. sed qua marita,) P.C.
n.49.l.1. vocabatur per vocabuli huius
c.7.n.50. si ita virgini caesum capillum decori
metitur, quemadmodum & puero
promissum.
c.8.n.63.l.1. & omnino nominans mulierem, cum
ea nominasset virginem.
c.11.p.n.94.l.4. & animam ex spectatione,) vt supra.
n.97. mentes tributa dependunt,) P.C.
c.12.p.n.106.l.1. Quid singula persequar? Solae enim
manifestae paraturae) vel, Sola enim
manifesta paratura) P.C.
c.14.p.n.115.l.3. dummodo laetare quod;) & inde l.5.
Consciae mulieritatis,
c.15.n.121. tentationibus gradum obstruxerit.
c.17.l. penult. veritatem consuetudini praeponen-
tibus,

Ex libro de Praescriptionibus aduersus
haereticos, pag. 389.

c.1.n.4. quor tantum haereticos valeant; non
quantum sint: quum
c.3.n.11. & versatissimi in ecclesia,) & infra l.2.
versatos estimandos,
c.8.p.n.62.l.3. pulsabit, qui ostium nouit?
c.9.p.n.67. probationis praeterito,
c.10.n.69.l.5. ad hoc inuenis, vt credas.) & p.n.71.
l.1. & velim sic nuiquam,) Phil. 3.
c.12.
c.13.p.n.83. eum in nomine Dei varie
c.15.n.99. ex litteris fidei?) & p.n.99. & huc
praestrebamus allocutionis
n.100.l.3. sint ne illae iuris eorum, an ne eas ha-
bere possint; dispici debet cui com-
perat possessio
c.10.n.171. dum condicione datae sibi
c.32.p.n.186.l.3. traduces habent. Constringant
c.40.l.1. a quo intellectus interuertatur
c.46.p.n.305.l.4. cetera obsecra: communes enim
c.47.p.n.307.l.2. extendisse se totum, & fecisse sic cae-
lum) ex Epiph.
c.48.n.312.l.1. ex quo colligeret retenta animatum
sola
c.49.l.1. Has ergo circumducere breuiter ex-
pediam.) & inde l.4. processisse men-
tem, P.C.
p.n.315.l.9. nisi qui missus) & inde n.316.l.3.
negat, sed non alterius.) scilicet cae-
lestis.
c.52.p.n.326.l.1. post hunc diuersa sentire
c.53.n.330.l.1. posteaquam pro Christinome

Ex libro de Baptismo, pag. 459.

c.9.p.n.64.l.1. vitio in vsu commodum
c.14.p.n.100.l.3. scripta sunt, quum schismata
c.16.n.112. sanguine glorificaretur: proinde vt
nos faceret aqua vocatos, sanguine

electos. Hos duos baptismos omise-
quia qui
c.17.p.n.116.l.1. aut diaconi vocarentur discipulos,) id est discipuli, & apostoli.
c.18.n.128. diuina credatur? Norint
c.20.n.141. quam Dei. Proinde Dominus

Ex libro aduersus Hermogenem, pag. 488.

c.1.p.n.9.l.1. non alium videtur, sed aliter cognos-
cere;
c.3.l. vlti. pag. & qui patrem Deum faceret.
l. vlti. cap. quamdiu fuit haec.
c.6.n.26. Ille quidem, Deus; cōtestabitur Deus,) vt erat prius.
c.8.p.n.31.l.3. sed eguisse se Deo praestitit,
c.11.n.41. quin & Deus hoc frustra
n.45. conuixerint bestijs,) inde l.3. Eratque
materia
c.15.l.1. pag. 493. qua bonus, --- qua non bonus,
c.16.l. vlti. quam quia non potuerit
c.19.p.n.66.l.2. Deus fecit vniuersorum esse proprie
c.22.n.78. quamquam possumus vnde vnde il-
las
c.25.n.84.l.4. alienum, & status sui extraneum.
c.29.l.4. n. fin. p. visibilem, & habitabilem.
c.31.p.n.106.l.3. quia inerant eis --- intelligi pore-
rant?
c.32.l.2. Sciuir esse
c.34.p.n.122.l.4. potest alij similitudinem de suo
c.37.n.132.l.5. de bono melius? Acque) & infra l.3.
comparas Deum
c.40.n.140.l.3. totam eam fabricatum,) vt erat prius.
c.44.n.152. vbiq. & vndiq. apparere?) & n.
159. l.1. quae illi non erant necessa-
ria, si apparere --- perfectus fuisset.
c.45.p.n.155.l.1. operatus est ea, quae molitus est.
n.158. extendit caelum.) inde n.159. l.4.
operatione Dei vniuersa consistunt.
p.n.159.l.1. mundi de factis eius

Ex libro aduersus Valentinianos, pag. 524.

c.1.n.11. facili charitati,) i. Cor. 13.
c.2.n.15. Porro facies Dei spectat,
c.4.n.28. cuiusdam veteris opinionis semen
nactus, Colobarto viam deliniauit,
eam p. Prol. instrauit
c.7.n.51. pronuntiauit de lati situs nomine,) vel, e lati.
p.n.65.l.1. quiete monere cum
c.8.n.90. acclamant. Audis tu
c.9.n.97. incontinentia sui, siue coniugis Phi-
leti satierate
c.11.p.n.123.l.1. turpissimum par duorum
c.12.p.n.135.l.1. vniuscuiusq. florebat,
c.14.p.n.168.l.1. relinquitur interim odor.
c.15.p.n.195.l.1. recordans, eo de gaudio risus lumē
c.16.n.196. discussisset, quoties videre voluisset,) inde n.208. atque conformat
n.212. definxit) inde p.n.213. l.1. indidit hi-
laritatem
c.17.p.n.216.l.4. subauit intra se ipsa in illos.
c.18.p.n.219.l.3. poruit effingere,
c.24.p.n.266.l.1. adhuc tantum quod aquis) cogitabi-
sur amplius.

PPP iij

c.26.a.n.286. volunt illum proficias earum) P. C. *Vide Festum.*
c.52.p.n.351.l.5. recipientur. Furtim si ita est, aliquem Onesium Aconem.) id est, *seruum, ministrum, allatum est ad Philomenae seruum.*
c.37. initio. Accipe alia ingentia Cercuriana) Cercurus *Asiana nauis fragrans.*
c.39. in fine. atq. ita inolefcentes) *de carne Christi c.4. inolefco nusquam legi.*

Ex libro de Anima, pag. 568.

c.2.a.n.21. omnia praescribit; proprietatibus etiam inter
c.5.n.62. Aristotelem. Fortasse an extruatur) P. C.
p.n.76.l.3. amore coegrescit
c.6.a.n.82.l.3. Vnde haec vis incorporali --- propellere?
c.8.n.103. Ceterum est inuisibilis.
c.9.a.n.109.l.1. ut illud trifarium distantium, vel distinctum est
c.11.a.n.145.l.4. traditorem tamen nondum non ut substantia alium, sed
c.12.l. vlti.
c.19.p.n.253.l.1. alicui adherere, cui innisa, & innexa sine arundine, sine ceruo, si quid arigerit, vltro ambibit, & quidem
c.23.p.n.299.l.1. historias aequae Milesias) *vel, easque Milesias*
c.24.p.n.320.l.5. nec vlla demutatione tempori subest, nec eadem in multi tudine
a.n.321. ad evertendam memoriam
a.n.324. nec ij quidem omnes.
c.25.n.326. sed effuso iam partu
a.n.329.l.1. nouissime educi. Videbimus
n.330. At quanto ruborator exitus
a.n.331.l.7. ille quidem de contusionibus
p.n.333.l.1. latrocinio *επιρρονηντων* appellant
c.26.l. vlti. mortuum adhuc corpus utique? Nequaquam.
c.31.l.6. qua infans reuertatur? quale est autem
Indel.7. carentes ij, per quae eadem probarentur.
c.32.n.388. Viderint Thamni, licet bis elati,
pag. 588.l.8. confiteris animam non eandem similem dicendo, non ipsam.
c.33.p.n.406.l.4. nihilominus iugulo, ventreque confossis
a.n.408.l.1. ornamenta, quam caudae.) P. C.
p.n.408.l.1. iusto Deioci,
c.34.a.n.413. sioxit summum patrem,
Indel.4. ab ijs per inuidiam retentam.) *sic Ireneum.*
c.38.a.n.445.l.6. nec ut ipse loricandus,
c.43.a.n.474.l.9. numquam succidere quieti,
p.n.474.l.3. prolatores valetudinum) *vel, prorogatores.*
c.44.p.n.486.l.3. diuortium crederet: ut omnia magis) *et infra, & quidem ex forma continuae.*
Indel.3. seu moneri, seu terreri a Deo velut fulgore
c.47.p.n.543.l.4. Porro quoniam non est ex arbitrio
c.56.n.618. quacum peruixissent,
n.622.l.1. & censetur iuuenta senecta poterata,

c.7.l. vlt. satisfecimus.
Ex libro de carne Christi, pag. 649.
c.3.p.n.27.l.4. dimitti desiderauerit,
c.4.a.n.32. in diem inolefcentem, grauem,
c.5.a.n.49.l.2. quam homo: Deus Marcionis audi angelus quidam illi Philumenes.) *Inde p.n.57.l.6. dicentes licet carneam, quoniam (quia id quod penitentiam admiscuerit. singularitatem est, & iam si in carnem conuersam, solidata, & singularitatem tora est.)* c. n. 108. Et anxia est, inquit,
c.14.p.n.118. Prophetis aliquo modo gloriosioribus) *Inde, angelus fuisse*
c.17.n.138. & tamen mihi vacet incurfus Adae, vnde Christus Adam
c.20.n.153. prophetae David. Ille) *et post. n. 154. l. 4. Auulsi me, inquit, ex utero.) P. C.*
p.n.156. pendentibus exinde venis
c.21.l.3. ut caro, non ex semine carne processerit.
a.n.159. caro ipsius est. sola haec
p.n.160.l.3. Hoc nome non, debet caro extraneae.

Ex libro de Resurrectione carnis, pag. 676.

c.1.n.9. pulsata saltē, licet non adita veritate, quo quomodo velint, tamen) *Inde ante c.3.l.3. incurfione praestrieta suas instruant) ut supra.*
c.3.a.n.32.l.1. Christum dominum par esse.) *pariare. P. C.*
c.14.p.n.112.l.1. concretionem parari, sed Thracis, vel Galli,) P. C.
c.16.a.n.122. c.21.p.n.162.l.1. tam aperte propheta iaculata,
c.31.l.4. cecidisset, ut manifestus est,
c.32.p.n.243.l.3. de aluo piscis euomitur.
c.37.a.n.271.l.3. magis conlucauit) *id est, patefecit.*
c.40.a.n.285.l.7. renouari die ac die.) *ut supra n. 282. renouatur die ac die.*
p.n.285.l.1. per supergressum in supergressum) *ita aduersus Gnos.*
c.46.a.n.327.l.1. nisi illuc penetret
c.48.a.n.348.l.1. non alias hic baptismate
c.60.l.3. ante finem non posse. Licet

Ex lib. I. aduersus Marcionem, pag. 740.

c.2.l.2. quem negare non potuit creatorem
c.5.p.n.40.l.1. Sgen, tum visque
c.7.p.n.48. in medio autem deos diiudicabit.
c.11.a.n.65.l.3. tempore? an ne alio) *et l. penult. cap. insigniote & superiora opera) P. C.*
c.15.a.n.105. vacent subscia,
c.16.p.n.110.l.1. Deo creatori deputandam) *Inde l.3. ex aridis, & succidis. P. C.*
c.18.a.n.121.l.4. qui modo cum non vltro
c.19.p.n.131.l.4. statimque satis plana res est. Praeuidicat
c.22.a.n.154. Quid nisi fuisse? Non posse quiduis Deo, non licet;
p.n.154.l.3. hinc censetur, si agat: sic nec voluisse videbitur.) P. C.

referti

c.23.p.n.159.l.1. referti, cui deficit prima, non habenti proprium) *Inde l.3. Exhibe ei principalem*
c.24.p.n.171.l.3. Quid enim tam perfectae caritatis.) *Inde l. vlt. pag. febricitates, o Marcionita*
c.27.p.n.190.l.4. Quid fiet peccatori cuique dicillo? respondebunt
c.28.l. vlti. pag. proinde cur tantam
c.29.p.n.204.l.6. compescere in totum,

Ex libro I. pag. 770.

c.2.p.n.6.l.4. de arbitrio sensus sui pensitant Deū aliqui:
a.n.7.l.3. id est magnitudinem, qua Deus
n.7. Esaias iam tum Apostolus) *sic Vat. c.*
c.5.a.n.31.l.1. ad formam Dei respondentis.
c.6.p.n.36.l.4. non fauente institutioni, non seruiente.) *Inde n.37. si careret hoc iure quia aliter quam Deum) Inde a.n.40. ream ostendet, quod ipsa commisit. ut desinas quaerere) Inde n.44. quod bene acceperat, ut ipse imaginem Dei compariat.) P. C.*
c.9.a.n.54.l.3. & dies ei: Haec dicit Dominus. Tu
c.10.a.n.63. resignaculum
a.n.68.l.8. laetitiam hominem electum ad Dei obsequium) *electum a Dei obsequio.) P. C.*
c.12.n.73. Ita si societas --- separationem carum non potest capere, quo ore
c.13.n.78. Qualem oportet Deum, vel qualem mall' expedire: sub quo delicta
c.19.a.n.111.l.1. ne villo momento.) *Inde p.n.126.l.4. ad liberandas animas*
c.20.n.129. & tandem vasis istis renuntiauerunt
c.22.a.n.147.l.1. Deus aeternus) *Esai. 40. g. 28. lux. Ita Fulgent. lib.3. ad Trasimundum.*
n.148. vel ex edicto
c.24.p.n.158.l.5. & plurimae misericordiae.) *est enim πολυέλεος.*
c.25.n.166. pro rerum variationum sese occurfu, rei ostendimus.) *ita Frob.) occurfu fieri) P. C.*
c.27.p.n.188.l.1. & exinde omni) *Inde l.1. sicut apud David scriptum est*
a.n.192. Quid si enim eadem.) *Inde l.3. de seruo scilicet saeuum*
c.28.a.n.197. omnem malum, quem) *Inde p.n.198. l.3. dissimulationis pristiniae fecit*
c.29.p.n.207.l.5. a Christo reformatus, & repercussus, & redditus, potius quam exclusus, cum praesertim
a.n.208.l.3. Nam si ita est, quomodo eū) P. C. *Inde n.208. qui res suas austeriores*

Ex libro III. pag. 800.

c.3.a.n.10.l.1. & nominatum praefato) *et n.10. fide eliciet) sic infra de Monog. a.n.11. l.4.*
c.4.l.2. & quum maxime
c.5.n.24. cum etiam Ethnicorum Apostolus
c.6.a.n.28.l.1. nec statim praediciendum) *a.n.35. l.1. & condente (spiritum) et inde, secundum Prophetam,*
c.7.p.n.52.l.3. propter eundem Domini conspe-

c.8.l. vlt. pag. per mortem reuertentis
c.13.a.n.90.l.1. iam signum nō fuisse.) *supra ad. Ind.*
c.14.p.n.101.l.5. Quis enim ea enle operabitur, tunc Graeca) P. C.
c.15.a.n.07. de qua quum maxime
c.18.p.n.127.l.1. de qua quum maxime
c.22.n.170. separamini qui Dominica vasa portatis) *a.n.171.l.3. Equid creator Vespasianum nō poenitentiae intellexissent) Tempus scilicet quod praemiserat.*
c.23.a.n.183.
c.24.a.n.197. strata via a Christo

Ex libro III. pag. 834.

c.1.n.4. vel quod magis in vtu est dicere) *Vat. c.) p.n.5.l.1. & quidem ut accepto) Vat. c.*
c.3.a.n.28.l.1. etiam circa titulum: ceterū Apostolorum est; iam ergo) P. C.
c.4.a.n.32.l.1. a nostra veritate desciuit.) *Inde a.n.33. sed & profertur*
n.33. Si enim Euangelium, quod Lucae refertur penes nos (viderimus an & penes Marcionem)
a.n.37.l.1. & nostrum antequam id emendans
c.5.p.n.38. ab initio, id ab initio) *n. n.43. l.1. ut non etiam damnatum) vel, cum condamnatum*
l.3. a fine pag. integra decurrerunt
c.7.p.n.59. Ecquid ergo) *et l. vlt. pag. Hoc age Marcion. Aufer*
l.1. pag. 859. & non est bonum auferre panem
c.9.p.n.101.l.4. & hoc semel functum
c.10.p.n.116.l.1. quod ne Valentinus quidē) *p.n.118. l.7. non admittunt infamiam haereticam*
c.11.p.n.126.l.4. tempore Ioannis eam praestans; ut tempore suo eam desitians, si non eius fuisset, iam quereat. Tenco meū) *Vat. c.*
c.12.p.n.846.l.3. animae omni, est enim) *πρόσωπον*
c.13.p.n.160.l.3. habes actum euangelizantis) *factum) P. C. et l.1. post, & auditum pacis Hos spectabat Pālmus.) P. C.*
a.n.166. videns ignotos, & extraneos: Et dices
n.168. cordi tuo, quis
c.14.p.n.179.l.3. & ipsis egenis (solatia.) P. C.
n.190. Sanctificare eum) *Vat. c.) n.191. nam & sanctificatur) Vat. c.*
c.16.p.n.222.l.1. & quidem tam plenae atq. perfectae
a.n.223.l.1. ipse praestare.) *p.n.223. l.2. dentem excussura*
p.n.224.l.2. indigeat, datori imperatam habes
p.n.225.l.3. cura ultra ne) *a. n.231. l.3. proinde nec alij*
p.n.232.l.1. disciplina, qua cognita) *et l.3. Itaque Deus Marcionis, & si quū maxime quia solururo) P. C.) post n.244. l.3. beneficia praecesserunt*
c.17.p.n.238. regula excidere, quanti Christum
a.n.249.l.1. qui neque eundem speraret
c.18.p.n.257.l.4. in Iudaea
c.19.p.276.l.1. Numquid vel hic edidit cuius? Prohibet eos
c.21.n.294. centum hominum?
a.n.302.l.3.

PPP iij

a.n.303.l.1. non potest nouum sensisse Christum, nisi) vel, non potest non eum) suble-
to, nisi
n.313. cruciatu delibratus;) quasi in veteri
cruciatu suspensus.
c.22.p.n.317.l.5. separaturus. Sic enim alienos) ironi-
ce.) p.n.339.l.3. tua, & excidi-
mente.
c.23.p.n.350.l.1. debere; qui semper
a.n.354. Agnosco iudicis seueritatem. Econ-
trario Christi eandem animadu-
sionem detestatis discipulis,) Locus
corruptus, vel mancus.
c.24.a.n.368.l.1. abundaturam circumcidens,) & li-
vli. pag. & immanissimae cuiusq; be-
stiae) P.C.
p.n.387.l.5. id est fidei; hanc erogationem, & sub-
iectionem) Marc. vli.
c.25.a.n.398.l.3. vnum aliquod ex omnibus) P.C.) p.n.
407.l.1. exigeret sublimior spes,
c.26. pag. 864. l.1. hoc, quo significarent
c.27.p.n.437.l.1. Saepc iam fiximus
c.28.p.n.456.l.3. Ita dico vobis,) & l. penult. cap. parasti,
cui erupit
c.29.p.n.468.l.3. tantum quod reuelata, quum) Inde l.
2. ne de eis cogitent?
a.n.475.l.3. Deum suum metuens
c.30.a.n.495. recognosco te exigere,) Inde l.1. a.n.
496. subscquitur? De
c.31.a.n.511. quorum speciem Iudaei gerunt;) p.
n.513.l.1. vocationem, caeleste con-
uiuium) P.C.
c.33.a.n.520. dominicos debitores, diminutis cau-
tionibus) & n.532. vt vnde vnde ma-
gis probetur,
c.34.l.6. in fin. pag. & patrem tamen testans eum
p.n.543.l.3. Sicut & prophetae auctoritate:
p.n.547.l.4. adulteri fulgura iaculatus est) P.C.
l. vli. pag. quam Marcion Christo
suo) P.C.
n.555. & candida --- prospiciatur?) p.n.
556.l.4. Nec enim cepisset Petrum
dicere;) P.C.
c.35.p.n.559.l.3. comminetur ille; nec enim alius
a.n.559.l.3. cum alter, vti dominus, siue per se-
metipsum
p.n.573.l.1. qui confiderent
c.36.p.n.589. qui quoquo modo) p.n.591.l.7. At-
qui ne--- ne vllam) P.C.
c.39.p.n.640.l.3. qua foenerentur.) p.n.643.l.5. si-
guum eius est rei,
a.n.644.l.4. cui confictationes deputantur,
c.40.p.n.657.l.1. leuauit in me planam.
l. vli. pag.
c.42.n.690. diuisum partim, partim sorte
a.n.693.l.1. Habes falsi tui
a.n.699.l.4. Denique si caro non fuit, sed phan-
tasma
c.43. a.n.709.l.3. esset, qui existimabatur.

Ex libro V. pag. 938.

c.2. a.n.19.l.4. hinc, vnde dices, subtextit:
c.3. a.n.24.l.1. desiderabat, quos si quando vult Iu-
daismi magis affines intelligi. Cui
vero

p.n.25. praedicandi munus obiret,
p.n.39.l.3. & deputatus est;) & infra l.7.
c.4. a.n.45.l.3. impleri, aut iam implendum) a.n.52.
& si ex parte conuertit.
a.n.53. Alterum super omnem
c.5. a.n.67.l.1. & qua ignotus, -- & qua nescit ira-
sci.) Inde l.5. pertinent stultitiae de-
putatae;
n.74. etiam vera,) Inde l.4. gabatarum pur-
gatio) P.C. vt ad vasa pertinent.
Matth. 23.
c.6. a.n.87.l.1. Apostolus vtitur?
c.7. a.n.107.l.3. in quae admittenda fornicatio) P.C.
a.n.116.l.4. De pater, ex quo omnia. ex quo om-
nia nobis, nisi
a.n.121.l.1. Praetereo si quando paria eorum, quae
retractata sunt, quaedam &
c.9.l.2. qui timer etiam, cuiusnam Christus
a.n.139.l.9. Hoc cadit, quod) P.C.) Inde l.4. quo-
modo in Adam
a.n.144.l.1. nisi filio vero. Nam) P.C.
a.n.145. carni deputas ex vtero spiritus, quod
ex ipso. Hic accedit) vel, Huc
p.n.147.l.4. Sed si & hic Psalmus
c.10.n.157. ideo de corporis) P.C.
c.11. a.n.184.l.3. nec vltra. Possum --- prae manu erit,
scilicet huius,
c.12.p.n.193.l.5. mortis demutari consequantur,) p.n.
194.l.1. Ilic quae ostendit) P.C.
a.n.198.l.1. vindicari. iniquus enim
a.n.202.l.1. angelu nouimus. DE PARADISO
suus stilus est
c.13.l.3. adhuc congedi. Quotiens probaue-
ram concessionem eius --- apud
creatorem? quamuis & ipsa epi-
stola
p.n.212.l.1. quia & hi legem ignorantes, natu-
ra) P.C.
p.n.213.l.3. vindicabuntur a Deo illo iudicio
a.n.213.l.1. per quae haec
n.221. peccatum in morte
n.223. inquit, legi per corpus Christi,) P.C.
n.225. liquit delictum latens) P.C.
c.14.p.n.255.l.7. Quum vero vtrumque substruxerit,)
l.10. de statu similis, & vera de cen-
su, non vera de simili.
a.n.229.l.1. Phantasma, quia ostentum est,) p.n.
235.l.1. Vnde enim erupio?
a.n.236.l.1. parebant de Esaias, vt sequentia
a.n.238.l.1. retributionem iniuriarum, sed inceptio-
nem) Inde l.5. Christi autem non &
creatoris,
c.15.n.243. lex vxoria est turpitudini) p.n.246.
vetat nihil haberi?) sic infra semper.
c.16.p.n.252.l.2. Euangelio, poenam, quos ait luituros
exitialem
n.254. Quisquis est autem ex duobus,) Inde
l.3. propter hoc dabit eis instinctu
a.n.256.l.1. Christum creatoris submittat?) P.C.
c.17. pag. 258. l.1. secundum boni aestimationem) & de-
notat.
a.n.267.l.3. Apostolus scitit? Quis iste?) Inde l.6.
conuertatus fuerat Apostolus. Non
quia
n.272. Marrucine) Vide Catull. Epigr. xij.
l. vli. c. praecedentis non miror syllabas sub-
trahi,

trahi, cum paginas --- sub ducat.
c.18.l.10. qui omnia condidit, pronuntiasse:
c.19. a.n.296.l.2. exiit sonus) Inde a.n.299. esse ne-
scitit?
a.n.300.l.2. offenderent vniuersa? Aduersus
p.n.302.l.1. & inani seductione,) P.C.
c.20.l.3. quidam vero & per boni aestimatio-
nem,) & didoniam,
p.n.312.l.1. Quin nec hic Apostolus
a.n.315.l.1. Non enim exaggeraret
p.n.319.l.3. & ipsa lege mortis) P.C.
Inde l.2. in carne demutari habebunt,
Ex libro aduersus Gnosticos, pag. 989.
c.1.l.1. tot venena, quot & genera;) P.C.
ex fford.
p.n.8.l.1. & virgendi bestiae calcem,) vt infra
n.10.
p.n.13.l.1. Nec amara enim potio.
c.2.p.n.14. nisi de debito primum;) P.C. & Ind.
l.1. de necessitate dicendum.
a.n.18.l.1. Non facietis vobis deos argenteos, &
deos aureos non facietis vobis. Se-
cundum)
c.4.p.n.33.l.3. aut quoquomodo veneret
p.n.34.l.1. par sum illis, nisi illis
c.5.l.1. plagae, nec alium ictum) Inde l.3.
malum enim Deum qui praesump-
serit,
a.n.37.l.6. communi aliqua malitia certat) Inde
l.3. in quantum morti
l. vli. pag. macerando restinguit,) Ibid. potioni-
bus corrigit,
c.6. a.n.40.l.1. Amavit quos vocauerat
p.n.41.l.4. nulla sunt proelia, nulla sunt vulne-
ra,) id est, non aestimantur, licet sint
a.n.42.l.5. stipendia, ciuitatem,) vt infra l.8. Inde
l.3. plus victoriarum est, quam in-
iuriarum.
p.n.45.l.5. atrocitatem iudicabis? --- Deus con-
cupiscit) Ind. l.1. si & homo certam
c.7.p.n.51.l.3. & Latari in hodiernum) P.C.
c.8.p.n.54.l.3. auspicata est. Denique
c.10.p.n.66.l.1. de receptu) sic infra.
n.68. Nostrates enim (inquiunt) nec ipsi,
n.72. sed Demiurgus constanter probabit
aedificat in caelos, & promissionem
p.n.74.l.6. suam
vel negandum est nam vbi alterum,)
vel, pro etiam.
c.11. a.n.85.l.1. At nunc, quum ipsa) P.C.
c.13. a.n.106.l.3. per supergressum, in supergressum,
aeternum

Ex libro aduersus Praxean, pag. 1013.

c.1.l. vli. adultae fruges,) P.C.
c.3.n.34. Millies millia) Inde l.4. patris, quod
non patitur
c.5.n.43. Aiuat quidam) P.C.
c.8.n.54. Hic si qui putauerit) Inde l.3. non
ideo non vtitur
p.n.58.l.1. & ad quae mandatus
c.10.p.n.65.l.6. vt pater sim, filium habeam, --- vt fi-
lius sim, patrem habeam, --- Quae

c.12. a.n.75.l.1. enim me faciunt, si habuero? Tunc
dum iuberet enim, fieret per eum,
--- aut sibi iussurus
c.13.p.n.75.l.5. a Deo affirmat: affirmat & hic
p.n.76.l.4. Christum & Spiritum sanctum. Plus
c.15.p.n.93.l.1. sine rationis, & amentia.) id est, sine pe-
riculo rationis, & sine amentia.
c.16.n.102. Notandum in marg. locus Esa. 40.g. 28.
Sic Phoebadium, Chrysostomus, Ful-
gentius.
c.17.p.n.105.l.8. Qui est, quoniam multi dii dicuntur,
P.C.
c.19.p.n.114.l.3. praeter sophiam non fuit) Var. c.
c.21.n.126. quid Iesu contingeret,) P.C.
a.n.129.l.3. & qui audierit,
n.129. quia filius
c.23. a.n.137.l.1. exaudias, sed propter) Inde l.5. ex
abundanti respondet
p.n.138.l.1. ex Deo exisse,
a.n.139.l.3. Deus, inquit, glorificabit
c.25.p.n.147.l.1. Euangelij perseverat
c.26. a.n.156.l.4. haecenus Deus, qua
c.27.p.n.163.l.3. sermo in carne. Denique de hoc
a.n.170.l.4. quia quod de carne
c.29. a.n.180.l.7. fontis vti que patitur) vel, aeque

Ex libro de Exhortatione castitatis, pag. 1123.

c.1.l.3. Quamquam de huiusmodi
c.2.l. vli. pag. sed materiam voluntati subministra-
uit.
c.3.p.n.15.l.1. Quae enim in manifesto,
a.n.17.l.9. Ex parte non delinquis, non
a.n.17.l.5. a potiore rescindi. Haec praest.
a.n.20.l.4. non habere, quia nec bonum.
c.5. a.n.28. & prima Dei voluntate sanxerunt.
p.n.28.l.1. Alioquin iam non vna caro; nam
p.n.29.l.4. duo in vna carne tunc erunt,
c.6.p.n.34.l.2. matrimonij legem, tam secundum
vt tempore suo caedat illam.) Inde a.
n.36. postera pristinis praualere.
c.7. a.n.38. plenius, atque strictius praescribitur,
vnius matrimonij oportere ad legi
in ordinem
p.n.40.l.3. Igitur si habes ius sacerdotis in te-
metipso, vbi necesse est; habeas o-
portet etiam disciplinam sacerdo-
tis, vbi necesse est habere ius sacer-
dotis.
p.n.40.l.6. qui eo facto excommunicatur a crio-
ne sacerdotis.
c.10. a.n.52.l.3. quam alium se homo sentiet,) P.C.
& ibid. in prope est caelo.
c.11.p.n.56.l.1. quot illa oratione commemoras,
c.12. l. penult. pag. Vt ergo quid) pra, Vt quid ergo
pag. 1128. l.1. --- inum* in persecutionibus,) Ibid.
vt constat, desunt multa.
Ibid. l.2. vsuris, si forte relinquendis, filijs.
p.n.61.l.1. Quid ergo facies, si nolens vxorem
de tua) P.C.
n.62. Puto nobis tam licere nascentem ne-
care, quam & natum.
c.13.n.64. & si auspiciis initium est.
p.n.65.l.1. Nam quod ipsi Pontifici maximo ite-
rare matrimonia non licet, mono-
gamae gloria est.

p. n. 71. l. 3. Inuenit diabolus post luxuriam, ca-
stirarem perditricem,
a. n. 72. l. 1. id bonum inferi, quam viuenti se-
parati
n. 72. Quanta igitur, & quae in ecclesijs
ordinari solent,

Ex libro de Monogamia, pag. 1137.

c. 2. a. n. 11. l. 4. fidem eliciente pro eis) *Sic supra adu.*
Marc. 13. a. n. 10. l. 1.
c. 3. p. n. 15. l. 10. Si tamen discedas à comparatione,
non erit melius
c. 5. l. 2. ante fin. sine monogamiae professione re-
ferre;
c. 8. a. n. 62. tum de ceteris argumentis. Cum
c. 10. a. n. 78. l. 1. quanto iam indignius, quia non me-
ruit.

Ex libro de Fuga in persecutione, pag. 1158.

c. 1. p. n. 8. l. 3. Sed non statim hac sententia de ce-
teris
a. n. 17. nisi cum in tempore persecutionis ec-
clesia in attonito est: Tunc & fides
c. 2. Si, quoniam iniquitas
c. 3. p. n. 31. l. 3. quid est bellum quam persecutio? &
inde l. 1. aut vitam afferunt, aut
mortem,
c. 4. p. n. 36. l. 4. Sicut duplex ratio defendit,) *P. C.*
c. 5. a. n. 40. sicut fugientes reducere in medium)
P. C.
c. 6. p. n. 44. l. 5. qua per totum orbem) *in infra l. 1.*
a. n. 45. l. 4. Ut ergo perficeretur praedicatio,) *inde l. 1. non propter eludendum*
periculum pro nomine
p. n. 46. l. 1. Neque enim quasi tacitis
a. n. 47. replerent doctrina sua,
a. n. 49. nec fugerunt de ciuitate) *P. C.*
c. 10. p. n. 74. l. 3. Pulchrior est miles in proelio amif-
sus,
c. 11. n. 82. detinebuntur illi messionis suae mer-
cedes, vel in compensatione;) *cap. 4.*
6. loan.
p. n. 83. l. 3. verum quod dispersum gregē faciāt,
c. 12. p. n. 86. l. 5. indignum Deo, & dispositione eius;
a. n. 91. l. 1. Quis tamen ab negatore iē spernat?
a. n. 92. Cum das, utique ne tradaris, voluisti:
non traditus autem, nec traduci ha-
bebas.) *Asserit, non quaerit.*
p. n. 92. l. 3. dū nolo traduci quod sum, sum con-
fessus id esse, quod nolo traduci:
a. n. 95. l. 4. voluntas Dei sic est. Aspice --- dispo-
situm statum;) *P. C. ex P. C.*
p. n. 96. l. 1. Sanguine empti, sanguine munerati,
Joan. 6.
c. 13. p. n. 100. l. 1. Porro qui cōcutit, nō petit.) *P. C.*
Inde l. 5. aspiciens dicit: De reatu.
Vlciscar & inimicum.
p. n. 100. l. 11. Omnium iam nunc Dominicarum
sententiarum sunt & causae, & re-
gulae termini. nō infiniti enim, nec
ibidem.
Inde l. 6.
Inde l. 3.
a. n. 101. l. 2. quasi & fugere scriptura permittat,

Ex libro aduersus Psychicos, pag. 1174.

c. 7. p. n. 40. l. 3. proelium admoebant,
c. 8. Reddidimus vetera, ad noua nūc do-
cumenta
c. 9. l. 1. pag. 1179. Danieli in lacu leonum
a. n. 58. l. 1. Deo suauis, quum ex necessitate
c. 10. p. n. 64. l. 3. in nonam obseruandi requiro,) *et l.*
11. pag. sed tamen puto
c. 11. p. n. 70. l. 1. legem in posterum sancit
p. n. 71. l. 4. illa potuerunt retractare; aut & illa
recusate debuerunt, aut exorta ista
fulcipere
p. n. 72. l. 3. cum & Antichristi aduersum nostrū
c. 12. pag. 1181. l. 2.] è custodia obelus nihil habens
carnis, *vide Nonium.*
c. 13. a. n. 77. l. 4. & ipsa, quae tam saepe) *P. C.*
a. n. 77. l. 4. atque ita, hoc iam extortus,
c. 13. a. n. 79. l. 3. facere Domino, sicut indicere illius
est:
c. 15. p. n. 89. l. 1. Spiritus sancti, praedamnans) *P. C.*
c. 16. a. n. 98. l. 1. haec signa ad satisfactionē inuitatus
a. n. 102. l. 1. balnea, & tabernae) *P. C.*
c. 17. a. n. 107. l. 4. non utique in substantia carnis,
l. 3. a. sine mundiporentes, aduersus

Ex libro de Pudicitia, pag. 1195.

c. 1. a. n. 3. l. 1. vt non eiuratio, sed moderatio) *P. C.*
a. n. 5. l. 3. Testamento coacta
a. n. 10. l. 3. dedecorabit vtilis leuitas,) *P. C.*
a. n. 14. l. 1. dum ne secundas quidem
c. 2. a. n. 22. Dimitti autem, vt dimittantur tibi à
Deo delicta mandantur,) *P. C.*
p. n. 23. l. 1. vita ei, qui non) *et pag. 1197. l. 1. irre-*
missibili. Superest
c. 3. l. 6. consequetur ne frustra agatur;
a. n. 25. consequitur, frustra agitur, quantum
autem) *P. C.*
p. n. 26. l. 4. aduocat; precibusque negotiata cō-
passionem elicit, quam) *Locum am-*
plius considerandum.
c. 4. l. 2. quae veniam ab hominibus
p. n. 28. l. 2. nuptam ap viduam quis incurset, dū
nō suam; sicut) *P. C. Inde l. 1. in cur-*
ribus pudicitia
p. n. 29. l. 1. periclitabitur, ne inde consertae
c. 5. p. n. 32. l. 3. firmandis, munien disque,
p. n. 34. l. 1. Honorauit itaque
l. 3. a. fin. pag. & si qua vis fuerit,) *P. C.*
l. vlt. pag. illi de medio emicanti adunamur;
concorporauit
n. 35. Sciunt luci mei, & montes,
p. n. 35. l. 1. procurem. Ego quoque homicidium
non numquam moechiae laboro.)
P. C.
p. n. 37. l. 1. quot pellicatus --- quot riuaitates ---
quot custodes --- quot delatores ---
quot confcios --- quot adulteri
p. n. 38. l. 3. Personae acceptatio est. [*cap. 6. Misc-*
rabiliores poenitētiās reliquisti. Pla-
ne; si ostendas
p. n. 39. l. 3. ianuam poenitentiae pandas.
p. n. 43. l. 1. quotiens reum istorum, totiens in-
uenimus
p. n. 48. l. 4. sed amarum inde gustaret, ancipitis

c. 7. a. n. 56. l. 1. ancipitis negationis
p. n. 58. l. 1. non lucernae spiculo, sed totius
c. 8. p. n. 66. quo volunt, trahunt,
c. 9. p. n. 73. l. 1. quorum mensam Iudaica
a. n. 77. l. 4. vbi nec ille compos esset vitalis escae,) *P. C.*
c. 10. a. n. 83. l. 4. Dominus gnaris benignus magis,
quam ignaris,) *vt in oppositis Iudas.*
p. n. 83. l. 1. vt Deus tuti iudex;
a. n. 86. l. 1. haurio; quae non potest frangi.
c. 13. p. n. 101. l. 1. capras tuas quaeris; ne rursus de gre-
ge exiliant,
c. 14. a. n. 115. l. 1. vidi. Vide quasi
a. n. 119. l. 1. ad Dominum. vt quoquo modo au-
feratur de medio eorum, non utique
p. n. 120. l. 1. quod corruptiuum esset, & immun-
ditia.
c. 15. a. n. 126. l. 1. manifestum praedamnauerit.
a. n. 127. l. 1. gurgiti malum tradis,) *id est, fornicato-*
rem satanae.
c. 16. p. n. 133. Deus & hunc, & illos conficiet.) *et*
l. 1. fornicationi, sed Domino.) et
infra l. 2. & Dominus corpori; &
Sermo
a. n. 136. l. 8. aufert te tibi, --- addicit.) *P. C.*
Inde l. 1. glorificate, & tollite Deum
in corpore
et l. 4. a. fin. pag. quia praestat) et l. penult. non vree
concupiscentia
pag. 1208. l. 11. Sic vult nos praeter sollicitudinem)
Inde l. 3. placeant coniugi.
c. 17. a. n. 142. l. 5. potest; qui per Christum mortuus
c. 18. l. 2. & ad indictionem omnis pudicitiae,
et not. 150. iam audisti per Esaiam
& l. 1. ne attigeritis.
p. n. 151. l. 1. Odiui ecclesiam malignam --- & cum)
*Inde l. 2. vt solus plures. * quoniam*
quidem
p. n. 156. l. 3. sine ruga vanitatis, vt virgo,) *Inde l. 1.*
Quod si & hic
a. n. 157. l. 9. diuinā, si ita competisset dari restitu-
tionem suis etiam post fidem lapsis,) *Locus mirē corruptus.*
a. n. 157. l. 4. quo nam vsque; aut sub condicione
c. 19. a. n. 163. vtroq. nomine purgatus
a. n. 167. l. 1. quos à delicto) *Inde a. n. 169. l. 1. in*
quo nos sensus
c. 20. l. 3. omne sacrilegium impudicitiae
a. n. 175. l. 3. ex redundant alicuius
p. n. 177. l. 5. rursus renouari in poenitentiam,
p. n. 181. l. 5. de pristinis cauis aliquid
c. 21. l. vlt. pag. assignat: sed rursus quid potestas?
Spiritus. Spiritus autem Deus est.
Quid autem docebat?
a. n. 184. l. 1. hoc solius spiritus est.
p. n. 191. l. 3. conspirauerint; Ecclesia ab auctore
c. 22. p. n. 192. l. 1. ex confessione vincula

l. penult. pag. quam qui Ecclesiae perdiderunt.)
P. C.
pag. 1214. l. 3. donariis supplex,
l. 4. capiti librato, --- iam leoni concessio,
p. n. 194. l. 4. ingeram vsque in sinum
l. vlti. Atqui nulla

Ex libro de Trinitate, pag. 1233.

c. 1. p. n. 7. l. 3. arboris doceretur, sed futurum si for-
te, ex voluntate hominis
c. 3. p. n. 17. l. 5. templum non capit, quem mundus
non capit.
c. 4. p. n. 20. l. 7. nisi à bono Deo recessisse.) *Graeca*
forma.
c. 8. p. n. 39. l. 1. tenebrosa si lucent.
c. 10. p. n. 50. l. 1. dum ex Maria nihil accepit, neque
nobis
c. 13. p. n. 66. l. 6. natiuitas, & qua caro factus est, esse
hominem; & qua verbum Dei,
p. n. 68. l. 5. per ipsum, & merito Deus est:
c. 16. p. n. 82. l. 3. nisi quoniam ex resurrectione
c. 17. p. n. 85. l. 14. suis viribus exerens,
l. vlt. pag. 1245. in gloriam Dei patris sui currere
c. 20. a. n. 94. l. 9. sermonem in illo non esse deductum.)
et a. n. 94. l. 1. non potuit se exercere.
Frangitur
c. 22. pag. 1249. l. 16.] distinctionem pertinet: quantum
verò ad concordiam in vna fide, &
sententia pertinet, vnū ambo sunt.)
Sic videtur locus implendus, alioqui m-
cus.
c. 24. l. 2. Et omnis qui viuuit, & credit
c. 26. p. n. 116. l. 12. Ex quo etiam Deus confirmatur esse,
qui
c. 29. a. n. 130. l. 3. sed post resurrectionem
c. 30. p. n. 137. l. 12. credamus scilicet fidelissimum,
c. 31. pag. 1260. E. Si enim innatus fuisset, comparatus
--- duos faceret innatos, & ideo
duos faceret deos: si non genitus
esset,
l. 4. a. fin. ceterorum omnium dominus sit,) *Phil.*
2. b. 10.
Ex Epistola de cibis Iudaicis, pag. 1272.
c. 1. l. 3. faciat hilatiorem?) *aliter, liberiosem?*
c. 2. l. 8. a. fin. pag. & spiritalis illatio retineatur.
c. 3. p. n. 9. l. 3. in ore habeant quasi cibum quendam
praecipua diuina: vngulam findant,) *P. C.*
a. n. 11. accusat deformatos in feminam
c. 6. p. n. 20. l. 4. Ceterum nihil tam intemperantiam
coercuit,
p. n. 21. l. 9. vt & ieiuni maturino tempore, bibat)
Ita iam pridem emendatam.



AD Q. SEPTIMI
TERTULLIANI
LIBRUM DE PALLIO,

IO. MERCERII I. C. Commentarius.

+ auctoris & amatori operis praemissum.



PRINCIPES semper Affi-
ca] sic Apuleius & ipse Afer,
ad eosdē Carthaginienses oratio-
nem habēs ubi de Emilio Stra-
bone, Floridorum tertio: Is lau-
dator mihi apud principes
Africa viros exstitit. Et qui-
dem verē Africa principes, qui

tercentum urbes in Africa haberent, & in ipsa metropoli
Carthagine hominum millia septingenta: ut & Strabone re-
latum libro decimo septimo. Romanorum amplius elogium:
Principes orbis terrarum. sic illos compellat in arcu
Tullius Philippica quarta. Quid quod paribus & votis &
viribus Carthaginienses imperium orbis agitauerunt? Vi-
dendus ea de re Florus, libri secundi capite quarto.

vetustate nobiles] Nam & ante Romam conditam
Carthago. Eius natales ab anno trigesimo octavo, Diony-
sio Halicarnassius, libro primo: à sexagesimo quinto, Vel-
leius Paternus: à septuagesimo secundo ante Romam con-
ditam, Justinus computat. Longè antiquiorem facit Ap-
pianus, ut qui à Xoro & Carthedone, anni quinquaginta
ante illi captivitate adificatam scribat.

nouitate foelices.] An ex quo Romanis principibus
subditi sunt? an facta potestate Urbis restauranda cum Ve-
tus illa emerfa per Scipionem fuisset: an potius quod iuris Tra-
lii facta esset eorum civitas beneficio Severi, cuius tempore
hunc librum Tertullianus scripsit: in hanc postremam senten-
tiam proclivior sum; quam nobis suggerit Paulus Jurecon-
sulti lege fin. ff. de censibus.

Habitus denotare pacis.] Probo Ciconij interpun-
tionem, habitus denotare. Pacis hæc, &c. ut Cartha-
ginienfium sacordia insimuletur, qui per otium reprehēden-
dū vestibus sese oblectarent, cum antiquum habitum non ve-
nerent.

ab imperio & à cælo.] Et Imperatorum providentia
& Dei beneficentia.

Bene est.] Vulgata formula congratulandi, qua apud
veteres epistolæ serè omnibus initium fecit, ut hæc editū,
Bonum factum. Præterquam quod verbum Oraci expressere,
uolūc & xei.

Et quidem in fama.] Retineo istud (in fama) quod
est in ore vulgi. Cur enim non id admittamus ut illud Suet-
onii in Augusto, capite septuagesimo; in fabulis? sed tota
hæc periodus varie interpolata. Propius accedit ad libros
Turnebi lectio, si sic expungatur. Et quidem in fama de
subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ
temperamento (quod neque trans crura prodigē,

nec intra genua inuerecundē, nec brachiis parcē,
nec manibus artē, sed nec cingulo sinus diuidente)
expedita atque quadrata instita. Sepone qua parenthe-
si conscripta sunt, hic sensu constabit. Celebres olim fuisse in-
stitas quadratas quibus mulieres utebantur; cum subteminis
studio, quod ad materiam; tum luminis consilio, quod ad
colorem; tum denique mensuræ temperamento, quod ad for-
mam pertinet. Regi ad parenthesim: Celebres mensura tem-
peramento; quod neque infra genua demitterentur, ambu-
lantibus impedimento futura; nec intra genua versarentur,
pudorem pulsatura; nec brachia aut manus constringerent,
manicatas; nec sinus diuiderent, succubite. Sic ferè Cartha-
ginienfis Virgini habitum mentis & cæni describitur Vir-
gilio, libro primo Aeneidos.

„Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

De subteminis studio.] Materia Vestium sive panni
ex quo vestes fiunt, stamen & subtemen: sic enim expref-
sere Pandecta Iuris civilis, qua Florentia ex archetypo excu-
sa dicuntur, in l. Vestimentum. 2. 2. ff. de auro & argen-
to leg.

& luminis consilio.] Colorū ratione: nam & infra
hoc ipso libro nominis consilium pro etymologia sive ratione
nominis usurpatum; & lumen pro splendore qui in colore
micat Arnobio similiter dictum Apologetico quinto: Id-
circo illis (de pomis Punicis loquitur) color est purpu-
rei luminis suffeccionē subluteus.

Quadrata instita.] Institam & totū & uenudōxū ve-
stem muliebrem accipio, parte pro toto usurpata, ut apud
Ouidium illo versu.

„Quæque tegit medios instita longa pedes.

Instita fastiola sunt, sive segmenta preciosioris panni,
que orū Vestium assuntur ornatu causa: τὸς ὀρεὸς Ce-
drinus, τὸς τῶν ἰσχυρῶν Imperator Leo vocavit constitutione
octuagesima, lymbos ut plurimum Poëta: & ex ijs vestes
ipse instite.

nec manibus artē.] Sic verius quàm artē. Artare
veteres dixerunt quod nunc artare. Plautus Captiuū.

Fortuna humana fingitque artatq; ut lubet.

Imò & recentiores: Plinianus Iureconsultus in l. 21. §. si
quis. ff. si quis caut. ff. causa facti obtemp. si debitor se ar-
tauerit. Ambrosius libro secundo Officiorum: si debitor se ar-
tetur ad solutionem.

in fibula morsu.] Ergone pallium designare voluit hi:
versibus Calpurnius?

--- Sed mihi sordet,

„Pullaque paupertas, & aduncō fibula morsu

„Obsiterint?

Aesculapio iam vestro sacerdotium est.] Trō sacerdotium, pro: sacerdotium;] Trō sit senus: Pallia quibus olim Tyrī Carthaginienses vsi sunt, similia fuisse as quibus etiam tunc Aesculapii sacerdotes utebantur. Sic ferē veteres omnes loquutos, iudicium, pro iudicium; radium, pro radium; Vigilum, pro Vigilum, Sospiter Charisius notavit. Quid obstat igitur quominus ad planiorem intellectum legamus Aesculapij iam vestri: Obseruemus potius Africanam eloquentiam, qualis & hoc loco apud Arnobium Apologetico primo. Nihil sumus aliud Christiani, nisi magistro Christo summi regis ac principis veneratores. Aut si magis placet, sacerdotium singulari numero pro collegio sacerdotum accipiamus, quo sensus non raro usurpantur ab Authoribus.

Et in proximo.] Non ita pridem; Vel (quod magis placet) prope, proxime. Sic Seneca loquitur est libro septimo de Beneficiis, Vbi de natura: Quicquid nos meliores beatōq; facturum est, aut in aperto aut in proximo posuit. Sic Hieronymus in Vita Hilariōnis: Quod antagōnistas haberet in proximo. Non ita longe à Carthagine semota Vtica, Vt ex Africa descriptione constat qua est apud Plinium libri quinti capite quarto. Sexaginta tantum stadiis ab ea distat. Appianus scribit in Lybico, id est, septuaginta milliaribus. Et verò Vtica est quam fortiter Carthagini Tertullianus appellat, quod utraque ciuitas à Phoenicijs condita esset. Sic in sacris Biblijs Ezechielis decimo sexto capite, Sodoma & Samaria sorores dicuntur vrbis ierusalem.

& sicubi alibi in Africa Tyros.] Irroptisse in contextum Tyri mentionem putant. At si hoc verbum deleas, quis sensus precedentis orationis futurus? Falsus igitur (aiunt) Tertullianus qui in Africa Tyrum referat, quam constat in Phoenicia insulam olim, post Alexandri opera continentem factam circa Syriam, qua ipsa pars Asiae. Vnicam Syllabam si adieceris, falsi crimine vindicaueris. Sic repone: & sicubi alibi quàm in Africa Tyros. Sensus apertus est, Pallio quondam & insita quadrata vsos Carthaginienses, & vs proximos Pticenses, tum si qui alibi quàm in Africa Tyros. Nempe à Tyris profecti & Carthaginienses, & Pticenses. Notissimus Virgilius versus de Carthagine;

» Vrbis antiqua fuit, Tyrij coluere coloni. » ille alter Prudenij in corona Cypriani martyrj, Antra latent Tyriae Carthaginiis. At cum saecularium sortium domina fortuna.] Id est postquam Romanorum res in melius prouecta sunt, Dea ita volente, & fortuna annuente. Obscurius scriptum putant, & inde varia illa emendationes. Cum saecularium sortium dominia fortunare Romanis Deus maluit: Cum saecularium sortium variavit vna & Romana Deus maluit. Retineo veterem lectionem, Cum saecularium sortium domina fortuna, & c. Quandoquidem ut putant qui ei plurimum tribuunt (ait Augustinus) in omni re dominatur fortuna. Eleganter & illud, Romanis Deus maluit, pro eo quod est: melius voluit, ut infra hoc ipso libro, sed vos omnem lanificij dispensationem Minervae maluistis. Certè si quid mutandum, unica litera mutanda, & pro: Romanis, legendum, Romanis, aperta satis & manifesta sententia, quando ita veteres existimauerunt, omnes vrbes in alicuius Dei esse iutele, & eius in cuius tutela Roma esset, ignotum nomen fuisse. Sic à Macrobio traditum est libri tertij Saturnalium capite nono. Sed magis placet quod libri omnes habent, Romanis Deus maluit, magis placet, & Christianum scriptorem decet magis.

Romanis Deus maluit.] Aliquanto enim tempore nutauit, inter utrumque populum emanauit & Carthaginiensem, fuitq; cum varijs casibus immixta, in ancipiti spe ac metu uterque versaretur: ait Livius compendiasse.

Soror quidē ciuitas luopte arbitrio mutare propeperauit.] Et abem ex quo hunc locum interpretari liceat Appianum: Vtica in Lybia maior post Carthagine ciuitas, Carthagine amula, odio ad seipsum patefacto, cum bene inter Romanos & Carthaginienses concueret, Romā legatos misit qui vtrō vrbe offerret: & hac voluntaria dedito expugnata vel diructa potius Carthagine causam praesitit, postq; eam euerfam (quod Strabo scribit libro 17.) Vtra caput regionis fuit, & receptaculum Romanorū ad res in Africa gerendas adpullum Scipionem.] Cui consuli creato, etatisque venia per populum facta, extra sortem Africa data fuerat; ex quo & Africanus dictus est, euerfa Carthagine. Euerfa est septingentesimo anno ex quo condita, ut Titus Livius compendiasse & Orofius; septingentesimo trigesimo ut Solinus; septingentesimo quadragesimo octauo ut Eusebius tradidit. Apud Eutropium libro quarto, pro: septingentesimo, septuagesimo, ditiose adscriptum ea editione quam curauit Henricus Stephanus.

iam antè de habitu salutarer.] Quippe integro beneficio, eoque amplius, ante creatum consulem Scipionem, Pticenses se suaque omnia Romanis dederant, & iam isdem legibus & vestibus utebantur cum ad eos Scipio appulit.

Romana praecoqua.] Quae cum, secundo bello iunio ab altero Scipione, istius auro qui Carthagine euerfit, frustra tentata expugnari non potuisset, vtrō se Romanorum ditio ni subiecit, stantibus adhuc Africa rebus.

Vobis verò.] Hic sensus est. Pticenses toga (quod Romanorum indumentū) vsi sunt ante euerfam Carthagine, Carthaginienses non nisi post factam vs vrbis (qua destructa fuerat) restauranda potestati.

Post iniuriæ beneficium.] Iniuria enim facta erat in delenda Carthagine, cum nulla causa esset propter qua euerfiti posset (ait Orofius) ut qua se per legatos deditisset: beneficium iniuria in concedenda vrbis restoratione. Sic apud Iustinum libro quadragesimo tertio, Rheae Numitoris filiae, ab Amulio perpetua virginitati addicta, species honoris iniuriæ adiecta dicitur, ut nō dampnata, sed sacerdos electa videretur.

vt senium non fastidium.] Fastigium, habet prima editio Beati Rhenani, quam curauit anno millesimo quingentesimo vigesimo primo, nec satis scio cur altera mutauerit, cum & Patianos codices ita expressisse alij referant. Eleganter & ad ea quae praecedunt congrue. Pro iniuria quae facta erat Carthaginiensibus in vrbe delenda, beneficium colatum fuerat in restauranda: quasi senio confecta ciuitas renouanda esset, non ablata summa illa potestate qua ceteras Libya vrbes superabat.

Post Gracchi obscena omina.] Vigesimo secundo anno à deleta Carthagine colonis fratis data area deleta vrbis quam incolerent. Coloniam dedit Caius Gracchus, sed cum futura vrbis designatorum murorum fundamenta lupi noctū deieissent, senatui visum est ab edificatione cessandum, quod Appianus tradit. Alia etiam edificantijs à Genio loci opposita Plutarchus in vita Gracchorum refert. Signum vi ventorum cum signifer valide resisteret fractum, sacra altaribus imposta dissipata & extra terminos vrbis abiecta. Haec sunt quae Tertulliano dicuntur obscena omina, hoc est, infausta, ut in hoc Virgilius versus Aeneidos duodecimo. » ne me terrete timentem » Obscenae volucres.

Et apud Arnobium primo apologetico; Cur duelles cum

cum pereunt laetum auguriū non sum, nec aduerfus spes bonas mali omnis obscenitate traducor? Similiter apud Suetonium in Galba capite quarto. Nihil æquè postea Galbam tentantem res nouas confirmavit, quàm mulæ partus; ceterisq; vt obsecrum ostentū ab horribilibus, solus pro latissimo accepit.

& Lepidi violenta ludibria] Quam paucis quantam historiam complectitur. Marcus Lepidus mortuo Sylia cui vno infestus fuerat, de restituendis ijs qui ab eo proscripi fuerant cogitans, bellum parauit, citius oppressum quàm inceptum, ut ait Lucius Florus, quippe qui à Quinto Lucullo Consule ac eodem collega, partium contrariatum duce, prohibuit, in Sardiniam iungere coactus, ibiq; mortuus est. Sed vereror ne aliud quiddam speciale & ad Carthaginienses proprijs spectans hic significetur. Nam apud Dionem libro quinquagesimo quarto, idē coloniam deniq; Carthagine deducendam fuisse traditur, quod parte illius habitatoribus orbata per Lepidum, ius coloniae amisisse videretur.

Post trinas Pompeij aras.] Placet quod Carrioni, tres triumphos intelligi quos Pompeius de tribus terra partibus egit, ut de toto orbe triumphasse dicitur: quod & scripsit Plutarchus, & Manilius notauit vs versus libro quarto.

» Post victas mithridatis opes, pelagūq; receptū, » Et tres emenso meritis ex orbe triumphos.

Solebant per triumphū cadi maiores hostiae ad aras Iouis Capitolini, atq; inde ara pro triumpho usurpata, ut hoc Tertullianus loco, sic illo Valerij Maximi libri secundo capite octauo: Lucius Ciua & Caius Marius hauserat quidem auidi ciuilem sanguinem, sed non protinus ad templa deorum & aras tetenderunt. Quamquam, nō tres, sed vnicum triumphum de omnibus bellis se consecit, dixisse Pompeium Dio tra: idē libro trigesimo septimo.

& longas Caesaris moras.] Qui bellū ciuilibus solutus, ad conciliandos milium animos, Carthagine & Corinthum colonias duxit, quod & à Plutarcho in eius vita, & à Dionē libro quadragesimo tertio relatu. Imò, non duxit, sed cum ducere destinasset, morte praeventus est. Eius voluntatem cum in scriptis reperisset Augustus, duci curauit: Sic ab Appiano proditum sub finem belli Lybici, vbi & hoc amplius, restitutam Carthagine fuisse annū duobus & tertium postquam à fundamētis diruta est. Belle conuenit haec annorū supputatio cum eo quod apud Solinum exstat, Marco Antonio & Dolabella Consulibus & hic annus quo mortuus Julius Caesar) eniuit Carthagine in claritate priorum. Scilicet, à consulatu Scipionis, ad consulatum Antonij & Dolabellae vsq; duo supra centum intercedit anni. Quod apud Orofium legitur, vigesimo secundo anno ex quo euerfa fuerat restituta Carthagine, ad id referendum quod supra diximus, arē eius diruta coloniam Italū concessam fuisse.

vbi mania Statilius Taurus imposuit.] An in Taurus de quo Tacitus libro duodecimo, qui Praefectus Africae Claudij temporibus: An alius eiusdem nominis, qui Augusto principe, Coecio & Gellio Consulibus, de Africa triumphauit: hoc verius est. Solemnia Sentius Saturninus enarrauit.] Moris id fuit, ut operibus publicis, sacris, sanctisq; pontifices adessent, qui voto solemniter Deo alicui ea commendarent, in quo & verba certa & ceremonia. Constat id ex ea quam de Pulullo pontifice historiam retulit Seneca libro de consolatione ad Martianum, Cui postem tenenti (ait) & Capitolium dedicanti, mors filij nunciata est; qua ille exaudisse dissimulans, solemnia Pontificalis carminis verba concepit, gemitū nō interrumpente precationem. Pro concordia Iuba.] Recte emendatum ex libro, iuuat, pro: Iuba: id enim est, postquam conuenit inter Ro-

manos & Carthaginienses. Nam post euerfam Carthagine, Libyam Romani per Praetores reuerunt.

toga oblata est] Jus togae datum est; quo ipso ciuitas data intelligitur, ut Aulobores Inru docent in l. sed si accepto. 22. ff. de iure fisci. Seneca indicat ludo de morte Claudij, vbi quos Claudium ciuitate donare voluisse dixerat, subiicit togatos videre voluisse.

Pro quantum comueauit orbis.] Quam magnum iter conferit toga, ut ab Arcadibus, ad Lydos, à Lydis, ad Romanos, à Romanis ad Carthaginienses transiret, rem siue historiam habes apud Artemidorum libro secundo de somnorum interpretatione, si βασιλειαν ἐδῆς τῷ νυθὶ τῆ βεννὸν χαλῶσαν, ἀπὸ Τιμῆς τῆς Ἀρχαῖας, ὅς πρώτος αὐτῆς χαλῶσα τῶτον περιεπέλας ὄν ῥῶπον, εἰσαλώσας κατὰ τὸν ἰόντον καλῶσαν, καὶ ὑπερχῶσας ὑπὸ τῆς ταύτης χρονοκρίτων, ἀφ' ὅ καὶ μετέδωκε, καὶ εἰ ἐγγράσει τὸν αὐτὸν ἐσομένη σαυνο ῥῶπον, καὶ ἐπέλας τῷ ἐδῆται Τιμῆων, ἐσωσῶμας Τιμῆς τῆς ὄρετες, ὕστερον δὲ τῷ χροῶ, παρεπέλας τὸ ὄνομα τῆς βεννὸν ἐν λῆθῃ.

exinde.] Ex quo toga vsi est. tunicam longiorem.] Tunica Carthaginiensium propria, quod omnes annotarunt. Eas distinctas ferebant, unde Virgilius distincti Afri. Hoc & Plautinus Milphio indicat Captiuus, vbi ad Hannoneum Carthaginiensem.

---tu qui zonam non habes

» Quid in hanc venisti urbem, aut quid quaeritas? Sed postquam toga vsus inuaduit, necesse habuerunt zonam eas suspendere, aliam aut depreffam iuncta: quod hic est, cunctu arbitrate.

& pallij iam teretis.] Nam quo utebantur olim, id quadratum erat, quod initio dictum est.

tabulata congregatione.] Quid verò tabula aut ad vestes aut in vestibus? fuit cum purpurem legendum tabulata, quod qua parte vestimentum in angustum contrahitur, plica tubulos imitentur. Nunc probo verbum id, tabulata, ut significantur plica laxioris panni, alia alijs in modum tabulati superpositae. Sic apud Apuleium libro undecimo, contabulatio dicitur in pallio, muliebri veste, deiecta (inquit) parte lacinae multiplici contabulatione dependula. Ibi enim, contabulatio, est quod hic, tabulata congregatio.

& si quid praeterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit.] Retineo veterem lectionem in verbo: vestit, pro quo alij: vetit, substituerunt. Hic enim sensus est. Ex quo toga vsi est, & tunica succincta, & pallijs rotundis, & alijs vestibus locum fecisti, qua pro condicione ac dignitate personarum, proq; temporis ratione, alia atque alia usurpantur solent.

conditio.] Id est, status personarum. Nam alia vestes liberorum, alia seruorum; alia paganorum, alia militum, Liberorum; toga, tunica, lacerna: seruorum; penula, cuculliones; militum: saga, abolla.

vel dignitas.] Erant enim quaedam propria magistratuum ornamenta ceteris non communia; praetexta, latus clauus, trabea.

vel temporalitas.] Hyberno tempore induere licebat qua per aetatem non decebat; Lanis, gausapianas. Erant & vestes domesticae; quibus forū vti probrosium; erant conuatoria; erant quibus in balneis, in palistra utebantur.

Pallium tamen generaliter vestrum immemores.] Magis placet, vestrum, plurali numero; maiorum scilicet, qui Pallio vsi sunt: vel, veltitum, pro: veltit, qui Pallio vsi olim estis.

Haud miror pra documento superiore.] Cum &

ante in alijs rebus aque incarnantes fuerit. Nam & arietem] Quae hic de ariete ex Laberio ab alijs excusa diligenter, & expressus etiam Vegetij de machina cui arietis nomen locum, a quo non valde distat alter Ammianus de arietibus libro de gestis tertio.

Sed trabes machina est] sola interpunctione planius facit: sed trabes (machina est quae muros frangere militat) nemini, &c. de qua parenthesi inclusa sunt ad erabium, quibus arietum nomen inditum, interpretationem faciant. Quid si minirat, pro: militat, legamus: usus est eo vole Plautus Captivum.

Breue est spatium perferendi quae misitas mihi, nemini unquam libratum] Dependet enim trabes illa ex alia velut è trutina quod infra est in oscillum pendere. Sic apud Silium italicum libro decimoquinto, dicitur, Per nubes aquila intexto librata volatu.

de bile] Iam pridem docui Breuium criticorum libro priore, uno verbo hic legendum debile, ut sit sensus: Commenta est Carthago vno tormenti, vindicantis debile, id est, debiles & infirmos muros, capite arietis.

& aries iam Romanus in nunc quondam suos aueret] Quid si arderet legamus? Nam est ardere cum impetu irruere, quod fit per arietes, quibus crebro impulsis velut reciprocis fulminis impetu muri scinduntur in ruinas, ait Ammianus.

Sic deniq; nec pallium agnoscitur] Haec respondent illis quae supra, pallium tamen vestrum immemores denotatis.

ne Panicum] Sic ferè apud Valerium Maximum libri secundi capite sexto, Panicea tunica pro Carthaginensibus, fungitur & ipse mundus] fungitur ait Pansellius, id est, interit: imò fungitur munus quod solenne esse totius naturae dictum est, ut habuit Veritas. Seneca epistola quinquagesima nona: mundus quoque aeterna res & inuicta, mutatur; nec idem manet.

viderit Anaximander si plures putat] Putavit certe, namque hoc illius dogma, principium omnis naturae esse infinitatem ex qua infinitos mundos, qui & in id ex quo venient recedant essent; ab Aristotele primo Physicorum, Cetera secundo de Natura deorum, Plutarcho libello de Placitis Philosophorum verata sententia.

viderit & si quis vspiam alius ad Metopas] Refert hanc ex Theopompo historiam Aelianus libro tertio. Silenium quendam Nidae Phrygiae regi peruersisse, extra hunc mundum existere continentem immensam, & in ea homines qui Metopas appellarentur. Cetera tu ex eo pete. Sed hoc non praetermittam quod ab Epiphonio scriptum est, posteros Noëmi qui in aedificanda turri operam praestiterunt, à confusione linguarum calitus immissa, Metopas dictos fuisse.

Sed & ipse] Lego: Sed & ipse. Mundus scilicet intelligibilis, ad cuius ideam hunc quem incolimus factum Platonem existimavit, mutabilis est.

Quem Plato aestimat] Platonem in eius sententia assertionem defendit diuus Augustinus libro primo Retractionum, sic enim accipiens, ut mundum intelligibilem esse dixerit ipsam rationem sempiternam atque incommutabilem qua fecit Deus mundum: quo sensu non conuenient quae apud hunc Authorem sequuntur.

Quippe si mundus] Constat enim contrarijs elementis, quae quatenus contraria sunt, alia in aliorum perniciem & interitum conspirant, unde mutationes.

dies & nox inuicem vertunt solstitiis annuis] Retineo verbum, solstitiis, quod alij in duo diuidunt solstitionibus. Solstitiones pro solstitijs Tertullianus dixit, ut Arnobius duobus locis Apologeticis sexti:

Interstitiones, pro: Interstitijs. Et verò manifestus est sensus, diem & noctem vertere solstitiorum annuorum tempore, ut cum uno dies fuerint longissimi, altero sint breuissimi: demique quot horarum fuerit dies solstitio aestiuo, tot horarum sit nox solstitio hyberno, & contra. Solstitia sunt ea tempora quibus sol conuertitur, quae occurrunt mense Iunio & Decembri; hoc hybernum, illud aestiuum: & illa dies ac noctes inuicem vertunt. Habemus ex quo haec interpretatio probetur auctorem Mamilium, cuius verba ferè eadem cum Tertulliano, sed apertior sententia. Sic ille libro tertio.

Haec vice discedunt noctes à tempore brumae,

Tollunturque dies, annique inuertitur ordo

Solstitium tardi cum fit sub sydere Cancrj:

Tuncque die brumae nox aequat, tempora noctis

Longa dies, similiq; redit quam creuerat actu.

Paucioribus verbis, idem ipsum, Auctor idem paulo post:

Vna dies toto Cancrj longissima signo,

Cui nox aequalis Capricornij sydere fertur:

Cetera nunc vrgent vicibus, nunc tempore cedunt.

Luna modulationibus mensuris variat] Nunc pleno lumine radians, nunc dimidius, nunc in cornu flexa, nunc toto lumine deficiens, similibus dispensationibus, hebdomadam luminis sui vices, sempiterna lege variando, ait Macrobius in Somnium Scipionis. Dispensationes hic dixit, quod Tertullianus modulationes, quoniam eadem semper tenore, lumen luna aut augetur, aut minuitur.

Syderum distincta confusio] Stella infinita numero quibus caelum conspergitur, ad certum numerum redacta per Astrologos, variis figuris excogitatis ad quas reducuntur, quibusq; distinguuntur. Et haec figura syderum nomen habens. Mamilius libro primo quod ad hunc locum facit maximè.

Quid tam confusum specie, quid tam vice certum est] Nam in tanto numero tantus ordo, ut vicissim alia alijs succedant, nunc orientia, nunc occidentia.

Interdum deicit quid interdum resuscitat] Petus est sententia Philosophorum, sydera ortu & occasu suo agere in hac inferiora: quod Tertullianus dicit deicere, & resuscitare. Ex horum leuissimis motibus fortunae populorum dependent, & maxima ac minima perinde formantur, ait Seneca in consolatione ad Marciam. Ea sunt quae vulgo à poetis & aetate dicuntur, de quibus passim apud Auctores. Sed is non eandem fidem habemus Christiani. Refellit Augustinus libro quinto de ciuitate Dei quinque primis capitibus.

caeli ambitus nunc sub diuo splendidus] Veterem lectionem, nunc súdo splendidus, restitimus Breuium criticorum libro priore. Probatur is qui sequuntur, aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuò sudum. Scilicet hac sese consequuntur; imbres, substillum, sudum. Imbres largi & infra pluuia, substillum dubius aër inter serenam & pluuia, sudum planè serenum.

dehinc substillum] Dubium aërem inter serenam & pluuia interpretati sumus, quando pluuia stillatim cadit: unde & substillum apud Catonem libro de Rustica, mortuus, cum lotium guttatim, & stillatim effluit.

& si qua missilia] figura interpretantur. Non video quam bene. Missilia dixerunt quae à magistratibus & principibus sparguntur in vulgus: sic enim apud Iurij Auctores l. qua ratione. §. S. penult. ff. de acq. rer. do. & S. fin. ff. de re. diuis. & apud alios. Suetonius in Caligula. Sparuit & missilia

& missilia variarum rerum fides in Nerone. Sparca & missilia omnium rerum. Proq; loco spargendi metio redd. Et à missilia Seneca spargiones. Quid verò simile habent figura cum spargionibus? Ego nunc & grandinem interpretor, quae missilia modo ex aère decidit, sparguntur, & saepe cum imbribus.

de tranquillo probum.] At quae mutatio maris ut ex tranquillo fiat probum? Denique qui unquam audyit probum mare? Et hoc certè mendum est. Latinius expurgari posse putauit, si pronum substitueremus. Atqui nec ulla mutatio si ex tranquillo fiat pronum mare, cum id maximè pronum quod tranquillum. Probat id Seneca libro quarto Naturalium quaestionum. Pontus in inferum mare semper fluit (ait) rapidus, non ut caetera maria, alternatis vitro citro aëtib; in vnam partem semper pronus. Puto ego sic in manuscriptis expressum protum, quod est, procellosum; quo epitheto notatur mare ventis agitatum, quod tranquillo valde contrarium.

de decumanis inquietat.] Rursus hic mendum, pro: inquietat, lego: inquietum. Et hoc etiam mari tributum ab Auctoribus epithetum. Solinus capite quadagesimo ubi de Cyrenensi regione: Nunc in breuia restitititur doctiosa, nunc aëtib; inundatur inquietis. Seneca in consolatione ad Marciam: Videbis his inquietis, & vento fluctuantibus aquis in mari. Et mare, seu leuioribus ventis tranquillum; grauioribus fit procellosum: sic fluctibus quos ventis commouent, aut leuioribus (& haec flustra) temperatum, aut grauioribus (& hi decumani) inquietum.

prope sis.] parum abisti, quin neq; eandem memor viridem.] Sic temporarius terra vestitus; ut vere viridis, herbis adhuc nascentibus: aestate flauas iam maturis segetibus; hyeme cana, grandine ac nix cana tegetibus.

& montium scopula.] scopula, pro: scopuli, quae iuga montium. Id autem significatur, montes quosdam ita explanatos ut per illos flumina decurrerent; fluminum alueos ita defecatos, ut in eis arbores nascerentur; fontium venas ita commotas, ut repente erumpere, quibus locis aqua nulla constabat.

fontium venae ebullando.] Prior editio Rhenani habuit, cauillando. A cauo fit cauea, & cauillè ait Varro de lingua Latina. Inde id esse potest, cauillare, pro: excauare. Sed: ebullare, pro: ebullire, Cato dixit libro de Rustica, dixit & Persius satyra secunda: hoc est cum impetu effundi. Hieronymus in vita Hilarij, Sittis & arenoza regio, postquam pluuia irrorata est, tantam serpentum & venenatorum animalium ebulluit multitudinem. Seneca in ludo de morte Claudij: & ille quidem animam ebullit.

aluminum via obumbrando.] Ita libri omnes veteres, longè melius quam noni, obambulando. Id enim est quod diximus: ita fluminum alueos exsecatos, ut in ijs arbores nascerentur, quae obumbrarent.

cupientes Platonem probare.] Quis in Timaeo sententia est, diluuium tempore in montibus multa conseruari, ut per incendia in vallibus, cum ex eo quoddam buccina in montibus reperiantur, conicere poteris diluuium vniuersale fuisse. Orosius libro primo capite tertio: Fuisse tamen illi contestati sunt, qui praeterita quidem tempora, ipsumque temporum auctorem nescientes, ramen ex indicio & coniectura lapidum, quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros, saepe etiam cauatos aquis visere solemus, coniciendo

didicerunt. Apuleius Apologetico primo: non negabunt in Getulia mediterraneis montibus fuisse, vbi pisces per Deucalionis diluuium reperiantur, rursus infirma.] Rectè Latinius: infirma, & opposita est arduis, de quibus ante.

cum inter insulas nulla iam Delos.] Valde mihi suspectus hic locum. Falsum est Tertulliani auctorem Delos caeterisque insulis non fuisse, quod haec verba (nulla iam Delos) significant. Earum passim facta mentio apud contemporaneos scriptores. Magis videtur ab historia sorturum si sic legamus: cum inter insulas nulla olim Delos, &c. siquidem eas insulas repente exortas cum ante non exstarent, praediximus est.

Arenae.] Rene substituit Turnebus, quem alij sequuntur Auctore nullo. Emendo Alone, siquidem Plinius libri secundi capite octuagesimo septimo, quo de Delo, Alonem refert inter insulas quae memoria hominum enatae sunt. Memoratur & Strabonè Arenae, sed urbs ea non insula, & hic de insula sermo.

& Sibilla non mendax.] Opime Pamelinus, cui ea in re praeiuxerat Turnebus, etsi ille non mendax; ut Plato significatur de quo proximè actum fuerat. Emendationem probat Plinij locus libri secundi capite nonagesimo, ubi de mari: in totum abstulit tetras, primum omnium vbi Atlanticum mare est, si Platoni credimus. Tò, si Platoni credimus, illud est nostrum, si ille non mendax.

Aeon in Atlantico.] Quid Aeonis mentio ad insula? Nomen ei insula apud Platonem Atlantici, apud Thucydidem & Diodorum Atalanta. Lego igitur, vna in Atlantico. Et haec exempla sunt musati orbis in insulis quarum alia cum non exstarent subito exorta sunt, ut haec de quibus supra, Delos, Alone, Samos; alia cum exstarent absumpta sunt, ut Atlantis, ex qua Atlantico mari nomen.

Libyam aut Asiam adaequans.] Pro distinctione coniunctionem repino: Libyam & Asiam. Platonis ipsius verba sunt de illa insula & αἰὼν Ἰβηρῶν καὶ Ἀσίας μέγαν.

quæritur nunc.] desideratur, siue consumpta est. Sic Seneca in epistola: Lugdunum quod ostendebatur in Gallia, quæritur.

Italiae quondam latus.] Verba sunt Pomponij Melae, ex quibus huic loco lux. Sicilia aliquando continēs & agro Bruttio annexa, post freto maris Siculi abscisa est. Id angustum & anceps, modò in Thuscum, modò in Ionium pelagus perfluit; atrox, saeuum, & Scyllae Charybdisque saeuis nominibus inclitum. Aduerte lector, Thuscum & Ionium Pomponius dixit quod Tyrrhenum & Adriam Tertullianus; superum & inferum mare nunc dicimus, & dixit iam olim Marcus Tullius epistola ad Atticum, sed habe etiam huius rei Virgilianam descriptionem.

Cum protinus vtraque tellus] Vna foret, venit vi magna pontus, & vndis] Hospitium Siculo latus abscidit, atraq; & vrbes

Littore deductas angusto interluit aestu. reliquias Siciliam fecit.] Italiam, reliqui Siciliam fecit: ut apud Sallustium in coniuratione Catilinae. Postquam victoriam sunt adepti, nihil reliqui victis fecere.

tota illa plaga dissidij.] Id Pomponij angustum & anceps, quod inter Siciliam & Italiam medijs interiacet, in quo vtriusque maris constitum.

nomen vitij mari induit.] Retineo istud, induit, pro quo alij quidam imbuunt, reponere. Sic apud Petronium Arbutum, pueris aites induunt adhuc nascentibus, qui ad rosa profirant parentes. Ceterum nomen id vitij quod mari induit distidij plaga, Rhegium non est, quod vulgo creditur: neque enim Rhegium maris nomen, sed eius terra quae avulsa est, & πῶ τὸ ἔστυλον, id est, a frangendo, ut Strabo tradit libro sexto. Magis est, ut Charvbiam significari credamus, quod nomen esse mari inter Siciliam & Italiam media, Thucydides libro quarto scribit: ferte à vicinia Charvbius, quod vitij Tertullianus vocat, quoniam sine periculo praeter nauigare non liceat, ut non immerito implacata Charvbius Virgilius dicitur.

non expuentis naufragia sed deuorantis.] Vel hac ipsum facit ut stem in sententia de Charvbius nomine indato mari inter Siciliam & Italiam media. Siquidem haec nota vitij huius quod nauigia deuoret & absorbeat. Seneca in consolatione ad Mariam: Videbis audissimum maris vorticem, restringere fretum: illam sabulofam Charvbidim dico, quandiu ab Austro vacat quietam, at si quid intus spirauerit, hiatu magno profundoque nauigia sorbentem. Quid plura? notissimum id Ciceroni: Quae Charvbius tam vorax? Sed quod ait Tertullianus non expui à Charvbi naufragia, refellitur ab eodem Seneca epistola octuagesima, quae quod ab ea se arreptum, per multa milia trahi condidit, ac post circa Tanmentanum litus emergere, scribit.

Aspice ad Palaestinam.] Palaestina eadem est quae & Iudaea dicitur, nunc Terra sancta. Nomen id habet à Philitim Mesremi filio, auctore Zonara.

qua Iordanis amnis finium arbiter.] Si vera haec lectio, sensus iste est. Aspice Palaestinam parte illa qua Iordane amne terminatur. At hic finium non terminat Palaestinam, sed per eam ferè mediam fluit: denique quae parte fluit, non modo non vastitas ingens, & orba regio, & frustra ager, quod hic dicitur, sed fructuum omnium abundantia. Vide quod de eo summe Solinus capite quadagesimo octauo. Pancade fonte demissus, regiones praeterfluit amoenissimas. Vide quod Iosephus libro tertio de bello Iudaeo, de terra Genesareth paludi contermina, quam mediam Iordanis secat: natura & pulchritudine admirabilis nullum pro vbertate sua negat arbustum. Quid quod palus ipsa piscibus abundat mirae suauitatis? quid quod circa eam vber plurima, & celebrissima? Induuerunt me ista olim ut mendum inesse ijs Tertulliani putare, atque ita legerè: quae Iordanis amnis finiebat iter. Scilicet fluius is desinit in lacum qui nunc Asphaltites, circa quae vastitas de qua hoc loco. Coniunctura mea iuuabat Plinium I. quinti capite decimo quinto: Iordanis amnis oritur (ait) à fonte Pancade, qui cognomè dedit Caesareae. Amnis amoenus, & quatenus situs locorum patitur, ambitiosus, accolisque se praebens velut inuitus. Asphaltitem lacum, durum naturae petit, à quo postremò ebibitur, aqua quae laudatas perdit pestilentibus mixtas: Iuuabat eandem Tacitus libro quinto: Iordanes pelago non accipitur, sed vnus & alterum lacum integer perfluit, tertio retinetur. Is lacus (quo retinetur scilicet & is est Asphaltites) immenso ambitu specie maris sapore corruptior, grauitate odoris accolis pestifer, neque ventos impellit, neque pisces, neque luetas aquis volucres patitur. Iam nunc muto sententiam, & verba haec retineo, quae Iordanis amnis finium arbiter, quae sensum elegantem pra se ferunt. Arbitri finium sunt

qui ortus de finibus conuenerunt diuimunt. Terentius in Heautontimorimeno.

„ Vicini nostri hic ambigunt de finibus „ Me ceperunt arbitrum.

Fluminum verò vicinorum haec potestas est, ut fines statuunt ac mutant. Pomponius Iureconsultus in l. ergo. 30. §. aliuuo. ff. de acq. re. do. Flumina censitorum vice funguntur, ut ex priuato in publicum adicant, & ex publico in priuatum. Denique inter signa quibus fines distingui solent, hoc fuit certissimum, si iunius interuenient in ciusus; quod Aegennus Tribicus tradit. Retineo igitur veterem lectionem, & de regione Sodomorum interpretor, circa quam vastitas de qua Tertullianus. Eam in confinio Arabiae & Palaestinae fuisse Orosius refert libri primi capite quinto, quae parte Iordanis fluius desinit, & frustra ager.] sine vllò vsu, inanis, insensibilis. Sic Aeneas libro quinto: Neque enim crededum est sine suis originibus haec esse finitima, atque inania fieri.

& solus audiebat.] Quis solus audiebat? Deus bene quantum vult. Similis phrasia (ait vnus) qualis quae post sequitur, & sibi soli erat; quae deserta regio notatur. Alij hanc medicinam fecere (nam & vultus agnoscere plane omnes) & sol sua videbat: eadem quo priores sensu, quem à mente Authoris alienum esse, quae praecedunt, si quid probant, vrbes retrò, & populi frequentes. Tu subijceret; & solem ardebat: Sanatus est vultus, sensum colligit. In Palaestina vltim vrbes erant, & frequentes populi, & vber solus; deinde ira Dei hominum malitiam vindicatur, qui eam partem incolabant qua Iordanis fines eius regionis ab Arabia distemnat, vrbes conflagrante, populi deleti sunt, terra ipsa & terra vicinè mare infœcundum factum est. Haec sonant quae sequuntur. Dehinc ut Deus celsor esset, impietas imbres ignium meruit. Haec Gomorha & nulla Sodomam, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit.

Correlationem hanc sanè scriptura probat, Genesae decimo octauo capite. Dominus pluit super Sodomam & Gomorham sulphur, & ignem, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terra videntia. Confer leclor eim locum quem tangimus, & singula eius membra singulis istis quae sacra historia ministrat compone. Vrbes erant retrò. Subuertit Deus Sodomam & Gomorham: Populi frequentes retrò; Subuertit Deus omnes habitatores vrbium: Solum retrò ardebat; subuertit Deus omnia videntia terra. Terra cum dicit ridere dicitur. Martialis libro decimo.

Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbor. Si quis malit cum Latini sic emendare, & solum audiebat, non repugnabo. Nam & hac loquendi formula in sauis vsurpata Osee secundo à γῆ ἐπακρόστωι τὸν ὄρεν καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ἐλαίον; & contrario sensu sarda tellus Plinio dicta libro decimo octauo, capite tertio, quae sata non reddit, nec responder votis agricolae.

Haecenus Sodomam.] Haecenus, id est, olim fuit, nunc non existat Sodomam, Metropolis tredecim vrbium quae simul eodem incendio crematae sunt. Haec sexaginta stadiorum ambitu fuisse à Strabone traditum est libro sexto, vbi & incendij causa naturales vicumque reddidit, scilicet à Gentili scriptore.

& propinquitas maris.] Atqui nullum ibi mare, sed quod ex Tacito supra notauimus, lacus maris specie, cui & ex eo postea marii mortui nomen. Sic Pausanias libro quinto de Iordane fluius: ἀποδίδονται ἐς τὴν λίμνην ἡ γὰρ ἀπὸ τῆς θάλασσης γενέσθαι.

iuxta

iuxta cum solo mortem bibit.] Similis ferè phrasia illa quae apud Tacitum, vbi de lacu Asphaltite: caelo loquor iuxta graui.

& Tuticia Vulsinos pristinos deusta.] Opulentissimi quondam Hetruscorum populi Vulsinij, vel ut Plinius, Florus, Valerius loquuntur, Volsinij: quorum ciuitas Vulsinos, sine Vuolsinos, tota fulmine cremata est. Auctor Plinius libri secundi capite quinquagesimo secundo.

quo magis de montibus suis.] Quos & ignem eructare proditum. Sed nunc haec Tertulliani & visopuicia est nam Pompeios terra motu non igne subductam Seneca & Cornelius Tacitus restantur, & Campaniam variis motibus obnoxiam esse locum hic Plinij secundi comprobatur epistolarum libro sexto. Praecesserat per multos dies tremor terrae, minus formidolosus, quod Campaniae non solum castella, sed & oppida vexare solitus. Quid si, motibus, non montibus, Tertullianus scripsit? Non ita esse alter quo eandem historiam tangit, locum in Apologetico planum facit. De Vesunio & vicinis montibus loquitur est, ex quibus in vicinas vrbes profusus ignis Titi Imperatoris tempore. Rem totam aperit & iustis tractat in Breuibz criticis.

Campania (peret.] Phrasia Graeca, (peret, pro: metuat. Sic apud Virgilium primo Aeneidos:

„ Si genus humanum, & mortalia temnit arma,

„ At sperate Deos.

& apud Lampridius in Alexandro, At ille metu perterritus & sperans non posse euadere. Denique apud Ammianum Marcellinum libro decimo quarto, Antiocheni plebi suppliciter obsecranti ut in edic dispelleret metum quae per multas difficilisque caulis affore sperabatur.

Vtinam & Asia secura iam sit de soli ingluuie.] Experi sit hiatus terra. Σωκενδοχὴ est, species pro genere. Asia omnium terra partium motibus & sapissime & atrocissime vexata, quod Plinius tradit libri secundi capite octuagesimo sexto: & terra motuum nullus formidolosior est qui sit per hiatum. Sic vocant vulgò quod hic Tertullianus ingluuie. Casta inuis Auctores appellant h. cum res. 47. §. fin. ff. de leg. primo. l. forma. 4. §. i. ff. de censibus; quando terra ingentibus caueris confidet, ut Linius interpretatur; cum grandiori motu partem subit voratim terrarum partes absorbetur, ut Ammianus Marcellinus desinit libro decimo septimo; vbi motuum differentia quatuor expresse, Casta, Climatis, Brasmatie, Atycemata, quibus omnibus Asia diuersis temporibus & locis affecta.

vtinam & Africa semel voraginem paucit.] Vorago, hic idem quod supra ingluuies. Nam & ea voce illo significatu Hieronymus vsus est in Prophetia Abachuch. An haec etiam σωκενδοχὴ est? Non distimulabo, historiam nescio quae à Tertulliano tangitur. Quod ceteris placet significari terra motum qui pugnantibus ad Thrasimenum Carthaginiensibus & Romanis intercessit, mihi non placet vsquam. Vel ipsa historia interpretationem refellit uti à Lino scripta est libro vigesimo secundo. In Italia est Thrasimenus lacus, in Italia motus ille factus quem soli exercitus non senserunt, cum eo vrbes plurimae consumpta essent. Denique Romanorum circa Thrasimenum clades non Carthaginiensium contra quam haec verba sonant, Africa vnica castris defraudatis expiata. Vbi tamen veteror ne legendum sit, Punicis castris. Nam in veteri libro siue prior editione, est Tun-

cus desertum scriptum, quod sensu caret; & quid praecedis de Africa, hoc ipsum suadet, Punicis, quod est, Carthaginiensibus.

multa & alia detrimenta.] Qualia pluribus persequitur Seneca in consolatione ad Mariam.

bellis quoque plurimum licuit.] ad musandum orbem.

fermè apud vos vltra stylus non solet.] Quae ante Nimum gesta sunt persequi. Nam & ab ea historiam sua auspiciis Ctesias, Trogius, Orosius, Eusebius, Castrodorus. Quamquam Aegypti ac Syria reges antiquiores ferantur, sed ideo non celebrati quod nulla bella gesserint. Primum Nimum gestis digna quae scriptis mandarentur, quod ait Diodorus libro secundo sua historia.

ab Assyrijs si fortè aui historiae patefcent.] Quis ante Nimum fuerit, initium fecere qui ab antiquiore tempore historias repetierunt. Retineo, aui historiae, pro qua, cui historiae, alij substitunt; nam & auium pro tempore cuius acta describuntur. Catullus dixit eleganter vbi de annalibus Cornelij Nepotis.

„ -- ausus est vnus Itolorum, „ Omne auium tribus explicare chartis.

Qui verò diuinas leclitamus.] Ab ipsius mundi cunabulis & creatione, sacra historia Auctores regnorum mutationes describunt.

Denique si quid mare diluit.] Breuis est & vana Phalaosio precedentium mutationum ex deluio, incedio, terramoto, bellis. Haec enim illis ordine respondent; si quid mare diluit; ut Athlantidem Insulam: si quid caelum taxit; ut Sodomam, Gomorham, Vulsinos, Pompeios: si quid terra subduxit; ut Asia vrbes: si quid bellum detotondit, ut quod regnorum vices comprobant.

caelum taxit.] taxit, legendum esse pridem docuerunt breuia nostra critica.

alias versurà compensato reddit.] Quid si legamus reddit, versuram facere & versura soluere est accepta ab alio minus pecunia, alij reddere quod ei debebatur. Et hoc certè annuit Tertullianus, si quid ablatum sit per eas mutationes, alterius iactura reddi. Sic Plinius libri secundi capite decimo sexto quod ad hunc locum facit maxime. Nascuntur & alio modo terrae, & repente in aliquo mari emergunt; velut paria secum faciente naturà, quae quae hauserit hiatus, alio loco reddente.

Iam & primitijs.] Melius istud quàm quod ex libro emendatum est, primitus. Adverbialiter enim dictum primitijs ut ingratis, refert Nonius in primitier, laudato Lucij versu.

„ Ut cum primitijs ficos propala recentes.

Itaque cogitans omnia sibi domum.] Simile est huic quod apud Boetium; Omne solū forti patria est: & quod apud Senecam; Patriam nobis professi sumus mundum, ut liceret latiore virtuti campum dare.

transuolauere redundantium gētium examina.] Quam bene examina Metaphora ab apibus ducta quarum examina proprie nouas sedes quarentium post nouans sobolem. Sed & examina pro multitudine apud Hieronymum in epistolis; examina pauperum, sacerdotum, monachorum.

Scythae exuberant Perfas.] De Scythijs Ammianus Marcellinus libro vigesimo tertio. Inter Perfos fines possit, Asiae Sarmatis contermini, Alanarum latus tangunt extremum. Eos in oram Pontica Cappadocia impressum fecisse Orosius libro primo scribit.

Phanices

Pheonices in Africam ciuitant.] Tyrionum enim illa dua colonia (quod supra diximus) Pheonice, & Carthagine: amba in Africa.

Romanos Phryges pariunt.] A Troianis Aeneas duce in Italiam profectus ortum suum Romanis celebrant, quod in historia tam vulgare ut nihil supra.

Caldzum semen in Aegyptum educatur.] Author Calderum Arphaxad, e cuius genere Abrahamus, & ex eo Jacobus, qui cum omni cognatione in Aegyptum profectus. Deductionis illius summam sacra Biblia refertur Genesias penultimo, & ultimo capite. Ceterum quod hic educitur, pro: educatur, substituitur, non probi: educatur, genuinum est Authoris vocabulum, qui ea qua sunt alterius coniugationis, non raro in primam transformat. Sic ante, ebullando, pro: ebulliendo, ab ebullare dixit; sic postea, degluballe, dicit, pro: deglubille.

Dehinc cum inde transducitur Iudaea gens est.] Significatur exitus filiorum Israel de Aegypto gentis & quindecim annis ex quo deducti fuerant, ut à Zonara traditum est. Exstat in sacris historia, Exodi primo & secundo capite.

Sed & Herculea posteritas.] Tisamenus regnante Hercule posteri Timenus, Ctesiphontes, & Aristomachi filij Delaponesum repererunt, cum querebantur Hypoconte ab Hercule interfecto, regnum Tyndari filij relictum esse. Author Pausanias libro tertio.

Temeno pariter.] Id est, cum Temeno; sive ut alij legunt, Timeno; qui unus fuit ex Herculis posteris, & qui & Temenida, sive Timenida dicti.

Sic & Iones Nilci comites.] Nelei nō Nelei legendum, quod ex historia constat, qua ipsa apud eundem Pausaniam libro septimo. Cum Medon & Neleus Codri filij de regno Atheniensium disceptarent, rei cognitione Delphico oraculo permessa, & Medonti regno ad iudicatum, Neleus cum ceteris Codri filijs, magna Atheniensium maiore Ionum (qui ab Atheniensibus in ciuitatem ante recepti fuerant) manu comparata, coloniam deduxit in Asiam minorem, eamq; occupauit, qua & ipsa ab Ionibus qui plures numero Ioniam dicta est. Verbum quo ab Ionibus Neleo duce capta sunt nomina vide apud Aelianum libro octauo; id factum annu centum & quadraginta post res Iliacas. Tatianus oratione aduersus Graecos Author est.

Sic & Corinthij cum Archia muniunt Syraculas.] A Corinthijs ortum duxisse Syraculas Plutarchus in Timoleonte & Diodorus Siculus refert libro duodecimo. Neuter Authorem vel nominat vel celebrat. Strabo libro octauo id ipsum indicat quod Tertullianus. Archiam quendam ex Tanco uico Corinthia plaga, coloniam deduxisse Syraculas, qua praecipua felicitate super alias flourerit. Idem libro sexto, Mysicellum, Archia Syracularum ciuitatis, auxilio, Crotonem exedificasse narrat.

praesentis imperij triplex virtus.] Recte à Pamelio reprehensus Rhenanus in huius loci explicatione, qui per triplicem imperij uirtutem Seuerum, Pescenninum & Albinum intelligi tradiderat, quando constat inter eos diuersis locis nominatos Imperatores, numquam conuenisse: sed nec ipsius Pamelij recipienda interpretatio est, qui Seuerum, Antoninum, & Albinum intelligi uult; cum non ante Antoninus Imperator sis factum, quam Albinus deiectus & occisus. Ego Seuerum interpretor & duos eius filios Antoninum ac Getam. Primumque filium consortem imperij factum Herodianus author est. Sic enim de patre Seuro τὸς υἱὸς κοινῶς ἢ βραχύνει καὶ ἑξ ἑστέων ἀποδείξει. Spartianus alterum tantum Imperatorem à patre factum, alterum

Caesarem; sed utrumque successorem Imperij designatum scribit. Hoc amplius Seuerum aequare animo mortem uoluisse, quod duos filios pari imperio Republica relinqueret. Id ipsum Eutropius, id Aurelius Victor tradiderunt; mortuum Seuerum relicto duobus filijs successoribus imperij. Illa igitur triplex virtus, Seuerus & duo filij. Coniecturam hanc nostram confirmat Xiphilinus Dionis compendiasies, ubi Plautiano propter uictus rationem quam instituerat semper pallium, quondam à populo in circo obiectum esse refert, τὴν ἑμῆς, τὴν δὲ ἀρχαίαν πλεῖον τῶν ἡδὼν κερτασσε. quod est, Quid contremiscis? quid palles? plus quam tres pollices. Statim quos tres populus intellexeret exponens, subiicit: τῆς δὲ ἐνέφρωνος, τῶν δὲ Σέουρον, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ Αἰτωνίου καὶ Γέταων. Iustas eandem nostram coniecturam & Spartianus, qui die Circensium tres uictorias locatas in circo scribit; unam Seuro, alteram Antonino, tertiam Getae cum filijs. Primum est quod posse obijci uideam, Getae in sacris nullam fieri mentionem, nec in iis quidem constitutionibus quae à Seuro editae exstant in libro Iuris. At est etiam quod responderi possit: Getam patre mortuo hostem publicum esse indicatum, quod quibus uentis eorum nomina de numero Imperatorum & sacris delentur, Dio libro sexagesimo historia testatur.

deo tot Augulos in unum fauente.] Tot Imperatoribus bene conuenientibus, & Dei fauore ac beneuolentia tot uictorias obtinentibus. Equid rego id ad Pescenninum aut Albinum?

quot census transcripti.] Censui transcripto intelligo vel remissos vel mutatos & in alium translatos. Eo significatu, transcribendi uocabulo usus Seneca in epistola: maius expecta cum puerilem animum deposueris, & te in uirum Philofofia transcripserit: Vt Authores Iuris l. aliquando. 13. ff. ad Senatusconsultum Vell. si uir uxori. 12. ff. de praes. uerbis. Censuum uero à Seuro transcriptorum exempla cum ex ipso iure nostro, tum ex historia Romana. Ad hanc partem spectas quod Vlpianus l. 1. ff. de censibus: tradit, coloniam Tyrionum, Laodicensium, Heliopolitarum; & quod Paulus l. fin. ff. eod. Carthagine, Phicam, Leptim iure Italico donatas esse: spectat & quod Herodianus refert Byzantium desertum & in formam uici redactum, fuisse Perinthijs ad iudicatum; Laodiciens Antiochiis attributum.

quot populi propaginati.] Propagatio hac per coloniarum deductionem. Dnas à Seuro deductas, unam in Sebasteam ciuitatem, alteram in vicum Patavissimum idem Vlpianus scribit d. l. 1. ff. de cens.

quot ordines illustrati.] An eò referendam quod à Spartiano traditum est, Senatusconsultum auctore Seuro factum ne liceret Imperatori in consulo Senatu Senatorem occidere an quod ab eodem relatum, ius uolentiarum, id est, publici consilij Alexandrinis cum dedisse, cum ante ita ut sub regibus olim, uiderent uno iudice consentire?

quot barbari exclusi.] Qua causa & hos uictoriarum titulos Seuerus adeptus est, qui & in historia & in ueteribus monumentis Arabicis, Adiabenicis, Partlicis, Britannicis. Nam haec praecipue gentes ab eo subactae & perdomitae; Arabes, Adiabeni, Parthi, Britannii.

casto & rubo subdole familiaritatis.] De Albinum morte accipio, ad quem tamquam ad amicum literas à Seuro scriptas, & is qui perferebant mandatum ut abductum in secretum occideret, Herodianus author est. Quinetiam earum literarum exemplar à Spartiano editum in Albinum uita, quatuor & epigraphae, & epilogismus subdolum

subdolum familiaritatem arguunt. Epigraphae sic habet. Imp. Seuerus A. Claudio Albino Caesari fratri amantiss. & desideratiss. Epilogismus uero huiusmodi. Tu uelim exercitus reipub. ac mihi recentes mi uiamine, mi chariss. mi amantissime. Quid huius potest familiaris?

Pro ueste.] Loco uestis. & quidem de cataclitis.] Probo hanc lectionem; & ex ea emendo Apuleium libro Undecimo de Asino, loco illo: ueste niuca & cataclita praenitens sequebatur chorus. Legendum uique cataclita, quod est ex omni parte clausa.

omni conchylio depressior.] Conchylium hic non colorem ut alias, sed concham ipsam significat, cuius natura est ut comprimatur & constringatur se, quomodo plumae qua circa collum paucae aliae constrictae adiacent. omni patagio inauratior.] Dissentio ab alijs in patagio interpretatione. Clauum aureum esse putant qui mulierum uestimenti assuatur, ut latus clauus uirorum. Ego id esse puto quod crespinum uulgo Gallis dicitur. Mouer eo quod Paulus tradidit ad summam tunicam a sui consueuisse: Mouer & hoc Apuleij loco libri secundi de asino, Vberes crines leuiter demissos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensumque sinuato patagio residentes; Mouer denique uerbi originatione: τὸ πατάγιον Graeci strepitum, & fragorem dicunt qualem edunt contrictae crispinae, qui & ipsi aures & sinuati non ita pridem apud nos gestabantur à matronis, sed ut alia pleraque in usu esse desiere.

omni syrmate solutior.] Syrma tragædorum uestis laxa & soluta, unde syrmatata mulierum uestes qua parte humi procurrunt. Apuleius, Num ex eo argumentabere etiam ut me consueffe tragædi syrmate hiltionis. Vopiscus in Carino; Si autem pallio aurato, atque purpurato, pro syrmate ueretur. Martialis libro duodecimo,

Transfuit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos,

Aptasti longum tu quoque syrma tibi. multicolor & digcolor & uericolor.] Quatenus positio lucis, prout rectam uel obliquam receperit, coloratur; ut de columbis, retulis, & nominatim de ipso pauo Seneca uelut libro primo quaestionum naturalium.

exuuiis ibi relictis.] Exuuiis, hoc est, leberide, id enim nomen habet pelles uetus quas exuunt serpentes. Sed hoc Graecum nomen est λεβηρίς: Latini Authores uernationem & senectam dixerunt, Lucretium etiam uestem libro tertio.

--- uestemque relinquere & anguis Gauderet. Et iterum libro quarto, --- Cum lubrica serpens Exiit in pinis uestem. cum squammis.] Id est, cum cute. Nam & serpentibus quibusdam squammatae Plinius tribuit libri octauo capite vigesimo tertio.

taceo ceruum.] Tatianus oratione contra gentes: Sed tu potius te ipsum medicaris ut canis gramine, vipera ceruis, sus canctis fluuialibus, leo denique sumiarum cibo sibi medetur.

uidebis illico audaciam & Graeci iam nominis.] Reimeo uerterem istam lectionem, pro qua alij: & gratiam nominis; alij: audaciam egyptiam nominis. Elic enim sensus est: Quam eleonem sub pampino uiderit, non rei modo tenuitatem ridet, sed nominis Graeci audaciam, quo

ad leonem proxime accedens bestia significatur. Χαμαιλέων, humilis leo. Haec scilicet audacia, tanillo nimiali tantum nomen tribuere. Simile est quod Iuuenalis carpit satyra octaua.

--- preclaro nomine tantum Insignis: nanum cuiusdam Athlanta uocamus, Ethiopem Cygnum, patuam extortamque pcellam Europem, cambus pigris scabiæque uetusta, Læuibis & sicca lamdentibus ora lacernæ, Nomen erit Pardus, Tygris, Leo, si quid adhuc est.

Quod fremat in terris uolentius. Qui minucioribus multo elicit.] Antiquum uerbum lubens hic restituo, multo eluet, cuius nota significatio cum circumspetu emissitij oculi. Inuitatio haec Plautina. Sic enim Euclio apud Plautum in Aulularia actus primo,

Exeundum hercle tibi hinc est foras Circumspetratrix, cum oculis emissitius. molitur necessum semper & promouet.] Probo ualde quod Cicconius restituit, nec promouet. Est enim moliri tentare tantum aliquid, & comparare se ad aliquid faciendum.

ieiunus scilicet semper & indefessus.] Indefectus ex libro emendat Pamelius, quod & priori editione Rhenani probatum, eo autem idem significari quod indefessus, uolunt. Dissimulatio uocibus inde festus legendum certissimo argumento demonstrari libro prioris Brevium criticorum, ut sit sensus: Chamaleontem semper ieiunus, atq; ex ea causa festus, ut gradum promouere non possit, quantumuis molitur. Elegans locus Plauti quo inedia lassitudinem coniungit, Castina:

--- Nusquam aedepol gentium Ieiunus aequè est, atque ego ruri redibo te, Post id cum lassus fueris.

& Chamaleon mutare torus.] Mutare, pro: mutar, qua phrasis Tertulliano familiaris. Ceterum hanc mutationem ex ira aut cupidine accensa, humore diffuso esse existimat Seneca libro primo quaestionum naturalium.

de corio suo ludere.] Vsurpatum à Martiale prouerbiu epigrammate in Cerdonem, libro tertio. Ebbius es, nec enim faceres id sobrius unquam, Ut uelles corio ludere Cerdo tuo.

multa dicendum fuit.] Sic infra, Physconem & Sardanapalum tacendum est. Haec scilicet Africana eloquentia, quam Spartianus fug gillat.

praestructum perueniretur.] praestructum, uel: perstructum, id est, ordine: per structioem & ordinem, dixit Symonius libro quinto.

hunc quoque primordio accipitis.] Neque enim Gentiles cum Christianis conueniunt in primi hominis generatione, & ad Gentiles haec oratio: quorum diuersas opiniones de ea, persequutus est eleganti oratione, cui ciceritiae nomen fecit, Campanus Episcopus Interemmensis.

post demum sapientiam haud dum licitam.] Tant id & quod sequitur ex sacra historia est, qua exstat Genesias tertio capite: ut Adamus & Eua de prohibita arbore scientia boni & mali comederint, mox peccati consilij uerecundus corporis partes ficulneis folijs operuerint, postremo paratis & pellibus indumentis tecti paradiso eiecti sint. Sapientiam Tertullianus uocat, quam scientiam boni & mali sacrae literae atq; haec illius opinio est, futurum fuisse aliquando ut eam bene uolente Deo consequerentur primi parentes, † †

id enim sonant illa verba, haud dum licitam. originis loco.] Argus extra paradysum creatus Ad-

mus in eam translatus est. Ergo locum originis dicit in quo stium post creationem consistit. In paradiso creata Eua; qua non modo particeps, sed incertum peccati fuit. pellitus orbi vi metallo datur.] Sic accipiunt vulgus, ut pellitus vestitus Adamus fuerit ad instar eorum qui opus metallicum faciunt. Maior emphasis orationis huius (orbi vi metallo datur) & quidem ex iure civili no-

stro. Fuit hac sententia qua damnatus Adamus post peccatum. In laboribus comedes ex terra omnibus diebus vitæ tuæ; in sudore vultus tui comedes panem donec revertaris in terram. Que exstat Genesios tertio. Et hec damnatorum in metallum poena ut perpetuo ei operi seruiant, neque enim temporalis illa fuit. l. capitalium. 17. S. Dime. ff. de poenit. Dare metallo, & dare in metallo: apud Aulobores iuris, est poena metalli afficere, ut in eo toto vita tempore opus fiat: sic & hic dare orbi, in poenam peccati & prauaricationis, ad opus perpetuum in orbe faciendum damnare.

Sed arcana ista nec omnium nosse.] Per arcana: nam & super ea generatione hominis, prohibitione esum ex arbore, damnatione denique propter esum, multa quæ solent qua nec capere omnes possunt nec soluere. Pleraque à Diuo Augustino diuisa libro decimoquarto de ciuitate Dei; plura à Diuo Ambrosio libro singulari de paradiso; plurima à Diuo Barthelemy Syro episcopo in Bebraim libro eiuam singulari de paradiso.

cedo iam de vestro.] De Authoribus vestri, ex quo tradiderint vestrum vsum cepisse. si non placet quod sacra litera testantur, statim à creatione Adams, & post peccatum nuditatem pudori fuisse.

Minerua maluitis.] Lanificij inuencio Minerua tributa, ex quo & Minerua pro stamine quod Arnobius libro quinto scribit usurpata, ut & apud Virgilium hoc versu, qui exstat octavo Aeneidos.

Qui tolerate colb vitam tenuique Minerua. deglubasse ouiculam.] Deglubere, vulgo dicitur, non: deglubare. fideo alij: delibasse, alij: deibrasse, legunt, neutra voce huius loco satis respondente. Malum, deglubasse. Verbum est à Paulo Iureconsulto usurpatum in l. cadere. 5. ff. arb. sur. ces. pro eo quod est glabra reddere, & glabra ones quibus euulsa est lana. Plautus Trinummo.

„ Oues scabræ sunt, tam glabræ hem! quam hæc est manus.

Antiquus mos iste ut vellerentur oves non tonderentur, quem adhuc suo tempore durasse multis locis, Plinius auctor est libri octauo capite quadragesimo octauo. Et hoc ipsum est deglubare. Quamquam deglubasse, pro: deglubisse, à Tertulliano scribi potuit, ut ebullare, pro: ebullire, educare, pro: educere, supra.

aut quis Tarentum.] Retimeo: quis, pro: quibus. Sic enim & scripsisse & extulisse veteres Augustinus tradit in sua Grammatica.

sed quoniam & arbuta vestiunt. Ed speilat Virgilij versu libro secundo Georgicon.

„ Quid nemora Aethiopum molli canentia lana.

De xylis sue gossipio intelligendus uterque locus, quam in superiore Aegypti parte nasci fruticem, ex cuius fructu lanugo, refert Plinius libri decimo nono capite primo. Aduertere lector, fruticem dixit Plinius quod arbutum Tertullianus. Falluntur qui Græcos id genus lanigera arboris ignorasse putant, quando sit verosimile de eo sensisse Theo-

phrastum libri quarti capite nono: quod pridem ab cruditijs. Viro Jacobo Dalcampio notatum est. Iam in Cypro & Creta, & Sicilia insulata frequens arbor & strabus, ut nihil vilius; laniam vulgus appellat. Refert & Strabo libro tertio, apud nonam Caribagium arborem nasci, qua è spina corticem emittit, inde pulcherrima tela efficiantur.

& lini herbida.] Alia sunt eiusdem generis cum lino que per aliquot dies aqua macerata apta sunt telu texendæ. Omnia lini nomine venire apud Plinium & Aulobores ceteros putantur.

tunicam pangere & serere.] Gossipia panguntur, id est plantantur, lino, canabæ, cetera id genus seruntur, & ex his omnibus tunica.

nam & de mati vellera.] Jsbic hæreo. Nam quod Plinius libri nono capite trigesimo quinto, scribit non sicut fuisse hominibus de periculis mari vesca, nisi & vestirentur: ad margaritas pertinet, non ad illa vellera. Athenæus quidem, ex Theophrasti libro septimo de plantis, memorat bulborum genus quoddam lanigerum in oris marinis nasci, lana sub primis iunice conferta, ex qua vestes conficiantur: sed id nihil æquè ad Tertullianum, qui conharum id opus esse de quo scribit, & ex quo vestes fiant, annuit. Multos & pinnae ex conharum genere depinxit Gesnerus, qua byssum ferant: ac pretiosissima olim byssina vestimenta. An de his Aulobis serjerit, nihil statuo.

Proctus haud latet bombycem.] De bombyce Terme pluribus Plinius, que ab alio notata sunt. Ex eo stamina lomycina que à sericis distare pleriq. arbitrantur. Certè illa distinxit Plinius l. vestis. 23. ff. de auro & arg. leg. nec desunt Aulobores quibus hac differentia probetur, ut bombyx sit vermium opus, sericum vellus quod circa folia arborum nascatur, & aquarum frequenter aspergine vile fiat textura. Planè est ut adducar in eam sententiam, non differre bombycinum à serico. Moucor Pollucis auctoritate, qui à Vermibus texture sua colligere Seras populos libro septimo scribit, quod ipsum & Pifidas in carmine de mundi opificio notauit his versibus:

„ ποῖος δὲ κελὶ σκᾶλινε Σερικῶν νόμος
„ πέρι δὲ τὸ λαμπρόκλασα νίμα το πλέκειν.

Moucor multo magis eo quod Pausanius de Seribus Vermibus tradit, non dissimile ab eo quod Tertullianus hoc loco de bombyce. Sic ille ut reddidit Romulus Amazæus. Fila quæ ad texturam usurpant Seres, nulla ex stirpe sunt, nascuntur in eorum terra vermes quos Seras Græci, ipsi longè alio appellant nomine (eo sorte quo noster hic Aulobor bombyces) magnitudine, id est, insectum magni scarabæi, cætera aranae simillimum. Hoc Seres accuratè nutriunt, cellas illi cum æstiuas tum hybernas fabricantes; pedibus (habet autem octo quot & aranea) sub arboribus textile opus facit. Annos ferè quatuor panico alitur, quinto demum (neque enim longior ei conungit vita) viridem apponunt arundinem, quo pabulo bestiola illa maximè delectatur; eo satur sagina rumpitur, & educunt inde è visceribus plura staminum volumina. Postrema hæc sic habent in Græco, κελὶ ἀποδενόντος ἕτω τὸ πλὴν ἂν ἀπεδέδοντος δέρισσας ἐνδον: que ad verbum translata id Latine sonant, & mortua ea, multum conuoluti staminis intus reperitunt. Vide lector & confer cum iis Tertulliani ut à Turnebo emendata sunt. Perinde si necaueris, animata iam stamina

stamina euolues. Obijcietur Virgilij versus qui hunc sensum quæ de Gossipio supra interpretati sumus.

Velleraque in foliis depectunt tenuia Seres.

Item & alij Claudiani non multum dissimili:

„ Stamine quod molli tondent de stipite Seres. Obijcietur denique quod Arrianus Marcellinus libro vigesimo tertio de Vellere, ex quo sericum conficitur; arborum setum esse, qui aquarum crebris asperginibus molliatur. Respondet ego, idem de bombyce Coscriptum à Plinio libro undecimo capite vigesimo tertio, nasci ex arborum flore imbribus decusso, & terra halitu animato, pedum asperitate radere foliorum laniginem in vellera, mox cogere & subigere inguuium carminatione, tum trahere inter ramos, tenuare ceu pectini: postremò eorum cepa lanificia humore lentescere, mox in fila tenuari iuncea suo. In summa non video cur ea que ex frondibus percipi dicuntur vellera, Vermibus tribui non possint, ut idem cum bombycino sericum intelligatur.

Quarum pars gentilitus.] Apud quasdam gentes, apud quosdam populos.

Pars verò passiuus.] Passim & apud omnes, quod est promiscuum. Sic Apuleius passiuam congeriem dixit libro sexto; sic Iulius Firmicus passiuam Venetam, publicam & promiscuam. Hieronymus in caput decimum sextum Ezechielii passiuam libidinem, & in caput decimum Mathæi passiuam interpretationem, qua communis & vulgaris est. Quamquam Africanorum scripturam peculiare id eosensu vocabulum videri potest, ita eo frequenter videntur. Ceterum & hic Plautina imitatio in fingendis adverbis.

est Græcum magis.] Apud Græcos magis frequentatum.

ipse qui Græcos pellendos.] Duos hic Catones nobis ingerunt, Maiorem & Vticensem: quorum ille Græcos oderit, hic isdem sauerit. De vno sensisse Auloborem verba ipsa comprobant: de Maiore scilicet, quem Cicero in eo libro quem de eius nomine inscripsit, senem literas Græcas didicisse tradit, quod ipsum in eius vita Plutarchus. Id vel iuridice facta mentio arguit, qua iurisdictionem significat, & iurisdictione magistratum. Nobili quippe Cato ille Maior cum consulatu, tum maxime censura, ex quo & censorij nomen meruit. Hieronymus in epistola (qui locum hunc illustrat maxime, de eo ipso; Qui extrema ætate Græcas literas nec erubuit censor, nec desperauit senex discere.

Quid nunc si est Romanitas omnis alia] Valde corruptus hic locus, & ab alio quidem pro parte restitutus: sed verba suo loco mota, ita restituenda. Quid nunc, si est Romanitas omnis alia, nec vestis tamen? At non ita estis, admodum Græci estis. Hoc sensu. Quid reprehensione dignum est in nobis, si præter vestem omnia ex instituto Romanorum geramus? Contra facit vobis, qui in omnibus præterquam in veste Græcos imitamini.

unde gentium.] Græci esse illa vitia, quibus maxime dediti sunt Carthaginienses, probat exemplum athleticæ, quam à Græcis profuuisse Horatius indicat his versibus:

„ Ve primum postis nugari Græcia bellis
„ Cæpit, & in vitium fortuna labiet æqua,
„ Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum, malè senescencia.] Non senescencia, quibus non abstinetur licet inutilia sint. Sic apud eundem Horatium id accipitur:

Qui malè parentem in rupes detruit asellum.

& id apud Virgilium:
Heu malè tum mites defendet pampinus uvas.

Lutea vnctio.] Ceroma intelligit, quo palestræ & athlete utebantur. Seneca in epistola: Acque iudicatores & totam oleo & luto constantem scientiam expello, existis studiis liberalibus. Ceroma ex oleo & terra de luto imitatur, ex quo & lutei qui eo vncti sunt, Martialis libro undecimo:

„ Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus. Idem libro Apophoretorum altero:

„ Ne luter immundum nitidos ceromâ capillos,

„ Hac poteris madidas condere pelle domas: & puluere volutatio.] Hoc etiam Athletarum proprium, ut post ceromatis vnctionem, in puluere volutarentur, & eos aspergerentur. Primumque morem Statius notauit.

„ Postquæ oleo gaulica curis, petit æquor uterq;

„ Procutia medium, atque haulta vestitur arena:

„ Tum madidos artus alteqno puluere siccant.

Seneca in epistola: Torum athletarum fatum illo die mihi perpetiendum fuit, à cetomate nos aphe exceptit, quod postea aperit explicans, siquidem obscurum scriptum erat: Duo (inquit) in comoda inter se contraria simul pertulimus; quia eadem die, eadem via, & luto & puluere laborauimus.

Et arida faginat.] Χηροφάγια vno verbo Græci dicitur, quod ut Latinum Castianus usurpauit non in loco, sed & ipse Tertullianus in quo versatur; pro esu ciborum aridorum. Galeni libro de saluari diæta præceptum est, cauendum athletis ne post exercitationem bibant. Quin etiam eorum antiquum cibum & dictum fuisse caricas, id est, aridas ficus, Plinius docet libri vigesimo tertij capite septimo.

unde apud aliquos Numidas.] Numidarum regio Carthagini vicina, equitatu plurimum valuit; quod & Appianus & Plutarchus tradunt. Mauros vocat Strabo, & de his hoc ipsum cum magna parte incertis vagantur sedibus, prominentes capillos circinnis exornasse; idem post molles facti, Græcorum more eosdem rasisse, rotandisse, ac emulsisse dicuntur.

tam rapax ab ala refina.] Executiendorum pilorum ratio per ἰλιότορα (sic enim vocant medici quibus ad eam rem vniuntur pharmaca) & inter ἰλιότορα refina non potestremus locus. Plinius, Pudet fatèri maximum honorem eius (de refina loquitur) in enellendis corpori viroreum pilis. Martialis libro tertio de pilu Gargilianis.

„ -- nam certè non potes illos.

„ Refina, veneto nec refecare luto.

Marum quod & alarum pilos enellerent, qua maxime parte cõpici non sunt. Notat hic Tertullianus, notat Iuuenalis Satyra undecima.

--- vellendas præbuit alas.

Et iterum Satyra decima quarta.

--- grandes miretur Lælius alas.

Qui id præstant Alipili dicit Seneca in epistola. Alipilum (inquit) cogita, tenuem & stridulam vocem exprimentem, nec vnquam tacentem nisi cum vellet alas.

tam furax à mento vofella.] Vbi pflotris vii comode non licuit, vofellu factus est locum: in mento maxime ad canos euellendos. Martialis.

--- Purgentq; seque cana menta vofella.

Id molles & delicati faciebant, de quibus apud Varro nem proverbium, vofellis pugnant non gladijs. Ea sunt que Græci, τριχολόβια & μαδισήρια vocant, Galli, pinctetes, pridem enim & in Galliam vsque processerunt

Græcorum delicia. Mulieribus vsui sunt ad superciliorum...

Ar ita me volfellæ, pecten, speculam, calami-

strum meum

Bene me amassint, &c.

illius est hæc tota res Asia. Plinius libro trigesimo...

Quid tibi Libya & Europa. Libye nomine Car-

Quale est Græcæ de palari. Fel. ea que præce-

habitu transfere. Probro d. batut vsus palli, quid

conferuendo fidem tempori. Debet supplere. Nam

naturam itaque concussit. Primum exemplum na-

patiens iam vstriculas. Scio quid de vstriculis alij

iam virum alicuius clanculo functus. Iam exper-

corruptum: ut de muliere nomine traditur in l. quarebatur,

Fortè erat in thalamo virgo regalis eodem;

Hæc illum stupro comperit esse virum.

Stolam fundere. Regiè vsus appellatione sola hoc loco,

ceterum si post incentiuum. Incentiuum nunc

Potuisse & nubere. ut femina. Nam femina nu-

de viro femina. Cum inter filias Lxomedii regis

alter aduersus naturam. De viro in feminam.

alter aduersus salutem. De femina in virum, que

Tuipius adhuc. Alterum exemplum est mutata cura

Lydiæ clanculariæ. Cum qua clam consuebat. Sic

vt Hercules in Omphale. Iuicissim habitu muta-

coronam forsitan fuerent. Sagitte scilicet, hydræ

Frontem lutilibus tuber coronis.

Ornenti que rosis tempora futilibus.

balsamo aut telino spero factum. Sic emendauit

Delinum an Telinum legas, idem sensus fuerit. Sed ego, Delinum

stiria

stiria leonina. Quid si stira, legamus, pro: stiria?

hiatus. Orii leonis.

inter antias. Anteriores capillos Omphales. Hac voce

Nemæa certè. In qua slyna occisus ab Hercule in

quæ qualis Hercules in serico. Nō vide cur pro serico,

Hunc qui super herico,

quem curus inflatum vehit.

Omphale in Herculis scorto. Quid si spolio,

Sed qui ante Tyrinthium accesserat. Exemplum

quæ ante Tyrinthium cesserat, diuiso verbo, ante-

cum incredibili mutatu de masculino fluxisset

Certe supra fidem mutata illa; & pugile cinædus,

Cinædi proprio epitheto fluxi. Martialis libro quinto:

Spadone cum sis cuirator fluxo.

Fluxi autem qui molles & effeminati. Seneca Rhetor

Intercutem cæsus, & vltra. Intercurtum malo,

Cædimus, inque vicè præbemus crura sagittis.

Qui quondam ruber & valens, solebam

Fures cædere quamlibet valentes.

Petus glossarium Percifus; pædicatus, πατιπ-

Sicut vestigia cæstum viria occupauit. Vera

hæc lectio, quam alij variè interparant. Pertinet ad mu-

quæ viria armillus esse quibus viri, viriolas

quæ virias quæ manum non materiali auro onera-

ita & endromidis solo cem aliqua multitia syn-

thethi extruxit. Prior editio pro: extruxit, habebat,

extruxit, utiosè, ac sine vilo sensu. Certè vel, extruxit,

gendum; vel (quod verius puto) exclusit. Nam quod hîc

dicuntur, ita est accipiendum vt istud in epistola Valeriani

Imperatoris apud Papiſcum: Vestis noua veterem ve-

stem excludat. Quippe id Tertullianus Cleomachum, ex

pugile cinædum, non modo cæstum commutasse viriis, sed

endromidem multitia veste.

endromidis solocem. Endromis genus amicali vel

straguli potius, quo pugiles & athleta post certamen

Dona, peregrinam mittimus Endromidem. Seu lentum ceroma teris, crepidumve trigona, Seu harpasta manu puluerentula legis, Plumea seu laxi partiris pondera follis, Sive leuem curiu vincere quaris Atam: Ne madidos intret penetrabile frigus in artus, Neve grauis subita te premat Iris aqua. Ridebis ventos hoc munere reclus, & imbres; Nec sic in Tyria syndone tutus eris. aliqua multicia synthesi.] Multicia dicitur vestimenta tenuia, qualia serica sunt, quod multis filis constens pra tenuitate: polymita Martialis vocauit.] In hac voce Inuenialis satyra secunda;

„-- cum tu multicia sumas. Et iterum satyra undecima; „ Humida suspectis referens vestigia rugis. Inde cu appositio multicia tunica apud Popsicum in Aureliano, tunicas viriles multicias decem. Et hoc loco, multicia synthesis, pro quaui veste tenui. Quid si synthetis pro veste non accipiamus, sed pro capsula, pro armario in quo silent vestes composita haberi? Gallis Garderobes, non alienum erit a proposito significatum, ut dicitur Cleomachus extrussisse solocem endromidam aliquam multicia, & extrussisse synthetis, non synthetis veste, sed synthetis vestium. Hoc magis conueniet si pro: extrulit, legamus: exclusit, ut ex Popsico supra vel notanimus vel emendauimus. Synthetis autem ut capsam seu vestiarium significet, constat ex lege Titia. 38. S. Sempronio. ff. de auro & arg. leg. quod & nos alias docuimus.

Physiconem & Sardanapalum.] Quartum exemplum mutatæ cum habitu naturæ de Physicone, Sardanapalo, Nerone, Vitellio, quorum historia alijs diligenter tractauerunt.

Et quidem sub Nerone.] Duos hu verbis perstringi arbitror, Nerone scilicet, & Nerone posteriore aliquem. Nam hoc sub Nerone, quid aliud quam post Nerone? Vitellium certe, cui iam ab adolescentia ab impuritate & molliorem spiritum cognomen inditum Suetonius tradidit.

mutandis indubiis.] mutandis vestibus. Indubiis, pro: induiis, dictum frequenter apud veteres mutatione u consonantis in b. Et exuuiæ ab exuendo, sic induuiæ ab induendo. Plautus in Menachmis ubi de palla muliebri veste: Induuiæ tuæ atque vxoris exuuiæ rosa. Id autem Tertullianus annuit, mutandis vestibus causam præstare, non modo libidinem & animi molliem, ut in Achille, Hercule, Cleomacho, Physicone, Sardanapalo, Vitellio: sed & vanam gloriam, ut in Alexandro Macedone, Aristippo, Empedocle, de quibus postea.

etiam vito saluo.] Prior editio habuit, vito saluo, quam lectionem magis probandam monui iam breuium criticarum libro altero. Id enim significatur, esse quæquam naturam non mutant, & viri permanent, muliebribus tamen indumentis vsantur. Vir à virtute, & viri proprie, qui fortes ac constantes, & si dicere liceat virtuosus. Sic exaudiendum istud Horatii Epodon ode decima quinta;

„ Si quid in Flacco viti est. Et istud Iustini libro primo ubi de Sardanapalo; Se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus vitum: tum hoc Ciceronis Philippica secunda; Quod non fecisti ignosco, vitum res ista postulabat. Denique Onidij aliud libro de Arte amandi, „ Cætera lasciuæ faciunt concedere puellæ, „ Et si quis malè vit querit habere virum. magnam Regem.] Alexandrum, de quo id ipsum

quod Tertullianus & Athenæus refert libro duodecimo: Αλέξανδρος ὁ ἄσπις ἐκυρίβισεν περὶ τῆς ἐχθρῆς σολῆς. quod est, Alexander Asia deuicta Persica vltus est stola. Iustinus expressit apertius libro duodecimo. Post hæc (ait) Alexander habitum regum Persarum & diadema insoluit antea regibus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, assumpsit.

triumphalem cataphractem.] Cataphractæ seu cataphractæ, omnis armatura, qua & milites & milites equi operiuntur. Proprie tamen pectoris tegumentum, id est, thorax. Vegetius libri primi capite decimo. Ab Imperatore postulat primò cataphractas, deinde cassides deponere. Atque hic quidem dicitur Alexander cum thoracem quo indutus de Mædæ ac Persis triumphum egerat, commutasse illa veste, qua induti erant de quibus captis triumphabat.

in captiua Sarabara.] Sic captiuam vestem Virgilius dixit.

„ crateresque auro solidi, captiuæque vestis. Sic captiuam cruorem Cornelius Tacitus, ubi de Druidis Annalium libro decimo quarta. Nam cruore captiuo adolere aras, & fibris hominum consulere deos fas habebant. Est autem Sarabara vestis fluxa, qua Persarum primitus induebantur. Quamquam saraballam, non sarabaram dici, Dinius Hieronymus commentario in Danielem auctor est. Atqui eundem Danielem lacuna exprimens idem Tertullianus libro de anima, denuò sarabaram vocauit; & libro de Resurrectione sarabara, neutro genere plurali, Chaldaicam esse dictionem voluit, quam tamen Græci Bibliorum interpretes retinuerunt. Sic illi Danielem locum de quo diximus, capite tertio: ἡδὴ τὸ σαραβάρων ἀντὶ τῶν οὐκ ἠλλοιώθη. sed & in ea voce variant exemplaria, quædam enim (quod Hieronymo placuisse notauimus) habent τὸ σαραβάρων. Vestem fuisse non brachias (ut vulgò credunt) hæc Iustini indicant ubi de Alexandro, Post illa quæ retulimus: quæ ne inuidiosius in se vno conspicerentur, amicos quoque longam vestem auream purpureamque lumere iubet, ut luxum quoque sicuti cultum imitaretur Persarum. Luxum, in auro & purpura; habitus, sine cultus, in sarabara; quæ longa vestis. Sed hæc alia Valerij Maximi apertius, ubi de ipso Alexandro, libri noni capite sexto: Tædio morum & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica assumpsit.

pectus scammatarum signaculis disculptum.] Antequam thoraces ex ære fundarentur, aut ex ferro cuderentur, suis motu ferreas laminas lente aut pellibus asuere, qua positione sua plumas & scammata referrent: quod cum ex Salustio notum est, tum ex hac cataphracti equi descriptione apud Virgilius;

„ quem pellis habentis „ In plumam scammis, auroque inserta tegebat. Et illa altera cataphracti militum apud eundem; qui „ rutilum thoraca indutus, habentis „ Horrebat scammis. Inde scammotus thorax apud Prudentium in Hamartignia; & scammatus apud Dionem. Atque hoc est quod Tertullianus fingit, scammata pectori Alexandri insculptas sine inscriptis, ex Thoracis quotidiano vsu ac pondere. Placet enim proprio significatu pectus hic accipi, non translaticè pro thorace; quod contra vulgarem opinionem sequentibus probabimus.

textu pellucido tegendo nudauit.] Sic interpretor, tegendo

tegendo pectus nudauit. Nèpè cum texisset textu pellucido, id est, serica veste, cuius textura ita tenuis, ut per eam corporis vitia pateret aquæ, ac nudum corpus fuisset. Huius interpretationi habet assertorem Senecam libro de Beneficijs septimo: Video sericas vestes, si vestes dicenda sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit, quibus sumptis parum liquidò mulier nudam se non esse iurabit. Hæc & alterum Senecam libro secundo controuersiarum: Infelicès ancillarum greges laborant ut adultera tenui veste perspicua sit. Hæc Iustinum libro trigesimo octauo, ubi de Physicone Ptolemao eodem ipso quem Tertullianus paulò ante perstringit: Quam fœditatem (obest ventris scilicet) nimia subtilitas, & perlucida vestis augebat, prorsus quasi actu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda erant. Hæc denique Hieronymus libro aduersus Iulianum: Ingreduuntur expolitæ libidinum victimæ & tenuitate vestium nudæ; impudicis oculis ingeruntur. Et in epistola, hoc loco; Talia vestimenta parentur, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. Item illo alio ubi de Marcella; Talibus via est vestibus quibus atceret frigus, non membra nudaret.

ut mollius ventitante serico.] serica veste seu medica: nam olim & sericam vestem, medicam dictam esse scribit Procopius libro primo de bello Persico. Atqui longè alia causa mortis Alexandri: quas tu vide apud Plutarchum, Iustinum, Arrianum, apud quos eius rei diuersa sententia.

audio enim & in purpura philosophatum.] Haud dubiè tacito nomine perstringitur Aristippus, de cuius luxu tum in vestibus tum in comestationibus, plura ex Cicerone & Diogene Laërtio colligunt. Faceta Cynici Diogenis ob eam rem obiurgatio, & ad obiurgationem responsio apud Horatium:

„ Si pranderet olus patienter regibus vti „ Nolle Aristippus: si sciret regibus vti „ Non pranderet olus qui me notat. Quid verò mirum luxui deditum eum, qui voluptatem finem vita ac summum bonum stauerit?

Si philosophatus in purpura.] Sic lege, ac plenum sensum consequeris. Si philosophatus in purpura, cur non & in baxea tyria calcet? baxea, pro: baxa, pridem substituit Turnebus. Opportunè, est enim calceus philosophicus, & ut ex Apuleio libro secundo de asino constat, plurimum ligneus. Atque inde est quod hic significatur, philosophum purpurea veste indutum, & purpureis calceis vti debuisset. Tyria baxea purpurea est, quoniam optima qua in Tyro purpura.

atqui alius & sericatus & crepidam aratus] Empedocles ille est, Arigætinus Philosophus, quem serica veste, & calceis aratus vsus, Alianus scribit libro duodecimo varia historia capite trigesimo secundo.

Quod si iam tunc de dolio latraret] Dolio, pro: domo, vsus Diogenes de Laërtius in eius vita scribit. Et notat Horatius his verbis.

„-- dolia nuda „ Non ardent Cynici: si frigeris altera fiet „ Cras domus.

Idem quod in vitia liberè inuolueretur canis ab ipso Platone dictus. Eò id spectat nostrum, si de dolio latraret.

non canulentis pedibus.] sensus est: si Diogenes eo tempore vixisset, ibique locorum egisset ubi agebat Empedocles, cum aratus id est, aratis crepidis calcetatus incederet, non ciues modo thorum canulentis pedibus insul-

tando commaculasset, ut Platonis olim commaculauerat, sed totum Empedoclem in cloacam detrusisset. Canstabit sensus ille perspicue si sic legas non canulentis pedibus thorum (ut Platonis ferunt) sed totum Empedoclem, &c. De Empedocle Di thoros Platonis conculcauerit, Laërtius. Sed & Dinius Hieronymus libro secundo aduersus Iulianum: Et ipse Plato cum esset diues, & thoros eius lutatis pedibus Diogenes conculcasset.

in adyta Cloacinarum.] Adyta secretiora loca templorum, & Cloacinæ sacerdotes qua Cloacina Dea seruiunt. Hanc Deam ridiculi causa sepe Gentilibus obijciunt Christiani, fertur ei consecrata ades à Tito Tatiano inuenta in magna cloaca simulachro Deæ, cuius nomen ignorabatur. Auctor Lactantius libro de falsa religione primo, capite duodecimo.

Qui se cælitum deliratar.] Nota quæ de Empedocle historia, qui, ut ab Horatio reglarum est.

„-- Deus immortalis haberi „ Dum cupit, ardentem feruidus Æthnam, Insluit.

Notant Tatianus oratione aduersus Græcos: Empedocles arrogantiam Æthnæ crateres in Sicilia coarquant, quod cum homo esset, Deum se ab hominibus credi falsò moliretur.

Qui de natura & modestia transferunt.] Qui vestibus vitatur à sexu suo, vel à dignitate & professione alienis. A sexu (& hæc natura) ut Achilles, Hercules, Cleomachus, Physicon, Sardanapalus, Nero, Vitellius. A dignitate (& hæc modestia) ut Alexander, Aristippus, Empedocles.

& acie figere, & digito destinare, & nutu tradere.] Digni qui derideantur: hæc enim prouerbialiter usurpata ad rem eandem significandam; acie figere, quod est, intentis oculis spectare; digito destinare sive demonstrare, & nutu tradere, aut serè nutu tradere.

si quis mænadrico fluxu.] Feliciter coniecit Pamelius pro: mænadrico, legendum, mænadrico. Sed & ego pro: fluxu, reponi velim, flexu; ut significetur vestis Mæandri fluminis flexuosa modo. Fix apud Authores mæandri facta mentio, quin & flexus fuerit. Mæander Solino undis flexuosus, Plinio flexibus sinuosus. Denique quasi synonyma hæc coniunguntur, mæandri & flexiones. Cicero in Pisone: Quos tu mæandros, quæ diuerticula flexionisque. Prudentius.

„ Qui mille per mæandros: Fraudæque flexuosas.

Quid pluralè mæandrum genus pictura apud Festum, dictum à similitudine flexus amnis, qui appellatur mæandrus.

cenforiæ intentionis episcinio disperso.] Remissa censorum seueritate. Επισκίνιον supercilium, & supercilium pro seueritate usurpatum. In summa quod hic cenforiæ intentionis supercilium, paucioribus verbis censorium supercilium Seneca, & Valerius Maximus, censorium stylum, Cicero 3 cenforiam virgulam, Fabius Quintilianus dixit.

Quantum denotari passioitas offert.] Et supra passioitas idem est quod passim & promiscuè, sic passioitas hoc loco idem quod promiscuus vsus. Id autem significatur, remissa censorum seueritate, aut, si mauis, imminuta censorum auctoritate, communem vsus vestium factum esse, ut multis in ijs reprehendi possent. Et de tamè ne contra uoluerit Auctor, indulgètia censorum communibus factis qua propria esse debebant, reprehensionem locum sublatum

sublatum esse. Hanc sensum conueniens si pro: offert, leges, aufert.

Libertinos in equestibus] Hoc & que proxime sequuntur ex historia turis Romani. Libertini olim ab honoribus & magistratibus submoti: & submoti quidem primam lege Censoria, tum lege Visellia, cuius hac summa. Et tunc criminali teneri eos libertinos, qui que ingenuorum essent circa honores & dignitates assentare audebant. Cuius legis mentio facta cum lege unica, l. ad leg. Viselliam, tum l. i. C. quando civilis actio criminali praeiudicat. Lata est imperante Claudio, Cethego & Parone Visellio consulibus, anno ab urbe condita septingentesimo septuagesimo sexto, ut verosimile sit ad eam spectare quod Suetonius in vita Claudij scribit, libertinos qui se pro equitibus Romanis agerent, eam publicasse. Sed legi adiectum temperamentum, nisi aut natalibus restituti, aut ius auroreum anulorum consequuti essent. Virumque beneficium a principibus collatum, nec passim tamem, nec temere. Probatur ex eo quod idem Suetonius de Visellio scribit: Primo Imperij die aureis donauit annulis (Asiaticum scilicet libertum) super cœnam, cum manē rogantibus pro eo cunctis, deestatus esset seuerissimē talem equestris ordinis maculatam. Atque hinc illa populū indignatio aduersus Mœnam Pompeij libertum inter equites sedentem, que ab Horatio expressa est Ode quarta libri Epodon.

- „ Sectos flagellis hic triumphalibus,
- „ Præconis ad fastidium:
- „ Arat Faleini mille fundi iugera,
- „ Et Appiani mannis cecit,
- „ Sed libilisque, magnus imprimis eques,
- „ Othone contempto scēat.

Ex hoc postremo, Othone contempto, coniecturam duco tale aliquid lege Roscia quod lege Visellia constitutum, ne libertini ad equestrem ordinem aliumve honorem promoueri possent. Sed hoc suo tempore vulgare fuisse Tertullianus notat, ut promouerentur; ac ditionibus suo etiam concessum Arnobius testatur. Quamquam post Tertullianum aratem, nec ita multo post, reducta lex Visellia, vel potius antiqua illa Censoria. Sic enim de Alexandro Seneca Lampidius: Libertinos numquam in equestri locum redegit, afferens seminarium senatorum equitum locum esse. Nouissimē, & quidem sub Justiniano Imperatore, passiuitas illa de qua Tertullianus queritur aucta est, cum nullo beneficio principis indigne libertinos voluerit, quo magis ad honores eueheretur. Exstat eius que ad hanc rem facit constitutio inter Nouellæ ordine octuagesima octaua.

Subuerbustus in liberalibus.] Subuerbustus uerbis uetus Festo, id est, στυμαρτικός; stigmaticus, ut Cicero; stigmatus, ut Plinius loquutus est. Res sic habet. Fuit in more positum apud veteres ut fugitiuus seruos inuictis cicatricibus notarent, ex quibus cognosci possent, quod stigmaticus l. i. ff. de fugitiuis. & ea maxime parte corporis notarent, qua consuetudine esset omnibus; nempe in fronte. Martialis libro octauo:

„ Proscriptum famulus seruauit fronte notatus.

Ac de his seruis ita constitutum lege Alia Sentia; si quando manu missi essent, iustam libertatem non consequi, sed deditiorum numero ac iure censeri. Patet id ex Pliniano libro primo regularum: Dedititij sunt (ait) qui causa pœnæ vinciti sunt à domino, quibusve stigmata scripta sunt. Sed apertius ex Theophrasto Instit. de libertinis, ubi de iis qui iustam libertatem ex manu-

misione non consequuntur: οὐδὲν ἐὼν δὲ τὴν ἀξιομαρτυρίαν ἀπέχουσα κατὰ τὴν μετὰ τὸν; ut si quis ob delictum notis compunctus fuerit. Hoc ius mutatum Tertullianus notat, cum subuerbustus in liberalibus haberi scribit. Et quidem à Constantino prohibitum, ne quis fronte notaretur, ne ad celestem imaginis formam figurata hominis facies macularetur. l. si quis. C. de pœnis. Aliis partibus corporis notis inuiri, etiam citra delictum probatum fabricensibus in brachijs, l. 3. C. de fabricensibus, l. xi. aquaductu custodibus in manibus, l. decernimus. 10. C. de aquaductibus. lib. xi. tyrannibus qui ad militiam deligebantur, eque in manibus, quod de iis Vegetius scribit libro secundo. Sed ij ad hunc locum in quo versamur non pertinent, quem de seruis fugitiuis, aut alia ex causa sero inuictis accipiendum diximus.

dedititios in ingenuis.] Tres hominum differentie iure civili Romanorum præsertim sunt; ut vel ingenui, vel serui, vel inter utrosque medijs libertini dicantur, qui cum serui essent, manu missi sunt. l. c. seruorum. §. ff. de statu hominum. Libertinorum rursus due species, ut sunt quæ iustam libertatem consequuntur, & qui manu missi vinculo quedam seruitutis attinentur, ut Cornelius Tacitus loquutus est libro decimo tertio. Horum denique alij qui iure coloniarum Latinorum censentur, ex lege Iunia Norbana, & ij Latini: alij qui hostibus qui se deditisset auerentur, ex lege Alia Sentia; & ij Dedititij appellati. Ex hoc numero subuerbustus, de quibus proxime dictum est; item qui à domino pœnæ causa vinciti, qui propter noxam torti & nocentes inuenti sunt, qui in custodiam coniecti, qui traditi ut serui, vel cum bestijs pugnant, deinde quodammodo manu missi sunt. Omnes illos non dignos iustam libertatem ex qua ciuitatem consequerentur, veteres existimauerunt, ut nec testamenti quidem factum illi concederent. Hoc ita mutatum Tertullianus annuit, ut non modo iustam libertatem consequantur, cuiusque fiant; sed ingenuorum etiam privilegium omnibus gaudeant. Certe iam olim dedititiorum nomen obsolescisse Iustinianus tradidit Instit. de ingenuis, & ne in posterum ulla huiusmodi libertatis mentio fieret casu. l. unica. C. de dedititijs liber. tol.

rupices in vrbis.] Rupices dicit rusticos, quod ex iis qui ruri agunt omnium sint rusticissimi qui in rupibus habitant; montanum vulgus Iuuenali Sat. 2. a.

- „ --- populus modò victor, & illud
 - „ Montanum positus audiret vulgus aratris.
- Romana ciuitas diuisa olim in tribus vrbis & rusticas ac rusticæ laudatissima, eorum qui rura haberent & colerent; vrbis minus probate, in quas transferri ignominia esset desidia probro. Id iam fieri ut rustici vrbis novum delicias confectarentur notat Tertullianus, quod & ante Horatius.

„ Indoctus quid enim saperet, liberque laborū
„ Rusticus vrbano confusus.

Et Iuuenali Satyra tertia;
„ Rusticus ille tuus sumit ricidinna Quirine,
„ Et ceromatico fert niceteria collo.

Scurtas in forensibus.] Scurtas (que dicitur est in reprehendendo libertas) ab Oratore alienam esse Fabius libro sexto Institutionū, & M. Tullius libro secundo de Oratore scribit. Hoc amplius Horatius, etiam ab amico: id enim annuit his versibus,
„ --- metues, liberrime Lolli,

„ Scurtantis speciem præbere, professus amicū.
Ita familiarem factam esse Tertullianus notat, ut nec in foro quidem, ab iis qui seruis causas agerent prætermittetur. pagani

pagani in militaribus.] Et hæc apud Romanos ciuili differentia; ut alij pagani, alij milites essent, quorum longè diuersa iura. Pagani in genere dicti qui milites non essent. Eam differentiam non Iureconsulti tantum seruauerunt, quod constat ex l. tractabatur. 14. ff. de milit. test. & alij plerique loci, sed & Authores ceteri. Sic accipiendum quod Iuuenalis scribit Satyra postrema, quod ad eam pertinet:

- „ --- Fallum citius producere testem.
- „ Contra paganum possis, quam vera loquentem
- „ Contra fortunam armati.

Sic quod Vegetius libri secundi capite vigesimo tertio. Si doctrina cesser armorum, nihil paganus distat à milite. Iam ita confusas esse species illas ciuium notat Ausubor hic noster, ut non dissent milites à pagani. An eo perstringitur Antoninus philosophus quem Capitolinus scribit milites togatos esse iussisse, ita ut sub eo nunquam sagati serui?

vespillo, leno, lanista.] Seuerior etiam in reprehendendo Iuuenali Satyra tertia; qua non tantum Vestium Vestium promissum, sed omnium ordinum perturbationem in magistratibus obediendū notat. Sic enim de quatuordecim ordinibus qui solū equitibus lege Roscia in theatro vacabant.

- „ --- Sedcant hinc
- „ Lenonum pueri quocumque in fornice nati,
- „ Hic plaudat nitidi præconis filius, inter
- „ Primpili cultos iuuenes, iuuenesque lanistæ.

Habes spectare.] Etiam honeste mulieres à propudioso olim habitu distinctæ, ut iniuria leuior aut nulla potius facta diceretur si que meretricia veste induta appellata esset, ut ab Pliniano editi Prætoris de iniurijs explicante, traditum est in l. item apud. 1. §. si quis virginis. ff. de iniurijs. Matronarum Vestis stola, meretricum toga. Atque eo pertinet quod hic dicitur à Cecinna Seuero impressum Senatui: Matrona in publico sine stola. Quod ex Lentuli auguris oratione in Senatu habita sic explicatur, ut pro supposito pena esset, hoc est eodem dedecore illa notaretur mulier que sine stola in publicum processisset, ac si suppositum admisisset. Cecinna Seueri meminit Cornelius Tacitus libro tertio, quo loco id ipsum notat, multa enim contra luxum mulierum reuulsi ad Senatū; cum id suaderet, ferendum non esse ut maritos in exercitum, aut in prouinciam comitarentur. sine stola.] Stola inquam propria matronarum: quod Ouidius de Arte sua scribens annuit libro tertio de Ponto,

- „ Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta ligatos
 - „ Adstringit crines, nec stola longa pedes.
- Inde stola contemptor Martialis, qui mulieres pudicas spernit, & stolatus pudor, matronali.

Lentuli Auguris consultis.] Gneus Lentulus augur, cum Publio Lentulo primū, iterum cum Marco Crasso consul fuit Augusti tempore. Eum initio pauperem, tum Augusti liberalitate diuitem factum Seneca: mox metu ad fastidium vita adactum per Tiberium, Suetonius scribit. Eum consulti quod de matronarum habitu sub eo factum est, neuter meminit.

Quæ ita se exautorasset.] Sui oblita esset, ut sine stola in publicum procederet.

pro stupro erat pœna.] An ea qua lege Iulia de adulterijs constituta; an vetus illa ut togam induere cogere- tur? Primum morem notauit Iuuenali Satyra secunda.

- „ Damnetur si vis etiam Galphurnia, talem
 - „ Non sumet damnata togam.
- Martialis liquidò expressit:

- „ Coccina famosæ donas, & ianthe: mæcham;
 - „ Vis dare quæ meruit munera, mitte togam.
- Et alio loco etiam aperit,
- „ Thelim viderat in toga spadonem,
 - „ Damnatam Numa dixit esse mæcham.
- Sic apud Horatium matronis togatæ mulieres opponuntur, id est, meretrices.

--- Quid inter
„ Est in matrona ancilla peccæsus togata.
indices custodisque dignitatis habitus.] Vulgatus est versus Homeri de Vestibus:

- „ Εἴη γὰρ ἡ τὴν τῶν φάτις ἀνδρῶν ἀνδραγαθῶν
- „ Εἰδὴν, quod Latine dicitur,
- „ Quippe homini ex his surgit bona fama decusque.

ut lenocinij factitandi impedimenta.] Ed spectat istud Horatii de habitu meretricum.

- „ --- Pone videre cili
 - „ Ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi.
- Quo planius adcantur.] Matrone olim in publico nunquam sine comitatu, in lectica etiam & sella domesticè habita, quod hic ait Tertullianus, ne à quoquam facile appellari possent: quod totum vsu Vestibus idem Horatius exprimit, qui hinc valde faciunt.

- „ Matrone præter faciunt nil cernere possis,
- „ Cætera (ni Catia est) demissa veste regentis.
- „ Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
- „ Hoc facit insanum) multæ tibi officient res,
- „ Custodes, lectica, ciniflones, parasitæ,
- „ Ad talos stola demissa, & circumdata pallio.

Iam quod factitando lenocinio illa obessent, in desuetudinem abiisse notatur, & à matronis eiersa esse quo facilius conueniri possent.

sed alius exstinguit sua lumina.] Hoc est alius in indumentis abstinet que illum decet, ut matrone de quibus proxime; alius vsu sunt que ab instituto abhorrent; ut meretricibus de quibus postea.

aspice lupas.] meretrices publicas, à quibus & lupanaria dicta, videbis matronas, hoc est, habitu matronarum insignitas. Lectica enim vsus Diocletiani constitutio indicat que est apud Sueionium; qua vsu lecticarum iis interdicitur.

ipfas quoque fridricas.] Que propudiosum Venerem exercet, quam pœculis perstrinxit Martialis,

- „ Hic vbi vir non sit ut sit adulterium.
- „ Et cum latrinarum antistes.] Que Cloacina Dea sacra præest. Cloaca etiam latrine dicitur. Præterque nominis eadem ratio. Cloaca à colluendo, latrina quasi lauatrinx à lauando.

impuro cruri.] Nam calcei crure tenuis alti apud veteres; quod cum ex Festo alij probauerint, tum ex hoc Horatij facile colligas.

- „ --- Insanus medium impedit crur;
- „ Pellibus.
- Et illo Iuuenali,
- „ --- crutisque sinistra
- „ Dimidium tegmen.

purum aut molleolum inducit calcem.] De muliere calcem omnes ex Festo; neque tamen quod ad eorum interpretationem sufficiat ut mihi videtur. De puris ne verbum quidem quisquam. Purissime calcem dicitur ut pura vestis & pura tunica; Puram Vestem pro candida dixisse veteres certissimum est. Nam Plutarchus quas ἐσθῆτος καθαρότης in Catone dixit, easdem λευκός in Pompeio vocauit. Et Seruius Virgilius interpres hoc eius emissibion quod exstat Ce-

videtis duodecimo.

putaque in veste sacerdos. de alba veste accipit. An igitur puros calceos pro candida Tertullianus dixit? Credo equidem. Albiu calceiu vsos veteres Martialis indicat;

Sordidior cæno cum sit toga, calceus autem Candidior prima sit tibi Cinna niue.

Judicat & Apuleius libro septimo Metamorphosæ; Calceus fœminis, albis illis & tenuibus, indutus. Denique albos à mulleis colore tantum differre probat id Popsius in Aureliano: Calceos mulleos, & albos, & cerceos, & ederacinos viris omnibus abstulit. Manifeste conuincit Plinius libri noni capite decimo septimo vbi de nullis piscibus nomen iis (inquit) à colore mulleorum calceamentorum datum Fenestella scribit. Quis ille color fuerit dubitari solet, & cum piscibus eiusdem nominis tribuant temperatum pallore ruborem, quid non & nos calceiu eundem fuisse credemus? Consulendum ea de re præter Plinium, Seneca, Naturalium quæstionum libri tertij capite decimo octauo.

cur istas non spectas.] Latinarum antistites, velillos etiam.] Ceteros Dearum sacrosculos, qui diuinitate vestium & colorum nouam speciem cultus & religionis inducunt.

cum ob cultum omnia candidatum.] Refertur ad eos de quibus proxime, qui Cereri initiantur, neque enim illi nisi initiati adesse Cereris sacris licuit; quod Linius testatur libro trigesimo primo. Et in us, cum vestes sacerdotum, tum vitæ candida. Ouidium libro sexto Metamorphosæ.

Cererisque sacerdos Alphitus, albenti velatus tempora vitæ. Imò candidas vestes habebant quicumque sacri adeant; idque est quod ait Tertullianus, cultum omnia candidatum. Docet idem Ouidium libro Fastorum quarto:

Alba decet Cererem, vestes cercalibus albas

Sumite, nunc pulli velleris vsus abest. ob noram vitæ.] Cereris vitæ in proverbium abiit.

Paucæ aded Cereris vittas contingere dignæ.]

Dieque tamen solum Cereris proprie; communes ferè sacrificulorum omnium: sed & matronarum quasi pudicitia indicium & argumentum præstarent. Ouidium.

Este procul vitæ tenues, infigne pudoris. Tibullus;

Sit modò casta caue, quamuis non vitæ ligatos

Impediat etines, nec stola longa pedes. & privilegio galæci.] Atqui soli flammis Diali galærum album gestare concessum asserunt, & hic de iu qui sacri Cereris initiantur. Vnde ergo ne galericuli legendum sit, quæ species muliebris capitiu à calicandro non multum dissimilis.

Cereri initiantur.] De sacris nocturnis mulierum à Cicerone libris de Legibus consilia lex: Vt tollerentur omnia, exceptis iis quibus Cereri initiantur Græco sacro. Multa in iis sacris arcana, quæ à Diuo Augustino percurruntur libris de ciuitate Dei, & ab Eusebio libro primo de præparatione euangelica. Inter cetera hoc vulgatum, ne à morientibus sacra peragerentur; quare in publico luctu ciuitatis sæpe omissa, quod Linius docet libro trigesimo secundo.

cum ob diuersam affectionem.] Non nisi à lætis sa-

era Cereri fiebant, ided candida vestes in iis vsurpata: contra in sacris Bellona pulæ (tenebricæ & tetricæ Tertullianus appellat) quod non nisi à morientibus fierent (quæ hic diuersa affectio dicitur ab ea scilicet quæ erat sacerdotum Cereris) & secretiore etiam ritu. Sed huius tamen partem aliquam Lactantius pertrahit libro primo de falsa religione, vbi Bellona sacerdotes suo sanguine sacrificare, & scelis humeris, utraque manu exercitis gladiis currere, insanire, efferrari scribit. Veteri glossario, Bellonary deo Doçæ uevot, quasi dicas fanatici. Entheam turbam Martialis dixit, & illum quem ex Lactantio notauimus insanienti morem, expressit libro undecimo iis versibus,

Alba nimis læuis lacerantur brachia cultris, Cum furit ad Phrygios Enthea turba modos.

De iisdem accipiendum istud Seneca libro de Vita beata: Cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia & humeros suspensa manu cruentat. cum latioris purpuræ ambitio.] Saturnus & à Romanis, & à Carthaginiensibus cultus; quodque Lactantius refert humanis hostiis placatus. At de colore vestium sacrificulorum eius nihil nisi ex hoc loco constat.

cum ipsum hoc pallium.] Tam id notatum est supra, habitum sacerdotum qui Aesculapio sacra faciebant Carthagini quippe id eius Urbis proprium & peculiare nomen fuit) pallium fuisse. Et hoc amplius adiciunt, crepidas Græcatas (id enim magis placet, quam quod abj substituerunt, cretatas) id est, Græcas, quod magis totius amictus Græcus esset, in Græco sacro. Græcorum hic vestitus, pallium & crepida. Vel vna Cornelij Taciti locus comprobatur libro secundo Annalium, vbi quod de Germanico scribitur, paritum Græcis amictu Scipionis more incessisse; sic accipi solet, crepidatum & palliatum incessisse; quando id de Scipione à Lulio & Valerio traditum sit.

Græcatim.] id est, more Græco, quæ vox etiam ante vsurpata est. Sic Græcarum Horatio est Græcorum more imperantibus bibere.

in affectatæ superstitionis.] Vt Gætilium superstitioni opponatur, qui habitu religionem mentiebantur. Arnobius libro tertio aduersus gentes, Maxime cum vos ipsi, & non omnes omnia posse deos præstare & dissimilibus ritibus singulorum animos referatis, offensionisque placari. Etenim si hic atram, ille albam desideret pellem, &c.

Enimuerò cum hanc.] Obscurus hoc loco Tertullianus, id vult certò; Non commoueri Gentiles suorum sacrificulorum diuerso habitu, cum forma tum colore distincto, quo religionem mentiebantur, & arcana sua significabant: statim atque Christiani pallio induti sunt, quo nihil ad religionem suam pertinens notabant, sed simplici tantum cultu superstitionibus renuiciabant, oculis omnium in eos conuersos. tunc certissimè.] Ex quo Christiani pallio induti sunt, bonos hinc habitus accessit, supra omnes habitus, & vestes Gentilium.

& peplos.] Peplos proprie Cereris, quod ex hoc Virgilij constat Aneidos primo,

Crinibus Iliades passis pepulumque ferebant. receptum tamen, ut vestem significet quæ sacerdotes vterentur.

superq; omnes apices.] Apex insigne sacerdotum ut Festus tradit. Pileus fuit suttis quo flammes caput operiebant, ab apiendo, id est, ligando dicitur Glossario Veteri, τὸ ἐπὶ τῷ πέλῳ περὶ ἀσπίδων. Insigne super pileum. Solis flammis eius vsus concessus. Augustinus libro secundo de ciuitate Dei capite decimo quinto: Quod sacerdotij

cerdotij genus aded in Romanis sacris testante apice excelluit, ut tres tantum flammes haberent. Lucanus libro primo.

Et tollens apicem generoso vertice flamen.

Quid plura? Lex fuit flammica quam refert Gellius libro decimo capite decimo quarto: Flamini sine apice sub dno esse nefas esto.

& titulos.] Proximi verbi Vicinia vitium in hoc factum arguit, titulos, non, titulos, legendum, pridem notauimus in Breuibz criticis. Vt apices, ita tituli quibus sacerdotes caput operiebant, qui & inde iuncti apud Varro. Laneas pileos flammium, Fulgentius; capitis & capillorum ornatum flammicarum, Festus interpretatur.

facet suggestus.] Vt super omnes exuvias & peplos augusta vestis; ita super omnes apices & titulos, sacer suggestus, pallium dicitur. Et suggestus quidem, quod in corpore operiendo summum est, id est, capitis operimentum. Sic suggestum come Statius dixit. At quid commune pallio cum apicibus & titulis? Aperiendo capite fuerunt veteres, nisi cum aut valetudo aut aer molestus esset imbribus aut sole, actum caput quidem toga vel pallio operiebant. Seneca in epistolis vbi de Mecenate: In publico sic apparuit, ut pallio velaretur caput, exclusis vtrinque auribus.

ita à toga ad pallium.] Proverbialiter dictum, & proverbij ratio ceteris exposita; ego super sedeo.

an aliter mutauit Anacharsis.] Quam à diademate ac sceptro ad pallium? Is regnum, aut certe regni Scythie administrationem reliquit, ut liberius philosopharetur. Vixit Solonis temporibus, apud quem & in admiratione fuit, quod Aliam tradit libro quinto varie historie. Vriusque congressum, & elegantem de legum civilium potestate concertationem, vide apud Plurarchum in Solone.

multa in melius transgressus.] In melius transgressi, habet antiquus codex: hoc est, nullane sunt indicia sine argumenta transgressi in melius, vsurpato pallio, & relicta toga?

prius enim ad simplicem.] Primum argumentum facta mutationis in melius, tela simplex pallij. Tela appellatione texturæ significatur, non materia; id est, quod contextum vulgò vocant, ut est in l. vestimentum. 22. ff. de iuro & arg. leg.

aded nec artifice opus est.] Ad huius loci explicationem facit maxime, quod Macrobius libro tertio Saturnalium capite decimo tertio de Horatensij oratorum luxu in vestimentis tradit, in hac verba: Togam corporis sic applicabat, ut rugas non fortè, sed industria locatas artifex nodus astringeret, & sinus ex composito defluens, modum lateris ambiret. Quod apud Macrobius nodus, id apud hunc nostrum est vmbone. scilicet, vmbone, id est, nodo ad summum humerum constringit toga solebant, & quia pars ea curiosius tractabatur, inuoluit ut vmbone pro tota veste sine toga vsurparetur. Persius:

totaque impune suburra Permissis sparsisse oculos iam candidus vmbone.

Prudentius in corona Hippolyti martyris:

Confundit plebeia phalanx vmbonibus æquis

Discrimen procerum. Sed & hunc locum quem tangimus, ex iu Apuleij libro undecimo, quibus pallam describit (ea fuit muliebris vestis) illustratum vide: Circumcirca remeans, & sub dex-

trum latus ad humerum læuam recurrentens, vmbonis vicem, deiecta parte lacinie, multiplici contabulatione dependula. Quem locum & nos supra expressimus, vbi de contabulatione congregatione.

& inde deducatur in riliis.] Author Plinius libro decimo sexto capite quatuordecimo, inter corticem & lignum tilie arboris, tenues tunicas reperiri, ex quibus fiunt vincula, quæ & ipsa tilie vocentur: ut quod hic dicitur, vestem deduci in riliis, sit ab vmbone quasi in lora & fascias abire.

custodibus forcipibus assignet.] Quintilianus libri undecimi capite tertio vbi de habitu oratorum; Ipsam togam rotundam esse & aptè cæsam velim; aliter enim multis modis fiet enormis: hic salices vsus forcipum.

exclusa dextera in læuam.] Habitus ille toga, & ex iu quæ ex Apuleio supra notauimus constat, & ex Quintiliano eodem quod supra etià expressimus capite: Sinus qui sub humero dextro in sinistram obliquè ducitur velut baltheus, nec strangulet nec fluat.

quid statim à limine properes.] Exuere scilicet. Nam toga tunica vel tunica potius superinduebatur, nec domi induebatur, sed cum foras procedendum esset in publicum.

proprium togæ tormentum.] Quia iudicium, ut Timotheus apud Festum loquitur, induebatur, id est, ad crucis vsque medium producebantur.

immundissimam pedum tutelam.] Cornium eum ex quo calcei constabant pedibus hærebat, cum necdum caligærum vsus inualuisset.

Quam in calceo vngui pedem.] Ad ex vnto corio ut emolleceret, an ex vntu pedibus? Nam & pedes vngi solitos Athenens libro duodecimo comprobatur, idque ad mollitiem transfert.

magnum incessui munimentum.] Sic apud Iuuenalem satyra nona.

pingues aliquando lacernas

Munimenta togæ.

Sed hic dictum Igoniæ, cum impedimento sint potius. At vnde id epithetum effeminati perone? Rusticorum illa calcæmentia ex trudo corio sine arte vlla, quibus ad nitentem & pluriam prohibendam vtebantur. Eo tandem processit mollities, ut in vrbe vsu esse ceperint exculti, affabrè consui, ornati etiam gemmâ, auroque prætexti & sappaeti.

duplex quod Crætis more.] Rectè Latinius duplex quoque Crætis more. Quis cuiusque sectæ Crætis ille fuerit, Apuleius docet Apoloretico primo.

nulli cippo.] id est, negligatur, incuriose habetur. Cippus, veteri glossario, λίθινός, κόρμος, ποδολόων: quod est, lapidum aceruus, truncus, compedes. Sic lapidum, sine ex ligno pondus quo vestes comprimuntur. Seneca libro de Tranquillitate: Non ex arcuola prolata vestis, non ponderibus, non mille tormentis splendere cogentibus expressa, sed domestica & vilis, nec seruanda nec sumenda sollicitè.

si quid interulæ superest.] Obferua Christianorum simplicem habitum: Præter pallium, unica tunica, eaque interula & distincta. Interula, quia intus haberetur qua caro tangeretur, & ἑσθραχιον χιτῶνιον Athenæo. Facit huc quod de Nepotiano Christiano factu in epistolis Hieronymus refert. Excepta vili tunica & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderetur, nil sibi amplius referuauit.

aurpedes nudi magis.] Nempé calceatus Christianorum qui & Graecorum, rejecla aut solea, quibus unquam calces cen plantae regerentur. Sic interpretor quod de Germanico scribit Tacitus, incesisse illum pedibus insecris: sic quod Dio de Caligula, cum nos dicitur, & adu- vus id est, discalceatus volens, permisisse ludos spectare, sic inquam interpretor, non ut nudis pedibus essent, sed ut soleati tantum & crepidati.

iam verò de negotio prouocat.] Alterum argumentum facte mutationis in melius, quod qui pallio induuntur liberi sint à negotiarum civilium administratione.

ego nihil foro debeo.] Forum praeter locum in quo res venales exhibentur, cuiusmodi boarium, suarium, piscarium, alitorium, cupedinarium, Romae fuisse ex eius typographia constat, & cum significat in quo iudicia exercentur, qualia tria fuisse cum ex historia manifestum, tum ex hoc Martialis disticho libro undecimo.

„Causas inquis agam Cicerone disertus ipso, „Atque erit in triplici par mihi foro. nihil campo.] Campus Martius Roma celebris, & comitiorum quam eo habitantur frequentia, & ludorum exhibitione, & athletarum ac palestrarum exercitacione.

nihil curia.] Curia Senatus significat: & Senatus vel maior, ut qui Roma, & Constantinopoli fuit, (sic enim vocatur in l. si. C. de decurionibus. lib. 10.) vel minor, ut qui in aliis ciuitatibus quae in consilio habebant; unde curiales & decuriones dicti.

nihil officio aduigilo.] Magis placet, nulli officio, ut postea, nulla praetoria obseruo, nulla rostra praecoccupo: quae omnia eo spectant, ut secularium negotiorum cura & administratione abstinuisse palliatus probetur. Ideò rectè, nulli officio, quod diuersa essent genera officiorum. Praestabantur magistratibus in comitatu, amicis in patrocinio, ceteris in consilio, salutatione, & aliis id genus.

nulla rostra praecoccupo.] Ad conciliandum populi fauorem, quia pro rostris conciones haberi solita.

nulla praetoria obseruo.] Haec ferè synonyma sunt, praetoria obseruare, cancellos adorare, subsellia contundere, iura conturbare, causas elatrare. Omnia eorum sunt quos forum occupat in causis agendis. Sic ferè M. Tullius libro secundo de Oratore, quod ante dixerat à iudicis causis que discedere, dixit à subselliis se in otium conferre.

causas non elatro.] De patronis qui in foro causas agunt propter violentiam & contentionem qua nituntur, dicitur latrare: atque adeò illorum eloquentia canina. Sallustius; Neque ego caninam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui. Primumque coniunxit Prudentius:

Inde canina foro latrat facundia toto. imitatus hunc Ouidij versum in Ibin;

Latrat & in toto verba canina foro. non iudico.] Et id ad fori concursum pertinet; quippe priuati etiam iudicabant, à magistratibus scilicet in hoc datus ut iudicarent. Iurisdictionis enim ea pars sine potestas est iudicem dare, l. imperium. 3. §. si. ff. de iurisdictione.

non milito.] Extra forum concursus in castris, & militia, & ab eis abstinere quoque palliatus dicitur. non regno.] Regnare maiores magistratus existimantur, qui in locum regum successi sunt, ut consules, & qui prouincias regunt.

uicium mihi negotium est.] Simile quod Epicuri dicebant, sic viuendum sapiens ut viuere ipsam ceteri nesciant.

vita meliore.] M. Tullius oratione pro Murrana: Fortunatos eos iudicarem, qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae sequuntur sunt. Huius vitae encomium longè pulcherrimum vide apud Horatium ode secunda Epodi. & Chionem in Apologética epistola ad Clearchum, & Quom Graecè & Latine vult nuper edidit vir eruditissimus Federicus Marellus Graeca eloquentiae professor Regius.

sed ignaua infamique.] Obiectio est, ad quam statim respondetur. Est autem ferè illa quae apud Platonem vulgaris, partem nostram patriam, partem parentes, partem etiam amicos sibi vindicare.

erat olim, ista sententia.] Horum verborum manifestus est sensus, fuisse olim eam sententiam quae praecipit, scilicet, neminem sibi esse natum, fuisse olim, iam à Socratis & Platonis aetate, uti diximus. Sed malum ita legere; erat olim ista sententia, quae phrasia Seneca familiaris, ut non bene sensisse veteres arguat, quod & statim probat.

nemo alij nascitur moriturus tibi.] Non id ex etonici alicuius Philosophi, sed Christiani potius sententia est accipiendum, prolatum scilicet à Christiano ethnico reprehendente quatenus quisque post mortem antea illa vita rationem sit redditurus. Et scriptum tamen à veteri nescio quo Poeta, cuius octastichis praematis Virgilij assuti postremus versus est,

„Vni viue tibi, nam moriere tibi.

Certe cum ad Epicuros & Zenonas.] Epicuri & Zenonis queri quilibet propria, selt à Author fuit, opinio hac apud Ciceronem pluribus exagitata libro primo de Finibus, vitam beatam esse quae ab omni ambitione remota careret affectionibus & perturbationibus, atque ad otium duceret. Mirum ut in ea re consenserint quorum in ceteris ferè omnibus nota dissentio. Solius dubium, & rem totam exprimit Seneca libro de vita beata: Duae maxime in hac re dissident sectae Epicureorum & Stoicorum: sed utraque ad otium diuersa via mittit. Epicurus ait, non accedet rempublica sapiens, nisi si quid interuenerit: Zenon ait, Accedet ad Rempublicam sapiens nisi si quid impederit. Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.

tamen promemodum mihi.] Etiam priuato, & in secessu agenti.

soleo de qualibet imagine & ara.] Quod de ara est subiectum, facit ut pro: margine, quidam legerint imagine. Verum quo spectabit sensus ille medicinas dicere de qualibet imagine? Vitium esse arbitror in verbo ara, & pro eo legi velim area, hoc sensu. Soleo medicinas dicere de quolibet loco, & publico & priuato. Area patens locus, margo extremitas loci. Sic accipitur area apud Horatium ode nona libri primi Carminum.

„Nunc & campus & aetate, „Leuèque sub noctem fufurum.

Quid si utramque illam vocem retineamus margine & ara, atque aram interpretemur excelsum & eminentem locum? marginem demissum? Significatum hunc ara expediunt nobis Aethores. Sic semper constabit sensus què proposuimus, Soleo medicinas dicere de omni loco.

plus togae laferit rempublica.] Plus mali à rogatis collatum, quam ab armatis. Nasci fuit in Senatu quo de dolenda Carthagine agebatur, sententia, idè relin-quendam esse, ne bellorum subiecta occasione, otio dedita ciuitas in vitium laberetur, & paruis ambitione consummeretur.

meretur. Facit huc quod Iuuenalis perstringit Satyra sexta.

„Nunc patimur longa pacis mala, sauior armis „Luxuria incubuit, victumque vlcificitur orbem. nullis vitis adolor.] Legendum puto gratulor, cum post sequatur, nulli impetigini adolor, nec verosimile sit idem verbum toties repetitum.

adigo cauterem.] Perstat in ea metaphora quam praesumpsit de medicina moribus dicenda. qua M. Tullius.] Ex Plinij libri decimotertij capite decimoquinto petenda historia, de M. Tullij & Asinij Galli ambitione in usu mensurarum preciosiorum, quales erant citreae, & quae ex intima Mauritania Rpmam aduehebantur incredibili sumptu. Et quidem orbes dicebantur mense rotunda. Martialis libro nono.

„Vt Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.

Mauri orbes pro citreis dicti, quippe Author idem libro duodecimo dixit.

--- Maurusiaci pondera rara citri.

Sed & mensurarum orbes coniunctim Seneca in consolatione ad Albinam, magni leuati que mensuram orbes terrena sunt pondera. Quod vero ad historiam pertinet quae hic tangitur, longè magna est differentia inter ea quae à Plinio, & quae à Tertulliano scribuntur de pretio quo M. Tullius, & Asinius Gallus citreae mensas comparasse dicuntur. Eodem pretio ab utraque emptas, nempe sestertii undecim Plinius refert: Tertullianus à Cicerone quingentis millibus nummum (sic enim coniecit Rhenanus; nummum, legi oportere, pro eo quod ante legebatur, non vult, quam emendatione probare est ex Valerio Maximo) ab Asinio bis tantum. Ego pro bis, scriptum existimo his, errore librarij, pro: n. s., quae nota sestertij, quem errorem saepe apud Aethores occurrere pridem deiecit magister ille Budens libris de asse; ut ita scripserit Tertullianus; n. s. id est, sestertiorum tantum Asinium Gallum mensam citream comparasse, quos nummum suam emerat M. Tullius. Sestertius eisdem est cum nummis probatum, ut sit, eisdem pretio ab utroque emptas mensas, atque ita conueniet ea parte inter Plinium & Tertullianum. Sola superest pretij differentia, quae non nisi ex notis nata, quibus passim veteres utebantur. Eas si haberemus ante oculos, liberum esset aliquid coniectare. Turnebus hoc loco quem sanguimus pro quingentis millibus, substituit quindecim, cuius numeri nota XV. quae ab XI. transverso tantum apice disidet, ut si hic exprefsum sic fuerit, XI. millibus nummum, bellè cum Plinio conueniat, qui undecim sestertii constituisse mensas illas tradidit, siquidem singula sestertia mille sestertios nummas valent. Veror tamen ne minus à Plinio scriptum fuerit. Dubitandi causam praestant haec Seneca, quae de mensis illis accipienda videntur, libro septimo de beneficiis. Video isthic mensas, & aestimatum lignum Senatoris censu, ed pretiosius, quod illud in plures nodos arboris infelicitas rostit.

qua lances centenarij ponderis.] Lances vasa escaaria. Eorum differentia, maxima, media, minima. l. cui lances. ff. de auro & arg. leg. Item quadrata ac rotunda. l. si in rem. ff. de rei vind. In maximis luxus ille ut ad centenas usque argenti libras earum pondus procederet. Ffius ponderis fuisse Roma plus quam quingentas ante bellum civile Syllanum, propter quos & multi proscripti sine dolo concupiscentium, Plinius auctor est, quem eius locum alij notauerunt.

Et quidem seruus Claudij.] Libertum fuisse Plinius

ait, at qui liberti nisi ante serui? Quinquagenarium promulsidem.] Promulsidema dixit pro vase promulsidario, ut Aethores nostri laquiti sunt in l. est. §. argento factio. ff. de auro & arg. leg.

supradictis fortasse mensis.] Veterem lectionem, fortasse an, pro: forsitam, comprobat Cuiacium libro nono Obseruationum capite decimo.

debut & friclinium.] Edificari, conueniens tante molis promulsidarj.

immergo aequè scapellum.] Et hoc instrumentum chirurgicum, quod ad medicinam pertinet. Accipitur pro phl. botomo, & pro nouacula. Pro phlebotomo vide apud Senecam in epistola: Ad extenuandum corpus vena percutitur, nò opus est vasto vulnere diuidere praecordia, scapello aperitur ad illam magnam libertatem via, & puncto securitas constat.

Qua Vedius Pollio.] Sic Plinius eum appellat libri noni capite vigesimotertio. Sed Dio & Dionis compendia- stes Xiphilinus, apud quos integra constat historia, Onidium pro Vedio nuncupant. Seneca libro tertio de Ira, ubi eadem historia refertur, vocat Aetidium.

delectatio terrenae bestiae.] Teneat legendum esse putat Latinius, quam eius coniecturam volentes sequimur, & veram esse probauimus Breuium criticorum libro priore, atque adeò probant quae sequuntur, edentulæ, exunguis, excornis. Quamquam Aristoteles & qui de natura animalium scripsere ceteri plane omnes, mutuant dentes tribunt: de hoc hysci viderint.

fetas cogere.] Quales sunt quae dentibus; ut apris, canes; Inguibus; ut leones, aquila: cornibus; ut cervi, & uti ac boues ferunt.

Qua Hortensius orator.] Id Varro libro tertio de agricultura, & post eum Plinius libri decimi capite vigesimo, Macrobius denique (sed ut ex Varro) libris Saturnalium.

qua Aufidius Lurco.] Et hoc etiam Plinius, Aufidium Lurconem ex sagina panonum redditum sexaginta milia comparasse.

& coactis alimentis.] Vide ne legendum sit coctis. Educandorum panonum hanc rationem Columella libro octauo capite undecimo edidit, ut ex quouis sermento colta pulicula ijs exhibeatur in alimètum. Si vetus haec lectio magis placet, coactis alimentis, ea intellige quae subacta sunt, quibus plerumque saginari panones & galinae solent, vel intellige potius ea ad quae edenda coguntur. Postrema huic interpretationi fauet Seneca in epistola; Alia gratiora (inquit) si recentia perferantur ad mensam, alia si diu pasta & coacta pinguefcere fluunt. Et in consolatione ad Albinam: Iumentorum corpora differta & coacta pinguefcere. Fauet & Iuuenalis Satyra decimotertia.

Contentus vexare oculos humore coacto.

qua Asinius Celer.] Ex sammonico historiam recentet Macrobius libri tertij Saturnalium capite decimo septimo, ubi & consularum virum vocat; recentet & Plinius libri noni capite decimo septimo, sed utraque à Tertulliano distinet in ponendo pretio, quo malum Celer comparasse dicitur.

Qua Aescopos histrio.] Vulgata paromia est, Aescopi patina, quem titulum fecit Plinius capiti quinquagesimo primo libri decimi naturae historiae. Ex eo loco, pro: centum, sexcentum millia, hic restituit Junius, quem alij sequuti sunt. Quid si Plinij codex vitiosus? ita est sane, & ab eodem ipso Plinio emendandus, quo alio loco ei cum Ter-

In Tertull. lib. de Pallio, Io. Mer. Com.

ulliano conuenit. Error: m. deteximus, & expurgauimus in breuibus criticis.

qua filius eius.] Totam hanc historiam pauulus expref-
fit Horatius libri fecundi satyra tertia.

„ Filias Aetopi detraclam ex aure Metella,

„ Scilicet vt decies solidum exforberet, aceto

„ Diluit ingentem baccam.

Idem filio illud ipsum quod de patre anie rela-
tum est tribuit Valerius Maximus libri noni capite pri-
mo, tam perditae ac furiosae luxuria fuisse, ut cantu com-
mendabiles auiculas ingentibus emptas pretiis, in cona
pro fcedulis poneret, & aceto liquatas uniones magna
summa potionibus aspergeret. Id postremum & Cleopa-
tram fecisse, Plinius libri noni capite trigesimoquinto;
& Caligulam, Suetonius capite trigesimo septimo vita
ipsius Authores sunt.

margarita vel ipso nomine pretiosa.] Ipso no-
mine, hoc est, ipsa fama. Nam in nomine, siue appella-
tione, nihil est quod ad pretium spectet.

taceo Neronis & Apicij.] Plures certe Apicij,
quorum ad omnem luxum mirum ingenium. Vnus a Postu-
dano celebratus, qui veteri republica vixit, alter qui
Augusti & Tiberij temporibus, de quo Seneca pluribus
locis, etiam aetate Traiani, de quo Suidas. An etiam
plures Neronis & Rufi? Vel vnus exemplo male,
qui eandem vita turpitudinem sequuntur, cognomen
fortiri solent.

dabo catharticum.] Quam eleganter perstat in
Metaphora qua de dicenda medicina praemissa est. Post
cauterem, post scalpellum, catharticum medicamen-
tum, quod pungeudi vim habeat. Insulse pro eo tam
elegantem dicta Crinitus substituit, dabo authorem
tacitum. Sed non est hic reprehendendi locus.

impuritati Scanti.] De Scantio Pamelius e Seneca,
cui addendum quod Cornelius Tacitus libro sexto
Annalium scribit, nobilitate insignem, vita probrosam
fuisse. De Antonino M. Tullius plenis paginis, sed vnus
hic locus ad hunc Authorem facit maxime, quo scribit
numquam sobrium cum fuisse. Is exstat Philippica se-
cunda, & huic respondet quod Seneca in epistolis de
eodem: Magnum virum, & ingenij nobilis, quae
alia res perdidit & in externos mores & vitia
non Romana traiecit, quam ebrietas. De Curio
Crinitus.

sermone inquit me suasi.] Placet quod Pamelio,
pro: inquit, legendum, inquis. At hoc amplius placet,
pro: suasi, legendum, sanauisti. Euius emenda-
tionem illam metaphora in qua tantum sibi constitit
Auther, & quod statim sequitur, medicamine
sapientissimo. Si Seneca in epistolis sanantes literas
dixit.

ipse habitus sonat.] Ambrosius in primam epistolam
ad Timotheum capite secunda. Illius habitus bonae
professioni conuenit, vt possit non aliud aestimari,

quam cernitur. Hieronymus libello de vitando suspecto
contubernio: Vestis ipsa vilis & pulla, animi tacen-
tis indicium est. Item in epistola: Sordida vestes
candidae mentis indicia sunt, vilis tunica con-
temptum saeculi probat. Athenaei ex Alexide &
Philetaro elegans in eam rem sententia, exstat libro
primo; ex quo tu lector petas licet.

videtur omnis philosophia.] Quia proprium &
quasi peculiare indumentum Philosophorum pallium.

de meo vestiuntur.] Commune iam factum esse
pallium omnibus bonarum artium professoribus, ex eorum
enumeratione colligit, factum a primis ad vltimas pro-
gressu. Et vero aduersus reprehensionem habitus pra-
scriptio ista singularis, quoniam, vt eleganter Castianus
de habitu monachi dixerens, nisi insolens sit diuersi-
tas, non offendit aequalitas.

primus informator literarum.] Abecedaris, siue, vt
loquitur Arnobius, elementaris.

primus edomator vocis.] Qui Syllabarius Hiero-
nymo.

primus numerorum arenarius.] Calculator, qui
Graeci, ἄρα ἀριθμῶν, de quo in l. spadonem. 15. ff.
de exc. tut. Artem calculatorem inter liberales non re-
censuerunt veteres, quod probat l. oratione. 4. ff. de pra-
fessoribus. Ideo calculator numerorum arenarius, quod
calculi quibus numeros docet ab arena petantur, longe
diuersus ab Arithmetico. An numerorum arenarius ipsum
Arithmeticum significat qui plerumque in arena &
pulvere numeros describat? Quod prius est magis placet,
siquidem Arithmetica inter liberales disciplinas com-
putatur, de quibus necdum cepit Auther agere.

& Grammaticus.] Liberalium artium illa prima-
ria quae ceteris seruiunt & praecunt; Grammatica, Rhe-
torica, Dialectica; per Grammaticam ascensus ad Rhe-
toricam, per Rhetoricam ad Dialecticam.

& Sophista.] Dialecticum intelligo, cuius imitator
sophista, ceterorum nomina & artes nota sunt: Medici,
Poetae, Musici, Astrologi, Geometrae.

quatuor meis angulis.] Quadratum fuisse pallium
de quo hic agitur, supra dictum est.

plane post Romanos equites.] Valde corrupta
hac oratio, qua constabit sibi explausa voce verum, hoc
sensu; pallio philosophos & honestissimarum quarum-
cumque scientiarum professores vti, cum toga non solum
Senatores & equites utantur, sed & plebey, atque ex
plebeyis quosque vel turpissimos & abiectissimos.

at ego illi.] Hoc postremo Christianum se profiteretur, vt
qui honorem accepisse pallio hunc dicat vt Christianum
vestiret, cuius religio melior Philosophia sit. Sic Minu-
tius Felix se factum Christianum de profundo tene-
brarum in lucem sapientiae, & veritatis emerisse, in Octa-
uio gloriatur. Scilicet ethnicorum philosophia falsa sapien-
tia, sola haec vera quam Christus docuit, qui cum Deo
Patre & Spiritu Paraclito vixit in saecula.

FINIS.

